


8809

Premo frenzio Jordan

2  
59



# CATHOLICARVM PRAESCRIPITIONVM ADVERSVS NOSTRORVM TEMPORVM HAERETICOS.

## PARS ALTERA.

In qua controversiae ab ijsdem agitatæ, De verbi Dei scripti, hoc est  
sacræ Scripturæ auctoritate, versione, interpretatione; ex antiqui-  
tate, vniuersitate, Patrum consensione, & S. Thom. Aquinatis  
doctrina, & methodo dissoluuntur, & confutantur.

A V C T O R E

A.R.P.M.F.DOMINICO GRAVINA ORD.PRÆDICATOR.

VICARIO GENER. CONGREG. S. M. SANITATIS PROV. REGNI NEAP.

IN S. R. SACRAE THEOLOGIAE PRIMARIO PROFESSORE.

Curia Archiepiscopal Theologo, Sancti Officij Consultore.

AD S. D. N. PP. VRBANVM VIII.



NEAPOLI: Apud Lazarum Scorigium anno M, DC, XXVII.

ИАСОУ СПАС  
ИАСОУ СПАС  
ИАСОУ СПАС  
ИАСОУ СПАС

ИАСОУ СПАС  
ИАСОУ СПАС  
ИАСОУ СПАС  
ИАСОУ СПАС

ИАСОУ СПАС  
ИАСОУ СПАС  
ИАСОУ СПАС  
ИАСОУ СПАС

ИАСОУ СПАС

# SANCTISSIMO D. N. D. V R B A N O DIVINA PROVIDENTIA PAPAE VIII.



Eploranda satis humanæ mortalitatis conditio (Beatissime Pater) cū relictō parente, & constitutore omnium Deo, insensibilia digitorum suorum figmenta adorabat. Nulla enim ferè natio sub celo viuebat, cui proprius Deus non esset: nam & Chaldæi solem, belluas, & planetas Aegyptij, Duces, & Heroas suos mundique elementa Græci, ut diuinum numen venerabantur. Ipse quoque Ieremias ad quosdam populi sui, veri cultus desertores scripsit, *Secundum numerū ciuitatō tuarum erunt Dij tui Iuda*, cum idola sibi pariter efformarunt. Sed & Romulei, qui omnibus dominabantur populis, omnium gentium seruiebant erroribus, & magnam sibi videbātur assumpsisse religionem, quia nullam respuebant falsitatem. Fano, siquidem illo Babyloniam confusionem exuperante, in Vrbe sua principe (quod & Pantheon appellarunt) extructo, tot simulacra erexerūt, quot in vniuerso orbe à varijs gentibus colli inspiciebāt: non vnum aut alterum Deum, sed (vt per singulos cum Tertulliano discurrat) nouos veteres, Græcos Barbaros, liberos captiuos, domesticos peregrinos, proprios communēs, masculineos fêmeos, rusticos urbanos, nauticos militares, in sui patrocinium aduantantes, seruientes, vt ait Apostolus, creature potius quam creatori: cuius veri Dei (aīt Augustinus) erat auxilium necessarium, à quo mitterentur sancti, & veraciter pijs, qui pro vera religione morerentur ut falsa à viuentibus tollerentur. Verum prostratus communis hostis crucis Dominicæ tropheo, & Martyrum sanguine, funestorum sacrificiorum extinctis nidoribus, videns Idola cōfracta, vt scripsit Cyprianus, hæreses inuenit, & schismata, quibus subuerteret fidem, veritatem corrumperet, scinderet vnitatem. Et sicut nationes manibus (vt ponderauit quoque Tertullianus) ita Hæretici verbis Idola fabricarūt, id est alium Deum, & alium Christum, & sub vocabulo Christiano (vt dicit Augustinus) doctrinæ resisterent christianę, quasi possent indifferenter sine vlla correptione haberi in Ciuitate Dei, sicut ciuitas confusionis indifferentes habuit philosophos inter se diuersa, & aduersa sentiētes. Sed quāuis in hæresibus quindecim retro sæculis decurrentibus, multiformem callidus serpens obtineret principatum, arcem tamen (vt prius de Manichēis magnus ille Pontifex Leo pronunciarat) Lutheristarum, & Caluinistarum struxit insania, & in eis aulam, in qua se exultantius iactaret, inuenit: vbi non vnius prauitatis speciem, sed omnium simul errorum, impietatisq; mixturam generaliter possideret. Quod enim in Paganis profanum, quod in Iudæis carna-libus cœcum, quod in secretis magicę artis illicitum, quod denique in omaibus hæresibus sacrilegum, atque blasphemum, hoc in istos quasi in sentinam quandam, cum omnium sor-dium concretione cōfluxit. Omnes errores enumerare epistola liminaris non patitur, superat enim verborum copiam criminum multitudo. Sat est breuibus lineis adumbrare, quod quicquid Simon Magus, Basilides, Marcion, Gnostici, Manichei, Ariani, Euthychiani, Nestoriani, & ceteræ inferorum portę, ac alimenta gehennę eruſtarunt; isti expolierunt, & breui compēdio, magnam impietatum summam restrinxerunt, & Rachelis furtum imitantes, omnium suorum parentum precedentium hærefes, & Idola sunt suffurati. Per ipsos namque sacra scriptura mutilata, symbola abrogata, Trinitas sacrosancta blasphemata, Christi œconomia euacuata, sacramenta diminuta: Deū diuinitate, sacerdos meritis, Coelicolas empyreo, Pótifices auctoritate, Sacerdotes potestate, Templa cérémonijs, Christianos preceptis, Religiosos etiam consilijs, forum legibus, Reges regnis, regna ciuibus, ciues pace, & concordia expoliantes: mentior si non ipsa fundamenta orbis, si potuissent concutere, aggressi essent noui Theomachi, hostes veritatis, iniurijs Deo, gratię, pietati, humanitati, rationi, pudori. Hi fructus, qui iam ad maturitatem Atheismi peruererunt ex Lutherici, & Caluinici dogmatis,

redundantia. Hac via versipelles isti pardi, & monstruosę belluę, errorum infinitis maculis variegatę, pondere voluptatum humili depresso, voraces, truculētę, cōcelo, terre, Deo, & Christo eius bellum inferre studuerunt, se, & sua tanquam Idola ostentantes, & diuinos affectantes honores, vocauerunt nomina sua in terris suis.

Sed ut Camæleon, cuius nullus succus est corpori, pellicula tantū viuens, ceruicibus destitutus (dorsum enim à capite non secernitur, vt propterea durum sit reflecti) emissijs ocellis, vel luminibus, per pūcta vertiginantibus, hebes, fessus vix à terra se suspēdit, vt molliter incedens gradum magis demonstret quam explicet, iejunus semper est, & impastus; oscitās siquidem vescitur, follicans ruminat, & de vento cibus administratur, vt illi proprietas hæc vna sit præcipua ex adiacēte, vel superueniente colore suffundi, hoc solum datum sit, quod vulgariter dictum est, de corio suo ludere: non secus in Nouatoribus accidit, quorum animas nullus diuinæ gratiæ succus impinguat, qui exuuijs moralitatis tātum viuentes, inflexis ob pertinaciam ceruicibus, lumine etiam naturali offuscato, nutantes, vt pote spiritum vertiginis habentes, tardi ad diuina, bonorum operum meritis ieuni, turbinem seminantes, superbiae vento pascuntur, & ad gloriām popularem anhelantes, de corio suo ludunt nouelli Camæleontes, & Prothēi, & in omnium colores, & formas transformati omnium H̄eresum, & Idolorum imagines representant.

Verum, vt invictissimus fidei nostræ Imperator Deus pro Idolorum profliganda superstitione Apostolicos viros, & Martyres destinavit, qui verbo, & sanguine Euangelium severunt, vnam eandemque fidem exhibentes, quam hodie Catholici profitemur, ita per singulas sibi inuicem succedentes etates, pastores, atque doctores ad proscindendas hæreses ordinavit. Ad arma conclamatum est aduersus montes excelsos, & super omnem murum munitum Babylonis. Omnia copijs refertos instruxit exercitus spirituales, accersiuit plentū legiones, oecumenica indixit Concilia, Duces, Tribunos, Centuriones, hoc est Pontifices, Episcopos præfecit, auxiliares copias Theologorum adiunxit. Quid inde profligati hostes, reieci, cunei, aræ, contractę, & quod prænunciauit Isaias, *In illa die proieciet homo Idola argenti sui, & simulachra auri sui, que fecerat sibi, ut adoraret talpas, & vespertiliones*, in veterum h̄eresum extinctione cernimus adimpletum. Ipsa verò Idola peruersę, profanę, que doctrinę crassius à Luthero efformata, à Melâcthone tornata, à Centuriatoribus Magdeburgensis lineata, à Caluino stibio, & purpurissa incrustata, à Beza fucatis coloribus depicta, certam, & iam iam imminentem ruinam præfigiunt. Nam hinc ex efficacia incorrupti Verbi Dei, lingua, & calamo orthodoxorū prædicatorum, atque doctorum administrati, obmutuerunt, & oracula Delphicis responsis fallaciora, cessarunt: inde ex eorundem Euangelicorum ministromachia, tamquam vulcania bipenni suarum fidicularum articuli præcisi, gradiiores partes suarum confessionum immutatę, & detruncatę, vt tamquam Dagon in Azoticis paludibus, Luthericum, & Caluinicum dogma solo inani nomine Idoli retento ante arcā catholicę veritatis iaceat, & truncus defœdatus deus iste recens, quē non coluerunt patres eorum, sui loquens occasum, & interitum, digito demonstretur. Huius defectionis sponsionem aduersus Idolorum, & prauorum dogmatum extructores, ad Ecclesiam iam pridē Deus direxerat. *Ecce (inquit per Isaiam) confundētur, & erubescunt omnes qui pugnant aduersum te, erunt quasi non sint, qui contradicunt tibi, querēs eos, & non inuenies viros rebelles tuos.*

Verum cum concisas partes, noui plattæ pro idoli instauratione conglutinare satagant, varios in dies tractatus, & opellas euendendo; occurrerunt etiam pij, in vitium vitio coarctati alieno, respondendo, varia opuscula edendo, si quomodo in cinerem, & fauillam Idola ista redigant, & Babylonem istam, & Pantheon ponant in tumulum, urbem fortium in ruinam, vt non sit ciuitas, & in sempiternum non adificetur. Qui spirituales viri, et si modesta trepidatione, vt scribit Hilarius, vitam cupiant silentio transfigere, nescio quo pacto fit, vt veritatis ardore incitati, & hereticorum furore commoti, & periculo ignorantę perturbati, qui loqui nō audebant, silere non possunt, ne destitutę veritatis rea in ipsis arguatur taciturnitas. Simili calore defendendę veritatis, quantum Dominus dedit, incitatus, Tomum primum Catholicarum præscriptionum aduersus Hereticorum istam prauitatem elaboratum superioribus annis in lucem edidi: alterum, rursus in arenam descendens (Pater Beatissime) quē

in lucem emitto S.T. cōmitto. Scio quod est cibus cibo melior, & liber libro. Sed non propteræ primæ notæ legionarij egregij scriptores, & controuersiarum tractatores, qui fortiter præliati sunt bella Domini, ne in prælium quoque descendam, auocabunt. Militar Regis suo, qui fossas parat, & qui vigilias seruat, qui portas tuerit, & qui armamentario præficitur, qui spicula contorquet, & qui voce exterret. *Confusantes*, ait scriptura, *viri Israël, et Iuda vociferati sunt, et persecuti sunt Philistæos.* Aequa etiam portio est descendentis ad prælium, et remanentis ad sarcinas. Cum Rege Tyri, mystico Salomoni ligna cedrina, & abiegnæ pro ædificatione templi Domini doctores suppeditent; ego Hiram filium Viduę, & artificem ærariū opus Deo ex ere parantem, imitabor. Thuribula ærea refractariorum, atque rebellium conflata, & in laminas produeta, hoc est (teste Augustino) Hæreticorum dogmata in signum victoriæ, & triumphi altari Dei, vbi veræ fidei prædicatio, ipsaque veritas ex falsorum comparatione resulget, adaptentur; utriusque opera conflatæ, & compaginatores inferioris, & superioris ministerium necessarium iudicatur, ad tabernaculum cōstruendum. Ferant alij Topazios, & lapides Onychinos, adducant fortissima scripturarum testimonia, recondita antiquitatis loca, Pattum, Conciliorum monumenta proferant; Beseleelis munere fungar, magni illius Vincentij Lyrenensis documenta seruabo. Esto (inquit) spiritualis tabernaculi Beseleel, pretiosas diuini dogmatis gēmas exculpe, fideliter apta, adorna sapienter, adjice splendorem, gratiam, venustatem: intelligatur te exponente illustrius, quod antea obscurius credebatur: per te posteritas intellectum gratuletur, quod ante vetustas nō intellectum venerabatur: eadem tamen, quæ didicisti ita doce, vt cum dixeris nouè, non dicas noua. Qualescumque tamen hi sint labores mei, non diu, nec ambigi lance consilij deliberandum fuit, cuius tutelæ, vel patrocinio dicarentur. Tibi, Beatissime Pater, debebantur. Si materiam specie sacrorum dogmatum res est, quorum S. Tuæ est reseruata probatio. Apostolici enim verticis, vt scribunt Episcopi Carthaginenses ad Theodorū Papam, vetusta sollicitudo est, tam mala damnare, quam probare laudanda: ad quem in fidei questionibus, tanquam Summū Sacerdotem, supremum in terris iudicem, Dei Angelum, diuinę voluntatis interpretem fideles omnes configiunt, & è cathedra loquentis tanquam Petri ore prolata decreta venerantur atque suscipiunt. Cuius apostolicum pectus, vt sciat reprobare malū, & eligere bonū, plenū butyro illo, & melle propheticō diuinā sapientiæ, quod Patres Apostolicæ doctrinæ hæredes fideliter per successionē tradiderūt, & è cellulis cenobiorum industriosè apes varia edendo opuscula ministrarunt. Si meam professionem attendo illi familiæ sum adscriptus, cuius fundator in forma catuli demonstratus, in eum finem præcipuum à diuina prouidencia est destinatus, vt hæreticis nō parceret aduersus prophanas vocum nouitates latrando, & alumnos suos ad tuendū gregem Dominicum à luporum incursibus, Pastorum obsequio consignando. Vnde S. Dominici religio, vt de Herone scripsit Gregorius Nazianenus est, eo etiā nomine canis, quia virtutis familiares, ac domesticos mulcet, externos latrando inseclatur. Quare opus erat filium Ecclesiæ, instituti Prædicatorij alumnum, aduersus Nouatores scribentem, in obsequium Patris familias, quem Christus Dominus constituit super familiam suam, eius pedibus obuolui, & fidelitatem ne dum verbis, sed & opera ista demonstrare. Si denique temporis conditionem inspicio, illi delibo, quos è catholicæ fertilissimo agro collegi sacrorum dogmatum flores, sub cuius Pontificatus amoenissimo vere, reflorent omnia, ac renouantur, propemodum de interitu reformatur. Floret certè Catholica Ecclesia velut hortus domini: ibi enim Euangelij vomere in glebis gentium colitur, clauditur hic stimulis, & repagulis disciplinæ: ibi ab omni pessimo gramine destinando prædicatores, apostolico labore purgatur, hic fideliū plantarijs, lilijs virginum, rosis martyrum, confessorum viriditate amœnus, fragrat odoribus sempiternis. Innouantur certè omnia dicam cū Nazianzeno, dum ad Deum insulæ gentium, Ecclesiæ recens constituta, atque è salsa, et amara infidelitate surgentes fidam sedem accipiunt Deo calcabilem. Innouatur apud Prophetam murus æneus, hoc est ni fallor anima firma, et aurea; anima inquam tua, dum S.T. pro defensione Ecclesiasticæ libertatis, veluti murum æneum imo silicem, & adamatæm, orbis expertus est. Omnia in melius commutatur, Doctorum academiæ, Iudicum subsellia, Principum folia, Pastorū cathedræ, & ad tuarum virtutum prototypum totus componitur orbis: vnde

& qui in partem sollicitudinis assumuntur Episcopi habent quid admirantur, & imitantur. Vident hoc veris tempore Pastorem aptantem fistulas, & pastorale carmen inspirantem Piscatorem profundum aquæ prospicientem, & in petris insidentem, & ne à Gregorio discedam, quod delectabile est, & stemmati tuo conueniens; Nunc sedulae apes solutis pennis, ac relictis aliwearibus sapientiae suæ documentum præbent, atque ad prata conuolant, floresque populantur, ac partim cellulas elaborant sexangulas, & inter se oppositas fistulas attixentes, rectasque angularibus alternantes, non minus ad operis elegantiam, quam securitatem, partim mel in horrea recondunt, atque hospiti suo dulcem fructum, & inaratum proferunt. Monstrant hęc te Christi Domini apiani esse, & sapientię, industrię, laboris, exēplum ab apibus accepisse, & quo excellis priuilegio maiestatis super minutis apiculas, quæ erga suum regem reverentiam deuotionis obseruant, eo exuperas vigore sapientię, & amore virtutis. Inuitat scriptura. Vade ad apem, per quam principem intellexit Origenes. Flosculos sacrorum dogmatum exhibeo, vt si hinc infusum rorē floribus colligas, inde mellito ore, si quid amari ignorantia meę deprehēderis, in dulcorem vertas, in benedictionibus dulcedinis: si quid enim minus cautè dictum est, emendari cupio (dicam cum Hierony.) à te qui Petri fidem, & cathedram tenes, & quod ignoranter assertum tua sententia corrigatur. Et si Beseleel quęcumque elaborauerat Sacerdoti Sūmo ea offerens benedictionem reportauit, dicente scriptura, Postquam Moyses vidit cuncta completa benedixit eis. Fœcundiorem benedictionem reportabo, quanto in authoritate maior Moysē Petri successor. Interim ad reliquos tomos perficiendos accingor de Ecclesia, & Rom. Pontificis authoritate tractatus; Ecclesię namque catholicę, eiusque visibilis capitilis Romani Pontificis defensio, maximus religionis actus est, & omnium controversiarum dissoluendarum breue compendium. Rationabile, & necessarium obsequium, quando etiam, vt ait Ambrosius apiculę Regem suum summa protectione, defendunt, et perire pro eo pulchrum putant, & vt scripsit Basilius in Ascetica, pro eodem, ex lege naturae bellum gerunt, et ex ordine proprium regem consecrantur. Certè proprius catholicorum character, qui ad unius nutum respiciunt, et uno Rege, Hierarcha summo utuntur, vt bene sint inter se, et concorditer dispositi, omnis enim dissensio, et discordia indicium habet eius contumacia (vt Hęreticis accidit) qua unius principatus respuitur. S. V. incolumem Deus O. M. diutissimè seruet pro Ecclesię bono, & pace. Neapoli è Cœnobio S. M. Sanitatis 7. Octobris 1626.

## S. V.

### Pedibus prostratus

Fr. Dominicus Grauina.

AMPLISSIMO PRINCIPI D.  
D. FRANCISCO  
BARBERINO  
S.R.E. CARDINALI,  
SANCTISSIMI D.N. PP.  
VRBANI OCTAVI  
NEPOTI.



On indecorum, aut insolens (Amplissime Princeps) praesentes meas lu-  
cubrationes aduersus fidei nostra hostes, Lutheranos in primis, & Cal-  
uinianos elaboratas, Sanctitatis S. nomini dicatas, rursus sub tui no-  
minis clientela lucem aspicere: res enim continent, quæ ad religionem  
spectant: quarum decisio et si Summo sit reseruata Pastori, earundem  
etiam cum florentissimo illo Cardinei confessus Areopago semper est tra-  
ctata discussio. Si ad eundem in Fidei contiouersijs tanquam ad sa-  
cram anchoram Fideles configiunt, definitionem à successore Piscato-  
ris diuinorum arcanorum interprete, & ipsius cœli clauigero expectantes; ne Piscatori tradita  
vacillet nauis, vel cathedra nutet, manum quoque admouent Cardinales Vrbis, & orbis colum-  
ne; Domini enim, sicut scriptum est, sunt cardines terre, & posuit super eos orbem; quorum  
non tantum pileus, non galerus modo, sed quicquid intus, aut extra contegit corpus, ostrina, pur-  
purea, conchyliata, ut fidem catholicam Apostolica prædicatione, martyrum testimonio, Doctorū  
scriptis, Ecclesiæ decretis obfirmatam, proprio opus est, cruore defendant. Et quis post Pontifi-  
cem Romanum Cardinali sublimior? ergo Cardinalitia tua dignitas non tam concharum cruo-  
re rubricata, quam S.D.N. Urbani VIII. patrui tui sanguine rutilans, ut in eam tamquam  
in solarem globum oculorum aciem intenderem, incitauit. Quid extrinsecos fulgores memoros?  
Tu tibi lumen, ob innocentiam, probitatem, sapientiam, prudentiam, magnificentiam, liberalita-  
tem, ceteraque virtutum ornamenta, quæ ad tā sublimis dignitatis fastigium præcipue te eue-  
xerunt. Quare qui mundum huiusmodi splendoribus illustras, illuxisti mibi, & ex tui nominis  
honore, & reuerentia, paruo hoc, erga amplitudinem tuam, obseruantia pignore obsequentem tibi  
mentem hac opella posteritati testarer. Quid non testarer tanto Principi, qui ad magna natus,  
maiora sibi poscit obsequia? Non arcana loquor, quæ sunt vel ipsa luce clariora: nullus namque  
est, qui cum nobilitate clementiam, cum principatus honore affabilitatem, cum viriutibus tuis  
associatas musas nō admiretur, & pradicet te religionis vindicem, heresum pessundatorem, vi-  
tiorum hostem, veteris disciplina reparatorem, & quod omnibus supereminet, orbis pacarium,  
propter seditiones pericolosas celerrimè compressas, & bellorum incendia, fausta & felici ad  
Hispaniarum, & Galliarum Reges legatione, tanta dexteritate sopita, ut ex reportatæ pacis

fructu, verè conuersi sunt gladij in vomeres, & lanceę in falces, & iam authoritas tua sit firmissima nostra custodia, & arx inacessa, ut hoc sit inexpugnabile monumētum, monumento non egere. Sed hęc sit summa laus, quod tot cumulatus honoribus, meritos triumphos, & pompas recusaris: ut si binc circumstantium gaudia cum Vrbem intrasti, & in unius salutem expressa vota inspiciam; inde quod Palatium eo vultu, & moderatione, ac si priuatam domum peteres, ingressus es, magis admirer recusantis pudorem, quam exhibentis honorem: unde merito, dignus laudibus, nobilitate, virtutibus, dignus Urbano Pontifice fueris acclamatus. Vna tandem sit hęc laus (Princeps Illustrissime) ex vero nec te, nec tua laudari posse, nec velle, nam si plus radicere me veritas cogeret, vetaret modestia tua. Accipe igitur vir magne, hilari fronte p̄fens opusculum animi mei, & tue virtutis testimonium, quod non leue existimabit magnanimitas tua, & si paruum, quando in eo, ut dici solet, non liberatoriam tabellam, sed obligatoriam syngrapham maiora obsequia promittentem in mei sinceri affectus, & reuerentiae ostensionem inspicies. Valeat A.T. ē Cœnobio S.M. Sanitatis de Neapoli die 25. Novembris 1626.

Illustrissimæ, & Reuerendissimæ D.V.

Humillimus seruus, & orator

Fr. Dominicus Grauina S.T.M. Ord.S.Dominici.

# AVCTOR LECTORI.

**V**erecundi debitoris more promissa exoluo, alterū tomum de pr̄escriptionibus Catholicis aduersus hostiū temporum Hæretes post varias occupationes, tibi tandem exhibendo, ne mora diuturniori patientissimorum creditorum expectationē eludere, aut artifici cauillatione protelare iudicaret; quinimo ex dilata promissione malui me obnoxium haberi debitorem, vt maior ex rationabili dilatione, obsequij cresceret usura.

Verbi Dei scripti authoritatem, versionem, & interpretationem (cuius diffusam tractationem ne primus tomus plus iusto excresceret, in hoc altero referuauit) accerrimè, & cōtā tissimè defendo aduersus mures Aquilonares, qui non secus ac tuus Ponticus Marcion (vt illi obiecit Tertullianus) scripturam corrodere etiā ausi sunt. Recte quidem S. Athanasius pronunciauit de Hæreticis, quod sicut in sententijs varijs versatilesque, non aliter, quam Chamaeleontes in coloribus, & cum redarguantur erubescunt, cum interrogantur hærent, post, impudentia sumptu causantur. Quod si quis istos in his quoque coarguerit laborans, donec excogitauerunt quae non sint, ac iuxta quod scriptum est cogitat inania tantum ut persistant in hac impietate. Ceterum dum hoc aggrediuntur, nihil ad efficiunt, quam quod palam declarant se carere ratione, Iudaicamque perfidiam imitari, dicam, & cum Gentilibus conspirare. Hoc Nouatoribus contigit: initio siquidem defectionis Lutherice, vt in simili de Lutheri podromo Petro Abailardo scriptis S. Bernardus, Germanis populis, nouum pr̄edicatum esse euangelium, non proposita antiquafides, fundatum aliud locatum pr̄ter id, quod positū est. De virtutibus, & vitijs non moraliter, de Sacramentis Ecclesiæ non fideliter, de alijs articulis fidei orthodoxæ non simpliciter, & sobrie annunciatum est: cuncta pr̄ter accepta, innouata. Ita breui temporis spatio (vt de Henrico Hæresiarcha alio, scriptis idem Sanctus) vise sunt Basilicæ sine plebis, plebs sine sacerdotibus, sacerdotes sine debita reverentia, & sine Christo deinde Christiani: ecclesiæ synagogæ reputatae, sanctuarium Dei sanctum esse denegatum, sacramenta non sacra existimata, dies festiū festiniū frustrati solemnīs. Ad unius hæretici vocem siluerunt in Germania omnes propheticæ, & Apostolicæ voces, quæ de conseruanda, in vera Christi fide, è cunctis nationibus Ecclesia, uno veritatis spiritu cecinerunt. Quasi falsa essent diuina oracula, omnium Doctorum oculi, & animi, qui quod legebant videbant impletum, fascinati, persuadente diabolo populo stulto, & insipienti, nec suis credere oculis, fecellisse priores, errasse posteriores, totum mūndum etiam post effusum sanguinem Christi, perditum iri, & ad ipsos loios, qui se Euangelicos, & reformatores vocari affectarunt, cœlestiū charismatum dona peruenisse.

Processit itaque in campum nouis ille Goliath Lutherus elato supercilio, bellico apparatu communitus, armigero Melancthone præeunte, insultans Dei castris, iactans se solum sapere, tertium esse Eliam, quintum Euangelistam, nouum Paulum, selectum ad repugnandam Ecclesiam. Breui temporis spacio squama squamae coniuncta est, vt ne spiraculum intercesserit inter eas, si quidem sibilauit vespa quæ erat in Gallijs, ei quæ erat in Germania (faciunt enim, & suos fauos vespæ) & conuenerunt in unum aduersus Dominum, & Ecclesiam eius, susurrantes aduersus phalanges orthodoxorum, aculeos acuentes, primo in scholasticos, mox in venerandum Patrum chorūm insilientes, Catholicos ad singulare certamen solius scripture, diuinis traditionib⁹ eieratis prouocantes. Descenderunt in atenam prouocati Ecclesiæ filij, & è verbo Dei scripto, sanctorum intercessionem, Purgatorium, sacrificium, bonorum operum necessitatem, & alia (quæ Nouatores dogmata negant) demonstrarunt. Verum eisdem contigit ex Athanasio, quod accidit Caiphe, & Phariseis. Supra. cum viderent suam sectam nihil probabile habere, causationes, & pretextus repererunt, vt Verbum incarnatum vnigenitum Dei Filium ablegarent: sic vim isti homunciones creato verbo intulerunt, scripturam detruncantes, inuertentes, extorquentes, ne dum machæra, vt Marcion, sed stylo, vt Valentinus, vtentes; illa truncantes è sacro canone libros, isto inuertentes, & peruerentes, & propterea plus, etiam si adiicerent, auferentes, dum proprietates verborum abstulerunt, & speciem non comparentur, & non existentium rerū orbi inuekerunt. Et quemadmodum ex eodem Athanasio Iudei, quia Verbum Dei abnegarunt, merito ab omni rationabili verbo deserti sunt: sic & Hæretici isti, dum non solum Verbum Dei agnoscunt, sed etiam scriptum repudiariunt, penitus Iudeis, & Gentilibus dantes manus, communia Christianæ fidei, & symbolicos, & fundamentales articulos etiam abnegarunt, & in Atheismum vergentes, ea quoque, quæ naturali lumine nota sunt, abiecerunt.

Aduersus ergo giganteam istam audaciam, vel sola funda, & unico iœtu mysticus David Catholicus (quod & in hoc opere præto) insurgit, & palmari arguento isto triumphat. Quicunque de scripturis sacris, quod vult recipit, quod vult non recipit: vel eas aliter vertit, & intelligit, quam Spiritus sancti sensus flagitat, hæreticus manifestus est, eligens quæ sibi placent, & peiora sunt. Sed Lutherani, Caluiniani, tales sunt, manifestari ergo Hæretici sunt, & quod ex hoc necessario sequitur, ea quam prædicant, non est reformata religio, sed deformata supersticio. Prior propositio ne dum à Patribus, sed ab ipsissimis admittitur. Altera toto hoc opere cum oculariter demonstratur, viæta, & prostrata hæresis hoc solo iœtu apparebit, quæ cuncta Ecclesiæ dogmata uno linguae rotatu lacerare gloriabatur.

Hanc palmam, & triumphum sicut orthodoxis ad gratiarum actionem de fidei dono, exhibeo, ita extorribus ab Ecclesia ad eorum conversionem (qui meæ scripturæ est scopus) transmittio. Non me fugit, quod scripsit S. Hieronym. Facilius esse ab Ethnicis capiū liberare, quam Hæreticorum præstigijs irretiū. At etiam S. Petrus Chrysologus sp̄ōdet, quod Dei gratia, qui bodie Zizania est, cras in triticum verti potest, & qui bodie habetur hæreticus, crastina die fit fidelis. Hac spe animatus, veniat Hæreticus, veniat, quia redeuntibus Ecclesiæ semper patescit ingressus, veniat, audiatur, & pietati Dominicæ iam desinat oblatrate. Humilietur Agar reuerendo ad dominam suam, reuertatur columba in arcā, de errorē victoriæ sȳnbolū reportans, assumat pennas diuini Solis fulgore irradiatas, habitet in ramis per vniuersum orbem extensis catholicæ disciplinæ, ut in illis rullis laqueis attendenda requiescat, & de tali volatu valida, & de tanta mansione secura.

Augst.  
contra  
Faust.  
Hier. in  
coment.  
ad Gal.

In. I.  
Abd.  
Ser. 97.  
Ser. 98.

## Facultas, & approbatio Superiorum.

**N**os F. Raphael Riphoz S. Th. prof. ac vniuersi Ordinis Prædicatorum humilis Vicarius Generalis, & seruus. Æquum esse ducimus, ut virtutum integritate conspicui, doctrina insigne, cæteris ornati virtutibus, quemadmodum pro Christi gloria, salute animarum, Christianæ religionis augmento vehementer laborando non exigua laudem meriti esse videntur, ita præmijs, quæ suis debentur lucubrationibus, decorentur. Quapropter cum certiores facti sumus to A. R. P. M. F. Dominicum Grauinam nostræ Prou. Reg. Prouincialem librum compoſuisse, qui inscribitur. Catholicarum Præscriptionum adū. Hæreticorum nostri temporis controværias contra Fidem Cath. excitatas: Cumque speremus si in lucem edatur, non solū Christianæ Reipublicæ, sed etiam ipsis Catholicæ Fidei hostibus maximam utilitatem esse allatarum, ut relictis suæ infidelitatis erroribus, euangelicæ doctrinæ veritatem possint amplecti, ne catholicæ Ecclesiæ huiusmodi beneficium, & Ordini nostro ornamentum denegemus; harum serie, atque authoritate officij nostri tibi licentiam, & facultatem concedimus supra dictum opus à te conscriptum typis mandandi, dummodo approbetur ab Adm. R.R. PP. Mag. F. Seraphino à Nuceria, & F. Iordanè à Neap. Stud. nostri S. Dominici de Neap. Regente: volentes, ut in ista impressione Decreta sacros. Conc. Trident. & constitutionum nostrarum, & capitulorum generalium ordinationes omnino seruantur. Quibuscumque in contrarium nō obstantibus. In quorum fidem his sigillo nostro in unitis manu propria subscriptissimus. Dat. Romæ in nostro conu. S. M. super Mineruam die 2. Feb. 1618.

F. Raphael Riphoz, qui sup.

Loc. ♫ Sigilli.


Reg. fol. 105.

F. Dominicus de Grassis Mag. & socius.

**E**go F. Seraphinus de Nuceria S. T. P. opus Catholicarum Præscriptionum aduersus hæreses editum ab A. R. P. F. Dominico Grauina de Neap. S. T. M. & Prou. Regni Ordinis Prædicatorum Priorc. Prou. ex commissione A. R. P. F. Raphaelis Riphoz S. Th. Magistri, & totius Ordinis Vic. Gener. vidi diligenter, & perattē perlegi, & orthodoxum in omnibus, & per omnia reperi, nihil continens sane doctrinæ vel bonis morib. repugnans, immo ex sacra Scriptura, Concil. PP. testimonijs tanquam propugnaculis communium utile iudico ad hodierna hæresim monstranda confodienda, & Fidem Catholicam propugnādā. Dat. in conu. R. S. Dominic. de Neapoli die 4. Aprilis 1618.

F. Seraphinus de Nuceria Magist.

**E**go F. Iordanus de Neap. Ord. Præd. S. Th. M. & Studij General. S. Dominici de Neap. Regens, qua potu diligentia, & observatione perlegi opus, cui titulus Catholic. Præscriptionum aduersus hæreses, authore A. R. P. F. Dominico Grauina S. Theol. Mag. Prou. Regni, totumque sane doctrinæ, & bonis moribus consonum reperi, summa ingenij dexteritate elaboratum, multiplici eruditio refertum, & ad confutationem modernarum hæresim, fideique Catholicæ propugnationem, verè armaturam fortium, & clypeum validissimum, ut pericundum, ac mirum in modum cunctis utile existimem si in lucem prodeat, & in omnibus manibus versetur. Dat. Neap. in Conu. S. Dominici die 4. Aprilis 1618.



## Licentia, & approbatio Curiæ Archiep. Neapolitanæ.

Imprimi potest. Alex. Russus Can. Deput.

Excudi potest. Urbanus Feliceus.

Imprimatur. L. Tastius Vic. Gen.

**O**pus prædictum mihi alias commissum dum viueret bo. mem. Cardinalis Carafa approbavi, & ad præfens de novo censeo typis committi posse, cum nihil contineat, quod orthodoxæ doctrinæ, vel bonis moribus aduersetur: immo cunctis Catholicis in confutandis sectariorum nouitatibus valde utile futurum iudico. Dat. Neap. die 16. Dec. 1626.

Alexander Russus Can. Dep.

Jacobus Terragnolus Vicarius Generalis.

I N D E X  
CONTROVERSIARVM,  
ET ARTICVLORVM  
HVIUS OPERIS.

TRACTATVS PRIMVS  
De verbi Dei scripti authoritate.

Controversia Prima Generalissima de scripturæ veritate.

*Controversia Prima Generalis, de causa efficiente sacrae scripturæ principali.*



CONTROVERSIA I. SPECIALIS.  
De Deo causa efficiente sacræ scripturæ.

**A** Rt. primus. An Deus sit auctor, & cōditor sacræ scripturæ.

Art. 2. An singulorum verborum sacræ scripturæ Deus auctor extiterit.

Ar. 3. Quomodo Deus sacris scriptoribus sacrâ scripturam diētaverit, an solum mentem illustrando, an etiam voluntatem mouendo, & manum afficiendo.

Ar. 4. Vtrum scriptores Biblici fuerint instrumentalis causa sacræ scripturæ.

Controversia secunda specialis.

Cuius nam scripturæ Deus fit causa efficiens principalis.

**A** Rt. 1. Vtrum veteris testamenti scriptura Deum habeat auctorem, meritoque dicatur scriptura illa testamentaria.

Art. 2. An Deus sit auctor scripturæ noui testamenti.

Controversia tertia specialis.

Quorum librorum veteris testamenti Deus fit author principalis, & primo an fit author librorum, qui à nonnullis protocanonici dicuntur.

**A** Rt. 1. de libris legalibus. Vtrum Pentatechus hoc est volumen continens quinque Moysi libros sit diuina scriptura, à Deo

inspirata, & dictata, & an hoc tantum ex scripturis istis possit ostendi.

Ar. 2. Vtrum libri historiales sint à Deo inspirati, & primo queritur de libris Iosue, Iudicium, & Ruth.

Art. 3. Vtrum libri Historiales Samuelis, Regū, Paralipomenon sint diuino spiritu editi.

Art. 4. An duo libri Esdræ historicæ, sint diuini, & diuino spiritu editi.

Ar. 5. Vtrum liber Iob historicus sit, & à Spiritu Sancto dictatus.

Ar. 5. de lib. Paranæticis. An libri Proverbiorū, Ecclesiastes, Canticorum sint sacri, & diuinitus inspirati.

Ar. 6. De libris Prophetalibüs. An sint diuini, hoc est lib. Psalmorum, Esaiæ, Jeremijæ, & ceterorum Prophetarum.

Controversia quarta specialis.

An librorum eorum veteris testamenti, qui & deuterocanonici dicuntur ab aduersarijs, Deus fit author.

**A** Rt. 1. An liber integer Esther sit diuinitus inspiratus.

Ar. 2. An liber Tobiae sit à Deo diuinitus inspiratus.

Ar. 3. An liber Judith sit sacer, & diuinitus inspiratus.

Ar. 4. An liber primus, & secundus Machabœorum sint sacri, & diuini.

Artic. 5. Vtrum liber Sapientiæ sit diuinitus inspiratus.

Ar. 6.

# INDEX

Ar. 6. Vtrum liber Ecclesiasticus ficer sit, & diuinus inspiratus.

Ar. 7. Vtrum liber Baruch sit ficer, & diuinus inspiratus.

Ar. 8. Vtrum omnia capitula Danielis, quæ in vulgata editione habentur sint diuinus inspirata.

## Controversia quinta specialis.

Quorum librorum noui testamenti Deus fit author, & primo de iis, quos dicunt aduersarii Protocanonicos.

A Rt. 1. Vtrum quatuor Euangelia diuino spirito edita fuerint.

Ar. 2. An acta Apostolorum sint à Spiritu sancto dictata.

Ar. 3. An epistolæ Pauli sint à spiritu diuino dictæ.

Ar. 4. De epistolis canonicis, atq; Catholicis an eodem spiritu dictante sint conscriptæ.

## Controversia sexta specialis.

An etiam Deus fit author earum partium quorundam librorum sacri noui testamenti, qui modo inter Deuterocanonicos à Nouatoribus recensentur.

A Rt. 1. de quibusdam capitibus Marci, Lu-

cæ, Ioannis an sint diuino spirito editi.

Ar. 2. de epistola ad Hebreos.

Ar. 3. De aliquibus epistolis Canon. atq; Catho-

2. Petri. 2. Ioa. Iacobi, Iudæ an sint diuinus

inspiratae.

Art. 4. De libro Apocalypsis an sit diuino spiri-

tu editus.

## Controversia septima specialis.

An Deus fit author eorum librorum sacerorum, qui aliquando perierunt, & qui sunt illi.

A Rt. yni. An pter enumeratos sacros libros alij fuerint à Spiritu sancto editi, qui postea perierunt.

## Controversia octava specialis.

An Deus eorum librorum, qui apochryphi dicuntur, sit inspirator, & author.

A R. 1. Num libri, qui apochryphi dicti sunt à PP. sint sacri, & diuini.

Ar. 2. Quinā sint libri in speciali, qui inter apochryphos, seu pseudographos recensentur.

## SECUNDA CONTROVERSSIA Generalis.

De causa efficienti instrumentalis  
sacræ Scripturæ.

## Controversia prima specialis.

Decausa efficienti instrumentalis librorum veteris testamenti, & primo de legalium librorum scriptore.

A Rt. 1. An Moyses scripsit Pentateuchum.

Ar. 2. An libri Iosue ipsem Iosue scriptor extiterit.

Ar. 3. A quo fit descriptus liber Iudicum cū lib. Ruth.

Ar. 4. Quis fuerit scriptor librorum Regum, & Paralipomenon.

Ar. 5. De scriptore primi, & secundi Esdræ.

Ar. 6. De scriptoribus librorum Esther, Tobiae, Judith.

Ar. 7. An David fuerit scriptor Psalmorum.

Ar. 8. An Iob fuerit suorum gestorum scriptor.

Ar. 9. An Salomon fuerit auctor proverbiorum, siue parabolarum, & librorum Ecclesiastes, & Cantici Canticorum.

Ar. 10. An Salomon fuerit auctor librorum Sapientiae, & Ecclesiastici.

Ar. 11. Qui sint scriptores sacri librorum Prophetiarum.

Ar. 12. Descriptoribus librorum Machabæorū.

## Controversia secunda specialis.

Descriptoribus sacris noui testamenti.

A Rt. 1. An quatuor euangelia à quatuor Euan gelistis sint descripta v. 3. Matthæo, Marco, Luca, Ioanne.

Ar. 2. An author actuū Apostolicorum sit Lucas.

Ar. 3. An omnes epistolæ, que sub Pauli nomine leguntur in Ecclesia, sint ab ipso editæ.

Ar. 4. An epistola Iacobi à Iacobo Apostolo fuerit edita.

Ar. 5. An epistolæ Petri nomine descriptæ vere sint ab ipso compositæ.

Ar. 6. An omnium triū epistolarum, que sub Ioannis nomine leguntur in Ecclesia, Ioannes auctor fuerit.

Ar. 7. An epistola illius, que dicitur Iudæ ab ipso vel alio sit edita.

Ar. vi. an libri Apocalypsis author fuerit S. Iohannes Euangelista.

## CONTROVERSSIA III. GENERALIS.

De causa materiali scripturæ.

A Rt. 1. An Deus vel Christus Dominus sit sacræ scripturæ materia.

Ar. 2.

# INDEX

## TRACTATUS II.

Art.2.an Christus tantum sit obiectum sacræ scripturæ.

Art.vlt. In quo ostenditur quomodo in Christo recapituletur quicquid in veteri nouoquè testamento tractatur.

Controuersia quarta generalis.

De causa formalí sacræ Scripturæ.

Controuersia prima specialis.

A Rt. 1. An in Hebreæ lingua scripta sit uniuersa veteris testamenti scriptura.

Ar.2. qua lingua scripti sint libri noui testamenti, an solū Græca, vel Hebraica, sed et Latina.

Art. 3. quo charactere libri veteris testamenti cōscripti sint, & num hodie perseveret.

Art.4. An libri veteris testamenti olim sine punctis loco vocalium, & accentibus, & sine finali versuum distinctione fuerint exarati.

Ar.5. an omnes libri sacri sint oratione soluta descripti.

Ar.6. an illa pars sacræ scripturæ prosa, vel oratione soluta descripta non solum sapientiam, sed etiam eloquentiam redoleat.

Controuersia secunda specialis.

Descriptura prout est canon, & canonica dicitur.

A Rt. 1. an libri sacri, & diuini in Bibijs sacrī contenti, non modo canon sint, sed & canonici, & qua ratione.

Ar.2. Quis nam sit Hebræorum canō, & quando editus est, & an sit idē, qui modo circūfertur.

Ar.3. Quis nam sit canon ecclesiæ Catholicae, & quando editus.

Art.4. vtrum hic canon Ecclesiasticus sacras scripturas complectens unus sit, & indissibilis, & æqualis auctoritatis.

Art.5. quo ordine numerentur libri canonici, & an recta sit Ecclesiæ catholicae circa eosdem dispositio.

Controuersia quinta generalis.

De causa finali sacræ scripturæ.

Art.vnic. Quisnam sit finis sacræ scripturæ.

CONTROVER. II. GENERALISSIMA:  
De sacrorum Bibliorum versione.

Controuersia prima generalis.

A Rt. vnicus. An inhærendum sit scripturæ conuersæ in alienam lingua.

Controuersia secunda generalis.

Art.vnicus. An æqualis sit auctoritatis scriptura versa in alienam linguam, cum ea, quæ est in suo fonte, & originali.

Controuersia tertia generalis.

Art.vnicus. An totus Bibliorum textus Hebraicus aliquando perierit.

Controuersia quarta generalis.

Art.vnicus. An textus Hebraicus usque in hanc diem illibatus permanerit, qualis fuit editus ab initio.

Controuersia quinta generalis.

Art.vnicus. an textus Græcus usque ad præsenz illibatus permanerit.

Conrouersia sexta. De Chaldaica versione.

Art.vnicus. An in ea contineatur verbum Dei.

Controuersia septima generalis.

De versione Septuaginta Interpretum.

Art.1. An vñquam editio 70. Interpretum authentica fuerit, & irrefragabilis auctoritatis.

Ar.2. an editio 70. hodie pariter sit illibata auctoritatis.

Controuersia octaua generalis.

De alijs Græcis versionibus.

Art. vnicus. quæ & quot sint cæteræ editiones Græcae, & an in illis omnibus contineatur verbum Dei.

Controuersia nona Generalis.

De Syriaca editione.

Art.vnicus. Quam habeat auctoritatem versio ista Syriaca.

Con-

# INDEX

Controversia decima generalis.

De Latinis versionibus, & de vulgata editione.

Controversia prima specialis.

De editione Latina.

Ar. 1. an eadem sit cum vulgata antiqua, quæ & Itala dicta erat.

Ar. 2. Vtrum editio vulgata in his, quæ pertinet ad fidem, & bonos mores inconcussæ sit auctoritatis.

Ar. 3. an etiā in minimis particulis, suam quoq; habeat vulgata auctoritatem.

Ar. 5. an S. Hieronymus totius vulgatæ fuerit auctor.

Ar. 5. an editio hæc Hieronymiana Spiritu sancto assistente, & dirigente conscripta fuerit.

Ar. 6. an in ista versione Hieronymiana fuerit, & sit verbum Dei.

Ar. 7. an editio Hieronymi ceteris latinis editionibus præferatur.

Ar. 8. an editio vulgata à Tridentino Concilio ita sit probata, vt ipsos Græcos, & Hebræos fontes reiecerit, & recursus ad eosdem vterit.

Ar. 9. Vtrum ante Concilij Tridentini decreta mendosa fuerint Biblia in nostra editione, vitio librariorum.

Ar. 10. vtrum ante Concilij decreta, & nouissimam emaculationem Sixtinam, & Clementinam mendosa fuerint nostra editio, & in omnibus codicibus Hebræis, & Græcis præsertim latinis fuerint multa loca corrupta.

Ar. 11. an hæc mendosa editio repurgata fuerit, qua auctoritate, & in quibus locis.

Ar. 12. an post ultimam istam correctionem ita lectioni vulgatae simus adstricti, vt varias interpretationes relieta ea quæ circumfertur, se qui non liceat.

Ar. 13. an ista editione vulgata ita pura lectio sit restituta, vt nullus defectus manserit, nihilq; emendandum supersit.

Ar. 14. an sit expediens, vt fiat alia translatio, & puriori latina lingua scriptura traducatur.

Controversia secunda specialis.

De alijs latinis editionibus.

Ar. 1. an alijs editionibus latinis Pagnini, Caietani, Vatabli, Clari sit verbum Dei.

Ar. 2. an sit expediens ipsam vulgatam cultiori lingua edere.

Controversia undecima generalis.

De versionibus vernaculis.

Ar. vnicus. an liceat sacra eloquia in linguam vernaculam transferre, & eadem lingua populi legenda permitti debeant.

Controversia duodecima.

De Hæreticorum versionibus.

Art. vnicus. an in hæreticorum versionibus continetur verbum Dei. Oftensio ocularis errorum, & hæresum, quæ in versionibus Hæreticorum continentur, præsertim in Biblijs, quæ in Gallia, Anglia, Germania à Calvinistis leguntur.

## T R A C T A T U S III.

### CONTROVERSIA GENERALISSIMA.

De verbi Dei scripti, hoc est sacræ Scripturæ, interpretatione.

Controversia prima generalis.

An sacræ scriptura adeo sit clara, & aperta in omni sui parte, vt interpretatione non indigeat.

Controversia secunda generalis.

De sensibus sacræ scripturæ.

Art. 1. an in sacræ Scriptura reperiantur plures sensus, & quot sunt.

Art. 2. an in scriptura sit sensus litteralis, & eius speciebus.

Art. 3. an sensus litteralis noxius, & mortiferus sit.

Art. 4. an sub una littera sint etiam plures sensus litterales.

Art. 5. qui sint alij sensus præter litteralem, & primo an detur sensus allegoricus.

Art. 6. an detur aliquis sensus tropologicus.

Art. 7. an detur aliquis sensus anagogicus.

Art. 8. an detur aliquis sensus per accommodacionem.

Art. 9. Ex quo sensu sumitur efficax argumentum.

# INDEX.

Controversia tertia generalis.

¶ quibus sacra scriptura interpretanda sit, & quomodo.

Controversia prima specialis.

De legitimo, & infallibili scripturarum interprete.

Art. 1. utrum authentica, & infallibilis interpretatio scripturarum sit in quocumque priuato, qui spiritum Dei habet, vel se habere iactet.  
Art. 2. an Ecclesia sit sola, & infallibilis scripturarum interpres.

Controversia secunda specialis.

De medio interpretationis sacræ scripturæ:

Ar. 1. an scriptura per scripturam exponenda sit.

Art. 2. an stylī, & phraseos accurata obseruatio, linguarum cognitio, antecedentium, & consequentium consideratio, oratio, vel preces sint media vera legitima, & genuina interpretandæ scripturæ.

Art. 3. utrum regula, seu analogia fidei sit medium irrefragabile interpretandæ scripturæ, & quæ sit huiusmodi regula.

Art. 4. an in Ecclesia reperiatur dictus germanus sensus scripturarum traditione acceptus ad dogmata firmando, & heresies exuffandas.

Art. 5. an apud haereticos sit legitima scripturarū interpretatio.

Art. ultimus. An apud Iudeos, & Rabbinos reperiatur vera intelligentia scripturarum.

Controversia tertia specialis.

De clavis, & regulis ad intelligendum sacram scripturam.

F I N I S.



OPERE  
ARGVMENTVM  
EX TERTVLLIANO  
DE PRAESCRIP. CAP. XVII.

 Sta heresis [Lutherana, Caluiniana] non recipit quasdam scripturas: & si quas recipit adiectionibus, & detractionibus ad dispositionem instituti sui interuerit: & si recipit integras: & si aliquatenus integras praestat, nihilominus diuersas expositiones commentata conuertit. Tantum veritati obstrepit adulter sensus, quantum, & corruptor stylus. Hæc ille.

Contra ergo istam hæreticorum vafriciem tres tractatus eduntur, sub vnicâ, eaque tertia in ordine ad præcedentem, & sublequentes tomos, præscriptione.

Primus de auctoritate verbi Dei scripti, hoc est sacræ, & diuinæ Scripturæ.

Secundus de eiusdem sacræ Scripturæ versionibus,

Tercius de sacræ Scripturæ interpretatione.

# SANCTISSIMO D. N. D. V R B A N O DIVINA PROVIDENTIA PAPAE VIII.



Eploranda satis humanæ mortalitatis conditio (Beatissime Pater) cū relichto parente, & constitutore omnium Deo, insensibilia digitorum suorum figmenta adorabat. Nulla enim ferè natio sub celo viuebat, cui proprius Deus non esset: nam & Chaldæi solem, bellugas, & planas Aegyptij, Duces, & Heroas suos mundique elementa Græci, ut diuinum numen venerabantur. Ipse quoque Ieremias ad quosdam populi sui, veri cultus desertores scripsit, *Secundum numerū ciuitatū tuarum erunt Dij tui Iuda*, cum idola sibi pariter efformarunt. Sed & Romulei, qui omnibus dominabantur populis, omnium gentium seruiebant erroribus, & magnam sibi videbātur assumpsisse religionem, quia nullam respuebant falsitatem. Fano siquidem illo Babylonica confusione exuperante, in Vrbe sua principe (quod & Pantheon appellarunt) extructo, tot simulacra erexerūt, quot in vniuerso orbe à varijs gentibus colli inspiciebāt: non vnum aut alterum Deum, sed (vt per singulos cum Tertulliano discurrat) nouos veteres, Græcos Barbaros, liberos captiuos, domesticos peregrinos, proprios cōmunes, masculineos femineos, rusticos urbanos, nauticos militares, in sui patrocinium aduantantes, seruientes, ut ait Apostolus, creature potius quam creatori: cuius veri Dei (aīt Augustinus) erat auxilium necessarium, à quo mitterentur sancti, & veraciter pijs, qui pro vera religione morerentur ut falsa à viuentibus tollerentur. Verum prostratus communis hostiis crucis Dominicæ trophœo, & Martyrum sanguine, funestorum sacrificiorum extinctis nidoribus, videns Idola cōfracta, ut scripsit Cyprianus, hæreses inuenit, & schismata, quibus subuerteret fidem, veritatem corrumperet, scinderet unitatem. Et sicut nationes manibus (vt ponderauit quoque Tertullianus) ita Hæretici verbis Idola fabricarūt, id est alium Deum, & alium Christum, & sub vocabulo Christiano (vt dicit Augustinus) doctrinæ resisterent christiane, quasi possent indifferenter sine vlla correptione haberi in Ciuitate Dei, sicut ciuitas confusione indifferentes habuit philosophos inter se diuersa, & aduersa sentientes. Sed quāuis in hæresibus quindecim retro sæculis recurrentibus, multiformem callidus serpens obtineret principatum, arcem tamen (vt prius de Manichëis magnus ille Pontifex Leo pronunciarat) Lutheristarum, & Caluinistarum struxit infania, & in eis aulam, in qua se exultantius iactaret, inuenit: vbi non vnius prauitatis speciem, sed omnium simul errorum, impietatisq; mixturam generaliter possideret. Quod enim in Paganis profanum, quod in Iudæis carnaлиbus cœcum, quod in secretis magicæ artis illicitum, quod denique in omnibus hæresibus sacrilegum, atque blasphemum, hoc in istos quasi in sentinam quandam, cum omnium soridum concretione cōfluxit. Omnes errores enumerate epistola liminaris non patitur, superat enim verborum copiam criminum multitudo. Sat est breuibus lineis adumbrare, quod quicquid Simon Magus, Basilides, Marcion, Gnostici, Manichëi, Ariani, Euthychiani, Nestoriani, & ceteræ inferorum portæ, ac alimenta gehennæ eructarunt; isti expolierunt, & breui compēdio, magnam impietatum summam restrinxerunt, & Rachelis furtum imitantes, omnium suorum parentum præcedentium hæreses, & Idola sunt suffurati. Per ipsos namque sacra scriptura mutilata, symbola abrogata, Trinitas sacrosancta blasphemata, Christi œconomia euacuata, sacramenta diminuta: Deū diuinitate, sacerdos meritis, Coelicolas empyreo, Pôtifices auctoritate, Sacerdotes potestate, Tempa ceremonijs, Christianos præceptis, Religiosos etiam consilijs, forum legibus, Reges regnis, regna ciuibus, ciues pace, & concordia expoliantes: mentior si non ipsa fundamenta orbis, si potuissent concutere, aggressi essent noui Theomachi, hostes veritatis, iniurij Deo, gratiæ, pietati, humanitati, rationi, pudori. Hi fructus, qui iam ad maturitatem Atheismi peruererunt ex Lutherici, & Caluinici dogmatiſ

redundantia. Hac via versipelles isti pardi, & monstruosę belluę, errorum infinitis maculis variegatae, pondere voluptatum humi depresso, voraces, truculētę, cōelo, terrę, Deo, & Christo eius bellum inferre studuerunt, se, & sua tanquam Idola ostentantes, & diuinos affectantes honores, vocauerunt nomina sua in terris suis.

Sed ut Camæleon, cuius nullus succus est corpori, pellicula tantū viuens, ceruicibus destitutus (dorsum enim à capite non secernitur, vt propterea durum sit reflecti) emissitijs ocellis, vel luminibus, per pūcta vertiginantibus, hebes, fessus vix à terra se suspēdit, vt molliter incedens gradum magis demonstreret quam explicit, iejunus semper est, & impastus; oscitās siquidem vescitur, follicans ruminat, & de vento cibus administratur, vt illi proprietas hæc vna sit præcipua ex adiacēte, vel superueniente colore suffundi, hoc solum datum sit, quod vulgariter dictum est, de corio suo ludere: non secus in Nouatoribus accidit, quorum animas nullus diuinæ gratiæ succus impinguat, qui exunijs moralitatis tātum viuentes, inflexis ob pertinaciā ceruicibus, lumine etiam naturali offuscato, nutantes, vtpote spiritum vertiginis habentes, tardi ad diuina, bonorum operum meritis ieuni, turbinem seminantes, superbiæ vento pascuntur, & ad gloriam popularē anhelantes, de corio suo ludunt nouelli Camæleontes, & Protheti, & in omnium colores, & formas transformati omnium H̄eresum, & Idolorum imagines repräsentant.

Verum, vt inuictissimus fidei nostræ Imperator Deus pro Idolorum profliganda superstitione Apostolicos viros, & Martyres destinauit, qui verbo, & sanguine Euangelium seuerunt, vnam eandemque fidem exhibentes, quam hodie Catholici profitemur; ita per singulas sibi inuicem succedentes ètates, pastores, atque doctores ad proscindendas hæreses ordinauit. Ad arma conclamatum est aduersus montes excelsos, & super omnem murum munitum Babylonis. Omnia copijs refertos instruxit exercitus spirituales, accersuit sapientū legiones, oecumenica indixit Concilia, Duces, Tribunos, Centuriones, hoc est Pontifices, Episcopos præfecit, auxiliares copias Theologorum adiunxit. Quid inde profligati hostes, reieci, cunei, aræ, confractę, & quod prenunciauit Isaías, In illa die projicit homo Idola argenti sui, & simulachra auris sui, quæ fecerat sibi, vt adoraret talpas, & vespertiliones, in veterum h̄eresum extincionē cernimus adimpletum. Ipsa verò Idola peruersę, profanęque doctrinę crassius à Luthero efformata, à Melâthone tornata, à Centuriatoribus Magdeburgensis lineata, à Caluino stibio, & purpurissa incrustata, à Beza fucatis coloribus depicta, certam, & iam iam imminentem ruinam, præfigiunt. Nam hinc ex efficacia incorrupti Verbi Dei, lingua, & calamo orthodoxorū prædicatorum, atque doctorum administrati, obmutuerunt, & oracula Delphicis responsis fallacia, cessarunt: inde ex corundem Euangelicorum ministromachia, tamquam vulcania bipenni suarum fidicularum articuli præcisi, gradiores partes suarum confessionum immutatę, & detruncatę, vt tamquam Dagon in Azoticis paludibus, Luthericum, & Calvinicum dogma solo inani nomine Idoli retento ante arcum catholicę veritatis iaceat, & truncus descoedatus deus iste recens, quæ non coluerunt patres eorum, sui loquens occasum, & interitum, dígito demonstretur. Huius defectionis sponsionem aduersus Idolorum, & prauorum dogmatum extructores, ad Ecclesiam iam pridē Deus direxerat. Ecce (inquit per Isaiam) confundētur, & erubescet omnes qui pugnant aduersum te, erunt quasi non sint, qui contradicunt tibi, quæres eos, & non inuenies viros rebelles tuos.

Verum cum concifas partes, noui platiæ pro idoli instauratione conglutinare satagant, variis in dies tractatus, & opellas cudendo, occurserunt etiam pij, in vitium vitio coarctati alieno, respondendo, varia opuscula edendo, si quomodo in cinerem, & fauillam Idola ista redigant, & Babylonem istam, & Pantheon ponant in tumulum, urbem fortium in ruinam, vt non sit ciuitas, & in sempiternum non adficitur. Qui spirituales viri, etsi modesta trepidatione, vt scribit Hilarius, vitam cupiant silentio transfigere, nescio quo pacto fit, vt veritatis ardore incitati, & hereticorum furore commoti, & periculo ignorantę perturbati, qui loqui nō audebant, silere non possunt, ne destitutę veritatis rea in ipsis arguatur taciturnitas. Simili calore defendendę veritatis, quantum Dominus dedit, incitatus, Tomum primum Catholicarum præscriptionum aduersus Hereticorum istam prauitatem elaboratum superioribus annis in lucem edidi: alterum, rursus in arenam descendens (Pater Beatissime) quæ

in lucem emitto S.T.cōmitto. Scio quod est cibus cibo melior,& liber libro. Sed non propteræ primæ notæ legionarij egregij scriptores,& controuersiarum tractatores, qui fortiter præliati sunt bella Domini, ne in prælium quoque descendam, auocabunt. Militat Regis suo, qui fossas parat, & qui vigilias seruat, qui portas tueatur, & qui armamentario præficitur, qui spicula contorquet, & qui voce exterret. *Confugentes*, ait scriptura, *virii Israel, et Iuda vociferati sunt, et persecuti sunt Philistæos.* Aequa etiam portio est descēdentis ad prælium, et remanentis ad sarcinas. Cum Rege Tyri, mystico Salomoni ligna cedrina, & abiegnæ pro ædificatione templi Domini doctores suppeditent; ego Hiram filium Viduę, & artificem ærariū opus Deo ex ere parantem, imitabor. Thuribula ærea refractariorum, atque rebellium conflata, & in laminas producta, hoc est (teste Augustino) Hæreticorum dogmata in signum vitorię, & triumphi altari Dei, vbi veræ fidei prædicatio, ipsaque veritas ex falsorum comparatione refulget, adaptentur; utriusque opera conflatoreis, & compaginatoreis inferioris, & superioris ministerium necessarium iudicatur, ad tabernaculum cōstruendum. Ferant alij Topazios, & lapides Onychinos, adducant fortissima scripturarum testimonia, recondita antiquitatis loca, Patrum, Conciliorum monumenta proferant; Beseleelis munere fungar, magni illius Vincentij Lyrinensis documenta seruabo. Esto (inquit) spiritualis tabernaculi Beseleel, pretiosas diuini dogmati gēmas exculpe, fideliter apta, adorna sapienter, adjice splendorem, gratiam, venustatem: intelligatur te exponente illustrius, quod antea obscurius credebatur: per te posteritas intellectum gratuletur, quod ante vetustas nō intellectum venerabatur: eadem tamen, quę didicisti ita doce, vt cum dixeris nouè, non dicas noua. Qualescumque tamen hi sint labores mei, non diu, nec ambiguī lance consilij deliberandum fuit, cuius tutelæ, vel patrocinio dicarentur. Tibi, Beatissime Pater, debebantur. Si materiam specie sacrorum dogmatum res est, quorum S. Tuę est reseruata probatio. Apostolici enim verticis, vt scribunt Episcopi Carthaginenses ad Theodorū Papam, vetusta sollicitudo est, tam mala damnare, quam probare laudanda: ad quem in fidei quęstionibus, tanquam Summū Sacerdotem, supremum in terris iudicem, Dei Angelum, diuinę voluntatis interpretem fidèles omnes configuiunt, & è cathedra loquentis tanquam Petri ore prolata decreta venerantur atque suscipiunt. Cuius apostolicum pectus, vt sciat reprobare malū, & eligere bonū, plenū butyro illo, & melle propheticō diuinæ sapientiæ, quod Patres Apostolicæ doctrinę hæredes fideliter per successionē tradiderūt, & è cellulis cēnobiorum industriosę apes varia edendo opuscula ministrarunt. Si meam professionem attendo illi familiæ sum adscriptus, cuius fundator in forma catuli demonstratus, in eum finem præcipuum à diuina prouidentia est destinatus, vt hæreticis nō parceret aduersus prophanas vocum nouitates latrando, & alumnos suos ad tuendū gregem Dominicum à luporum incursibus, Pastorum obsequio consignando. Vnde S. Dominici religio, vt de Herone scripsit Gregorius Naziāzenus est, eo etiā nomine canis, quia virtutis familiares, ac domesticos mulcet, externos latrando insectatur. Quare opus erat filium Ecclesię, instituti Prædicatorij alumnum, aduersus Nouatores scribentem, in obsequium Patris familias, quem Christus Dominus constituit super familiam suam, eius pedibus obuolui, & fidelitatem ne dum verbis, sed & opera ista demonstrare. Si denique temporis conditionem inspicio, illi delibo, quos è catholicæ fertilissimo agro collegi sacrorum dogmatum flores, sub cuius Pontificatus amœnissimo vere, reflorent omnia, ac renouantur, propemodum de interitu reformatur. Floret certè Catholica Ecclesia velut hortus domini: ibi enim Euangelij vomere in glebis gentium colitur, clauditur hic stimulis, & repagulis disciplinæ: ibi ab omni pessimo gramine destinando prædicatores, apostolico labore purgatur, hic fidelium plantarijs, lilijs virginum, rosis martyrum, confessorum viriditate amœnus, fragrat odoribus sempiternis. Innouantur certè omnia dicam cū Nazianzeno, dum ad Deum insulæ gentium, Ecclesiæ recens constituta, utque è salsa, et amara infidelitate surgentes fidam sedem accipiunt Deo calcabilem. Innouatur apud Prophetam murus æneus, hoc est nifallor anima firma, et aurea; anima inquam tua, dum S.T. pro defensione Ecclesiasticæ libertatis, veluti murum æneum imo silicem, & adamātem, orbis expertus est. Omnia in melius commutatur, Doctorum academiæ, Iudicum subsellia, Principum solia, Pastorū cathedræ, & ad tuarum virtutum prototypum totus componitur orbis: vnde

& qui in partem sollicitudinis assumuntur Episcopi habent quid admirantur, & imitantur. Vident hoc veris tempore Pastorem aptantem fistulas, & pastorale carmen inspirantem. Piscatorem profundum aquæ prospicientem, & in petris insidentem, & ne à Gregorio discedam, quod delectabile est, & stemmati tuo conueniens; Nunc sedulae apes solutis pennis, ac relictis aluearibus sapientia sue documentum præbent, atque ad prata conuolant, floræque populantur, ac partim cellulas elaborant sexangulas, & inter se oppositas fistulas attexentes, rectasque angularibus alternantes, non minus ad operis elegantiam, quam securitatem, partim mel in horrea recondunt, atque hospiti suo dulcem fructum, & inaratum proferunt. Monstrant hec te Christi Domini apiarium esse, & sapientię, industrię, laboris, exēplum ab apibus accepisse, & quo excellis priuilegio maiestatis super minutis apiculas, quæ erga suum regem reverentiam deuotionis obseruant, eo exuperas vigore sapientia, & amo re virtutis. Inuitat scriptura. Wade ad apem, per quam principem intellexit Origenes. Flosculos sacrorum dogmatum exhibeo, vt si hinc infusum rorē floribus colligas, inde mellito ore, si quid amari ignorantiæ meq; deprehēderis, in dulcorem vertas, in benedictionibus dulcedinibus: si quid enim minus cautè dictum est, emendari cupio (dicam cum Hierony.) à te qui Petri fidem, & cathedram tenes, & quod ignoranter assertum tua sententia corrigatur. Et si Beseleel quæcumque elaborauerat Sacerdoti Sūmo ea offerens benedictionem reportauit, dicente scriptura, Postquam Moyses vidit cuncta completa benedixit eis. Fœcundiorem benedictionem reportabo, quanto in authoritate maior Moysē Petri successor. Interim ad reliquos tomos perficiendos accingor de Ecclesia, & Rom. Pontificis authoritate tractatus; Ecclesię namque catholicę, eiusque visibilis capitatis Romani Pontificis defensio, maximus religionis actus est, & omnium controvësiarum dissoluendarum breue compendium. Rationabile, & necessarium oīsequium, quando etiam, vt ait Ambrosius apiculę Regem suum summa protectione, defendunt, et perire pro eo pulchrum putant, & vt scripsit Basilius in Ascetica, pro eodem, ex lege naturae bellum gerunt, et ex ordine proprium regem consecrantur. Certè proprius catholicorum character, qui ad unius nutum respiciunt, et uno Rege, Hierarcha summo utuntur, ut bene sint inter se, et concorditer dispositi, amnis enim dissensio, et discordia indicū habet eius contumacia (vt Hereticis accidit) qua unius principatus respuitur. S. V. incolumem Deus O. M. diutissimè seruet pro Ecclesię bono, & pace. Neapoli ē Coenobio S. M. Sanitatis 7. Octobris 1626.

## S. V.

### Pedibus prostratus

Fr. Dominicus Grauina.

INDEX  
CONTROVERSIARVM.  
ET ARTICVLORVM  
HVIUS OPERIS.

TRACTATVS PRIMVS  
De verbi Dei scripti authoritate.

Controversia Prima Generalissima de scripturæ veritate.

*Controversia Prima Generalis, de causa effidente sacræ  
Scripturæ principali.*

CONTROVERSIA I. SPECIALIS.  
De Deo causa efficiente sacræ scripturæ.

**A**Rt. primus. An Deus sit auctor, & cōditor  
sacræ scripturæ.

Art. 2. An singulorum verborum sacræ scripturæ  
Deus auctor extiterit.

Ar. 3. Quomodo Deus sacris scriptoribus sacræ  
scripturam dictauerit, an solum mentem illu-  
strando, an etiam voluntatem mouendo, &  
manum affiendo.

Ar. 4. Vtrum scriptores Biblici fuerint instru-  
mentalis causa sacræ scripturæ.

Controversia secunda specialis.

Cuius nam scripturæ Deus fit causa efficiens  
principalis.

**A**Rt. 1. Vtrum veteris testamenti scriptura  
Deum habeat auctorem, meritoque dicatur  
scriptura illa testamentaria.

Art. 2. An Deus sit auctor scripturæ noui testa-  
menti.

Controversia tertia specialis.

Quorum librorum veteris testamenti Deus sit  
author principalis, & primo an sit author  
librorum, qui à nonnullis protoca-  
nonici dicuntur.

**A**Rt. 1. de libris legalibus. Vtrum Penta-  
teuchas hoc est volumen continens quin  
que Moysi libros sit diuina scriptura, à Deo

inspirata, & dictata, & an hoc tantum ex  
scripturis istis possit ostendi.

Ar. 2. Vtrum libri historiales sint à Deo inspi-  
rati, & primo quæritur de libris Iosue, Iudi-  
cum, & Ruth.

Art. 3. Vtrum libri Historiales Samuelis, Regū,  
Paralipomenon sint diuino spiritu editi.

Art. 4. An duo libri Esdræ historici, sint diuini,  
& diuino spiritu editi.

Ar. 5. Vtrum liber Job historicus sit, & à Spi-  
ritu Sancto dictatus.

Ar. 5. de lib. Paranicis. An libri Proverbiorū,  
Ecclesiastēs, Canticā Canticorum sint sacri,  
& diuinitus inspirati.

Ar. 6. De libris Prophetalibus. An sint diuini,  
hoc est lib. Psalmorum, Elaiæ, Ieremij, & cæ-  
terorum Prophetarum.

Controversia quarta specialis.

An librorum eorum veteris testamenti, qui &  
deuterocanonici dicuntur ab aduersarijs,  
Deus fit author.

**A**Rt. 1. An liber integer Esther sit diuinitus  
inspiratus.

Ar. 2. An liber Tobiae sit à Deo diuinitus inspi-  
ratus.

Ar. 3. An liber Iudith sit sacer, & diuinitus in-  
spiratus.

Ar. 4. An liber primus, & secundus Machabœo-  
rum sint sacri, & diuini.

Artic. 5. Vtrum liber Sapientiæ sit diuinitus  
inspiratus.

Ar. 6.

# INDEX

Ar.6. Vtrum liber Ecclesiasticus facer sit, & diuinitus inspiratus.

Ar.7. Vtrum liber Baruch sit facer, & diuinitus inspiratus.

Ar.8. Vtrum omnia capitula Danielis, quæ in vulgata editione habentur sint diuinitus inspirata.

## Controversia quinta specialis.

Quorum librorum noui testamenti Deus fit author, & primo de iis, quos dicunt aduersarii Protocanonicos.

A Rt. 1. Vtrum quatuor Euangelia diuino spirito edita fuerint.

Ar.2. An acta Apostolorum sint à Spiritu sancto dictata.

Ar.3. An epistolæ Pauli sint à spiritu diuino dictatae.

Ar.4. De epistolis canonicis, atq; Catholicis an eodem spiritu dictante sint conscriptæ.

## Controversia sexta specialis.

An etiam Deus sit author earum partium quorundam librorum sacri noui testamenti, qui modo inter Deuterocanonicos à Nouatoribus recensentur.

A Rt. 1. de quibusdam capitibus Marci, Lucæ, Ioannis an sint diuino spirito editi.

Ar.2. de epistola ad Hebræos.

Ar.3. De aliquibus epistolis Canon. atq; Catho. 2. Petri. 2. Ioa. Iacobi, Iudæ an sint diuinitus inspiratae.

Ar.4. De libro Apocalypsis an sit diuino spiritu editus.

## Controversia septima specialis.

An Deus sit author eorum librorum sacrorum, qui aliquando perierunt, & qui sint illi.

A Rt. vni. An p̄ter enumeratos sacros libros alij fuerint à Spiritu sancto editi, qui possent perierunt.

## Controversia octava specialis.

An Deus eorum librorum, qui apochryphi dicuntur, sit inspirator, & author.

A R. 1. Num libri, qui apochryphi dicti sūt à PP. sint sacri, & diuini.

Ar.2. Quinā sint libri in speciali, qui inter apochryphos, seu pseudographos recensentur.

## SECUNDA CONTROVERSSIA Generalis.

De causa efficienti instrumentalis  
sacræ Scripturæ.

Controversia prima specialis.

De causa efficienti instrumentalis librorum veteris testamenti, & primo de legalium librorum scriptore.

A Rt. 1. An Moyses scripsit Pentateuchum.

Ar.2. An libri Iosue ipsem Iosue scriptor extiterit.

Ar.3. A quo sit descriptus liber Iudicum cū lib. Ruth.

Ar.4. Quis fuerit scriptor librorum Regum, & Paralipomenon.

Ar.5. De scriptore primi, & secundi Esdræ.

Ar.6. De scriptoribus librorum Esther, Tobiae, Judith.

Ar.7. An David fuerit scriptor Psalmorum.

Ar.8. An Job fuerit suorum gestorum scriptor.

Ar.9. An Salomon fuerit auctor proverbiorum, siue parabolarum, & librorum Ecclesiastes, & Cantici Canticorum.

Ar.10. An Salomon fuerit auctor librorum Sapientie, & Ecclesiastici.

Ar.11. Qui sint scriptores sacri librorum Prophetatum.

Ar.12. De scriptoribus librorum Machabæorū.

Controversia secunda specialis.

Descriptoribus sacris noui testamenti.

A Rt. 1. An quatuor euangelia à quatuor Euan gelistis sint descripta v 3. Matthæo, Marco, Luca, Ioanne.

Ar.2. An author actuū Apostolicorum fit Lucas.

Ar.3. An omnes epistolæ, quæ sub Pauli nomine leguntur in Ecclesia, sint ab ipso editæ.

Ar.4. An epistola Iacobi à Iacobo Apostolo fuerit edita.

Ar.5. An epistolæ Petri nomine descriptæ verè sint ab ipso compositæ.

Ar.6. An omnium trium epistolarum, quæ sub Ioannis nomine leguntur in Ecclesia, Ioannes auctor fuerit.

Ar.7. An epistola illius, quæ dicitur Iudæ ab ipso vel alio sit edita.

Ar. vi. an libri Apocalypsis author fuerit S. Ioannes Evangelista.

## CONTROVERSSIA III. GENERALIS.

De causa materiali scripturæ.

A Rt. 1. An Deus vel Christus Dominus sit sa- cræ scripturæ materia.

Ar.2.

# INDEX

Art. 2. an Christus tantum sit obiectum sacrae scripturæ.

Art. vlt. In quo ostenditur quomodo in Christo recapituletur quicquid in veteri nouoquæ testamento tractatur.

Controversia quarta generalis.

De causa formalis scripturæ.

Controversia prima specialis.

A Rt. 1. An in Hebreæ lingua scripta sit uniuersa veteris testamenti scripture.

Art. 2. qua lingua scripti sint libri noui testamenti, an solū Græca, vel Hebraica, sed etiā Latina.

Art. 3. quo charactere libri veteris testamenti conscripti sint, & num hodie perseveret.

Art. 4. An libri veteris testamenti olim sine plurimi loco vocalium, & accentibus, & sine finali versuum distinctione fuerint exarati.

Art. 5. an omnes libri sacri sint oratione soluta descripti.

Art. 6. an illa pars scripturæ prosa, vel oratione soluta descripta non solum sapientiam, sed etiā eloquentiam redoleat.

Controversia secunda specialis.

De scriptura prout est canon, & canonica dicitur.

A Rt. 1. an libri sacri, & diuini in Bibijs sacris contenti, non modo canon sint, sed & canonici, & qua ratione.

Art. 2. Quis nam sit Hebræorum canon, & quando editus est, & an sit idem, qui modo circūfertur.

Art. 3. Quis nam sit canon ecclesiæ Catholicæ, & quando editus.

Art. 4. Vtrum hic canon Ecclesiasticus sacras scripturas complectens unus sit, & indiuisibilis, & æqualis auctoritatis.

Art. 5. quo ordine numerentur libri canonici, & an recta sit Ecclesiæ catholicæ circa eosdem dispositio.

Controversia quinta generalis.

De causa finali scripturæ.

Art. vnic. Quisnam sit finis scripturæ.

## TRACTATUS II.

### CONTROVER. II. GENERALISSIMA:

De sacrorum Bibliorum versione.

Controversia prima generalis.

A Rt. vnicus. An inhærendum sit scripturæ conuersio in alienam linguam.

Controversia secunda generalis.

Art. vnicus. An æqualis sit auctoritatis scriptura versa in alienam linguam, cum ea, quæ est in suo fonte, & originali.

Controversia tertia generalis.

Art. vnicus. An totus Bibliorum textus Hebraicus aliquando perierit.

Controversia quarta generalis.

Art. vnicus. An textus Hebraicus usque in hanc diem illibatus permanserit, qualis fuit editus ab initio.

Controversia quinta generalis.

Art. vnicus. an textus Græcus usque ad præsentem illibatus permanserit.

Controversia sexta. De Chaldaica versione.

Art. vnicus. An in ea contineatur verbum Dei.

Controversia septima generalis.

De versione Septuaginta Interpretum.

Art. 1. An vñquam editio 70. Interpretum authentica fuerit, & irrefragabilis auctoritatis.

Art. 2. an editio 70. hodie pariter sit illibata auctoritatis.

Controversia octava generalis.

De alijs Græcis versionibus.

Art. vnicus. quæ & quot sint cæteræ editiones Græcae, & an in illis omnibus contineatur verbum Dei.

Controversia nona Generalis.

De Syriaca editione.

Art. vnicus. Quam habeat auctoritatem versio ista Syriaca.

Con-

# INDEX

## Controversia decima generalis.

De Latinis versionibus, & de vulgata editione.

## Controversia prima specialis.

### De editione Latina.

Ar. 1. an eadem sit cum vulgata antiqua, quæ & Itala dicta erat.

Ar. 2. Vtrum editio vulgata in his, quæ pertinēt ad fidem, & bonos mores inconcūstæ sit auctoritatis.

Ar. 3. an etiā in minimis particulis, suam quoq; habeat vulgata auctoritatem.

Ar. 5. an S. Hieronymus totius vulgatæ fuerit auctor.

Ar. 5. an editio hæc Hieronymiana Spiritu sancto assistente, & dirigente conscripta fuerit.

Ar. 6. an in ista versione Hieronymiana fuerit, & sit verbum Dei.

Ar. 7. an editio Hieronymi ceteris latinis editionibus preferatur.

Ar. 8. an editio vulgata à Tridentino Concilio ita sit probata, vt ipsos Græcos, & Hebræos fontes reiecerit, & recursus ad eosdem venterit.

Ar. 9. Vtrum ante Concilij Tridentini decreta mendosa fuerint Biblia in nostra editione, vitio librariorum.

Ar. 10. vtrum ante Concilij decreta, & nouissimam emaculationem Sixtinam, & Clementinam mendosa fuerit nostra editio, & in omnibus codicibus Hebræis, & Græcis præsertim latinis fuerint multa loca corrupta.

Ar. 11. an hæc mendosa editio repurgata fuerit, qua auctoritate, & in quibus locis.

Ar. 12. an post ultimam istam correctionem ita lectioni vulgatæ simus adstricti, vt varias interpretationes relieta ea quæ circumfertur, se qui non liceat.

Ar. 13. an ista editione vulgata ita pura lectio sit restituta, vt nullus defectus manferit, nihilq; emendandum superfit.

Ar. 14. an sit expediens, vt fiat alia translatio, & puriori latina lingua scriptura traducatur.

## Controversia secunda specialis.

### De alijs latinis editionibus.

Ar. 1. an alijs editionibus latinis Pagnini, Caietani, Vatabli, Clari sit verbum Dei.

Ar. 2. an sit expediens ipsam vulgatam cultiori lingua edere.

## Controversia undecima generalis.

### De versionibus vernaculis.

Ar. vnicus. an liceat sacra eloquia in linguam vernaculam transferre, & eadem lingua populis legenda permitti debeant.

## Controversia duodecima.

### De Hæreticorum versionibus.

Art. vnicus. an in hæreticorum versionibus continetur verbum Dei. Ostenso ocularis errorum, & hæresum, quæ in versionibus Hæreticorum continentur, præsertim in Biblijs, quæ in Gallia, Anglia, Germania à Calvinistis leguntur.

## TRACTATUS III.

## CONTROVERSIA GENERALISSIMA.

De verbi Dei scripti, hoc est sacræ Scripturæ, interpretatione.

### Controversia prima generalis.

An sacra scriptura adeo sit clara, & aperta in omni sui parte, vt interpretatione non indigeat.

### Controversia secunda generalis.

#### De sensibus sacræ scripturæ.

Art. 1. an in sacra Scriptura reperiantur plures sensus, & quot sunt.

Art. 2. an in scriptura sit sensus litteralis, & de eius speciebus.

Art. 3. an sensus litteralis noxius, & mortiferus sit.

Art. 4. an sub una littera sint etiam plures sensus litterales.

Art. 5. qui sint alii sensus præter litteralem, & primo an detur sensus allegoricus.

Art. 6. an detur aliquis sensus tropologicus.

Art. 7. an detur aliquis sensus anagogicus.

Art. 8. an detur aliquis sensus per accommodacionem.

Art. 9. Ex quo sensu sumitur efficax argumentum.

# CATHOLICARVM PRAESCRIPTIONVM

## aduersus nostri temporis hæreticos.

LIBER QVARTVS.  
A.R.P.F. DOMINICO GRAVINA  
S. Theol. Magistro, Ordinis Prædicatorum, Authore.

*De probatione eorum Principiorum, quæ ut concessa haberi debent, & ab aduersarijs ut inconcessa exploduntur.*

*Anacephalæsis eorum, quæ in præcedenti tomo dicta sunt, cum subsequentium  
Præscriptionum continuatione.*

**E**rreligiosos æstus suos calor hæreticus non continet, & in ipsa conclusione ad ultimū & profanissimū irreligiosi furoris sui prorumpit ardorem, scripsit Hil. 7. de Trin. & omnis error eō progreditur, ut impietatis vexillo semel erecto, ne dum tecta, parientes, sed & fundamenta ipsa, hoc est non unum, aut alterū articulū fidei, sed & totius religionis principia Atheismi arietibus nisi temerario conetur cuvertere. Et quemadmodū etate procedente veritas crescit atq; fructificat, & tāquā lux erumpit usq; ad perfectum diem, non secus ad emulationē eius prouocatibus spiritibus erroris, ut verbis Cypriani utar ep. 79. ad Pompeium [in dies singulos schismata & hæreses surgunt, crebrius atque liberius exerecunt, & serpentinis criminibus pullulantibus aduersus Ecclesiam Dei maioribus viribus venenorum suorum virus exprimunt] Euoluat qui volet recurrentium retro seculorum centurias, recensentur quotquot post Christi Domini in cœlos ascensionē ē catholicorū castris sciuncti, sectas, perditiones introducerunt, Simoniani, Montanistæ, Manichæi, Ariani, Macedoniani, ceteriq; Cacodemonis emissary; & exactè hæresis naturā, ingenio, formā, exitiale odium aduersus Dñm, & eius Ecclesiam, cotendere luce clarius obseruabit, ut omniconatus diuinā maiestatem inuadere, ē regia deturbare, ad nudum nomen, & nibilū si fieri posset, redigere, omnibus artibus sed vacuis, vehementer infudarit.

Primo igitur saculo erupit Simon protoparens omnium hæreticorum, & dū magnā virtutem, hoc est, Deum se esse prædicauit, in Dei solio sedem cū Lucifero collocare procurauit. Secundo dum Marcion, Valentinus uno Deo non contenti, plures deos introduxerunt, verum Deū repudiaron. Tertio Manichæus duo principia constituens, duosq; introduxit Deos unum honorū, alterum malorū auctorem, unitatem cum bonitate à deitate sciungens, nullū fassus est Deum. Quarto saculo erupit bellona illa Arius & Verbi Dei consubstantialitatem oppugnās, iniurius patri, illum quoq; paternitate, sicut filiū filiatione simul cum deitate in tribus personis subsidente, ausus est spoliare. Quinto saculo Nestorius dū plures in Christo Dño personas multiplicat, Christū dissoluit, & duos in orbem introducendo Christos, Incarnationis Dñicæ œconomia abnegauit. Sexto saculo contraria incedentes via Trideita, sicut ad multiplicationem naturarum multiplicatas personas dogmatizari a Nestorianis audierant, ipsi ad multiplicationes diuinarum personarū diuinā naturā multiplicarunt, & tres personas, tres Deos cōfidentes, Dei unitatem tollendo, existentiam, & essentiam quoq; abnegarunt. Septimo saculo Monotheita unam tantum operationem agnoscere volentes in Christo, eamq; diuinam, consequenter humanae naturee proprietates assumptas, ac proinde, dum creatam voluntatem a Christo auferebant, humanitatem profligabant, & aduentum Christi Domini in carne euacuabant. Octavo saculo dum Elipædus Christum, serum prædicare non erubuit, a throno diuino nūs est dominum nostrum exturbare. Nono saculo Photius Patriarcha Græcanici schismatis author, Spiritus sancti processionem a solo Pare non item à Filio afferens, Trinitatis mysterium dissoluit, nec enim ullo modo Spiritus sanctus à Filio distingueretur, nisi ab eo quoq; procederet. Decimo saculo, ut Diuinae Maiestatis naturam infringerent noui Antropomorphitæ sepultam hæresim, quod Deus esset corporeus, excitarunt. Undecimo Manichæinoui, damone peiores, in cœlum ponentes os suum, quacumque ex Christi, & Apostolica doctrina orthodoxi de Trinitatis ineffabili Sacramento prædicabant, tanquam deliramenta, & nugas reiçiebant. Duodecimo saculo Bogomili Antropomorphitarū dogma renouātes, Deum corporeum in-

troducentes, simplicitatem eneruant: eodemque tempore Albigenes Manicheorum errores de duobus principijs renouantes, duos introducerunt colendos Deos, aduersus humani generis unicū parentē Deū, extento collo consurgētes. Tertio decimo saeculo Almericus dices Diuinā effentiā oīum rerū esse formā, Deo rationem partis attribuendo, diuinā naturā perfectionem imp̄fissimē violauit. Quartodecimo Dulcinus, & Lollardi, ut impunē peccarent, Deū mala non agnoscere, nec punire prædicarunt (scientia priuantes illum, cuius oculi lucidiores Sole, & res cognoscit antequam siant, & docet hominem scientiam) ne sua impietatis vindictam exacturum iustum iudicem cogitarent. Decimoquinto saeculo tāquam Cimomiyā ebullientes Vtice uisitā in eam quoq; dementiā proruperūt, ut dicerent Deū non liberē sed ex necessitate naturae operari libertatem à primo agenti libero, à quo omnia libera auferentes, nec intelligentem, & volentem integrē fassi sunt, & se ipsos bellus, truncos, & stipites euulgarunt. Vnde dum diuina natura, vel in suis perfectionibus & attributis denudata, & in personis mutilata introducta est pro Deo quem non coluerunt patres nostri, nihil aliud actum est, quam ad nō Deum à vero Deo prouocare, & bipersonatum Christum dogmatizando, non tam Oeconomiam Incarnationis peruerterunt, sed ex illa prouenientia Christi Domini merita, satisfactiones, sacramenta, ipsam quoque Ecclesiam (qua in his septem columnis fundata est) ad inane nomen contraxerunt, cui blasphemia ne dum seculorum priorum, sed posteriorum quoque truculentā bellua innumeris peccatorum maculis variegata subscribere non formidarunt. Abnegata vero Ecclesia, Christo, Deo, Atheismus altas radices fixit in cordibus perfidorum, eliminatis nedum principijs uniuersalibus, sed etiam illis uniuersalissimis, videlicet, quod Deus sit, & quod inquirentibus se sit remunerator. Consequenter Dei existentiam, eiusque prouidentiam è cordibus ablegantes, cum pietate hominem exuerunt, pecudum vita viuentes, immortalitatem animae abnegarunt, & persecutentes fœdus cum morte, & paclum cum inferno, sulphureas illas voces eructarunt. Circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat, & in corde, cum illo impiò dicendo, Non est Deus, & cum Epicureis cantillando. Edamus & bibamus, cras enim moriemur. Ita quibusdam quasi gradibus progrediens hæresis in profundum deuenit, vel saltem aptauit gradus. Quare meritò quamcumque hæresim, qua tandem in auenas Athanas fructificat meritò diceris deformitate abominandam lamiam, blasphemij horribilem furiam, malitia diaboli amulatricem, crudelitate deicidam.

Sed inter omnes primatum in impietate obtinet Lutherica, & Caluiniana hæresis; unus enim Lutherus, (ut etiam unus Caluinus) præcedentium sceleris complexus, omnium errorum riulos in se, & suis sectarj, verius cunctorum flagitorum cloacas tanquam in unam sentinam adunauit. Quicquid enim Simon, Marcion, Manes, Nestorius, & cetera inferorum porta meditati sunt, idipsum Lutherus (ut Caluinus) docuit, inculcauit, excoluit, amplificauit, ut doctrinam Luthericam (sicut etiam Caluinianam) immensam errorum farraginem & exoletarum omnium heresim rapsodiam meritò possis appellare. Fuerit immanis draco Simon, Satyrus, vel Faunus diuinitatis usurpator Montanus, Siren verborum lenocinj populos dementans Arius, lumen gratiae extinguens Cyclops Pelagius, triplex chimera Themistius, Centaurus Orientis prædo Mahometes, leo Getulus Leo Isauricus imaginem uefor, Phyton exitialis Michael Balbus, Gigantes audaces Graci in Spiritum sanctum, Romanam Ecclesiam extento collo irruentes, Eumenides inferorum Albigenes, Begardi, Husitha, Vtice leuista summa miscentes, omnia conglomerantes; certe cum Lutherum inspicias ex his omnibus belluis coagmentata multorum capitum belluam, illi qua in Apocalypsi describitur assimilem multa capita, & cornu habentem pronunciabis, è cuius ore blasphemia procedunt in Deum & Christum, & Sanctos, & Ecclesiam, ne dum conclusiones Theologicas, sed & principia particularia, uniuersalia, uniuersaliora, uniuersalissima, negantem, & tanquam belluam aliam a Daniele descriptam, omnes religionis articulos pedibus comminuentem, atque proculcantem.

Cœpit initio inutilis iste Apostata in indulgentiarum prætenso abusus obloqui, inde contra potestatē earundē largiendarū lingua armavit, & calamū strinxit, mox Doctores Scholasticos, & Vniuerstitates se se illi pro domo Dei opponentes contempnere cœpit, ad Patrum iudicia, & subsellia prouocando. Sed Patrum auctoritate victus viam fecit semitæ iræ, & peruvicacie sue, eorum infirmando auctoritatem, eosdem nauis inspergendo, erroris insimulando, & tamquam constupratores catholice veritatis traducendo. Ventum est ad Concilia, ad Pontificum Romanorum irrefragabilia decreta, qua & si initio recipere simularit versipellis, tandem ea lege recipienda docuit, quatenus sub trutina, & examine librarentur, num cum diuinis Scripturis (se quoq; iudice) conuenirent. Sed huius etiam conditionis pertesus onager iste liber, ut expeditius curreret per semitas impietatis, virgulam censoriam usurpando viam sibi apertam esse declamauit eneuandi omnia Conciliorum, & Pontificum Romanorum decreta, opere à lingua non discordante, cum in publico foro Vulcano eadem tradiderit concremenda. Demum solius sacre Scripturæ repagulis astringi se patiens, nihil aliud crepabat, nisi se solum recipere purum putum Dei verbum, prout in membranis mortuis est exaratum absque inter-

interprete, & viuificante spiritu. Ceteras vero interpretationes Patrum, esse hominum commentationes concilando. Inde illud axioma in suo, & suorum ore versatum. Nihil esse credendum diuina fide, quod expressè in sacro non contineretur eloquio. Solam scripturam esse regulam, Critirion, & finiendarum controuersiarum iudicem. Hac cantilena in triujs, in Academjs, in compijs, in tabernis, in officinis iugiter personans. His mellitis verbis Dei præconij venena instillata. [M]etino enim, ut scripsit Tertull. lib. de Spect. venenū tēperat felle, & elleboro, sed conditis pulmentis, & benē saporatis, & plurimum dulcibus id mali itajcit, ita & Diabolus lætale, quod conficit rebus Dei gratissimis, & acceptissimis imbuit, ] Quod cum Lutherus Satana suggestore præstiterit, ab ipsis scripturis sensum auferendo, mortuas membranas relinquendo, & diuinis eloquijs malè intellectis vene- na miscendo, mortem incutis propinavit, duplicititudo homicida, id propinando, quod gustatum alijs affert mortem, & a scriptura spiritum, & animam littera truculenta machera separando.

Consequens illi fuit, exanimis membranis relictis, vt easdem mus Aquilonaris ( sicut alter mus Ponticus Marcion ) corroderet, nec enim eos tantum abstulit à canone, de quibus olim apud quosdam veteres re nondum eliquata controuertebar; & propterea Deuterocanonicali tunc nuncupati, sed etiam illos ausus est truncare, de quibus nunquam exxitit controuersia, nisi apud à fide catholica extorres. Si quidem ubi ipse furcifer Mosin ad patibulum relegasset, legem eius vocavit laberinthum, iustitiam eius Minotaurum, decem precepta hæresum fontem, Genesim ænigma, Iobi historiam fabulam, ecclesiastem Thalmud, Psalmorum authorem Aësopum, uniuersam scripturam librum hæreticorum Hoc modo deprehensus est, ( vt verbis Tertull. 4. cōtra Marcio. vtar ) adulter & falsarius predicatione, & stylo, & dum scripturam ausus est emendare utrumque confirmauit, nostrum & suum nouellum euangelium: nostrum probando continere veritatem, suum vero falsitatem: dum enim emendauit, quod inuenit, prius probauit esse, quod emendare, siue temerare nisus est, prius vero monstrando, verum ostendit, quia ab initio traditum, & de nostri emendatione suum Neotericum ostendit non unum ex quattuor, sed quintum euangelium inducendo. Cumque omnis emendatio ex immutazione veniat, ac proinde, quod immutatur diuersum sit, atque contrarium, iam eo progressus est, vt diuersum euangeliū promulgando, diuersum quoque Deum induxit, viam breuem Atheismo sternens, infælicius incedens quam Diogenes, nam ille canicula hominem inuenire cupiebat lucernam in meridi circunferens: Lutherus vero, vt de Marcione quoque scripsit Tertullianus, Deum quem inuenierat, extincto lumine fidei siue amist. Hic totus progressus Lutherice discipline; quæ tandem in germina Atheorum excreuerunt: oua aspidum in regulum eruperunt, & residuum crux comedit locusta, & residuum locusta comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo, Ioh. 1. omnia tandem principia christiana, & catholica conuellendo.

Porro abnegatis principijs omnibus alicuius facultatis, inanis disputatio alicui videri posset ex Philosofo, verum quia etiam in Peripateticorum scholis usitatum est, vt si aliqua principia protinus admittat, alia neget, ex ijs que admittit, ad hominem conuinci possit; idem in hoc opere, vt diximus in Analyti prestatamus. Nam cum Nouatores principia catholica, que alibi negant, interdum constantissime admittant, possumus ex concessis ad inconcessa procedere. Quare ad hunc finem iam superiori tomo Quartum exorti sumus librum de probatione eorum principiorum, que ut concessa haberi debent, & ut inconcessa exploduntur ab aduersarijs. Et primo tractatum est de articulis Symboli, mox aggressi sumus disputationem de Verbo Dei, quod articulos dictos elucidat, ad quos pariter omniam scripti, quam non scripti verbi reducuntur. Primo autem egimus de verbo non scripto, quia per illud scriptum manifestatur, superest autem hoc loco de verbo Dei scripto differere. Nam & si scripturas quotidie inculcet heretici, tamen, vt scripsit Clemens Alex. 7. Stromatum [Primum] non vtuntur omnibus. Vtuntur deinde non perfectis, neque vtuntur scripturis, vt corpus prophetiarum, & sacerdotum requirit, sed feligunt ambiguè dicta, eaque ad proprias opiniones stabilendas transferunt. paucis sparsim hinc inde decerpis vocibus, & nulla significatione habita, ad solum nudumq; vocabulum affixi sunt, propemodum enim in omnibus, quæ citant, testimonijs, ipsos ad sola nomina mutatis significationibus adhærescere videbis, neque quorsum spectet intelligere, neque ijs, quos afferunt allegationibus, ita vt natura eorum postulat vti. Hac ille, praxim Neotericorum hereticorum ad viuum exprimens. Nā nec eas Lutherani, & Caluiniani per omnia integrè recipiunt, imò vt ostendemus, omnes abiiciunt. Nec easdem rectè quas accipiunt interpretantur. Quare recta disciplina ratio exposcit, vt primo tractaremus de sacra Scriptura maiestate, & auctoritate, eiusdemque interpretatione, & methodico ordine tractatui de verbo Dei agrapto, tractatum istum de verbo scripto ne- Esteremus, solitas prescriptiones præmittendo, quare vt ordo totius libri quarti appareat summatim prescriptiones precedentes repetimus, vt principiorum ordinata, & Methodica connexio appareat.

## PRIMA PRÆSCRIPTIO.

**S**yymbolum Apostolorum infallibilem continet auctoritatem, ut potè præclarum fidei testimoniū, & summa totius doctrinæ catholicæ, in quo breuiter fidei regula continetur, super quod ædificium consurgit Ecclesiæ, per quod hæreses confutantur, aduersus quas auctoritate catholicæ, & munitiori defensione eorum, quæ in eo recensentur, multa alia Symbola edita sunt; non nouam fidem continentia, sed eandem explicantia.

## SECUNDA PRÆSCRIPTIO.

**I**Taque state, & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. 2. Thess. 2. Termini ergo, ut dicit Epiphanius nobis positi sunt, & fundamentum, & ædificatio Fidei, & Apostolorum traditiones, & scripturæ sanctæ, & successiones doctrinæ, & unde quaque veritas Dei munita est, & nemo decipiatur nouis fabulis hæres. 55. contra Melchisedecianos.

Has præscriptiones luculenter explicuimus tom. præcedenti, omnes controuersias contra eos item attentantes dissoluentes, ad illum lectorem remittimus.



# PRAESRIPTIO TERTIA DE VERBO DEI SCRIPTO, Hoc est sacræ Scripturæ authoritate.

Scriptura sacra, quæ & canonica dicitur, meritò tanquam diuinitus inspirata in sublimi autoritatis arce locatur, ut omnem intellectum ad Fidem sibi subijciat. Ea verò prout in nostra latina vulgata editione translata conspicitur, & secundum normam Ecclesiastici sensus explicatur, pro authentica recipienda est.



*Ationabilitas huius prescriptionis apparent, quantum ad primam partem ex doctrina S. Augustini de vera relig. c. 25. banc ita demonstrantis, Diuina namque prouidentia non solum singulis hominibus quasi priuatim, sed etiam vniuerso generi humano, tanquam publicè consulit: quid cum singulis agatur, Deus scit, qui agit, atque ipsi, cum quibus agitur, sciunt. Quid autem agatur cum genere humano, per historiam commendari voluit, & prophetiam, Quia verò tempora- lium rerum fides, siue præteriorum, siue futurarum magis credendo, quam in- telligendo valet; propterea sacris scriptoribus inspirauit, ut hoc litteris cano- nicis consignarent. In qua canonica eminentia sacrarum litterarum, ut idem lib. 11. contra Faust. c. 5. etiam si vñus Propheta, seu Apostolus, aut Euangelista aliquid in suis litteris posuisse, ipsa canonis confirmatione declaratur, non licet dubitare, quod verum sit, alioquin nulla esset pagina, qua humanæ imperitiae regatur infirmitas, si librorum saluberrima authoritas, aut contempta penitus aboletur, aut interminata confunditur.*

*Quia verò oportebat, diuinam voluntatem alienis etiam linguis innotescere, hinc diuina prouiden- tia factum est, ut in Grecam linguam scripture Hebraicè dictata verteretur à 70. Interpretibus, ex qua, ut dicit idem August. 15. de Ciuit. c. 43. etiam in latinam linguam interpretatum est, quod Eccle- siæ latinaræ tenent. Et S. Hieronymus (ex eodem) ex Hebreo in latinum eloquium easdem scripturas conuertit, cuius laborem Iudæi etiam fatentur esse veracem.*

*Sed ne uniuscuiusque animus author sit Sacram Scripturam pro libito interpretandi, de Eccle- siastica intelligentia est prouisum: est enim in Ecclesia, ait Iran. 4. aduer. II. Hæres. c. 63. & 8. c. 52. Lectio sine falsatione, & secundum scripturas expostio legitima, & sine periculo, & sine blasphemia, Pro- pterea (ex eodem) omnis sermo constabit ei, si & scripturam legerit apud eos, qui in Ecclesia sunt Presbyteri, apud quos est Apostolica doctrina.*

*Verum quia triplicem generalissimam intentant controuersiam aduersarij, videlicet de scriptura veritate, de versione sacrae Scripturae, de eius sensu, & intelligentia; triplici pariter ariete destruemus machinas diaboli tres has generalissimas controuersias dissoluendo.*

## I. CONTROVERS. GENERALISSIMA. De Scripturæ veritate.

**V**T distinctè controuersia ista tractetur, in plures controuersias generales secabitur analyticæ methodo, discurrendo per singula causarum genera, ut fecimus in altero tomo tractando de verbo Dei non scripto. Prima erit de causa efficiente Scripturarum, & primum de causa efficienti principali. Secunda de instrumentali. Tertia de causa materiali. Quarta de causa formali. Quinta de finali.

## CONTROVERSIA I. GENERALIS. De causa efficiente principali Scripturæ.

**C**ontrouersia ista generalis sequentes comprehen- dit speciales controuersias. Prima de Deo causa

efficiente scripturæ. Secunda cuius scripturæ author sit Deus. Tertia, an Deus sit author librorum Protocanonicorum veteris testamenti. Quarta, an sit author librorum Deuterocanonicorum veteris testamenti. Quinta, an sit author librorum protocanonicorum noui testamenti. Sexta, an sit author deuterocanonicorum noui testamenti. (Sic enim distinguuntur ab aduersarijs libri sacri in Protocanonicos, & Deuterocanonicos; cum tamen ex catholica doctrina omnes æ qualiter canonici sint) Septima, an author sit aliorum, qui iam perdeuti perhibentur. Octaua, an sit author apochryphorum.

Circa primam queritur primo, an Deus sit author Scripturæ. Secundo, an singula verba sint dictata à Spiritu sancto. Tertio, quomodo Deus scripturā dictauit. Quarto, An scriptores sacri fuerint Dei instrumenta.

CONTROVERSIA I. SPECIALIS.  
De Deo causa efficiente Scripturæ.

ART. PRIMVS.

An Deus sit author, & conditor sacrae Scripturæ.  
Positio Hæreticorum.

**V**aria fuere impiorum monstra, quæ vel indirectè, vel directè Deum non agnouerunt esse scripturatum sacrarum authorem, vel scripturam dixerunt non esse verbum Dei. Ethnici, & Apostatae nonnulli in vniuersum, scripturam non esse sacram, & diuinitus inspiratam affirmarunt. Sic Celsus apud Origenem libris contra ipsum editis, Porphyrius apud Eusebium lib. 6. Hist. c. 15. & Julianus, ut dicunt nonnulli. Quamvis Porphyrius secundum mentem Hieronymi 1. Apolog. adu. Ruff. & in Oseam cap. 15. & epist. ad Pamphiliū de optimo genere interpretandi, solum videatur noui testamenti, & librorum Danielis authoritati derogare. Et Julianus (ex eodem, & Cyrillo lib. 8. 9. & 19. contra eundem Julianum) solum nouum testamentum à Deo conditum negare appareat. Antiqui Gnostici, apud Irneum lib. 3. c. 2. scripturam nullam habere auctoritatem, ac veritatem, & pugnantiam continere dixerunt. Hos è vestigio secuti sunt Manichæi, dum vetus testamentum à Deo emanasse negarunt, vt patet ex Aug. multis in locis infra, & Epiph. hær. 66. & etiam nouum testamentum, nec à Christo, nec Apostolis, sed à quibusdam scriptoribus insimil nominis dictatum affirmarunt, vt dicit Aug. lib. 32. contra Faustum c. 3. & 33. cap. 3. & 7. Hos, quidam dicunt quod imitati sint Maumethani, sed quid senserint dicitur infra. De Libertinis recentioribus hæreticis, quorum duces habentur Quintinus, & Coppinus, testatur Calvinus in instructione aduersus eosdem Libertinos c. 9. sacrarum scripturarum auctoritatem contemptisse, easque pro fabulis habuisse, quod à Gentilibus apud Origenem 1. contra Celsum colum. 3. suffurati videntur. Sed & de quibusdam scripsit Lutherus ep. 2. tom. 2. ad Ducem Saxonie, quod scripturas nihil esse, vel posse vociferantur subsanando. *Ia Bibel, Eubel, Babel.* idem testatur Schlusserbugius lib. 1. Theologia Caluinianæ. Ipsum autem Lutherum finitram sententiam de earum auctoritate habuisse, putant multi, dum insuis colloquijs apud Aurifabrum titulo de scriptura dixit, quod post Biblia nullus habetur in orbe liber elegans, quam scripta Catonis, & Aesopi fabule, causam reddidit Matthesius, vt dixit Alberus Lutheranus lib. contra Carolstadium, quia in fabulis vera sapientia continetur, sic refert Röscius in Atheismis c. de sacra scriptura. Muniterus quoque scripturas apud suos in lusum, & contemptum adducere solitus erat. Et de Sebastiano Castalione, apud Bezam in Caluini vita conitat diuini verbi auctoritatem paruipendisse. Gaspar vero Suenkfeldius tom. 2. ep. 24. 25. 29. 31. vocat scripturam idolum, & puerorum pupam, etiam idem, scriptum verbum non vult agnoscere pro verbo, Dei ore prolatu, sed tantummodo esse veri verbi Dei picturam mortuam, & inanem litteram. Quod dictum, licet solum efficaciam scripturarum directè impugnare videatur, efficiens etiam causam earum indirectè videtur conuellere; cum ex hoc inferatur (si mortua est) indignam esse authore Deo. Svenek feldium imitatus est Chymicus quidam Lutheranus Libauius dicens lib. contra Gretzerum, scripturam non esse verbum Dei, sed

aliquid quid. Quia scriptura, ut scriptura, ait, non viuit, non est vita, non veritas, non manet in æternum. In eadem inscrita inbolitus est Pappus lutheranus prædicens Argentoratensis in Breuiculo fidei Romanæ thesis. 9. nolens, verbum, aut scriptum, aut prolatum esse Dei verbum.

Multos vero esse, qui occultè dubitent an scriptura à Deo processerit, scribit Caluinus 1. institutio. c. 7. §. 9 & Philippus Mornæus lib. de religione cap. 24. & 25. Idem Caluinus §. 4. & 8. §. 12. dixit quosdam optare probationem huius dogmatis, nempe scripturam esse verbum Dei, vel à Deo; quosdam verò contendere. Hæc Nouatores.

## Oppositiones eorundem.

**A**rguitur primo ex Ethniciis. In scripturis multorum fit mentio, quæ à Græcis desumpta sunt, & pro fabulosis sunt habita, ut de diluicio, mundi conflagratione, quæ ab illis accepta, postea litteris sunt consignata. Similiter ad fabulam (vt ijdem obijciunt) pertinere videtur, quod serpens alloquitus sit mulierem; quod Deus legem digito suo inscriperit. Addi possunt quæ de Sampsonis viribus referuntur Iud. 14. & 15. & de Dauid 1. Reg. 17. quod leones, & vrsos discerpebat, & huiusmodi apud Origenem 1. & 4. contra Celsum.

Secundo, quia videntur in scripturis narrari adeo humilia, & levia, ut Deum authorem minime deceant; vt quod canis peregrinant̄ Tobiam sequeretur, quod Paulus esset sollicitus, ut sibi penula Troade apud Carpum relata sibi mitteretur 2. Tim. 4. & multa huiusmodi.

Tertio, quia in scripturis multa perniciosa exempla, & corrupti mores spectanda, & legenda proponuntur, quæ legentiū candorem, & simplicitatem maculare possunt, vt incestus Loth, adulterium Dauidis, &c.

Quarto. multa inter se repugnantia, & discrepantia passim leguntur Gen. 4. dicitur de Enos. *Iste cœpit inuocare nomen Domini, & tamē de Abel, & Cain eadem scriptura narrat immolasse Domino, & munera Abel solum Deo placuisse, quæ immolatio sine inuocatione esse non potuit, & cum Abel iustus perhibetur, iustificatio nulli contigit absque Dei inuocatione, ut dicitur Rom. 10.* Idem dici potest de Adam, qui à sapientia eductus est à delicto suo Sap. 10. hi autem præcesserunt Enos. Item 4. Reg. 24. dicitur. *Decem, & octo annorum erat Ioachin cum regnare cœpisset. & 2. Paralipo. cap. 36. Octo annorum erat Ioachin cum regnare cœpisset.* Et in scriptura euangelica Matth. 1. recensentur in genealogia Christi ter quatuordecim generationes, que efficiunt numerum 42. quæ sigillatim si recenseantur, ad 40. perueniunt, & ad personas 41.

Quinto ex Fausto apud Aug. lib. 13. contra eundem cap. 15. quia pari ratione Sybillarum, & Trismegistri libros in canone redigere opus esset; multa enim Christianorum mysteria diuino afflati lumine dixisse, ac scripsisse feruntur. Insuper & Poetae diuino nomine afflati perhibetur. Vnde Plato dixit apud Clem. Alex. 6. stromatum in fine, de Poeta, quod non potest versus facere priusque fuerit Deo afflatus, & mente exceſſerit. Vnde pro huiusmodi Enthusiasmo cecinit Ouidius. *Eſt Deus in nobis, agitame calefimus illo.* Et Apostolus quendam Poetam citans ad Tit. 1. Prophetam vocat, dicens. *Dixit quidam ex illis proprius ipsorum Prophetæ. Cretenses semper medaces, mala bestiae,*

pigri. eadem etiam poetica scriptio ex Varrone ad Theologiam pertinet fabularum, apud August. de ciuit. Dei, de quo infra.

Sexto, & est argumentum Svenksfeldij. Nam expresso Apostolus 2. Cor. 3. vbi dixisset quod Deus fecit nos idoneos ministros noui testamenti non littera, sed spiritu, statim subdit, littera enim occidit, spiritus autem vivificat. non ergo ad christianos scripturæ pertinere possunt, si occidunt; ac proinde ad Deum authorem referri nequeunt. Quod si dicatur Paulum loquutum esse de lege veteri, quam duplice titulo occidentem litteram vocavit, tum quia impleri non poterat sine gratia, tum etiam, quia in ipsa prohibitione concupiscentia augebatur. Contra (& est instantia Danij) quia cum hoc scripsit Paulus iam Euangelium Lucæ scriptum erat. Ergo si quævis doctrina scripta occidit, occidit quoque euangelium, quoniam & ipsum quoque scriptis mandatum est. Quorum enim pars est conditio, de eisdem, idem iudicium fieri debet. Et præterea ait idem. Lex per Moysen sancta, & iusta, & bona dicitur, &c. quomodo igitur nos occidit? hæc ille. similia parui momenti, nec relatu digna obiciunt Iunius, Hunnius, & recentes sectarij apud Gretz. in defens. c. 3. lib. 1. Bell.

Septimo, & est argumentum Libauij. scriptum verbum potest mutari, imo, & comburi, sed verbum Dei, manei in eternum, vt dicitur Isai. 40. ergo scriptura non est verbum Dei. Simile argumentum format Pappus in Breuic. thes. 9.

Confirmatur. si sacra scriptura esset Verbum Dei, tunc esset verbum Dei non tantum respectu hominum, sed & Angelorum, sed sacra Scriptura non est verbum Dei respectu Angelorum. ergo neque est verbum Dei respectu hominum.

Confirmatur secundo, si scriptura sacra esset verbum Dei, esset sapientia, & veritas Dei, sed non est sapientia, & veritas Dei, ergo scriptura sacra non est verbum Dei.

Confirmatur tertio. Si scriptum verbum vere esset verbum Dei tunc foret lux in tenebris lucens. sed non est lucens in tenebris, ergo scriptum verbum non est vere verbum Dei. & tandem quarto cum verbum Dei sit viuum, æternum, quod pereunte mundo non perireat, quod iudicet in extremo die, eamque cognitione habeat cum Christo, vt inde, & filius Dei vocetur verbum, & veritas; constat scripturam non esse verbum Dei cum non sit vita, non veritas, &c. Hæc ille apud Sezar. in prolegom. Bib. c. 2. q. 5.

Octauo. libros sacros Deum habere auctorem, vel constat ex scripturis, vel aliquo arguento extra scripturam. si primum manifesta est petitio principij, imo ex hoc capite cogemur apochrypha delitamenta recipere à Pseudoprophetis, & Pseudoapostolis inuenta iactantibus illa à Deo profluxisse. Et præterea si propterea creditur Deus author, quia scriptum legitimus in canoniceis scripturis, hæc dicit Dominus, & iterum verbum Domini in manu Aggei, &c. aut quia, vt habetur ex August. in 12. lib. confess. c. 14. à Deo pet homines nobis administrata est, tunc sic arguitur. De nomine sic quidam canonicus scriptor protulit. Ps. 115. Ego dixi in extenu meo omnis homo mendax. vel ergo talis scriptor verum, vel falsum dixit, si verum, vere arguitur. omnis homo mendax. David canonicus scriptor homo est, ergo mendax, non ergo credenda quæ scriptis, ita nec cum suam scripturam propheticam, siue pentathecum diuinus acceptum eructaret Moy

ses, &c. Si falsum dixit, iam ex se ipso non habet, vt inueniat fidem. est argumentum quorundam apud Basilium in Ps. 115. Si secundum dicatur nempe quod extra scripturam argumenta suppedent, vel oportet recurrere ad internum spiritum, vel exteriorum propositionem Ecclesiasticā, aut ad alia criteria, & motiva, quibus hoc etiā manifestum fiat, sed circa hoc sunt controversiae per quid horum certi reddi possumus, quod Deus horum librorum sit author, ergo saltem hoc vel in dubio remanebit, vel possumus optare, vt probetur, quod Deus scripturæ author fuerit.

Vltimo admissio, quod alicuius oraculi author, & reuelator fuerit Deus, & in scripturis registrati mandauerit, non subinde fit consequens omnem scripturam esse diuinus inspiratam, quod probatur exemplo pisces, quem si de mari contingat extrahere, non cogimur integrum aquam marinam bibere. ergo, &c. est Fausti apud Aug. lib. 16. contra Faust. c. 11.

### Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo authoritas sacræ scripturæ, supposita Ecclesiæ traditione illam consignantis Rom. 3. de illa enim loquens Paulus ait, quod si eloquium diuinum credita sunt illis eloquia Dei, & iterum 2. Tim. 3. Omnis scriptura diuinus inspirata utilis est ad docendum, &c. ad Hebreos 1. multifariè multisque modis Deus olim loquens Patribus in Prophetis. 2. Petri 2. dicitur. non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati, loquuntur sunt sancti Dei homines.

Secunda classis argumentorum ex Patribus, & primo ex Græcis. S. Ignatius epistola ad Philadelphios dicit. Prophetæ. & Apostoli unum, & eundem Spiritum sanctum bonum, eximium, verum, & doctorem, & rectum acciperunt à Deo per Iesum Christum.

Athenagoras oratione pro Christianis. Nos sententiam fideique testes habemus Prophetas, qui spiritu diuino de Deo, & rebus diuinis differuerunt.

Irenæus lib. 2. c. 7. Rectissime scimus quia scripturæ perfectæ sunt, quippe à vero Deo, & eius spiritu dictæ.

Clemens Alexand. lib. 5. Stromatum ait loquens de Prophetis, oportere eis credere cum sint inspirati diuinus.

Origenes ho. 2. in Hier. ex plenitudine eius accipientes prophetæ, ea quæ recte de plenitudine sumpta, cecinerunt, & idcirco sacra volumina spiritus plenitudinem spirant; nihilque efficiunt in Prophetis, siue in lege, siue in euangelio, siue in Apostolo, quod non a plenitudine diuinæ maiestatis descendat.

Basilius prefatione in omnes psalmos, Scriptura omnis diuinus inspirata, & utilis hac una ratione à Spiritu sancto conscripta adstruitur, vt ex ea haud secus, atque è communī quapiam curandarum animarum officina, medelam suo quisque morbo salutarem, & accommodam queat feligere.

Chrysostomus hom. 21. in Genesim. Ne simpliciter ea quæ scripturis sacris contenta sunt transcat: nihil enim hic scriptum est, quod non multos habeat sensum diuinias, quandoquidem diuino spiritu afflati Prophetæ loquuntur sunt, ideo vt à spiritu sancto scripta ingentem in se continent thesaurem.

Theodoreus in 2. Tim. 3. Gratia enim diuini spiritus locuta est per prophetas, & Apostolos. Deus est igitur spiritus

*ritus sanctus. siquidem vt vult diuinus Apost. à Deo inspirata est scriptura spiritus.*

Procopius Gazæus præfatione in Genesim. Oportet enim eum, qui operam daturus est scripturæ sacrae, non accipere illa, quæ ibi traduntur quasi prouenant ex hominibus. Altius initium, siue principium spectandum reor. Firmiter credat necesse est illa sacrosancta dogmata ex ipso originem sumere Deo, & inde per homines quasi per canales, seu instrumentum ad nos promanare.

Damascenus lib. 4. fidei orthodoxæ c. 18. quo circa per Spiritum sanctum, & lex, & Prophetæ, & Euangelistæ, & Apostoli, & Pastores, & Doctores verba fecerunt. Ex quo fit, ut tota diuinus inspirata scriptura proculdubio utilis sit, &c.

Ex latinis. Tertullianus in Apologetico c. 31. & 32. Inspice Dei voces, litteras nostras, quas neque ipsi superprimimus, & plerique casus ad extraneos transferunt, scito ex illis præceptum esse nobis ad redundantiam benignitatis Dei, etiam pro inimicis orare, &c. sed etiam nominatum, atque manifeste orare, inquit, pro Regibus, &c.

S. Ambrosius, vel quicunque fit auctor super 2. Tim. 3. ait. Manifsum est, quia omnis scriptura, cuius Deus auctor ostenditur, utilis est, &c.

S. Hieronymus iu l. 147. de scriptura loquens ait. Tinguissimus est sermo diuinus: omnes in se habet delicias, quicquid volueris ex sermone diuino nascitur.

S. Aug. 11. de ciu. c. 3. b. xc prius per Prophetas, deinde per se ipsum, postea per Apostolos, quantum satis esse iudicauit locutus, etiam scripturam condidit [Deus] que canonica nominatur eminentissime authoritatis.

S. Gregorius prologo in lib. Regum. Sacra scriptura tam mirabiliter ab omnipotente Deo condita est, ut eis multipliciter videatur exposta non desunt tamen ei secreta, quibus seruet occulta, & epistola 84. lib. 4. Quid est scriptura sacra, nisi quedam epistola omnipotentis Dei ad creaturam missa?

S. Thomas Aquinas 2. ad Tim. c. 3. lec. 3. si consideres eius, nempe scripturæ, principium, habet priuilegium super omnes, quia aliae sunt traditæ per rationem humana; sacra autem scriptura est diuina, & in disput. q. 4. de pot. art. 1. in corp. ait. Spiritus sanctus est principalis auctor diuina scriptura, & quolib. 7. q. 6. a. 16. Sacra scriptura Spiritus sanctus est auctor.

Tertia classis ex rationibus. Prima est ex parte materiae, in illa enim summa elucet veritas, nec aliquid Deo indignum, & naturæ lumini repugnans edocetur, siue contemplationem, siue actionem spectemus, vnde ut discurramus cum Greg. Nazianzeno orat. 1. in Iulianum, si libros Gentilium siue Theologorum, siue Philosophorum, siue Poetarum consideremus, quantu attinet ad theoriam, de diuina natura in illis legimus, deorum genitaram, corpulentiam, humanos, & virtuosos affectus, imprudentiam, ignorantiam, malitiam, multitudinem infinitam, quæ omtia Deo vero, & viuo litteræ faciat cœnire posse impossibile prædicant, & etiam ratio naturalis demonstrat. Ergo &c. lege de hac ratione Augustinum 22. Ciuit. c. 5. Quantu vero etiam attinet ad theoriam rerum earum, quæ lumine naturali possunt agnosciri, in multis hallucinati sunt, circa rerum naturalium principia, vniuersi partes, gradus, species, & vniuersi illustriores portiones, homines, & intelligentias, quæ scripturis corriguntur, iisdemque naturalis ratio inter tot errorum tenbras mirifice illustratur. Si vero praxim spectemus, tā contra Dei cultum, quam hominis directionem col-

dem libros conspirare manifestum est. Contra cultum cum infinitis superstitionibus illos videamus refertos. contra mores, vt de uno, vel altero Ethnico exemplificemus, liquidò constat in Platone permittente vxori communitatem, vel in Atist. iubente occidi monstruos partus. Nostræ vero scripturæ in ordine ad cultum summa religione, que Deum decet, illam colit fide, spe, & charitate, exterius per sacramenta, ceremonias, per præceptorum, & consiliorum obseruantiam. Quantum attinet ad mores, nihil conformius rationi naturali repertum sit hactenus scripturis nostris, vt in uno decalogo, licet animaduertere, quod cum (teste Possevino lib. nono Bibliot. selecta) Sinarum Prætori annuntiatum esset, nonnisi ad Deum totius orbis authorem illud retulit: eoque rationabilia præcepta visa sunt, quo scripturæ (vt dicit Lactantius lib. 4. c. 22. & 24.) iubentem Deum, assumpta mortali carne prædicant exemplar virtutum hominibus exhibitum; quatenus præcepta sua factis adim plendo cœteros parendi necessitate constingat. Quā viuendi normam (vt ait Nazianz. supra) Dij gentium præstare non potuerunt, vt Saturnus honorem parentum, Iuppiter, vel Hercules continentiam, Mars manuëtudinem, Bacchus temperantiam, &c. Insuper tanta perfectio in istis libris circa eosdem mores inspicitur, vt crimen sit, ait Nazianz. oratione 1. contra Iulianum versus finem, non modo malum esse, sed etiam à malo parum absuisse, nimis appetitione quoque ipsa nō minus fore vindicata, quam actione: apud quos adeo studios temperantia colitur, vt oculus quoque frænetur, & restringatur, & manus sanguinaria adeo longinq; arcetur, vt ira etiam ipsa coerceatur, & quod omnium est eminentissimum, pro inimicis oramus, & qui nos iniquo perseguuntur odio, fleclare conamur (vt per belle Iustinus oratione ad Antoninum Piū ediditerit) certitudinem fidei christiana in sacris scripturis magna ex parte manifestatæ, ex ista perfectione suadens.

Respondebant Gentiles, quod theologia ipsorum tripartita erat in Mythicam, i. fabulosam, in naturalem, & ciuilem, quarum prima ad theatrum, secunda ad mundum, tertia ad urbem pertinebat. Prima à Poetis erat facta, secunda apud Philosophos inueniebatur, tertia ad ciues maxime sacerdotes, qui sacra administrabant, attinebatur. quare etiæ fabulosa, indigna deo sentiret, nihilominus digna Deo docebant naturalis, & ciuilis, sic Varro apud August. de ciuit. lib. 6. cap. 5. & 6.

Contra quia indignum fuisset gentilibus poena capitali blasphematores etiam priuatos de leui maledicto punire, & impunitos relinquere poetas (ait idem Nazianz. supra) qui omnes simul, & publicè, & ob fôdissima flagitia poesis suæ aculeos in Deos strinxerunt, atque hanc comediam, & sugillationem posteris in longum tempus tradiderunt. Deinde in sua theologia naturali, multa indigna sensere deo, quarentes vt dicit Aug. qui sunt Dij, vbi, quod genus, quo tempore, an ex igne sunt, vt credit Heraclitus, an ex numeris, vt credit Pythagoras, an ex atomis, vt credit Epicurus, sic & alia docuerunt, quæ facilius intra parietes in schola, quam extra in foro possunt aures ferre. Et in theologia ciuili nulla certe agnoscitur differētia, per quam à fabulosa secernatur. Nam quem barbatum Iouem imberbem Mercurium Poetæ habent, Pontifices habent;

# De verbo Dei scripto.

9

bent: nec aliter Priapus stat adorandus in sacris locis, quām ridendus in theatris. Et tamen ista in rerum diuinorum libris, à Pontificibus scripta reperiuntur, quā à Poetis suis, carminibus decantata.

Respondebant iterum Gentiles ijs fabulis allegorice multa significari v.g. quod Saturnus filios deuoraret, significabat semina vnde nascerentur redire: quod falcum haberet, significabat agriculturam, &c. sic dixit Varro apud Aug. ibidem.

Contra (& est argumentum Nazianzeni supra) quia rerum diuinatum ne demonstrationes quidem ipsas, externaque species inhonestas esse conuenit, rebusq; significatis indignas: ac denique tales, vt homines quoque ipsi eas de se prædicari per molestem laturi sint. Quod ergo in gentilibus libris proponitur, & externis oculis obicitur perniciosum est, vt patet de Marris, & Louis adulterijs, nulla autem prudentia est per cœnam, & faxa, aut scopolos ad urbem contendere. Cum ergo ex parte materiæ libri nostri de Deo recte sentiant, hominesque ad eius cultum, & rectos mores informet, apparet eos non ab hominibus sed à Deo esse dictatos.

Secundo probatur ex altitudine sapientiae, quæ in scripturis continetur, quod etiam ad materiam pertinet, nam (vt dicit Iustinus oratione ad gentes) neque enim vel natura, vel ingenio humano res tam sublimes, & diuinæ hominibus cognitione assequi est possibile; sed eo quod tum cœlitus in viros sanctos descendit gratuïto opus est dono. Insuper (quia vt dicit Aug. epist. 3. ad Volutia.) nullæ disputationes Philosophorum, leges quarumlibet ciuitatum, solis illis duobus præceptis, in quibus tota lex pendet, & Prophetæ, vñ. diliges Dominum. Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum misericordia te ipsum, vlo modo sint comparanda. Hic physica, quoniam omnium naturarum cause in Deo sunt creator. Hic ethica quoniam vita bona ex dictis præceptis formatur. Hic logica, quoniam veritas, lumenq; animæ non nisi solus Deus est. Hic Republicæ salus, quæ non nisi per vinculum fidei custoditur, & per dilectionem proximi. & 2. de doctrina christiana c. 42 dixit, quod incomparabiliter omnem aliam doctrinam excedit, ita vt in scriptura, multo abundantius ibi inueniat, quæ nusquam omnino alibi; & Clemens Romanus lib. 1. constit. Apostolic. cap. 6. quem locum citat Anastasius Nicenus q. 79. dehortans fideles à superflua letatione Gentilium ait. Quid in lege Dei desideras, vt ad illa Gentilium scripta animum velis appellere? si enim historias legere cupis, habes libros de Regibus, si sophistica, quæ argutæ ad sapientiam referuntur, & Poetica, habes Prophetas, Iob, Proverbia, in quibus plus acuminis quām in omni poesi, & sapientia sophistarum reperties, quod is, qui solus sapiens illa effatus est: siue cantilenas expetis, habes psalmos: si vetustas origines, habes Genealogias, siue leges, & præcepta, habes legem Domini celebrem, vt merito dixerit Dionysius epist. ad Titum, quod hæc sapientia diuina accendentibus ipsis præstat affluentia, indeficientiam, dapum abundantiam largiens, supernanens, atque supereffundens.

Tertio, ex ordine rerum, quod ad formam pertinet, tanta enim admirabili textura conscripta est, vt superiorum arguat causam: tanta sensuum copia est referata, vt nunquam sic exponatur, quin etiam non remaneant plura, quæ quotidie exponantur, vt dicit Gregorius 20. moralium c. 1.

Quarto, ex modo locutionis, qui ad ordinem hunc reducitur; modus enim, quo res in scriptura contextæ

sunt, vt scribit Aug. epis. 3. omnibus est accessibilis, quāuis paucissimis penetrabilis: & qua aperta continet, quasi amicus familiaris sine fuso ad cor loquitur indoctorum, atq; doctorum. Ea vero, quæ in mysterijs occultat, nec ipsa eloquio superbo erigit, quo non audeat accedere mens tardiscula, & ineruditia: & vt dicit Greg. in epist. ad Leandrum in expositione lib. Iob c. 4. Habet in publico vnde parulos nutrit, seruat in secreto vnde mentes sublimum admiratione suspendat, quasi quidam fluvius planus, & altius; in quo & agnus ambulet, & elephas natet.

Reducitur etiam ad ordinem stylus scribendi. Gentilium namque dicta ait Ifidorus 3. de summo bono cap. 13. exterius verborum eloquentia nitent, interius vacua virtutis sapientia manent, eloquia autem sacra exteriū incompta verbis apparent; invincitus autem mysteriorum sapientia fulgent. Ideo libri sancti simplici sermone conscripti sunt, vt non in sapientia verbi, sed in ostensione spiritus homines ad fidem perducerentur. Nam si dialectici acuminis, aut rhetorice artis eloquentia editi essent, nequaquam putaretur fides Christi in Dei virtute, sed in eloquentia humanae argumentis consistere, nec quem quā crederemus ad fidem diuino spiramine provocari, sed potius verborum calliditate seduci, nec indigere sacri scriptores arte dicendi ait Iustinus supra, vt quicquam rixa contentionis agerent cupiditate: sed tanummodo puros se ipsis diuini spiritus operationi præberent.

Quinto, ex consonantia præceptorum, & uniformi diuinorum voluminū concordia. Si enim Philosophorum doctrinam aspicias, vt scripsit Tertull. lib. de anima cap. 2. plus diversiatis reperies inter Philosophos, quām societas, cum & in ipsa societate diversias deprehendatur, & merito nam vt ait Aug. lib. 18. de ciuit. Dei cap. 41. vt homines humanis sensibus, & humanis rationibus ista quiescerunt, & vt dicit Theodoretus lib. 2. de principijs proprias sibi vias fecerunt, tum vero & innumeris excogitarunt; multi fidet & sunt enim mendacijs falsiatisque semitae. Euoluantur gentilium libri, & in traxenda religione non in vnum consentire reperies, nec in deorum numero, vt monstrat Athenagoras. Nec solum satis infeliciter inter se digladiantur Philosophi de diuina natura, & attributis diuinis, sed de mundi creatione, animorum immortalitate, & alijs huiusmodi, vt confusa sit quædam Babylon eorum Academia, & placitorum pugnantium concors discordia. De erroribus, qui in libris Gentilium reperiuntur satis Aristoteles in Politica sua dixit, differens de dogmatibus Politiae Platonis, & Ioannes Crispus lib. de Ethnicis caute legendis. De hoc argumento concordia legendus Aug. 18. de ciuit. c. 41.

In doctrinis vero hereticorum mira dissonantia, vt sedis nostræ merito, vt scripsit Hil. 7 de Tri. dū sibi aduersantur, affirmant, & S. Vigilius martyr lib. 2. contra Euthyphronem ait, quod dum eosdem contrarios inuenimus, eorum error veritati testimonium dicit. At in nostris sacris voluminibus, vna est facies eloquiorum castorum, quæ diuini illi scriptores, ait Iustinus, nobis varijs, & temporum, & locorum interuallis dissiti, diuina disciplina presliterunt. Vnde ex hoc vera horum traditio apparet, vt dicit Laetantius lib. 5. c. 5. quia quadrat vndeque, & sibi tota consentit, & ideo persuadet, quia constant ratio ne suffulta est, hinc est, quod propter istam unitatem merito Hugo Vict. de arca Noe dixerit, quod licet in sacra scriptura sint verba innumerabilia, sunt tamē vñ tantum verbum omnia, & tot volumina non multa dicuntur, sed lex domini, nuncupantur, ait Olympiodorus

rus ecc. 12. Accedit omnium aliarum disciplinarum, cum nostra scriptura, consonantia; cum enim verum, vero non contradicat, à falso vero omnia dissident, tantum abeit, ut illi aduersentur, vt potius ad mysteriorum enucleationem deseruant, & ad solutionem, argumentorum aduersariorum materiam subministrēt: in eo autem quod ab eadem discordant per eandem corriguntur, & emendantur.

Sexto, ex prædicatorum qualitate, nempe, quod diuina homines, excelsa viles, infacundi subtilia, non nisi diuino spiritu replete, tradere potuerūt. Decebat enim ut puros, sicut scribit Iustinus supra seipso diuini spiritus operationi præberent, atque ita diuinum è cælo plectrū descendens quasi instrumento quopiam cithare, vel lyræ iustis vītēs, diuinarum nobis, & cælestium reuelaret rerum cognitionem, vt hoc modo Deo principalī agenti non instrumentis, tam sublime opus tribueretur. Ad qualitatēm reducitur Bibliographorū, seu scriptorum librorum sacrorum bonitas, nec enim si mali erant, potuisse tam serio virtutes commendare, vitia reprobare; illas præcipere, ista prohibere: cum ergo boni fuerint, non potuerunt Deo arrogare sua commenta, præsertim cum mendacium vehementer vbiique detestentur, Nec simulata sanctitatem dicendum est, eosdem ostendisse, cum multi eorum, vel indecorum genus, aut labes vitae, ac factorum, ad humilitatis inditium, mundo pro posuerint, vt Moyses fecit recensens Leui peccatum, suæ stirpis notam, & dedecus sui generis, suum item homicidium &c. Mattheus scipsum qualis fuerat pandens cap. 9. sui Euangelij. Semper itaque ait Chrys. ho. 29. in Genes. veritatem nos edocet. s. scriptura. neque propter inuidiam iustorum virtutes præterit, neq; propter gratiam peccatum adumbrat. Fuga vero esset, si quis diceret à mendacio fuisse liberos, nihilominus eosdem falli potuisse: nam vt culpa mendacij fuisse contramentem loqui, ita à temeritate liberi non fuissent, si tā serio, & asseueranter scriberent, quæ explorata non habuissent, aut ad eadem scribenda, se diuino spiritu invitatos non sensissent.

Ad hanc etiam reducitur recta intentio scribentium, quod bonitatis est testimonium: non enim, vt scribit Laetantius lib. 5. c. 3. quæstus, & commodi gratia religionem commenti sunt, quippe qui, & preceptis. & re ipsa eam vitam secuti sunt, quæ & voluptatibus caret, & omnia quæ habentur in bonis spernit, & qui non tantum profide mortem subierint, sed etiam mortuorū se esse. & sciuerint, & prædixerint, & postea uniuersos, qui eorum disciplinam secuturi essent acerba, & nefanda passuros. Patet etiam intentio corundem, quod fuit trahere homines ad unius Dei cultum, vt propter hoc rationabiliter à Deo inspiratos possit suaderi. Vnde Aug. de vera relig. c. 25. Huius vero rei prima disceptatio est. utrum his potius credamus qui ad multos Deos, an his qui ad unum deum colendum nos vocati præsertim cum illi multorum cultores de hoc uno domino cunctorum, & rectore consentiant? & certè ab uno incipit numerus, & paulo post, sicut enim in ipsa rerum natura, maior est autoritas unius ad unum omniregrediens, acc in genere humano multitudinis vlla potentia est, nisi consentientis: ita & in religione, qui ad unum vocant, eorum maior, & fide dignor debet esse authoritas. Cum ergo Gentilium scriptorum libri de deitate conscripti ad multitudinem vocent; omnes autem libri sacri unum Deum prædicent, & colendum monstrant, & hic fuerit inter alios fines à scriptoribus intentus, nostrorum certè potius, quam Ethnicorum

præstantior erit auctoritas.

Septimo, ex virtute prædicationis, quæ multipliciter appetit. Primo, quod hi libri tot tantasque gentes, tot homines efferratos, à prædicatione eorum, quæ in illis descripta erant libris abhorrentes, conuertent (intellige hoc tanquam instrumenta Dei interioris mouentis) vnde ut dicit Clemens 6. stromat. & cum Clemente Origenes lib. 4. Periat. c. 1. In omni orbe terrarum, in omni Græcia, atque uniuersis ceteris nationibus immumeri sunt qui relictis patris legibus, & hi, quos putabant Deos ad obseruantiam Mofaycæ legis, & in disciplinam se Christi cultumque tradiderunt. Secundo, quod vitiosas affectiones immo pectori radicatas extirparunt. Da mihi inquit Laetantius lib. 3. c. 26. quis sitra cūdus, maledicus, & da cupidum, auarum, tenacem, & c. da timidum doloris, ac mortis; iam crucis, & ignes, & taurum Phalaridis contemnet. Tanta enim diuina scriptura vis est, vt in hominis pectus infusa, matrem dilectorum stultitiam vno simul impetu pellat, & quod magis est, vt scripsit Iustinus oratione 2. ad Græcos, quod hec sapientia, nos non efficit poetas, non Philosophos reddit, neque oratores excellentes; sed ex morti obnoxias immorales, & Deos ex mortalibus facit. Sunt ergo vii concludam cum Clem. Alex. exhort. ad Gent. verè sacre litteræ, quæ sacros faciunt, & deificant. & Aug. 13. confess. cap. 15. Non noui domine, non noui alia tam casta eloquia, quæ sic mihi persuaderet confessionem, & lenirent cervicem meam iugo tuo, & inuitaret colere te gratis. Tertio, quod omnis generis hominum ingenia in sui admirationem, & venerationem conuertent, immo quod veritate coacti multa à nostris Philosophis, sunt susurrati. vt late demonstrat Clemens Alexa. 5. strom. & Iustinus martyr. supra. Contra vero, vt dicit Clemens 7. strom. Philosophi Græcis solis, neque ijs omnibus placuisse, sed Platoni quidem Socrates, & Xenocrati Plato, Aristoteles Theophrasto, & Clemensi Zeno, qui paucis persuaserunt allechis. lege Basil. in præfat. super Psal.

Octauo, ex rectificatione contrariorum, gentilium, & hereticorum, qui vel contempta seculari scientia, doctrinæ simplici sine grandioris eloquentia appatu, & in rebus à sensu nostro tam remotis carniq; & sanguini repugnantibus colla subdiderunt, & celeratis erroribus huic normæ corrigidos se tradiderint: vnde perbellè Aug. dicit in confess. supra, neque enim nouimus alios libros ita destruentes superbiam, ita destruentes inimicum, & defensionem resistentem reconciliationi tue defendendo peccata sua.

Nono, ex expulsione, & triumpho de aduersarijs. Nullum enim scriptum usque ad minimum iota ita oppugnatum est, sicut scriptura nostræ, testes sunt caluniae, criminationes, depravationes, argutiole Celsi, Porphyrij, Juliani, Hereticorum multorum, & Tyrannorum, quibus eas opprimere nitebantur. Sed illud virtutis Dei opus, quod quo magis oppugnatæ sūt, eò magis floruerunt, cuius contrarium in reliquis libris accidit. Græcam namque philosophiam ait Clemens Alex. supra. si quiuis magistratus prohibuerit, ea statim perit: nostram autem doctrinam à prima usque prædicatione prohibent simul reges, & tyranni, & singulardes, & magistratus cum uniuersis satellitibus, & immunitib; etiam hominibus in nos belligantibus, & nos pro viribus excedere conantibus; illa autem magis etiam floret, non enim emoritur, vt doctrina humana, neque flaccidit, vt donum imbecillum, &c. Idem argumentum,

prosequitur Orig. & Sauanarola lib. 2. triumph. crucis cap. 8. vnde egregie Hil. 7. de Trinit. *Magna est vis veritatis, que cū per se intelligi nō possit, per ea tamen que ei aduersantur elucet; vt in natura immobilis manēs, firmatatem naturae suae, quotidie dum attentatur, acquirat.* Modus vero triumphandi, quod non humana sapientia, aut potentia aduersarios deiecerint, sed in ostensione spiritus, & virtutis, quorum scriptorum nonnulli morte doctrinam contestati sunt, vt patet de Hieremia, Esaia, Amos apud Epiph. lib. de prophet. vita, & interitu, qui fuerunt scriptores veteris testamenti. Et Matthēus; Marcus, Petrus, Paulus, Iudas, Thadēus, scriptores novi testamenti: alij vero sancto fine quiescentes veritatē eorundem comprobarunt, sub illa fide, & virtutibus decedentes secundum quas vixerunt, quasue scriptis consignarunt, vt patet de Moyse, Iosue, Ezechiele, Dānicē, &c. in veteri testamento: de Luca, Ioanne in nouo.

Decimo, utilitas consequentium, nam per scripturas idolatria prostrata, oracula deleta, superstitiones aboli te, Grecorum sapientia confusa, synagoga redarguta, hæreses iugulata, omnis intellectus in captiuitatem redactus in obsequium Christi: de quo argumento Chrysostomus consulendus orati. 2. aduersus Iudeos, & alij Patres.

Vndecimo, ex euentibus, qui prius in libris sacris antequam fierent, sunt prædicti, quo solo argumento possumus de aduersarijs triumphare, nam vt dicit Clemens 6. Stromatum. *Quoniam, ex Apostolo, spiritus scrutatur profunda Dei, animalis autem homo non capit ea, quæ sunt spiritus: sola ergo est à Deo tradita, que est apud nos doctrina, cum enim prædictio futurorum, quæ soli Dei cognitioni in sua eternitate coexistunt, humanam intelligentiam effugiat, si ab hominibus aliquid proferri contingerit, quod postea euenerit, non erit ex facultate naturae, sed ex instinctu Dei.* Cū igitur in libris sacris tales prædictiones habeantur, quæ postmodum videantur impletæ, non alias illarum author quām Deus potest existimari, vnde Tertull. in Apologet. cap. 20. ait. *Idoneum opinor testimonium diuinitatis, veritas diuinationis. & de Mose scriptore sacro loquens lib. de anima cap. 28. satis ait probavit diuinitatem operis, ex dramatione vocis.* Quod vero sint tales prædictiones, & prophetæ in scripturis contentæ, patet ex mutua collatione illarum cum euentibus, vnde August. ait. lib. 13. contra Faustum cap. 14. si aliquis gentilis testimonys prophetarum, de persecutione regum, & populorū, de fide regum, & populorum, de abolitione idolorum, de excitate iudeorum, de probatione codicum ab ipsis custoditorum, de amentia hereticorum, de excellentia sancte Ecclesie, verorum, & germanorum christianorum ante prædicta, & nunc impleta conspiceret; quid inueniret fide dignius, quam illos Prophetas, quibus de diuinitate Christi eligere credere? Etenim si antequam ista fierent, ingenerem gentili prophetas hebreos, quibus ea futura crederet, quæ facta nondum videret, merito fortasse dicere quid mihi est cum iis prophetis quos vnde veraces probem, non mihi ostenditur? cum vero iam magna, & tam multa, quæ dixerunt, tam ad effectum manifestationemque perdustra, planè ille si peruersus esse nollet, nec ista ullo modo contemneret, quæ tanto ante, & tanto apparatu prævidendo, & prænunciando commendari meruerunt, nec illos, à quibus præuideri, & pronunciari potuerunt.

Quod si dicas, postquam ista per mundum fieri cœperunt, christianos has litteras composuisse, vt ante di-

nitus prædicta putarentur, ne quasi temerè humanitus facta contemnerentur.

Contra, & est argumentum Iustini martyris, qui legendus est supra. *Quia ne ex Ecclesia eos libros profrentes, occasionem, quasi suppositi a nobis, aut corrupti sim, maledictis nos incessere volentibus præbeamus, ex illorum synagoga producimus, vt ex ipsis bucusque apud eos conservatis libris ad nos, nostramque doctrinam à sanctis viris edita iura, liquido, & manifestè pertinere appearat.* Percorum quippe codices (ait Aug. i 5. de ciuit. Dei c. 46. & in Ps. 86.) probamus nō à nobis tanquam de rerum euentu commonitis ista esse conscripta: sed olim in illo regno prædicata, atque seruata, nunc autem manifestata, & impleta. Sunt ergo, vt idem alibi dicit, Iudei capsarij nostri, portantes codices nostros; & dum non credunt scripturis nostris, adimplentur in eis scripturæ eorum sicut scriptum est. Esa. c. 6. *Exæcta cor populi huius.* Accedit scriptura antiquitas, vt terrorem suū sentiant, ait Lactantius 4. inst. c. 5. qui scripturam sacram coarguere nituntur tanquam nouam, & recens scilicet ignorantes ex quo fonte sanctæ religionis origo manauerit. Antiquitas autem demonstratur ex hoc, quod ante omnem Græciæ sapientiam scriptit Moses. Cadmus siquidem à gentilibus prohibetur è Phœnicia in Græciā transtulisse literas quibus postea, vel legislatorum, vel historicorum, vel philosophorum libri scripti sunt, vt edisserit Iustinus supra. Ipsimet gentiles, Aegyptios prius litteras inuenisse dicunt ex Xenophonte apud Annium in Beroum: constat autem ex scripturis nostris Moysen apprimè eruditum in sapientia Aegyptiorum. Quin, & ponderat Tertull. Apologet. ad gentes, Moses fuit Inachο attate pat, octingentis penē annis ante urbem conditam, centum septuaginta ante Danum, trecentis circiter ante cladem Priami: cæteri quoque prophetæ Mose posteriores, extremissimi tamen eorum sunt anteriores sapientibus, legislatoribus, historicis Græcorum, quæ supputatio apud ethnicos historicos, Tacitum lib. 11. hist. August., & nostros citatos authores Iustum, Tertull. Lactantium, Augustinum videri potest. Et satis antiquitatem librorum nostrorum monstrant furtæ Ethnicorum, qui integras sententias è sacris libris furati sunt, vt oculari demonstratione videre est apud Iustum, & Clementem, vt supra dictū est. Cū ergo à iudeis seruati sint libri antiqui testamenti, & priores fuerint sapientia gentium, non potuerunt edi a christianis habentibus Iudeos aduersarios: nec decenter configi potest, quod antiquitus scriptum, & furto imitatum deprehenditur.

Quod si dicas licet hoc verum sit de futuris, quod in illis libris prædicta sint, tamen presentia occulta, & præterita potuerunt cognosci instinctu demonum, & ita litteris commendari.

Contra, & est instantia Augustini 13. contra Faustum cap. 14. & epistola 3. ad Volus. Nullis prudentius credimus, vel de præteritis, quæ olim facta sunt: vel de futuris, quæ nondum facta sunt, quam eis, qui nobis fidem verborum suorum in iam multis, tamque magnis, quæ ab eis prædicta iam facta sunt, probauerunt. Sicut ergo præsens ex futuro, ita ex præsenti præteritum fidem habet, & futurorum, quæ impleta remanent, fides tuta est ex impletis. Quare in scripturis, vt optime Tertullian. supra, eadem voces sonant, eadem litteræ notant, idem spiritus pulsat, à Spiritu sancto ergo inspirata merito assentur.

Vltimo probatur ex miraculis tam authorum, qui

libros canonicos scripserunt, ut patet de Moysè, Petro, Paulo, &c. quam ijs, quæ ad ipsorum librorum per eosdem conscriptorum sanciendam autoritatem diuinus facta sunt. Primo quod ad earum interpretationem diuino miraculo 70. Interpretes illustrati, concordes reperti sunt, ut dicetur. Inde Philadelphiae Ptolomeo interroganti cur veteres gentiles sacrorum librorum non meminerint, responsum est: diuinam illam esse scripturam, quam qui profanorum hominum contingere voluisse, illico percussus à Deo resiliisset. Secundo, ex multis miraculis perpatratis contra contemptores sacrarum scripturarum. Theopompos enim quod græca oratione scripturæ aliquot locos ornare voluerit, cerebri agitatione tardi percutitur, donec cessaret ab opere. Theodorus vero Theodæctæ tragediarum scriptor, quod quædam scripturæ verba ad fabulas conuertere vellet cœcitate punitur, ut scribunt Aristæus in fine sui libelli, Ioseph 11. de antiquit. c. 2. & Eusebius lib. 8. de prep. Euang. c. 1. extant adhuc apud Giraldum huius Theodæctæ enigmata. Tertio ex miraculis factis in conseruatione sacrorum voluminum, pro dominicis enim scripturis pugnauit celum, dicit Victor Vicensis libro tertio de persecutione. Vandalica, quando traditi sacri codices igni exurendi, subito imber sereno cælo diffusus est, ut admotus ignis scripturis sacris illico extingueretur. Tempore Diocletiani id accidit Alutini. Similiter Euangeliorū librum in flamas coniectum, nequaquam arsisse testantur Zonaras 3. p. Annalium, & Cromerus lib. 3. hist. Polonicae de Russijs ad fidem conuersis. Candlamque ardente noctis tempore, cum è sacrorum Bibliorum lectione fessus Edmundus obdormisset, in sacrum codicem cadentem, testatur Surius tom. 6. c. 16 de vit. sanct. ne minimam iesisse pagellam. Quin, quod Euangeliorum obiectu à Sanctæ Anastasiæ templo repulsum ignem, dum incendio Constantinopolis deflagraret, scripsit Theodor. Lector. Quarto, ex miraculis, quæ pro hominum beneficijs patrata sunt, demones enim scripturis recitatis pulsos esse scripsit Athanasius epistola de interpretatione psalmorum ad Masscellinum; quod prius scripserat Origenes lib. 1. contra Celsum. Et quantum attinet ad beneficia spiritualia, præclarè scripsit Chrysostomus, quod vbi fuerint libri spirituales illinc expellitur omnis virtus diaboli, quandoquidem solus eorundem aspectus segniores homines ad peccatum reddit. Scribit Laurentius Soranzus in suo Othomano cap. 104. iuuenem in Amurathis aula Mahometanam sectam profitentem, è scripturarū lectione diuinus tangente Deo illius cor, illustratum ad fidem christianam amplectendam, qui & pro Christi nomine meruit occidi. Summum autem miraculum ait Iunilius, quod ab omnibus suscepit cognoscitur, qui cum genere, loco, moribus, ingenio, sint valde dissimiles, quem tam concorditer pro diuina scriptura sacra Biblia acceperint, signum est causam quandam esse superiorem, quæ hanc fidem in omnium animis operatur. Accedit religiosa fides Christianorum sacras scripturas reuerenter asseruans, unde Paulinus epist. 12. ad Seuerum, duorum secretariorum à dextro, sinistroque apsidis latere positorum meminit, in quorum uno factissima Eucharistia, in altero diuinæ scripturæ codices asseruabantur; unde Distichon sequens Paulinus idem compositus.

*Si quem sancta tenet meditanda in lege voluntas,  
Hic poterit residens sacris intendere libris.*

Vnde mori potius voluisse Christianos multos persecutionis tempore, quam hosce codices gentilibus tradere, testantur Arnobius lib. 4. adu. gentes. Euseb. lib. 8. hist. cap. 3. Aug. 3. de bap. cap. 2. & 27. Martyrologium Romanum die 2. Ianuarij. Et quorundam Martyrio coronati sunt suo sanguine doctrinam his libris comprehensam tanquam diuinam obsignarunt. Nomina eorum, qui persecutionis furore sacros codices gentilibus tradere noluerunt, ut in historijs ecclesiasticis legimus, vide in Bar. anno Domini 302. n. 124. 303. 37.

QVARTA Classis ex testimonij aduersariorum Gentilium, Iudeorum, Hæreticorum. E Gentilibus quidem hos libros laudarunt Demetrius Phaleretus, & Aristæus, apud Iosephum lib. 12. cap. 2. Oraculum ipsi gentibus redditum est, percontantibus namque, qui nam furentur veri, & pij homines, ut testatur Iustinus supra, in hac formam responsum est.

*Solus Chaldaeus sapit, & Indæus apella,*

*Per se ipsum genitum rege nque Deumque colentes.*

Accedit, quod Sybillarum oracula, ut idem ponebat Iustinus ibidem, ad Prophetarum accedunt doctrinam. legatur Aug. de diuinat. cap. 8. in psalm. 58. 12. contra Faust. c. 23.

Facta etiam scriptorum Ethnicorum hæc veritati testimonium perhibent. nam Iudei, ut dictum est, sunt librarij nostri, ut ait August. in ps. 86. imo, & caplarij nostri, qui itudentibus nobis codices portant: & ferent ac si legisset Augustinum Mahometes (ut notat Dominus Florimundus lib. de Antichristo cap. 16. in Elphukan) Iudeos librorum venditoribus assimilat, qui huc illuc libros, vendentes, & portantes, ex ijs neque doctiores neque meliores fiunt.

Mahometes idem sepissime in Alcorano, vetus, & nouū testamentum laudat, vnde in Azoara 5. sic scripsit Deus pius, ac misericors est, &c. prius testamentum, deinceps Euangeliū rectas vias hominibus tradidit, & Azoara de filijs Israel Deus sic loquens inducit, Christofilio Mariæ cōmisimus Euangeliū, quod est lumen, & cōfirmatio testamenti, & castigamen, ac recta via timimenti Deum ad vestram legis complementum misimus, & in Azoara Bacaræ, & in Azoara Elnese, de quibus omnibus consulendus noster F. Racoldus, siue Rinaldus de Florentia in suo opere insigni (quod eleganter etiam græcè versum est, ob sui præstantiam) aduersus Mahometanos, & Alcoranum inscripto, quod maxima mei animi voluptate sepissimè legi in biblioteca nostra sanctæ Mariæ super Mineruam Romæ, dum generalis Procuratoris totius ordinis socius negotiis Religionis peitraetabam.

Hæretici vniuersaliter suas hæreses verbo Dei scripto suadere conantes, eoque colorate satagentes semper in ore boantes, verbum Domini, diuinitus inspirataam scripturam fatentur: sed specialiter Calvinus à Catholicis suffuratus primo lib. institutionum cap. 8. hæc recenset. Est in scriptura, quæ suadent illam esse diuinam. Doctrinæ maiestatem, orationis simplicitatem, puritatem, diuinitatem librorum, antiquitatem, oracula, & predicationes, quæ postea euenerunt, miracula in illa recensita; hostium persecutionem, martyrum confessionem, scriptorum ruditatem, & simplicitatem, antequam libros sacros describerent. Consimilia addunt Rullus, & Pappus, cuius verba posita furati sunt. Idem asseruit Mornetus lib. de verit. religionis. cap. 24. & 25. & alij recentiores, qui alibi hanc attigerunt disputationem, Basileæ, Argentinæ Heydelber

gæ, & alibi, idem Stephanus Zegedinus Hungarus tab. 2. de verbo Dei. Keinnitius etiam contra sessionem 4. Tridentini, sed si haec sunt motiva credendi, cur cetera dogmata ab Ecclesia non recipiunt? si vero non sunt, cur illa adducunt, ut ijs suadeant, si ab illis non suadentur?

## CONCLV SIO CATHOLICA.

*Ex fide habetur, quod Deus est author sacrae scripturae, idque evidenter credibile etiam monstrari potest ad Ethnicos.*

R Esondeo dicendum, quod cum sacrae scripturæ authoritas ad vniuersaliora principia, & fundamenata fidei pertineat, ut dictum est in altero. to. nullo modo (sicut etiam cetera mysteria fidei) nec à priori, nec à posteriori potest demonstrari à Deo esse diuinitus inspirata. Vnde merito S. Aug. contra Manicheos, qui fidem, & sacros libros accipere nolebant, nisi certa scientia prius informarentur ad intelligendum, & sciendum scripsit 6. confess. cap. quinto. *Non audiendos esse si qui forte dicant. Vnde scis illos libros unius veri, & veracissimi Dei spiritu, esse humano generi diuinitus ministratos?* Nec ex ijsdem scripturis, ut superius dictum est, hoc ipsum apud omnes valet demonstrari, tūm quia apud non recipientes ista probatio esset petitio principij, & etiam videretur apud aduersantes testimonium istud proprium, atque domesticum, ac perinde infirmum esse, & suppositum iudicari, quod Deus locutus in ijsdem scripturis legatur: sic de facto quantumvis Mahometista iactent, Alchoranum, & similia à Deo esse, non propterea hoc fidem adstruunt, cum familiariter possit ista esse iactatio, quod in libris his scribitur à Deo scilicet esse dictatos, qui tamē humana inuentione sunt elaborati; præterquam quod, cum prius firmissimam præcedere fidem opus sit ad aliquod dogma credendum, inane esset Ethnicum inducere ad scripturarum assensum, quod à Deo sint. Aliunde ergo petenda est assentiendi ratio, quod scriptura sacra Deum habeat authorem. Quare dicendum est, quod vel loquimur de tali ratione assentiendi apud fideles, vel infideles; si apud fideles cum ratio formalis assentiendi fidei sit veritas prima per Ecclesiam manifestata, vel per Ecclesiam loquens; propter hoc scimus nos fideles scripturam diuinitus inspiratam (sicut & cetera dogmata) quia Deus id per Ecclesiam nobis manifestat. Si apud infideles, tunc quia iij non habentes habitum fidei, ratione formalis fidei carent, non possunt ex hoc medio assentiri, & credere sacram scripturam esse diuinitus inspiratam: Bene tamen motuis exterioribus, & humanis incitamentis, alijsque credendi amniculis, atque criteriis induci possunt ad certum assensum, quod credibile sit diuinitus bibliorum codicem esse dictatum. Vnde Iunilius Episcopus Africanus lib. 2. de partib. diuinæ legis c. 29. ad interrogationem discipuli hoc modo interrogatis. *Vnde probamus libros religionis nostræ diuina esse inspiratione conscriptos?* respondet. *Ex multis; prius est ipsius scripture veritas; dein de ordo rerum, consonantia preceptorum, modus locutionis sine ambitu, puritasque verborum.* Additur conscribenium, & prædicantium qualitas, quod diuina homines, excelsa viles, insacundi subtilia, non nisi diuino repleti spiritu irrididissent. Tum prædicationis virtus, quam dum prædicaretur (licet à paucis despectis) oblinuit. Accedunt

bis rectificatio contrariorum; vi Poetarum, vel Philosophorum; expulsio aduersariorum, utilitas consequentium, exitus eorum, que per acceptationes, & figuræ, & prædictionem prædicta sunt. Ad postremum miracula iugiter facta, donec ipsa suscipetur à Gentilibus, de qua hoc nūc ad proximum miraculum sufficit, quod ab omnibus suscepta cognoscitur. Verum præter hæc motiva, ut credatur diuinitus inspirata scriptura, fides requiritur: nam sicut non viciūque audita, credibilia esse putamus, sed ea quæ ratio non improbat: ita quod ad plenum consequi non possumus, fideli prudentia credere opus est, & vbi ratio defecerit, fides præcurrat, & assensum firmer. Vnde ut credamus Deum scripturarum authorem, præter dictas probationes necessaria est religionis fides, ut idem Iunilius ponderat ibidem c. vlt.

## Solutiones oppositionum.

A D Primam respondeatur, quod cum supra dictum sit Moysen, & Prophetas fuisse vetustiores scriptoribus gentium (qui multa etiam sunt ab illis sufficiati) potius dicendum est, ipsos sacra dogmata in scripturis contenta ad fabulas conuertisse; ut patet de diluvio facto tempore Deucalionis, de Gigatibus Pelion, & Ossa, &c. & hoc diaboli inuidia factum est, ut prodigiosa, & fabulosa haberentur Prophetarum scripta, quibus Dominus Iesus Christus prænunciabatur, & dicit Iustinus oratione ad Anton. Pium. Quia enim (ut sit idem exemplificans de nonnullis) Christus prænunciabatur ijs verbis. *Nō auferetur sceptrum de Iuda, & dux de famore eius donec veniat, qui mittendus est,* & ipse erit expectatio gentium, ligans ad vineam pullum suum, &c. Fixerunt Bellorophontem hominem ex homine genitum in equo Pegaso in cœlum penetrasse. Quia legebant rursus, quod scriptum erat de Christo: *Exultauit ut gigas ad currēndam viam, Herculem fortē, qui totam terram peragrasset, introduxerunt.* Et iterū, quia scriptum legerant, *spiritus Domini super me,* &c. ut mederer contritis corde, quo loco Christus prænunciabatur animarū, & corporum medieus, Aesculapium effinxerunt, &c. vnde Tertullia in apolog. *omnia aduersus veritatem de ipsa veritate constructa sunt operariibus emulationem istam spiritibus erroris.* Ab ijs adulteria huiusmodi salutaris disciplina suborta, ab his quedam fabule immisæ, que dissimilitudine fidem infirmarent veritatis; vel etiam si possent euincere, ut quis ideo non putet Christianis credendum, quia nec poëtis, & Philosophis. Vel ideo magis poëtis, & philosophis existimet credendum, quia non christianis. Itaque, & ridemur Deum prædicantes indicaturum. Sic enim, & poëtæ, & philosophi tribunal apud inferos ponunt. Si gehennam comminemur, quæ est ignis arcani subterraneus ad pœnam thesaurus, proinde decacchinamur. Sic enim & Pyriplegeton apud mortuos amnis est. Et si paradiſu nominemus locum diuine amœnitatis, &c. Elysii campi fidem occuparunt. Vnde bæc (oro vos) Philosophi, aut poëtis tanquam similia: non nisi de nostris sacramentis, ut de prioribus, ergo fideliora sunt nostra, magisque credenda, quorum imagines quoque fidem inueniunt, si de suis sensibus, iam ergo sacramenta nostra imagines posteriorum habebuntur, quod rerum forma non substat, nunquam enim corpus umbra, aut veritatem imago præcedit, de hoc argumēto præter Iustinū, & Tertull. lege Clementem Alex. 6. Strom. Euseb. Cesar. 10. de præparat. c. 1. & seq. Cyrill. 1. contra Iul. Orig. 1. contra Cels. Theod. 2. de princip. 2. de doct. Christ. c. 28. Isid.

Ad id, quod de serpente assertur, fuit olim obiectio Iuliani Apołata, cui responderet S. Cyriłus lib. 3. contra Julianum non debuisse illum hoc reputare incredibile, cum in suis scriptis allocutiones irrationalium recenseantur ab Homero; quod equus Achillis nomine Xanthus illi mortem prædixerit, quod flumen Causus Pythagoram salutarit, ex Porphyrio; quod Dodonea quercus Apollonum sit allocuta, ex Phylostrato; quod Rhodius Thaurus sermonis non fuerit expers, ex Isigone Cittensi. Hæc ne potuerunt fidem facere Julianum voce humana esse locuta? serpentem vero locutum fuisse, eo solum titulo incredibile est, quod à Mose scribatur? si nostros culpat, accusabit, & scriptores suos. Nullum autem absurdum est dicere, quod illud animal natura serpens, fuerit sermonis expers, ut verbis utrū Cyrilli, Induerit vero personam eius, malorum auctor satan immortalitate concessa homines deprendavolens. Quod digito Dei scriptæ fuerint tabulae legis nihil incredibile assertur? cum potuerit ille linearē characteres, qui molem terræ tribus digitis appendit: si hæc inscriptio, & allocutio ministerio facta fuerit Angelorum ut dicetur, nullā impossibilitatem continet. Quod vero de viribus Sæpionis, & Dauidis assertur si naturaliter id factum esset, quod in sacris hist. narratur esset dubitandi locus, quia vero id diuina virtute factum in ijsdem scripturis ostenditur, irrationalib[us] est tales victorias Dei virtute nolle credere perpatratas.

Ad secundam respondetur, quod minima consultio in scriptura sacra recensentur, ne fabulosum appearat oculis gentium, quod tot circumstantijs rationabilibus factum esse perhibetur. Sic patet responsio ad obiectio nem de cane Tobiae, præterquam quod litteraliter Dei prouidentia, & angelica custodia commendatur, quod incolmis in itinere vel catellus sit conseruatus. Et secundum sensum mysticum id mysterio non vacat: nam si ad custodiā significandam antiquitus symbolum erat canis genitorum (sic enim Angelos custodes vocabant ex Pierio lib. 3. Hieroglyph.) optime custodia Angeli in cane monstrabatur, quo Tobias incedebat, in symbolum gratitudinis canis Thobia adiungitur, ut iuuenē ad gratias Deo referendas pro custodia erudiret Ambros. 6. exam. c. 4. & si ad nuptias felix successus peregrinationis tendebat, iam symbolum dominicæ fidei, quam inter coniugem, & filios, & seruos seruare debebat secum ferebat, vnde & quidam catulum dominis applaudenter, ad significandam vxoriam fidem, scitè depingit vide Alciat. in emblematis. Penula vero Pauli (sive thecam, & capsulam ligneam, sive parvam, aut vitem vestem significet) Apostolicam paupertatem commendat, admonens Prædicatores Euangelicos solis necessarijs debere esse contentos: insuper, & modestia n[on] prædicat, qui ne molestia esset discipulis aliam exigendo, maluit antiquam sibi à Troade penulam asportari, nec dixit penulam meam ad ostendendā perfectissimam paupertatem, quia propria non erat, sed commodam nullumque sibi alicuius rei dominū vendicabat, vt obseruauit Hieronymus, quod si secundum Hieronymum tertio contra Pelag. penula sit volumen legis, vel secundum Baronium t. t. anno Christi 58. nu. 69. vestis sacerdotalis, hoc non erant contra Apostolicum officium: quod si ex Chrysostomo communis erat vestis ad arcendas pluuias, & frigus; decebat eam Apostolum ad subueniendum necessitatibus praesentis vitæ postulare.

Ad tertiam respondetur ex August. 22. contra Fa-

stum cap. 60. & 61. & lib: contra aduer. legis, & prophetarum recenseri sanctorum virorum peccata, vt dum vident homines, nec Deum suis amicis pepercisse, diuinam timeant vltionem, & dum naturæ infirmitatem cognoscunt, confugiant ad gratiæ adiutorium, & libertus in spem post peccatum assurgant, dignosque penitentiæ fructus faciant, cum vident eos quamvis peccatores ad perfectionis fastigium peruenisse: vel hinc discant aduersarij veracitatem scripturæ agnoscent, quod vbi humani historici sutorum ducum facinora silentio oboluunt, solumque præclara gesta commemorant; sacra scriptura sic laudat bene gesta sanctorum vitorum, vt defectus non dissimulet, & abscondat. Nec inde trahuntur perniciosa exempla, quia scite dixit August. 22. contra Faustum cap. 35. quod sicut puer in barbarismo reprehensis, si de Virgili metaplasmo defenderet, quia nimirum, scripsit pars in fructu fecant &c., ferulis cæderetur, ita quisquis cum ancilla sua coniugis volutatus Abraham factum, quod de Agar prolem genuerit, in exemplum defensionis assumpserit, utinam non plane ferulis, sed vel fustibus coercitus emendetur: ne cæteris adulteris, eterno supplicio puniatur. at impiorum secula sua mala occultant ne improbitatis convincantur, vnde egregie Tertull. aduers. Valentini. c. 1. Nihil magis curant, quam occultare, quod prædicant, si tamen prædicant, quod occultant.

Ad 4. quidam dixerunt Enos cæpisse inuocare nomen domini sub nomine ineffabili יהוה Iohoua, sed hoc non potest stare, nam Exodi 3. hoc nomen manifestatum esse Moysi satis clatum est. Melius ergo dicitur cæptum, tunc esse publicè, ritu publico (per quem discernerentur ab infidelibus fideles) inuocari nomen domini. Vnde textus hæbreus habet **וְיַהֲוֵל לִקְרָא בְּשָׁם יְהֹנָה** tunc cæptum est in uocari nomen domini, cui consonat Targum dicens, tunc inceperunt filii hominum orare in nomine domini. s. publico, & communis ritu. cœterum Adam, Abel, & alios Deo sacrificium obtulisse secundum suorum temporum congruentiam, docet S. Greg. lib. 4. mor. c. 2. & S. Thom. 2. 2. q. 185. a. 1. ad secundum. Ad illum locum de libris Regum desumptum. Quidam dicunt, quod cum in libris Regum videantur apparentes contradictiones, non verentur afferere textum hæbraicum esse corruptum, sed hoc non potest stare, vt dicetur infra, hoc etiam impugnat Riccardus Victorin. p. 2. de concordia temporum Regum conregnantium super Iudam, & Israel, omnino legendus. Communiter dicitur Joachin duo initia Regni habuisse, vnum viuente patre cum esset octo annorum, vt dicitur in 2. Paralip. cap. 36. alterum mortuo patre, cum esset decem, & octo annorum natus, vt dicitur 4. Regum 24. sed hoc habet difficultatem. Dicit enim scriptura in eodem lib. Paralip. quod regnauit pro patre: si autem vera esset responsio, diceret potius scriptura, cum patre, nec credibile est puerulus à patre assumptum ad gubernandum secum. Vera solutio est aliquorum interpretum, verè in regni solo consedisse Joachin anno ætatis sue decimo octauo, neque hoc est contrarium alteri loco Paralip. vbi octo annorum spatio regnasse perhibetur omissa particula decem, nam cum numerus minor non excludat maiorem, potuit sine præiudicio veritatis omitti maior iste numerus in lib. Paralip. qui in libro Regum suppletus est, & communiter hoc factum esse à canonice scriptoribus patet in generatione Cainam, quæ in Gene-

nesi deest, & in Luca suppletur, sed etiam dici potest, quod et si octo decim annos natus regnare cœperit Iohannes: morum integritate, & innocentia octo annorum videbatur aetatem praeserere, vnde, & in hunc sensu etiam de Saul dictum est 1. Reg. 13. filius unius anni erat Saul cum regnare cœpisset. In his autem, & similibus in specie apparentibus contradictionibus notandum est, quod scripsit Origen. 4. Periarch. cap. 2. quod si in omnibus diuinæ historiæ libris fuisset consequentia custodita, & ordo seruatus; habentes continuatum intelligentia cursum; non tique crederemus esse aliquid in scripturis SS. intrinsecus præter hoc, quod prima fronte indicatur inclusum, & subdit. Ita de causa procurauit diuina sapientia offendicula quedam, vel intercedentes fieri historiales, impossibilia quedam, vel inconuenientia per medium inferendo, vt interruptio ipsa narrationis, velut obicibus quibusdam legenti resistat obiectis, quibus intelligentia huius vulgaris iter, ac transitum neget, & exclusos nos reuocet ad alterius initium viae: vt ita celsioris cuiusdam, & eminenteris iramitis per angusti callis ingressum, immensam diuinæ scientiæ latitudinem pandat, hac Origenes.

Ad illud, quod de generationibus obijcitur. Omissis multis expositionibus dicit, quod illæ tres quatuordecimæ generationes integræ reperiuntur apud Mattheum, obseruando tres conditions. Primo numerando non personas, sed generationes, vt quando dicitur ab Abraham usq. David generationes quatuordecim intelligendū sit ab Abraham usq. David generatē. i. usq. ad generationem Salomonis, vnde in tex. non dicuntur personæ quatuordecim, sed generationes quatuordecim. Secundo, vt primus, & ultimus cuiuscumque quatuordecimæ inclusiū, & non exclusiū numerentur, vt explicatum est exemplo allato. Tertio, vt in posterioribus duabus quatuordecimæ generationibus ultimus prioris, a quo posterior incipit inclusiū etiam accipiatur, ita ut generatio illa bis repetatur, vt finis prioris, aut præcedentis, & vt principium sequentis, siue posterioris, & per hanc supputationem solum 40. dumtaxat non 42. generationes conficiuntur: vnde nec Mattheus dicit oēs generationes esse 42. aut quid simile, propterea nō militat obiectio, lege Petrum Llorca de locis cath. disp. 2. m. 4. in comm. 2. 2. q. 1. Verum est, quod multæ sunt omisæ generationes v. g. una inter Iechoniam, & Iosiam, tres inter Oziam, & Loatam cuius rei ratio, & mysterium aperire non est huius loci interim legantur interpetres in c. 1. Matthæi.

Ad quintam respondeatur, quod Sybillas prophetæ, testes sunt Cleme, 1. Strom. Hiero. 1. contra Iouin. Aug. 18. de Ciu. c. 23. S. Th. 2. 2. q. 2. a. 7. ad tertium, & non tam per traditionem acceperunt illa mysteria, sicut contigit Trismegistro, & alijs, quam etiam per revelationem ipsis factam: imo certum est ex Iustino Martyre, Platонem, cum in unius sybillæ vaticinia incidisset in Phoedro omnes poetas diuinitate donasse, qua admiratione ductus libro ad Menonem, eosdem, vt fatidicos, & diuinos laudat. Sed vt idem Iustinus docet, solummodo Plato ad carmina sybillæ respexit; sybillæ namque, vt idem subdit, non fuit data facultas corrigendi, nec expoliendi responsa sua, sicut poetis iuxta metri rationem, tantummodo (vt dicit idem) afflatus tempore sortes illas suas explebat, vt euangelente instinctus simul quoque dictorum memoria euaneat. Atque haec causa est, quamobrem non omnes carminis numeros, sybillæ serucent oracula. Non sunt au-

tem ea posita in canone, quia apud Gentiles prophetarū, vel quia in multis sunt depravata: vnde Augustus (ex Suetonio) nothis adiutis carminibus, residua condidit duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi. Est alia ratio, quia sub sybillarum nomine multa deliramenta sunt edita, vnde Ruper. lib. 1. in Ioel cap. 2. ait. Licet multi de Ecclesia gentium prophetæ spiritum habuerint, &c. soli tamen filii Syon, & filii filiorum s. Prophetæ priores, & Apostoli succedentes, soli hi sunt, quorū prophetie, & somnia, seu visiones canonicae auctoritatis tenent apicem summum tanquam probatae veritatis, a quā certitudinis sunt, quā lex, & Euangelium. Sed si ad Poetas omnes, ipsi gentiles eiusdem instinctum propheticum extenderunt, potius dēmonum instinctum dixeris, quem (vt dicit Nazianzenus orat. 1. contra Iul.) Enthusiasmum. 1. numinis afflatum, in honestiorem significationem nomina comutantes, appellarunt. Vnde & secundum hanc significationem usurpatam à gentilibus S. Paulus ad Titum cap. 1. Poetam Epimenidem prophetam Cretensem appellare non abhorruit; vel etiam (vt dicit ibi Anselmus, vel quicumque sit auctor, quia tunc temporis Epimenidis liber extabat) oraculorum titulo prænotatus, quem propterea tanquā prophetam habebant. Ut ergo confutaret falsos doctores Cretensium, ideo testimonium hoc Paulus sumpsit, vt ex proprio ipsorum propheta eos conteret, eosdemque taxaret, tales habere prophetas, quales habuisset Baal sacra scriptura commemorat. De illo autē vnum testimonium citans, non vniuersum opus approbavit; vnde nec integrum metrum adduxit: vt qui in vna tantum poematis parte consentiret, cetera confusasse crederetur.

Ad sextam respondeatur ex August. lib. de spiritu, & litera ad Marcell. cap. 4. & 5. id dictum esse ab Apostolo verissimè litteram occidere, nisi ad sit spiritus vivificans, non solum ea ratione, qua figuratè scripta secundum carnalem intelligentiam accipiuntur, sed etiam quia ex lege sola mortis accipitur occasio. Vnde Apostolus dixit Rom. 7. Occasione accepta peccatum per mandatum seduxit me, & per illud occidit. Quod quo modo fiat declarat inquiens, quoniam legis littera, quæ docet non esse peccandum, si spiritus vivificans desit, occidit scire enim potius fecit peccatum, quām cauere, & ideo magis augeri, quām minui, quia male concupiscentia, etiam pruaricatio legis accedit, quia hoc ipsum, quod concupiscitur fit iucundius dum vetatur, ait S. Thom. in hunc locum Apostoli.

Ad instantiam Dangi respondeatur, quod potius est faceta garrulitas, quam apta collectio procedens à nō causa vt causa: nec enim quia litteris descripta est lex vetus, illos effectus operabatur, sed quia ex vi legis lex illa quæ litteris ferè tota mandabatur, non dabat gratiam, sicut dat noua lex; vnde occidens littera lex noua dici nequit, quamvis etiam attendendo ad solos characteres, ipsa littera scripta Euangelij homines vivificare nequit: non enim adiutorium gratiae, vt Pelagius volebat, est positiū in sola lege, & doctrina, sed in interiori gratia Dei mouentis intrinsecus, ad quod per verba etiam Euangelij homo mouetur extrinsecus; quo adiutorio secluso, littera iubens, & prohibens etiā nunc concupiscentiam auget, lege eundem August. de spiritu, & litera cap. 14. & 17. Quamvis autem lex illa vetus in se spectata fuerit bona, & vt gratiae adiuncta oculos mentis illuminaret, Christoque coniigeret, faceret que homines pertinere ad nouum testamentū;

occasione tamen data non accepta occidit , vt explicatum est.

Ad septimam respondeatur, quod cum *Verbum* analogum sit, primò impositum est ad significandum omne id, quod siue interius mente , siue exterius vocem profertur. Secundo, ad significandum id, quod habet imaginem vocis, talis est imaginatio vocis, qua cogitamus quomodo verbum conceptum sit proferendum, & dicitur verbum species vocis: talis similiter potest esse scriptura, quibus omnibus, vt imaginatis signis vni mur ad exprimendas voces, & per illas conceputus metis . Si loquamur de accepto, verbo secundum primum modum, certum est, quod quæ de labijs Dei processerunt, non poterunt esse irrita . Si loquamur de verbo, vt signo , siue de scriptura , qua significatur verbum ex ore Dei prolatum, potest absque Dei verbii iactura corruptioni esse obnoxia . Non tamen colligitur, scripturam non esse verbum Dei, nā etsi non sit formaliter verbum, eo modo, quo rebus significatis competit, est tamen signum verbi , & minus principale analogatum , vnde nec propter hoc pulsus sanus non est, quia formaliter sanitas de animali sano enunciatur.

Ad confirmationem, cum scriptura , & imaginatio sint administræ cognitionis humanae , quæ conceptus formare non potest, nisi phantasmate mediante, non opus est, vt angelicæ cognitioni deseruant. Vnde nullo modo est consequens, quod si verbum scriptum non est verbum Dei respectu Angelorum (cum scriptura non indigeant) quod non sit verbum respectu hominum.

Ad secundam confirmationem cum verbum Dei analogicam habeat significationem , & principalitatē obtineat increatum verbum , non subinde sit consequens, quod creatum verbum non sit propriè verbum Dei, cum præter increatum verbum, quod dixit semel Deus notionaliter, sint alia creata verba .

Ad tertiam confirmationem. Omnes illæ proprietates, primo, & per se conueniunt increato Verbo, tanquam principali analogato; nullum tamen est inconveniens, vt minus principaliter tribuantur verbo creato : vnde à Paulo ad Heb. 4. dicitur , *vnius est enim sermo Dei*, quod licet verbo increato conuenire multi interpretes affirment, multi tamen ad verbum creatum adaptant. Et idem creatum verbum à Petro 2. Petri 1. assimilatur lucernæ lucenti in caliginoso loco , & Christus scripturæ Molaycæ iudicium attribuit ipso dicente Ioa. 5. *est qui accusat vos Moyses, &c.*

Ad octauum argumentum respondeatur, quod diu simode accipitur ratio assentendi scripturis. Apud fideles est Ecclesiæ authoritas, apud infideles esse possunt omnia motiva allata , quibus credibile euidenter fieri potest, scripturas diuinitus inspiratas. Habito autem sensu à fideli , quod scripturæ sint diuinitus inspiratae , nihil verat, quod scripturæ se ipsas inspiratas esse demonstrant, aut quod authores sibi ipsis testimonium perhibeant, quod diuino spiritu incitati easdem scripturas conscriperint. Nec sophisma in oppositum aliquid efficit; nam consultò David illam particulam apposuit. *ego dixi in excessu meo*, quando enim homo excedit se ipsum, vtique se ipsum eximit, vt ait Basilius à reliquorum numero: eximitur autem, quod per hoc supernaturali inspiratione præ ceteris illustratur ad enarranda diuina, &c. quare talis homo sic excedens verè de ceteris enunciat. omnis homo mendax.

Ad ultimum dicitur, quod illa est Fausti impostura, qui (vt dicebat August.) se paratum asserebat si aliquas prophetias in libris Moysis reperiisset , ita percepturū, ac pīscem de mari , aquam (libros scilicet Moysis, de qua capitulū) respundo, cui mox August. respondet. Cū omne , quod scripsit Moyses ad Christum pertineat, siue gestis, siue dictis prænunciauit, si Moysen in omnibus non recipiat, ne pīscem edere. Ita similiter dicendum est, quod cum omne, quod in omnibus scripturis sanctis recensetur, ad Christum referatur, & nihil ad aquam falsam falsitatis pertineat, integrum veritatem scripturarum in pīscē contineri , & hanc ē falsis aquis gentilium , & hæreticorum merito extrahi pronuniamus.

#### A R T. S E C V N D V S.

*An singulorum verborum scripture sacrae Deus author extiterit.*

#### Positio Hæreticorum.

Hæretici moderni, vt patet ex ultimo colloquio Ratisponensi sess. t. 1. multa dixerunt à sacris scriptoribus scripta , Spiritus sancti maiestate indigna, exemplificantes de cane Tobiae caudam mouente. Alijetiam fuere , qui de Penula Troade relicta à Paulo exemplificarunt, quæ motiva supra soluta sunt.

Gaspar Svvenkfeldius supra, & epistola 29. de cursu verbi Dei, & libello de distinctione Verbi Dei, & scriptura sacra, sustinens nullam esse scripturam, seu verbum Dei, sed solum verbum Dei increatum (quod solum voluit esse verbum Dei propriè) scripsit hoc verbum in scriptorum cordibus insedisse; scriptores verò vocibus, & litteris à se prolatis non diuinitus suggestis, quo ad potuerint idem verbum increatum pinxitse, & lineaesse. Erasmus sup. cap. 2. Matt. & alibi indignum, quoque existimauit, quod Deus quædam minimi ponderis asseratur, dictasse. Nec defuerunt alij ex Castro li. 1. Apologet. cap. 7. qui in dubium etiam renocauerint, num Deus Prophetis tantum significet id, quod dicturi sint, quod prophetæ suis verbis explicit postea, vt inde colligat Prophetas in sensu, quem Spiritus sanctus illis significat errare non posse, in verbis posse: an potius Deus Prophetis, & sensa, & verba, quibus videntur suppediter, vt nec in verbis, nec in sensu vñquam possint errare?

Inter Catholicos vero non levius disceptatio est, an vt scriptura sit sacra, & dictata à Deo , necessarium sit, vt specialiter Deus infundat res, & verba, an vero sufficiat notitia scriptorum, atque peritia rerum, & vocum, vt eleuentur ex motione Dei physica , aut morali , aut eiusdem sola assistentia ne scribendo labantur, sufficiat.

#### Oppositiones eorundem.

Arguitur primo , nam non omnia, quæ aliqui prophetæ prædicarunt, ab ipsis, vel alijs ad hoc munus deputatis conscripta sunt, sed à notarijs, vel scriptoribus à Synagoga Hebreorum , ad ea , quæ audiebant, destinatis : poterant ergo cum non scriberint inspiratione diuina, vnum verbum pro alio inspirato æquivalenti saltem illi , subrogare . Antecedens probatur auctoritate

ctoritate Dorothæi Episcopi Tyrensis, & martyris in synopsi dicentis, omnes prophetæ vaticinati sunt apud Iudeos, &c. & infra, è quibus nonnulli sibi libros conscripserunt, ut David, &c. reliqui non ipsi prophetas suas, sed scribere, qui erant in templo cuiusquam prophete sermonem, veluti cum dierum suppitatione conscripserunt, & quando propheta quispiam à Deo mittebatur &c. ut prædicaret singulis diebus vaticinabatur, & scribatur id, quod propheta singulis sermonibus prædicabat, &c. & quæ dicta erant, certis capitibus initio præsignatis subiecitur, atque hoc modo iuslus, & integer liber ex varijs sermonibus componebatur.

Secundo, Paulus vitetur locutionibus, in quibus quædam, quæ scribit, tribuit Deo, quædam sibi: non ergo omnia verba sacerorum scriptorum Spiritus sancti suggestioni sunt tribuenda: Antecedens probatur 1. Cor. cap. 7. vbi dicitur præcipio non ego, sed Dominus, &c iterum. Cæteris ego dico, non dominus. & Moyses, ego sum tenuis voce, & tardæ linguae, & iterum hæc dicit Dominus. Mitte populum meum, vt me colat, quæ ex epla affert S. Basilius in calce lib. 5. contra Eunomium, in hoc ponens differentiam inter Spiritum sanctum, & creaturam, quod aliquando inquit, rationalis creatura à se loquitur, quæ sūt Dei, sed spiritus nō sic: non. n. aliquando, quæ ex Deo sunt loquitur, sed omnia spiritus sancti verba Dei sunt, & filii similiter.

Tertio ex Hieron. in fine epist. ad Philemon. sic scribente, imbecillitas humana unum tenorem spiritus sancti ferre nequit, neque huius corpusculi necessitatibus sub præsentia Domini deseruire semper, ut disponere prandium, cibum sumere, esuriere, saturari, non ergo semper assistit spiritus sanctus scriptori, ut scribat, nec verba omnia, ex interruptione afflatus, à spiritu sancto edita sunt. Confirmatur ex eodem Hier. ibidem referente sententiam multorum scriptorum ecclesiasticorum, afferentium, tunc solum scriptores sacros spiritū Dei habuisse cum grauiorā, & quæ ad salutem animæ faciebant, dabant, non autem cum minutiora scribebant.

Quarto, si omnia, & singula verba scriptura à spiritu sancto dictata essent idem omnium esset stylus, ac phrasis, ut patet in libris editis à Cicerone, Terentio, &c. ut ex solo stylo author legitimus librorum cognoscatur: sed non est idem stylus omnium librorum sacerorum, nec eadem phrasis, ergo. Minor probatur ex aduentitia S. Hieronymi in prol. super Esai. & in c. 7. eiusdem, nam Esaias in sermone disertus appetit, quod erat vir nobilis, & urbane eloquentia, nec habens quidquā in eloquio rusticatis admixtum, Hieremias vero, Isaias, Osea, & quibusdam alijs prophetis, videtur esse rusticior, propterea quod natus sit in viculo. Stylo, & phrasis pastorali vñsum Amos testatur idem Hieron. in Hierem. prol. i. in Amos c. 1. & reddens rationem, quia inquit, naturale est, ut omnes artifices loquantur exemplis sua artis, & unusquisque in quo studio triuit etatem illius similitudinem proferat. de Luca ait idem Hieron. catal. scrip. eccles. quod tam in Euangelio, quam in actibus comptrior est, & secularem redolet eloquentia. Non ergo verba omnia de spiritu sancti pixide prodierunt, quæ de cuiuscumque scriptoris prodierunt disciplina.

Quinto, Paulus græcè loquens vocat se imperitum sermone, non autem scientia, non tam humilitate, quam rei veritate, inquit Hieronymus quæst. 10. ad Algasiam profundos enim sensus lingua non exprimit, & cum ipse sentiat, quid loquatur, in alienas aures puro non potest

træsserre sermone, quem cum in vernacula lingua habeat disertissimum, quippe Hebreus ex Hebreis, & eruditus ad pedes Gamalielis se ipsum interpretari cupiens inuoluitur, si ergo verba illi administrata essent diuinitus, non inuolutus esset humanitus.

Sexto, quæ à spiritu sancto suggestur, vel dictantur sine diligentia eius, qui loquitur, aut scribit, proferruntur, atque scribuntur, vnde Christus dixit, cum audient vos, nolite cogitare quō aut quid loquamini, dabitur n. vobis in illa hora, quid loquamini: nō n. vos estis, qui loquimini, &c. Sed multi scriptores magnos labores impenderūt in terū scribēdarū peruestigatione, & assecutione, ergo. Minor probatur ex proemio Euangelij Lucæ, vbi cum dixisset, quoniā multi conati sūt, &c. statim aduersatiuam subiungit, quod egregiè ponderrat Ambros. infra citandus, Vñsum est, & mihi assecuto omnia à principio diligenter ex ordine tibi scribere, &c. in lib. 2. Macab. cap. 2. scriptor illius libri sic ait. & nobis quidem ipsi, qui hoc opus breviādi causa suscepimus, non facilem laborem, imò negotium plenū vigilarum, & sudoris affumpsimus. Et Ecclesiasticus in prologo, testatur auctum suum non parua adhibita diligentia, & labore scripsisse aliquid horum, quæ ad doctrinam, & sapientiam pertinent.

Septimo, quia oiosa esset rerum, & verborum infusio, si aliunde scriptori sacro res, & verba suppeterent, & multa oculata, aut aliunde cognita, & perspecta essent: multa etiam temporalia facta, vt bellorum gesta, & huiusmodi sacri scriptores ediderunt, ut patet de Moyse, Iosue, &c. Lucas etiam sicut accepit, ita scripsit Euangelium. sicut tradiderunt, qui ab initio ipsi viderūt, & ministri fuere sermonis, & Marcus ex Hieronymo, sicut audiuīt à Petro, sic scripsit Euangelium, ergo superflua fuisse spiritus sancti dictatio.

Octauo, quia non fuit necessaria, eadem verborum infusio, nam ex August. 16. de ciuit. Dei cap. 2. non sanè omnia, quæ gesta narrantur in scripturis, aliquid etiam significare putanda sunt, sed propter illa, quæ aliquid significant, etiam ea, quæ nbi significant attexuntur: solo enim vomere terra proscinditur, sed ut hoc fieri possit etiam cetera aratri membra sunt necessaria, ergo in istis satis fuit directio spiritus sancti cum expresse ex August. res ad significandum assumi, & per consequens ipsa verba, quæ res ipsas ad significandum determinant, non fuerit necessarium.

Confirmatur, nam ad saluandum scripturas sacras spiritum sanctum habere authorem, satis est dicere, eundem absque infusione rerum, & verborum fuisse ad scribendum impulsorem, & in scribendo directorē, & ad saluandum infallibilitatem scripturarum, tam vera, & infallibilis est notitia à Deo infusa, quam ea, quæ mouentem habet, vel assidentem Deum.

Nono, quia si asseratur scriptores sacri omnū rerū, & verborum infusam habuisse notitiam necessariam est asserendum, scriptores omnes canonicos fuisse prophetæ lumine illustratos: at hoc est difficile ad omnes scriptores canonicos extendere præsertim veteris testamenti, cum pro talibus non fuerint agniti à veteri synagoga, ut patet de scriptore Ecclesiastici, Iudith, Tobie, Machabœorum, ergo non omnium habuere notitiam infusam.

Decimo, quia in multis questionibus se inuolueret opus est, asserens talem rerum, & verborum infusionē, quomodo scilicet Deus infuderit, quomodo intellectum illuminauerit, voluntatem assecerit, manum di-

rexerit; à quibus expeditus extricatur, afferens satis fuisse impulsionem, & directionem Dei.

*Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.*

**S**ed contra est primo authoritas sacræ scripturæ. Primus locus continet omnes illas authoritates, quibus afferitur Dominus per prophetas locutus. unde frequenter legimus. *Hec dicit Dominus, Et iterum verbum Domini, quod factum est ad Osseam, &c. & rursus, ecce dedi verba mea in ore tuo.* & Hier. 36. interrogatis primatibus Hebræorum, quomodo ex Hieremias ore Baruch descripsisset sermones illos, respondit, ex ore suo loquebatur quasi leges ad me omnes sermones istos, & ego scribem in volumine, atramento; verba ergo, quæ excipiebat Baruch non ut composita à Hieremias aliquo labore, nec ab ipso Baruch composita aperiisse significatur, sed quæ à spiritu sancto Hieremias fantasæ suggesta erat; unde illa, quæ velut in libro legens dictabat ab ipso fuere transcripta. Et psalm. 44. dicitur *lingua mea calamus scribæ velociter scribentis*, ad insinuandum linguam, mentemque scriptorum, veluti calamus adaptatam ad hos, vel illos caræteres exprimendos, & ad hæc vel illa verba efformanda, &c. unde Ezech. 1. vbi est sermo de quatuor illis animalibus, quæ quatuor Evangelistas significabant, dicitur. *Vbi erat impetus spiritus illuc gradiebantur, nec reuertebantur dum ambularent, id est in scribendo, ut agitabantur, ne retrocederent, id est, ut ex propriis non loqueretur.* Matt. 22. quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum? Act. 1. Petrus dixit, oportet impleri scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus per os David de Iuda, qui fuit Dux eorum, qui comprehendunt Iesum, &c. citatque librum psalmorum. *Si autem commoratio eorum deserta,* &c. Et ne quis effugiat, licet hoc verum esse in multis scripturaræ partibus. Contra nam D. Petrus ad omnem scripturam extendit, ut quæ in illa continentur à Spiritu sancto dictata sint immediate, nō autem proprio iudicio, vel electioni scriptoris, quibus verbis essent describenda, relicta. non enim inquit 2. Pet. 1. voluntate humana allata est aliquando prophetia; sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines, vbi in Græco legitur ἐπόμενοι id est permoti, & impulsi. unde eodem cap. præmisserat. *Omnis propheta scriptura propria interpretatione non sit,* vbi pro *ἴδιας ἐπιλύσεως* potuit etiam verti proprio impulsu, atque impetu.

**SECVNDA** Classis ex Patribus. Clemens Alexander. 2. strom. in fine sic dicit. *Prophetas, qui instrumenta fuerint diuine vocis nemo stupuerit,* Ambros. super Lucam, exponens ea verba, quoniam multi conatis sunt, ait, sine conatu sunt enim donationes, & gratia Dei, quæ vbi se infuderit rigare consuevit, ut non egeat, sed redendet scriptoris ingenium, non conatus est Matthew, non conatus est Marcus, non conatus est Ioannes, non conatus est Lucas, sed diuino spiritu virtutatem dictorum, rerumq. omnium ministrante sine ullo molimine cœpta compleuerunt.

Augustinus 11. de Ciuit. Dei c. 3. hic prius per Prophetas, deinde per se ipsum, postea per Apostolos, quantum saitis esse iudicauit locutus: etiam scripturam condidit, quæ canonica nominantur, eminentissime authoritatis, & alibi illa ita que exequitur litterarum sacrarum scriptior istarum, vel potius per eum Dei spiritus, quibus non solum narrantur præterita, verum etiam prænuntiantur futura, & alibi comparata, & linguam sacrorum scriptorum calamo,

quo Deus vtitur in scribendo, quomodo etiam loquitur Procopius in Genesim dicens. *Prophetæ Spiritui sancto lingua quasi calamus præbent excellentissimo scribæ.*

Gregor. lib. 4. epist. 40. dicit, quid est scriptura, nisi quædam epistola omnipotentis Dei ad creaturam suam? & in procœdio moralium. *Ipsæ est, qui scripsit, qui hæc scribenda dictauit.* &c. ijdem verbis vtitur Rhabbanus de instit. clericorum lib. 2. c. 4.

Ad hoc propositum faciunt auctoritates Patrum vocantium, & citantium scripturas, ut sententias Spiritus sancti, ita Origenes ep. ad Rom. 3. Basilius præf. in omnes psalm. vocant scripturam à Spiritu sancto conscriptam, &c. Præterea faciunt ad propositum illæ sanctorum locutiones, quibus nedum verba, eorumque ordinem, & seriem, minimasque dictiones, sed vel syllabas ipsas, vel minimos apices obseruantur. Vnde à Hieron. cap. 3. ad Ephes. singuli sermones, syllabæ, apices, puncta in divisionis scripturæ plena sunt sensibus. Chrysost. hom. 3. in Genes. etiam in brevi dictione inquit, *variarum sententiæ vim, & indicibiles diuinæ inuenire licet, & in Hom. 21. in syllaba, vel apiculo grandem thesaurum inueniri docet: idemque hanc rationem assignans subdit.* Quandoquidem diuino spiritu afflati prophetæ locuti sunt, ideo ut à Spiritu sancto scripta ingentem in se continent thesaurum.

**TERTIA** Classis ex rationibus prima, quia si compotio verborum sacræ scriptoribus reseruata fuisset, magis historica diligentia, quam prophetica prouidentia in illis appatuisset. Amplius non esset Deus, qui loqueretur in scripturis, nec per scriptores sacros suam, mentem aperiret, sed alius, qui eam suo nutu scripto signare voluit.

Confirmatur ex August. lib. 11. de ciuit. Dei cap. 1. dicente quod summe dispositio prouidentia super omnes omnium gentium litteras, omnia sibi genera ingeniorum humanorum diuina excellens auctoritate subiecit. Procul autem dubio non subijcerentur homines nedum in minimis, sed nec maioribus verbis in sacra scriptura contentis, si semel conciperent humanæ industrie relata, verborum compositionem, unde SS. PP. non tantum insudassent in appendendis, & librandis minutissimis verbis, & apicibus.

Secunda ratio, nam si vera est opposita sententia, nulla esset differentia inter scriptorum conciliorum decreta, & sacram scripturam: consequens est falsum: ergo id ex quo sequitur. Probatur consequentia, nam etiā Patres in concilio generali legitimè congregato, vel Romanus Pontifex solus ad definiendum mouentur impulsu Dei, & humana diligentia supposita assitit Deus, ut nullus sit error in decretorum determinatione.

Quod si dicas, licet in decreto error esse nequeat, potest esse error in medijs, nempe in rationibus, afferunt enim interdum vero similes, & probabiles, ut patet cap. à quodam Iudeo de baptisme, quibus potest subesse falsum, at in scriptura nihil tale reperitur.

Contra, instant aliqui, quia multa continentur in scripturis, quæ in se non certa fide tenentur, & sacer scriptor non ut fide tenenda proposuit, quamvis de fide sint, quia scriptor ea refert, atque describit sequendo opinionem probabilem sui temporis: ergo nulla esset differentia inter decreta conciliorum, & scripturam, ex hoc capite, nisi aliud superaddatur. Antecedēs probatur inquit, ex Ecclesiastico cap. 18. vbi aduentus Eliæ ante Christi iudicium demonstratur: hoc autem pro-

probabilem opinionem fuisse sui temporis docer Iansenius in eum locum illudque vaticinium satis intelligi posse de Iohanne Baptista, quem Angelum ante faciem Christi praecessum dixit Malachias cap. 4. de quo Christus Matt. 17. etiam dixit Elias iam venit. Sed de hac sententia Iansenij infra dicetur in solutione huius argumenti, quod nullo modo possit subsistere. Aliam ergo instantiam adducunt alii, quia etiam conclusio dogmatica, quæ definitur, à Deo proficiscitur suo nomine, summo sacerdote decreta firmante, & obsignante: sicuti, quæ nomine Regis edicta procedunt Regis esse dicuntur propter auctoritatem datam ministris interpretandi, & publicandi regiam voluntatem, etiam si nec Rex decreta dictet, scribat, atque sigillet, at in scripturæ inspiratione, Deus locutus est, & verba dictavit: alia ergo ratio est decretorum ecclesiæ, alia diuini eloquij, ut illa sint verbum Dei per quādam appropriationem, & adaptationem, ista secundum propriam, & intrinsecam rem, & rationem.

## CONCLV SIO CATHOLICA.

*Ad hoc ut aliqua scriptura sit sacra necessaria est diuina inspiratio, & impulsio, quamvis non in omnibus scriptoribus fuerit uniformis.*

R Esondeo dicendum, quod cum Bibliæ sacræ scripturæ titulo decotentur, necessario asserendum est (cum omnis scriptura sit diuinitus inspirata) in omnibus, siue paruis, siue magnis continere diuinam revelationem, & non ex hominum industria verba eius esse adaptata, vnde Hier. ad Paul. ep. 1:13. quicquid alijs meditatio, & cōtinua exercitatio tribuere solet, istis hoc Spiritus sanctus suggerebat, & erant iuxta id, quod scriptum est. & erunt omnes docibiles Dei. Quare merum deliramentum est Svenekfeldij, qui soli Verbo Dei increato ad assistenti cordibus scriptorum, rationem Verbi tribuens, & ab alijs prolatis à Deo verbis denegans, asseruit, humana industria ad picturam Verbi increati, verba scripturæ picta fuisse, & fabrefacta. Hoc autem ostenditur manifeste falsum: nam si de præsentia Dei loquatur (quæ ad immensitudinem eius pertinet) secundum quam Deus est ubique, & hoc ceteris personis est commune Patri, scilicet, & Spiritu sancto, & hoc modo si esset in cordibus scriptorum canoniconum, esset pariter in cordibus Ethniconum; & æqualem effectum tam in canonibus scriptoribus, quam in Ethniciis, Deus operaretur, & vlla prærogativa sacri libri prædicti prophanos minimè antecellerent. Si vero de præsentia Verbi increati loquatur secundum aliquem effectum, præterquam quod hic effectus omnibus diuinis personis conueniret, oportet assignare, quem effectum in scriptoribus operatum est Dei Verbum? nam si gratium aliquem effectum affirmet operatum, vel erit gratia gratum faciens, & hoc est impertinens ad talēm scriptiōnēm, per accidens enim est, quod facer scriptor habeat gratiam gratum facientem: vel erit gratia gratis data, & tunc si aliquam assignet aduersarius præter enumeratas à Paulo, est manifestum delirium. Si autem dicat fuisse scriptoribus collatum donum prophetia, scientia, vel sapientia, aut mentis illustrationem, &c. ipse sibi contradicit, & quod volumus inuite confiteatur, nempe scripturam, quæ canonica dicitur, propte-

rea dici sacram, quod sit Deo inspirante, vel illustrante, conscripta. Vnde à Paulo scriptura afferitur diuinitus inspirata 1. Tim. 3.

Sed ad huiusmodi inspirationem intelligendam, sciendum est multis modis hanc inspirationem posse contingere. Primo modo, ut res, & verba de nouo infundantur, res quidem in quantum prius occultæ, vel omnino nouę patet, & reuelantur: verba in quantum diuinitus de nouo suggeruntur, & in phantasia efformantur: Et secundum hanc acceptiōnem dixit August. 11. de ciu. Dei cap. 4. quod non fuit ibi propheta, nempe Moyses scriptor, quando fecit Deus cælum, & terram; sed ibi fuit sapientia Dei, quæ in animas sanctas se transferet, & amicos, & prophetas Dei constituit, eisque opem suā sine strepitu intus enarrat. Similiter dicendum est de ihs, quæ prophetus ventura enunciabantur. Secundo modo, ut res cognitas scriptori voluerit Deus scribi, per verba etiā quæ scriptori præsto erant (v.g. multa quæ recensentur in Actis Apost. quæ Lucas vidit) sed quod ad has, vel illas res scribendas sacer scriptor fuerit impulsus. Et secundum hanc acceptiōnem locutus est Petrus dicens 2. Pet. 1. *Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Lei homines*, hoc est ex Cai. Vatabl. & alijs impulsu, rapti, vt tens, verbo ἐπέδει, quod impulsione, & incitationem significat: vnde in rebus corporeis spiritus impulsione quandam, & motionem significare videtur, & propterea tercia persona diuina rationabiliter Spiritus sanctus dictus est, quod moueat, & voluntatem impellat ex S. Tho. 1. p. q. 36. ar. 1. Tertio modo, ut inspiratio facta dicatur, non per impulsum, vel incitationem, sed solummodo assistendo scriptori, ne in scribendo erret; quemadmodum magister interdum absque motione assistit puerōne eret in scribendo. Quarto tandem modo, ut impulsus fuerit à principio ad applicandum animum scriptoris habentis res, & verba perspecta, sed in progressu solummodo fuerit assistentia, adiuuando, vel confortando species rerum, vel verborum, ne temerè acciperentur, coniungerent, &c. vel easdē res, & verba industria, & labore scriptoris, adaptata, parata eleuando, & determinando ad mysticā significanda &c. Quidam ergo tenentes ad rationē formalem scripturæ necesse esse semper verba, & res infudi, teneat consequenter omnia in scripturis usque ad minimum apicem. in mediata Dei reuelatione dictum. Sed hoc non potest stare: nam sicut in necessarijs Deus deesse non solet, ita nec in superfluis redundare. Superfluum autem esset de nouo infundere supernaturaliter, quod iam naturali notitia satis cognitum est, atque perspectum. Alij in alio extremo opinantes satis esse ad rationē formalem. s. scripturæ solum diuinam directionem, & assistentiam, dixerunt aliqua in scripturis esse, non immediate à Deo suggesta, sed solum ipso dirigente, & assistente conscripta. Sed ab his difficultime saluator (si non ponatur impulsus, & motio) quomodo decreta Conciliorum, vel Pontificum, non sint sacra scriptura, cum assistentia spiritus sancti pariter edita indubitate fide credantur. Alij tenentes in impulsu necessarium, diuisi sunt. Quidam dicentes, videntur, Deum incitasse scriptorem ad scribendum, sed post motum, electionem, & determinationem scriptori reliquisse in rebus sibi perspectis, & in toto operis curriculo solum astitisse, & gubernasse scriptorem, Sed si hoc nudè asseratur nulla esset pariter differentia inter decreta Conciliorum, & scripturam, cum Patres non nisi Spiritu sancto incitati ad definiendum se appli-

applicant, & in toto decursu definitionis dogmatum , assistit Spiritus sanctus, ne in definitione erretur. Propterea quidam assistentiam sic temperarunt dicendo, quod species iste diuinitus sint adiuta. Et quidem si auxilium ponant in sola assistentia extrinseca in acceptione, & coniunctione prudenti, & debita specierum absque errore , adhuc argumentum de decretis conciliorum recurrit. Si autem ista confortatio fiat adiuuando voluntatem ad scribendum aptam, per aliquod auxilium actuale, vel per aliquem habitum v.g. veritatis, & huiusmodi, vt dicit Serarius in proleg. biblicis c. 4. quæstūcula 15. & q. 16. probabiliter aliquid diceretur: sed explicandum restat illi adhuc quale sit hoc auxilium , & quis sit iste habitus veritatis . Si autem præter impulsu scriptoris applicantem illum in scribendo , & assistentiam extrinsecam, & diuinam, relictæ determinatione rerum, & verborum, aliæ scriptori perspectorum dicatur Spiritum sanctum illa verba , & res eleuasse , & determinasse ad significanda mysteria, vel ad utilitatem fidelium &c. posset fortasse alicui hic modus dicendi non improbabilis apparere : sic enim inter scripturam, & Concilia differentia potest assignari, & saluari potest, quomodo illorum verborum, & rerum author sit Spiritus sanctus, nempe, quod eius iudicio res, & verba assumpta sunt ad significandum supernaturaliter : cuius signum est, quod sub una littera plures sensus latent, sub qua latere non potuissent, nisi ad eos exprimendos ipse res, & verba determinasset, & intendisset, vt sub unica etiam dictione significaretur , & monstrarentur , quod in nulla alia scriptura, nec decretis conciliorum , contingere cernimus . Melius ergo dicimus præter primum impulsu , & assistentiam extrinsecam in rebus, & verbis aliæ scriptori promptis, motionem Dei assuisse specialem, & supernaturalem , vt determinate scriptor istas res per hæc verba describeret; & per hæc verba, aut res ex Dei motione, determinatas , & à scriptore simul sub Deo primo determinante selectas, propriam sententiam intenderet, & explicaret. vnde S. Thom. 3.p. q.60. a. 5. dicit, quod iudicio Spiritus sancti determinatum est, quibus similitudinibus in certis scripturæ locis res spirituales significantur, quare cum hoc sit effectus Dei proprius, vi res, & verba alias scriptori cognita supernaturalem habeant significationem ex determinatione Spiriti sancti, merito etiam omnium horum author Deus esse perhibetur. In ceteris autem, quæ scriptoribus factis prompta non erant, non tantum sententiæ, sed & ipsa verba immediate sunt à Deo dictata, vnde utrumque complexus Gregorius prol. moral. cap. 1. dixit. Ille hæc scripsit, qui hæc scribenda dictauit; ipse scripsit, qui & illius operis inspirator exitit, & per scribenus vocem imitanda ad nos eius facta transmisit. Sic ut ergo ex Gregorio scriptorum vocem assumpsit, ad explicanda Dei mysteria, quæ diuinitus suggerebantur, & dictabantur, ita conceptus, & mentalia verba rerum aliæ cognitarum, per vocem quoque expressa determinauit, & ad significandum assumpsit, & quoad utrumque diuina scriptura dicitur diuinitus inspirata.

#### Solutiones oppositionum .

**A**D Primam respondetur, quod vt aliquis sit sacerdotalis scriptor non satis est, vt quæ annuntiabantur à Prophetis in scriptis exararet, sed oportebat, vel à diuino spiritu immediate impelli, vel ab eodem, vel se-

lectos viros Prophetas, ad munus idem notariorum loco , cum eodem impulsu subrogari, vel subdelegari quare scriptores illos deputatos à synagoga, non est dicendum ex hoc capite scriptores sacros fuisse, cum carerent tali delegatione, vel subdelegatione diuino impulsu facta: vnde & libri à talibus conscripti nō dicerentur eorum , quorum vaticinia in eis continerentur, sed scribarum proprij . Verum libros conscriptos ab habentibus diuinum impulsu illorum Prophetarum esse, quorum vaticinia scriperunt (vt fuit Baruch scribens Hieremij librum) Ecclesiæ praxis docet, quæ sub titulis prophetarum, non scribarum eos legit.

Ad auctoritatem Dorothæi. Respondetur, quod synopsis illa non est Dorothæi martyris, & Episcopi Tyrensis , sed alterius Dorothæi junioris Abbatis Romani , vt docet Baronius in notis martyrologij Romani die quinta Iunij, cuius non leue argumentum est, quod multa mendacia in illa scripta sunt, tali martyre, & Episcopo indigna. Afferit enim ille auctor Eunuchum Reginæ Aethyopæ fuisse annumeratum inter 72. discipulos Christi ; Iuniam feminam fuisse Episcopum; Cæsarem(de quo loquitur Paulus Phillipi. 4. quem constat fuisse Neronem) Dyrachij fuisse Episcopum ? Philippum diaconum cum Philippo Apostolo Simeonem Episcopum Ierosolym. cōfundit cum Simeone Apostolo, & cum Iacobo Alphæi, vide Baronium in t. 1. annal. 44. 39. & 58. nu. 114. Nullam ergo auctoritatem habet liber iste.

Ad secundam respondetur, quod ad auctoritatem canonice scripturæ adstruendam, satis est dicere, quantum ad omnes sui partes esse à Deo inspirante conscripta: sed in ista inspiratione est latitudo . Quandoque enim Spiritus sanctus aliquibus scriptoribus nedum res, sed & verba suggerebat; vnde nihil insudarunt in rerum, vel verborum inuestigatione, & hoc factum est in mysteriorum supernaturalium descriptione , in qua nedum incerta, & occulta sapientia sue manifestauit, sed etiam signa , quibus diuinæ sapientiæ similitudines manifestarentur, expresit . Quandoque res, & verba scriptori præsto erant, & tunc directio, & diuina motio cum determinatione ad significandum , quod Spiritus sanctus intendebat, satis erat, vt diceretur scriptura diuina: vnde Apostolus, ne id quod dixerat, ego dico non dominus , aliquis interpretaretur in malam partem, referendo id ad humanam auctoritatem, illico subiunxit , puto autem quod & ego spiritum Dei habeam , dicens aperte diuina inspiratione quoque illa scribere. Quando autem inspiratio facta sit primo modo, quando secundo modo, ex ipsis scripturarum circumstantijs à peritis expendendum est. Et sic patet responsio pariter ad Basilij auctoritatem.

Ad tertiam respondetur, sicut dicit Cyrillus in Es. cap. 6. quod nec simul, nec sine interullo (vacabant enim etiam officijs corporeis) Prophetæ reuelationes acceperunt à Deo, sed paulatim, & particulatim , sicut Domino visum est. Quamvis nulla esset implicatio dicere, quod diuina vi roborati necessarium non fuit illis necessitatibus corporis inferire , vt patet de Moyse, qui 40. dierum spatio , in monte cum domino tractans, & diuinæ reuelationes suscipiens, corporali necessitatibus non studuit. Sed primum est suauius, & naturæ nostra conformius, & apud Ethnicos creditibilis.

Ad confirmationem respondetur, quod illis auctoribus præponderat Hieronymus cum reliquo scriptorum choro.

# De verbo Dei scripto.

21

Ad quartam respondetur non fuisse absurdum, sapientiam diuinam cuncta suauiter disponentem, iuxta cuiuscumque scriptoris conditionem se attemperasse, quandoquidem & in operationibus natura- libus, cum causa secunda se modiscat, & in operatio- nibus supernaturalibus, assumendo aliquam rem na- turalem v.g. aquæ baptisimi propriam operationem, & naturalem proprietatem non aufert, sed illam ele- uat ad altiorem effectum producendum: est enim proprium gratiæ naturam non destruere, sed perfice- re, quare cum verum sit, quod dicit Augustinus qq. super Genes. q. 40. quod more humano Deus in no- bis loquitur, ita hominibus, per quos loquitur se attemperat, vt eleuans illos supra naturam suam, na- turalia non cuerat, sed solidet. Et cum eleuatio ista (vt dictum est) fiat inspiratione diuina, non unifor- mis in omnibus sonus est editus. Vnde simplex est Hieremias stylus, cui simplicia verba suggesta sunt, grauis Esaiae, propter eloquij venustatem, sic in cor- porali harmonia videmus aliter per cannas argen- teas, aliter per stamneas reddi sonum. Vel dicendum aliquibus scriptoribus Deum arcana, & res revelasse, verba tamen non de nouo suggestisse, vt patet de Esaia: semper tamen in compositione verborum ad- fuisse eo modo quo supra dictum est.

Ad quintam. Eo argumento probatur non fuisse semper verba à Spiritu sancto dictata, & suggesta, sicut nec omnes res eidem Paulo diuinitus suggestas fuisse omnino dicendum est. Quis enim ea suggesta dicet ipsius enim, & genus sumus Act. 17. & Cretenes mēdaces, malē bestiæ, vēires pigri, quæ legerat in Poe- tis? sicut ergo satis est dicere, res inspiratas esse hoc modo, quatenus fortasse oblitæ ad memoriam sunt reuocatae, vel ad propositū adaptatae, vel ut superiori instinctu roboratae, & confirmatae (vnde & mox Paulus subiunxit, testimonium hoc verum est.) Ita & ita verborum compositione similiter accidisse dicendum est.

Ad sextam. Eo loco conuicti quidam dixerunt nō esse tutum in fide negare Spiritum sanctum scriptori- bus sacris singula verba dictasse. Sed nimis rigida censura est, si supradicta attendantur. Dicendum est ergo, interdum verbum, conari, accipi secundum quod significat idem, ac proprijs viribus, & propria indu- stria rem assequi velle sine villa Spiritus sancti inspi- ratione, impulsione, assistentia, determinatione, ele- uatione supernaturali, &c. non vero excludere sem- per conatum subordinatum impulsione diuinæ, quæ à Luca esse præstitum patet ex verbis, quæ subiungit, *Vt sum est & mihi, &c.* nā si græcè ἐπεκτίποται, secun- dum vtramque significationem dictum accipi (vt di- cunt quidam) nihil prohibeat; tamen secundam accep- tionem significat ex subiuncto Lucas, dicendo etiā se pariter velle conari: sed ab alijs se discernens ait, se (quasi alijs assecuti non sint) adhibita diligentia, omnia assecutum; alludens non tantum ad assecutionem per traditionem, euangelium recipiendo; sed etiam ad internam impulsione, & inspirationem, per quam liberè veritatem suum euangelium conti- nere in eodem proœmio pronunciauit. Et sic respon- detur ad authoritatem desumptam ex libro Macha- bœorum scilicet illam probare non esse semper secu- dum singula verba scripturam illam à Spiritu sancto dictatam, sed laborem, & sudorem in compositione verborum quoque interuenisse, illumque conatum,

& labore subordinatum fuisse diuinæ impulsioni, vt iam dictum est.

Ad septimam. Eo argumento probatur, quod ubi- res, & verba scriptori præsto erant, non necessaria- erat eorundem infuso.

Ad octavam dictum est cum S. Hieronymo ad Ephes. 3. quod singuli sermones, syllabæ, apices puncta in diuinis scripturis plena sunt sensibus. vnde Christus dominus dixit. *Iota unum, aut unus apex non præteri- bit à lege donec omnia sint legèdi sicut Chrysostomus in Genes. hom. 22. Basilius hom. 6. & 10. in Hexameron, Hier. in cap. 5. Matt. Ambros. ep. 63. ad Iustinum.* Sed sustinendo auctoritatem Aug. respōdetur, quod August. ibidem dicit, quod *soli nerui in citharis, &c. aptantur ad cantum, sed ut aptari possint, insunt & cœ- tera in compagibus organorum, que non percutiuntur à cantantibus, sed ex qua percussa resonant his connectur.* Ita & in propheticâ historia dicuntur, & aliqua, que nihil significant, sed quibus adhærent, que significant, & quodammodo religentur. Sed sicut eiusdem artificis est utrumque præstare, & hoc vel illa determi- nare, ita eidem spiritui tribuitur, quod hæc determinet, & disponat, & aptet, saltem ad significandum. quod litteraliter gestum est, vt ea quoque verba tan- quam diuina reciperentur, & sacra, & Spiritu sancto adaptata, saltem ad sensum litteralem exprimen- dum.

Ad confirmationem patet ex dictis, quod ad sal- uandum ut aliqua sit scriptura sacra, non solum im- pulsus satis est, & assistentia, sed determinatio rerum cum eleuatione ad significandum, vel saltem, vt iun- gatur ijs, que ad significandum sunt instituta à di- uino artifice.

Ad nonam. Non subinde fit consequens omnes alios scriptores, vbi non habuerunt rerum infusam notitiam, atque verborum, & dono prophetiæ non- fuerint illustrati, à numero canoniconum scriptorū amouendos. Nam vt aliquis sit facer scriptor, & si nō habeat donum prophetiæ, satis est, quod diuinum habeat impulsum, & instinctum, quod est, quid imperfictum in genere prophetiæ: quare quidam eoru in rebus occultis, & mysterijs describendis fuerunt propheticō lumine locupletati, & à Deo se agi, & moueri certò intellexerunt. Alij cum non opus esset in rebus sibi cognitis, & perspectis dono prophetiæ illustrari, solum instinctum, & impulsionem acce- pturent; vnde & fortè dicunt quidam, quod se agi, & impelli ignorarunt, & non statim libros scriptos, & publicatos ab ijsdem sacros esse cognoverunt: sed an hoc verum sit dicetur infra.

Ad decimam patet solutio ex peculiari questio- ne, quomodo scilicet, sacri scriptores sint diuinitus inspirati.

Ad argumenta pro parte opposita, prout senten- tiā aliquorum catholicorum firmare videntur as- serentium uniformem inspirationem in omnibus. Respondetur ad primum ijs scripture locis probari ad hoc, vt aliquod scriptum sit sacrum, & diuinum, necessariam esse diuinam inspirationem, & impul- sionem. Sed hæc inspiratio, & impulsio nō in omni- bus uniformis est, vt satis est declaratum. Quæcumq. tamen sit ista impulsio, optime saluat quomodo sint scriptores sacri instrumenta Dei loquentis, vel scribentis per illos, & interpetres diuinæ mentis, &c. & sic patet responsio ad secundam classim argumē- torum

torum deductorum ex Patrum autoritate, quos pro hac sententia facere videntur.

Ad tertiam classim argumentorum ex rationibus, respōdetur, quod si cōpositio verborum soli scriptori referuaretur absque assistentia, & impulsione Dei, & verborum determinatione, non differret scriptura sacra à profanis, & historicis: sed cum hæc omnia requirantur ad hoc, vt aliqua sit sacra scriptura, argumentum non procedit, & sic patet ad confirmationem.

Ad ultimam sustinendo responsonem ibi datam, negatur assumptum allatum in instantia: Non enim vulgi, aut sapientum opinione scripturæ, nobis traduntur, sed quæ firma fide à fidelibus tenenda sunt: quando autem Christus dixit Eliam iam venisse, intellexit de Ioanne Baptista, qui fuit Elias, non in persona, sed in spiritu: nam quantum attinet ad personam Eliæ, Christus Dominus non reiecit, imò approbavit sensum scribarum tenentium Eliam venturum ante iudicij diem, cum dixerit. Elias quidem venturus est, & restituet omnia: ad quam personam respxit Malachias, cum etiam dixit, Ecce ego mitti Eliam, subiungit, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Et de persona Eliæ locutum esse tradunt Patres in eū locum, & aperte habetur ex lectione 70. dum trāstulerunt. Ecce ego mitti vobis Eliam Thesbitem, & sic cum 70. legunt multi Patres Cyrilus, & Hierony. ibi Aug. 20. de ciu. c. 29. Euthymius in cap. 17. Matt. Aretas in cap. Apoc. c. 11. Chrysostom. 18 in Matt. quamuis nec in Biblijs Regijs, nec in editione Sixti V. qui translationem 70. edi curauit, tale verbum reperiatur, quod multi factum putant typographorum incuria. Sed omissum prudentius putto, quia in alijs Patribus id non legebatur. Ex qua responsonem patet, Iansemium deceptum esse in huius loci Eccl. 48. expositione.

Alij respondent esse differentiam, nam Concilia, vel Pontifex definientes habent impulsum, & assistentiam, non verò immediatam Dei revelationem, quare præmittentibus illis diligentiam, & humanum laborem, cōsistit Deus ne errant. Sed adhuc desideratur melior solutio, nam impulsum, & assistentiam habuit scriptor libri secundi Machabœorum: etenim etiam præmisit sudores, & adhibuit conatum, & diligentiam. Alij dicunt, in hoc esse differentiam, quod siue sacer scriptor ipse dicit, siue notarius ab ipso, uel à Deo deputatus, nullo modo potest errare in compositione verborum, at in definitione facta à Concilijs, vel Papa, si dictanda definita selectis viris tradantur, in rerum, & verborum compositione ab illis errari potest. Ita Ferdinand. Escalante de substantia script. Sed nec hoc rationabiliter dicitur, nam gratis videtur restringere hæc positio Spiritum sanctum, vt tantum assistat verbali definitioni Pontificum, & non scriptioni per Notarios facta; cum tamē hæc scriptio magis necessaria sit, quæ non tantum ad præsentes sicut verba, sed ad absentes, & loco dissitos destinatur. Accedit, quod subterfugium caperent impij dicendo, veram quidem fuisse verbalem definitionem Pontificis, sed scriptorem originalem fuisse deceptum, nisi dicatur definitionem illam Notariorum manu descriptam, quoisque à Pontifice reuidea tur, & manu propria obsignetur, non habere infallibilem directionem. Sed facilis, & expedita solutio est, quod in Conciliorum, aut Pontificum decretis,

non est nisi tantum impulsus, & assistentia ne erretur in conclusionibus definitis, vel in principiorum traditione, & explicatione, scriptione cum ob-signatione; at in editione scripturarum, præter hæc est simul motione efficax mouens scriptorem ad hæc, & non illa assumenda, eaque determinando diuinitus, & eleuando ad significandum, &c. quod quomodo fiat, sequenti articulo explanandum remanet. Et perhæc patet ad instantiam, nam edicta conciliorum quantum ad appropriationem, verba Dei dicuntur, sed scripturæ verba propriè verba Dei, vel à Deo dictata, vel determinata, vt his non alijs vterentur scriptores sacri, vnde Ambrosius lib. de Tobia cap. 20. reddens rationem cur non omnia gesta Christi omnes descriperint, ait, de illis mysticè verificari, Super vestē meā miserunt sortem, & subdit, Sors enim veluti diuino pendi examine, & ideo quia in potestate propria sunt locuti, neque omnes eadem omnia, sed plerique dixerunt diversa, quæ alius non dixerat. Quare vt hæc, non illa dicent, impulsi sunt, sic vt ita his, vel illis verbis vterentur efficit.

### ARTICVLVS TERTIVS.

Quomodo Deus sacris scriptoribus sacram Scripturam dictauerit, an solum mentem illustrando, an etiam voluntatem mouendo, & manum afficiendo.

#### Argumenta pro parte negatiua.

**A**rguitur primo, quod non semper illustrando mentem scriptoris canonici Deus factam scripturam dictauit. Nam hæc illustratio, vel est necessaria ad percipiendum tantum, quod dictatur, vel ad iudicandum tantum, vel ad utrumque. Si est ad percipiendum, vel hoc fuit exterius exhibendo sensibus externis obiecta, aut infundendo species intentionales, vt in apparitionibus ocularibus, aut sonis sensibilibus, quæ in scripturis frequenter narrantur, vel sensibus internis nouas species, vel phantasmatæ gignendo, vel vetera nouo modo excitando, & coniungendo. At hoc multis scriptoribus sacris non fuit necessarium, cum conclusum sit multa illis perspecta, & cognita, vt patet in historiarum scriptoribus, & moralia præcepta tradentibus. Si est ad iudicandum, tunc vel est practicum, vel speculativum iudicium, nempe vel iudicando hic sibi, & nunc esse scribendū, vel absolute iudicando esse talia, & non talia scribenda: at ad hoc sine aliqua illuminatione, & reuelatione, satis est præudentia, vel sapientia, seu iudicium naturale practicum, vel speculativum, & ad utrumque simul sufficiunt facultates naturales sensitivæ, & intellectivæ. Illud autem, quod quis potest propria virtute efficere, non oportet, quod diuina operazione fiat; si enim natura operatur breuiori via, quæ potest, multo magis Deus, qui est author naturæ.

Confirmatur. Quia talis illuminatio, vel sit per aliquem habitum, vel actum. Non per habitum, quia nec in Prophetis prophetiæ donum infunditur per modum habitus. Non per actum, nempe illustrationem actualiem, per modum cuiusdam passionis transeuntis, quia sic agnoscit posset semper à scriptoribus se diuinitus illustrati: sed non semper hoc sciunt,

sciunt, ut supra dictum est, & multoties ait S. Doctor 2.2.q.183. art. 4. in corp. etiam cum mouet Spiritus sanctus mentem alicuius ad aliquid faciendum, vel dicendum, non intelligit, nec quid verba nec quid facta significantur. ergo &c.

Quod si dicas verum esse in prophetia propriè dicta necessarium esse cognoscere quid verbo, vel facto significetur; non autem id necesse esse de instinctu propheticō afferere, quem etiam nescientes humā mēntes patiuntur, vt dicit August. 2. de Genes. ad Litt. c. 17.

Cōtra quia docet expresse S. Th. 2.2.q.183. art. 4. q̄ oportet Prophetas scire certò, quę sibi diuinitus r̄uelata sūt, & nō satis est habere instinctū p̄pheticū, qui nō potest discerni ab illo talem instinctum patiente, num sit à Deo an à spiritu proprio; alioquin si de iis certitudinem non haberent esse diuinitus reuelata, fides quę dicitis Prophetarum innititur, certa non esset. Et præterea esset in hæresim Montanistarum inclinare, qui dicebant Prophetas ita locutos, vt nescirent quid loquerentur, & cum aliis eruditēt, ipsi nescirent quid dicent, vt patet apud Epiph. de hæresibus in hæresi Cataphrygarū. Lege Hier. in Es. c. 1 Athan. orat. 4. contra Ariān.

Secūdo arguitur 2. quia difficultas eēt ēt cōsimilis, quātū attinet ad volūtātē, qđ in volūtāte imprimat; an aliquid p̄ modū actus; an aliquid p̄ modū habitus. Non per modum habitus, nam habitus perficientes voluntatem exigunt bonitatem (quę fit ex gratia) in illo cuius voluntatem habitus perficiunt: at nec in prophetia propriè dicta requiritur gratia, & bonitas morum, cum impīj quoque prophetare possint. ergo &c. Non per modum actus; nam hic actus non esset aliud, quam applicatio supernaturalis ad operandum, quę communis est ad omnes operationes supernaturales voluntatis.

Confirmatur ex S. Thoma 2.2.q.71. a.2. ad 2. dicente non semper esse perfectionem animæ inhérentem prophetarum donū. Sed satis est aliquem dici Prophetā ex diuina deputatione secundum illud Hie. t. Prophetam in gentibus dedite.

Tertiò arguitur cum lingua, & manus scriptoris canonici calamus Spiritus sancti esse perhibeantur, aliquem motum impressum, vel habilitatem recipiebant, cum impellebantur ad scribendum. Sed difficile hoc est diuinare, quid fuerit ille motus, & quicumque habitus in membris afferatur impressus, superflue assereretur, ergo &c.

### Pro parte opposita.

**S**ed contra est, quia cum non humana ratione, sed diuina reuelatione Scriptura sacra sit descripta, non posset dici diuinitus inspirata, nisi diuino lumine fuissent scriptores illustrati: vnde Irēneus 4. ad hæres. cap. 37. dicit quod oportebat eos per quos futura predicabantur videre Deum, nempe visione intellectuali, & imaginaria, quem ipsi hominibus videndum aperta facie intimabant. Vnde August. notat. ep. 112. Prophetas videntes appellatos, qui non corpore, sed mente futura videbant. Exemplificat autem Irēneus quod quemadmodum qui lumen intuentur intra lumen sunt, ac eius splendore fruuntur: sic qui Deum vident, intra Deum existunt splendoris eius participes. Quod exemplum ad visionem prophetarum, &

visionem facialem adaptare videtur, de qua visione ante illud exemplum verba fecerat. Vnde rectè dixit S. Bonav. in 3. diæta salutis de præceptis. ortus sacrae scripturæ non est per humanam investigationem, sed per diuinam reuelationem, quę fluit à patre luminum. Quantum verò attinet ad voluntatis motum probatur sacrorum scriptorum voluntatem motam, & incitamat ex particula illa: sed Spiritus sancto inspiratus locuti sunt sancti Dei homines, vnde in textu græco id exprimitur dum vritur voce φέρεται vnde Athenagoras oratione pro christianis dixit, testes habemus Prophetas, qui diuino acti spiritu doctrinam de Deo ipso, & rebus diuinis promulgariunt: & quantum attinet ad motionem membrorum optimè dixit Gazeus super Genesim, quod Prophetæ sancti linguam quasi calamū præbent ecclœlētissimo scribæ, quem nullus scriptor describere, & nullus pictor delineare potest.

### CONCLV S I O.

Non eodem modo in omnibus, & singulis rebus & verbis dictandis Spiritus sanctus assitit scriptoribus canoniciis. Modo enim impres- sit species rerum, ipsasque res designa- uit mouendo voluntatem, modo spe- cies præexistentes coordinavit, ap- plicando voluntatem, &c.

**R**espondeo dicendum sicut dicit Greg. Nazianzenus oratione 2. de theol. quod (quomodo se se Deus vicum conspicandum præbebat, vocesque etiā quasdam, & imperius, atque actiones siue diuinum quod- dam esset, hoc spectrum solis optimis. & sanctissimis vi- ris conspicabile, siue minime fallax noctis visio, siue mentis impressio quædam, & informatio cum rebus fu- turis, quasi cum presentibus commercium habens, siue arcanum quoddam aliud prophetarum genus, dicere ne- queo: nouit hoc Prophetarum Deus, & qui huiusmodi afflatibus agitantur, ita ad sciendum quomodo dicta uerit Deus scriptoribus canoniciis diuina verba diffi- cile est intelligere: sicut autem non uniformis erat Prophetarum cognitione, & illustratio (vnde Idixit Dominus per Oseam cap. 12. In manu Prophetarum assimilatus sum) sic non uniformis fuit canoniconum scriptorum cognitione in libris describendis. Primi nā- que, vt dicit S. Irēneus lib. 4. aduersus heres. cap. 37. res quasdam per visiones videbant, quasdam per ver- bum annuntiabant, quasdam vero per operationem typi- cę significabant. Que quidem videndi erant viden- tis, que vero audienda erant sermone præconiantes, que vero agenda erant operatione perficientes, vniuer- sa verò propheticę annuntiantes, ita & in scriptoribus sacris idem contigisse compertum esse debet; quod quasdam per visionem accepérint; quasdam rebus, & verbis significauerint; vniuersa verò diuinitus descri- pserint. Hoc autem quomodo multifaciter contin- gere potuit rimandum est, ex natura ipsius cognitionis, vel visionis, seu intellectio[n]is; ad intellectio[n]em namque duo exiguntur ex S. Tho. de ver. q. 12. at. 7. & 12. & ex S. Aug. contra Adimantum Manichæum c. 28. acceptio cognitorum, & iudicium de acceptis. Quandoq. ergo acceptio est naturalis, sed iudicium supernaturale; quandoq. est acceptio supernaturalis tantum absque iudicio: quandoq. acceptio, &

iudicium supernaturale. Quando acceptio est naturalis, siue per imaginationem, siue per intellectum, præsupponuntur species in imaginativa, vel intellectiva, ut non opus sit noua specierum infusione: sed si de ijsdem fiat iudicium supra facultatem naturæ, requiritur aliquid diuinitus infusum, quo intellectus roboretur ad iudicandum, & sic ait S. Thom. loc. cit. forte fuit inspiratio Salomonis, in quantum de moribus hominum, & naturis rerum, que naturaliter accipimus diuino instinctu ceteris certius iudicauit. Quando vero acceptio est supernaturalis, siue secundum imaginariam visionem, ut cum Pharaon vidit septem boues, vel septem spicas, vel secundum potentiam intellectivam, in qua ostenditur aliquid supra facultatem naturæ, species supernaturaliter quidem infunduntur, sed tunc illa dicitur tantum reuelatio secundum species, & est talis prophetia imperfecta. Econtra vero perfecta est, si solummodo intellectus illuminetur ad iudicandum, que ab alijs imaginariè visa sunt. Reperitur etiam quidam modus, qui non propriè prophetia, sed instinctus propheticus dici potest, qui tunc accedit quando inducitur aliquis ad apprehendendam aliquam rem, vel aliquid operandum, sed non habet iudicium de significatione, aut quod sibi haec sint diuinitus reuelata, sicut accidit Caiphæ, & Balaam, in cuius ore, & non corde, ut recte obseruauit Origenes homil. 14. in Num. verbum prophetæ Deus posuit. Quando vero præter species additur iudicium supernaturale iudicando de speciesbus acceptis, tunc perfectior est reuelatio, secundum species, & secundum lumen infusum. Et inter supernaturales istas reuelationes secundum utrumque, nempe acceptiōnē, & iudicium, est latitudo, ut intellectualis excedat imaginariam visionem; & in intellectuali, illa per quam videatur Dei essentia, saltem per modum transeuntis palam, & non per figuram, ut accidit Moysi. His modis consimiliter sacris scriptoribus potuit contingere diuina reuelatio, vel inspiratio secundum species tantum, vel secundum lumen tantum ad iudicandum, vel secundum utrumque. Secundum species tantum, nam cum prophetia sit instrumentum deficiens, etiā veri Prophetæ non omnia cognoscunt, que in eorum visis, aut verbis, aut factis Spiritus sanctus intendit. Secundum lumen tantum ad iudicandum, quando præexistentibus speciesbus in imaginativa, vel intellectiva, addita est solum supernaturalis illustratio ad componendas species, ad significationem eorum, que intendere volebat Spiritus sanctus, practicum, & speculatum naturale iudicium confortando, eadem illustratione, & instinctu, ut de rebus alias sibi cognitis delectum haberent, iudicando haec esse vera, & nunc; & hic scribenda secundum utrumque haec omnia simul copulando. Rationabiliter autem his modis diuinæ scripturas potuisse dictari, appetit ex fine, & etiam ex consuetudine dictandi, que inter homines fieri solet. Finis enim diuinæ huius scriptoris extitit, ut vera scriberentur, & crederentur esse verba Dei, que in scripturis continerentur. Quæ ergo huic fini necessaria erant, credendum est Deum adhibuisse; Ad finem autem obtinendum contrariae dispositiones auferuntur, necessariae conferuntur, sicut ea etiam, que possunt ad eundem finem, quoquo modo conducere supponuntur, vide S. Th. de prophet. in disp. q. 12. a. 4. Obliuio ergo, mēdaciū, & deceptio, & negligentia, & huiusmodi tanquā veritati contra-

ria, diuina assistentia remota sunt. Ad mysteria vero, & arcana explicanda, quæ oculus non vidit, nec in cor hominis ascenderunt, quia necessaria erat species rum, & verborum infusio, id etiam præstitum est. Et quia gratia perficit naturam, quæ supponitur, cum rerum, & verborum cognitio in scriptoribus reperiatur, ex diuina operatione non est ablata, sed potius ex illustratione perfecta. Vnde verba, & species illæ, que existebant in imaginativa, vel intellectiva cognitione res naturaliter representantes, cum non sufficerent ad significationem eorum, quæ spiritus significare intendebat, diuinitus sunt coordinatae, & accommodatae conuenienter ad designationem rei intentæ ab eodem spiritu sancto. Ex hac autem coordinatione, in fusione, assistentia, & vera sunt scripta, & opus Dei dicuntur, & sunt. Ex consuetudine hominum idem appareat, dictans enim aliqua scribenda, sua voce auribus scribentium insonat verba scribenda, vel per oculos eorum infert eorum animis demōstrando, quæ scribi velit, hoc autem ordinariè supponit in scribente artem scribendi, & verba combinandi, atque nectendi in animo existentem, & voluntatem ad huiusmodi opus, & habilitatem in manu, &c. quod si simul, & semel non habenti artem, aut voluntatem dictans verba, vel scribenda monstrans, characteres litterarum menti docendo imprimaret, voluntatem scriptoris applicaret, & in scriptione manū moueret, applicaretque, vel dirigeret ad opus insinuando, vel ostendendo opus describendum, adhuc ista esset vera dictatio, & tam ista, quam illa scriptura veraciter scriberetur, & suo dictatori verè, & propriè tanquam principali authori tribueretur, eiusdemque scriptura diceretur. Eodem modo contigit in descriptione sacrae scripturæ: interdum enim Deus dicitur impri mendo species imaginarias, vel intelligibiles scripto ri canonico, vel intus loquendo, vel quæ scribenda erant diuinitus oculis mentis obijcendo, secundum illud Esa. 63. *Spiritus Domini ductor eius fuit, mouendo pariter voluntatem (hoc cuim inspirationis nomen sonat ex S. Tho. & Caiet. 2.2.q. 172. ar. 1.) non per impressionem alicuius formæ in voluntatem, sed per actualem motionem interiorem, qua solus ipse creator voluntatis potest eam cum vult, & quod vult mouere, manus scriptoris similiter assistendo, ne verbum pro verbo, res pro te, littera pro littera ponatur.* Alio modo dictauit cum licet scriptori verba, & res præsto essent, & supponeretur in eo facultas scribendi, rerum tamen & verborum species diuinitus coordinabantur, & voluntas ad scribendū à Deo applicabatur in eum finem, quem intendebat, manusque similiter ditigebatur absque qualitatibus alicuius impressione, extrinseca tantum assistentia, & virtuosa motione ab errore eā præseruando; & utroque modo dictata scriptura veracissima, & diuinissima esse comprobatur, & Spiritus sancti scriptura merito nuncupatur.

#### *Solutiones oppositionum.*

**A**D primam. Non uniformiter facta est illustratio, quemadmodum explicatum est. Quandoque enim facta est per solam luminis influētiā, quantum ad iudicium, non quantum ad species. Quandoque secundum species, & similitudines absque eo, quod illuminaretur mens ad iudicandum,

Quan-

Quandoque secundum utrumque, & hic est maxime Propheta, qui in utroque praeceps ex August. super 12. Genes. ad literam cap. 19. satis est tamen ad scriptoris canonici autoritatem, ut interdum quæcumque formæ intellectæ, vel imaginatae, vel in thesauro memoria conservatae, quas naturali virtute formavit, sint ordinatae ad representandum intelligibiles virtutes, quæ hominis intellectum exceedunt: vel ordinatae ad id, quod Spiritus sanctus intendit, vel iudicium confortauerit Spiritus sanctus ad hæc, vel illa scribendum; ad quod necessarium est auxilium super naturalis luminis per modum actus, & species roborando, & scriptoris iudicium naturale iuuando, & eleuando.

Ad confirmationem. Talis illuminatio fit per actum, non habitum: & non necesse est, dicunt quidam, ut à scriptore, sicut nec à propheta, deprehendantur, exemplum est in Caipha, qui non intelligens, nec intendens propositionem suam, ita protulit, ait Cyrilus in Io. Euang. lib. 8. c. 3. ut possit, & hunc Spiritus sancti sensum apie, atque accomodatae designare, & huiusmodi expressio propositionis, atque depromptio, qua etiam sententia veritatis explicanda erat adaptata, non erat ab ipso Caipha, sed à Spiritu sancto, &c. Nec sequitur alia inconvenientia obiecta; nam in ijs arcanis, quæ humana facultatem excedunt, cum non aliunde potuerint certificari scriptores sacri, quam expressa, & immediata reuelatione Dei; opus fuit certificari de expressa huiusmodi locutione. At vero cum in alijs, quæ facultate naturæ cognosci poterant, certitudine haberent, & solummodo indigerent auxilio diuino confortante iudicium, quo iudicarent hoc, quod verum cognoscetbatur, scribere, satis erat illis in exercitio certitudinem habere, etiam si de confortante lumine cognitionem non habuerint, nec ad quid significandum illa verba, & res essent adaptata. Et per hoc etiam à Montanistarum prophetis optimè secernuntur; illi namq; ex Epiph. contra Cataphryges, per dementiam confernati, non consentanea sibi verba loquuntur; at Prophetæ in veraci spiritu, atque sibi constante, firmaque cogitatione, & consentanea mente, sancti eius homines omnia prophetarunt, repleti Spiritu sancto, iuxta analogiam concessorum unicuique spirituum donorum, & iuxta analogiam fidei ad utilitatem, hæc loquitur Epiphanius. Verum cum sapiens intelligat, quæ profert de ore suo, in labijs suis portabit scientiam. Vnde Daniel. 10. dicitur. Verbum reuelatum est Danieli cognomento Balthassar, & verbum verum, & fortitudo magna: intellexisse sermonem: intelligentia enim est opus in visione. Quare sicut Prophetæ, ita & omnes scriptores canonici ipsi sciebant quid dicentes, cuius instinctu dicentes, & etiam propter quid significandum dicentes, & hoc probabilius est. Indecens enim erat, ut qui erant destinati ministri sermonis, & veluti diuinæ mentis interpretes, hæc ignorarent, quæ ad plenam scriptorum cognitionem, præsertim cum opus sit in primis authoribus fidei, ponere evidenter in attestante ex Cale. 2. 2. q. 171. art. 5. ut certa sit fidei ecclesiasticae resolutio, quæ est de auditu in testes oculares, & auritos. Vnde merito dixit Hier. in cap. 1. Esai. Deus loquebatur in animo Prophetarum, iuxta illud, quod alius Prophetæ dicebat. Angelus, qui loquebatur in me, & clamantes in cordibus nostris, Abba Pater, & audiam quid loquatur in me dominus Deus. Vnde nec synagogæ, nec Ecclesiaz id

primò innotuit, nisi fideli ipsorum testificatione, hæc diuinitus esse conscripta. Imo quod maioris perfectionis est, non est incredibile, ait S. Thom. q. 4 de pot. art. 1. in corpore, Moysi, & alijs sacrae scripturae authoribus hoc diuinitus esse concessum, ut diversa vera, quæ homines possent intelligere, ipsi cognoscerent, & ea sub una serie litteræ designarent, ut sic quilibet eorum sit sensus authoris. Vnde si etiam aliquis vera ab expositoribus sacrae scripture litteræ aptentur, quæ auctor non intelligit, non est dubium quin Spiritus sanctus intellexerit, qui est principalis auctor diuinæ scripture, quod ultimum dictum si nedum ad pluralitatem sensuum, sed ad sensus illos, & fines illos intentos à Spiritu sancto extendatur, priorem responsionem probabilem facit, sed secunda est probabilior.

Ad 2. iam dictum est quomodo voluntas mouetur, nempe per actualem motionem, vnde puto superfluum ponere, quod aliqui ponunt, ut Serarius super in voluntate habitualiter, nempe habitum veracitatis, nam ex S. Thom. q. 12. de verit. art. 1. satis est illustratio mentis in prophetia, nec ulterius requiritur aliquis habitus, quo audita interius percipiuntur, vel aliquis habitus per modum permanentis confortans, vel eleuans potentiam, sed satis est motio per modum transirentis. Vnde & Danielis 2. à Nabucodonosor idem Daniel petit tempus ad solutionem iudicandam. Nec enim ait Greg. 2. dial. cap. 21. prophetæ spiritus, prophetarum mentes semper irradiat. Vnde non semper prophetant cum volunt. Certum est autem habitibus, nos vti cum volumus. Aliqui respondent illud prophetæ donum satis esse, si sit diuina assistentia, & vno cum anima in ordine ad productionem cognitionis propheticæ, ita Curiel. in controv. 1. art. 2. conclus. vlt. super ea verba multifariè multisq; modis. Sed cum nihil de novo in aliquo recipiatur, nisi per aliquam eius immutationem, aliquid oportet ponere in mente Prophetæ præter assistentiam Dei.

Ad confirmationem. Etsi Prophetæ non habeat semper actualem illustrationem, remanet tamē post illam in ipso habilitas quedam, ut possit Prophetæ esse aptior ad patiendum, vel recipiendum impressiones diuinas, vnde sufficit ut etiam si aliquis denominetur Prophetæ, etiam quando actu non inspiratur.

Ad ultimum respondet ex S. Tho. doctrina 1. 2. q. 50. ar. 1. nullum habitum operativum constitendum in corporis membris, vnde in digitis nihil aliud est, nisi motus localis, & per motum localem non acquiritur aliqua qualitas, vel habitus; non secus ac in calamo, vel in pennicillo, quem artifex mouet. Quare non est intelligibile quis habitus, vel quæ qualitas in manibus scriptorum producta sit à Deo, satis ergo fuit, ut præsens scriptoris manui assisteret, ut lapsus, & errata caueret, & conceptos sensus exciperet, scribentem non solum respiciens, sed manum mouens, & eleuantur sacramentorum ministri ad causandam gratiam. Quare parum est, quod Serarius sacris scriptoribus tribuit, quod, cum scriptoribus Spiritus sanctus operatus sit, perinde ac nutrix ad gradendum puerulum inuitans afficiendo, vocando, & ne cadat manus tendendo, non dextera dexteram mouendo, sed potius illum in uitatum, & allectum pedibus gradientem suis in amplexum ruentem excipiens.

Cum enim vt mox dicetur sacri scriptores fuerint animata instrumenta Spiritus sancti : habet hoc instrumentum ex doctrina S. Th. vt habeat virtutem intentionalem ad eum modum , quo colores sunt in aere,& virtus artis in instrumento artificis: de pot. q. 3.ar.3.in resp.ad 7.

## A R T. Q V A R T V S.

*Vtrum scriptores biblici fuerint instrumentalis causa sacræ scripturae.*

*Pro parte negativa.*

**A**rguitur primo . Instrumentum animatum requirit habitum ad operandum, non autem inanimatum, vt dicit S. Thom. de verit. q.29.ar.1. ad 9. at supra conclusum est , non fuisse necessarium habitum aliquem ad operandum scriptoribus canoniciis; ergo non fuerunt Spiritus sancti animata instrumenta.

Secundo. In instrumento animato requiritur intentio ad effectum, quod secus est in instrumento inanimato , vt dicitur 3.p.q.64.ar.8. ad p. sed probabiliter dictum est supra , non intendisse semper sacros scriptores ea ad quæ scribenda Spiritus sanctus eos impellebat, ergo .

Tertio. Instrumētum animatum in hoc differt ab inanimato, quod inanimatum sic agitur, vt nō agat, sed scriptores fuerunt acti, vt non se agerent; vnde calamo assimilantur, & plectro, & organis, & huiusmodi à scriptoribus, & patribus, quæ similitudines sic actos, & motos significant, vt non fuerit in eorum potestate non tangi, nec moueri, ergo .

Confirmatur primo à scribendi, vel eloquendi facilitate. Secundo à necessitate, qua tanta ipsi à Spiritu sancto imponebatur, vt in eorum potestate non esset non scribere : vnde Abulensis q. 3. in Num. 1. dixit, si Moyses foret sua libertati relictus, non sic de se scriptissetierat. n. Moyses vir mitissimus: & Greg. præf. in lob cap. 1. itaque scriptores sacri eloquijs, quia repleti Spiritu sancto super se trahuntur, quasi extra semetipos sunt, & sic Dei sententias quasi de labijs proferunt.

Quarto, si illi fuerunt instrumenta, ob illam rationem dicendum est fuisse instrumenta, quatenus scriptoribus canoniciis visus est Spiritus sanctus tanquam organis ad propriam sententiam exprimēdam, illos mouendo, & agendo : sed in omnibus actibus bonis, & supernaturalibus mouentur iusti à Deo, & non propter hoc dicuntur causæ instrumentales, sed sunt causæ principales, quamvis primæ causæ subordinatae: ergo, similiter dato, quod moueantur à Deo non erunt dicendi vlo modo sacri scriptores causa instrumentalis.

*Pro parte opposita.*

**S**ed contra est primo authoritas scripture Ps. 44. vbi de se ipso loquens David scripsit. *Lingua mea calamus scribæ velociter scribētis*, quod testimonium ad omnes canonicos scriptores accommodans S. Gregor. dicit supra . Cum ergo rem cognoscimus , eiusque rei auctorem Spiritum sanctum tenemus , qui scriptorē querimus, quid aliud agimus, nisi legentes litteras de ca-

lamo perscrutamur. Actorum cap. 1. Prædictis hoc Spiritus sanctus per os David , & iterum . Deus autem que prænunciauit per os omnium prophetarū , & infra . Tu domine Deus, qui Spiritu sancto per os patris nostri David dixisti. qbus locutionibus, hic particula PER instrumentalis causa signatur.

Secundo, ex autoritate sanctorum. S. Iustinus Martyr oratione ad Gentiles de Prophetis ( quod & scriptoribus omnibus canoniciis adaptari potest ) loquens dixit, quod eis , Non opus fuit, vt quidquam ritæ, contentionisue agerent cupiditate, sed vt tantummodo puros seipso diuini spiritus operationi præberent , atque ita diuinum è cælo plectrum descendens quasi instrumento quopiam citbaræ alicuius , vel hyra viris iussis utens , diuinarum nobis , & cælestium renuolare rerum cognitionem.

Athenagoras oratione pro christianis ait contra rationē esse , Si quis supersedens diuino spiritui credere, qui ora Prophetarum tanquam organa musica mouit, humanis opinionibus animum intendat. Ad hunc modum eit locutio illa Macharij hom. 47. sicut per tibiām pertransiens spiritus loquitur , ita per sanctos, & spirituales instrumenta homines Spiritus sanctus hymnis, & psalmis, & preicationibus ex puro corde celebrat Deum. Chryso. in c. 1. genes. hom. 13. & 14. sepe repetit linguam Moysis à Spiritu sancto motam. Non à se illa dicere , sed Spiritus sancti afflatu, & in cap. 5. hom. 21. Per linguam ait Moyses Spiritum sanctum docuisse homines, Mosen tatum linguam commodasse, & hom. 2. in illud Es. Vidi dominum, dicit Prophetas esse Dei ora .

Procopius Gazetus præf. in Genes. scripsit scripturam à Deo originem sumere, & inde ad homines quasi per canales, seu instrumentum ad nos promanare. Quæ admodum enim regius minister , sicut tu eum præconem nuncupes, Regis præceptum, & vocem imitatur dicens. Iussi, sententiam tuam declaravi: sic Propheta quasicalam præbent excellentissimo scribæ, quem nullus scriptor describere, & nullus pictor delineare potest. Ambrosius lib. 6. epist. ep. 36. Esaiam ait, diuinæ vocis organum se præbuisse , vt promeret , quod in eo loquebatur Deus . & epistola proxima de Balaam illa tractans, quæ Angelus ad Balaam locutus est. [Vade, & quæcūque tibi inspirauerō hæc dices] scribit Ambrosius non quæuis , sed quæcumque cognitis hæc dices , quasi organum inanem sonum meis præbebis sermonibus , & lib. 10. ep. 84. Implet Spiritus sanctus organum suum, & tanquam fila chordarum tangit spiritus Dei corda sanctorum. Cyrillus; seu Origenes præfat. in Leuit. Sicut nouissimis diebus verbum diuinum procesit carne vestitum, & aliud erat, quod videbatur , & aliud quod intelligebatur ; ita & cum verbum diuinum per Prophetas, vel legislatorem profertur, & sicut illic diuinus tegebatur in carne , ita hic spiritus in velamine litterae.

Tertio, ratione, quia dum ex scripturis aperte constat Deum loquutum esse per os sanctorum, qui à sæculo sunt Prophetarum eius, & particula, per ex vera philosophia causam instrumentalem significet (quando significatur causa operationis, prout ad opus terminatur, vt cum dicimus fabrum operari per martellum, ex S. Thom. in cap. 12. ad Rom. Lect. 5.) sequitur per optimam consequentiam fuisse scriptores sacros (sicut & Prophetas) causas instrumentales Dei per ipsos loquentis.

# De verbo Dei scripto.

27

## CONCLV S I O.

*Scriptores sacri fuerunt instrumenta Spiritus sancti, non solum spontaneè sed libere operantes, moti non solum moraliter, sed etiam verè, & realiter impulsi, & incitati diuinitus.*

**R**espondeo dicendum à nullo Catholico posse dubitari Sacros Scriptores fuisse instrumenta Spiritus sancti, propter autoritatem scripturæ, & Sæctorum. Controvèrtitur ramen inter Catholicos tractatores, an biblici scriptores, ita acti fuerint, vt se non agerent in scribendo; seu ita correpti, & incitati fuerint, vt solum voluntarium motum, & spontaneū habuerint: an verò ita acti fuerint, vt se agerent, & liberè quoq; scripterint. Quidam enim tenent, quod spontaneè, nō liberè scripterint, Valéria lib.8. Analytic. c.5. Sed hoc non potest stare, nam dicit Alcuinus lib.1. de Trin. cap.1. *Quod sacre Scriptura à terreno, & humano sensu nos erigentes usque ad ea verba descendunt, quibus humana visitur consuetudo congruē ergo etiā fuit, vt per quos administrabatur, humano modo uteretur, vt per liberos homines, libertè actiones exerceretur. Secundo, quia ad characterem verorum Prophetarum dignoscendum sancti eo cōfuderunt, quod falsi in ecclasi confernabantur, unde erant veluti emortua instrumenta diaboli per ea operantis seductionem: at Prophetæ veri, vt ait Epiphanius vbi supra, fuerunt in ecclasi, sed non in ecclasi cogitationum, & rationis, anima siquidem hominis sani, non excidit à principe ratione, & sensu. Vigente autem ratione viget, & libertas, quæ facultas est voluntatis, & rationis. Alij vero propter hoc o ppositum sentiunt, vt Serarius c.5. quæstioncula 21. in proleg. Dicendum ergo est, quod mens scriptorum canonorum potest cōparari ad receptionem specierū, vel eorū coordinationē, & huiusmodi, & ad iudicium de ijsdē. Et quaniū ad voluntatē, potest dupliciter cōsiderari, vel sūm motū impellentē ad elicendū aliquē actū: vel sūm actum elicitū ab illa, conformiter ad talē motum. Si cōsideretur mens, vel voluntas primo modo, nō fuit in illis libertas ad receptionē specierū, vel impulsus: nec enim specierū infusio, vel impulsus in eorū erat potestate. Secundo vero modo in iudicio, & specierū usu fuit libertas, optimè cohētens cū infusione, motione q̄diuinā, quod etiā ad diuinā assistentiā in ipsa scriptuō extendendū eit: liberè siquidē scriptere &c. Sed difficultas eit adhuc, quomodo fit facta ita impulsio, & præmotio. Quidam enim vt saluent libertatem dicunt, non aliter motos, quam illustratione, assistentia, & morali motione. Sed hoc parum est, nam sola motio moralis suasionibus, & motiuis inducentibus, interuenire non potuit, ad tantam molam scripturarum per singula verba, & apices. Et difficile est intelligere, quomodo animus scribentium allici potuit ad scribendum ex sola morali motione, & quæ fuerint illa motiua. Nec ex ista positione saluatur differentia inter canonicos scriptores, & Patres definientes in Concilijs, nam q̄ue illi dici possunt induci suasionibus, & motione moralis, ac ijsdem motiuis scriptores biblici fuerunt inducti. Quare ad hac omnia componenda dicendum est illum impulsum fuisse non solum ex parte obie-*

cti (hoc enim fieri potest etiam ab Angelo) sed etiam ex parte potentiarum, Deo mouente illam, qui est creator voluntatis. Vnde hæc mouit, quæ prædeterminatio vocatur à Petro Llorca 2.2. de loc. cath. lib.7. disp. 1. (de qua voce nihil disputo) à S. Thoma 2.2. q.171. art. 1. inspiratio prophætica dicitur. & q̄d ex Caiet. q.172. art. 2. si his inspiratio sit ex parte obiecti potest fieri ab Angelo, qui persuasus est potest mouere voluntatem, sed loquendo, ut Caiet de inspiratione efficaci, subdit. Cum solius Dei sui efficaciter mouere voluntatem, & ex parte ipsius voluntatis, vt inspirationis nomen sonat, dicendum eſet, quod non est ab Angelo sed à Deo immēdiatē non per impressionem aliquā formā in voluntate, sed per actua ē motionem interiorē, qua solus ipse creator voluntatis potest cum vult, & quo vult mouere, iuxta illud: *Cor Regis in manu Domini, & quocumq; voluerit inclinabit illud.* Non ergo solū moralis, sed physica inspiratio fuit sacrorum Scriptorum. Vox autē physica nō naturalitatē, sed realitatē denotat: vnde S. Hilarius 8. de Triuit. vbi refutasset Arianorum sententiam dicentium patrem, & filium, esse unum unitatem solum voluntatis, ex consensu animalium, non posse id subsistere, cum in Augustissimo Sacramento Eucharistiæ maior unitas sit anima nostra cum Christo, quam per solā unitonem voluntatis, cum ait per honorem nobis datus, *Dei filij: & in te nobis corporaliter, & inseparabiliter unitus: mysterium VERAE, & NATURALIS unitatis suæ prædictandus.* Quis autem dicere audebit naturalem itam unitatem esse ex principijs naturæ? sicut ergo naturalem unitatē hoc est physicā prædicavit S. Hilari, id est veram, & realē, ita idem vocabulū usurpamus physicā motionis, in vera ac reali motione (falsa libertate ex indifferentiā illius) qua Deus Scriptores sacros mouit, & inspiravit ad scribendum,

## Solutio oppositionum.

**A**d primum. Instrumentum animatum indiget habitu naturali, vt possit elicere operationes naturales, & facere actiones humanas: sed ad operationes supernaturales producendas, satis est quandoque diuinitus & bīsq; habitu, eleuati facultates naturales, hoc enim satis est, vt constituantur principium operationum supernaturalium; vel (in nostro proposito) diuinitus moueri, satis est.

Ad 2. probabile est sacros Scriptores in omnibus bus intendisse id, ad quod Spiritus sanctus eos impellet, Sed dato, quod non intenderint, in instrumento animato satis est, etiam si non intelligat finem intentum à principalī agente, vt sua voluntate moueat seipsum, & membra ad operandum, & subiiciatur motioni principalis agentis, illi non resistendo, ductum, & instinctum sequendo, vt patet de tribuno respectu Ducis totius exercitus.

Ad 3. Non ita scriptores sacri fuerunt acti à Spiritu sancto, vt se non agerent. Calamo autem, & pletero assimilantur, in quantum commune etiam est instrumento inanimato, in se recipere motionem, principalis agentis. Sed quia talis motus recipitor conformiter ad naturam, & conditionē scriptorum, quæ est liberè operari in actibus humanis, propter ea ministris, & seruis, præconibus, &c. magis assimilantur, vt dixit Gazetus: minister autem, & seruos sunt instrumenta animata.

C 2 Ad

**Ad confirmationem.** Loquendi, & scribendi, facultas vberatatem cognitionis, & affluentiam diuini luminis monstrat, & non necessitatem, quæ libertati opponitur, insinuat. Et licet non fuerit in eorum potestate accipere species, vel res substituere, aut voces ad hæc, vel illa significanda, hoc est ponere causam antecedentem, seu causam, per quam res sit; fuit tamen in eorum potestate ponere conditionem, siue causam minus principalem, sine qua res non fieret: tales fuerunt labores, diligentia, volitio, &c. que requisita sunt ad sacrorum voluminum scriptiōnem.

Ad id, quod adducitur ex Abulense, insinuat ijs verbis fuisse relicta lib ertate, put libertas opponitur coactioni; nō autem, vt libertas opponitur præcepto, & iussioni. Vnde quia diuino præcepto iussus est Moyses de se scribere, non scribendo peccasset: cum hoc tamen præcepto maxime cohæret libertas. Ad auctoritatem Gregorij respōdetur, quod fuerunt sacri scriptores extra ipsos, non excidendo à cognitione, sensu, & ratione, sed quia à superiori causa cleuabantur, vt non sua dictarent, sed Dei: cū quo tamē stat, vt etiam ad talem dictationem ipsi vitaliter cōcurreret: & propterea subdit. Vnde & B. Iohsancto spiritu asflatus potuit sua gesta (quæ erant videlicet supernæ aspirationis dona) quasi non sua scribere, quia ea aliter erant, que loquebatur, quod homo loquebatur, que Dei sunt. & eō alter, quæ erant illius loquebatur, quod Spiritus sanctus loquebatur, quæ hominis sunt.

Ad 4. ad eos actus supernaturales requirunt etiam aliqua forma per modum permanentis, vel saltem ad modū qualitatis transiuntis, vel motio. Ad scriptiōnem vero biblicam satis fuit virtuosa motio.

## CONTROVERSIA II. SPECIALIS.

*Cuius scriptura Deus sit causa efficiens  
principaliss.*

**D**einde considerandum est, cuius nam scripturæ Deus sit author. Primo in generali, deinde in speciali. Postea discutiendum est, quantum scriptura rum sacri scriptores fuerint authores secundarij, seu causa instrumentalis. Et primo circa primum queritur, an veteris testamenti scriptura sit à Deo, secundo an scripturæ testamenti noui Deus author fuerit.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum veteris Testamenti scriptura Deum  
habeat Authorem, meritoque dicatur  
scriptura illa testamen-  
taria.*

#### Positio Hæreticorum.

**A**ntiquorum hæreticorum prodigiosa sunt hæresis, veteris testamentum à malo Iudæorum Deo fuisse conditum, inimico boni Dei, Patris domini nostri Iesu Christi. Sic sensere Simoniani, Basilides Marcionistæ, Manichæi, & alij, de quibus mentione faciunt Tertullianus contra Marcionem, Epiph. in Anchor. Hieronymus præfat. ad Titum, Augu. de hæresibus, & lib. 2. contra aduersa. legis, & prophet. cap. 12. Damas. lib. de hæres. Idem sensere Albigenses, apud Rogerium in annalibus Angliae, & Baro-

nium tom. 12. anno 1176. Nouatores consequenter negant, Deum esse authorem veteris testamenti, dum multa dicant in illo contineri falsata, mutilata, adiecta. Sic docent recentiores Anabaptittæ, & Sacerdoti, qui à Michaeli Serueto ducunt originem, apud Sextum nostrum lib. 8. bibliot. her. 5. Sed Conradus Schlüsselburgius Superiori edens Lutheranus in Pomerania lib. 3. catalogi hæreticorum Sacramentijs illum etrem tribuit, quod duo testamento negent. Et exp̄ressius doceat hanc hæresim. Theodorus Beza in cap. 22. Matthæi num. 28. & iterum ad Rom. 11. ver. 27. vbi sic scripsit, quod Deus certè, dure dictus fuerit duo condidisse testamentia, quæ rata fuerint, quum morte deum testatoris testamentum vni obireat, bis autem non sūt Christus moritus; vetus autem fœdus valuerit usque ad Christi mortem, ac promide testamentum dici propriè nequeat, ac ne donatio quidem mortis causa, licet autem Beza admittat scripturam veteris testamenti, satis est, quod neget Deum esse authorem eiusdem, vt scriptura testamentaria sit. Quidam etiam Ministelli in colloquio Franckielensi, eo titulo vetus testamentum repudiavit, quod à novo (inquietabat) discordaret. Quod prius Admantus Manichæus dogmatizauit. Sed Setarius in Trihæresi lib. 2. cap. 21. & lib. 4. Mineralis cap. 14. & in Rabbino posteriori scrupulo 13. refert Sadduceos, qui (excepto Pentateuco) alios libros à statu veteris negantur, reclamantibus (sed frustra) Scaliger, & Ioh. Drusio lib. 3. de fœtis cap. 9. & 10. quos Sadduceos multi Nouatores secuti sunt, vt patet infra.

#### Oppositiones eorundem.

**A**rguant primo. Testamentum vetus dabat leges malas, & præcepta non bona, tub quibus cultores legis vivere non poterat: malus ergo Hebreorum Deus huius testamenti est conditor. Antecedens probatur Ezech. 20. vbi dicitur. *Ego eis dedi præcepta non bona, & iudicia in quibus non vivent.*

Secundo. Inutile est ad dogmata fidei probanda, & mores compонendos idem testamentum: ergo nō est verisimile à Deo processisse. Antecedens probatur, quantum ad dogmata: nam illud præcipuum testimoniū, quo aduentus Christi probatur Deu. 18. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi dominus, non potest referri ad Christum,* qui nō fuit Propheta, sed similis nobis peccatoribus ex coitu natus. Quantum attinet ad mores: addiscimus in hoc, sacerdos dormire cum nutibus, vt Iudas fecit, patres cū filiabus, vt Loth; Nazarēos cum scortis, vt Sampson. ergo, &c.

Tertio. Si ex Deo fuisset, non damnatum esset à Christo, & ab Apostolis: At Christus, & Apostoli illud expressè damnarunt; nam Christus loquens de ceremonijs legalibus dixit, Matth. 17. neque mittunt vinum nouum in urres veteres. Et Apostolus eisdem vocavit, infirma, & egena elementa. Gal. 4. & in universum Apostolus scripturas veteres vocat profanas, aniles fabulas, genealogias stultas, quæ quæstiones praestant magis, quā adificationem in fide.

Quarto. Quia in veteri testamento relicta hæreditas est adeò misera, & corporalis, ac longè ab anima commodis, vt indigna sit diuina largitate, quæ celorum regnum, & vitam perpetuā repromittit. ergo, &c.

Quinto

Quinto, adeo vetus testamentum, est nouo repugnans, ut concordari non possit; non ergo à Deo processit. Antecedēs probatur ex innumēris locis pugnātibus: nam in Genes. 1. scriptum est. *Quieuit Deus die septimo ab omni opere, quod patraráat: at in novo dicitur. Pater meus usque modo operatur.* Ioán. 5. in uerbi dicitur. Deut. 5. *Honora patrem tuum, & matrem tuam;* in nouo dicitur Mat. 8. *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* In veteri testamento dicitur Exod. 20. *Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans peccata patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem;* at in Ezech. 18. dicitur. *Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii.* &c.

Sexto ex Beza. Qui semel tátum moritur testator, is vnum tantummodo potest sua morte confirmare testamentum. Sed Christus semel tantum mortuus est: vnum ergo confirmauit testamentum, nempe nouum.

Confirmatur nam Heb. 8. dicitur, quod in testamento mors intercedere debet testatoris: At nullum mortis genus tribui potest Deo ante Incarnationem. Ergo &c.

Septimo, & est eiusdem. Illud testamentū dici non potest, quod ad certum tantum tempus vim obtinet: huiusmodi autem est, quod dicitur vetus testamentum: quamvis ergo Deus scripturæ veteris fuerit author, non est author tanquam scripturæ testamentariae, sed vt antiqui fœderis; quare semper in scripturis legimus Berith בְּרִית; quod pactum, & fœdus significat.

Octavo, & est eiusdem. Imò nec vetus testamentum donatio inter viuos dicendum est, ex vtroque capite; cum nec donantis mors sequuta sit; nec perpetuam vim obtineat illa donatio.

Nono arguitur. Qui testamento rem aliquam legat, ea ipsa re quam legat post confirmationem ex morte spoliatur, cum alteri tradatur. Sed post Christi mortem, Deus nulla re, quam legauit caret (vnde, & in psal. 81. dicitur. Quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.) Nullum ergo conditum est testamentum.

### Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est. Primo, quia idem Deus, qui locutus est in nouo testamento, locutus est in veteri, vnde Paulus scripsit Heb. 1. *Multifariam, multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouissime diebus ipsis loquitus est nobis in filio.* & Act. 3. *Deus qui prænunciavit per os Prophetarum suorum pati Christum suum, sic & implevit.* Ergo utriusque testamenti Deum authorem debemus profiteri.

Secundo ex Apostolo. *Lex pedagogus noster fuit in Christo,* Gal. 3. i. instruēs homines de fide Christi, & moribus componendis in ordine ad Christum, qui etiam ab eodem dicitur finis legis. Non ergo potuit author veteris testamenti esse diabolus, vel malus Deus ad Christum adducens, cum Christus diabolū alligare venerit, & ejcere, ipso dicente Ioh. 14. *Principes huius mundi eicietur foras.*

Tertio. Non potest id ostendi reprobatum, ex quo desumuntur efficaces probationes. At Christus, & Apostoli toties vuntur probationibus ex veteri testamento: Christus enim ad Sadduceos loquens ait,

Matt. 12. *Erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei, & ad Iudeos. Scrutamini scripturas, &c.* Ioh. 5. & Apostolus hortatur Timothēum 2. Tim. 3. vt sacras litteras legeret, quas ab infantia nouerat, & innumerā videmus in suis epistolis (ficut & Ioannis, Petri, &c.) scripturæ veteris testimonia. Ergo, &c.

Quarto. Nendum Deus corporalium, sed spirituallium bonorum, quæ per temporalia figurabātur fuit munificentissimus elargitor. Ergo &c. Antecedens probatur, nam ps. 143. David enumeratis bonis temporalibus dicens, *Oues eorum factos & abundantes in egressibus suis, &c.* & irridens eos, qui in talibus ultimum finem collocabant dicendo, *Beatus dixerunt populum, cui haec sunt, illicō subiunxit. Beatus populus, cuius Dominus Deuseius.* vnde S. August. elegantissimè epistola 120. singulas sententias, & petitiones dominicæ orationis, ex veteris quoque testamenti sententijs admirabili iudicio elucidavit; in quibus nedū temporalia, sed & spiritualia bona inspicimus, quæ à Deo petuntur.

Quinto. Petrus dicit, quod non voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati loqui sunt sancti Dei homines 2. Pet. 1. cum ergo Deus sit summa veritas nonnisi consentanea veritati loqui potest: & cum non sit Deus dissensionis, sed pacis, nonnisi inuicem sibi cohærentia, & concordantia dictere potest.

Sexto, quia vetus testamentum est promissio, nouum exhibito. Vnde Bernardus serm. 62. ex varijs, & paruis dicit, *Vetus testamentum promittit reconciliationem, nouum exhibet illam.* Item *vetus est prophetia, nouum res prophetata;* vnde vimbram habere futurorū bonorum lex descripta est ab Apostolo. Et Augu. de catechizandis rudibus cap. 4. dicit, quod vetus testamentum intelligentibus prophetia est noui testamenti. Item ænigma est tamquā liber signatus, apriendus per nouum Apoc. 5. Item sicut linea coloribus implēta. vnde Christus dicit. *Oportet omnia implevi, quæ scripta sunt de me.* Vide Cyril. de adorat. & spiritu ad Palladium. Et iterum se habet sicut semi-natio ad messem, vt claret habetur Ioa. 4. *Ego misi vos metere, quod vos non laboratis.* Idem ergo autor est figuræ, & enigmatis: itemque cuius est inchoare, est & perficere. Accedit connexio, & subordinatio vnius ad alterum. vnde Hie. Proh. 8. (si eius libri est auctor) vtrumque testamentum vocavit duo labia Christi: duas alas ecclesiæ Ambros. in Apocalypsim: totam in medio rotæ, Greg. hom. 6. in Ezech. vnde Christostomus t. 5. orat. 8. tantam utriusque identitatem agnoscit, vt dicat vetus, & nouum: testamentum idem, & individuum esse, vt etiam idem dicit Ambros. in Apoca. eundem librum scriptum intus, & fortis appellans.

Septimo arguitur contra Bezam simpliciter, & ad hominem. Simpliciter ex ipsa nominis ratione, quia in sacrī scripturis, vetus scriptura nomine testamenti, & res per illam significata testamentum dicta est. Septuaginta namque vocem hebræam Berith בְּרִית frequenter in vocem Græcam ή διαθήκην, testamentum significatē expreſſerunt, & præter illos ea voce vñi sunt Euangelista, & Paulus frequenter. Rursus ijdem Septuaginta etiam vocarunt testamentū fœdus, & pactū, nā vox græca διαθήκη posita est à 70. pro fœdere, & pacto, quod extensa significatione pro quo quis pacto, & promissione accipitur: vnde

Hieronymus in Malach. 2. ait. *In plerisque scripturæ locis, testamentum non voluntatem sonare, sed pactum viuentium.* Idem docet Gal. 3. & August. in psal. 82. & 16. de Ciu. cap. 27. & lib. 1. locut. in Genes. loc. 49. Innoc. c. cum Martha, & pro fædere accipitur Gen. 9. ps. 53. 82. 88. 104. 1. Mach. 1. Pressiori vero significazione, ut dicetur, ultimam testatoris voluntatem significat ex cap. 9. ad Heb. Ergo si licet Menippis, & Legodædalis istis ab authoribus probis, & multoties ab improbis voces usurpatas suis centonis inferere, cur. 70. imò & Euangelistas, & Apostolum imitati erubescunt? quos dicere hallucinatos esse (ut non erubescit dicere Beza ad Rom. 11. Hæb. 8. & Gal. 4.) non tam impium est, quam insanum.

Amplius si spectemus ipsum hebreicum fontem, vox illa בְּרִית Berith fauet multum proposito nam (ut videre est apud nostrum Sanctem Pagninum) deduci potest etymon בְּרִית quod est ferire, percute, eò quod in fædere sanciendo victimæ cæderentur. Demostatur id ex Ethnici quoque, nam Liuius lib. 1. dicit. *Porcus dinisus est, cum initium est fædus inter Romanos, & Albanos, & Virgil. loquēs 8. Aeneid. de Romulo, & Tatio scripsit.* Armati Iouis ante arā paterasque tenentes stabant, & cæsa iungebant fædera porca. Sed diabolus res nostras emulatus diuinis cæmonias in superstitionem mutauit, nam Deus voluntas pactum inire cum Abraham Gen. 15. arietem, capram, diuisas immolari iussit, ut notat Cyrill. 10. in Iul. ante gentilias superstitiones. Et Ierem. 34. eiusdem ceremonie fit mentio, & dabo viros, qui prævaricantur fædus meum, &c. titulum quem conciderunt in duas partes &c. Ex hac ergo voce merito fædus testamentum dici potest, vnde in nocte cenæ Christus dominus in institutione sacramenti testamentum, & fædus constituit dicens [Hic est sanguis meus noui testamenti] ubi typice sanguis à corpore, sicut modo fit in altari, separatus est, sicut realiter in crucis sacrificio factum est cum victimâ Christus in cruce immolatus est. Quod si gentes cæsa victimâ id significare volebant, quod pactum scindens, scindi mereretur, potiori iure instituēs, Xps dñs pactū in institutione Euch. significauit, q̄ qui pactū infringeret scindi mereceretur, cū ergo Iudas pactū fregisset, merito crepuit medius, nullo osse Xpi cōfracto: & sanguine, & cæsio ne dedicatum est testamentum ex Ambr. de Cain, & Abele cap. 7. Quod si deriuetur בְּרִית ex eo, quod fæderibus vtrinque aperta, & rata amicitia inter contrahentes confirmaretur adhibita publica solemnitate, hoc idem accidit per Christi mortem per quem reconciliati sumus Deo. Si verò ab eadē radice בְּרִית ex Lexico Complu, quod significat etiam eligere, vel comedere (eo quod in omni fædere electio, & coniuvium pariter intercedebant) id interuenit in morte Christi, per quam fædus constitutum est, voluntas, & electio testatoris. vnde ait Hier. in cap. 31. Hierem. quod autem pactum pro testamento ponimus hebreicæ veritatis est, licet testamentum recte pactum appelletur, quia voluntas in eo, atque testatio eorum, qui pactum ineunt, continetur. Quod etiam probat Lactanius lib. 4. cap. 20. Interuenit etiam coniuvium, vnde in qua nocte tradebatur Christus dixit. *Hic est sanguis meus noui testamenti.* Matth. 26. quod sic syriacè sonat, ut videre est in textu syriaco Matt. 26. Hanau demī deditiki chadtho.

Quod si cum alijs deriuetur etiam בְּרִית quod

est purificare, seu mundare (vnde herba mundativa, Berith dicitur Hier. 2. ad denotandam puritatem, & sinceritatem contrahentium, ut absit fraus, & dolus) hoc idem in mortis Christi testamento accidit, cuius sanguine mundati sumus, velut agni immaculati, qui peccatum non fecit, nec repertus est dolus in ore eius.

Accedit usus recipientium illam vocem græcam, nempe pactum pro testamento, sic Targum Hierosolym. in Genes. cap. 39. vers. 4. Sic Talmudistæ diversis locis tract. Mohed Katon cap. 3. & ibidem Rābam tractatu, qui dicitur Baba Methefia cap. 1. Ilmedeu, de Amraphaelis, cuius mentio habetur Genes. cap. 14. agens temporibus, in Paraschat Lech Lechæ fol. 8. prout ostendit Haruch, qui monet fol. 43. vocem esse græcam. Ipsam latinam vocem testamenti retinet Rabbi Godolias in sua schalscheleth f. 105. de quo vide Seratium in proleg. q. 11.

Quod verò etiam apud profanos authores vox græca ονδύνη fædera significet, testis est Aristophanes, quem citavit Budus in comment. lingue græcæ, Henricus Stephanus, & ipse Beza in cap. 26. Mat. nu. 28. inquiens, interdum in genere pro stipulatione pacisci, apud idoneos etiam græcos ambores accipi, prolatio Aristophanis exemplo docet Budus, & alter ex Novatoribus, nempe Iosephus Scaliger in elenco Paræ pag. 44. ait. *Pactū est Berith ονδύνη, sive διάδηνη vi septuaginta vertunt, sed sive ονδύρη sive διάδηνη que inter Deum, & Abramum conuenientia est, ea nihil aliud est, quam επαγγελτα, id est promissio ps. 105. & Gal. 3.* Hæc ille.

Amplius secundo arguitur ex ipsis testimenti, & pacti notionibus. pactum enim importat conuentiōnem, cum conditione ab utraque parte contrahentium seruanda, do ut des, facio ut facias &c. testamentum verò etiā in sua ratione formaliter non dicat, nisi simplicem, & nudam voluntatem testatoris legantis hæredibus sua bona; quia verò ut patet ex legibus 12. tabularum, semper interueniebat aliquod genus pacti in testamentis, ratio pacti testamenti ratione non repugnat, & propterea cum hæreditas promissa aliter non obueniat, quam conditionibus ex parte hominis seruatis, & adimplatis, meritò nomine pacti, & testamenti indifferenter sacra litteræ vsæ sunt. Verum quia, ut dicitur in epistola ad hæbreos cap. 9. *Vbi testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris;* bene usus est Paulus illa voce: quæ non nisi testamento conuenire potest, quod à pacto distinguitur, in quo mors nullo modo interuenit, vnde Hieronymus quoque cum vidisset à Paulo dictiōne Berith non fædus, sed testamentum veri, sic scripsit. *Quod autem pactum pro testamento ponimus, Hebreicæ veritatis est, licet testamentum recte pactum appelletur, quia voluntas in eo, atque testatio eorum qui pactum ineunt, continetur.* Quare quod post testamentum sequatur mors id ratione pacti nullo modo tollit, quod est de intrinseca ratione testamenti; vnde verum pactum est istud, si moriat relinquo ti bi domum, si vixero mea erit, &c.

Amplius tertio præter scripturas, & nominis pacti, vel testimoniis ethymologiam, & rationem nostrum probatur propositum ex Patribus: sèpissime enim conformiter ad Apost. qui expressè ad Galatas ponit duo esse testamenta, totidem agnoscent, Hieron. loco cit. Ambros. lib. de Cain, & Abel, August. multis.

in locis 3. epist. contra Adimant. cap. 18. in psal. 36. conc. 3. 4. contra Faust. cap. 2. q. 5. in Iosue 4. confess. 18. de ciu. c. 54. Sed præcipue 2. retract. cap. 4. consensum totius Ecclesiæ his verbis exprimit. Ex consuetudine qua iam loquitur Ecclesia *vetus testamentum appellauit, &c.* Idemque scripturas etiam testamenta vocarunt, vt Hier. in cap. 18. Isa. 19. 22. lib. 5. & 6. apud eundem Origenes lib. de Spiritu sancto, Ambr. in cap. 10. Luca, August. lib. 1. de gen. ad literam c. 1. Laet. 4. diu. inst. cap. 20. S. Paulinus in Natalibus. Philastrius Brixiensis hær. 34. Cassianus collat. 14. cap. 10. Isid. lib. 6. orig. Rabbanus 2. inst. cap. 53. Iunilius Africanus lib. 2. de partibus diuinæ legis c. 7. Cassio dorus lib. de diu. lect. Petrus Cluniac. contra Petrobusianos.

Ad hominem verò contra Bezam arguitur, nam præter Nouatores, multi aliarum sectarum plura de his testamentis scripsere, vt Myricus præfat. in nouū testamentum, Bullingerus lib. de testam. post commentarium in epistolas pag. 154. Petrus Martyr in cap. 2. Iudicum fol. 52. & 53. Ipsi Caluinistæ expresse id fatetur, Symmiste ipsius Bezae. In Gallica enim versione, quæ in lucem edita est anno 1588. opera Geneuenium in suis Biblijis talis inscriptio in fronte visitur [la Bible, qui est toute la sainte écriture du vieil, & du nouvea testament] hoc est Biblia, quæ sunt tota sancta scripture veteris, & noui testamenti. merito ergo ipsis aduersarijs iudicibus, vtraque scripture testamentaria dici debet.

#### CONCLVSIO CATHOLICA.

*Deus sicut conditor extitit veteris testamenti, ita & scripture illud continentis author creditur, propter quod etiam scriptura testamentaria vocari potest, & debet.*

R Esondeo dicendum quod supposita autoritate Ecclesiæ proponentis hos, vel illos libros esse diuinos, non paruum deducitur argumentum ad id ostendendum apud fidem, & ad non credentem est euidenter credibile ex longa successionis serie, quod bibliorum sacrorum titulus, instrumentum, & testamentum recte inscribitur. Est autem instrumentum nō solum id, quod nos de aliqua re instruit, & docet, vt dicit Paulus Iureconsultus secundo sententiarum, & ex eo Iustinianus ff. de fide instrum. 1. instrumentorum nomine, sed & omnis scripture authenticæ probatissimis scribis, ac testibus obsignata: vnde in Pandectis extat titulus de fide instrumentorum, & in naturalibus instrumentum est omne id, per quod agens principale operatur, quod à Græcis ὅπλα dicitur. Hoc autem aptissime conuenit scripture diuinæ, quæ cum diuinitus inspirata supra ostensa sit, ab illa instruimur, vt dicitur 2. Tim. 3. illā, vt certam, ratam, authenticē docentem, in nulla etiā re minima de falsitate suspectam suscipimus: per illā erudimur ad fidem, & cognitionem, & mores in ordine ad finem supernaturalem; propterea de his litteris dixit Apostolus 2. Tim. 3. quod possint instruire ad salutem, quod sint sacrae, & quod per illas potest esse perfectus homo Dei, ad oīne bonum opus instructus. Testamentum verò lata significatione est

mentis de aliqua re testatio, sed propriè restringitur ad constantem, & immutabilem sententiam de bonis alicui relinquendis. Quare in scripturis similiter (vt dicit S. Th. in 1. Cor. 11. lect. 6.) duplicitate sumitur uno modo pro quolibet pacto, quod quidem testibus confirmatur. Alio modo magis strictè pro dispositione hæreditatis percipiendæ: quod vt firmatem habeat, certo numero testium comprobatur, & mors testatoris intercedat necesse est, vt dicitur ad Heb. tum, vt immutabilitatem habeat (potest enim sepe mutari ante mortem) tum etiam, vt habeat efficiaciam. Nec enim hæres habet ius in hæreditatem ex vi testamenti, nisi post mortem testatoris, vt egregie S. Thom. in cap. 9. ad Heb. lect. 4. in iure autem ciuili sic definitur. Testamentum est voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri vult, vt dicitur 1. 1. ff. de testam. cui addunt Doctores aliam particulam (cum directa hæredis institutione) vt distinguatur à codicillo, legato, &c. Quia vero testamentum testibus, & scripturis obsignatur, hinc est, quod testamentum usurpari solet, & pro voluntate testatoris legatis bona, &c. & pro scriptura, seu instrumento, in quo talis voluntas exprimitur. Ad nostrum ergo propositionem accipiendo testamentum in latiori significatione, cum testamentum (dicit S. Thom. ad Gal. cap. 3. lect. 8.) idem sit quod pactum, seu fœdus eorum, quæ testibus confirmantur (vnde, ait, in scriptura multoties loco testamenti, positum est fœdus, vel pactum, quod necessariò promissionem includit) secundum diuersitatem promissionum, op̄ortet accipere diuersitatem testatorum. Et cum in lege veteri, temporalia; in noua, æterna sint promissa; merito facta est distinctio testamenti in nouum, & vetus, vt aperte ex Hier. 31. & Pauli ad Gal. authoritate comprobatur. Accipiendo vero testamentum in stricta significatione, & primo pro voluntate Dei legantis bona; testamentū est ex Amb. lib. 1. de Cain cap. 7. quo defertur honorū hæritas. Nomine autem boni primò, & principally intelligitur vita æterna, minus principaliter sūt alia bona tum spiritualia, vt sunt leges præcepta, sacramenta, tum etiam temporalia quatenus conducent ad ultimum finem, vnde quantum ad finem principalem dicitur possidete paratum vobis Regnum, Mat. 25. græcè est καὶ πορεύσατε hæreditate adite patrum vobis regnum: quantum verò ad alia bona, quibus finem adipiscimur; de spiritualibus dicitur Ephes. 1. quod benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, de temporalibus Es. 1. Si audieritis me, bona terræ comedetis. Et quia in tali legato voluit Deus interuenire quasdam conditiones, & pacta nempe bona opera &c. rursus definuit Ambros. testamentum dicens, merito, & testamentum dicitur, & diuinum, cum ea quæ verè bona sunt, attestatione mandatorum cœlestium conferuntur, vnde mirum non est si talis voluntas in scriptura modo pacti, modo testamenti nomine designetur. Hinc quoque orta est distinctio testamēti in nouum, & vetus, in veteri enim temporalis, in novo æterna, quæ in temporali p̄figurabatur, hæritas repromissa est. Vtrumque autem testamentum morte confirmatum est (vt notat S. Th. ad Cor. loc. cit.) vetus sanguine figurali, nouum sanguine Christi Domini, & expressè Apostolus Heb. 9. ait, nec prius testamentum sine sanguine dedicatum est; ad quod probandum assert locum Ex. 24. vbi cum Moses

Moses sanguine vitulorum aspersisset populum ait, *Hic est sanguis testamenti, nempe figuratus, ut ibi exponit S. Thom. & Christus Dominus Matt. 26. ijsde verbis usus est. Hic est sanguis meus noui testamenti, nempe confirmatus &c. verus, & realis.*

Accipiendo vero testamentum pro eo, in quo voluntas testatoris exprimitur, scriptura meritò testamentum dicitur, nemus quia generatim Dei mentē, & voluntatem nobis testatur (vnde in Psa. 118. præcepta, & lex diuina) testimoniuū saepe vocatur Ps. 118. Pythagoras quoque sua præcepta *παθητικόν* idest testamentum vocabat. lege S. Thom. in Psal. 21. Sed quia in ea tanquam instrumento authentico voluntas Dei legatis exprimitur, propter hoc pactum recte à Tertull. dictum, quarto contra Marcionem, magis usui esse vocare scripturam testamentum, quam instrumentum, cum non simplex instrumentum sit quævis scriptura pacta, & conuentiones continens, sed pactum, & legatum de hæreditate obtinenda.

Concluditur ergo, quod loquendo de rebus legatis, tum æternis, tum temporalibus, merito testamentū distinctum est in vetus, & nouum, vnde August. ait in cap. 6. ad Gal. & 3. contra ep. Pel. cap. 4. quod cum mandatum bonis terrenis inhiante premit seruos, testamentum vetus; cum in bona æterna flagrantes erigit liberos, testamentum nouum vocatur, quibus verbis non ex principalibus, siue secundariis in ordine ad principalia facta est inter testamenta discretio (pertinentibus ad testamentum nouum filiis omnibus promissionis regeneratis à Deo Patre, & libera matre) sed ratione rerum temporalium, quæ proponebantur (quibus etiam spiritualia præmia præsignabatur) quæ carnaliter intellecta à carnalibus fluxa, & emortua erant, & ad vetustatem pertinebant. Loquendo vero de signis, & scripturis, quibus tales res prominuntur etiam secundum hanc distinctionem, diuini quoque distincti sunt libri, ut vetus testamentū dicatur, quod continet res antiquatas, & senescentes, & emortuas oculis illis carnalibus velatas; nouum, quod continet res per illas antiquas figuratas, exhibitas nobis per Iesum Christum.

Siuè ergo instrumentum, siue testamentum vocemus antiquas scripturas, à Deo aeditæ sunt: nam ut scriptura omni errore careret non potuit fieri, nisi diuina ope, sicut & quod per illam instrueremur, & dirigeremur in Dei cognitionem, & mores, ad capessendam hæreditatem, & finem assequendum, quæ cū in veteri testamento inspiciantur (ut patet ex dictis supra, & magis constabit, cum de singulis libris in particuli agetur) dicendum est esse à Deo. Ex ea, vero parte, qua testamentum dicuntur, etiam Deum habent authorem. Testamentum enim vetus promissiones hæreditatis continebat, quia tamen obsignatae erant, nisi Christus mortuus esset, ut dicit Lactantius de vera sapientia cap. 20. ex Paulo, nec testamentum confirmari poterat, nec in eo sciri poterat quid scriptum erat. Propter quod Ambr. supra definiuit etiam testamentum hoc modo. *Testamentum dicitur, quoniam sanguine dedicatum est, vetus in iypo, nouum in veritate.* Nouum autem testamentum, ut appareat, non fuit aliud, nisi veteris testamenti confirmatio, dicente domino per Ieremiam cap. trigesimo primo *Ecce dies venient dicit dominus, & consummabo domum Israel, & domum Iuda testamentum nouum,* & in utroque testamento, ut dicit Lactantius, cum idem testa-

tor sit Christus, sicut nouum testamentum eiusdemque scriptura recipitur ab aduersarijs, Deum illius factentibus authorem, sic vetus, quod non est à novo diuersum, cuius nouum adimpletiō est, recipi debet: & Deus pariter testamenti illius, eiusdemque scripture conditor agnoscit: ac proinde sicut illa, ita & ista scriptura, meritò scriptura testamentaria dici debet: unde vt aduertit Michael Medina 6. de recta in Dēum fide cap. 25. præter quam quod arca federis, arca testamenti vocabatur, ubi sacri libri recondebantur, ipsa quoque lex plusquam in triginta locis ex eadem dictione Berith testamentum recte conuertitur.

### Solutiones oppositionum.

**A**D primam respondetur ex Clem. 6. constit. Apost. cap. 21. illa præcepta dici non bona, illorum scilicet proposito; ferrum enim ad vrendū: & scalpellum, ac medicamenta inimica sunt non valentibus. Vel respondetur ex S. Hieron. in Ezech. cap. 20. quod quæ natura sua bona erant præcepta Domini, & iudicia, in quibus possent credentes vivere, facta sunt eis non bona, dum nequaquam valerent in captiuitate legis præcepta seruare, & facere, quæ diuinus sermo mandabat. Vel præcepta non bona, dixit quatenus vitio suo dispersi in penam peccati inter nationes præcepta non bona fecerunt, dum idolis exhibuerunt, quæ Deus præcepserat sibi exhibēda ex eodem Hier. Nec dixit Dominus, dedi eis præcepta mala, sed non bona. Nec sequitur, vt quod bonum non est, sit malum, dicit idem Hieron. consuetudo namque scripturæ est minus bona respectu maioris boni, & maioris perfectionis non bona appellare, imo etiam mala, vt multis ostendit Cassianus collat. 23. cap. 4. Vel dicuntur non bona comparatione meliorum ex 28. Mora. cap. 17. Gregorij. Quæ aduersa sunt, & incômoda, mala et appellatur (vt notat Tertull. contra Marcionem) talia erant præcepta transmigrationis, & ventilationis inter gentes, quæ ad mala penæ pertinent. Si autem referantur ad malum culpæ dare, significat permittere. Et sensus est, permisi leges, & præcepta non bona, nempe cultus Moloch per maectationem filiorum, &c. sed si referamus ea verba ad præcepta Iudicialia, & ceremonialia, non bona dicuntur: ex Iustino cōtra Triphonem, quia non sponte ea Deus instituit, sed ad præseruandum populum ab idolatria.

Ad II. quantum attinet ad id, quod contra fidem obijcitur, ille locus manifeste loquitur de Christo, in quo vt ostendunt Theologi perfectissimè fuit dominum prophetarum, seclusa obscuritate propheticā. Qui etiam similis nobis apparuit, quia visus est in similitudinem carnis peccati, & per omnia fratribus affiliiatilis est, secundum veritatem naturæ.

Quantum vero ad id, quod obijcitur contra mores, respondetur ex Aug. 22. contra Faustum cap. 65. & cap. 35. hoc magis pertinere ad veritatem diuinæ scripturæ, nullius namque accipit adulandam personam, sed ad laudanda, vel vituperanda hominum facta, vel ipsa iudicat, vel legentibus iudicanda proponit. Nec solum homines ipsos, vel vituperabiles, vel laudabiles intimans, verum etiam quedam in inuituperabilibus laudanda, & in laudabilibus vituperanda non tacens, contra autem, perfidia hoc habet vt mala occultet suorum, ne prodita conuincantur

tur, de quo argumento vide Tertull. contra Valent. cap. 1. & 3. eleganter. Accedit quod ex propalatione peccatorum sanctorum virorum misericordia diuina elucescit ex Ambros. in Ps. 50. num. 6. seu in apolog. David. Sui fiduciam reprimit ex eodem 3. in Luc. c. 3. & de Ioseph. cap. 1. Alios faciunt cautores ex Chrys. in Ioann. cap. 21. & Ambros. de Abraham c. 1. Ad penitentiam alliciuntur grandes peccatores desperatione obruti ex eodem lib. 10. in Luc. cap. 22. Aug. in Ps. 50.

Ad III. Nunquam damnatum est à Christo, aut ab Apostolis vetus testamentum toties allegatum in novo. Nec ad propositum adducitur similitudo de vino immisso in vites veteres; nam secundum Aug. 12. contra Faustum cap. 2. per vites, duas spes voluit Dominus significare, duas vitas, quisque enim duas spes habendas putauerit, vt propter hæc bona, & cœlestē hæreditatis Deo seruat, illud intelliget Mat. 6. Non potestis Deo seruire, & Mamonam. iuxta vero sensum litteralem voluit Christus eo simili ostendere non imponendas aueritates imperfectis, ne magis disrumpantur. Propterea voluit ieuniis discipulos onerare, quam diu cum illis erat. Sed ijs verbis eleganter ostendit Tertull. lib. 4. con. Marc. c. 11. veteris à creatore repromotionem à Xpo exhiberi sub vnius Dei auctoritate, cuius sunt, & vetera, & noua; vites veteres, & noui; vetus, & nouum indumentum. Et cum Christus nouitatem à vetustate separabat, dicit idem, suam demonstrabat, & illam à qua separabat, & in uno ostendebat fuisse, sicut fuissent si non separaret, quæ tamē separatio, dicit idem, est per reformationem, per amplitudinem, per profectum, sicut fructus separatur à semine, qui est ex semine, sic euangelium separatur à lege dum prouehitur ex lege; aliud ab illa, sed non alienum; diuersum, sed non contrarium. Quare obijcentibus hæreticis separationem quasi alienum sit euangelium à lege dici potest, quod dicit Tertull. Marci. Inflatus es vtribus veteribus & exacerberatus es novo vino, atque in veteri id est priori euangelio pannum hæreticæ nouitatis assuisti. Ab Apostolo autem præcepta legalia infirma dicuntur, tum quia illorum vi non fuit ullus iustificatus, alioquin, si ex lege iustitia, Christus gratis mortuus esset: tum etiam quia eorundem obseruatio, prout siebat à Galatis post publicatum euangelium, erat mortifera; ablata enim erat veritas vmbra legis persoluta promissione. Et sicut in illarum celebrazione liberabat illos saluatoris (cuius aduentum expectabant) gratia donata, illas æquum erat, vt auferret veritas reddita ex August. 22. contra Faustum cap. 6. Nec vñquam Apostolus legem reiiciendam putauit locis illis allegatis, sed quasdam falsas iudaicas erationes, inter quas Deuteronomiū recensent, vbi vt docet S. August. dicere audent, & credere Deum primo homini duas creasse mulieres, ex quibus texut genealogias, verè sicut ait Apostolus infinitas, parturientes in fructuissimas quæstiones lege August. 2. contra aduersarium legis, & prophetarum.

Ad IV. Respondeatur factas in veteri testamento promissiones rerum temporalium, non ad consequendas illas, sed ad intelligendas in eis noui testamenti prænunciationes. Nec spes nostra in rerum temporalium promissione defixa est; quandoquidem nec ipsos illius temporis spirituales viros Patriarchas, & Prophetas his terrenis rebus addictos fuisse cre-

dimus. Non ergo tantum nos, sed & illi etiam hæredes spiritualium bonorum fuerunt, quæ in temporibus significabantur, vnde quæ in veteri testamento scripta, & facta sunt, vt præsentis hæreditatis, & felicitatis prognostica, & promissionem veneramur. Vetus quippe testamentum fidem nouo conciliat. Lege Augu. 4. contra Faustum cap. 2. Vel dicendum vetus testamentum non solum habuisse temporales promissiones, sed etiam eternas, vnde Tob. 2. dicitur. Filii sanctorum sumus, & vitam illorum expectamus, quam Deus datus est ijs, qui sicut non mutant, similiter testamentum nouum etiam temporalia bona repropmittit. Centuplum accipietis, &c. Verum quia perfectius est, sublimioribus promissionibus spirituales euehit ad superna. Vetus vero testamentum, quia imperfectiores informabat tāquam pueros sub pedagogo à Paulo descriptos, sicut minis, & ferulas castigabat, ita sensibilibus bonis eosdem alliciebat, vnde Es. 1. dicitur, si audieritis me, bona terra comedetis. Lege S. Thom. 1. 2. q. 107. a. 1. ad 2. & 9.

Ad V. respondeatur ex August. contra Adimant. cap. 2. dici Deum quiénisse ab instituendis rerum naturis, sed in administrando mundo usque modo operatur, portans omnia verbo virtutis sue. Heb. 1. Vel quieuit à speciebus formandis; operatur autem in nouorum individuorum productione. Nec præceptum honorationis parentum contradicit illis verbis, sicut mortuos &c. illis enim verbis prohibuit dominus parentum obsequium quando perfectionis opera impediunt, vnde Chrysost. in eum locum [id dixit non iubens contemnere amorem, qui est ad parentes, sed mostras quoniam nihil cœlestibus negotijs magis necessarium esse oportet.] Accedit eum liberalis à meroibus, & luctibus scrutatione testamētorum, diuisione hæreditatis &c. Et tandem alii erant, dicit idem Chrysostomus, qui completuri erant funeralis sepulturam, nā dicitur [dimitte mortuos.] Ad illud verò de locis dissidentibus in veteri testamento: quidam volentes concordare loca illa Exodi, & Ezechielis dixerunt, aliud esse filios puniri propter peccata parentum, aliud vero parentum peccata puniri in filijs. Primum iniustum est, cum pena proculpa inferatur. Secundum iustum est, vt patres puniantur in filijs, quia filius est aliquid patris, & hanc sententiam defendunt Hieron. in Ezech. Anafatius Nicen. tom. 1. bibliot. PP. q. 33. allegans scripturā, & lib. de constitutionibus Apostolicis cap. 14. Sed communiter respondeatur puniri filios pena temporali, non autem spirituali, aut eterna. Augustin. tamen contra Adimantum cap. 7. aduertit, quod cum in textu addatur, in punitione peccatorum filiorum, qui me oderunt, puniuntur peccatis parentum, qui in eadem perueritate parentum perseverare voluerunt.

Ad VI. respondeatur, quod hæritas, & alia bona sive magis sive minus principalia, quæ legata sunt, ad testamenti pertinet essentiam, sed cum conditionibus quibus dabantur, nempe vt olim sub illis figuris Christus nasciturus crederetur, sicut modo clarioribus, signis Christus creditur iam natus. Hinc est, quod hæc bona his conditionibus appositis dici possint tam nouum, quam vetus testamentum, vnum, & idem, ad cuius confirmationem una mors intercessit; quamvis duo testamenta dicantur respectu illarum conditionum, quæ genere differunt, in quibus alligata fuit hæritas, nempe respectu vmbrae, quibus Chri-

Christus futurus signabatur, & respectu sacramentorum nouæ legis, quibus iam aduenisse testamur, propter quæ non est absurdum dicere duas mortes etiam intercessisse vnam typicam, alteram realem: sicut enim dicit Petrus Cluniacensis epist. ad Petrobrusianos *vetus testamentum vituli morte, & sanguine dedicatum est; ita nouum morte, & asperzione sanguinis Iesu Christi.*

Ad confirmationem patet ex dictis, & S. Tho. intercessisse mortem Xpi typicam in immolatione victimarum propter quod in Apocal. dicitur de Xpo quod sit agnus occisus ab origine mundi.

Ad VII. antiquum testamentum iam desit quantum ad carnales illas umbras, & conditiones carnaliter intellectas, & fugacia bona, in quibus carnaliter inhærebant: manet tamen quantum ad hæreditatis bona nobis legata, cum alijs bonis, prout conducunt ad vitam æternam: quare collectio sequens negatur scilicet non esse dicendum, Deum authorem scripturarum, ut testamentariæ. Et ad id, quod subiungitur, testamentum significare pactum, iam supra satis hoc discussum est.

Ad VIII. negatur, quod non dicenda sit donatio, & quod mors non intercesserit &c. nam ut dicebamus ex Ambros. lib. 1. de Cain cap. 7. testamentum utrumque sanguine dedicatum est, vetus in typo, nouum in veritate, vnde subdit quantum ad donationem, quo testamento diuinæ gratiæ pignus tenemus, quia sic dilexit Deus hunc mundum, ut unigenitum filium suum pro nobis omnibus daret. Vnde perfectionem gratiæ prædicans Apostolus ait Roman. 8. *Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* Sed & illud dici potest, per accidens se habere morte in testamentorum ob-signatione, quæ ideo necessaria est, ut sit ultima voluntas, & immutabilis testatoris: At hoc in Deo cadere non potest, nam quod in hominibus facit mors, ut testamentum sit ratum, firmum, irreuocabile, hoc facit diuinæ naturæ perfectione: vnde de Deo dicitur Jacob. 1. quod *apud ipsum non est transmutatio, nec vicisitudinis obumbratio.*

Ad IX. In hereditate humana mors patris expectanda est; nō enim, ex boni paruitate, & deficientia, à pluribus possideri potest, quod legatur, quo etiam si viuens spoliaretur, ut hæres institueretur, hoc argueret testantis paupertatem, & indigentiam non valantis alterum ditare sine proprio detimento. Non sic autem est in Deo, qui licet secundum humanam naturam mortuus sit, iam non moritur, & bonorum est possessio infinitorum, & hanc differentiam assignat Augustinus dicens serm. de verb. domini secundum Ioh. Nullus in terra possidet hereditatem patris, nisi mortui. Nos viuo patre nostro possidebimus quod donabit, quia pater noster mori non poterit. Plus addo, & plus dico, & verum dico, ipse pater erit hereditas nostra, vnde cum ipse sit possessor futura, & hereditas bona infinita continens seipsum donans, & tūc in praesenti munera sua largiens, non exiit se bonis, qui est infinitum bonum continens omnia bona. Vel dicendum intercessisse etiam mortem typicam in sanguine effuso victimarum, vnde Theodoretus ad Heb. 9. ait, quia natura diuina est immortalis per hostiarum sanguinem impleuit Deus mortis figuram, & testamentum confirmavit.

## ARTICVLVS SECUNDVS.

*An Deus sit author scripture noui testamenti.*

V Eteres gentiles, Celsus, Hierocles Pythagorus, quorum impietatem fecutus est Porphyrius, in sacra Euangelia debacchati sunt ex Euseb. de dem. euia. Orig. contra Celsum, & Epiph. hær. 51.

Faustus Manichæus in eo fuit errore, quod credebat nouum testamentum à quibusdam impostoribus esse conditum: sic enim dicit apud Aug. lib. 33. contra eundem cap. 5. *Multa à maioribus vestris eloquuntur Domini nostri inserta sunt verba, quæ nomine signata ipsius, cum eius fide non congruunt; præsertim quia ut iam sèpè probatum est à nobis, nec ab ipso hec sunt, nec ab eius Apostolis scripta; sed multa post eorum assumptionem, nescio quibus, & ipsis inter se discordantibus semiuidelis per famas, opinionesque compertia sunt, quæ tamen omnia eadem in Apostolorum conferentes nominata, vel eorum, qui secuti sunt Apostolos viderunt, errores, & mendacia sua, secundum eos se scripsisse mentiti sunt.* Hunc errorem Anabaptistæ, & Seruiani reuocarunt fatentes, libros noui testamenti ab Apostolis descriptos, sed postea erroribus multis inspersos adhuc perdurare. Hæc leguntur apud nostrum Sixtum Senensem. lib. 7. Bibl. sac. & Salmeronem prolog. 37. Cochleus de script. auct. meminit de Brunfeli, qui scripsit, Euangelium scriptum, esse figmentum somnium, & rem Kabalisticam prorsus, nihilque ad salutem promouendam facere.

## Oppositiones eorundem.

A Rguit ergo primo Faustus mutuam pugnam Euangeliorum, & cum ceteris Apostolis, ut patet (inquit) quicumque quatuor Euangeliistarum historias inuicem contulerit, & nos quoque (subdit) id ipsū ostendemus cum particulariter de unaquaque ipsorum historia loquemur, apud Aug. lib. 32. c. 3. & 5.

II. Ab orthodoxis multa veteris testamenti repudiantur, ergo non est mirum si à Manichæis nouum testamentum negetur, præsertim cum ibi narrentur multa indigna Dei maiestate, ut quod natus sit ex feminâ, quod fuerit circumductus, & tentatus à Diabolo, & huiusmodi. Est eiusdem ibidem.

III. Non solum veteris legis testimonia falsa, ac perperam nouo testamento sunt inserta, sed etiam superflua, & præter rem, cum satis esset authoritas filii Dei miraculis contestata ad astrictuendam fidem, & nō peregrinos testes accire, & suspecta, & incerta testimonia hostium nostrorum citare. eiusdem.

IV. Arguunt Anabaptistæ pro sua hæresi, ex auctoritate Ambrosij lib. de Spiritu sancto, & Hieron. in præfatione quatuor Euangaliorum dicentium latinos codices vitiosos.

Vltimo ex Orthone, quia Euangelium est verbum, quod Spiritus sanctus in corde fidelium loquitur, & scribit, ergo illud tantum est audiendum, & non scriptum Euangelium. Apud Salmeronem supra.

*Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.*

**S**ed contra est primò successionis regula, quæ hos libros Deo inspirante traditos docet, non humana industria confitctos, quæ non tam ad sacrorum librorum, quam etiam prophenorū legitimos authores cognoscendos plurimum valet. Amplius probatur, quod sit à Deo ex lectione continuata in Ecclesia sub titulis Apostolorum, &c. ut latè ostendit Augustinus 33. contra Faust. cap. 6. & de utilit. cred. cap. 4.

II. Probatur non fuisse corruptum nouum testamentum, ex dignitate, & merito Ecclesiae sponsæ Christi, quæ hoc à sponso suo sibi perpetuo assistente mereti debebat. Et sicut in gentibus inuole: a scriptis suorum seruata sunt, ita quoque & sacra Scripta illibata apud ipsam permanerunt, cum & cathedras Episcoporum, per quos fidei dogmata suscepta sunt, certissima successione conseruet. ex eodem ibidem.

III. Quia si error aliquis insertus sacris libris noui testamenti afferatur, illico omnis scripture authoritas deperibit. Quia etiam omnes gentium scripture de authoribus, & rebus in illis contentis dubia redentur. ibidem August. lib. 33. cap. 6. & 2. tom. ep. 8. cap. 3.

IV. Ad inane nomen fidei nostræ veritas deducetur, si cuique animus author est, quem librum recipiat; quid in vnaquaque scripture quis proberet, vel improbet. S. August. lib. 32. cap. 9. Quin, ipsam hæresis hoc uno enle iugulantur, quod nec hæreticoru libri, ab hæresiarchis esse dictatos ullam fidem apud suos merebuntur. ex eodem lib. 32. c. 26.

V. Contra Othonem arguitur primò, quia in novo testamento multa continentur vaticinia partim impleta, ut de depopulatione Hierusalem Matt. 24. de predicatione Euangelij disseminata per omnes gentes Mat. 27. de hæresibus futuris &c. non ergo fuit inuentum humanum Euangelium, cuius vaticinia effectum sortita cernimus. T. de hoc arguento Chrysostomum tom. 5. demonstratioue aduersus gent. quod Christus sit Deus. Secundo, ut dicit Petrus Chrysolo. ser. 150. peritorum scriptorum est suum ducum ignominias, & fugas reticere, laudes vero euulgare, ut patet in C. Cesare T. Liuio &c. At nō erubescunt sacræ historiæ negationem Petri, ambitionem discipulorum describere &c. & ipsius Christi opprobria, & crucem. Non ergo inuentum humanum fuit, &c. Et tandem affererere verbū euangelicum illud esse, quod Spiritus sanctus inspirat coribus fidelium, mera est insania, commentum diaboli, cum pernicioſissimarum quarumcumque hæresum inuenientarum via sit breuis, atque compendiosa, vnaqueque enim Spiritum sanctum sibi posset vendicare.

*CONCLV SIO CATHOLICA.*

*Deus est auctor Scriptura noui testamenti.*

**R**espondeo dicendum necessario, Deum esse auctorem noui testamenti, & scripture testimonia, res noui testamenti, continentis. Dictum est

enim supra, quod nouum testamentum non sit nisi confirmatio, & adimpletio veteris, vnde dum superius monstratum est ex propheta, consummaturum se domui Iudeæ testamētum nouum, ostenditur vetus illud testamentum, quod per Moysen est datum, nō fuisse perfectū, sed id quod per Christum dari deberet, consummatū fore, vt obseruanit Lact. lib. 4. c. 20. Omnis autem perfectio actus est, & forma; eiusdem autem agentis est præparare dispositiones, & introducere formam. Quia ergo tam ceremonialia, quam iudicialia, &c. erant dispositiones præparando homines, & manuducendo ad Christum, per quem iustificabantur, lege promittente, quod erat per Christum exhibendum (vt dicit Apost. 2. Cor. 1. Quotquot promissiones Dei sunt, in illo est, id est in Christo) merito perfectionis eius rei, adimplentis quod imperfetto deest, author firmissime creditur, ac proinde merito scripture noua, quæ testamenti res continet, non nisi Spiritus sancti auctoritate prodijse, rectissime creditur. Vnde Petrus dixit 1. Pet. 1. loquens de perfectione adducta per Christum, de qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt Prophetae, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt: scrutantes, in quod, vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi: præenuncians eas, quæ in Christo sunt, passiones, & posteriores glorias & subdit, quibus reuelatiū est, quia nō sibi meti ipsi, vobis autē ministrabit ea, quæ nūc nūciata sunt vobis, per eos, qui euangeliū auerunt vobis, vt ostenderet, tam quæ in veteri, quā quæ in novo testamēto sunt annūciata, & euangelizata à spiritus reuelatione suscepta esse: nec n. tanta doctrinæ consonantia, aliū quām Deum principalem scripture auctorem habere potuisse, rationabiliter persuadetur.

*Solutiones oppositionum.*

**A**d primum generali calumniæ nihil probanti, generali response negante occurritur, cum verò in particulari adducantur loca pugnantia prima fronte, particulariter eisdem respondebitur, miram eorum consonantiam ostendendo.

Ad II. respondet ex August. 16. contra Faustum cap. 15. quod credimus, & accipimus omnia, siue quæ obseruemus vt recte viuamus, siue quæ non obseruemus, vt ea, quæ tunc in figura, & prophetia iussa, &c. obseruata fuerunt, nunc impleri videmus.

Ad III. Non indigebat Christus respectu sui exterris signis, aut Prophetarum oraculis ad suam auctoritatem stabilendam, sed respectu nostri ad hoc vt signis, & oraculis Prophetarum videntes contestatam Christi doctrinam, suauius eidem adhæreremus. Et ad hominem contra Iudeos magis valebant scripture Prophetarum, in quibus putabant vitam eternam haberet, quām signa Christi, quæ magicis artibus impie tribuebant.

Ad IV. Infra discutietur ista obiectio, cum de versionibus tractabitur.

Ad ultimum. Somnium est Othonis dicere verbū Euangelicum esse somnium, somnianti autem respondere velle vanum est, nee sani capitum indicium, vnde somniantem, imo verius freneticum, & insanientē, dimittimus.

## CONTROVERSIA III. SPECIALIS.

*Quorum librorum veteris testamenti Deus sit  
author principalis, & primo an sit author  
librorum, qui à nonnullis proto-  
canonici dicuntur.*

**D**einde considerandum est in speciali, quorum librorum Deus fuerit author, qui in veteri testamento recensentur, & quoniam hi libri apud plerosque reperiuntur diuisi in Protocanonicos ( idest illos, de quibus nunquam inter processus Ecclesiæ dubitatio extitit, quod à Deo fuerint inspirati ) & Deuterocanonicos, de quibus aliquando fuit apud quasdam Ecclesias, aut aliquos Patres dubitatio, re non adhuc manifesta, & explorata; prius de Protocanonicis, deinde de deuterocanonicis libris veteris testamenti quæretur. Sed quia ex partitione recentiorum Doctorum diuiduntur libri in legales, historicos, Paræneticos, & Prophetales, primò tractabimus de Protocanonicis legalibus, mox historicis, & postea de prophetis. Similiter & de deuterocanonicis, eodem ordine prius tractando de legalibus, mox historicis, postea de paræneticis, demum prophetis. Sequentibus autem articulis tractabitur circa Protocanonicos, tum historicos, tum propheticos.

Articulus primus utrum Pentateuchus, hoc est quinque libri Moysi, sit diuina scriptura, & an hoc tantum ex ijs scriptis possit ostendi.

Articulus secundus an libri Iosue, Iudicum, Ruth, sint à Deo dictati.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*De libris legalibus.*

*Vtrum Pentateuchus, hoc est volumen continens quinque Moysi libros, sit diuina scriptura à Deo inspirata, & dictata,  
& an hoc tantum ex scriptis istis possit ostendi.*

**N**AZAREI ad hæresim quintam Iudeorum spectantes teste Epiphanio Hæref. 18. quamuis Patres in libris Moysi celebratos, recipierent, libros tamen à Moysi editos non confitebantur esse diuinos. Hi Nazarei sunt forte de quibus scripsit Hier. in c. 8. Esa. qui Christum, ita receperunt, ut obseruantias legis non admitterent. Apelles Marcionis discipulus, apud Origenem in Gen. c. 6. scripta Moysi nulla sapientia praedita, nec opus diuini spiritus in se continere pronunciauit, Ptolomeitæ apud eandem Epiph. Hæref. 33. à tribus authoribus conditam legem dixerunt, à Deo creatore huius mundi ( quem dicebant esse medium, inter Deum bonum, & diabolum ) à Moysi, & à senioribus, eandem diuinam legem diuidebant in puram legislationem, hoc est præcepta decalogi, & hanc propriè legem esse dicebant, ut propter nil malum implexum habentem, & in eam, quam

dicebant implicatam deteriori, ut cum præcipitur euellendum esse oculum pro oculo, dentem pro dente, quam sustulit Saluator; & tandem in figurata, seu significatiua, quæ etiam per Christum cœlavit; cœcludentes puram legem non à Deo malo, nec à Deo bono, sed tertio medio editam fuisse. Eandem Moysi scripturam ex professo impugnarunt Celsus, & Julianus Apostata, & Porphyrius, quorum blasphemias collegerunt Manichei, Faustus præcipue, & Anonymous Fabritij discipulus, Aug. 23. contra Faustum c. 2. qui omnium iniquissimi à principio usque ad calcem à malo Hebreorum Deo dictatam volunt, & à filiis suis Iudeis omni turpitudine refertam, quam feditem veluti velo superinducto quibusdam paucis verbis de lege naturali sumptis, obduxerunt.

Has antiquas Hæreses, Nouatores rursus instaurare conatis sunt, Lutherus enim sic scripsit to. 3. Germ. Lenens. fol. 40. & 41. Moysen neque audire, nec videre volumus; nam ille Iudaico solum populo datus est, neque quidquam ad nos pertinet, & alibi in colloq. cœuiual. collectis per Rebenstok c. de lege, & Euang. Magister est omnium carnificum, neque quisquam eum terrendo angustiando, tyrannide exercendo, minando increpando, fulminando, vel superat, vel aequatur, & iterum. Moysen cum sua lege non volo ego habere, est enim Christi domini hostis. Rursus vocat illam, labyrinthum, & iustitiam legis Minotaurum, figmentum non deducens ad iustitiam, sed ad inferos, & alibi. Tom. 3. vvit. anno 1529. Aweis vestimentis induendum, qui posset efficere, ut Moyses, per Christum omnino abrogaretur; & sermone de Moyse, sic dixit. Si Moysen in uno articulo acceptarem, debitor fierem uniuersæ legis seruande: At nullus apex, vel punctum in Moyse ad nos pertinet. Idē Luth. in ps. 45. sic Moyses nō potius cane re qui est minister carceris doctor pristini, author seruitutis ( & sicut Paulus eum solet appellare ) minister mortis peccati, & tristitiae, & iterum, Moses instar diaboli, horribilem speciem præsentat, & ita loquitur, ut præ eius dictis cor alicui contabesceret: labia eius omnem billem exuperant magis amarulenta sunt, quam granum Gaidum, ac draconis fel: imo verò sunt mixta tartarea igne, &c. t. 3. lat. 421. & 246.

Otho Brunsfeldius apud Coch. de autoritate scrip. cap. 3. & 4. dixit libros legis non habere præcepta doctrinæ Christi, sed tantum quasdam manu-ductiones, nec inter scripturas sacras inseri debent, cum sint, mera, inquit, narratio Kabalistica, surda, si- ne spiritu.

Antinomi in confessione Mansfeldensi sic dicunt. *Lex digna non est, ut verbum Dei appelletur, qui cum Moysen rem habent, eos damnari oportet ad patibulum cum Moysen.*

Calinus vero lib. 3. institut. cap. secundo, Patres in lege laudatos impudentissime accusat, libidinis, fraudis, superstitionis, &c. Sed de Moyse scribens in Exodum hæc dixit. Non fuit ea constantia, & magnitudine animi qua decebat, sed basitauit infide. Fides eius penè suffocata fuit. Non adfuit homini præsens animus: iniuriam inflxit Deo. Propter homines detrectauit obtemperare Deo, fuit diffidens, & ingratus, aduersus Deum furiosus, infantuit magis, quam uniuersus populus Israel: maior est eius iniuria, quam totius populi, poenituit cum vocationis sua. Deum tarditatis arguit &c. [cum tamen hos omnes scriptura celebret, ac commendet.]

Spe-

Specialiter autem circa libros Pentateuchi in particulari hæc scripsit Lutherus in colloq. commensal. anno 1543. 14. Iulij de Genesi dixit. *Genesis* (ut testatur Rebenstok) multas habet quæstiones, & anigmata. Cur aquæ maior adhuc beatur honor, quam vino? aqua est veuster. Item an vir barba sit senior? barba, quia hircus prius est creatus. Item virgo ante horam virum duxit, & priusquam annum attingeret primum infantem genuit. Eua. Item ubi cecinit gallus gallinaceus, & vox illius in toto audiebatur mundo? in arca Noe. Circa Exodum aberrauit similiter, præcepta in illo descripta abiiciens in suis sermonibus conuiualibus collectis per Aurifabrum. Reuelantur, inquit, prorsus decem præcepta, & statim desinent omnes heres, sunt enim præcepta velu i fons, unde omnes heres prodeunt: est enim scriptura liber hereticorum.

Hunnius Lutheranus adu. Bel. lib. 1.c. 4. imitatus Kemnitium, & si Pentateuchum in Deum referat auctorem, de illo dubitandi dat occasionem, debile assignans illud criterium, Vnde scis, reuertendo ad ipsosmet libros, & posterius descriptos, cum manifesta principij petitione, & ecclesiastice traditionis, & definitionis, qua librorum canoniconum authoritas ostenditur, ablegatione.

### Oppositiones Hæreticorum.

**A**rguitur primo, quia in Genesi exagerantur tot dicta, & facta, quæ videntur impossibilia, ut tam breue spacium, quale era in Arca Noe, quæ tot animalium genera, eorumque cibos, qui per totum annum sufficerent, capere potuissent, est argumentum Apellis.

II. Et est argumentum Ptolomei apud Epiphanium. Quia Christus dixit, quod ad duritiem cordis permisit Moyses dari libellum repudij, Matth. 19. Ab initio autem, subdit, non fuit sic. Præmiserat enim, Quod ergo Deus coniunxit, homo non separaret. Alteram ergo ostendit legem prohibentem separationem coniugij, quæ data fuit à Deo; alteram fuisse secundum mentem Moysis, qui ob duritiam eiusdem permisit dissolutionem. Et iterum Matt. 15. Deus dixit honora patrem, &c. Vos autem dicitis, loquitur Christus ad seniores, Quicumque dixerit patri, vel matri, munus quodcumque est ex tibi proderit, &c. & irritum fecitis, mandatum Dei propter traditionem vestram.

III. Arguit Celsus (apud Orig. lib. 1.) contra Genesim, ubi creatio asseritur. In quois seculo multa sunt facta incendia, Solisque, & Luna defectiones plenæque contingunt, quorum omnium nuperrimum sit Deucalionis diluvium recent effectum, liquidò eis, qui se audire prudentius quisiuerint, patescit, iuxta se mundum nullum habuisse principium, nec aliquando expisse.

IV. Arguit Julianus apud Cyrill. lib. 2. 3. 4. & 5. contra eundem Julianum: Nam nec abyssum, nec tenebras, nec aquam, nec Angelos, in principio Genesim dicit Moyses creata à Deo de creatione tractas; sed tatum de terrenis corporibus loquitur, ut nullius incorporei appareat conditor, sed materiæ subiectæ ornator. Amplius multa fabulosa, & blasphemia in Deum ibidem continentur, ut quod adiutricem dederit Deus Euam Adæ, quam lapsus auctorem præscire debebat: Quod prohiberet cognitionem boni, & mali, & simulatus, ne vita particeps immortalis ex mortalitate fiat; quæ viisque inuidi, & malevoli sunt. Fabu-

losum est, quod traditur à Moysè de linguarum varietate, & ædificatione Turris Babylonicae, nimirū, quod turris ædificabatur pertingens cœlum, & quod Deus territus vnitate vocis, descendenter, ad confundendas linguas, timens ne contra se molirentur, nec unum, sed multos cum eo descendisse enarrat Moyses.

Et quantum attinet ad Exodum solus Deus esse Israel, & Hebreorum perhibetur. vnde dicitur Exo. 4. Tu autem dices Pharaoni. Filius meus primogenitus Israel, & cap. 4. Deus Hebreorum vocavit nos, & cap. 7. Dominus Deus Hebreorum misit me ad te. Aliarum autem nationum, sub quibus dijs gubernantur, non meminit, ac si illis solis Lunam, & Solem distribuisset. Quod vero Decalogum Deum dedisse scribatur à Moysè, nihil admiratione dignum; nam quæque gens præter illa duo præcepta: Non adorabis Deos alienos: & memento; ut diem Sabbathi sanctifices, Exod. 20, omnia alia mandata seruat, transgressori bus impositis supplicijs interdum grauioribus, interdum æqualibus, interdum humanioribus, quæ à Moysè irrogantur. Insuper cum præceptum illud promulgatum fuit à Deo, causa videtur subdita à Moysè ibidem. Deus tuus fortis, Zelotes, & alibi iterum dicitur Deut. 4. Deus tuus ignis consumens est. Homo autem zelotes, & inuidus reprehensione dignus est, quod est blasphemum dicere de Deo. Etsi (inquit idem Julianus) nullum vult adorari, quapropter non thus hic filius adoratur?

Et quantum attinet ad Numeros sic arguit idem. Deus non videtur æque ferre, neque indignari, neque irasci, neque iurare, neque in utramque patrem statim propendere, neque mutabilis esse. In libro vero Numerorum cap. 25. zelus, & ira Dei appetit in facto scorrisionis Israëlitæ cum Madianita, ipso Deo dicente, Phinees filius Eleazar, filius Aaron Sacerdos tis auertit iram meam, &c.

V. Arguant Manichei apud Aug. lib. 22, contra Faustum cap. 4. & 14. cap. 1. & contra aduers. legis, & proph. lib. 1.c. 14. & 15. lib. 2.c. 6. quia inquit multa Deo indigna asseruntur in scriptura Moysis. Facit enim Deum admirantem ad insolitæ lucis aspectum: malevolum in prohibendo csum ligni scientiæ boni, & mali: ignorantem ubi esset homo post peccatum: timentem ne Adam in paradisum ingredieretur; propter quod & Cherubim ante illum, ingressum prohibentem, collocauit: appetentem sanguinem in postulatione sacrificiorum. Amplius incusat Deus pronuncians maledictum omnem pendentem in ligno, quod vergit in ignominiam Christi, qui pro nobis peperit in ligno: pronuncians pariter contra mores, maledictum omnem, qui non suscitauerit semen in Israel, cum Christus virginum sit princeps, & virginitatem tantopere commendaverit. In summa ad Atheismum vergere videtur, asserendo, quod anima sit sanguis, ac proinde mortalem faciat, quæ est totius fidei subuersio.

VI. Nam quos laudat scriptura multis fæditatisbus sunt conspurcati. Sara namque peccauit, cum ancillam viro suo supposuit. Rebecca malo artificio benedictionem filij procurans, virum decipiens, filium mentiri coegit. Abraham fuit idololatrus. In Sâpsone dicente Robora me domine, vitiosa cupiditas vindictæ apparuit. Superstitione non caruit factum Iudæ Machabej, qui oblationem misit pro mortuis in Hierusalem.

salem. Est argumentum Caluini 3. inst. c. 2. s. 14. 20.  
& Manich.

VII. Apparet maxima dissonantia inter hos libros Moysi, & libros noui testamenti: non ergo potuit Pentateuchus à Deo esse dictatus. Antecedens probatur inductione. Nam in Genes. cap. 2. dicitur, *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrē, & adhæredit uxori sue: at in Euāgeliō Matt. 19. separatio ab uxore commendatur. Omnis qui reliquerit domum, &c. aut uxorem, &c. centuplum accipiet.* In Exodo c. 21. vindicta permittitur, dum oculus pro oculo, dens pro dente perdendus præcipitur, quæ tamen à Christo in nouo testamento prohibentur, Matth. 5. *Diligite inimicos vestros.* In Deuteronomio c. 12. scribitur, *Secundum desiderium animæ tuae manduca omnem carnem, iuxta voluntatem, quam dedit tibi Dominus.* Quod tamen à Christo prohibetur, dicente Luc. 21. *Nolite granare corda vestra crapula, & ebrietate.* In Leuitico c. 26. rerum omnium affluentia, & terrena felicitas obseruatoribus legis promittitur, quæ tamen à Domino damnatur in nouo testamento; dum summaegestas præcipitur. Matth. 10. *Nolite portare aurum, neque argentum:* Hæc sunt argumenta Adimanti apud Augustinum supra.

VIII. Arguitur ex dissonantia eorundem librorum cum alijs libris veteris testamenti. Genes. 49. dicitur. *Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fæmore eius, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium,* hebraice סְלֹאָךְ, Siloach, quod interpretatur missus, & Chaldeus Paraphrastes verit, donec veniat Messias, quem locum etiam Hebrei exponunt de Messia, cuius circa tempus Principatus Iuda auferendus erat. At hoc repugnat libris Machabœorum, in quibus planè traditur principatu Iudæorum fuisse functos viros de tribu Iuda, quales erant Hasmonæi, qui vulgo Machabæi nuncupantur: imò & apud Sacerdotes summos eundem Principatum tenuisse ante tempora Machabœorum tradunt Aristœus lib. de 72. Interpretibus scribens ad Ptolomeum Philadelphium, & Joseph historicus.

IX. Possent objici peccata Moysi, vt indignus fuerit; quod scriptura eius à Deo dictata fuerit, vel ipse illustratus propheticō spiritu.

Vltimo arguitur ex Hunnio. Si sunt diuini non aliundē cognoscuntur, quām ex Exo. 24. vbi dicitur. *Scriptis autem Moyses uniuersos sermones Domini, & legit volumen fæderis audiente populo,* ergo scriptis mandante Deo. Pentateuchum. Et Deuter. 31. Moyses dicitur, *scripti legem hanc, & tradidit eam Sacerdotibus.* Et tandem libri isti citantur à posterioribus, scilicet à Christo, ab Apostolis, sub nomine Moysi: ex hoc ergo signo solo, vt diuinitus inspirati accipiuntur.

#### Confutatio eorundem. Ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed cōtra est 1. aut. script. supposita definit. eccles. Primus locus est Exod. 33. vbi dicitur, *Loquebatur autem Dominus ad Moysen faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum,* quem locum ponderat pro authoritate horum librorū Procopius Gazæus. Num. 12. Similiter testimonium perhibet Dominus Moysi, vt ponderat Nazianz. orat. 6. quæ est ad Nis-

senum Malachie 4. *Mementote legis Moysi seruemei, quam mandaui, & in Horeb ad omnem Israhel precepta, & iudicia.*

Ecclesiastici 45. *Elegit eum ex omni carne. Audiuit enim eum, & vocem ipsius, & induxit illum in nubem, & dedit illi coram præcepta, & legem vitæ, & disciplinæ, docere Iacob testamentum, & iudicia sua Israhel.*

Lucas 24. incipiens à Moyse, &c. interpretabatur illis scripturas, &c.

Ioan. 1. *Lex per Moysen data, &c. quem locum expōnens Clem. Alexand. aduertit non dictum esse à Moyse, sed per Moysen; non enim à Moyse data est, sed à Verbo, &c. & postea Moyses prophetice profecto cedens Pædagogo, nempè Verbo, & nomen, & Pædagogiam prædicat.* Act. 7. dicit Stephanus, de Moyse loquente cum Angelo in Monte Sina, qui accepit verba vitæ, vt daret nobis: vnde lex dicitur sermo per Angelos dictus Heb. 1. quæ loca ponderat ad hoc propositum Anastasius Synaita lib. 2. in Hexamer. Et S. Paulus in epistol. sapissimè, & honorifice de Moysis scriptura, & lege meminit. Rom. 8 ad Gal. 4. & alibi.

Quantum verò attinet ad personā Moysis. Seruus Dei vocatur. Malach. 4. *Eruditus omni sapientia aegyptiorum, & erat potens in verbis, & in operibus suis.* Act. 7. grandis, &c. apud Paulum Hebr. 11. *Eligens magis affligi cum populo Dei, quām temporalis peccati habere iucunditatem.*

SECVNDA classis ex Patribus Iustinus oratione ad Gentiles sic dixit. *Huic primum Deus, quod cælitus in sanctos homines illabitur, diuinum, & propheticum exhibuit donum, & primum illum Religionis nostræ doctorem instituit, & postea Non incredibile esse arbitremini virum, qui ex Religiosorum, priorumque hominū gente prognatus, & maiorum suorum Religione vix, morumque pietate dignè colenda spectatus sit, tam ingenti isto dona à Deo honoratum, & Principe Proprietum omnium esse designatum.*

Theophilus Antiochenus ad Autholycum lib. 2. Moyses, qui multis annis præcessit Salomonem, inquit, imo sermo Dei per Moysen: *In principio creauit Deus cælum, & terram.*

Irenæus lib. 2. cap. 42. *In quinque libris legem populo Moses tradidit. Vnaquæque tabula, quam accepit à Deo, præcepta habebat quinque.*

Origenes 1. contra Celum. *Primus earum legum lator fuit Deus, huius mundi conditor, qui eas Moysi tradidit.*

S. Antonius Eremita epist. 2. *Deus post multum temporis legem posuit eis, unde & operatus est per Moysen præbendo legem.*

S. Athanasius in Synopsi. *Liber primus Genesis, liber hic generationis Mosis est, qui ea, quæ in illo continetur, ex iussu Domini locutus est. & scripti, &c.*

S. Basilius Hom. 1. in Hexam. *Is igitur qui dignus habitus est spectatorum, vt esset peræque, ac Angeli faciei diuine, ille inquit, que audiu didicerat colloquente secum Deo, hec nobis edisserit.*

Basilus Seleucus orat. 1. in annūciatione Deipara. *Ipse solus ad Deum accessit, rerumque cœlestium ornatum ab eo eductus: vt ea, quæ viderat, typicè exprimeret, legem accepit.*

Damascenus lib. 4. fidei orth. c. 18. *Cū nec lex esset, nec scriptura diuinitus inspirata, ne Sabathū quidē Deo cosecrāverat, at postquā scriptura diuinitus inspirata,*

Moysen

*Moysem data est, sabbatum quoque Deo dicatum, ac consecratum est.*

Chrysostomus hom. 2. in Genes. dicit in hoc Moysem ceteros prophetas superasse, quod illi solum fatura predixerunt: *beatus autem iste natus, cum iam multa mundi secula transiissent, & Duceat, & directricem sortitus supernam dexteram, dignus est habitus, ut illa nobis diceret, quae ante nativitatem suam omnium dominus formauerat.*

S. Augu. lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 3. *Nec Orpheus, nec Linus, nec Musaeus verum Theogorum nostrum Moysen, qui unum verum Deum veraciter praedicavit, cuius nunc scripta in auctoritatis canone prima sunt, tempore praeuenerunt.*

Leo Magnus serm. 4. de collectis. *Non sinantur latere homines Manichaei, qui legem per Moysen datam, in qua Deus uniuersitatis ostenditur recipiendam esse non credunt.*

Gregor. Magnus expositione in 1. Reg. cap. 16. *Magna uincione indiget, qui de sua plenitudine replere alios debet; unde & Moyses tam plenus exiisse dicitur, ut de spiritu eius Dominus tulisse, & alys dedisse doceatur.*

S. Thomas q. 10. de verit. ar. 11. ad primum docet Moysem Deum per essentiam vidisse in quodam raptu, sicut & de Paulo dicitur 2. Cor. 12. ut in hoc Iudeorum legifer, & doctor gentium equarentur.

Similiter, & Patres Moysi virtutes praedicant. Clemens enim Rom. lib. 6. constit. Apostolic. cap. 1. illam mitissimum, modestissimum, summè tolerantem vocat. ob præstantem eius virtutem dicit idem Iustinus ubi supra, honore auctum; & quod homo Dei existens Deus datus est ante Pharaonem, dixit Irgeus lib. 3. aduers. her. cap. 6. & quod vir excellens, & apud suos verus creditus (script. Athanasius de incarn. verbi) cui hæc alia encomia Rupertus lib. 4. in Ex. cap. 9. attribuit, quod in imperio erat uirtus, in exilio pietas, in asserenda Iudeorum gente solertia, in contumacia eiusdem corrigenda sanctitas, in scribendis legibus prudentia, & quod tam idoneus in singulis apparuit, ut ad omnia natus videretur.

III. Probatur rationibus ex scriptura ductis quod Moyses fuerit Deo carus, ac proinde dignus reuelationibus Domini. Primo ex prouidentia Dei in infantulo sine lafione extracto de aquis. Secundo ex miraculorum gloria. Tertio ex familiaritate cū Deo, ipso testimonium perhibente Exod. 33. *Nouit ex nomine, & inuenisti gratiam coram me, cum quo familia riter tractauit bis, quadraginta diebus in monte Synai, sine alimonia perseverante, nec fulgura, ac ignes extimescente; bis legem digito Dei scriptam in manibus referente, splendidam faciem deferente. Claret ergo apparet ex his non fuisse Moyses, ut mentitur Caluinus, ingratum, vel perfidum, aut contumeliosum in Deum, cum tot cœlestibus fauoribus abunde fuerit cumulatus. Accedit zelus in vlciscendis delictis, patientia inferenda Iudeorum peruicacia, charitas in ignoscendis murmurationibus contra ipsum eructatis &c. Tandem magnum extitit sanctitatis argumentum, quod mortis tempus illi dominus reuelauerit, quod mortuus sit iubente domino, vel ut ex textu hæbraico verti potest, in osculo Domini, quod corpus eius sepeliendum curauerit, quod post annos bis mille testis, & spectator adesset Dominicæ Træfigurationis. Propter quæ omnia merito Paulus vo-*

cauit eum fidelem in domo Dei Heb. 3. Cum ergo hæc omnia sanctitati Moysi testimonium perhibeat, & Caluinistarum os loquentium iniqua contra Moysen obstruitur, & simul exteris à nostra Religione suadetur, hæc scripta Moysis diuinitus esse inspirata. Nec enim verisimile est tantum virum impostorem fuisse, & legem humanam pro diuina venditasse.

VLTIMO ad hominē arguitur cōtra Manicheos ex discursu Archelai contra Manem apud Cyrill. cath. 6. *Si odis Deum veteris testamenti auctorem, quia mortem induxit v.g. ut cum dicitur. Dominus mortificat, & uiuificat; pariter odisse debes, qui in novo testamēto Tabitham suscitauit, & Saphyram occidit. Si oderis eum, qui in veteri testamento mortem infert, eum odisse debes, qui dicit in novo testamento. Discedite maledicti, &c. Si aduersaris eum, qui dicit in veteri testamēto, ego Deus faciens pacem, & creans malum; perquire quid dicat Christus in novo. Non veni mittere pacem, sed gladium. Ergo aut uerque bonus per eandem locutionem, aut uerque malus, hic est discrusus Archelai quod Manes conuictus est. Contra Nouatores vero arguitur Lutherus enim præf. in psal. 19. sic dicit. Moses est fōr viuus, & scaturigo omnis diuina sapientia, & notitiae, in quo sancti Prophetæ, & Apostoli per sanctum spiritum illuminati, diligenter cum feruore, & letitia scrutati sunt, & studuerunt. Inde suam doctrinam, & scripta de promperunt, ac nobis legenda relinquerunt.*

#### CONCLV SIO CATHOLICA.

*Pentateuchus diuinitus inspiratus, potissimum habetur ex ecclesia testimonio.*

R Espondeo dicendum, quod æqualis stultitiae est libros hos negare esse diuinos, ac ad probandā eorundem authoritatem, debili, vel falso fundamento niti, vnde & authoritas sacerdotum voluminum corruat, & fides nostra risui, vel ludibrio exponatur. In primum extremum inciderunt Manichæi, & alij supra relati, & confutati. In aliud Nouatores. Quidam vt Hunnius, sequens Kemnitium, & alios sectarios, traditionem Ecclesiasticam effugiens, hoc critico vultū agnoscit (quod est libris istis affixum) nempe ipsius Pentateuchi testimonio, & posteriorum librorum sacerdotum Pentatheucum frequenter citatum. Alij similiter ex parte materiae, vel personæ scribentis, tanquam à priori volunt sumi regulam discernendi libros canonicos. Sed hoc fundamentum non potest stare. Nam prius necesse est perspectum habere libros Pentateuchi, vel libros posterius descripsos esse diuinos, quæcum quod ex iisdem assumantur probationes ad ostendendum esse diuinos; vel ex materia vel sacerdotibus eorundem à priori firmum ducatur argumentum. Supposita vero traditione Ecclesiæ (vt diffusius ostensum est, & monstrabitur) non est absurdum ex his testimonijs huiusmodi aliqualem probationem tanquam à signo adducere, & quasi à posteriori: vnde à catholicis quoque hæc regula ponitur, ad probandum aliquem librum esse canonicum [satis esse si forte in scriptura aliqua canonica citetur aliud de illo libro de quo fit questio]. ita Catherinus q. de scripturis canonicas. Quod dictu accipiendum, supposita quoque ecclesiæ traditione,

alioquin etiam oporteret ex hac regula suscipere librum Enoch, quia testimonium quodam eius libri citatur in epistola canonica Iudæ, cum tamen Apochryphus ille liber cœlatur. Ad nostrum ergo propositum, ista traditione supposita ex testimonij, imo ex persona Moysis, & ex parte materia, quæ ibi tractatur fidelibus id probare, aut id nondum creditibus evidenter credibile demonstrare libros Moysis sacros esse atque diuinos, aut diuinitus inspiratos. Ex testimonij quidem, admittens enim Pentateuchum, illa verba credere tenetur Exod. 24. *Scripsit autem Moyses vniuersos sermones domini: quanquam eo loco tantum sit sermo de solis sermonibus habitis in Monte Synai, de quibus capitibus præcedentibus 21. 22. & 23. sermo fuerat habitus.* Ex persona vero, cum enim Moyses tot diuinæ gratiæ donis fuerit cumulatus (ut supra ostensum est) non est verisimile, quod tradens hos libros tamquam diuinitus susceplos fuerit mentitus, unde hæc quoque regula tanquam à posteriori ponitur à catholicis, ut est videre apud Catherinum loco cit. [ si author libri inscriptor certus Propheta à Deo institutus, vel in novo testamento fuerit Apostolus, &c. Spiritu enim sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.] Ex parte autem materia, quæ ibidem tractatur diuina textura ostenditur. Nam, ut dicit Eusebius lib. 11. de præp. cap. 2. *Doctrinam ab vniuersibus libris, ita instituit, ut Deum causam, authoremque omnium quasi fundamentū intericerit,* per eandem legem ad Christum recreatorem ordinabat homines. Vno modo, ut ait S. Tho. 1. 2. q. 99. art. 2. testimonium Christo perhibendo, ut dicitur Lucæ vlt. Alio modo per modum cuiusdam dispositionis retrahendo homines à cultu idolatriæ. Tadem, ut dicit Eusebius supra. *Ab vniuersalioribus ad particularia descendens, priscorum Patrium vitam ad imitationem pietatis, & virtutis eorum lectorem habatur, proponendo, & magnum studium per legum præmulgationem ad corrigendum hominum mores apponendo.* Sed quia per correctionem homines à malo deterrentur, & per exempla bonorum ad virtutes promouentur, hinc data fuerunt multiplicis generis præcepta. Nam ad actus virtutum data sunt præcepta moralia, inter quæ principem locum tenet præcepta decalogi, propositis præmijs, & comminatis supplicijs. Verum cum per præcepta moralia principaliter ordinabatur homo ad cultum Dei, qui nondum internus est, sed etiam externus; merito præceptis moralibus addita sunt præcepta ceremonialia, (quæ nihil aliud erant, quam determinationes diuinis cultus) & diuidebantur in sacra, sacrificia, & obseruantias. Sed quatenus ordinabatur homo ad hominem superaddita sunt præcepta iudicialia, quæ erant determinationes iustitiae inter homines seruandæ. Et per hæc omnia moralia, ceremonialia, iudicialia, homines disponebantur ad Christum. Per moralia retrahendo homines à superstitionibus; per ceremonialia figurando, quæ pertinent ad oeconomiam Christi; per iudicialia figurando totum eius populi statum, qui per talia præcepta disponebatur, qui totus figuralis erat. Vnde propter hanc admirabilem structuram, qua nonnisi diuinitus fieri poterat dixit Apostolus Rom. 7. de lege Moysi, quod lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Sancta ex Deo legislatore, ex Moysi sancto scriptore, ex fine, qui ad sanctitatem ordinantem

batur ordinando homines ad Deum sanctitatem, exigentem 1. Pet. 1. *Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum.* Sancta propter imitationem sanctorum, qui ad exemplar proponuntur. Mandatum vero iustum, propter præcepta iudicialia; sanctum, hoc est Deo dictatum, & mundum à superstitionibus propter præcepta ceremonialia: bonum quantum ad moralia, quæ etiam nunc iudicalibus, & ceremonialibus euas cuatis perseuerant. Ex hoc autem nonnisi rationabiliter vniuersam legem diuinitus à Deo dictatam argui potest, librosque illam continentem diuini tus esse inspiratos. Vnde & generalis quædam regula à scriptoribus ecclesiasticis ponitur ex parte materia tanquam à posteriori ad cognoscendum aliquem librum esse diuinum, nempe [ si liber aliquis doceat, quæ Dei sunt, & ad illius voluntatem attinent, nec in eo error aliquis deprehendatur appareat vero eloquium castum, in affectatum, & quid diuinum redolens, ex huiusmodi argumenti inspectione potest deprehendi aliquis liber esse diuinus] ita Catherinus sup.

Sed quasi à priori illæ regule sunt fundamentales, recipiendi aliquem librum, nimirum [ si consensu Patrum, & successionis serie aliquis liber, ut facet receptus sit, vel expressè dum testimonia sumuntur ad ea, quæ in contentionem veniunt finienda, vel similiter testimonia citando, eodem modo sicut solent de alijs scripturis sine controversia habitis semper ut diuinis, dicendo scriptura hoc dicit, & multo magis si adiiciatur certa aliqua nota, dicendo scriptura diuina aut sacra, & huiusmodi] quia tales sunt notæ scripturarum diuinarum, colligitur à Sanctis talem scripturam, ut sacram, & diuinam habitam, unde talis consensus Patrum ante omnem expressam definitiōne in, ut tacita ecclesiæ definitio habita est à modestis ecclesiæ filijs. Amplius [ si scriptura aliqua ex longo ecclesiarum vsu & diuina, in ecclesia legenda proposita est] firmum præstatur argumentum ad cognoscendam aliquam scripturam esse canonicam. Tandem [ si conciliorum, & ecclesiæ autoritate aliqua scriptura in canonem recepta est] proculdubio, tunc ut diuina recipienda. Quare cum ex patrum consensione, ex successionis serie, ex vsu ecclesiæ legentis P̄tateuchum in ecclesia, cuiusdem que canone in concilijs, & decretis Rom. Pontificum, sanctum sit esse canonicum; iniuriū est Spiritui sancto aliquid præterea inquirere, vel retractare.

#### *Solutiones oppositionum.*

**A**D primum respondeatur ex Origene ibidem, quod Moyses (de quo scriptura testatur, quod fuit eruditus in omni sapientia Aegyptiorum) cubitorum numerum eo loco posuit secundum artem Geometricam, quam præcipue Aegyptij callebant. Apud Geometras autem secundum eam rationem, quæ apud eos virtus vocatur, ex solido, & quadrato, vel in sex cubitos, vñus deputatur si generaliter, vel trecentos si minutatim dederatur. Quæ vtique ratio si obseruerit in huius arcæ mensura, inuenientur, & longitudinis, & latitudinis tanta spacia, quæ verè totius mundi reparanda germina, & vniuersorum animalium capere rediuisa seminaria potuerint.

Ad II. respondeatur cum S. Epiphanio. *Quæ à Mose sancta sunt, neque ipsa extra Deum, sed ex Deo per Moysem.* Dicit enim Dominus in Euangeliō Moysem

secundum duritiam cordis vestri scripsit. Quod vero scripsit Moyses, non extra voluntatem Dei scripsit, sed ex Spiritu sancto sanciuit. Hec ille. Sed etiam dici potest cum Aug. 19. contra Faust. c. 26. Nūquam in lege dictū esse, qui voluerit dimitiat uxorem, cui esset contrarium non dimittere: sed utiq; nolebat dimitti uxorem à viro, qui hanc interposuit moram, ut in dissidium animus præceps libelli conscriptione refractus abstineret, & quid mali esset uxorem dimittere, cogitaret: præser-tim quia ut perhibent hebrei scribere litteras hebreas, nulli fas erat, nisi solis scribis. Nunquam ergo præcepit Moyses, nec dixit, qui voluerit dimitiat uxorem: sed si quis dimitiat non faciat, nisi prius dato, & scripto libello, ut interposita mora animus præceps retardaretur. Obiectio vero de traditionibus idem Epiphanius occurrit hęt. 66. ut non intelligentur per illas, Moysi scripta, sed quæ circumferebantur expositiones Iudeorum, quæ erant numero quatuor, una quæ ferebatur sub Moy-sis nomine; altera eius qui vocabatur Rabbiaciba; tertia dicta Adda sive Iuda; quarta filiorum Asmonæi: & has dominus reprobavit, de quibus dictum est cum de traditionibus ageremus.

Ad III. respondet ex Origene 1. contra Celsum ibidē, quod sicut Celsus ad id afferendū, Platonis dialogis vtitur, licetum est etiam nobis Moysi tam p̄y, & integrimi animi viri &c. in quo & Spiritus sanctus diuersaretur fidem scriptis præstare, qui longè quam Piatzo, clarius Platone, & ceteris sapientibus, quæ Dei sunt patetfecit. Crebras ergo istas fabulosas flagrantias, & falsas inundationes reputamus, quæ quamvis admittentur, non necesse esset mundum afferere non incipisse aliquando, tantummodo Pythagoricam revolutionem, & circuitione posse fallaciter collare, nunquam probare.

Ad IV. respondet ex S. Cyrillo lib. 3. contra Julianum, primo quidem Moysen complexum quasi in parua tabula complexum esse vniuersi creationē dicendo; in principio &c. deinde processit quomodo dispositus sit mundus, & creature speciem sortitæ sunt: omniaque illa à Deo condita, quæ ad vniuersum spectant, satis includuntur in prima illa clausula. Quia autem rudioribus etiam scribebat optimarum doctrinarum peritus de primis principijs, & elementis quomodo scilicet facta sit aqua in eo principio tractat. Similiter de Angelorum natura tractare omisit; hæc enim erant capti difficultiora, & satis erat suo instituto, illius seculi homines adorantes cœlum, vel stellas, vel animalia, & huiusmodi ad veritatē huius dogmatis informare, quod Deus in principio omnia ista creauerit. Quod vero Deus dederit Adæ Euā sociā, q̄ sciebat casurā, nō sunt fabulosa ista. Non n. assūpta est mulier, & data in sociā, ut calculo Dei non haberet in se naturalem veritatem (voluntarijs si quidem nutibus rationalis regitur creatura) sed assūpta est in adiutorium generationis, & procreationis, quæ quamvis Adā ad transgressionem inuitauit, ut ex parte hac monstratur consilia non bona, ita ostendit ex altera parte diuina sapientia in condenda rationali natura, quæ potestatem sortita est, ut posset sibi permitta, & relicta, borum vel malum eligere. Quod vero prohiberet ne de ligno comedere, Dispensatio quadam erat prudentissima, & solertissima Dei (ait Cyrillus) facientis ne sui oblinisci posset: oportebat enim illud videntes, per istud ipsum ad recordationem

legis, semper vocari, & videre præcipientis excellētiā, & non ignorare ipsum leglatorem, & dominum, transgressione vero facta, ne per experientiam suam electa scientia mali, vitam Deo exofam super terram habebet, homo sapientissimè carnis morte humiliatus est, non ignorantē Deo tempus sue serenitati, & misericordiae idoneum. Quod vero additur de turri Babylonica, &c. Secundum morem sacræ scripturæ, cœlum accipitur pro summitate aeris. Opinabantur enim diluvium se euasuros, si iterum alia ingruens inundatio contingere, habentes unde ad sublime recurrerent, quare turrim super nubes ædificare nitebantur. Moses autem scripture cœlum pro aere accipere. Nec erat cur Deus de homine formidaret, etiam si possibile homini fuisset in cœlum turrim erigere, & coaceruare montes, cui etiam absque descensu corporali, ille qui motibus localibus, & corporalibus minime subditur diuidere superborum illorum linguas facilissimū fuit; sed his vocibus humanis vsus est sciēs, oportere sermones humanæ naturæ modo attemperare. Quod autem plutes ad hunc effectum confusione linguarum conuenerint, in hoc Trinitas personarum aperte monstratur (vt aduertit idem Cyrillus supra) non deorum multitudo inducit, sed indutio operis ad extra monstratur omnibus personis communis: nec indigentia Dei ab alijs dijs auxiliares copias expectantis, exprimitur.

Quamvis autem dicatur Deus specialiter Deus hebreorum: id dictum est, quia, ut dicit Cyrillus lib. 3. oportebat populum illū ab errore idolatriæ reuocatum instrui, & ad meliora erudiri, & paulatim progreди ad cognoscēdū mysterium Xpi, quod vero etiam de alijs gentibus ipsi curę fuerit, ostendit illud Rom. 2. quod gentes, quæ leges non habent naturaliter, quæ legis sunt faciunt: mox vt ostendit ibidem Cyrillus prouidentia Dei omnipotentis in cura gentiū antiquior fuit, quam vocatio Israelis & ex gypto; genitumque vocatio fuit hebreorum assumptio, nempe in Abraham perfecta, quem quasi ex sylva sterili rapiens Deus germanum fecit adoratorem unde Osee cap. 9. dicitur. Quasi prima pomaficulne in cacumine eius vidi patres eorum.

Quod obiectur de decalogo, si fuerunt ea præcepta apud reliquas gentes (illis duobus præceptis exceptis, quæ potiora sunt, & ceterorum directiua, quæ religio nem concernunt) ostendat aduersarius ante Moysem legislatores antiquiores, qui talia præcepta sanciuerint. Quod si id opus non sit, hæc ipsa seruanda esse dictante natura cognoscit, & adeò hoc commendabilem legem Moysi ostendit, ea præcepta ignorantibus indicantem, ut dicere necesse sit, excellentissimam esse legē illam, cui natura dictamen etiam testimonium perhibeat. Si ergo ut dicit Cyrillus lib. 5. talia præcepta laudat, quæ etiam sunt gentibus communia, non debebat aduersarius accusationem contra decalogum texere. Si vero reprehendit turpe est, quod dignetur admirari ea, quæ Græcorum legibus interdicta, & colenda ea diligat, quæ omnium calculis sunt damnata.

Quod Deus dicatur zelotes, & huiusmodi non fuit ad denotandum in Deo similes affectiones in illo existere, qui est ab omni passione secretus, sed his vocibus vñ sunt Theologi, ait Cyrillus sup. eo quod aliter non poterant explicare, quæ in operibus cernebāt, nisi humanis vocibus vterentur. Vnde id ait, cū

Deus nominatur zelotes, intelliges quod inter valde exosa, sit id quod ab eo factum, ad fediora facile fertur. Sic quoque, ut dicit idem, cum definit penam contra prevaricatores, a nobis irasci dicitur. Quando non vult hominem abstrahi a se, sectando, & adorando eos, qui non sunt dij, & mulari eum dicimus: nulla tamen emulatio est de filio eius, quem credimus verum Deum. Quod vero iurari; improprietur eis, qui credere noluerunt, ut opus fuerit iuramento iurans per suam gloriam, & per semetipsum, non habens maiorem.

Ad V. argumentum, quod erat Manichaeorum, respondetur ex August. lib. 22. contra Faustum c. 14. 16. 17. 18. 19. 20. etiam si Deum diceret scriptura admiratum nihil absurdum dicere, non quod aliquid praeter opinionem tunc in luce vidisset, sed quod futurum precognouerat, ita debuisse fieri, approbat. Nec malignus fuit prohibendo esum ligni scientiae boni, & mali: non enim erat illa arbor, quae scientiam daret boni, & mali, quae beati hominis est; sed quae a buento hominem docuit, quod infeliciter discitur, & felicius ignoratur: experimento quippe cognovit, quid interesset inter contractam malam valetudinem, & bonam perditam sanitatem. Neque lapsum hominis, nec hominis delitescientiam ignoravit, quippe qui illum interrogauit, ut hominem sua responsione conuinceret. Ut iustus etiam laudandus, quod Cherubim collocaret ad ianuas paradisi, ut ab ingressu prevaricatores iuste prohiberet. Nec sanguine deletatur, ipsum dicente Psal. 49. *Nunquid mandabo carnes taurorum, &c. sed in illis sacrificijs futurum sacrificium, quod vni vero Deo Christus victimam, & sacerdos obtulit, obumbraret.* Quod vero scriptura Moysis, Deum iratum, zelantem communatem, &c. inducat, hec omnia intelliguntur secundum aliquam lingue hebreæ proprietatem, vel nominum abusum per omnes linguas latè patentem, secundum quem, nominibus quibus propriæ virtutæ denotantur, etiam virtutes appellantur, astutiam pro prudentia, cupiditatem pro voluntate usurpando. Vel hæc omnia dicuntur metaphorice secundum similitudinem effectuum, ut dictum est. Quod vero Christus maledictus dicitur, idcirco dictus est ait August. 14. contra Faustum cap. 3. & 4. quia Christus sine reatu suscepit mortem, maledicti nostri supplicium: quo sensu 2. Cor. 5. peccatum dicitur, id est peccati nostri supplicium; conlueimus enim effectus, nomine cause, significare, ut hominis sermo lingua dicitur, scriptura manus huius vel illius. Mors autem maledictum, vel peccatum dicitur, quia ex peccato orta est, quod est ipsissimum maledictum. Nullo autem modo Moses moribus contrarius extitit, nunquam virginitati infensus, quam in veteri testamento Dominus per Esaiam cap. 56. tantopere commendauit. Porro maledictus fuit, non suscitans semen fratris sui, ait August. 14. contra Faustum cap. 13. siue tunc, cum populo secundum carnem propagando etiam carnalis prolixi operatio in coniugali castitate ad officium pertinebat; siue nunc ne quisquam spiritualiter natus, putet sibi sufficere, nec instet dominicis lucris, quibus quisque pro modulo suo predicando Christum, debet generare Christianos. Animam vero, sanguinem vocauit, dicit idem August. 2. contra aduersi. legis cap. 6. quia sicut sanguis in nostro corpore plus ceteris humeribus principiatur, ita anima omnibus quibus con-

stamus inuisibiliter præualet, volens scriptuta rem inuisibilem per visibilem significare.

Ad VI. & est Caluini, qui suffratus est à Manicheis, respondetur ex Augst. 22. contra Faustum c. 31. quod Abraham prolem, quam de se Sara habere non poterat, de ancilla habere voluit, ex eo tamen semine, ex quo, & de se si posset habere debebat, nūquam hoc faceret mulier, si in corpore viri carnali concupiscentia teneretur: zelaret enim potius pellucem, non faceret matrem. Nunc vero pro prima sic propagandi voluntas pia fuit, quia concubendi voluntas libidinosa non fuit. Præter autem mysterij rationem quam explicat Apostolus eo facto Gal. 4. v. 22. in promptu est ratio excusationis Abraham, quia tunc Polygamia concessa erat, tum ad propagandam prolem, tum ad designandum pluralitatem, seu multitudinem gentium, quæ Christo tanquam sponso iungenda erat ex Augustino de bono coniugali c. 18. S. Thom. q. 65. in addit. ar. 2. ad 5. Solet autem Deus pro diueritate temporum ordinare diuersa media ad eundem finem. Factum vero Rebæcca mysterio non caruit, vnde etiam cum angustaretur in collisione filiorum suorum in utero, consulens dominum responsum accepit, maiorem seruitur minori. Nec mentitus est Iacob ex eodem August. 16 de Ciu. cap. 37. qui simplex homo, inhabitans domum à scriptura describitur. vnde idem August. exclamat *ores gestas, sed propheticæ, gestas in terra, sed cælitus, per homines sed diuinus.* Abraham vero immerito de idolatria taxatur, cum non fuerit idolorum exercitor Abraham, sed Thare, qui fuit pater Abraham. Sampson autem ex diuino instinctu in hostes irruit, non ex vindictæ cupiditate. Iudas Machabæus impie traducitur de superstitione, cum piæ, & religiosæ cogitans de resurrectione iussit offerri pro defunctis sacrificia.

Ad VII. respondetur ex August. cap. 7. ibidem, quod nulla apparet dissonantia, quia coniunctio maritali, & vxoris a domino est; & relatio vxoris propter regnum celorum a domino est; & vxor coniungitur viro, ut simul mereantur regnum celorum, & vxor relinquenda esse præcipitur, si vitium impedit ad possidendum regnum celorum: quod tamen non tempore faciendum, limitauit Apostolus 1. Cor. 7. sed in calu, quo infidelis vxor non vult ferre Christianum virum, tunc enim si infidelis discedat, ait, nō n. seruitus i subiectus est frater, aut soror in huicmodi. Vel intelligitur quando ex mutuo consensu ad meliorem frugem, etiam per abdicationem bonorum temporalium, sit ista separatio per Religionis professionem: vnde etiam propter hoc spirituales spadones (ut dicitur) apud Esaiam laudantur.

Ad locum Exodi, respondetur nullo modo à lege scripta præceptum est odium inimicorum, cum hoc præceptum ex principijs naturæ videlicet, quod tibi non vis, alteri ne feceris dimanet. Vel dicendum ad summum permisum esse: et si a quibusdam malis interpretibus legis tanquam in lege præceptum falso iactaretur. Vnde Christus Dominus simul, & semel defectus legis perfectione euangelij suppleuit, & falsas expositiones damnauit. Vel dicendum ex eodem August. lib. 1. serm. Domini in monte, & loc. cit. contra Admantum cap. 8. ijs verbis Exodi prohiberi excessum vindictæ, intellige, inferenda per publicam autoritatem, ne plus rependat quisquam quam accepit;

acepit; quod est dicere, vt ait Chrysostomus hom. 18. in Matth. vt vlciscens æquali suppicio sit conten-tus. Cœterum in eodem testamento cum nedum car-nalibus mensuram vindicandi recte constitutam legamus, sed etiam omnimodam iniuria remissionem (vnde David dixit Ps. 7. Si reddidi retribuentibus mihi mala, &c.) nullo modo à lege scripta præceptum est odium inimicorum.

Ad locum ex Deuteronomio. Benè additum est illud verbum secundum voluptatem, vel voluntatem, quam dedit tibi Dominus, ait Augu. ibidem cap. 14. ad denotandum, quod quisquis sequens immoderatam voracitatem, suum vitium sequitur, non eam voluptatem, seu voluntatem, quam dedit Dominus ad ea, quæ ad sustentationem naturæ necessaria sunt. Vnde non est contrarium quod dicitur in Euang. Attende autem vobis ne forte grauentur corda vestra in crapaula, & ebrietate, Luc. 21.

Ad locum Deuteronomio. ex Augu. ibidem cap. 18. Sub illis temporalibus bonis spiritualia præsignabantur: carnalium vero hominum talia esse præmia debuerunt, Deo omnia pro tempore moderante. Quæ temporalium bonorum affluentia non excedit pauperitatem euangelicam, quæ centuplum hic in præsenti accipit: vnde fidelis homini totus mundus diuinarum est, vt dicitur in veteri scriptura, & in noua ait Apostolus, tanquam nibil habentes, & omnia possidentes, 2. Cor. 6. & tanto, ait, August. si vberior quanto contemptius possidetur. Hæc ex Aug.

Ad VIII. nulla est dissonantia inter veteris testamēti allegata loca: nam diuersa sunt ita duo, auferri à Iuda sceptrum violenter, & tyrannicè, & sceptrum de consensu Tribus Iuda transferri ad alios, qui non erant de eadem Tribu. Primum circa tempus Mef-siae adimpletum est, in iudicis Iudeis, Herode regnum Hebræorum occupante. Secundum contigit etiam in Tribu Iuda post Zorobabel, cum illa consentiente ad sacerdotes imperium fuit delatum, quod colligunt ex cap. 6. Zachariæ, ubi Pontifici duæ coronæ impositæ sunt, utramque potestatem designantes, & ad denotandum non tyrannicè à sacerdote regnum suscep-tum, & ibidem subditur. Consilium pacis erit inter illos duos, & 1. lib. Machab. cap. 14. dicitur quod Iudei, & sacerdotes eorum consenserunt eum, Simonem fratrem Ionathæ, esse Duxem suum, & summum sacerdotem in eternum, donec surgat Propheta fidelis &c.

Ad IX. peccata, quæ obici possunt Moysi sunt homicidium, & quod apud aquas contradictionis incredulus fuerit. Si homicidium spectemus, & re vera peccasse dicamus, nullum est inconueniens: nam solet (ait Aug. lib. 2. quæst. 19. in Exodus & 22. contra Faust. cap. 60.) vberitas terræ etiam ante utilia semina, quadam herbarum quamvis inutilium, felicitate laudari. At cum dicat Stephanus in actis cap. 3. Existimabat autem intelligere fratres, quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis, videtur ex hoc testimonio Moyses diuinitus admonitus ad defendendos fratres suos, nec peccauit. Nec incredulitatem sancto Moysi aduersarij obijcere debent, quam etiam Dominus excusat, quia inquit Psal. 105. refractaria illa gens, exacerbauerunt spiritum eius. Nec de illo sancto viro rursus vindictam lumere Deus debuit, si forte fuit in eo aliqua imperfectione, quem ob illud peccatum temporali morte multauit, cui vt dicit S. Prosper ad Psal. 105. tanquam electo suo, etiam

post mortem perhibuit testimonium, vt intelligamus eum, huius tantum hæreditatis priuatione multatum, non autem illius æternæ, quam significabat temporalis & æterna possessio.

Ad ultimum respondeatur eo solo argumento non conuinci fidelem ad eos fatendos, & acceptandos tanquam diuinos, nam facillimè ad singula potest responderi. Et primo ad locum Exodi, iam dictum est, quod ille locus non intelligitur de omnibus sermonibus Moysi, sed tantum de ijs, quos cum Deo habuit in monte Synai: quos licet hos, & vniuersos mandante Domino descriptos credamus, hoc ipsum, quod mandante Domino descripti fuerint, in scriptura ipsa non legimus. Ad locum Deuteronomio clarum est ex subsequentibus de solo Deuteronomio fieri ibi mentionem: subditur namque, postquam ergo scriptit Moses verba legis huius in volumine, atque complevit, præcepit Levitis, qui portabant Arcam federis domini dicens, tollite librum istum, &c. Quod vero ad illa præsidia configuiatur, quod omnes hi libri citentur postea ab Evangelistis, & Apostolis; satis infirmū locum sibi eligunt; nam relicta traditione non habet quid ipsi respondeant proteruis, si dicarent, ab Evangelistis, & Apostolis, non eos, qui extant nunc, sed alios, qui perierint citatos, aut citationes Pentateuchi confictas ab impostoribus, & sacro textui superadditas: sicut nec respondere possent si illis obijceretur, Pentateuchum, qui extat, non esse illum, qui olim scriptus est, sed alium suppositum; vel saltem si ultimum caput Deuteronomij, dicarent spuriū, atq; falsatum. Ad traditionem ergo præcipue recurrendū est eos libros, vt diuinos consignantem.

#### ARTICVLVS SECUNDVS.

*An libri Historiales sint a Deo inspirati.  
& primo queritur de libris Iosue,  
Iudicum, & Ruth.*

#### Positio Nouatorum.

**Q**ui circa hos libros directe errauerint non inuenio, nisi solos Samaritanos, & alios asseclas, qui veteris testamenti solum Pentateuchum recipientes, hunc cum alijs libris de medio sustulerunt. Nouatores autem, & si non reiciunt hos libros, autoritatē eorundam infirmant, dum volunt, Ecclesiæ catholicæ traditione repudiata veritatem sacerorum librorum illo prædicantico principio veniādam esse, nempe. [In libro canonico erat testimonium veritatis illius: & iterum in libro canonico citatur testimonium alterius libri; ergo liber ille est diuinus] sic passim est in ore quorundam, quorum dicta per singulos libros discurrendo inferius apparebunt. Hunnius Lutheranus eandem rursus repetit hic cātilenā, q̄ cecinit supra, cū voluit Pentateucū ex Pentateuco, & libris posterioribus descriptis p̄bare. Specialiter autem contra librum Iosue militare possunt indirecte saltem ij, qui apud S. Hieronymum in El. cap. 16. Iosue sanguinarium per contumeliam appellantes (ex Seratio 3. prolegom. in Iosue) consequenter parum huic libro tribuerunt. Hos imitati sunt Caluinistæ: Author enim scuti Geneuanæ fidei, vocat Iosue hominem mendacem, & transgressorem diuinæ

diuinæ legis, quare consequenter libri eiusdem authoritatem infirmat, quem tamen, ut diuinus dictatum, à se verò descriptum, populo Iudæorum tradidit custodiendum, & p̄nendum in arca fæderis Domini. Similiter Caluinus non parum derogat sanctitati eiusdem nam in cap. 7. Iosue dum dicit non fuisse ad modum prouidum in re militari, cito labasse animo, quasque tædio debilitatum, spem despontisse fidem eius obscuratam. Insuper accusat eum, quod fuerit, nimis supina ignorantie & temeritatis non excusandæ. Stultam quoque, ac præposteram Iosue zelotypiam fuisse, immodoque studio, & amore Moysem esse prosecutum, quæ omnia suspectæ fidei possunt simplicibus Iosue autoritatem reddere, quod falli potuit, vcl fallere voluit, scribendo hunc librum, & tanquam dictatum à Deo, venditasse.

### Oppositiones eorumdem.

**A**rguitur primo, nam hi libri, non prophetias, sed res gestas continent, vt bella hebræorum: nec à Prophetis scripti sunt: ergo non sunt diuini.

Arguit II. Hunnius, qui (traditione repudiata) ex solo ipsorum librorum canonicorum testimonio, haberi diuinam inspirationem dictorum librorum contendit. Quantum ad librum Iosue primo Dominus ipse Num. 27. & Deuter. 3. confirmat autoritatem Iosue. ergo liber Iosue est diuinus. Probatur antecedens nam Num. 27. dicitur à Domino Moysi. *Tolle Iosue filium Nun virum, in quo est spiritus, & pone manum tuam super eum: ergo liber Iosue* (cuius autoritas hoc loco commendatur) *verè diuinus est, solum ex hoc testimonio. Deuter. 3. dicitur. Iosue quoque in illo tempore præcepit dicens. Oculi tui viderunt, quæ fecit Dominus Deus vester duobus his regibus: sic faciet omnibus regnis, ad que transiturus es.* Ergo ex sola scriptura liquet librum, cui titulus est, Iosue, esse diuinum.

II. Historiæ per Iosue scriptæ dignitas, stupendis est confirmata miraculis, siccata nempe Iordanis, Vrbi Hiericho ad clangorem tubarum euersionis, Iubilæi, &c. tum quod ad ipsius vocem stetit Sol, & luna, quod per illum subactæ sint Chananeæ gentes, & promissio Dei de possessione terræ completa est; quodque imprecationem Iosue, in eum directam, qui Hierechunta Vrbem reædificaret, Deus post multa saecula ratam habuit, attestante, & allegante scriptura (vt mox dicetur) ergo ex his signis probatur esse diuina.

III. Citatur liber Iosue 3. Reg. 16. *In diebus eius ædificauit Hiel de Bethel Hiericho, &c. iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Iosue filii Nun: & alluditur ad cap. 6. Iosue vbi dicitur. Maledictus vir coram Domino, qui suscitauerit, & ædificauerit Ciuitatem Hiericho.* Liber ergo Iosue est diuinus ex hoc testimonio.

IV. Authoritatem Iosue tanquam Dicis, & Principis agnoverunt Eleazarus, & Phinees, duo illa Israelitæ Ecclesiæ lumina: ergo ex his diuinus liber comprobatur.

V. Liber Iudicum cap. 2. testimonium perhibet Iosue plantati, & propagati per ipsum veri cultus. Quin, & hanc historiam allegant David in Psal. 114 tractans de siccato Iordane. Eum etiam allegat S. Stephanus Act. 7. Epistola quoque ad Hæbreos c. 11

mentionem facit de Raab, quæ recensetur in libro Iosue, ergo ex his probatur esse diuinus.

VI. Liber Iosue (non minus atque scripta Moysis) custodiæ seniorum cōcreditus est, dicitur enim Iosue ultimo. *Scriptis quoque omnia verba hæc in volumine legis Domini.* ergo est diuinus.

Quantum vero attinet ad librum Iudicum, arguitur primo. Propheta Samuel cap. 12. sui libri primi, ex libro Iudicum præcipuas historias repetit, quæ sub Iudicibus præcipiè celebrioribus gestæ sunt. ergo liber Iudicum diuinus ex hoc comprobatur.

II. Isa. 9. meminit spiritus Domini, victoria Gedeonis contra Median, quam ex 7. cap. libri Iudicum peritam esse constat, ergo. Antecedens probatur ab Hunnio, quia Spiritus sanctus aliunde non potuit scire, & per os Isaiae Prophetæ enunciare victoriam Gedeonis, nisi ex 7. cap. libri Iudicum. Quod si non legisset, nihil penitus Spiritus sanctus, aut Isaías de insigni illa victoria perspectum habuisset. Accedit, quod ad oram, seu marginem Isaiae citatur cap. 7. libri Iudicum, quis ergo dubitet quin Spiritus sanctus caput illud septimum iudicum citarit, quia citatur ad marginem? quidquid autem citationis ad marginem adiectum est, id utique à Spiritu sancto est. Hęc ille. Quantum vero attinet ad personam Iosue. obijcitur ab impijs, quod fuerit Iosue sanguinarius, mendax, transgressor diuinæ legis, improuidus, pusillus, temerarius, addi posset, & ictus æmulatione ne alij essent prophetæ, sed solus Moyses.

III. Ad Hæbreos 9. mentio fit præcipiorum sudicium, ut Gedeonis, Barach, &c. ergo est diuinus.

Quantum ad librum Ruth probat Hunnius, quia historiam Ruth allegat Matt. cap. 1. transcribens in suum Euangeliū illa verba extrema, Phares genuit Ersen, &c. de hoc libro desumpti: ergo ex hoc diuinus esse comprobatur.

### Confutatio eorumdem. Ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo authoritas, & traditio Ecclesiæ catholicæ. Concilium Carthaginense tertium ca. 47. sic habet. *Placuit ut præter canonicas scripturas, nihil in Ecclesia legatur, sub nomine diuinarum scripturarum: sunt autem canonice scripture Genesim, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu Nauem, Iudicum, Ruth, &c.* Eosdem enumerat Innocentius ad Exuperium cap. 7. Gelasius cum concilio 70. Episcoporum Conc. Laodic. canon. 59. carthag. 111. cap. 47. & Trid. sess. 4. supra dictos libros inter canonicos recensent.

Eadem traditio ex testimonij Patrum apertè habetur ex August. lib. 2. de doctrina Christiana cap. 6. Hilar. pref. in psalmos. Hieron. in prol. galeato, & alibi. Alcimo Auito ad foro rem de consolatoria castitatis laude. Isidoro Hispanensi lib. 6. ethim. cap. 6. Rabbano Mauro lib. 2. instit. cap. 53. Theodulpho Aurelianensi in versibus in fronte Bibliorum descripsit, Smaragdo Abbatem ad cap. 9. regulæ Sancti Benedicti, Iuone Carnotensi in decretis 4. par. cap. 61. Petro Cluniacensi lib. 1. ep. 2. qui omnes catalogum diuinarum scripturarum attexentes, hos libros cum alijs numerarunt. Habetur etiam ex Patribus Græcis, Origene apud Euseb. lib. 6. hist. cap. 18. Melitone Sar-

wardentio apud eundem lib. 4. cap. 6. Athanasio in synopsi Nazianzeno lib. de Genui. scrip. Epiphonio lib. de mensu. & ponderibus, & aduersus Auomchos, Cyrillo catech. 4. Damasc. lib. 4. c. 18.

Sunt ferè innumera Patrum testimonia (qui ex libris istis sumunt authoritates) Irenei, Tertull. Cyprini, & ceterorum tām Græcorū quam Latinorum, ut videre est in Indicibus locorum sacrae scripturæ in opusculis eorum affixis.

II. Expressa etiam est traditio antiquæ Synagogæ Iudeorum, quæ pariter hos libros, vt diuinos recepit.

Quantum vero attinet ad Nouatores, qui hos quidem recipiunt, sed debili fundamento nitentes ad testimonium illorum librorum recurrent, vel ad testimonium posterius descriptorum; satis monstratū est aliàs, quam vana, & futilis sit ista principij petitio, quām inanis, & interminabilis circulus, ut non opus sit alia noua confutazione, satis ex se quoque confutata. Caluini vero blasphemia ex sacris scripturis aperè retunditur. Iosue enim minister fuit Moysi, cum eodem ascendit in montem Ex. 14. Dei consilio eligitur i nitiandus Num. 27. repletus Spiritu sapientia asseritur Deuter. 34. Et ne gratias solas gratis datas aspiciamus, audiamus Philonem lib. de charitate dicentē, quod Moysi, optimus discipulus, imitatorque Iesu propter mores amabilis, princeps à Deo confirmatus fuit. Varij etiam actus virtutū Iosue recensentur in eodem lib. à S. Iustino dialogo contra Triphonē, qui etiam ea verba Exod. 23. Ecce ego mitto Angelum ante faciem tuam, quia non meum est in ipso, Iosue accomodat, qui Iesu Christi nomine appellatus, eiusque umbram gessit introducendo populum ad terrā promissam. Quare de sanctitate Iosue dubitare, nihil aliud est, quām omnes etiā sacros libros Iosue testimonium perhibentes, infringere. Et cum aperè nedum virtutes, sed sanctitas finalis recenseatur cap. vlt. cum dicitur. Post hæc mortuus est Moysis seruus Domini; aperè sacro huic libro repugnant, verbi Dei non buccinatores, sed dilapidatores, & truncatores.

## CONCLV SIO CAT HOLICA.

*Supposita Ecclesiæ traditione alijs argumentis ostenditur dictorum librorum autoritas diuinitus inspirata.*

R Espōdeo dicendum (sicut supradictum est) quod non alia certiori via possumus agnoscere hos libros, & ceteros, quos veneratur Ecclesia esse diuinos, quam ex traditione eiusdem, & definitione, qua supposita, non parum faciunt ad rem (nempe ad cognoscendum Spiritum sanctum esse eorūdem librorum authorem) attendere ad scriptorem, & argumentum libri, & huiusmodi. Authores horum librorum Prophetæ fuerunt. Nam Iosue librum scripsisse suo nomine attitulatum, certum est apud Patres, & dicetur infra. Fuisse autem spiritu propheticō illustratum, constat etiam ex testimonio scripturæ Iosue cap. 1. Sicut fui cum Moyse, ita ero tecum nondimittam, nec derelinquam te &c. Ecclesiasticī cap. 46. Fortis in bello Iesu Nau successor Moysei in Prophétis. Libri

Iudicum, & Ruth, à Samuele Propheta descriptos patebit infra. Argumentum horum librorum propheticum est, primò & per se. Nam in libro Iosue bella feliciter patrata, ac mirabiliter gesta, Deo auxiliante narrantur, non tam propter merita Hebrei populi, quām propter peccata eorum, quæ debellabantur gentium ut dicit August. lib. 16. de ciu. c. 43. quæ omnia statum, victoriam, triumphum, introductionem in terram promissionis, hoc est in gloriam, per Christum Iesum (cuius typum gerebat Iosue) in populo futuro, præsignabat. Vnde in cap. 7. eiusdem libri de Christo Domino clarum est testimonium dicens. *Mi domine Deus, quid dicam videntis Israelem hostibus suis terga vertentem? audient Chananæ, & omnes habitatores terræ, & pariter congregati circundabunt nos, atque delebunt nomen nostrum de terra. Et quid facies magno nomini tuo?* Ad illud nomen Iesu alludens ab Angelo impositum: ad denotandum per Iesum populorum salutem, Deum præstitutum esse: vnde non Moses, sed Iesus (cui etiam nomen Deo præcipiente mutatum fuerat, ut Iesus vocaretur) populum in terram promissionis introduxit (ait idem Augustinus.)

In libro Iudicium tractatur, quod post Duces Moses, & Iosue, Iudices fuerint, qui pariter & Prophetæ fuerunt, ut Othoniel, Aroth, Sangar, Delbora, Gedeon, Abimelech, Thola, Iair, Iepte, Abesan, Ahilan, Abdon, Sampson, reuelationes earum, quæ tunc contingebant rerum diuinis exponentes. Vnde multa mysteria pertinentia ad œconomiam Saluatoris, ut deuelleret Gedeonis cœlesti rore perfuso, de victoria Madianitarum contractis hydryis, &c. explanarunt. Illudque non caret mysterio, quod tunc Iudices fuerent, cū populus in terra promissionis fuit collocatus, scilicet, ut dicit Aug. supra 17. de ciuit. cap. 43. *Vt inciperet interim reddi Abrahe prima possessio de gente vñz id est hebreæ, & de terra Chanaan, nondum de omnibus gentibus, & toto orbe terrarum, quod Christi aduenitus in carne, & non veteris legis obseruationes, sed Euangeli fides fuerat impletura.*

In libro vero Ruth agitur de Deo oppressis subueniente, ut de peregrinatione Elimelech in terram Moab, de reuersione Noemi, & de despunctione Ruth, & conceptione filij per Booz coniugem suam: in cuius libri fine describitur genealogia Saluatoris. Hec autem omnia (supposita traditione) rationabiliter esse diuinis libros supradictos inspiratos, ostendunt.

## Solutiones oppositionum.

A D primum responetur illas res gestas significare aliquid aliud præter id, quod eo modo quo gestæ sunt, significant; licet non omnia, quæ propter illa quæ ad aliquid significandum annexantur, significare necesse sit eodem modo, ut dictum est, utraque aut dictata sunt spiritu Dei. Bene tamen aduentendum est cum S. August. 1. contra aduersarium legis, & prop. c. 13. quod talis narratio rerum factarum, ut etiam sint præfiguratio futurorum, non est contentiousis, & infidelibus sensibus ingerenda, cum tot exitus ad litteram saluandam pateant, ne temerè tanta reprehendatur authoritas. De authoribus vero horum librorum præter dicta diffusius infra tractabitur.

Ad II. principale, & ad primum Hunnij. Si Hunniana consequentia aliquid valet, valeret hæc collectio Pauli Apostoli authoritas in scriptura commen datur: ergo liber attitulatus Periodus Pauli, & Teclæ est verè diuinus. Præterquamquid contra negantem libros illos Numerorum, & Deuteronomij nihil Hūnius proficiet. Sed ruderet à scraba turpis asella mola, ut in veteri est proverbio. Imo hanc prædicanticam formam mundo inuehere, est iterum renouare, resarcire, recolligere deliramenta apochryphorum librorum, qui editi sunt sub nomine Bartholomæi, & aliorum Apostolorum, quorum nomina in Euangelij celeberrima sunt, sicut & Iosue in citatis libris.

Ad II. Hunnij. Simili illationis forma si Hunnus docebit mundum tales consequentias efformare. *Indoctor quam in tragædia comicus:* quæ enim consequentia? In libro Iosephi recitantur diuina prodigia, & miracula, hæc & alia, aliorum librorum sacrorum paginis descripta: ergo est diuinus? Patrum monumenta, chronica, annales ecclesiastici, hæc & alia prodigia in sacris Biblij etiam enarrata recensentur: sunt ergo per tales chronistas descripta ipsi scriptoribus afflata diuinitus: sed si his vñcialibus litteris suos libros confarcinat, nullus emet.

Ad III. Possunt aliquid efficere apud modestos huiusmodi probations, illos libros esse diuinos per traditionem, & legitimam authoritatem acceptos: sed apud non recipientes, vel supposititos extimantes, nihil aliud faciet Hunnus, quam vocem perdere in contentione, & laterem lauare, ut dicitur. Languida ergo est Hunniana collectio, imo & Salamandra frigidior.

Ad IV. *Pulchra*, ut dixit ille, *semper apud pueros simia est*, & pueris se ridendum præbet Hunnus, eisdem diversis verbis nenia repetens, plaustra oneans inductionum, & enthymematum, quæ pepone insulsoira deprehenduntur, siquidem si propterea quia Phinees, & Eleazar, Iosue, vt Principem venerati sunt, &c. idcirco liber est canonicus, & diuinus, iam pro diuino acceptare oporteret Euangeliū sub Petri titulo editum, cum clarissima Ecclesiæ lumina Apostoli illum, ut caput eiusdem, & Principem venerati sint, authoritatē summā in illo agnoscentes.

Ad V. Adhuc Hunnus sine persona lasciuit, cui loco personæ, vel larua ipsa impudentia est; solumque indutus eadem indumenta, & calceamenta, quæ sibi suis manibus confecit, eandem agens personam in scena appetet, sed eadem iam acta agente in risum theatrum resoluitur, videns elinguem fore, si illi quispiam obijciat in autoritatē recipi debere libros attitulatos, Doctrina Apostolorum, Laus Apostolorum, fortis Apostolorum, vbi Apostolorum nomina, & personæ laudantur. Vel si eidem, opponat protinus non esse libros, de quibus est sermo authenticos, sed fictos, vel inculcer non credendum esse eosdē diuinitus inspiratos; cum facile sit hæc elementum nomine euulgari, & non deesse similes impostores. Vnde, & Sedeckias pseudopropheta, dominum sibi loquium mentiebatur. Sed & illud festuum est. David meminit siccati Iordanis, allegat ergo historiam illam, ut authenticam. Vbi hic citatio libri Iosue? quasi non aliunde David hoc potuerit scire, vel ex traditione, vel Spiritus sancti reuelatione, sed quando Stephanus vñquam meminit libri Iosue? allegat factum Iosue, sed non librum. Sed neganti actus

Apostolorum, ut faciebat Manichæus, ex Stephano non poterit constare nedum liber, sed nec factum. Sicut etiam neganti epistola ad Hebreos non potuit constare ex illa, quod vera sit historia Raab, cuius factum in ea epistola prædicatur. Cur eadem repetuntur vsque ad tedium?

Ad VI. mendacij rem non argumentis agit Hunnus; illa. n. verba, *scriptis quoque Iosue omnia verba hec in volumine legis Domini*, referuntur ad librum Deuteronomij, in quo separatis chartis scriptis Iosue fœdus initum Dei cum Israelitis, de quo etiam scribitur Iosue c. 24.

Ad id, quod obijcitur, quod fuerit Iosue sanguinarius. In iuria discipulo Moysis irrogatur, quo nemo mortalium mitior. Sed sicut Moysen nullus dixerit truculentum, quod Dei iustu manus suas lavavit in sanguine peccatorum: ita de Iosue dicendum, qui alias peccasset, si rebellibus pepercisset; non secus, ac Saul, & Achab, quorū primus Amalechitarum regis alter Benedabo pepercit. Sed, & alia est priuatim accepta iniuriæ vindicandæ ratio, altera cum publici magistratus dextera armatur ad perduelles plectendos. Illud sanguinarij nomen tribuit, hoc iusti, & religiosi titulum cum re affigit, nisi quis Marcioni det manus, eum propter iustitiam punitiuam de crudelitate taxando, & Anabaptistis dogmatizantibus a magistratibus non esse perduelles (mucrone cum opus est) feriēdos. Ex Tamuldicis doctrinā aduersarij illi haurire potuerunt venenum, nam in Talmud c. 6 סִנְחָרְבֵּן quidam Heb. dixerunt Iosuam, ut vidit res furtivas Acham eos projecisse ante arcā, & stomachatum in Deum oblocutum dicendo. Tu ne mundi Domine ob ista, occisurus eras magnam senatus Israelitici partem.

Ad id in quo mendacem vocant Geneuenses, ex eodem cap. 6. Talmud, hauserunt illam blasphemiam, vbi dicitur Iosue simulat ab Acham extorsisse confessionem promissa impunitate, quod certe de tanto viro suspicari nefas est, non enim blanditijs, & nicta spe venia interrogatus est, sed diuinitus detectus vocatur iudicatio ordine, ut confiteretur, & daret gloriam Deo Israel: iniquitate in fassus debita poena plectitur. Quam verò fuerit Iosue diuinæ legis obseruator ex illo facto mirificè appetet, quod fuit sollicitus de fide data à duobus militibus, de non expugnanda domo Rhaab, ne sacramentum simul cum hospitij iure violarent. Prudentia vero Iosue mirificè elucet, ut optimi Imperatoris, maximè in prudentia militari, sit Iosue viñū protypū. Quod ad fugādū pauorem animet ut cap. 10. non obstat, nam nec etiā Heroes sanctissimi à mortu vacui, ex Platone in Minoe: ut infirmitatem suam agnoscentes in Deo spem figant suoque nomini victoria adscribatur. At quæ temeritas potest affigi in eo viro, qui in Ecclesiastico de fortitudine media inter audaciam, & timorem maximè commendatur? qui consilio, consultatione bella indicebat, castra mouebat, &c. Quantum verò attinet ad æmulationem, zelus ille ex amore (quo par est Moysem diligebat) processit, timebant enim, seditiones es (ut de facto postea accidit) in Dathan, & Abiron, ut dicit Theod. q. 21. in Num. Cyril. Alex. 12. Ioa. timebāt etiam ex Nemesis virtute præstans, & maximè si rationabiliter diuino, an diabolico spi-

spiritu futura illa prædicerent. Leuissimum autem fortè peccatum fuit, si zelus fuit indiscretus, vel nimius, aut nō æqua suspicio de viris illis iudicio Moysi probatis hæsitare, quæ cum Iosue sanctitatem non repugnauit. Quare impie stulta Zelotypia Iosue Calvinius appellauit.

Quantum verò ad id, quod obijcitur ex libro Iudicium per eandem ferram reciprocat Hunnius, unde ad primum dicitur. Narrantur facta in Iudicium libro descripta, at non consequens est, non aliunde potuisse hæc scriptori esse perspecta, nempe ex traditione, & familiari Spiritus sancti instinctu. Sed ubi à Samuele citatur liber Iudicium? qui etiam si citaretur, fidem non faceret proteruo neganti historiam Samuelis. Non erubescit aduersarius eadem inculcare: sed non mirum: nam disciplinabilia ingenia verecundia tandem componuntur: at proterua, audacia confirmantur.

Ad II. præclarè dixit quidam, *quid prodest muscas operosis pellere flagris?* Negligere est satius, quod nequeas regere: Sed ne apud suos garriat, sua importunitate viciisse, flagris immemorem istam muscam percutiamus. Quod Esaias meminerit historie Gedeonis, non conuincit desumpsisse hoc testimonium à libro Iudicium, in quo recensetur: potuit enim traditione, vel Spiritus sancti revelatione, Esaiæ id innotescere. Iam vero si Hunnio omnia, quæ citantur in margine à Spiritu sancto sunt, gratias debet ingentes Hunnio etas nostra, quæ tam ferax est tot marginalium scriptorum, qui possunt ab Hunnio impestrare, ut suas margines tanquam à Spiritu sancto editas Hunniana autoritate orbis vniuersus suscipiat, ac veneretur.

Ad III. debebat etiam dicere librum antiquatum Iosephi esse canonicum, quia illorum Iudicium strenua facta commemorat. Sed Simonidis longus sermo est, in proverbio apud Ar. 14. Meta. c. 3.

Quātum verò ad id, quod obijcitur de libro Ruth. Responderetur, quod nunquam, seclusa traditione, ex huiusmodi allegationibus, & citationibus aliquid cōficiet aduersarius; præterquam quod, nunquam hucusque probauit tales libros in alijs libris diuinis, citatos, & allegatos esse: allegare enim, & citare, est dictum, aut sententiam cum authoris nomine adducere, & proferre. Vnde quamuis in libro Ecclesiastici, multa, quæ in proverbijs sunt, legantur, non propterea Ecclesiasticus dicitur citare librum Proverbiorum. At demus hos libros in alijs diuinis libris citatos esse, an illico ex hoc diuini esse probantur? Si valet argutia ista, dicamus librum Enoch integrū, canonicum esse, quia pars citatur à Iuda: iam aggregemus in numero librorū sacerorū, Aratum, & Epimenidem, quia isti allegantur à Paulo. Hoc modo occurri taliter excurrenti oportuit, & similibus responsonibus, ijdem argumentis sub simili verborum paratura concinnatis, respondere; & taliter, ut his responsonibus aduersarius maneat implicatus, qui ictum inferte valuit, sed repercuSSIONem effugere nequit. Hoc enim est hereticorum proprium, ut dixit Laetantius, ut gladium, non scutum habeant. 3. de falsa relig. c. 4.

## ARTICVLVS TERTIVS.

*Vtrum libri Historiales, Samuelis, Regum, Paralippomenon sint diuino spiritu editi.*

*Positio Hæreticorum.*

D E libris Regum non reperio contradictem. Theodorus Mopsuestenus ex antiquis hæreticis reperitur apud Leontium lib. 3. contra Eutichianos, & Nestorianos, qui Paralippomenon è canone abrasit. Sed Lutherus tom. 1. colloquiorum pag. 34. libros Paralippomenon suspectos, & dubios volens reddere dixit. [libris Regum plus credendum esse, quam Paralippomenon] Sed dum illos istis preferit, non illos æqualiter credens esse diuinos, neutris credit, sed sibi met, virgula censoria quos vult accipiens, quos non vult sacros libros, & diuinos repudiens. Et quāvis à suis Symmisticis defendatur Lutherus, quod talem librum colloquiorum ipse nec scripsit, aut ab alio scriptum approbauerit; hoc nihil est. Satis enim est, quod Aurifaber, & Rebenstok, & alij ex ore eius, quæ ibi scripta sunt, exceperint, exceptaque in lucem ediderint, in lucem edita festiuè recepta fuerint. Et tamen ista colloquia, quæ isti adeò celebrant, vndique diabolis, porcis, stercoribus, insulis, prouerbijs, facetijs, lædorijs fædissimè scatent. Scribit Aurifaber, [salua conscientia, & religione se non potuisse amplius tantum thesaurum colloquiorū mensalium cœlare, & veluti præciosum talentum in sudario inuolutum abscondere, ne fortassis, se mortuo, funditus interirent. Quamobrem operam datam esse, ut quamprimum typis describerentur, descripsitq; Ecclesia Lutherana salubriter tanquam micis de mensa Lutheri delapsis vteretur, famemque, & sitim spiritualem hisce sedaret. Sed nec vlo modo ferri debere, ut talia colloquia de rebus sublimibus agant, digna quoquis honore, & pretio in tenebris tādem penitus oblitterentur.] Hæc ille. Quod verò alij dicunt, loquuntur esse Lutherum talia colloquia, sed non intellecta per omnia, secusque accepta, & annotata, quam prolata fuerint: nihil ad rem fecit. Sunt enim collectores talium colloquiorum, nedum Aurifaber in præfat. ad decem clarissimas Imperij Vrbes, & Rebensthok, sed hi alij, teste Autifabro, Vitus Theodorus, M. Antonius Lauterbach, Hieronymus Besoldus, M. Ioannes Schlagenhaufen, Ioannes Matthæsius, Georgius Rorarius, Ioannes Stoltius, Iacobus Vveber, siue Textor Lutheri familiares, & coniux, & in siccandis calicibus, & cantharis socij auriti, & oculati testes, qui bene callebant Saxoniam, aut Misniacam linguam, qua Lutherus vtebatur in Symposio, interiectis semilatinis, vel latinis verbis. Nec erant adeo recondita, & difficilia mysteria, ut magna subtilitate opus esset, præsertim cum secundi calices eosdem fecere disertos, ad intelligenda ut mirabilia, quæ magis lupanaria, quam Theologorum mensam decebant.

Sed & Hunnius rursus ad solitum circulū rediens fatetur hos libros esse diuinos, quatenus ex alijs diuinis libris solum approbantur.

## Oppositiones eorundem.

**A**Rguitur primo, quia dicti libri nec à Prophetis scripti sunt, nec propheticā continent, sed res potius gestas, & bella h̄breorum, ergo, &c.

II. Quia magna appetit pugnantia inter libros Regum, & Paralippomen. 4. Reg.c.8. dicitur, quod viginti duorum annorū erat Ochozias cum regnare c. ep̄isset. Et tamē 2. Paralipp.c.22. dicitur de filio Ioram Ochozia, quod quadraginta duorum annorū erat Ochozias cum regnare c. ep̄isset, & uno anno regnauit in Hierusalem. Hoc autē non potest consistere, quod quando regnare cepit annum ageret 42. nam in ijsdem libris Regum, & Paralipp. habetur, quod Ioram pater eius 32. annorum erat, cum regnare cepit, & octo annis regnauit, qui computus ad 40. annum ætatis Ioram deuenit. Si ergo eius filius Ochozias fuit 42. annorum cum regnare cepit, sequeretur illud absurdum, quod oporteret afferere biennio Ochoziam filium, ante patrem Ioram in lucem editum, & filium patre seniore. Et in diuturnitate similiter, & successione, & tempore regnantium aliorum Regum Iuda, & Israhelis admirabilis varietas inuenitur, vt videre est apud Riccardum de S. Victore in tabula prima, ad B. Bernardum scribens.

III. Specialiter de lib. Paralippomenon, quia ab Hebreis non inter Prophetales libros annumerati sunt, sed inter Agiographa, vt dicit Hierony. in prol. galeato, enarrans, & sequens suppurationem Iudeorum diuidentium libros sacros, & diuinos, in legales, qui continentur in Pentateuco: in Prophetales, inter quos recensent libros Samuelis, & Regum; in Agiographa, inter quos etiam ultimo loco lib. Paralippom. numerantur.

IV. Quia in his libris longissimæ attexuntur Genealogiæ, catalogi nominum; item annorum suppurations. At hæ quæstiones magis præstant, quam ædificationem, vt dicitur 1. Tim. 1. & Tit. 3.

V. Hunnius probare vult dictos libros esse diuinos, ex allegatione eorundem in alijs libris canoniciis. Nam quantum attinet ad libros Samuelis, inquit, Psalmus 78. historiam repetit de Area Domini ad Philisteos translata, rursumq; gloriōsè reducta. Psalmus 89. ex 2. lib. Samuel. c. 7. vaticinum, & promissionem Dauidi factam producit. Saluator autem historiam retexit de Dauidie accipiente à Sacerdoti panes propositionis, Matth. 12. Etiam Paulus act. 13. inde repetit historiam petiti Regis, & electi in Regem Saul filij Cis de tribu Beniamin, postea vero Dauidis. Ergo, &c.

Sed & libri Regum in canonica sunt estimatione Christo Domino, & Apostolis eius: quandoquidem Christus inde historiam de Regina Austræ Matth. 12. de Naamano Syro, & Sareptana vidua Luc. 4. manifestè citat; quemadmodum & libris Paralippomenon Christus allegatione historiæ de Zacharia filio Barachia inter templum, & altare lapidato, canoniam dignitatem adscribit, quæ historia 2. Paralippom. c. 24. describitur. Hæc Hunnius.

## Confutatio eorundem ex Orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est authoritas Ecclesiæ catholicæ, & veteris synagogæ traditio, Patrumque Ecclesia-

ticorum consensus locis superius allegatis recensentium dictos libros inter canonicos, & diuinos. Vnde Gregor. in 1. Regum cap. 1. sic dicit. Historia Regum, quia à spiritu condita, quo & cæteræ scripture sanctæ volumina cognoscuntur, non debet credi eis esse minor quibus non est inferior titulo autoritatis: nam omnes scriptores eius, fuisse Prophetae referuntur, qui cum historias narrant, spiritualia significant, exteriora loquuntur, & interiora innuant, &c.] De libris Paralippom. dicit Hierony. ep. 103. Paralipp. liber, id est instrumenti veteris epitome, tantus, ac talis est, ut absque illo si quis scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare se ipsum irrideat. Et Cassiodor. in lib. Paralippo. ait. In Paralippomenon libris duobus, magna à Patribus predicatur utilitas, quæ rerum gestarum notitiam, breuiter quidem, sed plenissimè continere noscuntur. In numero sunt Patrum testimonia, quæ huic veritati attestantur, tam eorum, qui catalogum scripturarum attinxerunt, quam qui ex ijsdem desumunt testimonia.

## CONCLVSIONE CATHOLICA.

Supradicti libri pariter diuini sunt, ecclesiastica traditione, & definitione eisdem consignante.

**R**espondeo dicendum. Supposita Ecclesiæ traditione, & definitione nulli dubium esse diuinos esse eisdem libros, & à Deo dictatos. Vnde & vetus synagoga libros Samuelis, & Regum, quamvis historias contineant, etiam inter Prophetales collocauit. Prophetales autem libri, vt dixit Hugo de S. Victore dupliciter dici possunt, vel quia à Prophetis scripti sunt, aut quia facta propheticā continent. Quod à Prophetis scripti sint, (patebit infra) cum de causa instrumentalis, nemp̄ de scriptoribus canoniciis agetur. Primi enim, & secundi libri Samuelis, qui apud latinos primus, & secundus liber Regum dicuntur, author fuisse Samuel perhibetur. Tertij vero, & quarti Regum Hieremias fuisse assertur à multis, sed de hac re infra dicetur. Quantum vero attinet ad ea, quæ omnes isti libri continent, licet temporalia historia scribat, sacra tamē est, nullum enim bellum reperties, cuius exitum vel Deus non prædicterit, vel non suaserit, vel progessum miraculo non contestarit. Relucet etiā in ea modo diuina in docendo sapientia, modo in puniendo iustitia, vel in remunerando liberalitas. Præterea etiā significativa allegoria est, vnde propriea à nonnullis Patribus Prophetica facta continetur, quia nedum in verbis, sed etiam in factis prophetia consistit. Hinc & per Osseam c. 12. dicitur, in manibus Prophetarum assimilatus sum. Quare Dauid typus est Christi: similiter & Salomon, & multa eorum gesta multorum mysteriorum Christi typus extiterunt, vt frequenter in libris beatissimorum Patrum legimus, vide Rupertū lib. 1. cap. 1. in 1. Reg. & alios interpretes: sed quomodo hoc veritatem habeat ex Augustino discere oportet. Sciendum est ergo, vt dicit Aug. lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 3. quod signa, vel dicta propheticæ partim pertinent ad gentem carnis Abrabæ; partim vero ad illud, in quo benedicuntur omnes gentes cohædes Christi, per testamentum nouum ad possidendum vitam æternam; partim ad ancillam, id est terram Hieru-

Hierusalem partim ad liberam, id est celestem modo peregrinantem in multis filiis suis in terra, sed sunt in eis quædam que ad viramque pertinere intelliguntur ad ancillam, propriè ad liberam figuratè, vel allegoricè Hinc tripartita sunt, ait, eloquia prophetica: quædam enim sunt, ad terrenam Hierusalem spectantia v.g. cum enarratur, quod missus est Nathan, qui David argueret, & mala futura prediceret. Quædam ad celestem, vt cum dicitur Ierem. 31. Dabo lagem meam in viscerebus eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in Deum. Nonnulla vero ad viramque ut cum Hierusalem dicitur domus Dei, & in ea prophetatur domus Dei; eaque propheta impletur, cū Salomon illud nobilissimum templum edificat. Loquendo igitur de hoc tertio modo. Quidam dixerunt, apud Augustinum, nihil esse in omnibus libris veteris instrumenti prænunciatum, & gestum, vel non gestum, eti prænunciatum, quod non significet aliquid ad cœlestem Hierusalem spectans, vel ad eius filios hic peregrinantes. Sed hoc non potest stare dicit August. nam sic tantum essent, bipartita, non tripartita dicta, vel facta prophetica, videlicet unum quod ad Hierusalem liberam, atque cœlestem, alterum quod ad terrenam; ad unam proprie, ad alteram figuratè, pertinens. Dicendum ergo est, ut ibidem subiungit August. quod sicut multum videntur errare, qui in uno extremo sunt dicentes, nullas res gestas in eogenere litterarum, significare aliquid aliud, præter id, quod eo modo, quo gestæ sunt significant, ita in altero extremo multum audent, qui prouersus ibi omnia significationibus allegoriciis inuoluta esse contendunt. Media ergo via incedendum est, ut quædam ad terrestrem Hierusalem pertineant tantum, nec propterea, quæ ita dicuntur, ut rebus humanitus siue diuinus gestis, siue gerendis conuenire non possint, fidelis putare debet esse inaniter dicta, cum, ut idem subiunxit Aug. propter illa, quæ aliquid significant, etiam ea, quæ nihil significat attexuntur. Vnde utraque à Deo dictata sunt tam significativa, vel dicta prophetica, quam non significativa, quæ tamen ad ista ordinantur, cum eiusdem agentis sit finem intendere, & ea, quæ ad finem ordinantur disponere, & adaptare. Propter quod recte inter Prophetales libros merito etiam ex parte materie libri Regum computantur. Verum, ut idem dicit Aug. 17. de ciu. cap. 1. loquens de Regum historia, quod & si historica diligentia rebus gestis narrandis occupata esse videatur, tamen si adiuvante Dei spiritu considerate trahetur, vel magis, vel certè non minus prænunciandis futuris quam præteritis enunciandi inuenietur intenta: immo ut dicit idem 22. contra Faust. cap. 24. dicendum illorum hominum, non tantum linguam, sed etiam vitam fuisse propheticam, totumque illud Regnum gentis Hebreorum magnum quædam, quia & magni cuiusdam fuisse prophetam, unde propter maiestatem scripturarum etiam in minimis propheticani dicere nō est absurdum. Accedit quod præter allegorianam satis etiam habetur Tropologia, ut sicut illi Reges pro lege, & patria multa bella gestere, ita indefessè contra vitia præliandum à nobis esse satis superque admonemur, ex Abul. in lib. Reg.

De libris vero Paralipomenon, in quibus de relicta in libris Regum tractantur, & sunt omnium precedentium historiarum chronicon, non dubium est tanquam sanctos, & diuinos, & à Spiritu

dictatos olim fidelem synagogam veneratam, quod etiam ex diligenter sacerdotum sibi inuicem succedit custodita appetit. Lege Dried. de facr. scrip. lib. 1. cap. 4. Vnde quod inter hagiographos sint collocati, & separati à libris propheticis, & legalibus non leuis est coniectura, in odium christianorum factum esse à modernis Iudeis talem distinctionem hagiographorum à prophetis, ut inter hagiographos collocarent etiam David, & Daniele, quos cum Prophetis enumerare oportebat. Vnde Hieronymus in Apolog. respondens Russino dixit. *De Daniele respondebo me non negasse eum Prophetam, quem statim in fratre Proligi Prophetam esse confessus sum: sed quid hebræi dicerent, & quibus argumentis suam niterentur probare sententiam, voluisse monstrare, volēs ostendere, se non sequi istam suppositionem, & distinctionem Iudaicam, quod proculdubio ex paritate rationis de his libris consultus respondisset, & inter prophetales collocasset. Volentes autem saluare divisionem dictam Iudeorum dicendum est, quod hebrei in canone eos Prophetas vocabant, qui officio, & missione, Prophetæ erant, ut Moyses, Iosue, Samuel, &c. tales autem non fuerunt David, & Daniel, quamvis spiritum propheticum habuerint, Moyses autem licet eximus Prophetarum missus à Deo, quia primus à Deo legem accepit, legislator est dictus est, & libri eius legales appellati; vnde distinctione facta est librorum à Iudeis in legales, prophetales, & hagiographos, ita tamen, ut omnes venerantur tanquam diuinos, propter quod hos omnes in arca asseruabant.*

#### Solutiones oppositionum.

**A**d primum patet solutio ex dictis, quod author lib. Regum primi, & secundi (alias librorum Samuelis) fuerit Propheta Samuel; tertius vero, & quartus à Ieremia secundum aliquos perhibentur descripti, ut Abulen. in prol. Hieron. ad libros Regum. Alij ab alijs, diuino tamen instinctu inspiratos, descriptos perhibent, sed de hac re infra. Patet etiam quomodo inter Prophetales connumerati dicantur.

Ad II. respondet S. Hieronymus, aut alius in qq. hæbraic. q. 1. in lib. 2. Paralip. c. 22. his verbis, Ioram, qui hic 40. annis fuisse describitur, & 8. annis regnasse, vixit annos 40. & regnauit 28. octo enim qui in regno tribuuntur, ipsius sunt antequam fratres, occideret cum adhuc innocenter vixeret, 20. vero anni, quibus regnauit, ideo à numero eius auferuntur, quia in languore, & in tribulatione deduxit eos, ideo filio eius tribuitur, qui non amplius, quam 22. annos habens regnasse perhibetur. quare ex hac doctrina, cum ex toto tempore quo regnauit Ioram pater Ochozia detrahantur viginti anni, quibus in tribulatione, aut pessime vixit, secundum scripturæ consuetudinem (que non solet quoque annos istorum Regum in impietate transactos semper enumerare) ad texendum computum annorum dictorum Regum, eos annos à Ioram detractos, Ochoziam merito constat esse additos: vnde viginti Ioram additi vigintiduobus annis Ochoziam efficiunt, numerum quadraginta duorum, & nulla est contrarietas. Sed hæc responsio habet difficultatem supponit hæc responsio 28. annos natū regnasse Ioram, sed scriptura dicit regnasse annos natū 32. nec vñquam tradit eundem Ioram in labore fuis-

se 20. annis. Nec tradit 8. illis annis innocenter vixisse  
imò potius sectatū esse Achab vestigia, fabricādo ex-  
celsa, occidendo fratres. Quæ paulo post obitum pa-  
tris accidisse est verisimilius. Caietanus, quem  
sequitur Torniellus anno 3149. num. 3. & alij dicunt,  
quod locus Paralipomenon sit corruptus, & vbi in  
Hebraico, & vulgato habetur, quod Ochozias fuit  
40. annorum cum regnare cœpisset, legendum cum  
70. Interpretibus, quod 22. annorum erat cum regna  
re cœpisset, sicut etiam multi alij codices habēt, quod  
signum est adulterationis, & oscitantiæ librariorum  
indictum: & hunc errorē non priuata, sed publi-  
ca ecclesiæ autoritate emendari posse. Sed cum  
etiam Rabbini candem lectionem retineant, incor-  
rupta lectio vulgata habenda est, etiam inimicorum  
Iudeorum testimonio eandem lectionem retinētiū.  
Sed & R. Leui apud Genebr. in chronol. annos re-  
censtos Ochoziā in lib. Paralip. ait, nō a se accipien-  
dos ab illius ortu, sed pleno, & integro tempore, quo  
vigit regnum Ambri, qui fuit eius avus ex parte  
matris, vt per 42. annos pēnes familiam Ambri stete-  
rit regnum Israel: solus enim Ambri regnauit 6. an-  
nis. Achab filius eius 22. Ochozias alter duobus, Iorā  
vero 12. vnde conficitur annorum computus 42. ean-  
dem responsionē sequitur Serarius in 4. Reg. cap. 10.  
Sed violenta videtur expositio, de ætate enim Ocho-  
ziā est sermo in lib. Paralipo. non autem de ætate  
regni Ambri. Dicendū ergo patre ahduc superstitio  
quemadmodum apud Herodotum lib. 7. Xerxes, re-  
gnare Ioran cœpisse, & à Iosaphat anno 5. regnum  
eius incipere, & tunc fuisse annos natum 32. quando  
cum patre regnare cœpit, & cum eo regnauit 20. an-  
nis: cum vero pater eius obiit, annos natus erat 52.  
quibus si octo addātur anni, complentur eius vitæ 60  
annorum, & sic non sequitur inconueniens, quod o-  
bijcitur. Vide interpetres in hunc locum 4. Reg. c. 8.  
num. 25. Quomodo autem similium annorum sup-  
putationes, quæ prima facie contrarietatem viden-  
tur præferre concordari debent, & quibus regulis,  
egregie Riccardus de S. Victore id præstidit scri-  
bens exactissime de his ad Diuum Bernardum Ab-  
batem supra.

Ad III. respondet quod talis distinctio hagi-  
graphorum à Prophetis fortè fuit Iudeorum  
posteriorum in odium Christianæ religionis, vt dictū  
est. Illa autem admissa multi libri inter hagiographa  
sunt computati, vt dicunt quidam ( vt Abulensis su-  
pra) quia quis eorum author fuerit, certe non consta-  
bat, & quamvis possit fieri instantia de Daniele, qui  
inter hagiographa recensetur similiter, & de David:  
hoc tamen nihil obstat: nam quod David omnes  
psalmos scriperit incertum est, nec Daniel integer,  
vt modo est in Ecclesia apud Hebreos habebatur, yn-  
de partim græcè partim chaldaicè, & hebreicè edi-  
tus est. vnde licet omnia hagiographa tanquam à Spi-  
ritu sancto dictata recipere olim synagoga sicut  
equaliter, ac prophetales, & legales libros; quoad  
suos Hebreos talem distinctionem formauit, vt pri-  
mo loco legales, vtportè à Moysè descriptos pro-  
poneret, secundo loco prophetales à ceteris Prophetis  
descriptos, ultimo loco hagiographa poneret, in qui-  
bus quis fuerit eorum author in omnibus certò non  
apparebat, vt sic quoad eos libri primi ordinis ma-  
ioris essent authoritatis, quam secundi, & secundi  
postremi: quoad se vero parem haberent authorita-

tem, & hoc etiam dicere probabile est.

Ad IV. argumentum respondet. Genealogia, quæ attinguntur in scripturis, illud præstiterunt, vt ex  
tribuum distinctione Messia ortus ex qua esset tri-  
bu nosceretur, vnde Herodes ex Eusebio 7. historiæ  
regno Iudeorum adepto genealogias abstulit, scri-  
pturas incendens, vt loquitur Ambr. 3. in Luc. vi se  
Israelitam mentiretur. Omnia quoque gētium in  
72. linguis inclusarum redemptionem Christi genea-  
logia, quæ 72. generationes continet, significat, vt di-  
cit Iren. lib. 3. c. 35. Porro genealogię reiecta à Pau-  
lo loc. cit. velsunt illæ à Iudeis confictæ ex duabus  
vxoribus Adæ confictis originem ducentes, vt di-  
cit August. 2. contra aduers. legis, & proph. vel fabu-  
losæ Theogoniæ, hoc est deorum origenes quas gen-  
tes communiscebantur, ex Chrysostomo in ea loca  
Apostoli. Quantum vero attinet ad annorum suppua-  
tionem, vel nominum recensionem, sciendum ex  
Chrysostomo hom. 31. in ep. ad Rom. & hom. 2. in  
Ef. quod quidam mechanicis rudes hæc incusabant,  
contra quos actiter inuehitur demonstrans erudi-  
tissimè in ijs magnum thesaurum inueniti, ibi, &  
multarum rerum esse monumenta. & vnde eosdem ibi-  
dem vocat celis indignus, quod hac via nedum no-  
mina, sed & integrōs libros superfluos dicunt, vt Leui  
ticum, & reliquos plures, qui tamen à pueris aurifluo-  
rum maxime coargui debeant; siquidem illi, minutæ  
etiam fragmenta conquirunt, isti vero tantas massas au-  
ri negligunt.

Ad V. respondet mirum est, quod obijcens nō  
fecerit Philonis, & Ioseph libros, sanctos, & diuinos,  
quia etiam multa gesta dictorum librorum in illis  
recitantur. Non sequitur, quod si facta, & gesta in  
libris Samuelis, & Regum deficta recententur in  
lib. noui testamenti, aut quia in margine Euangeliou-  
rum, & Epistolarum citantur, illico necessario dicen-  
dum fit ex scripturis istis veteribus deprompta: qua-  
si aliunde scire ea non potuerint Christus, & Aposto-  
li, nisi allegatis libris, quos nec nominat, nec allegat.  
Nec ipsi scriptores sacri citationes scriplerunt, quos  
modo videmus factas ad ostendendam virtusque te-  
stamenti concordantiam.

Ad illud specialiter de allegatione libri secundi  
Paralipomenon in historia Zachariæ, proferant  
vbi à Chrysostomo talis liber allegatur. Quamvis aut  
factum sine allegatione Christus recenscat, non il-  
lico consequitur librum illum esse diuinum, alias  
oporteret dicere libros aliquos Rabbinorū, vbi simi-  
liter idem factum recensetur esse diuinos. Sed nec  
illud est consequens, vt si quoddam factum citetur,  
vt allegetur, quod totus liber authorizetur, sicut exē-  
plificatum est de libro Enoch. Quod si quis negaret  
Zachariam, de quo Christus loquitur, non esse illum  
filium Ioiada, de quo scribitur in libris Paralipo-  
menon, tota machina Hunniana corruet: & tandem  
refractario neganti libros noui testamenti, non pos-  
set Hunnius suadere, quos cupit ex illis probare esse  
diuinos, sic semper in suo circulo voluit linum lino  
nectens, hoc est infirma infirmis copulando.

# De verbo Dei scripto.

51

A R T. Q V A R T V S.

An duo libri Esdræ historici , sunt diuini , & à Spiritu sancto editi .

**H** Aereticos alios antiquos non reperio, qui duos hos libros communi etiam consensu antique Synagogæ receptos oppugnarunt, & præter Theodorum Mopsuest. apud Leontium lib. 3. contra Eutych. & Nestori. e Nouatoribus sunt Anabaptistæ ex nostro F. Sixto Senensi lib. 8. hær. 11. qui illos abiciunt. Sed & Hunnius dum illos defendit, impugnare videtur. Nec mirum cum haereticus, ut dicit August. sit inimicus, & defensor, sic enim interpetratur illum versiculum Psal. 8. *Vt destruas inimicum, & defensorē,* ut ipse legit, circulari namque, & in orbem relabanti deliratione, ex alijs libris diuinis istos diuinos esse probare conatur, quod argumentum seclusa traditio ne, cum iam toties monstratum sit esse infirmum, infirmam quoque reddit horum librorum, sicut & precedentium auctoritatem.

## Oppositiones eorundem.

**A** Rgui potest primo communis argumento, quod res gestas, & historias contineat, nempe Israeli tici populi, ex captiuitate Babylonica reditus, Urbis Hierusalem instauracionem, & noui templi extuctionem.

II. Arguitur, quia apud Hebreos, Esdræ unus volumen reperitur ex Hieronym. in prolog. Galeat. ergo unus tantum Esdræ liber est.

III. Arguit Hunnius solito suo circulo, librum Esdræ per se quidem esse canonicum confitmat Zachiæ Prophetæ liber, exactè cum historia huius libelli congruens. ergo, &c.

Nehemiæ historiam, rursus ait, in hominum animis fancit collatio cum vaticinio Danielis nono. Quod enim illic de plateis, & muris Hierusalem in angustia temporum reædificandis prædictit Angelus Gabriel, id euentu solidio, & exactissime congruente cum prophetia impletum esse ostendit Nehemiæ liber, ergo.

Fit quoque libri Nehemiæ mentio implicitè Ioh. 2. & 10. ubi ædificati templi, & festi Enceniorum, Euangelista meminit.

## Confutatio eorundem. Ex orthodoxorum firmamentis.

**S** Ed contra est authoritas, & traditio & consensus Ecclesiæ catholicæ, qui ex Patrum monumentis colligitur, & ex ijs præsertim, qui diuinorum volumen catalogum attexunt. Item Conciliorum definitio tradentium, qui sint facri libri, inter quos Esdræ libri 2. & Concil. Chartag. Laodic. Tridentinum ses. 4. Extat etiam de ijsdem libris Hebreorum cōsensus, & Rabbinorum, cuius meminit Joseph lib. 1. aduersus Appionem, ubi recensens ex traditione synagogæ libros diuinos veteris testamenti, hos etiam numerat.

Contra Hunnium easdem probationes repetenter easdem repetimus supra factas argumentationes.

**C O N C L V S I O C A T H O L I C A .**  
Prædicti libri ex traditione Ecclesiæ præcipue diuini esse monstrantur.

**R** Espondeo dicendum sicut dictum est supra, quod seclusa traditione, & ecclesiastica definitione, inaniter laboramus ad probandum librum aliquem esse canonicum, & diuinum; illa vero supposita ex authore, & materia suadetur liber aliquis esse diuinus. Hac ergo supposita ex authore, & materia probati possunt hi libri esse diuinii; author enim, ut dicit Aug. 18. de ciuit. cap. 36 est Esdras, qui magis rerum gæstiarum scriptor est habitus quam Propheta Et. nisi forte Esdras in eo Christum prophetasse intelligendus est; quod inter iuuenes quosdam orta quæstione, quid amplius valaret in rebus; cum regem unius dixisset, alter vinum, tertius mulieres, que plerumque Regibus imperavent, idem tamen tertius veritatem super omnia demonstravit esse victricem. Consulto autem Evangelio Christum cognovimus esse veritatem. hæc ille, sed cum August. (ut patet supra) tam verba, quam significativa facta in scripturis enarrata prophetica dixerit (licet non omnia) etiam Propheta dicendus est Esdras licet non eo prophetæ fuerit lumine illustratus sicut ceteri Prophetæ, quorum omnium dicta, & facta prophetica fuerunt, de novo accipientes species, &c. ut alias declaratum est. Quæ autem facta prophetica prænunciarit Esdras, August. multorum Patrum sententiam sequens (nimis Ambrosij de bono mortis, & epistola 21. ad Horontianum, & Cyprian. ad Demetrianum, qui quintū caput Esdræ videtur imitatus tractans de saeculi interitu) tenentium librum tertium Esdræ esse diuinum clarè exprefsit, nimis in tertio illo iuuenie demonstrante veritatem, id est Christum, victricem super omnia. Sed quia ex communis ceterorum Patrum sententia, liber iste tertius Esdræ est inter Apochryphos computatus, ideo dicendum est, quod multa, quæ in primo, & secundo volumine narrantur prophetica dici possunt. Vnde merito dixit Hieron. in prologo Galeato, quod *instauratio templi, extructio Ciuitatis, turba populi redeuntis in patriam, descriptio Sacerdotum, Israelis, profelytorum, ac per singulas familias murorū, ac turrium opera diuisa, aliud in cortice proferunt, aliud in medulla retinent.* hæc enim omnia scripturæ, si aliquā esse demonstrant, ut preter litteram, mystrium latens insinuetur.

## Solutio oppositionum.

**A** D primum respondetur in multis illis rebus geftis aliquid prænunciari, satis dictum est in corpore articuli: rursus utilis est illa historia sicut, & ceteræ historiæ sacræ. primo ad cognitionem Dei vnde Deuter. 6. antiquas historias, in quibus Dei beneficia memorabantur filiis enarrari à patribus, & filios patres interrogare præcipitur Deuter. 32. Secundo ad sui directionem, sunt enim exempla SS. vita & gubernacula, ut ostendit Nissenus li. de vita Moysis, & Basilius ep. 1. ad Greg. Nazianz. Episcopum. Ad instructionem quoque proximi, dispensando tanquam bonus pater

E 2 fa-

familias thesaurum noui, & veteris testamenti, vt dicit Anastasius Nic. q.78.in script.

Ad II. respondetur, quod licet in vnum volumen sit congestus Esdras (& vt Isidorus dicit sui authoris titulo prænotetur) nihilominus in eo nedū Esdræ, sed Nehemias pariter sermones continentur, hoc est, tum ea, quæ gesta sunt filiorum Israel priusquam ex Babylone in Hierusalem ascenderet Nehemias, quam ea quæ concernunt reædificationem Vrbis Hierusalem per ipsum Nehemiam factam, vt habetur Eccl. 49. quos Latini in duobus libris concluderunt, qui sibi canonici, & diuini habentur. Et quamvis tertius, & quartus, vt diuini non habeantur, quia tamen à prædictis Patribus citantur, à quibusdam dicitur, tantam habere, imo maiorem autoritatem, quam unus, vel alter Pater, & Doctor Ecclesiæ habeat.

Ad III. si proterius occurret aduersario, negans autoritatem Zacharie peribit Esdræ authoritas. Quod si propterea, quia fit mentio apud Zachariā vel Daniēlem, aut Ioannem de rebus gestis in his libris vult probare Hunnius esse diuinos, tertius liber Esdræ diuinus erit, cum cap. 7. fiat mentio reparati, & dedicati templi. Inter diuina volumina erit computandus liber Iosephi, qui de ijsdem facit mentiōnem: imo à fortiori liber Arati inter diuinos libros dicetur recenseri, quia explicitè illius fit mentio Act. 17. recitatis ipsius verbis ab Apostolo Paulo. Quæ omnia cum inaniter affererentur, somniat Hunnius suam regulam toties repetendo, & ex incertis fundamentis scripture, libros diuinos esse probare contendit, & eodem cubito, vt vetus Hesiodi prouerbium nītā rū mīrō.

#### A R T. Q V I N T V S.

*An liber Iob historicus sit, & à Spiritu Sancto dictatus.*

#### *Postio Hæreticorum.*

**V**etus fuit hæresis Talmudistarum, qui ordine 4.3.p. seu vt alij citat in tractatu portæ ultimæ, seu Baba Bathra cap. 1. dixerunt, nec Iob, neque eius historiam extulisse in rerum natura. Refert Olymp. ad cap. 1. Iob, quosdam etiam affirmasse alium a Iob fuisse, qui auditione hanc historiam accepit; postmodum vero ipse illam descripsit, & ita non esse diuinitus afflataam consenserunt. Theodorus Mopsuestenus his subscripsit, cuius (vt habetur in quinta synodo collatione 4. in suorum errorum recitatione) inter alios hic lectus est error, quod librum Iob, & conscriptorem eius, idest sanctum Spiritum oppugnauit, dicendo, quod pagana sapientia hunc librum scripsit. De eodem Theodoro Leontius Biziarius lib. 3. contra Nestor. & Eutych. sic loquitur. *Magnum Dei seruum Iob columnam fortitudinis animatum, & spirantem, duobus sere militibus versum prescripsum conuictio arguebat, & scripturam Spiritus sancti de eo abrogabat, quem Iacobus frater Domini in epistola sua catholica confirmans, aiebat patientiam Iob auditis, & finem Domini vidistis. Non enim aliunde neque patientia audiuius, neque finis eius expectauimus, nisi ex scriptura de eo. Ob quam causam, vt arbitror, ipsam epistolam Iacobi, & alias deinceps aliorum catholicas abro-*

*gat, & antiquat. Lutherus tit. de lib. veter. & novi testamenti, in suis symposiacis colloquijs ait. Iobum nostra locutum esse sicut in libro eius loquutus esse scribitur, sed ita cogitasse, quia in temptationibus, ait, & angustijs non bunc in modum consuevit differi, & iterum argumentum ob esse veluti argumentum fabulae, ad propoundendum patientia exemplum, sicut, inquit, Comædia aliqua agitur, in qua introducuntur, quadam persone, ubi una cum altera, & post alteram loquitur, ac disputat, scilicet corde sentit. Infuper in titulo de Patribus, & Prophetis scriptorem eius libri, quem ipse Germanus, sed tamen mechanico vocabulo vocat em. Meißler, scripsisse eo modo, quo Terentius scripsit suas comedias, & hebraicum Poetam, & opificem Meißler huius libri, quisquis demum fuerit sustinuisse, vidisse, & expertum esse tales tentationes, & afflictiones, sicut Virgilus describit illum iniustum Heroë Aeneam, quem per aquas, & maria, & diuersoria varia ducit, ex eoque insignem virum politicum, & militarem facit. Dicit tandem, se non credere omnia facta esse eo modo, quo in libro Iob referuntur. Anabaptistæ vt dicit noster F. Sixtus Senensis lib. 8. Biblio. her. 10 hunc librum irridentes, vocant, Tragicomædiam hebreorū, hoc est fabulâ partim sive comædiæ, partim sive tragediæ leges editæ, quia à principio ipsius historia cedes filiorū ac filiarū Iob, quod in tragedijs vsu venit, referantur: in fine vero quod comædiæ proprium est felices Iob eventus proponuntur. Quare fas is minor doctissimum Genebrardum 2. suæ chronolog. pag. 148. dixisse, nullum extitisse, qui hanc scripturam authenticam esse dubitaret.*

Postiores tamen Rabbini, vt R. Salomon R. Levi Ben Gerson, & alij nonnulli, librum quidem recipere videntur, vt refert Iodocus Cocius lib. 1. thesaur. de scripturis ecclesiæ artic. 5. cum illum commentarijs illustrarint: sed ipsum Iob non semel, nec leuiter reprehendunt. Rabbi enim Salomon auctor affirmsat S. Iob impatiens calamitatis, quæ illi acciderat, non verbis, sed corde peccasse. Rabbi autem Levi vltierius scribit, hunc B. virum abnegans prouidentiæ dñi, mortuorum que resurrectionis, iustissimas penas dedisse. In hoc cęno fetulento Rabbinorum versatus Caluinus, apud Feuard. lib. 9. theom. cap. 2. serm. 1. Gallico (à Feuardentio latine reddito) ex cuius ore impio hæc in Iobum blasphemæ nebulæ exhalarunt. *Iob omnes modestie terminos excedit, enormia, & exorbitantia verba profert, adeo, vt homo planè desperatus videatur: murmurat aduersus Deum, nec subiicit se Deo, qua pareat modestia, & moderatione, ingratus fuit contra Deum, videatur vel le insurgere aduersus Deum, & serm. 12. omnia Dei beneficia uno fasce inuoluit, omnia pariter ingratissime interpretatur. Loquitur vt Ethnicus, qui nullam spem habet vita secunda, futuræque resurrectionis. Loquitur tanquam incredulus, qui nec Deum, nec religionem nouit ullam.*

Hunnius quoque gradum faciens ad librum Iob, eo solo nomine diuinum putat, quia Ezech. 14. & alibi inter eximios veri Dei seruos recensetur, &c.

#### *Oppositiones eorumdem.*

**A**rguitur I. Quia Iosephus hanc historiam prætermittit: non pretermisset autem, si recepta fuisset communiter a synagoga, ergo.

II. Per-

II. Personæ scenicæ sunt; materia, de qua tractatur est patientiæ argumentum adaptatum, nam Iob dolens interpretatur, Hus consilium, amicorum nomina suas habent interpretationes, sicut & nomina filiarum suas habent interpretationes, ut appareat c. vlt. ergo, &c. est argumentum Mopsuesteni.

III. Quia carmine scriptus est hic liber, ut solent scribi comœdiæ, & Tragœdiæ.

IV. Narrandi stylus ad parabolā facit: non enim dicitur fuit, sed erat vir. vnde 1. Reg. 1. dicitur. Fuit vir unus, ut & in lib. Iud. Ruth. Esther. &c. similiter dicitur.

V. Quia multi catholici sentiunt quasdam huius libri partes non posse historicè accipi, sed pro parabolâ: tale fuit Concilium Angelorum, quod proponebitur c. 1. & presidente Deo habitum est, cum allocutionibus, & responsionibus personatum. Est Mopsuesteni.

VI. Quia impossibilia ibi narrantur, ut quod 7. diebus, & 7. noctibus amici assiderent Iobo absque cibo, immoti.

VII. Fabulosa ibi recenseri videntur. nam c. 2. r. fit mentio de fluvio Cocyto, qui fabulosus inducitur à Poetis esse inferni fluvius. Filiatum vero una vocabatur Dies, altera Cassia, altera Cornutibia, quod nomen Græci verterunt, cornu Amaltheæ, quod etiam nomen à fabulis gentium desumptum est. Ficta enim est Amalthea nutrix Iouis, &c. est argumentum Mopsuesteni in v. Synodo act. 4.

VIII. Quia c. 31. dicitur finita sunt verba Iob, & nihilominus postea plura alia sequuntur capita, ergo, saltem ista, quæ sequuntur, ut laciniosa, & assuta debent repudiari.

IX. Quia pugnantia videtur esse in hoc libro, dum Iob querulus contra Deum describitur, & blasphemus maledicendo dei, in qua natus est; cum tamen expressè dicatur Iob 1. c. quod in omnibus his non peccauit Iob, &c. Est argumentum Mopsuest. supra.

X. Ex Hunnio non aliter probante historiam, quam ex locis solis scripturæ mox citandis.

## Confutatio eorundem, ex Orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo authoritas Scripturæ supposita traditione, & Ecclesiæ definitione illam con signanti. Primus locus Ezech. 14. Si fuerint tres viri isti, in medio eius Noe, Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua liberaunt animas suas.

Secundus. Tob. 2. dicitur, Hanc autem tentationem ideo permisit Dominus euenire illi, ut posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & S. Iob, & infra. Nam sicut Beato Iob insultabant Reges: ita isti parentes & cognati irridebant vitam eius.

Tertius locus 1. Cor. 3. videtur citari sententia ex hoc libio, dum dicitur, Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum: scriptum est enim, comprehendam sapientes in astutia eorum, quod testimonium habetur Iob 5. multaque aliae sententiæ ex hoc libro mutuatae videntur, ut illud Pauli 1. Tim. 6. Nihil enim intulimus in hunc mundum, quod videtur desumptum ex illo Iob 1. Nudus egressus sum, & aliae, quas noster F. Sixtus Senensis adducit. Iacobi 5. dicitur, sufferentiam Iob audistis, &c.

II. Probatur principaliter ex traditione tam Synagogæ antiquæ librum Iob inter Agiographa representantis, quam catholicæ Ecclesiæ, in multis Conciliis Provincialibus, & Generalibus supra allegatis, hunc librum inter sacros recensentis. Et in Canonibus Apostolicis c. 75. etiam liber Iob cum ceteris numeratur diuinis libris.

III. Probatur in specie ex Patribus commendantibus librum Iob: In illo reperi omnes poesim, & sapientiam Sophistarum, scripsit Clemens 1. constit. Apost. cap. 6. Historiam illum librum complecti, dicit Athanasius in Synopsi. Utile esse librum cuius in omni vita genere, & conditione, prædicauit Chrysostomus relatus in catena Græcorum ad c. 1. Iob. Suidas in Lexico, qui claruit anno 970. dicit librum Iob Multo, & Homerica, & Platonica Luscinia cantillantem argutius, neque enim subdit fabularum, & calamitatum alienarum narrationes continet, &c. Scripturam diuinam vocat Cyprianus serm. de opere, & eleemosynis. Totum mysticis eloquij redundantem dixit Rufinus in Symbolum Apostolorum. Mysteria multa complectentem, scripsit Hieronymus. & sequitur, quod prosa incipit, versu labitur; pedestri sermone finitur: omnesque leges dialecticæ, propositione, assumptione, confirmatione, conclusione determinat, &c. & resurrectionem corporum sic prophetat, ut nullus de ea vel manifestius, vel cautius scriperit. Multa de Christo prophetasse, dicit Philippus Presbyter in c. 1. Iob. Librum continentem suavia sacramenta verborum scripsit Cassiodorus. Authorem eius libri Spiritum sanctum credi, scripsit Greg. in expositione B. Iob cap. 1. Ignatius epistola ad Philadelph. citat ex hoc libro testimonia. Et pater etiam hoc ex innumeris Patribus: Cyrillus cath. 4. & Nazianzenus de veris, & germanis scripturæ libris, & Damas. lib. 4. c. 18. inter sacros recensent. Melito similiter Sardicensis epistola ad Onesimum. Alcimus Auitus supra ad sororem. Rabanus de instit. Cleric. lib. 2. cap. 53. S. Thomas Aquinas, præter multa testimonia, quæ ex hoc libro citat hunc librum tanquam diuinum commentarijs illustravit.

Quantum vero attinet ad personam Iob, apud recipientes illum librum, Dei testimonio comprobatur eius innocentia, & sanctitas cap. 1. &c. Similiter quod non peccauerit Iob labijs suis, nec quidquam stulte contra Deum loquutus fuerit ab eadem scriptura perhibetur cap. 1. A Domino post amicorum colloquia Iob, tanquam seruus eius honoratur, & sacrificia offerre iubentur, &c. capite 42.

Apud Patres celebria sunt encomia sanctitatis eiusdem, insignis continentiae & fidei illum dicit Clemens Alexandr. 4. Strom. c. 2. constantia, ac tolerantia vehementium dolorum fulgentem fuisse scripsit Origen. in Iob, Beatisimum vocat Eusebius primo demons. Euan. c. 6. verum hominem inculpabilem, infustum, prium. Magnum, pronunciat Athanasius apolog. de fuga sua, quod viuus, tot, ac tantas ærumnas toleravit: magnū, & admirabilem vocavit Chrysostomus supra. Iustū, & nulli reprehensioni affinem Anastasius Synaites: Lorica, & clypeo patientiæ retundisse tela diaboli, dixit Tertull. lib. de patient. c. 14. Patitissimū vocavit Iulius Papa ep. ad Orientales. Gloriosum & beatū victorem, Hilar. in psalm. 118. Praclarum patientiæ, gloriosumque documentum scripsit Cassiodorus 1. diuin. institut. c. 6.

IV. Rationibus, & quod sit vera historia probatur ex Chrysostomo hom. de diuite, dicente, Quod parabolæ sunt illæ, ubi ponuntur exempla, & tacentur nomina. Vnde Tertull. lib. de resurrectione carnis, Lazari historiam ex nomine confirmat. Amplius nomen terræ Hus, Theman, Naamath, & amicorum nomina, quæ Vrbes veras, verosque homines præferunt ex cognatione Esau, satis indicant non esse parabolica, & fabulosa, sunt enim nomina absoluta rerum, vt nihil eorum in parabolam conuerti possit, &c. vt eleganter in simili scripsit Tertullianus c. 33. confutans quosdam non historicè, sed parabolice quædam de resurrectione interpretantes.

Vltimo probatur ad hominem contra aduersarios. Et primo contra Lutherum in colloquijs mensalibus supra; nam, vbi dixisset: *Liber Iob est bonus admodum, conscriptus non solum per se ipsum, & ab ipso, sed etiā in solarium omnibus perturbatis, tentatis, afflictis, & ærumnosis animis.* Paulopost tamen sic inquit esse, possibile, & credibile, quod Salomon hunc librum fecerit, & scripserit; nam phrasis in eo congruit, ad loquendationem in reliquis ipsius libris obseruatam; phrasis non nullum est ab simili, vide contradictionem, ibi enim scribit ab ipso Iob, hic vero à Salomone hunc librum esse descriptum.

Secundo, idem Lutherus sic hic dicit, librum Iob esse ferè argumentum fabulæ, ibi titu. de Patriarchis ait. *Iobi librum iudico esse veram historiam, & iterum historiam istam tempore Salomonis fuisse peruulgatam.*

III. Idem dicit Iobum non ita locutum esse, sicut locutus describitur, & tamen sequitur, nihilominus ita euenissem mit der Chat vnd im Merct. Hoc est, interprete Hunnio re, & opere, sicut in libro Iob narratur.

IV. Cum Lutherus dicat Hebraicum Poetam, & opificem huius libri, quisquis demum fuerit, sustinuisse, vidisse, & expertum esse tales tentationes, & afflictiones; cum secundum ipsum credibile sit, Salomonem fuisse huius libri authorem, sequitur non Iobum, sed Salomonem omnes illas ærumnas, & calamitates fuisse perpetuum.

V. Idem ait se non credere omnia facta esse eo modo, quo in libro referuntur: aliqua ergo facta credit. Non ergo totus liber, vt fabulosus explodi debet. Et rursus ergo nulla facta credit, qui omnia facta non recipit, nec recipere potest habens authorem mendacem, alio modo, quam res factæ fuerint, enarrantem.

VI. Testatur idem librum Iob esse veram historiam (ein rechte historia) & se hoc credere, & esse historiam veterem, & notam admodum: male ergo idem Lutherus assimilat hanc historiam comœdia; siquidé comœdia nō est historia, & si in comœdia historia recensetur, fictionibus, & fabulis temperatur, & aspergitur. Male iterum dixit, sic hunc librum descriptum, sicut Virgilius describit, inquit, iniustum illum Heroem Æneam, quem per aquas, & diuersoria varia ducit, ex eoque insignem virum politicum & militarem facit. Quare, vt Virgilius fabulator fuit non historicus; sic author huius libri fabulator fuit secundū Lutherū, quod est aperte sibi contradicere.

VII. Testatur Lutherus propositum hunc librum ad patientiæ exemplar; at non potest patientiæ idoneus esse magister, quamvis multa de patientia dis-

serat, qui non fuerit te vera omnia ista perpessus, & tentatus per omnia, ergo, &c.

#### CONCLV SIO CATHOLICA.

*Liber Iob Historicus est, & a Spiritu sancto inspiratus.*

R Espondeo dicendum, quod eadem traditione supposita, qua cæteri libri historici ut diuini, sunt recepti, eadem debemus Iobi historiam, ut diuinam, amplecti, & venerari. Eaque supposita, non desunt argmента ad suadendum, & probandum à Spiritu sancto descriptam (vt supra etiam de alijs factum est) inter cætera ex authore, & materia: nam siue author Moyses, siue ipsem Iob pethibeatur (vt infra discutietur) ambo veridi, & eximia sanctitatis extiterunt, vt nulla possit esse suspicio, quod falsa, vel fabulosa mundo voluerint obtrudere. Materia vero (vt postea dicetur) est thesis disputanda de prouidentia diuina, & præter diuinæ prouidentiæ ostensionem, tractatur etiam de alijs attributis, sapientia, potentia, iustitia, præmijs piorum, supplicijs impiorum, & alijs mysterijs. Vnde, vt dicit Hieron. *singula in eo verba plena sunt sensibus, & præfatione peculiari in Iob, hunc librū eschematistē non vocat, dum qui aliud loquitur, aliud agit: vnde nedum Christum sed eius, omniumq; resurrectionem disertè prænunciavit; sed & ipsius Christi patiētis fuit expressissimus typus, vt dicit Philippus presbyter.* Insuper ostendit illud abditissimum mysterium, quomodo gentes sub lege naturæ viuentes, habentes viuam fidem in mediatorem Christum Iesum saluari potuissent. Vnde August. lib. 18. de Civit. Dei. c. 47. ait diuinitus fuisse prouisum, vt ex hoc uno sciremus etiam per alias gentes esse potuisse, qui secundum Deum vixerint, eique placuerunt, pertinentes ad spiritualem Hierusalem. Que tempora eius, aut quando hæc facta sint, quamvis non inueniamus in chronicis colligimus, ait Augustinus ex libro eius, quem pro sui merito Israe litæ in autoritatem canoniam recuperunt, tertia generatione posteriore fuisse, quam Israel. Quare hunc librum repudiare, aut de historiæ veritate dubitare, ait S. Thom. Aquinas in commentarijs super Iob in Prologo. est autoritati sacra Scriptura obniare.

#### Solutiones oppositionum.

A D I. respondetur fuisse curæ Iosepho gentis suæ monumenta recensere, propterea de geniti Iobo non ineminit, cuius tamén scriptura, vt dicit Origenes lib. 1. in Iob primo apud Syros, secundo apud Ægyptios, tandem per omnes gentes Syriaç, Hebraicæ, Græcæ, & alijs linguis diffamata est. Accedit, quod in ipsam historiæ gentis suæ, in Iosepho multa sunt prætermissa, quæ tamen ad sacram scripturam pertinent; quate nullum argumentum dicitur ex hac autoritate negatiua.

Ad II. falsum assumitur, quod propterea comicæ, & scenicæ sint personæ, quia nomina arcanae habent significations; hoc enim modo fermè universa scriptura scenicis, & non veris personis esset referenda: nullam enim illorum est, quod mysticam non habeat interpretationem, in quibus ingens (teste Chry-

Chrysostomo in c.6. Gen. hom. 51. & ad Rom. hom. 15. in c.16.) *thesaurus inuenitur* vnde Abel significat luctum, Balthasar portans angustiam, & similia, de quibus legendus Hieronymus in interp. nominum Hebraic. & ex his arcanais nominibus Eusebius de præp. euang. Cyp. adu. Iudeos sapientiam sacrarum literarum demonstrant. Accedit etiam in prophanis nomina imposita ad significandum aliquid. Vnde Plato in Cratyllo, Tatalum, quasi Thalantaton, id est infelicissimum, ob id esse vocatum dicit, quod ei multa aduersa euentura essent. Nec in comedijis sem per nomina excogitantur, vnde Thais antiquæ metrictis nomen habet; & frequenter in comedijis introducitur.

Ad III. respondeatur, vt dicit Hieronymus à principio usque ad initium cap. 3. & 42. usque in fine prosa est, reliquum hexametris versibus constat. Hexametros autem istos ex spondeo, & dactylo, & alijs pedibus, nempe trochœo, iambō, & Proteleumatico currentes dixit Marianus Victorius legendus in ep. 112. 117. & 155. D. Hieronym. Hoc autem non officit veritati historiae, imo in laudem sacrorum scriptorum cedit, quod ab ipsis prima poesis effluxerit. Quod si ideo diuinus non est liber, quia a versibus magna ex parte describitur, pari ratione excludendi essent à diuinis libri Psalmorū, Prou. & Threnorum. Psalmos enim, & Threnos diuerso metri genere compositos dicit Hierony. præfat. in lib. Regum, & in Es. Insuper ad Paulam Vrbicam ait, extremam partem libri Proverbiorum constare tetrarametris, Iambicis, Lamentationes saphycis, adonicis, heroicis. De cantico vero Moysi lege Euseb. de præparat. euang. lib. 11. c. 3. Legēdi Mendoza in quest. an David psalmi carmina sint, Geneb. in chronolog. anno 1013. & libello R. David Iahaiq de metris. Masius ad cap. 10. Iosue v. 11. Benedictus Blancucius de Poesi Hebr. in suis institut.

Ad IV. in originali habetur הַיָּה fuit, quod est præteritum perfectum, quia tamen apud hebreos utrumque idem significat, licuit interpretibus, hoc vel illo modo vettere. Vnde Genesis 10. vbi in hebreo dicitur de Nemrod גָּבְרֵץִיד fuit robustus venator, interpres vertit, erat robustus venator. Gen. 42. הַיָּה הַדָּעַכְ fuit fames in terra, versum est, erat fames in terra. 3. Reg. 5. erat pax inter Hiram, & Salomonem, hebreus legit שָׁלֹמָךְ & וַיָּהּ הַשְׁלָמָךְ fuit pax, &c. Hoc autem meritò factum putatur ad significandum vitæ genus costans, & tranquillum, & fiorens. Vnde Exodi 1. ad prosperitatem quoque Ioseph signandam scribitur. Ioseph autem in Aegypto erat, hebraicè, fuit: sic ad hoc exprimendum dixit scriptura, Vir erat in terra Hus ad signandum Iobi pacatum statum, de quo cap. 16. seipsum describens ait. Ego ille quondam opulentus repente contritus sum.

Ad V. non est consequens, si in una scriptura quadam accipi non possunt litteraliter, vt sonant, quod omnia accipienda sint allegoricè; alioquin librum Genesis, totam allegoriam oporteret dicere, quia creationis dies, non vt sonant, sed prout in mente, & cogitationibus Angelorum fuerunt, etiam accipi possunt, vt dicit Aug. 1. de Gen. ad litt. c. 7. lib. 4. c. 8. & 5. c. 12. & lib. 11. de Ciui. c. 7. ad Orosium cap. 26. Sed ab aliquibus dicitur, quod in illo Concilio representando non tam Prosopopeja (hoc est ficta personarum inductio) appetat, quam Mimesis, in-

qua verarum personarum verba, & dicta, genusque etiam per imitationem effinguntur, & representantur. Quanquam dici potest, illud concilium non fuisse realiter peractum, sed visionem imaginariā scriptori repræsentatam, ad exprimendam Satanæ calumniam, diuinam permissionem, &c. sicuti etiam Micheam 3. Regum 22. simile Concilium vidisse legitur, vbi adfuit spiritus mendax, qui permittente Deo, facultatem accepit decipiendi Achab. Sic verisimile putat noster Hugo Cardinalis. Sunt quidam, qui hoc dicunt ita gessum realiter, vt scribitur, non corporeæ, sed ea, quæ inter Spiritus potest intercedere ratione. Ita docuerunt idem Hugo noster, & Lyranus, & videtur sentire Athanasius, vel quicunque sit author ad Antioch. q. 8. August. vel alius annotat. in Job. Olympiod. Et hoc etiam dicere non est improbabile.

Ad VI. Non impossibilia in hoc libro narrantur; non enim illa continuitas septem dierum, & noctium physicè accipienda est, sed moraliter, nec enim scriptura à familiari sermone discedit: more autem humano dicimus, aliquem in aliquo loco mansisse, continuè, cum tamen ad alia peragenda diuertere, alio potuerit, sic in eadem scriptura in psalmis canit David psalm. 87. *Tota die expandi ad te manus meas*, ad significandam istam moralem continuatatem, quæ physicè intellecta impossibilis est, vacante David alijs negotijs regni, & necessitatibus, de quibus dicebat. *De necessitatibus meis erue me*. Ps. 24.

Ad VII. Hæc est diuinæ scripturæ excellētia, vt etiam vulgaribus, imo & fabulosis sermonibus se accommodet: vnde Job (vtrit S. Thomas) veritatem de pœnis malorum post mortem proponit sub fabula, quæ vulgariter ferebatur, quod in inferno inter alios fluios Cocytus esset, qui luctus interpretatur, quod animæ malorum perducuntur. Et Nicetas etiam dixit, cum scriptura Cornucopiae, aut Syrenū, aut vallis Titanum, aut gigantum mentionem facit, tamen utilitatem illis fabulis significatam, non vero falsitatem ullam nobis propinare. Vel dicendum hinc antiquitatem scripturæ nostræ cōprobari, quod res, & nomina etiam Gentiles sint à nostris suffurati, & ad fabulas postea conuerterint. Vnde meritò fures, & latrones sunt appellati à Clem. Alex. vt supra dictum est.

Ad VIII. cum eo loco Job 31. dicitur *finita sunt verba* Job non est sensus, quod liber ille sit clausus, & terminatus, vt propterea tanquam laciniola, & astuta cætera, quæ sequuntur capita rei cienda sint, vt perperam quidam Hebrei dixerunt, quos rei ciuitate Leui Ben Gerson; sed ad significandum finita esse verba Job, quæ ad suæ innocentiae probationem faciebāt, & cōtra amicos prolatæ sunt. Vnde & 70. legunt & cessauit Job à verbis, cessauerūt autem & tres amici eius contradicere. Optimum simile est in psalmis, nā ps. 71. dī. *Defecerunt laudes David filii Iesse*, vbi certum est, non terminari ibi psalmorum librum; tantum id dictum est ad significandum clausum esse desiderium amplius aliquid petendi, cum summum omnium postulasset, aduentum videlicet Messiae.

Ad IX. argumentū. Ijs verbis, ait Ambrosius lib. 3. de interpellatione Job c. 3. habet, qd illa fuit deploratio pro communi infirmitate totius humani generis. Et Gregor. præf. c. 3. & initio lib. 4. istam mortalitatem ait per diem significatā fuisse maledictam,

sicut

sicut & noctem significantam, fuisse maledictam, sicut & noctem significantem culpam, vel patiuitatem, aut conceptionem per diem & noctem significantam, maledictam propter peccatum originis, quod transfunditur in posteros, ut dicit Beda, & Philippus presbyter in eum locum, & S. Thomas 3. p. q. 27. ar. 2. & 2. 2. q. 7. art. 6. Vel dicendum, quod illæ lamentationes, & quærelæ affectum sensitivæ partis ostendunt, & tantum abest, ut eum faciant peccati reum, ut potius maximam eius virtutem demonstrent: nam, ut bene dixit Didymus: neque enim qui iustus est, sensum omnem exuisse humanitatis necesse est: quamuis constanter casus ferat aduersos: nam acerbarum rerum sensu suscepto, cum quis in cruciatus propter Deum, exclamat, ea demum virtus est, vnde e cōtrario ἀναλγησία analgesia, & ἀπάθεια, indolentia stoica vitium merito reputatur: & ad offendendum nihil fatuum, vel impium Iob, contra Deum loquutum esse, ut bellè dicit Chrysostomus, quemadmodum in simulacrorū crepidine, statuarumq; basi solet inscribi. Hic, ille posuit, ita hoc loco libri author, postquam iusti simulachrum verbis absoluit in crepidine hanc veluti inscriptionem reliquit: *In omnibus his non peccauit Iob, &c.* Vel dicendum ex S. Th. in huc locū lect. 1. *Iob sic maledixisse, quia cum malum esse denunciat, non secundum suam naturam qua à Deo creatus est, sed secundum illam scripture consuetudinem, qua tempus dicitur bonum, vel malum, sed secundum ea, quæ in tempore aguntur, sicut illud Apost. Eph. 3. redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Maledixit igitur Iob diei sue in quantum mala sibi in ipsa die accidisse commemorat.*

Ad ultimum, illa loca, supposita traditione, aliquid efficiunt, qua sublata potius rem infirmant, quam solident, sic Hunnio stulto respondet, ne sibi sapiens videatur.

#### ARTICVLVS QVINTVS.

*An libri Proverbiorum, Ecclesiastes, & Cantica Canticorum sint sacri, & diuinitus inspirati.*

#### Positio Hereticorum.

**O**MNES Salomonis libros quidam heretici apud Iacobum Christopolitanum præfat. cōment. in Cant. eo titulo exploserunt, quod eorum author Salomon propter impurum alienigenarum amore, & idolatriam afflatu Spiritus sancti caruerit. In specie librum Ecclesiastes quosdā Hebræos negasse testis est Hieronymus in fine comment. eo prætextu, quod errorem Epicureorum introducere videretur. Sed & R. Moyses Aegyptius 2. lib. Perplex. c. 29. scribit. *Multos suæ legis sapientes voluisse abscondere librum Coelēth, quod putarent Salomonem credidisse antiquitatem mundi.*

In specie vero Proverbia, & Ecclesiasten his verbis videtur oppugnare Theodorus Mopsuestenus olin monasticæ vitæ cultor, & Chrysostomi collega, lapsus, & religiosæ professionis desertor, ad quem ex religiosis castris Dei omnipotentis transfigum, & carnis coeno conspurcatum, ut eum ad pristinam viuendi normam, & ad cœnobium reuocaret, diuino spiritu plenæ extant epistolæ Chryso-

stomi sub hoc nomine ad Theodorum Lapsum, cuius hæc verba referuntur in quinta Synodo Actio- ne quinta supra. *His quæ pro doctrina hominum scripta sunt, & Salomonis libri commumerandi sunt, id est Proverbia, & Ecclesiastæ, quæ ipse ex sua persona ad aliorum utilitatem composuit, cum prophetiæ quidem gratiam non accepisset, prudentiæ vero gratiam, quæ evidenter altera est præter illam secundum B. Pauli vocem. Quibus verbis innuit non spiritu prophætico, sed dono prudentiæ descriptos, ac proinde infallibilitatem non habere, cum prudentia infusa à Paulo non numerata sit inter gratias gratis datas, inter quas prophetiam recensuit; & cum prudentiæ infusa possit subesse falsum, quod in prophetia non accidit, satis innuit non esse infallibiliter descriptos.*

Ecclesiasten similiter penitus quidam heretici apud Philastrium de heresisbus c. 132. expunxerunt à numero diuinorum librorum. Obliterandum eundem putarunt quidam antiqui hebrei, quod omnia diceret vanitatem, quanquam ex ultimo capite dicant, meruisse autoritatem, ut indiuinorum catalogo poneretur, teste Hieronymo in cap. ultim. Ecclesiast.

Sed & noster Hugo Carensis præfat. in Ecclesiastē c. vlt. dicit, Iudeos quosdam asservisse, Salomonem amore mulierum captum, non ausum fuisse aperire de mundi vanitate, eiusque ortu, & interitu scribere, ne illarum errorem ab ipsa radice conuellens, aut illas, aut illarum gentes offenderet: vnde velut eis placere studens affirmauit interdum omnia ab æterno fuisse cum diceret, nihil sub Sole nouum, addens multa similia in gratiam mulierum.

Martinus vero Lutherus innovationis cupidissimus libenter hic hereticis, & Iudeis subscriptis. Sic enim 2. lib. colloquiorum latinorum c. de veteri testamento quid senserit, aperite scripsit Henricus Petrus Rebenstok eorundem collector, dum dixit. *bic liber non est perfectus, multa abrepta sunt, vel ut alijs vertunt, liber iste deberet esse plenior, nimis decuratus est.* Dib Buch soll vochlicher senn vnd ist im zuwei ab gebrochen, & iterum. Neque ocreis, neque calcaribus induitus est, hoc est nullam habet perfectam sententiam, equitat in arundine longa, sicut ego dum essem Monachus in Monasterio. Et iterum hanc honorificam laude tribuit eidē libro, Salomon ipse librum hunc non scripsit; sed à Iesu filio Sirach tempore Machabeorum compositus est, & sicut Talmud ex varijs libris cōfarcinatus fortassis ex biblioteca Regis Aegypti Ptolomai Euergetis. Lutherò subscriptis Mercedarius Caluini pullus c. 1. scribens subfannando; Eos, qui inter Christianos Philosophiam cum Theologia colunt, ex hoc libro contemplationum occasionem sumpsiſſe, ut ab omnibus publicis functionibus abstinerent, qui dum Religiosorum institutum damnat renunciantium vanitatibus seculi in Salomonē vale dicentem mundo, & vanitatibus ijsdem, eiusq; librum spicula contorquet. Ad utrumq; librum Proverbiorum, & Ecclesiastem respiciens Lut. dixit, *sententias Salomonis, quas mensæ accumbens funderet, fuisse ex ore loquentis excerptas, & postea in libros digestas:* per hoc volens Salomonem, bene potus, inter icyphos, & patinas proscindere, & dictos libros non esse nisi colloquia conuiualia epulantis Salomonis, vide Resciūm in Atheismis tit. de scriptura pag. 14. Coccium p. 5. in thesauro lib. 6. a. 6. vnde miror Curielem in contro- uer-

uersis in expositione litterali Parabol. Salomonis §. de authore lib. pag. 16. dixit hunc librum Proverbiorum non esse ab aliquo hæreticorum in specie abnegatum.

Circa librum Cantici Canticorum Iudæi, & iudai zantes dixerunt, nihil aliud esse, quam colloquium quoddam amatorium, & nuptiale ex arte compo situm, & factum inter Salomonem Regem, & filiam Pharaonis Regis Aegypti, vel quampiam aliam reginam ei plurimum dilectam, solos amores, & nulla mysteria continentem. Vel nihil aliud esse, quam colloquium festuum inter Salomonem tanquam sponsum, & rempublicam hebream sub typo sponsæ descriptam, quam per prosopopiam alloquitur. Legendus Theodoretus prefat. in cant. cantic. Hoc etiam tenuit Lyranus deceptor ex Chaldeâ paraphrasi, vbi idem fusè contexitur, & habetur in Biblijs Antuerpiensibus.

Ab his mutuati sunt quidam Hæretici apud Philistrium lib. de hæret. cap. 84. existimantes eos libros non spiritu diuino descriptos, sed humanarum rerum causa, ac voluptatum hominibus predicatae contineri.

Theodorus Mopsuestenus in 5. synodo collat. 4. eo etiam titulo hæreticus est iudicatus, quod Canticum Canticorum spreuerit tanquam cantica ad amicam descripta, & quod neque secundum speciem prophetam exposita sunt, neque secundum historiarum tradicionem, neque demonstrativa admonitione study videntur. Et iterum Salomonem circa coniugis desiderium, & opprobrio præuationis irritatum, composuisse canticam excusationem, ut gratior vox eius esset cantoris dele etiam pro ea factis, & improperantes sapienter percuteret tanquam conscripti causam illi dantes letitiarum, & non pœnitentiae propter nuptias tanquam prauas: & tandem emulationis nuptialis codicem mensale canticum esse, sicut & de amore postea coniunctum Plato conscripsit, Vnde nec Iudeis, nec nobis publica lectione unquam Cantus Canticorum factus est, tanquam domesticus, & nuptialis Salomonis coniunx cantus, opprobria sponsæ sonans. Ita sunt de thefauis impietatis Theodori de eodem pariter Leontius, vbi supra sic scripsit. Sanctorum sanctissimum Canticum Canticorum ab omnibus diuinarum rerum peritis, & ab omnibus christianis laudatum omnibus Ecclesiis cuncti orbis notum, & à Iudeis inimicis crucis Christi in admiratione habitum, libidinosè pro sua, & mente, & lingua mereiricia interpretans sua supra modum incredibili audacia ex libris sacris abscondit.

Martinus Lutherus in exordio suatum annotationum in cautice, iudaizans voluit librum hunc nihil aliud continere, quam familiare colloquium inter Salomonem, & Hebraam Rempublicam, inuitantem Salomonem dilectum suum ad regnandum super eam.

Anabaptistæ hunc errorem eundem secuti sunt teste nostro Sixto lib. 8. her. 8. Cum Anabaptistis sentit Castilio in suorum bibliorum translatione latina. Eius verba sunt. *Canticum musicum, quod Salomonis est, nihil est nisi amatorium. Diffundire me, ait, oris sui suauio ad tuorum suauium unguentorum odorē, & amant puerum. Tota es bella. Aperi mihi sororcula mea, columbula mea. O te formosam amicam meam, o te formosam, que columbinos habes ocellos, & ne quid ad irrationem deesse videretur ijs verbis. Reuertere Sulamitham.*

*this reuertere addidit, Sulamitha amica Salomonis, & sponsa, asserens apertissime canticum istud non esse, nisi colloquium inter Salomonem, & amicam puellam Abisag Sulamithem. Hinc factum est (ex Beza in vita Caluini) quod cum tentaret hunc librum diuinorum voluminum numero expugnare, repugnat alios Ministros expertus sit, quos propterea maledictis proscidit. De alio hæretico refert Salmeron proleg. 10. can. 34. qui mutato nomine se Zerchintam vocabat, quod eidem libro fuerit iniurius.*

Scotici Ministri in Apologia sue confessionis, quam refutat Hoimilthonus, in canticis Canticorum amatoria quedam philtira tractari mentiti sunt.

Hannius vero solita illa cantilena probat hos esse canonicos, & diuinos, quia illi in alijs diuinis libris citantur.

### Oppositiones eorundem.

**A**rguitur primo in genere ad probandum illos libros non esse diuinos. Primo quia de Salomone scriptum est 3. Reg. 11. Cumque iam esset senex de prauatum est cor eius per mulieres: Earumque amore ardentissimo superatus idolatravit. Non ergo Spiritus sanctus cor eius inhabitare potuit, vt libros diuinos describeret, nam scriptum est Sap. 1. quod *Spiritus sanctus discipline effugiet factum*, & Hieronymus ep. de Monogamia ab ipsius Prophetis coniugali operi vacantibus, Spiritus sancti presentiam auferit dicens, quod tunc *Spiritus sanctus eorum corda non tangit*, multo magis abesse à fornicatorijs, & libidinosis, quibus fuit Salomon, dicendum est.

Confirmatur, quia Salomon reprobus existimatur: absurdum est autem scriptorem aliquem sacrum, & diuinum existimare de numero reproborum extitisse.

Arguitur II. in specie circa librum Proverb. ibi enim nonnulli moralia præcepta continentur lumine naturali cognita, quorum multa etiam in libris Gentilium reperiuntur. Non est ergo credendum Spiritus sancti inspiratione esse dictatum.

Confirmatur. Nam à cap. 24. vsque in finem Sebna, & ceteri Scribæ Ezechiae Regis Iuda ex alijs voluminibus, quæ ibi dicuntur collecta sunt. Salomon enim (vt dicitur 3. Reg. 4.) locutus est tria milia parabolæ; & Ioseph testatur lib. 8. cap. 12. composuisse eundem librum odarum, & carminum quinque mille, & parabolæ, & similitudinum libros ter mille. Non est autem certum an collectores harum parabolæ Spiritu sancto afflati fuerint, ergo &c.

Arguitur III. contra librum Ecclesiastes, quia de creaturis non recte sensisse videtur eius libri author, dicendo. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*, testante scriptura esse valde bonas Gen. 1. Seculorum quoque revolutionem Pythagoricam introducit dicens cap. 1. *nihil sub Sole nouum*, insinuans res transfactas in eundem ordinem formamque redire. Animam rationalem mortalem facere videtur, dicendo cap. 3. *Vnus interitus est hominis, & imponentum, & aqua viriusque conditio*, & cap. 3. *Nihil habet homo iumento amplius: cuncta subiacent vanitati*. Casui, & fortunæ hominis tribuit actiones. Et vidi sub sole, nec velocium esse cursum; nec fortium bellum, &c. sed tempus casumque in omnibus cap. 9. Epicuream sectam commendare videtur cap. 2. *Nonne melius est*

comedere, & bibere, & ostendere animæ sue bona de laboribus suis &c. & alibi, cogitauit in vinum protrahere carnem meam, sic enim capit. secundo legitur in Heb.

חרת' בלב' למשוך נ"ז את-בשרי

IV. Specialiter arguitur contra Cantica Canticorum, quia liber ille videtur de industria compositus, quando Salomon sibi filiam Pharaonis in uxore copulanit, vt habetur 3. Reg. cap. 3. Vnde propter hoc illam assimilavit equitatui suo in curribus Pharaonis, quod non potest ad spiritualem intellectum adaptari, sicut nec illud Cant. 6. Sexaginta sunt Regine & octoginta concubinae, & adolescentularum non est numerus; una est colubra mea, &c. viderunt eam filii eius, & beatissimam prædicauerunt, &c. quod ad litteram bene quadrant eidem filiae Pharaonis, nec ad aliud commode possunt transferri.

Confirmatur Primo, etenim quæ in libro tanquam Epithalamio continentur ad mundanum amorem spectant, vnde frequenter dilecta, amica nuncupatur, suavia interseruntur, vt cum dicitur, osculetur me osculo oris sui. Et iterum, leua eius sub capite meo, & dextra illius amplectabitur me. Et rursus. Dicite dilectio meo, quia amore langueo, & iterum, venter meus niremuit ad tactum eius. Obscena, & pudenda recensentur muliebria, nam sic dicitur cap. 4. Sicut fragmen mali pinici, ita genæ tue absque eo quod intrinsecus latet, vnde hebreicè habetur לְצַפָּה, quod Symachus vertit, præter taciturnitatem tuam. quam versionem aprobans S. Hieron. in cap. 47. Isai. dicit quod noluerunt, qui transfluerunt transferre nomen, quod iurpitudinem significat. Et tandem hic oscula, vbera commemorantur, suspiria, zelotipiæ, invitatio-nes, blanditiæ, desideria amantium conuenire cupietum, enarrantur; nihilque est in toto libro, quod prophanicum amorem non spiret, nam his similia legimus in Catullo, Tibullo, Horatio, &c.

Confirmatur II. Amplius in toto isto libro nunciam sit mentio Dei. Signum ergo est apertissimum non habitum esse ab authore diuinum, putante non miscenda esse facta prophanic. & ita Mopsuesteni argumentum.

Confirmatur III. Amplius in libro dicto multa ponuntur à natura, & consuetudine humana aliena: mulier enim primo contra consuetudinem feminorum oscula petit, domo egreditur, foras cursitat, &c. multe item ibi similitudines inconcinnæ, vbera enim assimilantur duobus hinnulis; Umbilicus crateri tornatili, dentes gregibus tonsarum, &c. Non ergo verisimile est à Spiritu sancto hæc potuisse dictari.

Confirmatur IV. Amplius circa stylum scribendi dictus enim liber poema amatorium videtur esse, simulque Bucolicum, & pastorale, ac etiam Georgiū, & rurale, vnde & Dragmatico scribendi, genere, quod est vnum è tribus scribēdi generibus descriptū est, vbi loquentes personæ introducuntur, dilectus, dilecta, adolescentula, sociæ sponsæ, & amici, vel socij, aut sodales sponsi.

Confirmatur tandem, quia Theodoretus in Cant. videtur, quod dubitauerit num Salomon prophetice hunc librum descripsérat, dicens. Arbitror sapientē Salomonem à patre ut ipote Propheta, & magno quidem Propheta edictum hæc scripsisse.

V. Solita cantilena non alio fundamento probat Hunnius hos libros esse diuinos, nisi quia in alijs li-

bris diuinis citantur. Et quantum attinet ad librum Prou, sic arguit prædicans. Prouerbiorum librum citat Isaías, & ex cap. 1. transcribit versicalum hunc, pedes eorum ad malum currunt, & festinant, vt effundant sanguinem. Is. 59. Idque ipsum Paulus usurpat Rom. 3. & ex cap. 25. Prou. transfumit Paulus hanc sententiam. Si esrierit inimicus tuus, ciba illum, &c. Rom. 12. & author epist. ad hebreos mutuatur ex Prou. 3. sententiam de castigatione Domini patienter sufferenda.

Quantum ad Ecclesiasten liber Prou. est canonicus propter authorem. Ergo etiam Ecclesiastes erit canonicus, quia ab eodem authore, nempe à Salomone profectus est. Et iterum 3. Reg. 4. de Salomone, hac memorantur. Locutus est quoque Salomon tria millia parabolas, & fuerum carmina eius quinque, & mille, &c. ergo ecclesiastes est canonicus, quia non est dubitandum sententias in Ecclesiaste comprehensas esse ex eorum numero, quas Spiritus sanctus loco citato Regum, inter documenta sapientia Salomonis refert, eo que ipso canonizat. Et iterum liber Prouerbiorum est canonicus propter authorem; ergo etiam Ecclesiastes, qui ab eodem profectus est Salomone. Prosequitur Hunnius suas probationes.

Quantum attinet ad Cantica Canticorum inde dicit haberi esse diuina, quia dicitur 3. Reg. cap. 4. Excedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium, & Aegyptiorum, & erat sapientior cunctis hominibus sapientior, Etham, Ezrabita, & Heman, & Chalcol, & Dordafilius Mahol, & erat nominatus in vniuersis gentibus per circumut. ergo ex scriptura constat Cantica Canticorum esse diuina.

#### Coufutatio eorumdem. Ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est, quia supposita traditione, & authore Ecclesiæ in decretis Summorum Pontificū & Conciliorum supra citaratorum hos libros tanquam canonicos, & diuinos in catalogo scripturarū attexentium: Innoc. ep. ad exup. cap. 7. Gelasius nominat expresse tres Salomonis libros Concil. Ladic. Can. 59. Carthag. 3. cap. 47. Florēt. & Trid. sel. 4. ex alijs scripturis eadem autoritate acceptis ostendit hic liber esse diuinus, nam præter dicta loca ex Prou. Romanorum 12. cap. citatur illud. nolite esse prudentes apud vosmetipos & 2. Petri 2. citatur illud, canis reuersus ad suum vomitum.

II. Ex patribus, nam quantum attinet ad librum Prouerbiorum; illum vt diuinum agnoscunt Melito Sard. ep. ad Onesim. apud Eus. 4. hist. cap. 25. Athan. in synop. cap. 15. Nazianz. carm. 33. Basil. initio Prou. Amphiloch. in carmine, qui nam script. libri legendi sunt Ambros. proœm. in Luc. Aug. 2. de doctrin. christiana cap. 8. Isid. 2. etymol. cap. 2. Damasc. 4. de fide cap. 18. & alij Patres, &c. Ecclesiasten vero vt diuinum reverentur Graci, Melito Epi. ad Oneimes. Clem. Alex. 5. Strom. Greg. Neocas. in eccles. Athanas. in synop. Nissen. in comment. eius lib. Chrysost. hom. 2. in Es. Theoph. Alex. ep. 3. Pasch. ex Latinis Tertull. de vel. virg. cap. 1. Cyp. 2. ad Quir. c. 11. & 30. Hyl. in Psalm. 119. Ambros. in proœm. in Luc. Hiet. ad 1. cap. eccl. & 1. adu. Pel. cap. 10. August. de ciuit.

civit. Dei cap. 3. Prosp. de vocat. gent. lib. 1. cap. 24. Greg. 3. p. cur. Pastoral. ad m. 16. & alij. Cantica canticorum, ut scripturam sacram venerantur Clem. Rom. can. 85. Apost. S. Ign. ep. ad Ephes. Melito loc. cit. Orig. in Cant. Basilius loc. cit. Cybill. Hierosol. categ. 5. Epiph. hæres. 66. Chyril. hom. 37. in Matt. Cyrill. Alex. de Incarnat. cap. 9. Dama. lib. 4. cap. 18. & alii PP. qui in eū commentaria scripserunt Theo. Psellus, &c. ex Latinis, Tertull. 4. in Marcio. cap. 11. Cyp. ep. 76. Ambros. super Optatus 1. contra Parm. Hieron. ad Paulinum Augu. de ciuit. lib. 15. cap. 22. Greg. in cant. & alij innumerati.

Hl. probatur ad hominem: nam Lutherus initio eius commentarij ait, *neminem haec tenus ad plenum sententiam Ecclesiastes assecutum esse*, ergo tanta est altitudo sapientie, ut humanam effugiat rationem. Et rursus. ergo ab ipso Luthero titulus eiusdem libri non recte descriptus est, *Politica, vel Oeconomica Salomonis*, quæ enim ad Politicam, aut oeconomicam attinet, non sunt adeo supra humanos sensus, ut intelligi nequeant. Accedit quod Hunnius hereticus fateatur Lutherum alibi laudasse Ecclesiasten, ergo.

Amplius generaliter contra Lutherum omnes libros Salomonis exsufflantem, & eosdem traducentem, tanquam continentes exceptas, & in libros digestas sententias, quas mensæ accumbens fundere, ait, solebat, sic arguitur. Si conuiualia colloquia Salomonis exsufflantur, multò magis symposiaca colloquia Lutheri à suis discipulis collecta exsufflantur; tanto potiori ratione quanto non est plusquā Salomon hic, quod si recipienda velint, quia in titulo commensalium fabulationum, ubi Salomon proscinditur, Lutherus introducatur, qui se iactando dixit, *Ego sum Esaias, Philippus Hieremias*, à fortiori recipi debent illa colloquia, quorum author Salomō esse à Lutheru non negatur. Vel ergo Lutherus non debebat symposiaca ista Salomonis reprehendere, ut sui plenius (ut faciunt) prædicarent ex sancto, ut aiunt, ore Lutheri illa excerpta: aut si sua exēplo Salomonis, volebat symposiaca colloquia autorare, potius illa in celum efferre debebat, nec diuino spiritu mensa fuisse impedimento, quoniam diuina Salomonis inspiraret. Sed dum hæc symposiaca colloquia Salomonis somniant se ipsum destruit, & imitator Mopsuesteni se ostendit, qui eundem librum mensale carmen appellauit, & frustra laborauit hac fictione colloqiorum Salomonis sua colorare: nunquam enim Salomonem exemplar suorum cōuiuorum habebit, benē tamen Mopsuestenum, immo & Arium prototypum commensalium colloqiorum reperiet, quia, ut scribit Athanasius de sententia Dion. Alex. Hæresim Thalia effæminatis ridiculisq; numeris ad similitudinem Aegyptiū Sosad. & conscriptū in lucem euulgauit, & oratione 2. contra Arianos, inventur in eosdem, quod relictis Christi eloqujs *Sæpius Arij*, hoc est crapulas titulo nouæ sapientie co-bonestant, ac bono iure eum titulum usurpant. Quapropter nō sine admiratione est, nūquam in multis multorū operibus, & sermonibus cum in vetus tum in nouum testimoniū conscriptis, inter titulos librorum, *Sæpius hoc est crapularum nomen reperi*ri, immo ne apud Ethnicos quidem frugi, & temperantes, sed apud illos dumtaxat, qui istiusmodi res inter pocula ad risum captandū per plausum vocum, lasciviamque decantant. At eximius ille Arius cum nihil aut sanctum, aut graue imitandum

desumeret, securus negligensque huius probitatis depecculatis aliorum heretibus, emulum se in ridiculis vni Sotad. & prebuit. Et postea Ita quoque fucatus, & Sotadicus Arius simulat se quidem de Deo loqui, cum interponat verba sacrarum litterarum: deprehenditur tamen unde cumque Atheos, dum filium negat, & illum rebus conditis adnumerat, illius de quo scribitur, Ecce plusquam Salomon hic, Luc. 11. diuinitatem lacetate contendens, quem librum synodus Nicæna damnauit, atque proscripsit ex Sozom. lib. 1. his. cap. 20. Nonno Arius simiam Lutherum dices illum in conuiualibus colloquijs per omnia imitantem?

Contra Hunnum, arguitur id, quod dicit expresse, ex hac synopsis cernitur quomodo canonorum librorum veteris testamenti fides, & certitudo, amplius eius afferatur per allegationes Christi Euangelistarum, & Apostolorum, nam sic subditur: sed hi libri non citantur ab Euangelistis, nec à Christo Domino (& si Apostoli aliqua ex Prou. citarint) ergo ex hoc capite non essent diuini, quæ est manifesta contradic̄tio Hunniana, quos si diuinos velit fateri, ad traditionem cōfugere necesse est, quæ tales esse prædicat, atque confirmat. Certè Hunio competere potest, quod scripsit Proclus Constantopolitanus dicens. *Qui ista dicant, reuera telam araneæ contexunt, & Nazianz. in carminibus, ducunt arachneis flaminibus si mitem.*

#### CONCLV SIO CATHOLICA.

*Supradicti libri diuino sunt spiritu inspirati.*

R Epondeo dicendum, sicut dictum est, quod supposita traditione consignante hos libros, & authoritate ecclesiastica, ex duobus potissimum argumentis rationabiliter probari potest, quod dicti libri sint diuini, ex authore, & materia. Author enim Salomon est, ad quem etiam sicut ad David, videtur alluxisse Christus Dominus cū dixit Luc. 10. *Multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre, quæ vos videtis, &c. & audire quæ auditis, &c.* qui in eundem Christum oculos dirigens, populos ad illum, & voce, & scripto præparabat. Materia similiter prophetica est ad Christum spectans, nam ut notat August. 18 de ciuit. cap. 19. in Prouerbij legitur viros impios dixisse. *Abscondamus in terra virum inustum, iniuste, &c.* possessionem eius preciosam apprehendamus, quod (subdit) non ista obscurum est, ut de Christo, & possessione eius Ecclesia sine laboriosa disputatione, non posset intelligi, cum in parabola euangelica simile quid Christus dixerit. Hic est hæres, venite occidamus eum, & iterum dicitur in eodem libro, sapientia edificavit sibi domum, excidit columnas septem, quod de Christo intelligi debere ibidem ostendit August. In Ecclesiaste autem cum scribitur. *Venite tibi terra, cuius Rex adolecens, & Principes tui mane comedunt.* Beata terra, cuius Rex tuus filius ingenuus, &c. id prophetauit. ait August. quod pertinet ad ciuitates duas; unam diaconi, & alteram Christi, & earum reges diabolum, & Christum. Iam vero canticum canticorum spiritualis quedam sanctarum est voluptas mentium, in coniugio illius Regis, & Regine Ciuitatis, quod est Christus, & Ecclesia. Quia vero, ut dictum est, Salomon per fidem in Christum, qui hanc sibi despontatus erat Ecclesiastam,

siam, populos sua prædicatione præparabat in eoru  
gratiā pariter admirabili artificio hos libros Para  
néticos descriptis. Quoniam vero (vt ait Hierony  
mus in comm. Eccles. cap. 2.) tribus nominibus Salo  
mon insignitus erat, dicebatur siquidem Pacificus,  
Ecclesiastes, Amabilis domino; iuxta hūc numerum,  
hec inter cetera edidit, Proverbia, Ecclesiastē, Cática  
Canticorū, vt pacificus paruos instruens, vt Eccle  
siastes maturos, & prouectioris etatis viros alloquēs,  
vt amabilis domino calcato sēculo præparatos spōsi  
iungens amplectibus. Vnde, & idem dicit, ad Paulin  
um, quod mores corrigit, naturam docet, Ecclesiam  
iungit. Et Christum. Proverbiorum namque liber di  
cit Basilius hom. 12. initio Proverb. instruclio morum  
est quedam frequens. Ecclesiastes Physiologiam attin  
git, rerum vanitatem ostendens, vt in ijs, quæ præ  
tereunt minimè sit inuigilandum; Cantica Canticorum  
animæ perfectionis, modum demonstrat; Pro  
phetasse ergo repetitur in suis libris, ait Augustinus,  
quorum tres recepti sunt in authoritatem, intellige  
protocanonicam, id est de quibus à nullo Patrium  
nunquam fuit dubitatum. Proverbia, Ecclesiastes,  
Cantica Canticorum. De libris vero Ecclesiastici, &  
Sapientiae, quos recipit Ecclesia in authoritatem me  
rito receptis posterius dicetur, quod etiam sacri sint  
& diuinitus inspirati, non obstante quod apud pau  
cos re non dum definita, in controuersiam vocati  
fuerint.

#### Solutiones oppositionum.

**A**D primum responderetur si teneamus cum non  
nullis Doctoribus dicētibus, libros Salomonis  
compositos esse ab ipso priusquam amore mulierū  
captiuus teneretur (quod non obscure colligitur etiā  
ex 3. Reg. c. 4. & 11. & Ecclesiastici c. 47. vbi prius de  
doctrina eius, quam de amoribus tractatur) nulla est  
difficultas, quod usque ad tempus amorum exclusio  
cum illo perseverauerit Sapiētia, vt innui videtur in  
Ecclesiaste cap. 2. dum dicitur, sapientia quoque per  
seuerauit tecum; si vero iuxta eorum sententiam di  
camus post lapsū esse descriptos etiam argumentū  
eneruatur; sed difficile est hoc probare. Veteres qui  
dam Iudei apud Hietonymum in cap. 1. ecclesiast. ex  
libro Ecclesiastes penitentiam Salomonis demon  
strare conantur, vbi aperte mundi vanitas, & præte  
ritus luxus taxatus ostēditur, quæ videntur esse signa  
penitentię. Sed hoc non conuincit; si enim recte atē  
datur, ibi recenset Salomon omnes delicias suas, pa  
latia, pomaria, &c. corum vero, quæ illum amori  
bus irretire potuerunt ne meminit quidem, cum  
amare nondū cepisset. Ipsemē Hieronym. in Ezech.  
43. (quem sequitur Geneb. 1. chron. pag. 112. qui in  
hanc propendet Hebrorū sententiam) ex Prou.  
c. 24. demonstrare conatur. Vbi enim legimus. Quod  
cum vidissē posui, in corde meo, &c. cum 70. sic legit.  
Nouissimē ego egi penitentiam, & respexi, vt eligerem  
disciplinam, sed hic locus dicunt alij non vrge: nam  
non de penitentia, quæ ad peccatorum remissionem  
necessaria est, ibi est sermo: sed de resipiscētia qua  
dam, & fuga, & evitacione pigritiæ, & sensus est, fa  
ctum esse transitum à pigritia ad diligētiā: quod  
facile est animaduertere, si antecedentia verba legā  
tur, sic enim habetur. Per agrum homini's pigri transi  
ti, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant

vrtice, &c. & sequitur, quod cū vidissē posui in corde  
meo, Exemplō didic̄ disciplinam. Ponere autem cor,  
phrasis est hebraica, significans attendere, vel alta  
mente repōnere, quod ad denotandam resipiscētia  
à pigritia recte 70. penitentiam transtulerunt. Qui  
dam Nouator recentior Franciscus Lunius in cōtrou  
de verbo Dei scripto librū Ecclesiastes compositum  
esse post penitentiam Salomonis sibi suaderet, tum ex  
inscriptione libri: nam Ecclesiastes, inquit, sive ani  
ma concionalis ap̄erat̄ros dicitur Salomon, qui  
venit in Ecclesiam, à qua absuerat, eamque ingredi  
tur, tum etiam quia post paucos annos post fabri  
cata ædificia cecidit, vt colligitur Ezech. 4. tum tan  
dem quia 2. Paral. 1. scribitur, confirmaverunt Roboā  
filium Salomonis per tres annos: ambulauerunt enim  
in vijs David, et Salomonis annis tantum tribus. sed hec  
nihil probant. Nam non opus erat, vt ingentibus fla  
gitij Salomō cōtaminaretur, vt diceretur Ecclesi  
astes: potest enim concionator esse, qui nunquam ille  
crebas expertus est. Nec vñquam in Ezechiele fit  
mentio tam breuis lapsus post ædificia, immo in 2. Pa  
ralip. 8. expletis 20. annis ab ædificio templi, & do  
mūsuæ, adhuc nō fit mentio, quod per id temporis  
Salomon à religione deflexerat. Nec quod adduci  
tur ex eodem lib. Paralipo. cap. 21. aliquid confici  
tur, solummodo enim est sermo de vijs per quas am  
bulauerat Salomon antequam idolatriæ crimen  
incurreret. Non ergo pro certo, & explorato haberi  
potest post penitentiam Salomonis libros hos esse  
descriptos. Quate melior est prima responsio, quod  
antequam caderet Salomon, Proverbia, & Ecclesi  
astem descripterit. Sed & Cantica Canticorum etiam  
sunt ante lapsū descripta. Vide Iosephum 8. antiqu.  
cap. 2. Quando enim accepit Pharaonis filiam, cuius  
occasione eum librum scripsisse perhibetur, dilectus  
erat Deo. Nec ob tale connubium reprehensum le  
gimus, & 2. Paralip. cap. 7. habetur, quod noluit ob  
religionem, vt habitaret vxor eius in domo David  
eo quod, inquit, sanctificata sit, quia ingressa est ad  
eam area Domini. Quamvis autem 3. Reg. cap. 11.  
scribatur. Rex autē Salomon adamanuit mulieres alien  
igenas multas filiam quæque Pharaonis, quibus verbis  
significari videtur Salomon quoque peccasse, ducen  
do vxorem filiam Pharaonis, nihilominus non est  
sic sensus, quod Salomon peccarit accipiendo con  
tra legem alienigenam in uxorem, quam pro conser  
uatione, & pace sui regni dispensante Deo duxisse  
verisimile est, sed volens scriptura diuina exagerare  
Salomonis prauitatem dixit, quod non contentus sit  
Salomon filiam quoque Pharaonis alienigenam du  
cere (dispensante tamen Deo) sed alias multas alien  
igenas prohibente Deo uxores sibi copulauit. Dato  
autem in eo articulo peccasse Salomonem, ducento  
filiam Salomonis in uxorem, vt alij dicunt non per  
manens fuit in peccato, ac proinde potuit Spiritu  
sancto astillari: quieti si ad horam à Prophetis exercē  
tibus contingalem copulam absit, ab ijdem in alijs tē  
poris articulis non recedit. Admisso etiam quocum  
que peccato in Salomone dicitur, quod cum ad gra  
tiā gratiā datam pertineat esse Spiritus sancti ama  
nūnem, in homine peccatore potuit esse collatum  
diuinitus tale scribendi donum, cum nec spiritus pro  
pheticus gratiam gratum facientem requirat.

Ad confirmationem dicitur, quod inter sanctos  
de salute, vel reprobatione Salomonis adhuc contro  
uer-

ueritur, sed Sanctus Aug. 22. contra Faustum c. 88. 17. de ciui. Dei cap. 20. in reprobationem propendit, & sic argumento facto occurrit in Psal. 126. *Magnus ille Salomon, per quem sancta, & salubria monita Spiritus sanctus in diuinis litteris operatus est, nam ipse Salomon mulierum amator fuit, & reprobatus est a Deo, &c.* optime igitur etiam hoc egit in misericordia Dei, & spiritus eius: vt quicquid boni per Salomonem dictum est, Deo tribueretur, peccatum autem hominis homini: nullum ergo inconveniens per reprobum, Spiritum sanctum esse loquutum. Sed & quidam Nouator Frãciscus Iunius Augustini sententiam vocat, dictum horridulum, & duriusculum. Utinam posset temperaturam inuenire ad pertinaciam eius emolliendam, vt saltem in alijs grauioribus ab Augustino, & alijs Patribus permitteret se sacrorum dogmatum doctrinæ erudiendum.

Ad II. supra dictum est quomodo astitit Spiritus sanctus scriptoribus sacris in ijs, quæ lumine naturæ illis perspecta erant.

Ad confirmationem respondet satis esse, quod ea, quæ immediata reuelatione descripsit Salomon instinctu Spiritu sancti, ab illis viris sint in vnum volumen congregata, etiam si ordo scribendorum de novo reuelatus non sit, sed solummodo astiterit Spiritus sanctus ne errarent vnum pro alio supponendo, &c.

Ad III. respondet sicut creature sunt valde bona: sed consideratae in ordine ad primam bonitatem, sicut de illis bonitas simpliciter non enunciatur, cù de solo Deo dicatur Mar. 10. *nemo bonus nisi unus Deus,* ita quia de eodem Deo, esse simpliciter verificatur, tantum dicuntur esse quantum ad ipsum accedunt, tantum habent de non esse, & per consequens de vanitate, quantum ab esse Dei recedunt, sic egregie S. Tho. de verit. q. 2. art. 3. ad 16. Nec saeculorum reuolutio vñquam à Salomone introducta est, non enim, vt dicit August. 12. de ciuit. cap. 13. quem sequitur S. Thomas 4. contra g. c. 82. eodem numero generationes, vel res genitæ redeunt, sed sibi similes aliae in specie: omnium enim rerum genera, vel species quæ oriuntur, verè fuerunt ante nos, nempe homines, animantia, arbusta, & hæc noua non sunt. Cum vero de hominis interitu loquitur Ecclesiastes (vt frequentissime solet etiam idem Salomon loqui in libro Sapientiæ) loquitur ex persona insipientium, vel de interitus similitudine, cum alijs animantibus quantum ad corpus, non quantum ad animam S. Thom. 1. p. q. 75. ar. 6. ad 1. Casum verò, & fortunam nunquam admisit Salomon, nec enim dixit: simpliciter esse casum in omnibus, sed tempus, & casum in omnibus, quia secundum aliquem ordinem temporis quidam casuales effectus reperiuntur in his rebus sub sole: ipsum autem casuale, quod reperitur in quibusdam rebus monstrat eadem alicuius superioris gubernationi esse subiecta, ait S. Thom. q. 103. a. 5. ad primum, si enim res defectibiles non gubernaretur, nihil intenderent; si nihil intenderent, nihil casuale esset, cum casuale sit, quod est præter intentionem agentis, cessante ergo gubernatione, casus etiam cesseret. Falsò verò assumitur sectam Epicuream adstrui à Salomone, ijs enim verbis asseritur, quod sit donum Dei, vt suo quis labore fruatur, bibens & comedens, & pro tempore parcens opibus congregatis, vt è contra ira Dei est, vt peccator diebus, ac no-

ctibus opus congreget, & nequaquam eis vtatur, vt dicit idem Hieronym. Nec potationi vacandum existimat Salomon: nam si vulgata attendamus, potius erat impedimentoo vini potatio ad acquirendam sapientiam, vnde sic legimus Eccl. 2. cogitau in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad sapientiam. Retenta vero lectione alia ex Hebreo, cù originalis vox Masach extrahere etiā significet, vnde Iob 40. dicitur, an extrahere poteris Leviathan hamo, & Genes. cap. 37. dicitur, Extrahentes eum de cisterna, sensus planissimus est consonans cum vulgata, vnde extractio à vino, sicut abstrahitur pisces de aqua, abstinentiam à vino significat, quod erat medium ad sapientiam acquirendam, de qua ibi erat sermo, cui potius obest protractio carnis in vinum. Sunt in eundem locum aliae expositiones Doctorum, & interpretum, sed hæc præfertur meo iudicio: nam cum ambiguus est sensus ex scripturæ figuritate, ille eligendus est ex regula S. Augu. 3. de doctrina Christiana cap. 2. qui magis cum antecedentibus, & subsequentibus cohæret, vt patet in proposito.

Ad IV. principale, cum dicat Hieronymus inc. 3. comm. in Esaï. quod spiritualis interpretatio sequi debet ordinem historiæ, & secundum Patres stultus habeatur interpres, qui omnia ad allegoriam conatur torquere, dicendum est in canticis etiam historiae reperiiri interdū, cù qua sēsus allegoricus cōnectatur. Vnde in memoratis locis aliqua res gesta insinuantur pertinens ad aliquos veros, & castos amores, nempe coniugales, super quam alij sensus mystici fundati sunt, ex notis amoribus ad altiores amores nos manu ducentes: nam cum nuptiæ signum sacram, & sacramentum sint coniunctionis Christi cum Ecclesia, vt dicitur Ephel. 5. sic talis coniunctio, amorum castorum amorem designabat Christi Domini sibi copulantis alienigenam Ecclesiam de gentibus, eo modo quo Salomon filiam Pharaonis sibi copulauit. Quin, quod & scripturæ etiam mos est, vt ait Greg. 3. mor. cap. 16. continere in se res quidem in sua forma malæ gestas, tam en in significatione virtutem, & laude prophetarum exprimentes; & in facto Davidis Bersabeam concupiscentis, & in vxorem sibi copulantis manifestè appetit in quo significatur Christus adulteram Ecclesiam de gentibus sibi copulasse; & in facto Sampsonis requiescentis in sinu Dalida exprimitur Verbum in sinu Virginis requiescens. Et admissio quod res mala non possit esse typus mysticij, bene potest esse eiusdem occasio, sicut peccatum Adæ, incarnationis, delictum Iudæorum diuinitarum gentium, auaritia aut æmulatio, occasio prædicationis, vt dicitur Philipp. 1.

Ad confirmationem primam respondet ex Gre gor. in prologo super cant. quod in eo libro amoris, quasi corporis verba ponuntur, vt à corpore suo anima per sermones consuetos discreta recalescat, & per verba amoris, qui infra est exciteur ad amorem, qui supra est, & Basilius de vera virginitate dicit, quod ex carnalis coniubij copula coniunctionem rationalis animæ cù Deo Dei verbo sapienter ostendimus. Sicut enim corporis communione, voluptate, affectibus, corruptione concubitus per conspirationem ad actum vnum fiunt, ita & rationalis anima maritali consortio ad Deum verbum virtute, incorruptione, et vera tranquillitate perfruetur, de hoc argumento satis noster F. Ludouicus

de Sotomaior vsque ad miraculum doctissimum, in Cantica. in prolegom. Quod vero mentio fiat de osculo, lœua, tactu, lectulo, &c. cum hęc reperiantur in castis amoribus, non est indecorum his manuduci ad intelligendas quasdam suavitates spirituales excudentes omnem sensum. Vnde sicut dicit Nissenus hom. 1. in cant. sicut non est inspiciendum ad colores, qui sunt in tabella pictoris, sed ad formam, quę coloribus pingitur: sic in lectura huius libri non debemus attendere ad colores, qui sunt lectulus, os, lœua, &c. sed ad formam, nemp̄ beatitudinem, quę his coloribus efformatur. Vnde merito olim à lectura huius libri arcebant iuuenes, ne os, osculum, vbera, amplexus, ventrem, tactum carnaliter intelligenda putarent; cum suavitates spirituales omnem sensum superantes his sensibilibus, adumbraretur. Nec illud verbū hebraicum קְרָבַתْ tantum significat verendum (vt opponebatur) significare enim potest secundum Rabbi Abraham, crines, vel capitulaturam: & Rabbi Salom. vertit, intra ligaminatua, seu reticula, quę capillos tenent, ne effuant, vel ex Rab. Ezra intra comam tuam, nam נִמְצָה est pilus copiosus. Et certe aptius est, facta commemoratione oculorum fiat mentio de crinibus, qui oculis splendorem adiiciunt, quam quod oculorum facta mentione præcipiti saltu ad ima non gradatim descendit; eamque partem præsertim, quę turpitudinem significat. Quod si legatur cum 70. præter silentium tuum occultas partes corporis significari non est indecorum: nam etiam de umbilico facta est mentio, & sensus est; nihil esse in corpore sponsæ, siue extorsum, siue introrsum, quod vitiosum sit, vel deformis, vt tam quod appetet, quam non appetet sit suis numeris undequeaque absolutum: solent enim mulieres, quod exterius est palam facere, & iactare, vitia vero occultare, vt dicit Nazianz. orat. aduersus mulierem ambitiosam se ornantem, & esse interius Hæc ubam, id est deformes, Helenam id est formosas, exterius. Hac autem pulchritudine sponsæ materialis, animæ, vel Ecclesiæ pulchritudo significata est, de qua scriptum est psal. 44. Omnis gloria eius filia ab intus in fimbriis aureis. Nec mirum est si totus liber iste vndique amorem spiret, sunt enim hęc colloquia coniugum amantium; figura, & ænigma meliorum amorum. Nihil de carnali amore dicitur, quem Cupidinem finxit gentilitas, ait Aponius in Cantic. infans enim potius quam verus amor dici potest, sed totum spirituale, totum Deo dignum, & omnino salutare.

Ad II. confirmationem respondetur, non est mirum si expressè nulla fiat Dei mentio; cùm talis liber sit ænigmaticus ad occultandam personam loquentis, qui in specie pastoris, & amantis introducitur: ipse autem Deus pastor noster, & amor est. Quare cum frequenter dilecti fit mentio, Deus certe in illo designatur. Vnde in simili Christi, sub nomine dilecti, fit mentio Esaiæ 5. Vineæ facta est dilectio meo in cornu filio olei. & Apost. ad Coloss. c. 1. Christum vocat filium dilectionis. vnde August. tract. 7. 8. 9. in epist. Ioan. eleganter dixit amplius non potuit charitas seu dilectio commendari, quam ut diceretur Deus, quo nomine, vt dicit Nazianz. orat. 3. de fide, potius quam quouis alio delectatur Deus. etiam in prophétias, vt dixit Quintilianus 4. de inuentione circa finem summa ars est non videri artem, & vt persona authoris

muta sit, & nullas partes agere videatur, præsertim in dialogis, vt dixit Cicero 13. epist. ad Atticum.

Ad III. confirmationem. Nihil ibi alienum est à natura feminarum amantium. Vnde in Virgilio, prius Dido Æneam prouocat, per ciuitatem vagatur. Thisben è domo noctu exēstum pinxit Ouidius. Quę si hęc à prophétis non indigna carnali amore existimantur, nō erunt indigna castis amantibus, quę hic asseruntur: vbi maior est amoris materies, vberior seges, & maiora motiva, quę ad hęc, amore non indigna, perpatranda impellunt. Porro similitudines, quę inconcinnæ videntur, mirificè castos, & conubiales amores depingunt; cum enim vbera hinnulis assimilantur, qui pascentur in lilijs, puritatem potius quam libidinem signant. Cum enim vbera sint symbola rei turpis (vt habetur Ezech. 23). Cum dicitur subacta sunt in Aegypto vbera tua, &c. & ex Galeno lib. 5. de simp. medic. facil. c. 22. magna sit propter communes venas vteri cum mammis confusio, ex qua etiam fit, vt puellarum mammę duritum perdant post illarum cum viris congressum: ex hoc laudatur sponsæ puritas, quod vbera eius sint duricula, vt duo hinnuli ita efformata, vt non libidinem, sed puritatem animi spirent, quę exprimitur in pasta in liliorum loco. Sunt autem lilia symbolum puritatis, ex Pierio Valeriano, Antonio Ricciardo in comment. symb. & per ea etiam Rabbini significari dicunt duas tabulas legis, vt dicit R. Salomon, vel legē scriptam, & traditionem non scriptam ex R. Esta in hunc locum apud Genebr. & sublimiores allegorias nostri SS. PP. meditantur. Multò autem magis ostenditur puritas sponsæ in descriptione ventris, dū dicitur Cant. 6. Vmbilicus tuus crater tornatilis nunquam indigens poculis. Poculum enim apud Hierum meritum significat; bibere, rem venereum apud Horatium, Inachiam ter nocte potas, & in scripturis expressè Prou. 1. Bibe aquam de cisterna tua. Vmbilicus ergo sponsæ significat honestissimum eius vterum non indigentem poculis, id est viri congressibus; pura enim & casta sunt desideria eius. Venter autem dum depingitur Cant. 6. Acerius tritici vallatus lilijs, ostendit castitatem sponsæ noxio humore carentis, sicut est triticum vallatum lilijs, quorum natura est, si iuxta triticum apponantur, humorem suggere, quo fit, vt virescant ac si humo conderentur: triticumq; lilijs vallatum humore noxio defecatur. Sic exponit Ioannes Camerensis Doctor Complutensis. Expressius puritas significatur, dum venter descriptus est Cant. 5. Eburneus distinctus saphyris; ebur enim os est castissimi animantis, nemp̄ elephantis. Saphyrus ex lapidarijs ad castitatem prodest scribitur, tatum ergo abest, vt in honesta hoc libro proponantur, vt castitas delicatis similitudinibus explicetur.

Ad IV. confirmationem, non officit, quod stylo poetico descripti sint isti libri, necnon Dialogorum more; dicit enim Dionysius lib. 2. de ecclesiastica Hierarchia c. 7. Quod poeticis fictionibus theologia affatim uititur humana scilicet, mentis infirmitatem non ignorans, eique propriam, ac cognatam viam, per quam ad altiora feratur benignissime prouidens, ac pro ipsius modo in sacris litteris huiusmodi ascensionis itinera sternens.

Ad ultimam confirmationem. Theodoreetus non dubitat, an propheticè iste liber sit à Salomone descriptus, sed an per nouam revelationem scriptus sit; potuit

potuit enim esse ut Salomon edocetus à patre, cui facta est revelatio, hunc librum scriperit tanquam auditor, & discipulus patris sui. Sed verius est dicere ad exemplum patris sui variato stylo, Christi, & Ecclesiæ epithalamium Spiritus sancti insinuatum Salomonem scriptissime.

Ad V. respondetur, quod absque traditione non potest aliquid confici ex citationibus librorum posterius descriptorum: nam scriptura aliqua non est, quæ afferat hos eosdem libros citatos, esse illos genuinos à Salomone compositos. Dato vero quod constet non esse suppositios, non fit consequens, quod si aliqui versiculos citantur, quod integrum libri, ut canonici sint admittendi: nā nec integer liber Enoch, ut canonicus recipitur; quia in aliqua particula citatus reperitur in epistola Iudæ. Specialiter ad autoritatem desumptam ex 3. Reg. Non potest certo deduci, quod liber Ecclesiastes sit à Salomone descriptor: Sciri enim non potest, num talis liber pertineat ad assertionem de iumentis, an ad quinque milia carminum, an ad tria millia parabolatarum, an vero separatum opus efficiat: præterquam quod non est certum apud omnes, an ab Hebreis in suo canone olim fuerint recepti tales libri, sicut & de multis alijs de quibus sit mentio in libris Regum, & Paralipomenon. Iam vero si potest aliquam scripturam proferre Hunnius, quæ dicat libri Proverbiorum Salomonem esse authorem, vel (ne contendamus de verbis) esse scriptorem, & authorem secundarium, proferat aliqua, quæ etiam si proferri possit, nihil efficeret: nam seclusa traditione commentitia possent iudicari. Et esto Proverbius liber iam auctoritate Ecclesiæ diuinus declaratus, diuinus sit infallibiliter, seclusa eadem auctoritate consignante Ecclesiasten, non potest probari diuinus, etiam si aliunde constaret Salomon esse auctor: non enim est consequens seclusa traditione, quod si in uno opere diuinum Spiritus sancti assentiam habeat, in altero pariter habeat, cum instinctus propheticus non sit habitus, quo utimur, ut volumus.

Quantum vero ad probationem de Canticis Cantorum. Si vñquam delirum argumentatorem se ostendit Hunnius, hoc loco se demostret in hac tam insulsissima consequentia: quis enim nisi stultus similiter argueret. Plato in sapientia suos coetaneos superauit, ergo Dialogus Cratylus non fuit nisi à Platone descriptus? sic in simili forma arguit Hunnius, vnde à pueris serio deridendum, & à pedagogo ferula castigandum.

## ARTICVLVS SEXTVS.

*De libris Prophetaribus an sint diuini, hoc est Psalmorum, Esaiæ, Ieremia, & ceterorum Prophetarum.*

*Postio Hæreticorum.*

**Q**uodam exitisse, qui veluti circulatores, prophetas pro nihilo ducerent, testatur Eusebius s. hist. in fine. Hos autem Iudeos fuisse superstitio nomine, ob honorem nationis suæ, testatur Iosephus 4. de bell. iud. c. 22. & s. c. 2. quam hæresim hausere Mahometici, qui Prophetis non esse creden-

dum affirmarunt. Quare idem Iosephus Iudeam perisse scribit, non peritaram, si scriptis propheticis aurem accommodasset, vide Castrum 2. Apologet. cap. 32.

Simo Magus apud Epiph. in hær. Simo. dixit, *Prophetas à Deo bono nō esse sed alterius. atq; alterius virtutis legem quidem cuim/dū, David autē alterius, Esaiā alterius, &c. Singulosq; Prophetas uni Principatu defert. Ebionites, apud eūdē Epiph. reprobāt, & substantiant Dauidem, similiter Esaiam, Hieremiam, Danielem, & Ezechielem, &c. Non enim assentiantur ipsis, blasphemantes ipsorum prophetias, sed solū Euangelium suscipiunt.*

Montanistæ apud eundem hæres. 4. dicunt *Christum venisse ad redargendum Deum Iudeorum, & legem, & Prophetas, & huiusmodi: ad infernum descendisse, indeque Cain, Core, &c. liberasse. Moysen vero Dauid, & Salomonem illic reliquisse, propterea quod cognoverunt (dicunt) Deum Iudeorum esse creatorem, & quod ipsis officia fecerunt.*

Manichœrū, inter alia dogmata hæcerant (apud Epiphan. hæres. 66.) relata. *Quicumque in illum, qui cum Moysi, ac Prophetis loquitur est, sperant Deum, cum ipso ligabuntur, quia non sperauerunt in Deum veritatis.*

Faustus, apud Aug. lib. 12. contra Faustum cap. 1. Prophetas se non recipere est protestatus. Similiter Anonymus ille aduersarius legis, & Prophetarum, qui fuit Fabricij cuiusdam discipulus. Similiter, & Adimantus, contra quem scriptis Aug. libros contra aduers. legis, & proph. & librum contra Adimantū. Specialiter autem Philastrius in catalogo Hæret. tribuit Nicolaitis, Gnosticos, & Manichœs, quod assertuerint Dauidem non Prophetam, diuinorumque scripturarum amanuensem, sed secularis cantationis compositorem. Theodorus vero Mopsuestenus in 5. Synodo cap. 127. (cuius commentarium lectum est, quod in duodecim Prophetas scriptis) negabat prophetias de Christo in prophetis contentas ad Christum pertinere, vocesque in ijs scripturis positas ad Christum trahere, risum praestare Iudeis, assertebat, quando ex consequentibus nihil ad Dominum pertinere, cōstaret. Et in specie de psalmis exemplificat. Quod dogma, ut hæreticum damnatum testatur S. Thomas prefat. in psalmos. Et Leontius supra de eodem testatur, quod scriptores Hymnorum, & Psalmorum, & Canticorum penitus eiecit, & omnes Psalmos Iudaicè ad Zerobabelum, & Ezechiam retulit, tribus tantum ad Dominum reiectis. Paulo Samosateno idem eriam tribuitur; nam in hist. Ecclesiast. Euseb. lib. 7. c. 25. *psalmos, qui in Dominum nostrum Iesum Christum dicebantur, cessare fecit, tanquam Neotericos, & nuper inuenitos.* Verum Eusebius potius loquitur de Hymnis, & Canticis Ecclesiasticis.

De Luthero scribit Io. Mathesius concione 7. apud Rescium in atheismis titu. de script. quod assertuerit Psalmos non Dauidem, sed Aësopum conscripsisse, idque probabat ex nomine Asaph, quod in psalmodi inscriptione solet apponi frequenter, quod idem sonare dicebat, quod Aësopi nomen. Anabaptistæ apud Sextum Senensem lib. 8. hær. 5. dixerunt Psalmos non esse à David compositos, sed à quibusdam Magistris, & Rabbinis Iudeorum post Christi aduentum ad suæ captiuitatis sustinenda solatium, &c.

Caluinus specialiter in Esaiam inuchitur, ut impec-

ritis suadeat reuelationes Spiritus sancti non potuisse cadere in hominem adeo pollutum, & vecordem, vel desperatum, sicut iste impius depinxit in comm. ad cap. 6. Esaïæ, vbi sic dicit, *in solita visione ita consternatus est, ut Prophetam se esse obliuisceretur: nullus enim fuit in eo sensus, qui non obstupesceret presentia Dei, ut quasi lymphatus se in tenebras abdidisset. Imo iam desperans de vita, sponte mortem aduocasset.* & iterum, *communem totius corporis pollutionem recipit, atque obliuiscitur puritatis, quam a Deo accepert, non tantum labys sed talys partibus corporis pollutus erat.* Pergit adhuc in c. 42. In tanta vitorum collunie immunis esse non potuit, quin ut reliqua corporis partes, sic ipse contage quadrā inficeretur.

Circa librum Danielis specialiter errarunt Anabaptistæ illum rejicientes argumentis à Porphyrio mutuatis, vt est videre apud nostrum F. Sixtum Senensem lib. 8. hæc 6. Sed & Caluinus in c. 1. Daniel huic Sancto Prophetæ impingit, quod *superstitione, & molesto fastidio laboraret; cum cibos Ethnicos gustare noluit Quod Zelo inconsiderato deditus fuerit homo leuis, & inconstans, & quod eius sobrietas, & abstinentia simpliciter, & absolute non sit laudanda. Quod per Chaldaæm per gens promiscue cum alijs cibos communes legere diuina prohibitos edere consuevit.* Iterum eum accusat, quod aulica Regum via contraxerit: *socium se præbuerit sacrilegū, & impietatis Nabuchodonosoris: quod ambius fuit, socijsque suis dignitates, & munera per ambitum quasierit, quæ omnia pugnant cum excellentia veri Prophetæ.*

Hunnius vero solito illo suo fundamento tenet esse diuinos; quia in locis nouæ scripturæ omnes Prophetæ citantur.

#### Oppositiones eorundem.

**A**Rguitur primo, non potuit fieri, vt à Iudeorum Prophetis Christi Domini prænunciaretur aduentus, Spiritus enim sanctus ante Saluatoris aduentum nondum datus erat. Vnde & Prophetæ post Apostolos extiterunt, dicente Paulo 1. Cor. 12. *Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundo Prophetas.* Est argumentum aduersarij legis, & Proph. apud Augustinum lib. 1. contra ipsum cap. 3. & 4.

**II.** De Prophetis Iudeorum loquutus est Paulus cum Tit. 1. dixit, *quidam ex illis proprius ipsorum Prophetæ. Cretenses semper mendaces, male bestiae, ventres pigri. testimonium hoc verum est. Insinuans per hoc alia testimonia, quæ ab illis proferuntur non habere autoritatem. Sed & Christus Dominus Prophetas latrones appellasse videtur Ioan. 10. dum dixit. Omnes quotquot venerunt fures sunt, & latrones, & Matth. 11. nullum alium Prophetam ante se venisse cognoscit, dicens. Non surrexit inter natos mulierum maior Joanne Baptista: qui autem minor est in Regno celorum, maior est illo. Insinuans quod nec Ioannes pertineat ad Regnum celorum. Et ab hoc multo minus cæteri Prophetæ illius populi, quibus maior est Ioannes.*

**III.** Quia Apostolis interrogantibus de Iudeorum Prophetis, quid sentiendum esset, cum de aduentu eius aliquid cecinisse in præteritum perhiberetur, respondit Christus. *Dimisisti viuum, & de mortuis fabulamini.* Est eiusdem.

**IV.** In specie arguitur contra psalmorum authorem. David enim Prophetæ non fuit. Prophetæ siquidem dicebantur, qui ad Reges, vel populos destinabantur, vt eis futura annunciasent; talis autem non fuit David, & multa quæ cecinist, & de Christo prophetata dicuntur, nihil ad Christum pertinent. Illud enim quod scribitur. *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* psal. 15. prouidentiam significat Dei conservantis populum suum à malis, quem postea eventum in rebus ipsis, Christo B. Petrus appropriavit. Similiter, & illa mala Dauidi illata, quæ recenset psal. 21. Christo similiter appropriata sunt. Siquidem cum dixit: *Foderunt manus meas, & pedes meos, idcirco id dixit, vt ostenderet, aduersarios omnia quæ agebat Dauid, fuisse perscrutatos, ex translato eorum, qui per effusionem scrutari, quæ in profundo sunt, tentant. Vnde in Chaldeo legitur, obseruauerunt, vt leo manus meas. Vnde & in fonte Hebr. כָּרְבָּלָה cum vero subdit, dñumerauerunt omnia ossa mea, hostes factos enumeratores totius fortitudinis, & substantiæ ipsius significauit, vnde & consequenter subdidit; ipsi vero considerauerunt, & inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem, ad denotandum suos aduersarios; ipsum malis deditum videntes, velut hostes, vt in vastatione, & captiuitate accidit, sua diuississe. Quare Evangelista verba ex rebus assumentes illis vñi sunt appropriantes ad Christum, &c. est argumentum Theodori Mopstesteni.*

**V.** De Isaia arguitur, quia insolita visione consternatus, se esse Prophetam oblitus est, se pollutum professus est, quæ munera propheticæ repugnat. Est Caluinus. Amplius in eo libro indigna describuntur. Siquidem c. 6. excepcione Deo tribui videtur, dum dicitur, *Ex ea cor populi huins, & aures eius aggraua, quod est facere Deum authorem peccatorum.* Quod clarius dixit c. 45. *Ego Dominus & non est alter formæ lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum.* Apostolicis dictis reperitur contrarius: nam vbi Apostolus 1. ad Tim. 1. Deum inuisibilem prædicat. *Regi seculorum immortalis,* &c. ipse ait cap. 6. *vidi Dominum sedentem.* est Adimanti.

**VI.** Liber ille Danielis suppositius est; nec enim potuit Daniel librum illum scribere, cum puer esset sub Rege Ioachim inter Regios Eunuchos enumeratus: nec ille idem est, de quo loquitur Ezechiel. Cum enim prophetat Ezechiel anno 6. Ioachim Regis Iuda, non vt puerum illum recenset, sed vt virum prouectæ ætatis; nam sic dicit cap. 14. quod Noe, Daniel, Job, nec filios, nec filias liberabunt. Apparet autem, ab incerto authore scriptum illum librum post tempora Antiochi, cum visiones de leone. vero, Pardo, rebus gestis à Nabuchodonosor usque ad Antiochum correspontant: & ex phrasí conuincitur author Greculus fuisse, dum Grecis allusionibus responderit senioribus, quæ nec Hebreæ, aut Chaldea linguae possunt adaptari. Est argumē. Anabap. Obijciunt etiā vitia Danielis, veluti inconsideratus zelus, inconstantia, superstitione, vitia aulica, &c. sunt imposturæ Caluinii.

**VII.** De cæteris Prophetis arguitur, quod in eis exempla honestæ vitæ desiderantur. Vnde Osæas fornicariam accepit vxorem. Ezechiel præcipitur, vt sterlus humanum poneret super panem hor-

hōrde eaceum, quem debebat comedere, & in multis alijs dicitis, & factis. Nunquam autem vindemiatur vna de spinis, nec de tribulis fucus, nec melius quā operibus testimonium perhibetur dicente Domino, Ioan. 10. Si mihi non vultis credere, operibus credite. Reperitur etiam contradic̄tio in illis, nam vbi Dominus expresse docuit, quod non potest arbor bona malos fructus facere, Matt. 7. Amos 3. scripsit. Si eru malum in Cūitate, quod Dominus non fecerit: est Fausti, Adi-manti-Manicheorum.

VIII. Arguit Hunnius. Psal. liber toties allegatur à Christo, & Apostolis, & in hoc vel illo libro noui testamenti dicitur aliquid simile eius, quod extat in Isaia, Hieremia, & ceteris Prophetis, omnium ergo horum scripturæ diuinam habent autoritatem ex talibus allegationibus.

*Confutatio aduersariorum, ex orthodoxorum firmamentis.*

**S**ed contra est primo authoritas scripturæ noui testamenti supposita prius traditione, & authoritate ecclesiastica scripturam propheticam consignante: omnes etiam libros prophetales probasse Christum Dominum appetit Luc. 24. Necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & psalmis de me. In specie frequenter citat Dauidem Matth. 21. Vtique nunquam legistis, quia ex ore infantum, & lactentium perfecisti laudem? & iterum. Nunquam legistis in scripturis. Lapidem quem reprobauerunt adificantes, hic factus est in caput anguli? cap. 22. proponit Iudeus questionem. Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum, nempe Christum, Dominum dicens. Dixit Dominus Dominus meo? Isaiam citat Luc. 4. Spiritus Domini super me, &c. quia allegata subiunxit, quia hodie impleta est haec scriptura in auribus vestris. Danielem citat Matth. 24. Cum videritis abominationem desolationis, que dicta est a Daniele Propheta. Similiter, & Euangelista frequenter ex iisdem psalmis, & prophetis testimonia citant. Similiter & Paulus Roman. 1. dicit, Segregatus in Euangeliū Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo. Nec possunt effugere, hoc de alijs prophetis, non de hebreis Prophetis intellectu esse, nam vt p̄d̄erat August. 12. contra Faustum c. 3. idem Apostolus ait. Iudeus credita esse eloquia Dei, querantur ergo isti, ait August. que sunt eloquia Dei credita Iudeis, vt ostendant nobis alia pr̄ter Hebraeorū Prophetarum.

Secundo probatur ex consensu Ecclesiae, & decretris Conciliorum hos libros consignantum, vt supra retulimus, similiter ex antiquorum Patrum doctrina, quos supra ēt citoimus, quibus adde Clementē hortat ad Gent. vbi ait, Hieremias, aut potius in Hieremias Spiritus sanctus idem dicit lib. 2. Pēdagō. c. 10.

Orig. lib. 2. Petiar. cap. 2. docet in Prophetis Christum fuisse locutum.

Chrys. hom. 58. in Ioan. exponens illud oportebat impleri scripturam, quam prædictit Spiritus sanctus, Non ait, inquit, prædictit Dauid, sed Spiritus sanctus per eum.

Epiph. lib. 2. in hæres. Ebio. Propheta, inquit, aut potius Dominus per Prophetam, de iisdem prophetis dixit contra Phrygastos. Daniel haec prophetabat in Spiritu sancto.

Hila. in principium pf. persona prophetæ ea est, cuius ore Spiritus sanctus loquitur in re tali.

Ambr. lib. 6. epist. 36. Deus, ait, loquebatur in prophetis, eadem dicit lib. 2. de penit. in fin. c. 7.

Hieron. 3. t. fol. 7. docet Dominum locutum in prophetis, & addit. Malachias imo per Malachiam Dominus, &c.

August. 18. de Ciuit. Dei cap. 31. Nahum Propheta, imo per illum Deus, &c. in psal. 56. propheta loquitur, sed ex persona Domini, quia in Propheta Dominus, & quando propheta loquitur ex persona sua, ipse Dominus loquitur per eum, qui ei dictat veritatem.

Damasc. lib. 4. citans, Malachiam ait, per prophetā ait Dominus.

III. Rationibus, prima est Augustini 2. contra aduers. legis, & Proph. cap. 3. & de Ciuit. Dei lib. 17. per multa capita. Quia multa, quæ in Prophetis legimus prædicta, iam videamus impleta; si ergo Spiritus Dei ante aduentum Christi non fuit super terram, vel si à Prophetis Israel non est prænunciatus aduentus Christi, non habent vnde probent aduentum Christi aduersarij, nec Spiritum sanctum postea missum. Probatur consequentia, nam cedem scripturæ noui testamenti æqualiter prædicant, & Christum venisse, & Spiritum sanctum super Apostolos descendisse, & Prophetas de Christo prophetasse, & de missione Spiritus sancti, vnde Actorum 4. Apostoli Leuauerunt vocem ad Deum, &c. dixerunt. Domine, &c. Qui Spiritu sancto per os pairis nostri Dauid pueritui dixisti. Quare fremuerunt gentes, &c. Cōuenierunt enim in Cūitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxisti.

II. Ratio est Irenæi aduersus hæreses I. 4. c. 67. in Christo videamus impleta, q̄ à Prophetis prius prædicta cernuntur, casu euenisse non potest dicere, scilicet vt quod illi prædicerent postmodū sit impletum, aut quod de altero dicta, postea euenerint. non ergo nisi à Deo propheticam cognitionem, & inspirationem accipere potuerunt. Antecedens probatur. Omnes enim Prophetæ hæc eadem prophetauerunt, & nulli ex veteribus acciderunt, ergo nulli, nisi de Christo intelligi potuerunt. Probatur antecedens. Si enim accidissent alicui ex veteribus, qui posteriores fuerunt, nō prænunciassent, vt futura nouissimis temporibus. Et iterum nullus est, neque Patrum, neque Prophetarum, neque antiquorum Regum, circa quos, quæ de Christo prænūciantur facta nō sint. Nō igitur concludit Irenæus, de altero, nisi de Domino, in quem concurrerunt omnia prædicta signa, dicebant Prophetæ.

III. Et est desumpta ex Tertulliano contra Iudeos circa finem, quia talis probatur qualis enunciabatur, aut ergo Prophetatas nega, quum coram videntur, aut impleta quum leguntur, aut si non negas, utraque in eorum adimpleta, in quo sunt prophetata.

Confirmatur in specie ex psalmis, quos impi Theodorus adaptatos ad Christum dicit, nam illud, Psal. 2. Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, &c. Salomonis non potest competere, qui intra vnicam Iudeam regnauit, sed Christo, qui iam totum orbem illuminauit, &c. ex Isaia 42. in quo similiter gentium illuminatio per Christum describitur, dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea usque ad extremum terræ, in quo similiter Incarnationis & Passionis mysticia apertissimè recensentur: ex Danie

le, vbi venturi Ducis tempora in septuaginta hebdomadibus, tam exactè prænunciantur, vt sit hoc testimonium apertissimum, inimicorum iugulum, vide de eodem argumento Tertull. loc. cit. & Chryso. demonstratione, quod Christus sit Deus, elegantissimè, vt sola hæc oratio Chrys. sit firmum aduersus perfidiam iudaicam scutum, & argumentum, digna, vt passim circumferretur, & omnium manibus terretur.

IV. Principaliter arguitur ad hominem, nam idē Caluinus loquens de Isaia se ipsum arguit, in præfatione in Esai. cap. 8. 21. 23. 30. testatur munitum inuincibili constantia, fortique animo dicendi munus impleuisse, Prophetam de officio functum annos sexaginta tres, & amplius; nec ab instituto deflexisse, ob quascumq; temporum varietates, aut perturbationes, quæ sub vicissitudine quinque Regum Iuda contigerunt, sub quibus summa cum industria partes suas adūm stravit. &c. 59 Non includit se (Isaia) una cum peccatoribus, quos increpat, quia timebat, & colebat Deum, & conscientia libertate fruebatur. Ad hæc non potuerit liberè alios incusare ijs criminibus, quorum ipsi emerit infamia flagraret: nec idoneus fuisset ad causam Dei defendendam, si turpi ter viuendo ius ei suum ademisset. Et in epistola dedicatoria ad Eduardum Regem Angliae, dicit, nobilissimum legatum exitisse supremi Regum Regis Iesu Christi, doctorem tam perfectum, ut boni Reges (ut Ezechias) non solum tanquam sanctum hominem reveri i sint, sed & obtulerint eius consiliis, doctrinaeque se submisserint, admonitionibus acquireverint, & severas eius increpationes æqui bonique consuluerint. Gallatius vero Caluinus discipulus præfatione ad Lectorem scribit, Isaiam inter alios Prophetas merito, primum locum tenere. Ecce quomodo à veritate victus Caluinus verum confitetur conformiter ad scripturas, & Patres prædicantes sanctitatem huius prophetae. Ecclesiastici c. 48. dicitur. Turganit eos in manu Isaiæ sancti Prophetæ, ibidem vocatur. Propheta magnus, de cuius propheta pariter cum laude meminerunt August. 9. confess. cap. 5. Hier. prolog. galeat. in procem. loel. & in Esaiam cap. 14. & 57. cuius prærogatiwas celebrarunt Basil. in 6. Ep. Nazianz. oratione in laud. patris, cuius exitum commendarunt Iust. in dial. Epiph. Hier. Isidorus, &c.

De Daniele vero sic dicit Caluinus in cap. 1. Dan. Si qua tunc fuit integritas in toto populo, certe Daniel erat primarium exemplar. Nam Ezechiel inter tres iustos eum enumerat, à quibus Deum placari posse verisimile erat. Fuit igitur tanta virtutum præstantia in Daniele, ut esset quasi Angelus inter mortales. Pergit. erat Angelica sanctitas in Daniele, iam a pueritia se totum addixerat pietati. Indigni sumus, qui soluamus corrigias calceamentorum pedum eius. Non destitit Deum pure colere, & in cap. 6. sic dicit. Daniel fortitudine Spiritus Dei fuit indiuus, & vitam suam in sacrificium Deo offert, cum mors esset ante oculos eius, ipsam intrepide oppetere maluit, quæ cessare à pietatis officio. Tenendum est placuisse Deo banc animi magnitudinem in sancto Propheta, & liberatio eius offendit quæntopere probata fuerit eius pietas, quia maluerat se propria vita abdicare, quam mutare aliquid ex sua conjectudine quantum ad cultum Dei, & iterum scribit. Nemo poterat in eum coniugere oculos quin occurreret gloria, & potentia Dei Israelis. Non frustra Ezechiel nominat inter tres sanctissimos, qui fuerunt ab exordio mundi.

Hoc fuit maximum etiam, cum adhuc esset adolescens, vel etiam in media etate coniungi cum Iob, & cum Noe, sic ut esset tertius in sanctitate rara, & seru incredibili.

Aduersus Hunnum vero per eandem ferram reci procantem arguitur. Quia non posset constare (seclusa traditione) illos ipsos locos citatos in Euangelij, & Epistolis, eosdem esse, qui à Prophetis scripti sunt, & nō esse ex alijs suppositijs libris desumptos, vnde pariter constet libros citantes secula eadem traditione esse canonicos. Dato autem, quod hæc sit regula agnoscendi libros esse diuinos in testamento antiquo descriptos, quia in noua scriptura citantur, iam secundum Hunnum oporteret abradere Abdiam, & Sophoniam, e numero diuinorum librorū, quia horum citationes in ea scriptura noua inuenire non potuit. Videns autem Hannius hanc difficultatem in iuxta ad traditionem configit dicendo. Duodecim istos Vates Ecclesie etiam Iudaicæ, semper fuisse sacro-sanctos, non ergo ad probandum scripturam prophetamic ad nouam scripturam configendum est. Sed primo ad traditionem quam ecclesia roborauit auctoritas.

#### CONCLVSI O CATHOLICA.

Superius enumerati libri Prophetales a Spiritu sancto sunt inspirati.

R Epondeo dicendum, ut ait August. lib. 17. de ciuitate Dei cap. 1. quod quamvis omnes illos, propter quedam per eos futura, sine quoque modis significata sine predicta, quæ pertinent ad ciuitatem Dei, Regnumque celorum possimus appellare Prophetas; tamen dies prophetarum precipue, maximeq; hi dicti sunt, cum cœpit prophetare Samuel, qui (¶ Saule reprobato) David vñxit in Regem, qui etiam cithara concordi varietate, compactam bene ordinatæ ciuitatis insinuat unitatem, c. 14. quem mox alijs fecuti sūt maiores, vel minores Prophetæ dicti, ut dicit idē Aug. li. 18. c. 27. tunc scripturæ propheticæ condentes, quæ gentibus prodebet quando Romana Ciuitas condebatur, videlicet Regu Israel temporis, sub quo Prophetæ claruerūt, quæ gentibus imperaret. In numero autem prophetarum dictorum (traditione supposita) cum constet omnes maiores, & minores prophetas esse, qui haec volumina descripte runt, dubitandum nullo modo est, diuinitus esse dictata. Sed ex parte materiæ; cum in illis futurorum prædictis contingat, quæ Christum, & Ecclesiam concernant, quæ postmodum fuerint impleta, non potuit (cum hoc effugiat humanam cognitionem) aliunde haberi, quam dictante spiritu Dei. Nec enim casui potest tribui rerum futurarum, nempe Christi nativitatis, mortis, doctrinae, miraculorum, conversionis gentium eventus, cum tam admirabili ordine, distinctione, & consonantia, sicut predicta sunt, euenerint: quare non potuerunt esse præter intentionem dictantis, & agentis spiritus Dei, cum ea, quæ præter intentionem ram in naturalibus, quam moralibus accidunt, absque ordine, & intentione succedant. Nec esse conficta à nostris oracula futurorum asserti potest post adimplitionem præsentium, cum Iudei sint capiari nostri, tradentes nobis codices suos. Nec tandem alijs, quam Christo, & Ecclesie adaptati

possunt omnia oracula, dixit Laet. 4. de vera sap. cap. 13. nunquam enim Salomonis, sed Christo illud Ps. 44. aptari potest. Sedes tue Deus in saeculum saeculi, nec materiali thronum respicit, cessante Davidica successione, sed spiritualem thronum, ecclesiam militantem, que cum triumphante coniungitur: & quamvis aliquando prophetiae, ut dicit S. Thomas praefat. in psalmos dicantur aliquando de rebus, que tunc temporis erant, tamen non principaliter dicuntur de eis, sed in quantum erant signa futurorum. Restat ergo dicendum ex predictionibus, iam impletis, veros esse Prophetas, qui illa praedixerunt, verae, & certissima, & a spiritu Dei dictata talia volumina diuinis predictiones continentia, ut quisquis illis refragetur, nedum apostolicis litteris, sed quorūlibet litteris, & rebus ipsis impletis, & clarissima luce perfusis impudentissime contradicat, ut dicit Aug. 22. contra Faust. c. 89.

### Solutiones oppositionum.

**A**D I. respondet cum Aug. 2. contra aduersarium legis cap. 3. falsum esse, Spiritum sanctum non esse loquutum per Prophetas, cum contrarium scripturæ predicent, qui etiæ visibiliter ad ipsos misericordiam non fuerit, inuisibiliter eorum corda replebat, vnde Matt. 21. dixit Christus, David loquutum esse in spiritu Dei, dicens, *Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens. Dixit Dominus Dominum meo?* nec locus allegatus Pauli loquitur de Prophetis ante Christi aduentum, per quos iam ostendimus, Deum esse loquutum, sed loquitur, ait August. de Prophetis illis, qui post Christi aduentum extiterunt, de quibus idem loquitur 1. Cor. 14. *Prophetæ autem duo, aut tres dicant.* qui locus vel ad Apostolicos viros spiritu prophetarum donatos referatur, vel ad ecclesiasticos tractatores, seu Doctores ex PP. expositione.

Ad II. respondet ex Augustino ibidem cap. 4. non de Prophetis nostris, sed de Epimenide Gentilium Poeta, Paulum esse loquutum. vnde nec, ut idem notat Augustinus, nomen eius commemorauit, sicut assolet commemorans Prophetas Dei. Nec illarum scripturarum Deum dixit authorem, quanvis ibi aliqua vera reperiantur, quare propterea Apostolus addidit illud verbum, *quidam ex ipsis proprius eorum Prophetæ, ne Dei Prophetæ, sed Cretensium credere*etur. Fures vero, & latrones pseudoprophetas, non vero legimus prophetas, appellavit; tales erant, de quibus quærebatur Dominus dicens, Hier. 14. *qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi.*

Ad testimonium ex Matthæo adductum facilis est responsio, siue enim per regnum celorum præsens Ecclesia, siue futura triumphantis significatur, & ibi quilibet Angelus minor, sit Ioanne maior, siue in terris degens salvator Ioanne ætate minor, maiestate maior sit, nihil ceteris Prophetis derogatur, potuerunt enim esse Ioanni aliqui aequales, aliqui eo minoribus, nullus maior, omnes tamen sancti, & diuinis spiritu illustrati.

Ad III. non est mirum, ait Augustinus, ibidem si de scripturis apochryphis haec proferant, cum de Prophetis Dei talia confinxerint, ut eorum litteras non accipiant.

Ad IV. etiæ David non fuerit Prophetæ officio, & missione; fuit Prophetæ ex communi cum ceteris

Prophetis illustratione, immo maiori, ut super omnes senes se intellexisse fateatur. Quod vero additur illa non intelligi de Christo. Respondeatur ex S. Th. in prolog. super psal. quod inter cetera propter hoc est damnatus Theodosius Mopsuestenus in 5. synodo subdens, & qui afferit, ait S. Doctor, sic exponendas scripturas, hereticus est. Loca autem adducta non possunt intelligi, nisi de Messia, certum est ex illa infallibili regula, quod quando in veteri testamento reperiatur persona, de qua fit sermo, longè antecedens, & excellens eius dignitatem, ad Messiam est referendum, talia sunt ea verba psal. 15. *Non dabitis sanctum tuum videre corruptionem,* talia etiam, ut obseruauit Tertullianus, adducta sunt. Nam hec, inquit, David, passus non est, ut de se merito dixisse videatur, sed Christus, qui crucifixus est, manus autem non exterminatur, nisi eius, qui in ligno suspenditur, sic ille. Nolle autem hoc modo prophetas intelligere est facere ex prophetia historiam, qui frequens est dolus iudaizantium. Porro translatio Chaldaica, quæ legit. Obseruauerunt manus meas, in hac parte, ut in multis suspecta est. In hebreo vero volumine, Foderunt, legimus, sicut & 70. transtulerunt. Lege Genebrandum in psal. Sunt & Rabbini, qui obseruarunt hunc esse unum ex ijs locis, qui duplē lectionem admittat, unde legunt נאזר וְנָאצֵר, & נָאצֵר, sed ex fraude iudaica, hanc lectionem duplē procedere monstrabitur cum de versioribus agemus.

Ad V. Non consequens est, si ad diuinam præsentiam Isaías ohis stupuit, & terrefactus est, quod omni sensu caruerit, & intelligentia, alioquin visionem recensere non potuisset. quare illum sic alienatum, & destitutum mente, & consilio, & oblitum sui Isaiah facere, ut facit Caluinus impietatem Simonianam, Marcionitam, Manichæam, & Mahometicam superat, fatentem Prophetas suis vecordes, amentes, furiosos, &c. Quod se pollutum professus est, humana fragilitatem fassus est Prophetæ, quæ in verbo rum lapsu depræhenditur in humano convictu, vnde dixit Iacobus cap. 3. *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir,* nunquam tamen dixit Isaías se omni ex parte pollutum, & contaminatum esse, ut fingit haeresiarcha, vnde Hieron. in Es. Felix conscientia, quæ tantum in locutione peccauit, non suo vito, sed populi polluta labia habentis, a qua pollutione igne etiam purgatur, ut ad prædicandum, & prophetandum aptior reperiatur.

Quod vero Esaias execrationem Deo tribuat, iam pridem respondit Ireneus lib. 4. capit. 48. dicens. *His quidem, qui non credunt, sed nullificant eum, infert execrationem quemadmodum Sol, qui est creatura eius;* his qui propter aliquam infirmitatem oculorum non possunt contemplari lumen ejus, sicut autem Sol dicitur execrare, quos culpa ipsorum non illuminat, sic Deus dicitur huiusmodi execrare relinquent eos in tenebris, quas ipsi sibi elegerunt, ut ibidem dicit Ireneus, quæ sequens Augustinus tract. 33. in euangel. Ioa. dixit. *Sic enim execratur, sic obdurate Deus deferendo, non adiuuando, quod oculo iudicio facere potest, in quo non potest.*

Quod vero Deus dicatur malum creare intelligitur de malo pene, ut posterius dicetur.

Quod vero dixerit Esai. 1. *Vidi Dominum sed eum.* Non contrariatur illi, quod pariter scriptum est, 1. Tim. 1. *Regi seculorum immortali inuisibili,* significavit enim ait

ait Irenæus lib. 4. cap. 37. *Quod videbit oculis Deum homo, & vocem eius audiet, quod in mysterio Incarnationis præstitum est, vel dicitur ex Augustino libro contra Adimantum [cum si triplex visio, corporalis, imaginaria, intellectualis, quem corporaliter inuisibilem non nouit, spiritualiter intellexit.] Nec est Propheta, dicit Augustinus cap. 28. Qui oblatæ diuinitus visa, vel solo corpore, vel etiam illa parte spiritus videt: quia cor pororum capiuntur imagines, & mente non videt [unde olim & Prophetae videntes dicebantur, & prophetica visio.]*

Ad VI. Ezechiel de Daniele puer prophetauit, quem inter grandenos & maritos collocare absurdum non fuit, Spiritu sancto dicente cap. 14. *Tres viri isti, (nempe Noe, Daniel, & Iob.) si fuerint in ea, & eo. (scilicet terra) quia nec filios nec filias liberabunt: sed ipsi soli liberabuntur: nam vix inter eos includatur Daniel, satis est ultima clausula, ipsi soli liberabuntur, etiam si filios, & filias non habuerit: Priora vero verba, nec filios, nec filias liberabunt, satis est intelligi in sensu accommodo, nempe de Noe, & Iob. Porrò de ipsis tribus exemplificatum est, ait Hieronymus ibidem, quia ea bona, & mala viderunt, & post tribulationem ad felicitatem translati, iannuens post iugum captiuitatis penitendo, iterum in pristinam renouari felicitatem. Falsum vero assumitur, quod fuerit descriptus iste liber post tempora Antiochi. Vnde Joseph lib. 11. antiq. c. 8. narrat Alexandro Magno ingredienti Hierosolymam ostensum volumen Danielis. Alexander autem præcessit Antiochum, at plura infra de hac difficultate dicentur. Visiones vero illæ de vrso, pardo, &c. etiam monstrabant futura circa tempora nouissima, vt docet Hieronymus præfat. in Daniel. De illis vero allusionibus græcis, etymologijs, dicetur infra, cum de partibus nonnullis huius libri controversis tractabitur. Quod vero Calvinus commemorata vitia ab ipso conficta contra Danielem, obijcat, non est mirum, si scabiem suam sanis affricet, putans hoc sibi esse leuamen sanctorum viros in impietate habere consortes. Ethnicorum fuit Dijs suis flagitia tribuere, ne reprehendi iure possint, tanquam Deorum suorum imitatores. Etiam meretricibus familiaris mos est, impudicitiae nota matronas designare, vt communione alienæ culpe, propriam imminuant. Sed etiam hic impius Neronem, Heliogabalum imitando, qui seipso metiendo, nemine probum esse dicebant, nec sanctis hominibus parcit, vt omnes maculatos pronuncians suam pariter turpidinem non esse causandam monstraret.*

Ad VII. Falso Prophetæ nostri de impuritate taxantur, qui etiæ impij fuissent, non propterea Prophetæ esse desissent: non enim impura vita Spiritui sancto per impios loquenti præjudicat, cum Balaam, & Caiphas, etiæ impij prophetasse legantur.

Ad factum Osee, cum Augustino respondeo 22. contra Faustum cap. 89. cum iussionis, & facti huic figuram ipse Dominus pereandem scripturam evidenter aperiat, cumque Apostolice littera hanc prophetiam completam in noni testamenti predicatione testemur, quis est, qui audeat dicere non propterea iussum, & factum, adde, vel non ritè factum: propter quod se iussisse, & Prophetam fuisse ipse in sanctis litteris, qui iussit, exponit? Sed & S. Th. respondet q. 3. de malo. a. 3. ad 17. ait, quod vero dicitur ad Oseam, accipe tibi mulierem fornicariam, &c. intelligitur secundum mo-

dum præcepti, sed præceptum diuinum facit, vt non sit peccatum, quod aliter peccatum esset. Potest enim Deus, vt Bernardus dicit (lib. de dispens. & præcepto) dispensare in præceptis secundæ tabulæ, per quæ homo immediatè ordinatur ad proximum: bonum enim proximi, est quodam bonum particulare. Non autem potest dispensare in præceptis primæ tabulæ, per quæ homo ordinatur ad Deum, qui à se ipso alios non potest auertere. Non enim potest negare seipsum, vt dicitur 2. Tim. 2. Quamvis quidam dicant, quod ea quæ dicuntur de Osea, sunt intelligenda contingentes in visione prophetæ.

Factum vero Ezechieli ex Hieronymo ibidem, Quid significet Dominus in eadem scriptura expavit. Prænunciabatur eo loco famæ futura in Hierusalem dicente scriptura Ezech. 5. *Sic comedent filii Israël panem suum pollutum inter gentes, ad quas eyciām eos. Quod cum renasset Ezechiel, datur simus boum pro humano stercore, per quem leniora mala significari exponit Hierony. Ad locum illum Amos, respondebat ex August. contra Adimantum cap. 26. cum duplex malum sit unum, quod homo facit, alterum, pro quo patitur poenas, non de primo, sed de malo poena Prophetam esse locutum, constat.*

Ad VIII. Insulæ cantilenæ nihil aliud respondendum est, traditione seclusa, infirmum esse talcm, arguendi modum, vt satis ostensum est in præcedentibus.

#### CONTROVERSIA IV. SPECIALIS.

*An librorum eorum veteris testamenti, qui & Deuterocanonici dicuntur ab aduersarijs, Deus sit auctor.*

D Einde considerandum est de illis libris, qui & Deuterocanonici dicuntur, hoc est, (de quibus apud aliquos Patres, olim fuit dubitatio) aliquam habeant authoritatem; & an à Deo diuinitus sint inspirati. Primo ergo queritur de libris historiis. (de legalibus enim non fuit controversia apud aliquem veterum Patrum) 2. de Paræneticis. 3. de Propheticis. Circa historiales queritur primo, an liber totus Esther secundum omnem sui partem sit scriptura diuina. 2. an liber Judith sit diuinitus inspiratus. 3. An liber Tobiae habendus sit, vt diuinus. 4. An libri Machabæorum sint scriptura diuina. Circa Paræneticos queritur 5. An liber Sapientie sit diuina scriptura. 6. An liber Ecclesiasticus sit diuinitus inspiratus. Circa Propheticos 7. queritur, an liber Baruch sit diuina scriptura. 8. An Hymnus trium puerorum, similiter Susanna Belis, Draconis, Danielis, & Abacuch historia, sit pariter diuinitus inspirata.

#### ARTICVLVS PRIMVS.

*An liber integer Esther, cum omnibus suis partibus sit diuinitus inspiratus.*

*Positio Hæreticorum.*

M artinus Lutherus suo libro articulato de seruo arbitrio contra Erasmus, scriptis. *Esther librum*

brum Iudei habent in Canone dignorem omnibus; me Iudice, qui extra Canonem haberetur. Et in colloquijs coniugalibus c. de sac. scrip. sic scribitur. Cum Doctor Lutherus secundum librum Machabaeorum corrigeret, dicebat. Ego isti libro, & libro Esther adeo infensus sum; ut optarem neutrum eorum extare; nimirum enim iudicabant. & multa habent, quæ Gentilium superstitionem sapient. Hæc ille c. 69. fol. 38o.

Ioannes Brentius in Apologia confessionis Vitembergensis posteriora septem huius libri capita inter apocrypha recenset. Vvitakerus idem mordicus tenet, dicens Iosephum, & alios scriptores hæc capita septem postrema Esther confinxisse, & postea vulgata editioni fuisse inserta.

Eandem historiam ab autore confictam, sumpto, vel conficto themate dicunt Anabaptistæ apud nostrum F. Sixtum lib. 8. hæres. II. idem Lutheranus Reineccius, refert de Lutheri discipulis tom. 2. fol. 42. quod dixerint, Hanc Estheris cum Iudith historia in tragicomœdiā versam. In eandem inuehitur VVitakerus, & Iunius, vt infra patebit similiter, & Drusius lib. 8. animaduersionum c. 16. dum decimā capitatis partem à vers. 4. & reliqua capita, quæ sunt in editione Vulgata Latina mutilant e sacro canone.

### Oppositiones eorundem.

**A**rguitur I. quia Melito Sardensis ep. ad One-  
simum recensens sacrae scripturae libros, Esther nullam facit mentionem. Athanasius in synopsi Esther recenset inter libros non canonicos, carthecum  
enim tantum prælegendos. Amphilius de eodem  
libro videtur dubitare. Similiter, & Iunilius Africa-  
nus lib. de partibus diuinæ legis. Nazianzenus simi-  
liter in Iambis ad Seleucum in carminibus de diuin.  
script. nec huius libri meminit. Hieronymus Præfat.  
in lib. Esther, septem postrema capita, quæ non in  
Hebreo, sed in Græco extant codice, esse vera eius-  
dem libri, membra negare videtur, quem secuti sunt  
nostræ Cardinales Hugo, & Caietanus, Lyra. Carthus.  
præf. in lib. Esther. Sixtus Senensis sup. Osma 2. lib.  
de auth. scrip. c. 6. Hæc autem sunt S. Hieronymi ver-  
ba, quem librū (nempè Esther) editio vulgata lacinio-  
sis bincinde verborum funibus trahit, &c.

II. Nam non appetat quis fuerit iste Artaxerxes, vel Assuerus maritus Esther. Si enim dicatur tunc imperasse proximè post captiuitatem Babyloniam, quando Mardochæus captus est, & abductus ex Hierusalem, vt dicitur c. 2. Hoc stare nō potest; nec enim Regnum Medorum, atque Persarum tantæ erat amplitudinis, quale Regnum Assueri describitur. Vel imperauit durante captiuitate Babylonica, & idem difficultatis nodus superest, quia usque ad Cyrum, qui primo anno Regni sui captiuitatem dissoluit, Regnum Persarum obscurum fuit, & exiguum; Vel imperauit post dissolutam captiuitatem, & fuit unus de Persarum Regibus, qui Cyro successerunt, & hoc est incredibile, non enim Mardochæo tam annosam vitam concedere oportet, vt usque ad hæc tē-  
pora superstes fuerit, cum multi anni à captiuitate, usque ad Artaxersem trecentum circiter intercesserint; ipsaque Esther cum fuerit neptis Mardochæi, secundum versionem Hieronymi, aut patruelis, iuxta hebraicos codices, parum ab ætate Mardochæi di-  
stassit; vnde ducentenariam, vel trecentenariam fer-

mè nuptijs Assueri copulatam oporteret asserere, cum tamen formosissima, & super omnes mulieres adamata ab Assuero describatur in eodem libro Esther.

III. Quia in postremis capitibus quædam conti-  
nentur, quæ capitibus prioribus eiusdem libri viden-  
tur cōtradicere. Nam cap. II. v. 2. Mardochæus som-  
niaffe dicitur de ilis duobus Eunuchis, qui contra  
Regem conspirauerunt anno secundo, vt etiam di-  
citur c. 12. v. 1. At cap. 2. hanc conſpirationem conti-  
gisse legimus anno septimo Assueri.

Quod si respondeas, septem illa capita postrema, non esse verè postrema, sed quædam eorum pertine-  
read initium libri, vt est cap. II. & 12. quædam ad  
medium, vt sunt caput XIII. XIV. XV. XVI. quædam ad  
finem, vt cap. 10. vt pater ex codicibus Græcis, ybi om-  
nia suo ordine numerantur; & ex annotatione Hiero-  
nymi in c. 10. II. & seq. in Biblijs latinis: ac proin-  
de nullum esse absurdum dicere narrationem insi-  
diarum Eunuchorum, quæ habetur cap. 12. pertine-  
read initium libri; quæ tamen per anticipationem  
narrantur cap. 12. & rursus postea cap. 2. tanquam  
suo loco; & ita insidiæ factæ sunt anno septimo, vt  
dicitur cap. 2. illa autem verba cap. II. quibus insi-  
diarii videtur factas insidijs anno secundo regnante  
Artaxerse, non extenduntur ad narrationem insi-  
diarum, sed ad somnium, quod vidit Mardochæus,  
antequam Esther Assuero iungeretur, vt habetur  
cap. II.

Contra insurgit VVitakerus. Hoc totum, inquit  
sine argumento, & libro reclamante, dicitur: nam in  
fine cap. II. Mardochæus dicit se (cum surrexisset)  
multa secum animo de illo insomnio voluisse, usque  
ad noctem eās tūc vuntōs, & tum illum quiescentem  
in aula cum illis duobus Eunuchis, illorum coniura-  
tionem intellexisse: non ergo fuit inter somnum  
Mardochæi, & Eunuchorum interuallum quinque  
annorum, sed diei vnius.

IV. In eodem libro apparent etiam pugnantia,  
nam quæ scribuntur in istis postremis capitibus, mul-  
tis annis post Mardochæum mortuum fuere descri-  
pta. Capite vero II. mentio fit Ptolomæi, & Cleo-  
patræ, qui post Mardochæi, & Prophetarum tempo-  
ra vixerunt.

Quod si dicas authorem, qui scripsit librum Esther  
summatis historiam recensere: alio vero tempore  
copiosius ab alio autore sacro descriptam, & trans-  
latam à Lysimacho, regnante in Ægypto Ptolomæo  
Epiphane, & Cleopatra, & librum non tunc primi-  
tus descriptum, sed solum librum fuisse auctum co-  
piosius, & translatum sub Ptolomeo, & Cleopa-  
tra ad nos peruenisse.

Contra insurgit VVitakerus, quia Lysimachus fi-  
lius Ptolomæi Hierosolymitanus, dicitur epistolam  
præsentem Phurim interpretatus, non autem li-  
brum aliquem hebraicum in Græcam linguam  
translatisse.

V. In eodem libro alia appetat contradic̄tio. Fi-  
ctus enim author (ait VVitakerus) scribit cap. 12. v. 5. Mardochæo datum esse præmium à Rege propter  
indictum insidiarum: sed c. 6. v. 3. veræ historiæ, ni-  
hil in illum præmij collatum fuisse legimus.

Quid si dicas, quod licet pro delatione, quando  
Rex sibi iussit legi annales, Mardochæus mercedem  
non habuerit, & habetur c. 6. amplissimam tamen  
postea

postea habuit (vt ibidem scribitur) & clarius postea describitur cap. 12. vbi dicitur, *datis ei pro delatione muneribus.*

Contra ait Vvitakerus: hoc non potest stare. Nam in cap. 12. post data Mardochæo munera, Aman malum machinatus esse dicitur; quod non intelligi potest de illis maximis honoribus, & muneribus, quibus illū Rex post annales inspectos affecit. Illo. n. mane (vt c. 6. legitimus) Amā p̄sto aderat, vt Regem de suspendendo Mardochæo cōueniret; at Mardochæus illo die ad summā dignitatē euectus est, & donis regalibus cumulatus; nec tunc licuit Aman aliquid in illū moliri: nā & fuit Mardochæus in summa Regis gratia, & statim Aman eadem die suspensus ipie fuit. Ergo hoc est in altera parte falsum.

VI. Et est etiam Vvitakeri. Cap. 12. v. 6. Aman, Mardochæo iratus esse dicitur propter Eunuchos, quos Mardochæus accusauit, quoque lēstæ maiestatis reos, & Mardochæi indicio damnatos, Rex pena capitali affecit. Sed incredibile est, Amanum tantis honoribus, ac dignitate à Rege affectum Eunuchorum proditioni fauisse, & in historia nihil tale reputatur, sed longe alia huius offensionis, & iræ causa narratur cap. 3. ergo &c.

VII. Et est eiusdem. Cap. 1. 5. & 7. iste author ait. Quando Hester in Regis conspectum venit, sic illam Regem iracundè intuitum esse, vt ea metu conciderit. Contra cap. 3. v. 2. gratissimā omnino Regi venisse dicitur.

VIII. Et est eiusdem. Cap. 16. v. 10. Amanus iste Macedo vocatur: at cap. 8. & 3. Agagēum illum idest Amalechitam fuisse intelligimus, de stirpe Agag Regis Amelech, quem Saul interfecit.

Confirmatur, & est eiusdem. Non modo Aman Macedo cap. 16. describitur, sed etiam sublato Mardochæo, & Hester cogitatio dicitur, manus in Regē ipsum iniçere, vt Regnum Persarum ad Macedones transferret. Sed primum quomodo potuisset Aman Regnum Persarum ad Macedones transferre, si vel maxime Regem interficere licuisset? nam Macedonum hoc tempore, aut nullum, aut perexiguum Regnum fuit.

Confirmatur II. Quia in hoc cap. 16. narratur Mardochæo, & Hester infidias esse structas, vt illis occisis, facilius Regem inuaderet. At vera historia nihil tale commemorat. Nam Reginam esse Iudeā, aut Mardocheo affinem nesciuit, & Mardochæo mala omnia machinatus est, non quò ipse hoc modo adiutum sibi ad Regnum aperiret, sed vt malitiam suam expleret: nam Mardochæus initio, quando illum Aman odiſſe cœpit, non erat aliqua autoritate præditus, vt posset humanis officiis luminibus.

Quod si dicas (ait Vitakerus) Mardochæi iudicio esse factum, quominus Rex interficeretur, atque ita obuiam itum esse à Mardochæo Amanis ambitioni, & hinc illum odio exarsisse.

Contra (subdit) quia hoc est loqui, quæ cum historia sacra pugnant. Nam illa conspiratio Eunuchorum, & illud Mardochæi indicium ante contigit, quam Aman ad tantam gratiam, & potentiam in aula Regis peruenisset, vt constat ex secundo capite, & initio tertij.

IX. Et est argumentum Iunij. Cap. 11. & 3. dicitur Mardochæus fuisse de numero captiuorum, quos Nabuchodonosor cum Ieconia transportauit: hoc

nō potest esse, non enim Mardochæus, sed Cisabauns eius fuit transportatus, vt dicitur Esther 2. v. 5. ijs verbis, qui translatus fuerat de Hierusalem, eo tempore, quo Ieconiam Regē Iuda, & c. alias oportuisset ad aetatem Artaxeris viuis hominis vitam producere.

X. Et est eiusdem. Eodem c. 11. v. 2. dicitur Mardochæus anno 2. Artaxeris fuisse, vir magnus, & inter primos aulæ regiae. In Hebraico nihil de Artaxerse, nihil de Mardochæi dignitate, nam latebat obscurus, quum Esther pupilla abducta est, quod est dicere: in capitibus, que hebraicè extant, non vocatur Assurus, Artaxerxes, nec mentio fit Mardochæum anno secundo Artaxeris magnum fuisse, & inter primos aulæ regiae: ergo falsum est, quod in postremis capitibus Hesteris de Mardochæo scribitur.

XI. Et est eiusdem. Capit. 12. & 1. dicitur Mardochæus requieuisse, in vestibulo aulæ regiae, cum Bagatha, & Thara: hoc autem est commentum: non enim fecit id Mardochæus ex vocazione publica à Rege, sed ex priuato studio, officioque in regem, & regiam Esther.

XII. Este eiusdem. Cap. 16. per totum (vt etiam monuit Hieronymus in prologo) appetet scholastica declamatione esse, cum à rescriptorum Persicoru forma, tūm à rei veritate dissidentem. Nam litteras Regis alio fuisse arguento vera historia narrat c. 8 v. 11. & rescripta Regum Persicis, Mediaque nunquam mutari; libri Danielis Estheris, & Esdræ aliquot locis prædicant, quod hic unus scilicet Ἀσπαχαράν negare audet.

XIII. Et est omnium ferme argumentum, sed illud sic vrget Iunius. Quę nec hebraicè fuerū scripta, nec Iudeorū Ecclesiæ à Deo tradita, & ab illa Christiana nostræ, nec habentur in Hebræo canone, eas sunt supposititia, nec ad testamenti veteris canonem verē diuinū vlo facto humano pertinet: at talia sunt illa postremo capita descripta. ergo, &c.

Quod si dicas cum Origene olim talia capita extitisse hebraicè, postea vero intercidisse.

Contra inquit Iunius. Ecclesiæ Iudæorum fuit religiosissima depositaria Dei, & libraria fidelissima. Ecclesiæ nostræ: nullo ergo modo excidere potuerunt, ne in fidam tunc Ecclesiæ culpā refundamus.

#### *Confutatio eorundem, ex orthodoxorum firmamentis.*

Ed contra est primo authoritas Ecclesiæ. Prima classis ex decretis ecclesiæ, & conciliorum, quæ manifestatur ex decretis Summorum Pontificum Innocentij epistola ad Exuperium Tholosanum c. 7. inter libros diuinos connumerantis Esther, & Gelasij Papæ in conc. 70. Episcoporum.

II. Ex Concilijs Laodicensi cap. 59. Carthaginensi 3. cap. 47. Florentino, & Tridentino, vbi eadem historia inter diuinas scripturas pariter recensetur.

Respondet Vvitakerus Concilium Carthaginense, sicut & Laodicense (quod ipse non refert, sed Trullanum, quod nec Prouinciale legitimum fuit, sed conciliabulum) fuisse prouinciale non generale paucorum tantum Episcoporum; Florentinum vero, & Tridentinum non fuisse Christianorum concilia, sed tyrannica Antichristi conuenticula ad oppugnandum Euangelij veritatem instructa, & in concilio, quod

quod Tridentinum dicitur, paucos adfuisse, quando illud decretum de scripturis canonicis formatum est.

Contra quia licet Carthaginense fuerit Provincia, illud sicut & multa alia recepta fuerunt postmodum ab vniuersali Ecclesia, vnde d. 20. Leo Papa IV. cap. de libellis (in quem locum vide annotationem Gregorianam) inter canones, quibus vtimur in Ecclesiasticis iudicijs, numerantur concilij Carthaginensis decreta. Nec pauci dici possunt Episcopi, qui ducenti septendecim à Theodoro Balsamone numerantur, qui numerus etsi ad paucissimos restrictus esset, quia tamen inter illos paucos, vnuus consedit Augustinus, multis præponderare debebat, cum ijs paucis coniudicans, quando solus extra concilium tanta est eius authoritas, vt nullus nisi proterius ei audeat refragari. Quod vero generalia oecumenica Floratinum, & Tridentinum tyrannica Antichristi conuenticula nuncupet, nō degenerat à veteri more hereticorum veterum, quando Ariani Nicenam, Macedoniani Constantinopolitanam primam, Nestoriani Ephesinam, Eutychiani Chalcedonensem, proscindere maledictis non erubuerunt. Nec in Tridentina synodo fuit tam exiguis Episcoporum numerus, vt paucitas, eius authoritatem infirmet, esto enim quando decretum de canonicis scripturis editum est, pauci ob temporum conditionem interfuerint, in fine cum decreta relecta sunt, sex præsentes erant Sanctæ Romanæ Ecclesiae Cardinales, quatuor legati, Patriarchæ tres, Arciepiscopi 32. Episcopi 228. Abbes quinque, Generales ordinum septem, Episcoporum procuratores plurimi, inter quos e sola prædictoria familia 7. Archiepiscopi Episcopi vero 21. interfuerūt, cui numero si autoritatem tribuere detrectat, primam Constantinopolitanam synodum, in qua tantum modo 150. Patres adfuerunt pariter inficiabit. Sed quid de numero Nouator est sollicitus? quando si per impossibile Episcoporum legiones in unum conuenissent, pati temeritate fuissent excepti. Sed ventoso folle, inanis gloria inflati, vt dixit Synesius epistola ad Herculianum, non est mirum si diuina de cœtu spurcarunt.

II. Classis ex Patribus. Clemens Alexandr. 3. pçdag. cap. 2. de Esther facit mentionem. Et primo ostro matum librum hunc recenset, & præcipua huius libri argumenta breui compendio perstringit lib. 4. Stromatum dicens, perfecta in fide Esther Israelem tyrannica potestate liberans.

Origenes in ps. 1. recensens libros diuinos veteris testamenti vigesimo primo numero Estheris librum signat, epistola vero ad Iulium Africanum dicit, in multis quoque alijs sanctis libris inuenimus alicubi plus esse apud nos, quam apud Hebreos, alicubi autem minus. Exempli causa (quoniam non assumi possunt omnia pauca proferemus) vt in libro Esther neque Mardochæi neque Esther preces, que legentes possunt edificare habentur apud hebreos, sed neque epistole, neque quæ ab Aman scripta est. de euersione gentis Iudeorum, neque Mardochæi ex nomine Regis Artaxerxis gentem à morte liberans. Apud septuaginta autem, & apud Theodotionem ea sunt, legatur idem 3. de princ. cap. 2. & ad c. 12. ep. ad Rom. Athanasius exhortatione ad Monachos, ex hoc libro testimonium sumit dicens. His ieiunijs Mardochæus Aman crudelē superbia preparatosibimet liguo, acceptæ pæne conuersione, suspendit.

Cyrillus Hierosolymitanus cateschesi 4. de lib. veteris testam. Epiph. lib. de ponderibus, & mensuris. Damasc. 4 orthod. fidei cap. 16. recensentes libros diuinos, cum illis pariter numerant Esther. Chrysostomus hom. 3. ad populum ex cap. 14. illa citat tribue sermonem compositum in ore meo, ad orationem exhortans. Nilus ex cap. 15. citat testimonium, vbi Assueri immitem animum ad misericordiam conuersum, scribitur lib. de interemptione Patrum Sinae.

Ex Latinis Hilarius in psal. 1. August. de doctrina christiana lib. 2. cap. 8. Isidorus, & Rabbanus, Cassiodorus supra citati hunc librum cum reliquis diuinis recensent. Sed ex cap. 14. Ambros. in ps. 36. citat illa verba. Non des virgam regni tui ijs, qui non sunt.

Hieronymus epistola ad Demetriadem, & ad cap. 64. Isaie ex eodem capite illa adducit. Tu nosti quod oderim insigne capitinis mei, similiter ad cap. 26. Ezech. illud citat ex eodem capite, ne tradas sceptrum tuum his qui non sunt, idem testimonium ante citauit Basil. 2. contra Eunomium.

August. ep. 199. ad Ediciam de eadem oratione Esther facit mentionem. Idem efficacitatem gratiae commendans lib. de gratia, & libero arbitrio ca. 21. illud testimonium ex cap. 16. adducit, & convertit Deus, & translit indignationem eius. [ Assueri ] in lenitate, idem testimonium citat S. Prosper de promis. & prædictionibus p. 2. c. 38.

Petrus Damiani ex cap. 13. citat illud. Domine Rex omnipotens in ditione tua cu-cta sunt posita, & non est, qui possit resistere voluntati tue, &c.

Respondeat Hunnius ex hac argumentorum classe committi fallaciā à non distributo ad distributū: non enim sequitur, si librum Esther posuerunt Patres in numero canonorum librorum; ergo illa alia diuersæ linguae capita, pariter senserunt esse canonica.

Contra quia Patres nedum librum collocant in canone diuino, sed ex capitibus illis controuersis testimonia assumunt. Et Origenes expressè illa capita in solis Hebreis codicibus desiderati affirmat.

Respondet iterum non sequi argumentum. Patres citant hoc, vel illud testimonium, ergo est sacrum, & diuinum: alioqui prophani toties à Patribus citati essent sacri, & diuini. De Origene subdit, non est curæ, cum tot erroribus fuerit aspersus: Et Gelasius Papa d. 15. c. sancta Romana, decernit non Origenis, sed Hieronymi sententiam esse tenendam, vbi duo hi Patres dissentient. Cum ergo Hieronymus reiecerit capita illa tanquam apochrypha, eius testimonio standum erit potius quam Origenis.

Contra quia non ex citatione simpliciter eorum capitum à Patribus facta, sumitur ab orthodoxis argumentum, quod sint diuina; puerile enim hoc esset, & ridendi materiam subministraret, sed hæc est vis argumenti. Orthodoxi Patres testimonia petunt ex his capitibus tanquam sacris, & diuinis; ergo istæ partes sunt diuinæ. Antecedens patet, nam ex illis testimonijs probant dogmata fidei. Sic peccatores idololatras, & non existentes probant Ambros. & Hierony. Gratia efficaciam Augustinus. Omnipotenti Damianus &c. eademque testimonia citant secundum quod ab Ecclesijs suorum temporum incōcussæ, & firmiter acceptati videbant. Quod vero Origenes atro in multis lapillo sit signatus, non inficiat hoc.

hoc testimonium, quod non ut proprium accipimus, sed ut antiquæ Ecclesiæ sensum monstrans, ut patet infra in tertia classe rationum. Nec unquam Gelasius dicit, cum dissentiat Origenes, & Hieronymus, potius standum iudicio Hieronymi: ibi namque dicitur. *Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat legenda suscipimus; reliqua autem omnia cum autore suo dicimus esse renuenda.* Cum ergo epistolam Origenis ad Iulium Africanum Hieronymus non repudiari, illam quoque cum Gelasio legendam suscipimus, meliori quam Minerua, ut dicitur, calculo notatam.

Respondent rursus Vitakerus, & alij. Sextum Senensem Papistam idem pro suis de postremis capitibus iudicasse, esse nimirum supposititia, & laci-niosa etiam post Concilium Trid. quod solum de veris partibus, ait, non laci-niosis, & addititijs decrevit.

Contra. Non potest Sixti sententia in hoc modo sustineri determinante Concilio integrorum libros, *Cum omnibus suis partibus, prout in ecclesia catholica legi consueuerunt, recipiendos esse.* Certum est autem in ecclesia feria 4. post Dominicam secundam quadragesimæ in Missa recitari lectionem desumptam ex 13. cap. Esther. Ex eodem cap. accipitur lectio in Missa contra Paganos. Oratio etiam Esther ex cap. 14. recitatur in offertorio Dominicæ 21. post Pentecosten, vnde etiam Rupertus Abbas 18. de viet. verbi Dei cap. 12. *Sacer ecclesiæ chorus per singulos amos statutis diebus declamat ante Dominum in persona istorum. Euerte cor eius in odium repugnantium nobis, &c.* quæ verba desumpta sunt ex cap. 14. legendus idem ex cap. 23. lib. 12. de diu. off. Nec concilium addidisset illud verbum, *cum omnibus suis partibus, recipiens libros integros, nisi voluisse controversiam dirimere de illis extremis capitulis, & docere integrum librum cum illis partibus, de quibus olim fuit controversia, indubitate recipiendum.* Quid? quod si valeret Sixti distinctio de veris, & laci-niosis partibus, daretur occasio multis alijs partibus sacrorum voluminum eludendi v. g. historia adulteræ, de sudore, sanguineo &c. dicere enim posset garrulus sophista has partes non esse canonicas, & Concilium definitissime de veris partibus recipiendis, non autem suppositiis. Erravit ergo Sextus id docendo etiam post Tridentinam synodum, cuius autoritatem debebant Nouatores potius sequi imitando Sextum filium obedientiæ, s. Synodo humiliter obsequientiæ, non in lapsu humano aliter quam res se habet ab intelligentia synodi eundem non pertinaciter recedentem suffigilare: vbi enim in lapsu Sextus hominem se ostendit, sic in obsequio vere filium pacis, & unitatis se declaravit Tridentinæ synodi decreta inconcussè recipiendo. At sophistæ nugacissimi semper tergiuersantur, & ut dicam cum Arnobio quinto aduersus gentes, tricas Tellenas conduplicant.

III. Classis ex synagogæ antiquæ decretis. Zerubbabelis enim, & Cyri seculo, ut notat Genebrardus lib. 2. cronol. paulo post principiū anno mundi 3710. synodus magna (quæ, & quinta) habita est, vbi de scripturis canon editus est, cuius scriba assentitur Esdras, & Eliam citat prefat. 3. in Masoreth. Hec autem, synodus distribuit libros sacros in tres partes, legem, Prophetas, & hagiographa, inter quæ hagiographa nempe, Psalmi, Proverbia, Canticum, &c. Esther annumeratur; sed & Iosephus ipse 11. antiqu.

c. 6. nec duas epistolas Assueri, nec orationem Mardonie prætermittit.

Respondet Hunnius. Iosephum ex quibus suis auctoribus, non modo ex sacris, sed etiam ex propheticis, & suspecte fidei conquisiuisse, & in librum suum congreguisse, quicquid ad gentis suæ splendorem amplificandum facere iudicaret, cuiusmodi sunt fabulæ narrationes de Mose trienni, de eodem iuvene belligerante cōtra Aethyopes, de Isarbi Regis Aethyopæ filia &c.

Contra, quia idem Iosephus de se ita loquitur lib. 10. cap. 12. *In ipso historiæ meæ principio propter eos, qui questionem faciunt, aut in aliquo culpare nituntur, astruxi dicens translaurum me libros Hebraicos in eloquium Græcum, & hos volentibus aperire, neque adiuvare me aliquid seorsum, neque subtrahere me promittens.* Sed demus in ceteris mentitum Ioseph: in hoc certè mentitus non est, cum enim istæ partes in antiquissimis Bibliorum exemplaribus, tam Græcis, quam Latinis habitæ fuerint, ut patet ex Origene, & Hieronymo, & portio aliqua, vel fragmentum earundem reperiatur in Ioseph, ex eo fonte, quo exemplaria ista ad notitiam veteris ecclesiæ peruenierunt, ex eo pariter in notitiam Iosephi deuenerunt, nempe ex scriptis codicibus Hebraicis. Sed & idem Iosephus lib. 1. contra Appionem paulo post initium, vbi apud suos vigintiduos libros esse sacros commemorasset ab Artaxerse, inquit, usque ad nostra tempora singula quidem descripta sunt. verum non pari fide digna censentur apud nos, quod non fuerit Proprietarum exacta successio. Quibus verbis ad alios libitos Iudith, &c. hoc eodem tempore descriptos, qui non fuerunt recepti in priore canone Hebreorum (ut dicetur) alludere videatur. De Esther autem libro cū partibus suis, quarum ipse fragmenta citarat, dubium esse non potuit cū inter viginti duos anumeretur, ex priori canone hebreorum. Accedit testimonium R. Eliæ, qui alios Rabbinos citat, & hodie apud PP. Augustinienses Bononiae inuolutus archetypus Esther Hebraico sermone descriptus integer cum illis capitibus, qui controueruntur assertuatur, sic testatur Reuerendissimus P. F. Angelus Rocca sacrarij Summi Pontif. Praefectus, & Episcopus Tagaensis in comment. de Bibliotheca Vaticana.

IV. Classis ex rationibus. Prima rō, quæ à multis DD. assignatur, Quia non est rationabile, ut Hebreorum iudicium sequamur, qui sunt hostes nostri, & mendaces, & à multis habentur sacrorum voluminum truncatores, & priscis Ecclesiæ Patribus veridicis, & modestis Ecclesiæ filiis fidem non adhibeamus. Quam rationem tetigit Origenes apud Iulium dicens. *Vide ergo ne imprudentes, & inscientes abrogemus, quæ habentur pasim in ecclesiis, & legem statuamus fraternalitati, ut deponant quidem sacros, qui apud eos feruntur libros, assentiantur autem Hebreis, & persuadeant, & nos puris impertiant, & qui nihil habeant figmenti.*

Respondet Hunnius, non esse probabile excidisse ex codice Hebreorum quædam ab initio, ex medio, & à fine, non intercedentibus ceteris partibus intermedijs, &c. & insuper quia omnia coherent ordine rectissimo, & ipsarum metrum rerum gestarum, tam vndeque concinna, & apta est coherentia, ut ne vestigium quidem appareat e medio volumine quædam intercidisse.

Con-

Contra instatur, quia Origenes in eadem epistola multa huius generis alia exempla adducit, ut magis fidem mereatur Origenes verosimiliter loquens, quam Hunnius, qui nullam, nec verisimilem rationem adducit. immo et facilius excidere potuerunt dicta capita, quod alijs erant simillima. Nec hoc fuit absurdum, cum alijs libri sacri exciderint, & etiam legis volumen longo tempore amissum sub Iosia tandem reperum sit, ut habetur 4. Reg. 22. ut posterius dicitur. Nec quia in Hebreo, ut nunc est, possunt concinnati capita mira iunctura atque structura, effici non potuit, ut in medio volumine aliquid excideret: nam aequa aperta efficitur capitum continuatio in libris Regum, & Paralipomenon; cum tamen frequenter de libris, qui exciderunt expressa mentio fiat. Sed quantum valeat haec ratio cum sua instantia discutietur infra peculiari controversia, an integra per omnia extent hebraica originalia.

II. Ratio solidior, innitens generalissimo principio (quam etiam tetigit Origenes) quia dum Ecclesiae id docebant etiam tempore Origenis, non est verisimile esse hallucinatas. Vnde sic dicit eadem epistola. *An non prouidentia in scripturis sanctis dedit omnibus Christi Ecclesias edificationem? non curam gesit eorum, qui empti sunt pretio pro quibus Christus est mortuus?*

Vltima classis ad hominem, nam Drusius Calvianus in cap. 3. Esther fol. 93. sic dicit. *Nescio quam recte fiat ab hominibus eruditis, qui additionibus Esther falsi crimen imponunt ex loco tam dubio, & controverso. Loquitur autem de eo loco difficulti quomodo Amas fuerit Macedo. Et Lutherus ipse suum iudicium quo totum hunc librum explodebat, retractavit, acclimatavit quandoquidem in præfatione sua versionis decimi capititis partem, & septem alia, quæ sunt in vulgata editione reijcit. Sed etiam impia retractatio, quia non plena, & dissidens à vulgata editione.*

#### CONCLVSION CATHOLICA.

*Liber Esther sacer est & diuinus.*

R Epondeo dicendum, quod supposita traditione, & authoritate Ecclesiae consignatis hunc librum, ut canonicum ex materia, quæ ibi tractatur, sua simile potest desumti argumentum ad probandum esse diuinum, nam ut dicit Hieron. in pro. Esther in Ecclesiae typo populum liberat de periculo, & interficit Aman, qui interpretatur iniquitas, partes coniuij, & diem celebrem mittit in posteros, & sicut animam suam pro populo ponens causa fuit, ut Aman eo ligno suspendetur, quo Mardochaeum idem Aman procurauerat suspere innocentem, & S. Prosper ait p. 2. de prædictiōnibus temp. cap. 38. Ecclesia sancta ligno crucis permit inimicos: sic pro suis periculis huiusmodi opponit. Sic datus in morte suis laboribus vitam conferendo ministrat, ut potè Regina, quæ à suo Rege sponso, & Domino admonetur, eique dicitur. Libera eos qui ducuntur ad mortem, & redime eos, qui occiduntur, cuius beneficiorum refugia, ipsi quoque eius appetunt inimici. Quia autem ex le non potuit scriptor huius libri resistas gestas ad futura præsignanda aptare, à Spiritu sancto ad hęc significanda directum, & impulsum firmissime credendum est. Quis vero iste scriptor fuerit dicetur infra suo loco.

#### Solutiones oppositionum.

A D I. respondet. Si Patres citati reijciunt, aut non numerat librum Esther inter canonicos, & diuinos libros; sat nobis est quod numeret reliquus sanctorum chorus. Cur autem non consentiant omnes Patres, ea causa potest assignari, quia multi eorum à coquissimis Iudeis canonem hebreum didicerunt: canon autem Hebreorum aliter dispositus est post Christum à Iudeis, quam à veteri synagoga. Nam post Christum non est (dicunt aliqui) inverisimile dicere eratos multos codices, ut Tobiam &c. quando oculariter (aiunt) cernimus à Thalmudistis etiam Iob negatum, & Ecclesiastem ob solum ultimum capitulum in canonem receptum, quoad priora reiectum, ut ait Hieronymus in 12. ca. Ecclesiast. Vnde sic illi potuerunt eradere multa capita Esther, & ita illum suspectum reddere, ut alij non meminerint. Sed de hoc infra tractabitur cum discutiemus an scriptura sacra à Iudeis fuerit falsata. Alij ex canone veteri Hebreorum, nedum eo, qui eorum tempore circumferebatur quosdam expunxisse dicunt. Atramen dicere à veteri synagoga agnatum esse, hunc cum alijs libris verisimile est (qui in canone Hebreorum nuper post Christum edito non reperiuntur) & si non ab omnibus saltem ab aliquibus legis Doctoribus: vnde cum apud omnes indubitate non fuerit authoritas, non eodem ordine recepti sunt ab vniuersa synagoga. Vnde Iunilius de partibus diuinæ legis lib. 1. cap. 3. querens cum liber Esther cum Paralipomenon libris, Iobo, Esdræ duobus, Judith, & duobus Machabæorum cum ad diuinam pertineant historiam, non inter canonicas scripturas currat: Respondet; quoniam apud Hebreos quoque super hac differentia recipiebantur, sicut Hieronymus ceteraque testantur. Sicut ergo à Iudeis olim Judith, & Machabej (teste Iunilio) (licet non eodem authoritatis gradu) recipiebatur; sic potuit liber Esther recipi cum libris Iob, & Paralipomenon: & tamen ut nullus negat Iob, & Paralipomenon libros, ut scripta sancta suscepta ab Hæbreis, ita liber Esther, ut diuinus haberi potuit, licet apud omnes non fuerit tunc etiam indubitate authoritatis. Hieronymus vero in præfatione, & annotationibus ad hęc capita, & ad hanc partem libri, non dicit ista capita tanquam laciniosa addita (cum loquatur de toto libro) sed voluit scriptoris industriam commendare, qui sicut solitus est in scholaribus disciplinis sumpto themate excoxitare, quibus verbis vix potuit, qui iniuriam passus est, vel qui iniuriam fecit; sic addita sunt quæ dicuntur posterius ad priora capita, in quibus sunt multa verba eius, qui iniuriam passus est, & iniuriam fecit: in qua re nullum interuenit vitium, non quod prioribus capitibus posteriora capita tanquam laciniosa addita sint. Quod si aliquis adhuc contendere velit Sanctum Hieronymum loquutum esse de additione laciniosa posteriorum capitum ad priora; exponi potest quod loquutus sit de vulgata editione non prout nunc est, sed de vulgata editione, quæ tunc circumferebatur, in qua multa laciniosa, & conficta in multis codicibus verisimile est reperta fuisset. Authoribus in contrarium grauiores alios, qui citantur opponimus, & ecclesia matris eorum inconcussam authoritatem: & negatiæ eorum authoritati affirmatiuam aliorum Patrum, & Ecclesiae præferimus.

Ad II. quidam dicunt Artaxersem fuisse Astiagē patrem Darij, qui Chaldaeos vicit, & Regnum eorum obtinuit, & proinde hanc historiam contigisse post captiuitatem Iudæorū, vel captiuitate ipsa perseverante, ita Canis lib. 11. de loc. c. 3. in foliū 9. arg. quem fecutus est Gerardus Mercator in sua chronologia. Sed contra instant aliqui, vt Bellarm. Cardin. lib. 1. cap. 7. quia talis Assuerus fuit Medus, & Rex Medorum, maritus autem Esther fuit Persa, & Rex Persarū. Sed hęc instātia non valet, quia, vt patet ex libro Danielis, & Esdræ, Regnum Persarum, & Medorum eo tempore unum idemque regnum fuit. Aliter ergo potest hic dicendi modus explodi: nam Assuerus de quo est sermo in libro Esther regnauit in progressu Monarchia Persarum, & Medorum, iam extincta Monarchia Chaldeorum. Sed & antequam extingueretur Chaldeorum Monarchia non erat regnum Persarum adeo patens, vt dominarentur virginis septem Provincijs ab India usq; Aethiopiam, imo multæ earum subiectæ erant Assyriorum Regibus, quibus etiam & Medi ipsi subiecti erant, vt patet ex 4. Regum, vbi legimus Israelitas translatos esse à Regge Assyriorum ad Ciuitates Medorum, & ex libro Tobiae, cuius cognati in Mediam sunt translati. Non ergo pater Darij potuit esse tam potens, & magnus Rex imperans tot Provincijs cum Assyrijs imperare non potuerit, qui tunc dominabantur ipsis Persis, & Medis, quorum Assyriorum regnum postea Darij filius extinxit. Accedit quod Assuerus maritus Esther dominabatur omnibus Provincijs, in quibus Iudei post captiuitatem dispersi erant, pater autem Darij paucos Iudeos in ditione sua habere potuit, maior enim eorum pars in Babylonie, & Ciuitatibus finitimi habitabat, quæ non Assuero, sed Regi Babylonis parebant. Genebrardus refert pag. 246. duas sententias, unam asserentium maritum Esther fuisse Cambyses filium Cyri: aliam asserentem fuisse Darij filium Hidaspis, quam sequitur Rugerius opusc. de lib. cano. cap. 21. Sed neutra potest stare, nam ex Herodoto li. 3. & Ioseph 11. antiq. c. 2. annis 7. quinque mensibus regnauit Assuerus: & ultra duodecimum regnasse maritum Esther colligitur ex c. 3. vbi dicitur anno 12. Regni Assueri. Secunda nec potest stare, nā ex eodem Herodoto (sicut & multi Reges) habuit Hisdaspis duas uxores Atossa, & Aristona filias Cyri, at Assueri uxores duæ Vasthi Persica, Hester Hebreæ. Ioseph vero 11. antiq. cap. 6. quem Bellarm. & alij sequuntur dicunt hunc maritum Esther fuisse Artaxersem, qui & Longimanus dictus est, qui fuit quintus Rex post Cyrum, & sextus post Darij, qui Babylonem cœpit. Senensis vero lib. 8. hæc. 11. n. 5. dicit cum Eusebio fuisse Artaxersem non Longimanum, sed Menonem illum Darij, quem quintum Persarum post Cyrum Regem faciunt: idem cum Senensi sentiunt alij, vt Driedo de ecc. scrip. cap. 3. par. 1. Sed primo non potest stare sententia Iosephi, nam maritus Esther, vt dicitur in hoc libro regnauit super provincias 27. at Longimanus præsertim initio sui imperij, nō poterat tot provincias imperare, cum eius pater plurimas provincias amiserit, vt bene ponderat Torniellus anno 3590. num. 7. eam reiicit Eusebius in Chronicis. Et à captiuitate Babylonis usq; ad initia huius regis fluxerunt anni 165. ad minimū, vt dicunt authores istius sententiae: non potuit autem Mardochæus superstes esse præsertim cum describa-

tur Esther neptis filia fratri sui iuuencula. Dicere autem cum Philone, in breuiario temporum apud Annium, Mardochæum Isaac Patriarchę vitam pluribus annis excessisse, fundamentum non habet, cum Annus authores fabulosos, & nullius fidei eo libro collegerit, ac veris authoribus fictitia tribuat. Secundo autem sententia Senensis neque consistit. Nam, ex Plutarcho in eius vita Mnemonem Darium duas uxores habuisse habetur, Statyram, & Atossam, nulla Vasthi mentione facta. Rursus Assuerus 7. regni sui anno duxit in uxorem Esther, sed Mnemon ex Plutarcho duxit Satyram antequam regnare cœpisset; satyra vero occisa est veneno, Vasthi vero repudiata. est. Esther vero nunquam Atossa dicta est, hęc enim Persica fuit, & filia Arthaxerxis regis, illa vero Hebreæ ex Iosepho 11. Antiquit. cap. 6. Nec quintus Rex fuit Persarū Darius, ex chron. Longi succedens. Dicendum ergo probabiliter, quod matritus Esther fuit (vt alij dicunt) tempore Monarchia Persarum unus è Regibus successoribus Dario primo, & Cyro non longe ab eis distans. Quis autem determinatè fuerit ex scriptura colligi non potest, cum non scribatur númerus certus, & determinatus illorum. Regum, nec ex prophanis certò constare potest, cum circa illa tempora fabulosa multa narrentur, & mendacijs plurimis sint referta. Probabile est fuisse unū ex ijs, qui regnauerunt, antequam templum, & ciuitas Ierusalem reedificarentur, & populus iudaicus dispersus Iudeam iterum occupasset. Cuius argumentum est, quod si pacificè habitasset Iudei eo tempore in Hierusalem non scripsissent Esther, & Mardochæus Iudeis habitantibus in centum viginti septem Provincijs subditis Persarum Regi, vt obseruarent dies fortium, cum primò litteras dedissent, ad Hierusalem. Nec potuissest Aman necem omnium Iudeorū tentare litteris missis ad Gubernatores Provinciarū, si Hierusalem reedificata erat, & Iudeorum maxima pars in regione propria habitaret. Omnes autem istos successores verisimile est Assueros vocatos non fecerunt ac Pharaones vocabantur Reges Aegypti, vel Ptolomei: unde factum est, vt Cambyses filius Darij & Assuerus vocaretur 1. Esdr. cap. 4. & idem qui Xerxes, à Iosepho vocatur, Artaxerxes dicitur 1. Esdræ cap. 6. & 7. & 2. Esdræ cap. 2. unde non est mirum si fuerit Doctorum discrepantia: ex supputatione vero allata res bene componitur, dicendo maritū Esther fuisse Assuerum, scū vt noster Pagninus vertit, Achæueros, quod significat magnum principem quo nomine appellatio seu nomine cō dignitatis oēs dicti Reges Persarum vocabatur, quis autem fuerit determinatè ignoratur, probabiliter asseritur fuisse unū ex ijs, qui regnarunt ante templi reedificationem, & Iudeorum redditum in Iudeam.

Hęc autem sunt ad soluendum evidenter hęreticorum argumenta, quæ non requirunt mathematicam ἀναθεσίαν, sed suavisiles coniecturas, vt argumenta eorum demonstrativa non esse, ostendatur.

Ad III. Optima est responsio ibi data, nec enim in 2. & 11. & 12. cap. distinctè explicatur, quo anno Assueri fuerit facta coniuratio Eunuchorum, quæ tamen cap. 2. aperte traditur facta post septimum annum assumptionis Esther ad Regnum. Ad instantiam Vvirakerianam respondetur. Nunquam probabitur ex collatione capituli 11. cum 12. tunc cōspirationem factam, cum Mardochæus somnium vidit:

pit; illa autem verba texius Græci τὸν τύπον non significant ea nocte insidias fabricatas, sed Mardochæum usque ad noctem de somnio, somnijque intellectio cogitasse, cum quo stat post quinque annos insidias ab Eunuchis orditas, & ab ipso Mardochæo intellectas, atque detectas.

Ad IV. si sustineatur responsio ibi data; ad instantiam V vitakarianam quidam respondent illud esse argumentum ab autoritate negativa desumptum, quare si non affirmatur Lysimachus plura ex Hebreo in Græcum translatis, nec negatur, imo insinuat. sed tota hæretici Vvitakeri versutia, quam Faius quoque est imitatus eo tendit, negando illud cap. 11. vbi de Cleopatra sit mentio, ne videt fieri mentionem Lysimachi, qui Assueri epistolam in Græcum translatis, reuinatur ad asserendum, ea capita conuersa non fuisse aliquando Hebraicè descripta. & licet de Ptolomeo, & Cleopatra fiat mentio, idcirco facta est, ut signaretur tempus quo epistola illa à Dositheo, & Ptolomeo patre Lysimachi Hierusalem delata est, & à Lysimacho translata in Hierusalem ex cap. 11. Si vero queratur; quis fuerit author huius copiosæ additionis ab alio authore factæ, quam Lysimachus traduxit? respondent incertum esse, sicut incertum est quis fuerit author eius partis scripturæ de morte Moysis in Deuteronomio; similiter, & in libro Iob de morte Iobi &c. quæ tamen quia in libris sacris repetiuntur, ut canonica recipiuntur etiam si author eorum ignoretur. Vel dicendum quod fuit bis scripta hæc historia Esther, ut colligitur ex cap. 9. & principio cap. 11. primo historice, quæ est prima pars libri consignata in archiuis. secundo in epistolis missis ad Iudeos, quæ ad posteros non peruererunt, sed solum una epistola translata in linguam Græcam à Lysimacho, Dositheo, & Ptolomeo vero in Hierusalem delata, vnde posterior pars desumpta est, vbi multa capita ex illa epistola desumpta leguntur. Vnde sequendo istam viam facile occurrimus Nouatoribus præsertim Fajo dicenti in hoc libro ex rerum narratione apparere multa perturbata, & iterata. Non enim perturbatio est, vbi idem repetitur uno modo per historiam, altero modo per epistolam, eoque ordine quo prius historia, postea epistola scripta est, unde melius est, ut bis diuerso modo iteretur, quam quod aliquid è sac. historia depereat. Vnde delicatos oculos Faianos iteratio ista offendere non debet, sicut nec rerum iusta transpositio, ut in vulgata legimus; quæ impie pertubatio vocatur ab hæretico.

Ad V. bona est responsio ibi data. Siquidem Mardochæo munera data sunt, ut dicitur cap. 12. Sed non statim data sunt, quæ per anticipationem quandam data scribuntur, sed postea. Cap. vero 6. nulla munera tunc data fuisse scribitur. Sed & illud dicere non est absurdum, Mardochæum in proditionis Eunuchorum manifestatione aliqua dona ab Assuero suscepisse, quæ cum beneficio imparia essent, iuxta communem loquendi formulam in similibus evenientibus, nihil accepisse recte asseritur. Sed pro magno munere dici potest Mardochæum accepisse benevolentiam Regis etiam si nulla externa tunc accepisset, nam ut recte dixit Isidorus 3. de summo bono, Non sunt fideles, quos munus, non gratia copulat: nam cito deserunt, nisi semper accipiāt. Ad instantiam Vvitakarianam respondetur nulum esse absurdum dicere Aman ante honorificos honores, insidias Mardo-

chæo præmeditatum, quod cap. 5. & 6. describitur easdem verò auctas, & continuaas post publicam Mardochæi circumductionem, ut habetur c. 12. Ambitionem enim zelus excitat; dum cernit quis alium in honoribus auctiorem, scripsit Cypr. de Zelo, & luore. Quod si in eodem cap. 12. insidias tunc inchoatas aduersarius contendat, sciat illud more scripturæ accipiendo per anticipationem, nimirum, ut obiter de remuneratione Mardochæi fuerit sermo, ex professo autem de insidijs tractari ceptum sit, quæ tamen, narrationem de remuneratione antecedere debebat. Vnde Genesis 1. per anticipationem masculum, & feminam fecisse Deus iisque benedixisse scribitur, & postea cap. 2. Euæ de latere Adam dormientis formatio narratur. Quod vero Aman eodem die, quo suspensus est, etiam insidias Mardochæo machinatus fuerit, non est inuetisimile; hoc enim potuit accidere toto tempore illius diei, quod intercessit utque ad suspensionem eius; vnde verum fuit, quod post publicum honorem delatum, Aman voluit nocere Mardochæo, & eodem die, quo Amā Mardochæum perdere cupiebat, eodem die punitus fuerit. Facienti. n. nequissimum consilium super eum deuolutum, ut dicitur Eccl. 27. aut, ut scripsi. Basil. pessima consilia, in propria capita eorum, qui consulunt redundant, non solum quantum ad substantiam actus, sed etiam, Deo iudice, quantum ad temporis, & loci circumstantias.

Ad VI. si similes ingratitudines familiarium contra Principes, & Reges in prophanicis etiam historijs non legerentur, posset aduersarius suam inscitiam colorare: at cum similia facta legamus, non est cur simus solliciti talibus natujs respondere: sapienter enim Menander. Termuat enim omnia, quæ sunt in vita, parua fortuna, & ut dixit Q. Curtius 4. de gestis Alex. Homines cum se permiscere fortune, etiam naturam desituant, gloria vel auaritia stimulante, ex qua ut scribit Amb. in apol. David c. 4. septem nequitix procreatur s. proditio, fraus, fallacia, perjurium, inquietudo, violentia, & contra misericordiam induratio, quæ in Aman aulico, priuado del Key, concurrent, ut clare ex cap. 16. huius libri colliguntur, & quamvis capit. 3. Mardochæo iratum Aman legamus, ob non sibi exhibitam reuerentiam, & obsequium, non pugnat cum cap. 12. utrumque enim ira Amani fomentum extitit Eunuchorum delatio, & cultus Amano non exhibitus.

Ad VII. nullam potest aduersarius contradictionem probare. ob insolitum enim Reginæ accessum ira inflammari potuit Assuerus, ut scribitur cap. 12. cuius corde postea à Domino Deo in lenitatem conuerso, ob Reginæ periculum placidissimis oculis, idē Reginam potuit postea intueri, ut scribitur cap. 3. unde Aug. l. 1. contra duas epistolas Pelagi. cap. 20. ait, quod Deus, oculis simus, & efficacissima potestate (vide si sola motio moralis intercessit) conuerit, & translatis, ne ampe cor Assueri, ab indignatione ad lenitatem hoc est devoluntate laedendi ad voluntatem fauendi, qui secundum illud Apostoli, Deus enim est, qui operatur in vobis, & velle, &c. & subdit August. ab eo tempore respondens Vvitakero, nunquid homines Dei, qui hæc scripserunt, imo ipse Spiritus Dei, quo auctore per ipsū scripta sunt oppugnauit liberū hominis arbitrium? &c. ecce quomodo, hunc scripturæ locum S. Augustinus fatetur à Spiritu sancto esse dictatum per homines Dei.

Ad VIII. non est incredibile cum Saul Amalechitis cedem attulit aliquos eorum effugisse Tyrum, vnde p. 82. *Ammon, & Amalech alienigenæ cū habitantibus Tyrum,* recensentur: Tyro vero capta à Nabuchodonosor, in Græciæ partes conuolasse. vnde Hieronymus s. in Isai. cap. 23. scriptis ex historijs Assyriorum, obfessos Tyros fugisse Carthaginem, & ad alias Ionij, & Aegei maris insulas. Ab Amalechitis potuerunt oriri esse Macedones. vnde & quedam cognatio nominum est inter Macetes, & Amalechites. Macetas vero vocatos esse Macedones scripsere Heraclides, & Gellius lib. 9. cap. 3. *Philippos ait Macetis Rex.* Etiam Syriæ Régum vocatum esse Macedonicum scripsit Goronides lib. 2. c. 3. Rectè igitur Amalecites, & Makedo ponit Aman nominari, imo, & Persa; accidere etenim potuit, vt è Macedonia pater, vel auorum quispam in Perside veneri, & in Perside, vel Persica matre natus, Persa quoque diceretur. vnde Methiochus ex Herodoto lib. 5. Per sicam duxit vxorem, & eius filij Persa habiti sunt. Potuit quoque esse Persa, vel Amalechita natione, Makedo affectione; sicuti illi Itali, qui sunt affecti v. g. catholico Regi Hispaniarū Itali dicuntur natione, Hispani vero ex affectu.

Ad confirmationem. Conceditur, cogitasse Aman regnum Persarum ad Macedones transferre, & vera id verificatum esset, si occiso Rege, se, & posteros suos Reges coronasset. vnde eti exiguum esset regnum Macedonum magis illustrasset, & ampliasset, coniugens Regnum illud Persicum cum Macedonico, & hic est humanæ potentia abusus etiam si res impossibles essent, vt dixit Seneca tragœdia 4. *Quod non potest, vult posse qui nimium potest.*

Ad confirmationem secundam. Satis constat, quāta authoritate pollebat Mardochæus apud Regem, detecta Eunuchorum proditione. quid? quod neque ignorabat Aman quantum ante patefactam proditio nem etiam valeret apud Esther, & ista apud Regem vt propter hæc difficile cerneret, posse Regem è medio tolli. Ægrè autem tulit sibi adorationem à Mardochæo negari, & insidias, quorum ipse particeps fuerat, detectas esse, eti ab omni coniurationis suspicione immunem adeò se probarit, vt fidelis eximatus sit, & proinde honoribus cumulatus. Nota est aulicorum, quorundam vafricies, quibus illud cōpetit, quod altera manu caducēum, altera hastam tenēt, vt scripsit Euthatius ex Pausania, pacem simulantes machinationes in Reges instruentes.

Et per hæc ad instatiā, & replicā respōdetur, nō esse præter rationē, vt ambitiosus Amā antequā ad gratiā sumā Regis, & potetiā in aula pueniret, machinatio- nē in Regē strueret, cum, vt benè sciunt qui aulicotū mores experti sunt, huiusmodi farinæ homines ambitionem in Curijs Principum sectantes, apprime simulare, & dissimulare sciunt, & temporis occasio- nem captare, aliud in ore, aliud in corde habentes. Detectis porrò insidijs Eunuchorum, quorum cri- minis particeps erat Aman, non mirum fuit; si non rectis oculis ab Aman Mardochæus fuerit inspectus, quod scribitur cap. 12.

Ad IX. quidam vt Caiet. noster, quem Bellam. se- quitur, & Pererius in cap. 9. Daniel. non ad Mardochæum, sed ad Cis illud relatinum libenter concedū referendum esse. Sed re vera relatum [qui] mox sequens, qui fuit nutritius filii fratris sui Edisſe, que-

altero nomine vocabatur Esther, non potest referri ad ea verba præcedentia filij Cis, sed ad Mardochæum. Hic enim est totus contextus scripturæ. Erat vir Iudeus in Susā ciuitate vocabulo Mardochæus, filius Iair, filij Semer filij Cis, qui translatus fuerat de Ierusalē eo tempore, quo Iechoniā Regē Iuda trāstulerat Nabuchodonosor, & sequitur, qui fuerat nutritius, &c. fuisse est autē diuidere illa duo relativia, q̄ cōmodē de eodē Mardochæo verificantur. Alij secundo dicunt, vt Lyranus (qui refert Ioseph 11. antiq. cap. 6.) & alij non esse improbable, Mardochæum ipsum à Nabuchodonosore cum Leconia Rege transportatum, & Assuerum istum fuisse Artaxersem, qui dictus est Longimanus. vnde illa verba cap. 2. qui translatus fuerat de Hierusalem, non referuntur ad proauum eius Cis, sed ad Mardochæum, cuius vitam protractam ad hæc tempora Longimani; non est, dicūt, tam absurdum: poterat enim tunc ad summum attingere 165. Sed quia durum hoc videtur, Dicendum vt supradictum est in responsione ad primum securius, & probabilius hunc Artaxersem fuisse unum de Regibus successoribus Dario primo, & Cyro, vnde non astringimur asserere in tā diuturnam ætatem Mardochæum fuisse proœctum. Sed si aliquis velit defendere primum dicendi modum, dicere possent non improbabiliter cum nostro Hugone Carenſi, non Mardochæum in persona, sed in Cis suo, in quo erat tanquam in causa materiali, virtute scilicet seminali asportatum (Mardochæus enim virtute in progenitoribus continebatur) & hoc secundum phrasim scripturæ. Nam Gen. 36. & Deuter. 10. dicitur, filios Ioseph in individuo in Aegyptū ingressos, q̄ tñ in Aegypto nati sūt. Quare nō nisi in parente suo ingressi sunt. Sed quæcumq; autem harū respōsionū expositio lectori arri- deat sine de Cis, sine de Mardochæo in lūbis Cis, sine de Mardochæo in se considerato, cessat vndeque de longeua Mardochæi ætate difficultas.

Ad X. si in primis capitibus, quæ hebraicè extant non vocatur Assuerus Artaxerxes, non propterea abicienda sunt postrema capita eiusdem libri, vbi hoc exprimitur, alias liceret arguere, quia in Ioa. fit mentio de clavis, quibus crucifixus est Christus, & non in alijs Euangelistis, ergo hic locus Ioannis est abradendus, vt dissentiens, & apochrypus. Dicat ipse Iunius quomodo ipse ausus est Assuerum Xersem appellare, cum hoc in hebraicis capitulis nō asseratur, malens credere suis symmisticis Scaligero, & Drusio Caluinicolis id defendantibus, quam (quos tanti facit) hebraicis codicibus? Quod vero subdit anno 2. Artaxeris Mardochæum fuisse obscuri nominis, id probare deberet. illo verò concessō, non fuisse inter primos aulæ regiæ connumeratum eo anno; nihil vetat iuxta suum morem per anticipationem, scriptu ram referre Mardochæum inter primos eiusdem aulæ recensitum. Vnde Marci 3. in electione Apostolorum dicitur, imposuit Simoni nomen Petrus, qui tamē nō tunc præ ceteris cum primatu nomen illud obtinuit, sed postea; vnde ea verba secundum anticipationem quandam accipienda sunt.

Ad XI. quod assumit ibi Iunius non probat. Quare eadem facilitate negatur: magisque mereretur fidem author illorum capitum posteriorum Esther, etiam si canonicus non esset, quam mali corui Caluinii malus iste pullus, conjecturas inuerisimiles pone insulsores eructans. Sed quæ collectio ista?

Quia

Quia priuata affectione nō publico munere assūptus Mardochēus versatus describitur in posterioribus istis capitibus, ergo in illis commenta describuntur? tantum enim ibidem refertur simpliciter Mardochēum moratum in vestibulo aule regiae, nulla facta mentione priuatæ, aut publicæ functionis. Sed si quis antecedens negaret iure negaret; potuit enim fieri: etiam si ibidem non fiat mentio ad publicam istam functionem assumptum Mardochēum, in qua post detectas insidiæ fuit confirmatus.

Ad XII. magis standum est in hoc, antiquæ, & vulgatae editionis autoritati, quæ Hieronymū antecedit, quam illi dicto Hieronymiano: nec aliud argumentum epistolæ illius est in cap. 16. aliud in cap. 8. sed vnum, & idem si diligent collatione vtrumque conferatur. Nec valet collectio. Decreta, & rescripta Regum non mutantur, & rescinduntur, ergo caput 16. in quo in edicto appareat ista mutatio, est spuriū & suppositium; alias idem in arguentem oportet retorqueri sic; Esther cap. 3. edicto regio præcipitur Iudeos trucidandos, & in cap. 8. epistolæ siue editi regij mutati epitome continetur; Ergo illud c. 8. quod aduersarij admittunt, pariter est spuriū. Sed licet regulariter regum edicta, non mutentur: pro loco, & tempore, & alijs circumstantijs sepius mutata esse experientia docuit.

Ad XIII. Negatur maior. negatur etiam minor ex autoritate Origenis, nec propterea in veterem Ecclesiam Iudeorum culpa refunditur. Sed in temporū iniuriam, qua etiam multi integri libri scripturarum exciderunt ob posteriorum Iudeorum quorundam malitiam, vel librariorum oscitantiam, qua potuerunt multa oblitterari, nec hęc incredibilia dicta sunt, cum esset enim diuinorum librorum raritas, & paucitas, iacturæ, corruptioni, obliterationi obnoxij esse potuerunt.

#### ARTICVLVS SECUNDVS.

*An liber Tobiae sit à Deo diuinitus inspiratus.*

#### Postio Nouatorum.

Martinus Lutherus in suis Biblijs librum Tobiae inter Apochrypha scripta recensuit, idem in colloquijs latinis to. 2. c. de veteri testamento scripsit. *Quod Tobias videtur comædia, quæ de mulieribus loquitur.* Doctor Jonas cum Tobiam transtulit. set, scriptum translatum afferens, dixit. *Per multa stulta esse in eo libro, præcipue de tribus noctibus, & ieiunore piscis assato, quo Diabolus fugatus sit.* respondit Martinus Lutherus [est poema iudaicum, Diabolus acerinus hostis non tam facile fugatur.]

Ioannes Brentius librum Tobiae intet apochryphos libros numerat in Apolo. confess. Vvitemberg. Kemnicius in examine. Illyricus in Antuerpiens. confess.

Calvinus in antidoto Concilij Tridentini sess. 4. Tobiam quoque repudiat. Calvinum sequuntur sunt sui, nempe ministri, qui Possiaci congregati suam confessionem ediderunt. Gulielmus Vvitakerus, disput. de sacra scriptura cap. de libro Tobiae sic scripsit. *Iste liber pro se loquatur, cuius character totus se minime ca-*

*nonicum esse, satis ostendit.* . Contra Campianum pag. 17. idem scribens dixit. *Illum Tobie Raphaelem minime moramur; nec illos septem Angelos agnoscamus, quorum ille meminit.* hoc totum à scripturis canonicas alienum est, quod ab illo Raphaele commemoratur, & superstitutionem nescio quam redoleat. In eadem salēbra sunt Iunius, Hunnius, & Hunnianus Mēnus, Tremelius, Aretius in paradoxis. Eudem librum Antonius Faius Genevensis in Enchirid. disp. 22. concl. 8. & seq. expungit à canonicorum librorum numero. Genevani ministri in omnibus Biblijs, tam Gallicis, quam Latinis etiam historiam inter apochrypha recensent.

#### Oppositiones eorumdem.

A Rgitur I. Nā nec Melito Sardensis epistola ad Onesimū, nec Nazianzenus, nec Amphilius, nec Concilium Laodicænum texentes catalogum scripturarum veteris testamenti, hunc librum cum alijs annumerant.

II. Quia Hieronymus in prologo Galeato, Tobiae cum Hebreis extra canonem locat, recensens inter hagiographa, nō inter nouem illa volumina, quæ sūmæ etiam authoritatis sunt inter Hebreos, vt sunt Ruth, Iob, libri Regum, &c. sumens hagiographa latè, vt dixit Hugo Carenensis, idest inter scripta sanctorum, vnde, & glossa exponens hoc verbum dicit, quod Hieronymus verius, & rectius dixisse inter apochrypha, idem Hieron. in Prologue. Tobiae librum legit quidem Ecclesia ad edificationem plebis, sed eum inter canonicas scripturas non recipit. Confirmatur, quia hic liber non est scriptus H̄braicè, sed Chaldaicè. Hodie etiam nonnisi Græcè, & latine legitur. Exemplaria non sunt, nisi vitiosæ. Character ostendit se nō esse canonicum, non est conformis alijs canonicas libris. Vvitakerus, & Hunnius.

III. Videlur in hoc libro esse pugnantia in oppido, in quo Sara vxor Tobiae iunioris, & pater eius habitabant, & in quo habitabat Gabelus; vtrorumque enim oppidum, dicitur fuisse Rages Medorum, vt patet ex 1. 3. & 4. cap. cum tamen ex cap. 9. e domo Saræ, & Raguelis cum Angelo missus sit Tobias iunior in Rages, vt recuperaret pecuniam à Gabelo, & c. 13. dicitur tunc Hierusalem fuisse desolatam, & populā Iuda captiūm, & prædictur restauratio, & redditus: hoc autem pugnat cum tempore vitæ, quo Tobias vixisse legitur cap. sequenti: mortuus enim est expletis centum duobus annis: vnde fit, vt sit mortuus ante desolationem, & captiuitatem Babyloniam, ipse namque ductus est captiūs, cum Salmanasar deceperit Tribus transtulit in Assyriam, hoc est anno 6. Ezechiae Regis Iuda: ex quo tempore usque ad captiuitatem Babyloniam numerantur 135. & ex 4. li. Regū. Hoc argumentum etiam confidunt Iunius, & Mēnus.

IV. Fabulosa hic videntur induci Cap. 6. dixit Angelus de cordis particula illius piscis exenterati. Si super carbones ponas fumus eius exierat omne genus dæmoniorum siue à viro, siue à muliere, ita ut ultra non accedat ad eos. Quis vero non videat fabulosum esse pisci tribuere virtutem expellendi, & abigendi Dæmonem? Quis unquam propheta (exclamat Vitak. contra Duræum f. 72.) aut Apostolus dæmones hoc modo abigendos esse docuit? Paulus vniuersam

Christianī hominīs panopliam descripsit Ephes. 6. qua tectis nullis dēmonum viribus superemur. Hoc vero mirificum colon, quo hunc dēmonem repulit Tobias, nunquam nobis commendat. Quod si tales virtutem habeat, frustra postea dicitur, quod Raphael Angelus apprēhendit dēmonium. Fabulosum etiam videtur, quod Angelus dixit interrogatus de quo genere esset, ego sum Azarias Anania magnificus: constat autem in Angelis nullam esse generationem secundum doctrinam fidei, nisi Angelus mendacium dixerit. est Fajj. Fabulosum quoque est, quod fel pīcīs illuminarit oculos Tobiae. Idem.

Et tandem quod dicitur de illis septem Angelis affīstentibus non potest subsistere, est Vvitak. contra Edmund. fol. 17.

*Confutatio aduersariorum, ex orthodoxorum firmamentis.*

**S**ed contra est primo authoritas Ecclesiae, quæ pri mo manifestatur ex epistolis decretalibus, & alijs opusculis Summorum Pontificum. Clemens enim Romanus epif. prima dicit, unde in veteri testamento scriptum est, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. quod testimonium scribitur Tob. 4. Sub titulo scripturae idem testimonium citat Alexander PP. nā prima epistola sanctissimae Trinitatis mysterium ostendit, quod Tob. 7. dicatur. Deus Abram, Deus Isai, Deus Iacob, &c. impleatque benedictionem suam in vobis.

Innocentius Primus expresse in epistola ad Exuperium cap. 7. Tobiae librum cum reliquis canoniciis libris enumerat, similiter Gelasius supra. Sed Leo Magnus ser. 5. de collectis, & eleemosynis illud testimoniu assūmit, ex substantia tua fac eleemosynam. Tob. 4. & Gregor. Magnus 3. p. cura pastoralis admonit 27. Ne saltem aliquid præbeant, quibus omnino cōferre nibil debent, audiāt quod scriptum est Ecclesiastici 12. La bono, & noli recipere peccatorem &c. & Tob. 4. Patrem tuum, & vinum tuum super sepulchram iusti constitue. &c.

II. Ex Concilijs supra citatis Carthaginensi, Florentino, Tridentino inter canonicas scripturas eundem numerantibus.

Respondet Hunnius. Principium petitur. Non potest dare quod quis non habet. Concilia, & Patres cum non habeant diuinam autoritatem, non possunt dare alicui libro diuinam autoritatem.

Contra, quia Concilia non dant autoritatem diuinis libris, sed ipsam diuinitus illis datam manifestant, & declarant nēdum testificando, sed autoritatiē definiendo ex potestate diuinitus sibi tradita, hos non illos libros diuinos esse inspiratos, cum ergo conciliari, & decretali definitione Ecclesia tradat Tobiam, & alios libros esse diuinos, re vera diuni sunt.

Respondet iterum Hunnius non esse maiorem rationem cur Concilium Tridentinum desumpserit canonem scripturarum, ex Concilio Carthaginensi potius, quam ex Laodicæo, constat autem Laodicæum Tobiae &c. non meminisse.

Contra, quia assignari potest ratio, quod Concilium Catthaginiense plenius fuit, atque numerosius, cui etiam interfuit S. Aug. ob cuius solius testimonium acquiescere deberet prædicantica peruvicacia.

Respondet rursus Hunnius se fidem habiturum Concilio, si in eo præsideret Apostolus, vel Propheta, aut si ex scripturis evidenter ostenderetur hunc, vel illum librum esse canonicum.

Contra, quia satis est si in Concilio præsideant successores Sancti Petri, quos Christus Dominus, ut Petrum voluit audiri, & si scripturas commendantes exoptat, & approbantes qui libri sint canonici, videat aduersarius ne ad pauciorenum numerum truncatum à se canonem redigat, nec enim habebit Euangelia, vel Paulinas epistolulas, si luculentam exscripturis probationem expectat.

Responder iterum si liber Tobiae ideo canonicus est, quia concilium ita pronunciauit, nonne omnia decreta pariter erunt canonica, quia Concilium ita sanxit?

Contra, quia Concilium nunquam facit scripturā non canonican canonican, aut canonican non canonican, sed quæ in se canonica erat, quoad nos manifestatur canonica; cetera decreta si fidem concerunt non de novo sicut de fide, sed quæ primitus de fide erant in se, quoad nos de fide manifestantur, quæ vero mores, & disciplinam Ecclesiae concernunt, nouiter sanciuntur: tam autem hæc, quam illa eti non dicantur canonica eo sensu, quo scripturæ canonice dicuntur, cum non in pari authoritatis gradu cū illis locentur, canonica vocantur, vt sunt credendorum, & agendorum norma, & regula. Sed nunquam Hunnius solitum mutabit ingenium, nec mirum cū iuxta verus prouerbium. *Nec Aethiops abficit.*

III. Ex authoritate sanctorum Patrum S. Polycarpus ep. ad Philipp. citat illud testimonium cap. 4. quod eleemosyna à morte liberat.

Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum citat, vt scripturæ testimonium illud Tob. 12. bona est oratio cum ieiunio.

Origenes epistola ad Iuliū Africanum dicit, quod Tobiae vivuntur Ecclesiae, & hom. 27. in Num. computat lectionem Tobiae inter lectiones diuinorum voluminum.

Dionys. Alex. epi. ad Germanum calumniatorem, ait. Secretum Regis occultare, vt inquit scriptura, præclarum est, & Dei opera prædicare cum primis eximū. Ego cum Germano manus conserere aggrediar, &c.

Athanasius Apologeticus ad imperat. Constantium admonet, prudentes interrogandos non auem obrectatores, cum de yis scriptum sit stultus stulta loquitur Es. 53. de istis autem tibi præcipiatur Tob. 4. ab omni sapiente accipe consilium.

Chrysost. sermone de penitentia eleemosynam commendans subdit, scriptum est enim quoniam eleemosyna à morte liberat.

Cyprianus de oratione dominica, ostendens cum oratione alia bona opera iungenda subdit: Et ideo scriptura diuina instruit dicens. Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna.

Hilarius in psal. 129. assistentiam Angelorum ante claritatem Dei, & orationes deprecantium ad Deum deferentium probat ex Tob. c. 12.

Ambros. lib. de Tobia eundem librum propheticum nuncupat dicens. Lectio prophetico libro, qui inscribitur Tobias &c.

Phoebadius Agenensis relatus à Hieronym. incata. Scriptio ecc. probat aduersus Arianos nomen, substantiae, in factis scripturis reperiti, prolati duobus

bus testimonij ex libro Tobiae.

Hieronym. proemio in Ionam, liber Tobiae, licet non habeatur in canone (intellige Hebræorum) tamen quia usurpatur ab ecclesiasticis, tale quid memorat, dicente Tobiae ad filium suum Tob. 14. filii ecce senui.

Optatus Mileuit. lib. 3. contra Parmen. energiam baptismatis adstruit contra Donat. huius lib. auctoritate: iecoris quoque, & fellis meminit, ad tutelam feminæ Saræ, & ad illuminationem Tobiae non videntis, & subdit quod eiusdem pescis visceribus Asmodæus demon à Saræ puella fugatus est. &c.

Aug. 2. de doctrina christiana cap. 8. inter scripturas canonicas librum Tobiae recenset ex eodem libro citans testimonia serm. 4. de Petro, & Paulo in quæstionibus utriusque testamenti cap. 100. & epistola 120. c. 20.

Isidorus 6. ethymol. cap. 1. dicit, *Licet librum Tobiae Hebrei in suum canone non recipiant, ecclesia tamen Christi inter diuinos honorat, & predicit libros.*

IV. Probatur rationibus ijsdem quæ adducuntur sunt in precedenti articulo.

Sed ad firmamenta Patrum respondent aduersarij. Vvitakerus dicit, Patres, signanter vero Ambrosiū, appellasse librum Thobie diuinum impropriè, quia legebatur in ecclesia, & quia cum libris canonicos in eodem volumine copulabatur.

Contra, quia epistolæ Clementis ad Corinthios, & opuscula Ephrem, ut dicit Hieronymus, li. de script. ecclesiasticis, olim in ecclesia publicè recitabantur, & nullus unquam eas appellauit canonicas, & diuinæ. Rursus tertius, & quartus Esdræ similiter, & tertius Machabœorum in multis voluminibus copulantur in eodem volume cum sacris scriptis, & tamen Ecclesia illos non recipit, ut diuinos.

Respondet Hunnius, Patres illos præsertim Augustinum, qui talem librum inter canonicos annumerarunt, accepisse vocem canonica latiori, & laxiori sensu. Etiam de illis, de quibus num essent protocanonici, seu primario, & principaliter infallibilis dubitauit.

Contra, quia Aug. 2. de doctrina christiana cap. 8. publicum Ecclesiæ consensum sequens eumque platum, & grauiorum in æquali canonice auctoritatis gradu Tobiam cum reliquis annumerauit eundem vero librum cum nonnullis alijs, quia apud quasdam ecclesias non recipiebantur postponendos monuit, illis scilicet de quibus nunquam apud orthodoxos extitit dubitatio. unde non in se quosdā voluit Augu. esse infallibiles, quosdā fallibiles, seu alios maioris infallibilitatis, alios minoris, alios canonicos principaliter, alios minus principaliter; sed rōne universalis receptionis, & approbationis, & quoad nos nulla adhuc p̄scriptione existente canonis ex Cōcilij alicuius generalis decreto, talem distinctionē catholico, non hæretico sensu insinuavit. Sed non opus est, ut contra ista ingenia crassiora plures aliae afferantur instantiæ; quando ut dixit Plato de Diogene in Theatetro, oculos quibus cyathi, & mensæ videntur habent, mentem quia cyathites, ac mensestes, nempe res intelligibiles cernuntur non habent: iubens per hæc crassum huiusmodi ingeniorum genus à Philosophiæ mysterijs arceri.

Vltimo arguitur ad hominem. In Biblijs Genevæsibus in fine, ubi Tobiam, & alios libros inter Apochryphos referuntur, dicitur. [Contemnendi non

sunt cum bonam, & vtilem doctrinam contineant] ita in Biblijs per Franciscum Steph. impressis anno 1567. & apud Steph. Anastasiū 1562. & tamen Fa- ius à suis discordans audet dicere hunc librum multa à veritate dissentanea continere. Et Conradus Pel- licanus intet Heluetios ministros antesignanus p̄f- fat. ad lectorem in principio suorum commentario- rū ad Tobiam, Iudith, ita scribit. [Hi libri perperam Apochryphi, rectius autem ecclesiastici sunt appella- ti] & postea cōstantius assuerat. [Hi libri sic semper ecclesiastici, ac Biblici habiti sunt, ut in ecclesia catho- lica, ab Apostolorum temporibus fuerint cum multa reuerentia lecti: licet non ut canonici in auctoritatē prolati aduersus Iudeos.] Et in cap. Tob. ex di- citione, & materia agnoscit scriptorem diuinitus affla- tum vereque prophetam docet. Quæ commenta- ria dum Tigurini Bernenses, Basileenses, dum toties sine emendatione cuderunt, & recuderunt, sui Pelli- cani iudicium tacite comprobasse videntur. Sebastianus Munsterus eorum Symmista in Meclethi, seu o- pere Grammatico consummato in ep. dedicat, sic di- cit [Ne putes esse fabulam, quod de capto in Tigride p̄scis, atque exenterato, & inde sublata sterilitate, & sanata cœcitate in eo scribitur. Habes & in Matth. cap. 17. talem fetē historiam, quando Christus Simonem ire ad mare, mittere hamum, & tollere p̄scem, qui primus prodijset, & aperto ore eius extrahere staterem, atque illud dare pro vectigali iubet] suos er- go audiant, si Patribus credere nolunt.

#### CONCLVSI O CATHOLICA.

*Liber Tobiae sacer est, & diuinitus inspiratus.*

R Epondeo dicendum, quod siue dicta, siue facta, quæ in libro isto describuntur, diligenter inspi- ciantur, propheticum spiritum redolent. Si dicta at- tendamus, ut dicit S. Prosper 2. par. de prædict. cap. 39. *Tobias Christum Domini inter cœlera præconia siue laudis prophetauit dicens cap. 13. Nationes multæ de longinquæ venient, habitatores à nouissimis partibus terræ ad nomen Domini Dei, & munera sua in manibus habentes Regi cœlorum offerent cum lætitia, quod nos nunc videmus impleri.* Si vero facta expendamus, ut idem dicit, mysticum actionis Tobiae, quod ex iecinoribus pescis, quibus & Demonem fugauit, & oculorum macu- las abstulit, & pristimum visum reddidit, significat, quod Christus pescis magnus ex sua passione liberavit homi- nes à diabolo, unde, & ille fugatus est, & homo illumi- natus īxūr namque latine pescem sacræ litteris maiores nostri hoc interpretati sunt ex sybillinis versibus col- ligentes, quod est Iesus Christus filius Dei Salvator p̄- scis in sua passione decoctus, cuius ex interioribus remedijs quotidie illuminamus, & pascimur. Quis vero author fuerit, posterius dicetur. Sed inaniter ex solius materiæ, & authoris argumento certitudo canonice auctoritatis queritur, vbi ex traditione, & definitio- ne ecclesiæ cuiuscumque libri materia cum suo authore, num canonica, vel apochrypha sit, inno- scat, ut superius dictum est.

*Solutiones oppositionum.*

**A**D I. Satis est si alij Patres enumeret, & sufficeret tot patrum enumeratorum authoritas, imo solum, omnium vice, satis esset Concil. 6. Constantino-pol. vbi interfuerunt 150. Patres, qui dum de cœta Cœcilijs Carthaginensis probant, hunc eundem librum probant, certum n. est in hoc Carthaginensi 3. can. 46. patres illos probasse hunc librum tanquam canonicum inter quos August. suffragium tulit, & sua syngrapha ob-signavit. Sed tergiuersantur, & contra propriam loquentur, lingua compesci non potest, mens vero conuinci potest, ut diserte pronunciauit Plato in Theateto.

Ad II. respondetur loquutum esse Hieronymum de canone Hebræorum, non Christianorum: non est autem hebreorum, sed Christianorum canon consilendus, unde idem Hieronymus p. a. f. in Tob. magis standum esse ecclesiastico sensi, quam Hebræorum in recipiendis diuinis scripturis expresse docuit, dicens. *Melius est Phariseorum displicere iudicio, & Episcoporum iusfionibus deseruire.* Porro ad ædificationem plebis, dum legit Ecclesia Tobiae librum, hoc monstrat Tobiae autoritatem apud Christianam plebem. Quod vero subdat Hieronymus, non recipi inter canonicas scripturas, intelligendus est, secundum supplicationem Hebraici canonis, ut ex illo contra perfidos Iudeos argumentum desumi possit efficax: cum enim illum hebrei non recipiant, non potest ad hominem argui contra illos. Quare et si ad instrunctionem plebis christiane valere possit; ad peruvaciam Iudeorum retundendam valere non potest. Sed habuerit Hieronymus, hunc librum pro apochrypho, sufficit, ut in contrarium sit Ecclesiæ authoritas inter diuinos libros Tobiam recensentis, cuius si suo tempore de cœta vidisset, hunc illimè tanquam modus ecclesiæ filius amplexus esset.

Ad confirmationem repondetur pari ratione si Vvitakeriana, & Hunniana regula subsisteret, debet excludi e librorum canonorum numero Esdras, & Daniel, qui chaldaicè scripti sunt. Quod de charactere dicitur, quod non ostendat hunc librum esse canonicum: gratis assertur secundum morē hereticæ licentia, sicut & quod assumitur, quod ab alijs libris canonis sit disformis: sed vertigine laborantibus non est mirum si nec terra videatur subsistere.

Ad III. quidam respondent, ut Medina 6. de recta in Deum fide cap. 14. In cap. 3. Tobiae errore scriptorum pro Eckbatana positum esse, Rages, sic enim scriptum est in Graeco codice, quem etiam sequitur Athan. in synopsi. Sed hoc non potest stare, nendum quia in latina vulgata editione, à qua descendere ne latum vnguem minime fas est, Rages legitur, sed etiam quia Salmanasar, & Sennacherib reges, sub quibus Tobiam vixisse narrat scriptura, fuerunt Diocle & tate superiores, à quo Eckbatanam ædificatam fuisse commemorant Herodotus, & Eusebius. Dicendum ergo est fieri potuisse, ut duæ fuerint Rages in Media, in una morabatur Gabelus, in altera Raguel: & forte Eckbatana, ut dicunt Nicolaus Serarius in cap. 4. & Fabianus Iustinianus, Rages appellata fuit, quod ex profanis historicis abunde probant, scilicet Xenophonte, Aeliano, Curtio, Strabone Athenego. Vel forte, ut dicunt alij, ut Rogerius de lib. can. cap. 19. cum Ciuitas Rages non esset muris

circundata, sed pagis diuisa, & uscatim per agros dispersa (qualis Ninius à multis estimatur, quæ iter trium dierum continet) potuit esse ut Raguel, & Sara in uno pago habitarent, in altero Gabelus ad quem cum Tobia profectus sit Raphael. Vel tandem dicitur, quod non scribitur, Sara patriam, vel domicilium fuisse Rages, sed id solum de ea narrari, quod eo temporis articulo ibi maneret, cum eius ancillæ septem virotum interitum illi obijcerent, potuit autem hoc accidisse quando Raguel cum Sara forte Rages tanquam amplam, & vicinam Ciuitatem profectus esset. ceterum domicilium proximum oppido ipsi Rages habuisse, in quo hospiti Tobiae desponsata fuit Sara non est inuenitissimum, & inde Rages Tobias iunior cum Raphaele transmissus fit ad Gabelum. Nec ad vicinitatem obstat, quod dictum sit ad Raphaelem in eisdem Saræ, quod assumptum camelis, & servis proficeretur ad Gabelum habitantem in Rages Ciuitate Medorum, quasi hæc periphrasis arguat non potuisse adeo propinquum esse locum, sicut & comitatus, & apparatus camelorum idem ostendere videtur; non obstant hæc duo: nam ex vicinis quoque locis vicinas ciuitates ingenti apparatu ingredi solent, qui cognatos, aut familiares ad futuras nuptias inuitant, ut Raguel sacer, & Tobias gener faciebant, Gabelum inuitantes. Illa autem particula. Medorum, adiecta est recte ad nomen Rages, etiam si locus, in quo Sara morabatur Ciuitati vicinus esset: nam si quis ex aliqua parte Neapolitani agri ad Vrbem proficisciens interrogatus, quo tendat, responderet se tendere ad urbem Neapolitanorum, & tamen esse posset Pausylipi, aut in alio circuicente oppido: ita in proposito dicendum est. Quod vero prophetauerit Tobias de captiuitate quasi de re præterita, Prophetarum more loquitur, qui præterito pro futuro utuntur ad denotandam eventus certitudinem; non secus ac Isaías futuram passionem Christi prædicens, scripsit. *Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: atriuus est propter sclera nostra,* &c. sic straminea adueſtiorum ista argumenta disoluuntur: unde & falso asseritur Tobiam ante captiuitatem mortuum.

Ad IV. Quidam dicunt quædam naturalia, & sensibilia habere virtutem expellendi demones: nam dæmones aiunt quasdam herbas, & lapillos metuent, ut Baraam, Hypericon, Tapsiam, Peoniam nigrum. Ioseph. de Bello Iudaico 7. capit. 23. Lullus lib. 2. de quinta essentia. Amatus in Dioscorid. lib. 4. Plin. lib. 25. cap. 4. & hoc ob quandam antipathiam, ita Bartholomæus Faus in energumen. & Petrus Greg. in syntagm. iuris lib. 24. ca. 12. Sed non potest stare, quia nulla res corporalis potest agere virtute propria in rem spiritualem; quare non potuit iecur illud pisces actionem habere in dæmonem, præsertim cum scriptum sit Job 41. quod, *nō est potestas super terram, quæ comparetur ei.* Alij dicunt, ut Serarius in 8. cap. Tobiae, Deltius disquisitorum mag. cap. 2. scđt. 2. q. 3. in se quidam habuisse pisces illud fragmentum virtutem inchoatam instrumentalē, indigentem tam elevatione, & complemeto superioris virtutis: Sed hoc est in idem recidere: illa enim inchoatio virtutis est infra ordinem naturalem, unde adhuc est illa inchoatio improportionata ad actionem in spiritum, qui in re corporali nullo modo communica, & ab illa genere differt. Alij dicunt fumum assati

afasati iecinoris signum fuisse non causam expulsi demonis , nec enim ait Petrus Tyrenus p. 3. de apparitione spirituum cap. 48. fumus, sed Angelus ad positionem fumi, relegavit demonem in deserto . Sed hoc non potest stare, nam ex text. vulgatae, & 70. Syriaco, ita virtus fellis asseritur, ut non signi solum, verum etiam causam habuerit rationem , vnde eandem positionem excludit illa scriptura particula , extricata , quae actionem, & modum aliquem causam significat. Alij dicunt eleuatum illam particulam virtute diuina , sicut elevantur sacramentalia signa ad causandam gratiam , vel ignis inferni ad torquentos spiritus, ita Valle. de fac. Philosophia c. 38. Sed hoc est creditu difficultate , & gratis asseritur; nec ratio, vel tempus assignari potest talis institutionis , & scriptura loquitur de naturali virtute iecoris , & cordis, vnde Raphael tanquam virtutem naturalem indicauit Tobiae cum dixit. *Sunt haec necessaria ad medicamenta vitiliter.* ignis vero gehennae supernaturaliter, veris, sed miris modis, ut dicit Aug. torquet spiritus . Dici potest quod mediate, & indirecte id factum est, sicut n. i. noxios effectus applicat, & causant, vt in energumenis diutius se detineant, aut acerbius vexent: ita oppositi ab Angelis bonis possunt produci, & valentiores, vt vel impedianter, vel dissipentur, possunt enim id efficere sua virtute naturali , vel applicando actiua passiuis, ex S. Thom. 1. par. q. 110. a. 2. Accedit quod amouendo causam habebat virtutem fugandi Demones causa namq; Demon, cur infestus esset maritis Saræ, & similibus libidinosis, erat concupiscentia , dicente Angelo, quod qui coniugium ita suscipiant, vt Deum a se, & a sua mente excludant, & sue libidini ita vacent, sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem demonium super eos . poterat autem piscis ille ( vt multis herbis, & lapidibus idem tribuitur) habere virtutem temperandi motus concupiscentiae; sed directe non sumus piscis , sed Angelus demonem expulit: nam postquam Tobias iecur piscis super carnones posuit, tunc dicit scriptura Tob. 8. Raphael Angelus apprehendit demonium , & relegavit illud in deserto superioris Aegypti . Docere vero Angelum Raphaelem ( vt quidam apud Tyreum dicere ausi sunt) Angelum fuisse Tobiae superstitionis autorem, suo exemplo docente quomodo possent demones fumo fugari, tanquam blasphemum iepudiandum est.

Quod vero subditur de Raphaele, quod dixerit se esse filium Azariæ, dicendum cum Athanasio in Synopsis Angelum fuisse Azariam specie, & similitudine Azariæ . Fuit autem hic Azarias pius vir cum quo (ex 70.) Tobias consuetudinem habebat, & cum illo, tempore Ieroboam iuit ad adorandum in Ierusalem, ita quod quæ tunc præstisit Azarias Tobiae in eo discrimine, ob interdictum Ieroboam, officij ratione Azariæ specie, & similitudine assumpta , Angelus Azariam se appellat, Sed possumus quoque recurrire ad figuratiuam locutionem. Azarias enim adiutor Dei sicut, Ananias nubes Dei, gloria Dei interpretatur . Sic Beda, Commestor, Lyranus, Hugo, &c. sunt autem Angeli præcipue Dei adiutores, cum mitantur in hominum auxilium: vnde administratori spiritus à Paulo vocantur Heb. 2. Sunt etiam præcipue filii gloriae Dei, cum custodientes homines videtur faciem patris qui in cœlis est , & filii protectionis Dei, quod est dicere secundum idiotismum Hebreum, diuina protectione vndique vallatos . Illa enim par-

ticula *filius* abundantiam significat, ut patet Ef. 5. in cornu filio olei, id est in cornu pleno oleo. Nec deceptus est Tobias ex figurata locutione , cui sufficiebat personam adiutricem, & incliti generis designari, ut filium committeret.

Nec fabulosum est, quod asseritur in eodem libro adhibitum esse iecur piscis ad curandam cæcitatem . Nam fel habere virtutem ad sanandam albuginem oculorum tradiderunt scriptores rerum naturalium , vt Celsus lib. 5. Plin. lib. 28. cap. 42. in specie vero Callionymi fel habere hanc virtutem docent Plin. lib. 32. cap. 4. Gal. lib. 10. de simplici. medicam. facultatibus, Aelian. lib. 13. c. 4. & alijs, & si forte piscis iste fuit Callionymus, nullam incredibilitatis rationem continet, conjecturæ esse possunt, quia piscis, qui circa litus voluit Tobiam deuorare in manis erat, at Callionymus vastæ quoque est magnitudinis , & littoralis ab Aristotele vocatur in lib. de animalibus, eoque facto monstratum est, quod quavis Angelus absque naturali me dicamento miraculose Tobiam illuminare posset, noluit cum id posset prestari medicamentis naturalibus, vt creature quoque vires cæderent in laudem creatoris , & disceremus miracula noui fieri absque necessitate.

Ad id , quod de septem Angelis obiicitur . cum Caluiniani Apocalypsim recipient ( vbi quoque c. 4. recensentur septem spiritus, qui sunt in confessu Dei quos, & Beza etiam ibidem vocat, *diuinae Maiestatis stipatores*) mirum est quod Caluinianus Vvitakerus à suis symmictis discedat, vt scripturam oppugnet . Per septem spiritus quidam mystice septem dona suū interpretati, ita Ansbertus, Rupertus, Haymo. Sed dum in Apocalypsi, & in lib. Tob asseritur, quod adstant, discurrant, &c. nonnisi personis potest conuenire, quod non solū Aretas obseruauit, qui illos spiritus septem Angelos vocauit, sed etiam Beza eidem subscriperit. Alij numerum septenarium volunt accipi pro indefinito numero , eoque non paruo, sed maximo numero , iuxta morem scripturæ , vt aduertit Greg. hom. in euang. frequenter septenarium numerum provniuersitate explicantis, ita Hugo, & Carthusianus. Peculiarem vero vniuersitatis istam rationem explicant Serarius in 11. cap. Tob. q. 6. & 7. quem sequitur Alcazar in Apoc. cap. 1. not. 4. numerum septenario numero dignitatem significari sic in lib. p. 1. Esdræ c. 7. vbi describuntur septem Duces regis Persarum, iij qui semper aderunt regi, & eorum consilio cuncta faciebant. Et Esther 1. intimos regis ministros, & cubicularios septem fuisse constat: qui numerus personas in dignitate constitutas significat . Quare ad denotandum dignitatem assistentium Angelorum numerus ille septenarius est adhibitus, per allusionem ad consiliarios, & cubicularios regis Persarum; tum quia hic numerus tunc in scriptura detectus est, cum iam hanc rei imaginem in Persico regno vidissent Israelitæ; tum etiam quia ( vt Aristoteles de mundo ad Alex. aduertit) Regnum Persarum diuinæ maiestatis , & prouidentiæ imaginem reddebat. Sicut autem numerus cubiculariorum , & consiliatorum non erat ad septenarium coarcratus ( sicuti nec apud Romanis numerus triumiri, decemviri, qui seruato eodem numeri nomine augeri poterat ) ita & in proposito septenarij numeri Angelorum: ita vt quando Angelus Raphael dixerit se esse unum ex septem astantibus, quasi cubicularium regis supre-

mi, acceperit numerum pro dignitate. Sed haec subtilitas potius est quam veritas, nam ijs verbis specialis quorundam Angelorum præcellentia, septenario quoque numero conclusa significari videtur. Vnde Andreas Cesaricensis Archiepiscopus Cappadociae in cap. 1. Apocalypsis, Irenæus hanc sententiam assignare videtur dicens. *Magnus Irenæus septem Angelos ceteris excellentiores initio esse conditos scriptum reliquit.* Sed & Clem. Alex. 6. Stromatum, agens in genere de numero septenario post multa exempla determinati huius numeri; *Septem sunt, ait, quorum, & maxima potentia, primogeniti Angelorum principes, & per quos Deus omnibus hominibus prouidet,* & vt notat Hieron. 2. contra Iouinia. *Sine causa diuersitas nominum est, ubi non est diuersitas meritorum.* Aliiquid ergo peculiare voluit Spiritus sanctus septem istis Angelis, quia assistentes describuntur, attribui, & designando numerum, non sine causa, voluit quoque determinatum septenarium insinuare. lege eundem Hieronymum in cap. 10. Es. & in ps. 133. & ad Ephe. cap. 2. Qui vero sint hi Angeli in particulari discurrendum restat. Veteres heretici multa circa septenarium Angelorum numerum fabulati sunt. Saturninus apud Epiphanius heresi 23. dicebat septem Angelos mundum, &c. que in ipso sunt fecisse: mundum vero secundum diuisionem vnicuique Angelo forte obtigisse.

Basilides futore poetico correptus vnicuique cœlorū principi nomina ideo adaptauit, ut per hæc quæ poetico more configit nomina, fidem reperiat apud eos, qui non sana mente prædicti sunt, ad decepirum anmarum perniciem, scripsit idem Epiph. her. 34.

Similia cōfinixerunt Marcosij, & Achrontrici apud eundem Epiphanium.

Ab ijsdem veterum hæreticorum, & Rabbinorū fœculentis lacunis hausisse Nouatores animaduertes, nā Cornelius Agrippa li. 3. de occulta Philosoph. c. 24. scripsit antiquam esse opinionē Rabbinorum hos septem Angelos septem præsidere planetis, cui phantasie subscrribit.

Item Rabbini, ut refert Greg. Tholos. in syntaxi artis mirabilis cap. 1. dicunt septem Angelos principes, fuisse custodes septem Patriarcharum Raziel Adæ, Tophiel Sem, Theadchriel Abraham, Raphael Isaac, Piel Jacob, Gabriel Daniel, Raphael Tobiæ. Sed & Trithemius lib. de septem secundeis id est intelligentiis, seu spiritibus post Deum orbem mouentibus, quem Imperatori Maximiliano dicauit, istis septem spiritibus adstantibus ante Deum dicit concreditam esse dispositionem regni cœlestis, & terreni. Ab eadem sententia non discrepat Georgius Venetus tom. 6. problem. 186. Quomodo aurem vocentur hi Angeli Cornelius Agrippa loco cit. apud Serarium q. 10. recenset dicens. *Accepimus ab antiquis Hebreorum patribus nomina Angelorum præsidium planetis, atque signis, Saturno Raphael, Ioui Zadchiel, Marti Chamael, soli Raphael, Veneri Haniel, Mercurio Michael Lunæ Gabriel.* A Trithemio etiam vocatur, primus Orfiel, secundus Anael, tertius Zachariel, quartus Raphael, quintus Samael, sextus Gabriel, septimus Michael. Antonius Duca lib. de septem Angelis principibus, quem sequitur F. Hieronymus Gratianus de matre Dei in sumario de septem Angelis principibus impresso Valentiae 1606. talia nomina imponunt Angelis septem adstantibus ante

Deum, ut primus vocetur Michael, secundus Gabriel, tertius Raphael, quartus Vriel, quintus Schealtiel, sextus Iehadiel, septimus Barachiel. De tribus in scripturis canonicas aperta est mentio; de alijs, ait Gracianus, probatur, nam 4. Esdræ cap 4. fit mentio de Vriel, & addi potest, quod Ambrosius Vrielis meminit. l. 5. ad Gratia. Isid. 7. ethym. c. 5. & missa Aethyopum, quæ legitur tom. 4. biblioth. fol. 120. Bonaue. 3. par. centiloquij fect. 18. Et idem Vriel ignitus socius potest appellari (ait Gracianus) ipseque est, qui Balaam restitut in via Num. 22. & occidit 18005. Assyrios 4. Reg. cap. 19. Salathiel (ait idem) hoc est orator, officium habet oratoris, & procuratoris, afferēdo Deo orationes, sicut ille Angelus Apoc. 9. offerebat incensa, quæ sunt orationes sanctorum. officium Iehudielis, qui & remunerator (ait idem) colligitur ex Exod. 28. quia dat præmium glorificantibus Deum: Barachiel (quem interpetratur idem benedictionem Dei) dicit idem, quod sit ille Angelus, qui volauit ad Esaiam mundans eius labia igne altaris. Accedunt picturæ (ait idem) & ecclesiæ septem principibus dicatae Romæ, Panormi, &c.

Sed quantum attinet ad munus istorum septem spirituum circa orbes, & planetas, nec in scripturis, traditionibus, patrum doctrina aliquid insinuat, nec de huiusmodi principibus præfertur aliqua mentio. Imo habetur oppositum, nec enim illis cura demadata est orbis terrarū, sed simpliciter dicuntur esse Spiritus Dei missi in omnem terram Apoc. 8. 15. 16. vnde quia commenta erant Rabbinica, & Hæretica non immixto Epiphanus, ut suspecta habuit, & inter fœculentos aliorum Hæreticorum errores collocavit. Vide quam incaute Trithemius, Georgius viri catholici locuti fuerint, qui Rabbinorum, & Hæreticorum figura instaurarunt. Catholicè vero, & orthodoxè assentientia Angelorum explicari potest. Primo, nō tantum per immediatam coniunctionem ad Deum in recipiendis specialibus revelationibus, sed etiam secundum quandam excellentiā in dignitate; at hoc competit tribus superioribus ordinibus, nempe Seraphim, Cherubim, & Thronis, qui à ministrantibus alijs inferioribus ordinibus distinguuntur, & sunt insuper mandantes, & execentes, quod per alios execendum est dirigendo, & imperando. Secundo, ut dū dicuntur à scripturis, & sanctis astare ante Deum, id non intelligendum sit stricte (vt locuti sunt de tribus superioribus ordinibus S. Dionysius, & Sanctus Thomas) sed de assistentiā, ut significat quandam principalitatē in ministerio, prout iussa Dei execuntur, ut collaterales, ex Zach. 3. *Dabo tibi ambulantes ex his, qui nunc hic assunt:* vnde propter hoc oculi, & lampades, &c. in Apocalypsi septem Angeli vocantur, ad expeditum ministerium denotandum; & eorum munus est SS. preces offerre Tob. cap. 3. bene agentibus adesse ex Chrys. in acta c. 24. ad bona hortari, & ad Deum glorificandū Tob. c. 8. & seq. & ad alios effectus, qui ex partibus, & scriptoribus possunt colligi, & ex isto libro Tobiæ: & hoc secundo modo septem Angeli dñi assistentes.

Quantum vero attinet ad nomina alia præter nomina Michaelis, Gabrielis, Raphaelis, nullo modo sunt usurpanda: nam in Concilio Romano sub Zcharia Papa (de quo Surius tom. 3. in vita S. Bonifacij) dum de damnatis erroribus Aldeberti, & Clementis hereticorum Germanorum tractaretur, cū inter

inter c. in Concilio lecta esset quedam oratio Adalberti in qua hæc continebantur. *Supplico vos Angelus Vriel, Angelus Raguel, Angelus Tubuel, Angelus Michael, Angelus Adimis, Angelus Tubuas, Angelus Sabaoth, Angelus Simibel.* Zacharias Papa dixit, quid ad hæc SS. fratres respōdetis. SS. Episcopi, & venerabiles presbyteri responderunt, quid aliud agendum est, nisi ut omnia, quæ coram nobis lecta sunt igni concrementur, autor es vero eorum anathematis vinculo percellantur, & causa subditur, oculo enim nomina Angelorum, quæ in sua oratione Adalbertus inuocauit, non Angelorum, præter Michaelis, sed magis demonum nomina sunt, quos ad praestandum sibi auxilium inuocauit. Nos autem vi à veltro S. Apostolatu edocemur, & diuina tradit autoritas o plusquam trium Angelorum nomina agnouimus. i. Michael, Gabriel, Raphael, & Cœcilio illi tam Episcopi, quam Zacharias subscriptis, rursumque epist. 9. confirmauit. Cum ergo ex doctrina concilij ex eo, quod in scriptura sacra nonnisi trium nominum sit mentio, cetera nomina tanquam suspecta reiijciantur, & nonnisi tria nomina agnoscerre fatur, nonnisi temerè alia nomina possunt obtundi, expressè enim habetur ex dicto decreto nolle ecclesiam Angelis præter illa tria nomina imponi. vnde t. 9. anpalii fol. 153. & anno Christi 745. f. 179. refert quoque Baronius haberi in capitularibus, Caroli Magni lib. 1. cap. 16. tria tantum modo Angelorum nomina recipienda. Accedit quod cum fuerit talis licentia imponendi nomina hæreticis, & Rabbinis familiaris, vt patet ex Epiph. supra, & ex nostro F. Sixto Senensi lib. 2. biblio. in verbo Ioseph: & Turcæ quoque ex autore historiæ Turcicæ lib. 2. cap. 19: apud Postellum libro de concordia orbis, similia nomina imponant Angelis, vt etiam Magi, sicut Agrippa meminit lib. 3. cap. 25. & 29. apud Serar. cap. 12. Tob. verendum est ne impietatis via paretur curiosis ingenijs ad dexteræ miscendas cum Rabbinis, Cabalisticis, Hæreticis, Magis, fingendo similia nominum porteta, quæ licentia ista effrænata, & temeraria reprimatur, necesse est. Accedit, quod Angeli de eoru nominibus interrogati à Iacob, & Sampsonे relatarunt subicendo, vt patet Gen. 32. & Iud. 13. qui fieri potest, vt nunc reuelata sint nomina incertis, & nullius authoritatis hominibus? prodeant quævis scripta, semper apochrypha reputabuntur (sicut liber Hermetis lib. 1. visione 4. vbi Angelum præsidentem super bestias Aegria appellatum legimus) vel superstitionis, & suspecta reputabuntur: & commercia habere cum Magis meritò denotabuntur.

Nec valet effugium Alcasari dicentis adhibita moderatione intelligendum esse Concilium Romanum, ne scilicet recipiatur Angelorum nomina, quæ alicui sacræ scripturæ historiæ non nituntur (vnde propter hoc Vrielis nomen non esse respendum, censet, dummodo illi Angelo attribuatur quem sine igne apparuisse certum sit ex libris canonici, nam ille, de quo sit in Esdræ 4. libro mētio, sicut & Ieremiel apud eundem, apochrypus est, dicit idem Alcazar) Nō potest inquam hoc effugium, vel moderatio consistere, cum tria tantum nomina recipiant Patres illius concilij, & omnia alia à tribus reiijciant, nam si ex effectibus Angelorum, qui in sacris litteris innotescunt Angelis nomina imponere liceret, in immensum creaseret impositio ista nominum, & ex nouandi libidine effrenique licentia passim tutelares Angeli sub in-

uocationibus, & nomenclaturis ad libitum, à priuatis quoque hominibus adsciberentur, sicut factum est ab Antonio Duca, & Gratiano. Quare sicut impositio nominum non pertinet, nisi ad habentes auctoritatem, vel superioritatem super alios, ita eorundem Angelorum nomina non erant imponenda, nisi ab ecclesia, maximè in cultu, & ritibus sacris, vnde metto, vt dicit P. D. Ioan. Baptista Castaldus in vita Pauli Quarti cap. xiiij. Sanctissimus iste Pontifex nouitatum euersor, & veterum rituum, & antiquæ religiois reparator missam cū hujusmodi septem Angelis sub illis nominibus cōpositā à Duca expūxit & aboleuit, & sub Clemente Octavo in ecclesia S. Mariæ Angelorum, remanentibus eorum imaginibus, nomina quoque sunt deleta, vt idem auctor refert. Quod si Vrbi nouitatum cupidse conformarent, quæ religionis caput est, & orbis à picturis quoque hujusmodi cum istis nominibus abstinerent, solis imaginibus contenti: & maius authoritatis pondus debet esse apud viros catholicos, Concilij Romani, & Romanæ correctionis, & expunctionis, quam quodus aliud argumentum sine fundamento adductum, aut ex priuato vnius, vel alterius Patris auctoritate, & particularis ecclæsiæ ritu, vniuersali ecclesia reclamante, & tantum tria nomina approbante Michaelis, Gabrieles: Raphaels.

Compendio ergo dicendum septem istos Angelos ex novo testamento comprobari: eos quoque determinatos Angelos in peculiari excellentia constitutos numero septenario. quoniam vero sit eorum speciale officium, quæ nomina, prudentius dicimus esse ignorare, quam temere aliquid velle definire, ignorantia namque veniam meretur, temeritas penam habet.

### ARTICVLVS TERTIVS.

*An liber Iudith sit sacer, & diuinitus inspiratus.*

*Positio Nouatorum.*

L Vtherus locis citatis in fabularum classe, in suis inquam symposiacis colloquijs benè transsus, & grandescēti cyatho madidus, librū Judith inter Apochryphos libros collocavit: nihil enim helluoni illi supererat post epulas, nisi comedias, & fabulas intrudere ad cachinnos coniuinarum excitandos, & cum iam penè exhaustus esset, diuinos libros ausus est in comedias, & tragœdias, & poeticas actiones trāsformare. Sic ergo scribit in colloq. Germ. c. de lib. tertis testamenti. *Mibi videtur, inquit, Judith esse tragœdia, aut fabula, in qua describitur, & ostenditur qualis tyrannorum exitus esse soleat.* præfatio. in Judith in suis Biblijs idem impius eundem librum inter Apochrypha coniicit, & comediam potius, quam historiam esse afferit; inquit enim esse poema, seu figuratum, sanctum tamen, & moribus instruendis vtile, compositum ad imitationem Virgiliane Aeneidos, & Homericæ Iliados, apud hebreos forsitan eo ritu in theatro exhibitum, quo multis locis passio Christianæ representari solet. Eundem librum reiijcunt Anabaptistæ apud Senensem lib. 7. hæres. 1. Kemn. in Conc. Trid.

Bren-

Brentius Apologia confess. Vvitembergensis. similiiter inter Apochrypha enumerat, capit. de sacra scriptura.

Idem faciunt (præter Vvitembergenses) Centuriatores lib. 2. cap. 1. cap. 4. col. 51. & Calviniani similiter, præcipue Vitakerus vbi supra, à quo multa mutuati sunt Hunnius, Meijus supra, & Sauvbrandus lib. 5. de principijs Christianis, dicens, *semper mibi placuit eorum iudicium, qui hunc librum piam tragediam esse pronunciant.* Reineccius Lutheranus t. 2. fol. 13. & Chyträus in suo Onomastico eidem hæresi subscribunt: dum ille tragicomediam, iste comediam, ab ingenioso quodam propositam scribunt. Antonius Faetus in enchirid. disput. 21. 22. 23. suos Geneuenses sequitur.

### *Oppositiones eorundem.*

**A**rguunt I. quia Melito Sardensis recensens diuinorum librorum catalogum, librum Judith omisit, similiter Nazianzenus, Amphilochius, Concilium Laodicænum eundem librum taciti præterunt, ergo, &c.

Secundo, quia Hieronymus epistola ad Furiam cap. 6. ait. *Legimus in Iuditib. si cui nomen placet librum recipere viduam confidam iesuñis &c.* & clarius præfat. in librum Judith ait. *Apud hebreos liber Iuditib inter Hagiographa legitur, cuius autoritas adroboranda illa, quæ in contentionem veniunt, minus idonea iudicatur.*

III. Videtur esse in ista historia maxima incertitudo, nec enim gesta, nec tempora cum probatis gentium historijs conueniunt: narratur enim in illa, Nabuchodonosor Assyriorum Regem cum Arphaxat Medorum Rege bellum gessisse, quod bellum inter potentissimos Reges confectum silentio præteriri non potuit à prophaniis scriptoribus, qui eatum nationum singula gesta, & leuia etiam prælia accuratè conscripserunt. Nec ipsorum Regum nomina tacite prætermitti debuerunt ab iisdem, succendentium Regum seriem diligentissime explicantibus, in quorum tamen monumentis horum Regum, nec nomina, nec bella leguntur, ut proptera ab imperito Iudeo potius, quam a Spiritu sancto hæc omnia tradita esse videantur. Hæc Centuriatores.

Confirmatur I. Quod Ioseph suæ gentis gestorum laudatissimus scriptor, victoriæ magnificæ gentis suæ quam ad posteros transmittere debebat, nullam mentionem facit: suspectam ergo, & incertam reddit historiam Iosephi silentium.

Confirmatur secundo, quia de Bethulia, quæ in hoc libro obsessa legitur nulla sit mentio, nec in novo, vel veteri testamento: nec quidem in distributione terræ per Iosuam factæ, vbi etiam pagi numerantur.

Confirmatur III. quia non potest assignari tempus eorum, quæ in hac historia narrantur. Nam, vel historia hæc accedit ante captiuitatem Babyloniam, & hoc non potest stare; nam cap. 5. scribitur populum Iudeorum à captiuitate reuersum, posse esse iterum Hierusalem, &c. Vel accedit durante captiuitate, & hoc non potest stare; non enim poterant Regem Assyriorum tunc Iudei debellare, potentissimum eius ducem exercitu profligato occidere, cum tunc Hierusalem esset defolata, & populus sub captiuitate.

teneretur. Vel tandem accidit post captiuitatem Babyloniam, & tunc non potuit contingere, quod Rex Assyriorum vocaretur Nabuchodonosor, & regnaret in Niniue, & ille idem fuerit, qui ad expugnandos Iudeos exercitum misericorditer, tunc enim Niniue subuersa erat, regnum Assyriorum extinctum, eorumque Monarchia ad Persas translata, ut patet ex libris Esdræ, & Danielis.

Quod si dicas contigisse hanc historiam tempore Manasses filii Ezechiæ ante captiuitatem Babylonis; de quo scriptum est. 2. Paralippomenon 33. propter peccata sua traditum in potestate Regis Assyriorum, & ductum in Babylonem, vbi penituit, & conuersus est ad dominum, & restitutus in Regnum, & terram suam; & sic saluari posse, quod scribitur, iterum possederunt Hierusalem, quandiu enim sub captiuitate fuit Manasses, verisimile est sub potestate Regis Assyriorum fuisse Hebreos, qui sublata, verificatum fuit illud dictum in proprietate sermonis Regnum iterum possidendo.

Contra instatur primo. Temporibus Regis Manasse non vixit ullus Assyriorum Rex, qui Nabuchodonosor fuerit appellatus, ut patet tam ex sacris, quam ex prophaniis historijs. sic Hunnius ex Vvitakero transcribens.

Instatur II. si tempore Manassis Regis accidisset hæc narrata in libro Judith, certe non per sacerdotem, sed Regem, aut huius consiliarios Princeps, & Capitanos negotia belli fuissent procurata, id quod temporibus Regum fieri consuevit. Iam vero in procuracye belli Bethuliaci contra Assyrios crebra est mentio sacerdotis bellum administrantis: de Rege autem, vel Principibus eius Ducibus, & Consiliariis politicis profundum silentium. Idem Hunnius,

Instatur III. ex eodem. Nam cap. 5. dicitur, *ante annos hos cum recessissent (Iudei) à via, quam dederat illis Deus, ut ambularent in ea exterminati sunt prælijs à multis nationibus, & plurimi eorum captiui adducti sunt in terram non suam.* Nuper autem reuersi ad Dominum Deum suum ex dispersione, qua dispersi fuerant, adunati sunt, & ascenderunt montana hæc omnia. Et iterum possident Hierusalem, significatur ergo bellum hoc gerit. reuerso Manasse ex captiuitate.

Et confirmatur ex eodem, nam eodem capite dicitur plurimos abductos fuisse. at 2. Paralipo. 33. nullus alius præter Manassen abductum esse perhibetur, & solus Manasses penitens ibidem describitur, non ergo illa verba, quod plurimi ad Dominum Deum fuerint conuersi consonant proposito, & dum additur captiuios reuersos in omnibus montanis habitasse, non potest hoc intelligi de illa captiuitate sub Manasse, sed de illa generali sub Nabuchodonosor.

Instatur IV. Quia non potest subsistere cum tempore captiuitatis Manassis, quod scribitur cap. vlt. s. quod Judith, mansit in domo viri sui annos centum quinque, & iterum quod in omni spacio vitæ eius non fuit, qui perturbaret Israel, & post mortem eius annis multis. posito etiam, quod Judith ad minus fuerit ætatis annorum 30. aut 35. ab obsecione Bethuliæ (vnde, & puella vocatur c. 12.) & à tempore liberationis eiusdem, pax quæ infœcta legitur, durauerit post mortem Judith per annos multos, quoad minus annos septem; intelligendolique ex suppuratione, pacem insinuari annorum 80. vel ad minus 75. positis inquam istis, non potest cohætere tam longa pax à sup-

*Supputatione temporis captiuitatis Manassis. oportet enim enumerate ab hoc tempore captiuitatis Manasse octoginta annos, ut saluetur, quod Iudith vixerit centum quinque annis, & quod in obsidione Bethuliæ adhuc esset puerilla: talem autem computum annorum 80. difficile est inuenire, cum non constet, quo tempore Manasses fuerit captiuus, & verisimile est, Manassen captum anno Regni sui 41. & post decennium reuersum, & sic actum est de pace octuagenaria, seu septuagenaria ad ætatem Manassis, & sequentium Regum accommodanda, est eiusdem.*

*Instatur V. Nam cap. 5 querit Holofernes, quis sit iste populus, qui montes obsidet, quæ & quales, & quantæ sint ciuitates eorum, vel quis Rex militiæ illorum &c. de quibus non fiscitatus esset Holofernes, si ante paucos annos Assyrii Iudeos devicissent, eorumque Regem in Babylonicum carcerem adduxissent, est eiusdem.*

*Instatur VI. ex Vvitakero: nam in textu græco. Verba Achioris sic referuntur, quod templum Iudeorum Hierosolymitanum eversum fuit, & solo æquatum, & Ciuitates eorum occupatae, at in captiuitate Manassis nihil horum accidit, sed sub Sedechia quando illa magna captiuitas contigit, est Vvitageri.*

*Instatur VII. si Manassis temporibus, & post eiusdem redditum ista contigissent legatos Regis Babylonij populus Iudeorum non tam contumeliosè tractasset, ignominioseque dimisisset, quæ primo capite narrantur: nam Iudei Babyloniorum potentiam experti iam fuerant, & clementiam eiusdem.*

*Instatur VIII. cap. 4. huius libri narratur Israelitas tempore Iudith fuisse cum Iudeis fædere, & amicitia iunctos, immo Israelitas, vel Samaritanos eo tempore paruisse Iudeis. At sacra historia docet Israelitas iam ante ætatem Manassis à Rege Assyriorum in captiuitatem, & miserrimam seruitutem fuisse adductos, & in multas regiones dispersos, Samariam autem à colonis Babyloniorum, & Hamathæs fuisse habitatam habetur 2. Reg. 17. qui omnes fuerunt idololatriæ, & adiunctis postea nonnullis Sacerdotibus religionem veram cum idolatria miscuerunt. Ab eo tempore conitat Samaritanos fuisse Iudeis infestos, & execrabilis, rāsum abest, ut vel iis paruerint, vel cū eis fædere iuncti fuerint, vel denique eos contra Regem suum defendere voluerint. Est Saubrandi Calvinistæ libro 1. de principijs christianorum dogmatum.*

*Instatur IX. nam cap. 8. sic precatur Iudith. Quoniam non sumus secuti peccata Patrum nostrorum, qui dereliquerunt Deum suum, & adorauerunt Deos alienos. Pro quo scelere dati sunt in gladium, & in rapinā, & in confusionem inimicis suis. Sed tempore Manassis omnia plena erant idolatria, sordibus, & immunitijs, ut script. aperte tradunt, & Samaritani 4. Reg. 16. varia sibi idola fabricauerunt, nec isti soli, sed & alienigenæ in Samariam ex Assyriis translati. Non ergo potest subsistere, quod in oratione Iudith precatur, deficientibus Bethuliensibus à religione, & cū Rege Manasse, & Samaritanis idolatrantibus. est eiusdem.*

*Confirmatur, quia ne post redditum quidem Manassis Iudei pote Deum coluerunt, quia populus adhuc immolabat in excelsis. 2. Paralipp. 33. non ergo potest subsistere, quod in preicatione Iudith continetur, est argumentum eiusdem.*

*IV. Principaliter arguitur, quia in hac historia manifesta appetit contradictionis, nam c. 8. assertur Iudith esse de Tribu Ruben ultimo enim genealogia eius sic dicitur, filii Salathiel, filii Simeon, filii Ruben. At cap. 9. ipsa videtur assertare esse de Tribu Simeon dicens. Deus patris mei Simeon.*

*V. Principaliter arguitur, & est argumentum Faij, nam ementitæ obtestationes, & verba pietati non conuenientia ipsi Iudith tributa in oratione ad Holofernem, autoritatem illius eneruant.*

*Amplius, & est argumentum Mæwij. Iudith cap. 3. probatur, facta Simeonis, & Leui contra Sichimitas, quæ tamen Spiritus sanctus vituperat Genes. 34. & 49.*

*VI. Arguitur ex Faio, quia hic liber cum alijs libris canonis pugnat, eò quod doctrinam de celibatu, & de quotidiano ieiunio continet.*

### Confutatio eorundem, ex orthodoxorum firmamentis.

*Sed contra est primo authoritas Ecclesiæ manifestata in Summorum Pontificum decretalibus, & Conciliorum decretis, de quibus supra.*

*Dictis Concilijs addimus authoritatem Concilij Nicenæ, de quo testatur Hieronymus his verbis præf. in Iudith. Sed quia hunc librum synodus Nicenæ in numero sanctorum scripturarum legitur computasse, acquiesci postulationi vestre, immo exactio, &c.*

*Respondent Hunius Vvitakerus, & Mævius. Hoc de Concilio Niceno rumorem sparsum fuisse incerto auctore.*

*Sed contra, quia S. Hieronymus ait, Legitur non fertur non ad rumores vulgi, vel verba sonantia lectorum remittens, sed ad publicas tabulas, & monumenta, quibus acta dicti Concilij continebantur.*

*Respondent II. hodie nihil extare de tali decreto.*

*Contra, quia etiam multa ibidem decreta fuerunt, quæ tamen periere, & ab Arianis multa combustæ grauissimorum authorum testatur authoritas, & extant de hac re epistolæ Athanasij ad Marcum Papæ postulantis septuaginta capitula Concilij Nicenæ, quæ erant ab Hæreticis combustæ, cui respondit Marc. 7. sicut significasti capitula inuenimus, &c. patet quoque ex Zozimo in Concil. Carthag. 6. citante Canonem Nicenum de appellatione ad Apostolicam sedem, quem videtur quoque innuere Theodoreus lib. 2. cap. 4. qui etiam nunc desideratur, & ex Vercel. Episcopi Ægyptij ep. ad Felicem eundem canonem citant, similiter Leo epist. 26. & 27. S. Ambrosius episc. ad ecclesiam Vercellensem alterum canonem citat de bigamis non ordinandis. plures autem quam virginis canones editos in eodem Concilio scribit Baron. ad annum 325.*

*Respondent III. Hieronymum populari opinione deceptum, nec magnificiendum argumentum ab unius, vel alterius partis assueratione ductum.*

*Contra, quia non nisi insipientis est tanto viro diligentissimo, & sanctissimo deceptionem in re tam gravi tribuere: præsertim cum adeo vicinus fuerit Nicenæ Synodi temporibus, ut de hac re auditu: & viu fermè potuerit certior fieri, & non nisi insignis temeritas est Patres Ecclesiæ nolle audire. Et si unum nolunt recipere, vel alterum Patrem, saltem omnes*

H      alios,

alios, quos citabimus reuereantur, atque suscipiant.

Respondent IV. etiam si synodus Nicæna, ut testatur Hieronymus, id constituisse, non tamen, aiunt, nos eius autoritate hac in parte teneremur, nisi rationum grauissimarum momenta adhibeantur, quibus mota librū Judith, eccl. in canonē receperit. Et in illo concilio nō præfuit Apostolus, aut propheta.

Contra, quia faustuosum supercilium Hæreticorum est, vel rationes decretorum Ecclesiæ ad credendum exigere, eaque ad examen proprij iudicii vel leuocare; cum etiam irrationaliter sit in omnibus facultatibus dirigendorum regulam per aliam amissim dirigendam postulare. Est autem credendorum regula non ratio: sed ecclesiæ authoritas. Immerito ergo per rationes examinanda postulatur, præsertim cum rationes ipsæ maiori examini subditæ sint. Quæ enim vni necessariae videntur, alteri probables, vel verisimiles possunt apparere. Et in illo concilio satis est præfuisse apostolicos, quibus etiam à Christo promissus est spiritus veritatis Ioh. 14.

Respondent V. Hieronymum non habita ratione eius sanctionis synodice, nihilominus diserta voce pronunciasse, liberum Judith non esse in canone; vt patet ex prologo galeato.

Contra, quia non est existimandum virum sanctissimum decretis synodis voluisse contradicere: potuit ergo fieri, vt quo tempore scripsit prologum galeatum, decreta synodica non viderit, quæ postea vidit, & annotauit, præfigens illa in præfatione ad librum Judith. Vel quando Judith extra canonem collocauit: intellexit de canone Hebræorum, non christianorum.

Respondent ijdem 5. Synodum Nicænam liberum Judith non inter canonicas, sed inter Hagiographas hoc est sanctas scripturas computasse, vt patet ex verbis Hieronymi, latius autem patet scriptura sancta, quam canonica.

Contra quia idipsum concedebant Hebrei esse sanctam scripturam significatione latiori; sed non reponebant illam in suo canone: sed inter hagiographa, quæ, vt ibidem docet Hieronymus, minus idonea iudicantur ad decidenda ea, quæ in contentionem vocantur. Quibus vt se opponeret S. Hieronymus, posuit aduersariam sententiam ductam ab autoritate Nicæni Concilij, quod ita computauit inter sanctas scripturas librum Judith, vt etiam tanquam canonicum cum ceteris haberi voluerit. Mirum autem est, quod aduersarius Hebreis potius vult dare manus, quam ecclesiæ Christi sponsæ colla submittere.

Respondent iterum VII. S. Hieronymum non fuisse motum autoritate Concilij Nicæni, vt liberum Judith inter canonicos libros recenseret, sed tantum vt iudicaret versione, non omnino indignum.

Contra, quia S. Hieronymus, ex eo magis motus est ad træstationem, quia perspectum habebat, iam in numerum sanctorum, & diuinarum scripturarum à Nicæna synodo recensitum fuisse.

Respondent iterum præsertim Vvitakerus, si synodus hūc liberum in numerum sanctorum scripturarū recipit, iam alias libros, nempe deuterocanonicos graui iudicio perstrinxit, illos non recensendo.

Contra, quia sequeretur, quod omnibus dogmatibus, quæ post Nicænam synodum definita sunt, grave præiudicium quoque allatum esset; sic præiudicium factum esset diuinitati Spiritus sancti, de qua in Ni-

cæno (nulla tunc extante occasione) non facta fuit de Spiritu sancto mentio. Est autem in Concilijs observatum, vt mentio non fiat de ijs dogmatibus, de quibus nulla tunc est orta controversia.

Respondent rursus. S. Athanasius Nicæno Concilio interfuit, & tamen in synopsi reicit hunc librum, quod fecerunt etiam Nazianz. Epiph. Damascenus, qui post Nicænam synodum claruerunt. Imo & concilium Laodicænum omisit, quod fuit post idem Concilium Nicænum definitum.

Contra, primo, nam non est certum de Athanasio an sit author illius libri, deinde potuit fieri, vt ante synodum Nicænam fuerit scriptus. Deinde esto non numerarint, non propterea reicerunt, illis enim curæ fuit libros secundum suppurationem hæbraicam tantum numerare, non christianum canonem contexere; volentes ostendere ex quibus libris undeque firmissima tela contra Iudeos desumi possent, ad hominem arguendo, &c. Quod vero Concilium Laodicænum non numeret hunc librum inter canonicos, vel hinc fortissimum argumentum desumitur, Laodicenos Patres præcessisse Nicænos; non enim fieri potuit, vt prouinciale concilium non reciparet, quod Generalis Concilij authoritas recipiendum mandarat, præterquam quod, cum quinque canones Laodicæni in Nicæna synodo similiter descripti legantur, potius à Nicæna synodo repetitos, vt robustorem authoritatem haberent, dicendum est, quod Laodicænum à Concilio generali decreta sancta, nulla eius synodi facta mentione seruāda mandaret. Lege Baronum in appendice ad tomum 4.

## II Arguitur principaliter ex Patrum autoritate.

Clemens Romanus inter mulieres, quæ prophetarunt numerat Judith lib. 8. constit. Apost. cap. 2. lib. 3. cap. 8. lib. 5. cap. vlt. eiusdem pudicitiam commendat, atque iciunium, quæ omnia ex libro Judith habentur.

S. Ignatius ait, *sunt viduae non virgines &c. Sed ut Judith illa honestissima &c. in ep. ad Philadel.*

Clemens Alex. consummatam in mulieribus, candē vocat, & quod præmia fidei mox accepit, cum mulier in hostem se præclarè gesserit, & potitus capite Holofernis lib. 4. stromat.

Origenes in lib. Iudicum hom. 9. & hom. 1. in ps. 37. virtutes eiusdem commemorat, quæ in libro eodem Judith recensentur, de quo alibi hom. 27. in num. sic scripsit. His ergo cum recitatur talis aliqua diuinorum voluminum lectio, in qua nō videatur aliquid obscenū, libenter accipimus verbi causa, vt est libellus Hesther, aut Judith.

Athanasius disputatione contra Arium sub nomine scripturæ citat illud testimonium, quod in eodem libro habetur cap. 16. *Tibi seruat omnis creatura, quoniam dixisti, & facta sunt, miseri spiritum tuum, & aedificauit. Idem testimonium affert S. Hidelfonsus de virginitate Mariæ c. 11.*

Christostomus ex varijs in Matthæum locis hom. 10. ex Matthei cap. 6. hilaritatem in ieiunio probat exemplo Judith, quæ dum laetitia vultus ieiunium texit, de hoste triumphum victorie reportauit, & hom. 60. in Ioh. ait, quod Delbora, Judith, & aliae mulie Imperatorum sunt functæ officijs. Isidorus Peluicta lib. 1. ep. 87. in castitatis præconium testimonium de hoc libro assumit.

Ambrosius lib. de viduis 2. de virginibus, 3. de officiis

officijs cap. 13. *Iudith*. *Fortitudinem, religionem, pudicitiam, integrum de tabernaculo hostis reverentiam, &c. commendat.*

At dices haec citari a Patribus, sed tanquam ex hebreorum historia desumpta, ut loquuntur Hieronymus ep. 9. ad Saluianum cap. 6. non tamen tanquam ex libro canonico.

Contra, quia Athanasius, ubi supra ad probandum Spiritum sanctum esse Deum, dixit se id, *verbis legalibus*, approbatum, & mox posuit citatum testimonium.

Hilarius in psal. 224. tanquam legalia verba citat aliud testimonium ex eodem libro dicens. *Discentes hec omnia à lege, & Propheticis, &c. & cantantes ex lege. Dominus conterens bella, Dominus uomen. stilli, qui locus habetur in c. 16.*

Aug. 2. de doctrina christiana c. 8. hunc librum inter canonicas scripturas recenseret.

Alcimus Auitus de vera virginitatis laude ad sorem, recensens numerum librorum sacrae scripturae, libri Iudith etiam meminit.

Fulgentius epistola 2. de statu viduali cap. 10. de hoc libro tanquam scripturæ testimonium assumit ad probandam cordis, & corporis Iudith plenissimam continentiam, dicens. *De Iudith enim scriptum est, & erat Iudith in domo sua.*

Cassiodorus 1. init. cap. 13. librum Iudith cum alijs quoque enumerat canoniscis libris.

Ifidorus, sexto originum cap. de nouo, & veteri testamento, librum Iudith numerat inter eos libros, quos eis, inquit, *Hebrei inter apochrypha separant, ecclesia tamen Christi inter diuinos libros, & honorat, & predicit.*

Petrus Damianus de contemptu saeculi cap. 19. de cultu, & ornatu Iudith tractans, quomodo ad necessitatem assumpsit fuerit, dicit quod *cum necessitas peti, diversis se ad corporis venustatem infusis adornauit, sacra testante scriptura, que aut abstulit a se Iudith ciliatum &c. c. 7.*

Hugo de S. Victore in speculo ecclesiæ cap. 4. In septembri, inquit, legitur in ecclesia, & cantatur de Iob, Tobia, Esdra, Iudith, & Esther, &c.

Bernardus ferm. 1. in cantica cecinit, ait, *scriptura Israhel carmen hoc domino. cecinit etiam Delbora, cœnit, & Iudith cecinit & mater Samuelis. His adde S. Paulinum in natali 3. Idacium aduersus Varianum Ariananum, Prudentium in Psycho nachia de pugna pudicitiae.*

III. Probatur rationibus, quibus similes libros ab hereticis controveneros, recipiendos supra probatum est.

IV. Ad hominem: nam ipsi recipientur Concilium Nicenum, ibi autem defenditur liberum istum esse canonicum.

Conradus Pellicanus cum suis Tigurinis in epist. præfixa commentarijs, quos Apochryphos vocant, sic scribit. *Hi libri sic ecclesiastici, & bliti habitu sunt, ut in ecclesia catolica ab Apostolorum temporibus fuerint cum reverentia multa lecti, licet non ut canonici in authoritatem postulati contra iudeos, qui hos in sacro suo canone non suscepserunt: cum tamen non solum legis ac prophetarum scriptis in nullo contradicerent: sed & fidei mysteriorumque Christi dogmatibus plurimum adstipularentur. Idem dicit Petrus Cholonus ep. ad electorem prædictis libris præfixa, & Henricus Bullin-*

*gerus epistola præfixa Biblijs Tigurinis Si cum multi reuerentia ab Apostolorum temporibus lectus est hic liber, apud catholicos maximam energiam habuit ad firmanda dogmata, eo enim signo antiquitatis, & reuerentia canonica auctoritatem deprehendit ecclesia, & rationabiliter mora, ut in Cœcilij, tāqñā canonicos approbat. In nomine ergo implicantia est, esse librum cum multa reuerentia lectum, & non recepi, ut canonicum. Præterquam quod ex aduersaria aduersarij propositum colligitur, nam si non probant prolati contra Iudeos, magnum apud Christianos auctoritatis pondus certò certius existimat.*

### CONCLUSIO CATHOLICA.

*Liber Iudith sacer est, & diuinitus inspiratus.*

**R**esponso dicendum, quod ex parte materie liber Iudith propheticus etiam debet appellari, cum Iudith ibi historia enarretur, q̄nq̄ ut ait S. Prosper sup. cap. 38. *Etiam ipsa figurā sancte ecclesie personamque suscitavit. vides enim id sub illi, quem midmodum postea quiam eius vir Christus D. minus passus, resurgens ascendit in celum omnī moestitia, & vele viduā depulsa sit, induit pulchritudine ab eo, de quo in Esaia Prophetæ aicit, in tuis me vestimento salutari, &c. Misericordia enim, & vœ in vulnere capitis inimicorum, quoniam corpus illius est, qui confregit caput draconis magni. Non pepercit, & hic animus sue sicut illa, quoniam ipsa eius, quæ dicit per Ioannem Apostolum, scilicet Christus pro nobis animam suam posuit, ita & nos debemus pro fratribus animam ponere. Quod secisse in sanctis martyribus constat. unde author quo me diuinitus inspiratus creditur. Sed quia certo, & infallibiliter non aliunde constare potest hunc librum, nō illum diuinitus inspirata verba continere, quam ex ecclesia traditione ad illam recurrendum est, sine cuius auctoritate nec Evangelij creditur, ut docuit Augustinus contra epistolam fundamenti, qua supposita, certa argumenta ex autore, & materia deducuntur.*

### Solutiones oppositionum.

**A**d I. desumptum ex auctoritate Melitonis, Nazareni, & Philochij respondetur, quod aliud est liberum regere, aliud non recipere. Primum non repertur fecisse citatos Patres, sed secundum præsterunt, & hoc quia adhuc dubitatio erat non apud vniuersos Doctores, & Pastores ecclesiæ, sed apud aliquos sequentes Hebreorum canonem, & dubitantes ante definitionem Ecclesiæ, num aliqui libri, inter quos erat liber Iudith in canonem essent recipiendi. Quod vero Concilium Laodicænum ipsum non numerauerit, hoc factum est, quia veritas ista non erat apud omnes ecclesiæ manifesta, & perspicua, & ex hoc optimum argumentum quidam sumunt ad probandum Concilium istud præcessisse Nicenum ubi totius vniuersalis ecclesiæ decreto talis liber suscipitur, ut canonicus, ut supra dictum est.

Ad II. loquitur Hieronymus de canone secundū supputationem hebraicam, sequens in re non plane sibi comperta multos Patres, qui de eodem libro du-

bitarunt, quod postea ad decreta synodi Nicænae respiens retractat apertè. Ad conciliandum autem dicta Hieronymi in prologo galeato cum dictis in præfatione super Iudith, optimè facit doctrina Epiphanius (quem sequitur Damascenus) lib. de pond. & mensuris, quod volumina quædam erat intra arcam reposita, quædam extra arcam. Intra arcam numerat omnes libros, quos Hebræi iuxta numerum litterarum Alphabeti hebraici recensent inter diuinos: extra arcam intelligit eos omnes, qui in eorundem librorū sorte, & classe non recipiebantur, & exemplificat ibidē Epiphanius de Sapientiæ, & Ecclesiastici libris (quomodo etiam Tobias, Machabæi Iudith extra arcam dici possunt.) Voluminum vero, quæ erant intra arcam quædam hagiographa dicebant, ad distinctionem historicorum, & propheticorum voluminum, & erant omnia illa, quæ in suppuratione hebraica dicuntur tertij ordinis, ut erant Job, Psalterium, Parabolæ, &c. Verum omnia contenta intra arcam secundum Hebreos erant canonica, quæ erant extra arcam Hagiographa quoque dicebantur, ad distinctionem eorū librorum canonicorum, quos hebraei recensebant. Sed hoc non obstante, quod omnes hi libri, qui in arca non erant repositi, nec in numerum canonicorum librorum apud hebreos recensebantur, in ecclesia tamen catholica pro canonisch, & diuinis sunt recepti. In prologo ergo galeato Hieronymus locutus est iuxta hebraicam suppurationem, in præfatione super Iudith iuxta canonem Christianorum. Vnde post verba citata in argumento subdit. *Sed quia hunc librum legitur Nicæna synodus in numero sanctorum scripturarum computasse, &c.*

Ad II. dicimus nec Reges, nec eorum gesta à prophanicis scriptoribus esse prætermissa, sed diuersis vocabulis explicata. Quinam autem fuerint, vel quibus nominibus appellati fuerint à gentilibus scriptoribus, res dubia est, tum propter cognitionem rerum à nostra memoria ob nimiam vetustatem remotissimarum, tum ob nimiam scriptorum dissensionem. Herodotus, Iustinus, & Orosius celebres scriptores historiarum Assyriorum, & Persarum gesta narrantes eorumque Regum seriem explicantes aperiè pugnant cum Beroso Chaldeo, Methathene Persa, Ethesia Gnidio, Philone Iudeo, & Diodoro Siculo. Eusebius in chronicis, sequens priores authores assert (ut etiam aduertit Rabanus Maurus in c. I. Iudith.) Cambysem filium Cyri, qui post patrem triginta octo annis regnauit in Perside, eundem esse, qui ab Hebreis Nabuchodonosor secundus dictus est. Hanc etiam opinionem retulit, & sequitur Beda de sex ætatibus mundi anno 3431. In eadem opinione videtur Augustinus 18. de ciu. cap. 26 Lyranus in cap. I. Iudith. Sed hoc non potest stare, ut egregiè dicit idem Rabanus, quia in historia Iudith habetur Arphaxad fuisse Regem Medorum, & Nabuchodonosor Regem Assyriotum, qui regnauit in Niniue, ipsumque Nabuchodonosor superasse Regem Medorum, & obtinuisse regnum. Porro Niniue non extrabat tempore Cambysis, euerterat enim eam Nabuchodonosor Rex Chaldeorum ex Genebrardo in chthonico, ut recte ponderauit noster Magister Cano lib. 11. de locis cap. 6. vbi etiam multas alias rationes adducit contra prefatum dicendi modum, ad quem lectorem remitto.

Alij moderni (sequentes Berosum, & alios autho-

res supra citatos, Philonem, &c.) inter quos est noster Sixtus Senensis I. Biblio. dicunt, Nabuchodonosor non fuisse Cambysem, sed priscum Assuerum, alias Attaxersem, cognomento Nabuchodonosor, qui Babyloniam tenebat, quique communis dignitatis nomine Nabuchodonosor vocabatur, ut in Ægypto Pharaoes, & Ptolomæi, & apud Romanos Cesares appellabantur. Hic ergo occurrentis Arphaxad factio nis Tamiricæ Principi, qui Assyrios Medos, ac Persas contra se armaverat anno 12. regni sui, fugavit illum cum suo exercitu in campo magno Ragau, & vltione sumpta contra rebelles, obtinuit paternum regnum vnde pacatum. Sed hoc aliquid probabilitatis haberet, si Barosi, Methathen, Ethesia, Philonisque libelli supposititi, & adulterini non haberentur à plerisque, & Diodori historia mendacijs non esset aspersa. Quare dicendum est nihil interesse, quo nomine à scriptoribus Gentium omnes illi Reges appellati sint, cum illud exploratissimum sit, varijs nominibus appellatos ab iisdem: quorum scriptorum dissidio, ut eorum authoritas infirmatur, eo magis scripturæ veritas vnde sibi constans suadetur, ut ex illa gentium historię corrigeantur, non per illas scripturæ veritas comprobanda. Non debet autem esse mirum si alijs nominibus ijdem Reges à Gentilibus sint vocati, quam ab Hebreis describerentur, etenim mos erat Iudeorum ab aliquo euentu prospero, vel sinistro nomina imponere, vnde Num. 11. dicitur. *Vocabatumque nomen loci illius incersio:* cuique ab Assyriorum Regibus multas Hebrei passi essent calamitates, ex luctuosa calamitate, eos Nabuchodonosores appellatos. Nabuchodonosor autem *planctus* exponit. Imo & apud Hieremiam non Nabuchadnesar, sed Nabuchadresar appellatur.

Ad I. confirmationem respondet, quod Joseph lib. 18. antiquit. cap. 12. dicit solum intentionis sua fuisse ea solum scribere, quæ in Hebreorum canone haberentur. Cur autem in canonem illum librum Hebrei non receperint, nec satis constat, nec anxiè exquirendum: nobis sat est, quod ecclesia catholica inter sacros, & diuinos libros enumerauerit, ut dicit noster Senensis septa. Verum dum idem Iosephus lib. 1. contra Appionem post enumerationem canonicorum librorum iuxta numerum alphabeticum, hebrearum litterarum adiunxit, *De alijs libris, eos non simil fide dignos esse, propter minus accuratam Prophetarum successionem;* Non improbabiliter dici potest, fuisse alium canонem ab illo tempore Esdræ, vel Conciliij magni, conjectum, & in eo Tobiam, Iudith, &c. repositos, & primi ordinis libros inçōcussa fide tempore Iosephi suscepitos, secundi vero canonis, non pari fide, de quibus poterat esse dubitatio ex incerta successione. Vnde & idem insinuavit R. Azarias ex Idumæis lib. 3. Meorthenacim cap. 57. fol. 175. dum reddidit rationē cur hi libri Iudith, Tobie, &c. à Iudeis non reciperentur. Fortasse, dicit, *Esdras non apposuit manum, nisi ad eos libros, qui compositi fuerint à Prophetis in Spiritu sancto, & lingua sancta, & sapientes nostri intelligentier, ac prudenter non stabilierunt, nisi quis ab illo effusa, ac stabilita, tacite ergo insinuavit fieri posse per illud verbum, fortasse, ut alijs etiam Esdras manum apposuerit, qui nec prophetice (stricto modo prophetiam sumendo) nec hebraice, sed Arameæ etiam lingua, supernaturali tamen impulsu,* &

& directione Spiritus sancti descripti fuerint, sed quia hoc apud omnes non constabat, extra primum canonem locabantur.

Ad II. confirmationem respondeatur ex nostro Brocardo in descriptione terræ sanctæ sic dicente. *A Nephtalim de qua in Tobia tres sunt leuæ ad Dötain castrum, sub monte Bethulie, ubi Ioseph errauit, cum quereret fratres suos, & postea. De Abelina est una leuæ ad montem Bethulie, ubi Iudith occidit Holofernem, qui mons per totam ferè cernitur Galilæam, habens adhuc plura quædam ædificia, sed plures ruinas. A Bethulia est vna leuæ ad Cœnitatem Tyberiadis, eundo scilicet inter orientem, & austrum super mare Galilæam, &c.* Adrichomius scribit, etiam hodie castrorum Holofernis vestigia cerni. Insigne ergo mendacium est aduersariorum à Lutherio mutuatum, qui præfatione Germanica in hunc librum scribere non erubuit, Bethuliam esse Vrbem, quæ nusquam nota sit, & argumentum in oppositum desumitur ex authoritate negatiua.

Ad III. confirmationem, tot sunt sententiae, quot capita, in solutione istius difficultatis. Driedo de eccl. dogm. cap. 2. p. 2. & lib. 3. cap. 5. p. 3. & alij dicunt contigisse hanc historiam post illam insignem captiuitatem Babylonis (vt colligitur ex c. 5. Iudith) sub temporibus Cambysis, qui fuit filius Cyri, quem volunt dictum Nabuchodonosor, vel temporibus Darij Hy staspis secundum Gerardum Mercatorem in chronologia, vel Xerxis filio Darij sub Ioacim Pontifice Iudæorum filio Iesu, filio Ioseph, ita Riba in cap. 2 Naum, & alij, vt Torniellus anno 3572. vel Artaxer sis Ochi secundum Seuerum Sulpitium lib. 2. sacrae historiæ. Cambysem vero dictum esse Nabuchodonosor docere videtur Eusebius in chron. Beda lib. de sex ætat. mundi, & fauet August. 18. de ciuit. Dei cap. 26. vbi cum sub Cyro Rege libertatem recuperasse Iudæos docuisse, subdit, per id tempus illa sunt gesta, quæ conscripta sunt in libro Iudith. Sed initatur ab alijs, quia nullus ē Persarum Regibus appellatus est Nabuchodonosor in historijs tam sacris, quam prophanicis, sed solum Reges Babylonici: & Nabuchodonosor, de quo in isto libro fit mentio, regnabat in Niniue, tempore vero Cambysis, Darij, & Ochiam non extabat Niniue, vt arguit recte noster Canus 12. de loc. cap. 6. cum fuerit euersa à Rege Chaldaeorum Nabuchodonosor, anno primo sui regni, vt dicit Genebraeus, vt supra dictum est, vel à Caxere Rege Medorum, vt voluit Eusebius. Sed si sequamur hanc sententiam propter reuertentiam Augustini, hæ instantiæ non coniuncturi, non prima, quia ab authoritate negatiua: nō secunda, nā potest dici euersam Niniuem à primo illo Nabuchodonosor, sed postea per Cyrus reædicatam, datam esse Cambysi filio, in qua viuente patre regnaret, qui Nabuchodonosor quoque dictus est. Alij dicunt contigisse ante captiuitatem Babyloniam, vel circa tempora Regis Sedechia, vt dicit Genebrardus 2. lib. chronol. vel Regis Iosæ, vt Ioannes Benedictus in annot. capit. 4. Iudith. Sed hoc non potest stare, quia tempore Iudith, vt habetur cap. 4. & 15. sacerdos magnus erat Eliachim, qui & Joachim dicebatur, tempore autem Sedechia erat Sarai 4. Reg. 25. & tempore Iosæ sacerdos magnus erat Helcias 4. Reg. cap. 23. Dicunt alij accidisse quidem post Babyloniam captiuitatem, non illam insignem, & generalem, sed particu-

larem quandam, de qua fit mentio cap. 5. vbi dicitur. *Plerimi eorum in captiuitatem ducti sunt in terram non suam, ita noster Canus lib. 11. cap. 6.* que in sequitur Bellarm. lib. 1. de verbo Dei cap. 12. Sed quo tempore, discrepant DD. Quidam supponunt (vt patet ex chronologia Nicephori Patriarchæ Constantinopolitanæ) inter Sobnam summum sacerdotem (alijs Iacobum dictum tanquam binonimum ex Hugone Cardinali) qui fuit tempore Ezechiae, & Heleciæ tempore Iosæ, quod inter mediariit Eliachim, qui 4. Reg. c. 16 inter sacerdotes numeratur, & qui Esai 22. in locum Sobnam successurus prædictus (reclamante Vitakero, quod non fuerit sacerdos, & in hoc scripturæ cōtradicente) & probabilissimum est tunc (aiunt) hanc historiam contigisse tempore Regis Manassis, qui inter Ezechiam, & Iosiam locatur. Tempore autem Regni Manasses regnauit Arphaxat apud Medos, Diocles vocatus ab historijs gentium, qui Ecbatana edificauit, ex Eusebio. Eoden tempore, vt constat ex 4. Reg. 19. & Tobiae cap. 1. regnabant Assyriorum Reges in Niniue, inter quos fuit Nabuchodonosor, qui in eadem Cœnitate regnasse hoc libro Iudith prohibetur, & Rex Babylonis erat, & ad se transluxit etiā regnum Assyriorum, ita Bellarm. lib. 1. de verbo Dei cap. 12. qui addit, quod iste Nabuchodonosor verisimiliter creditur à quibusdam fuisse Merodach Baladan, de quo 4. Reg. 20. Hierem. 40. Isai. 30. Sed alij doctissimi viri etiam contra hanc sententiam reclamant, præcipue Torniellus anno 3553. duplice illam captiuitatem confutando, & solum generalem Babyloniam agnoscendo. Sed non est efficax argumentum, nam vt aduertit Caier. in cap. 18. Iudicum cuiusdam captiuitatis mentio sit filiorum Dan, quæ in lib. Regum quoque prætermittitur, ita & de hac principali captiuitate Babylonica dici posset, quæ accidit cum Manasses captiuus ductus est, cum alijs plurimis, & cum populi magna parte, vt postea dicetur, nec enim omnia scripta sunt. In eo autem, quod asseratur Nabuchodonosor Baladā, confutatur à Serario quæstiuncula 3. nam hic erat Rex Babylonis 4. Regum 10. Nabuchodonosor Ninivitarum. vnde ipse Serarius dicit fuisse aliquem e liberis Assirianis, qui dictus sit Nabuchodonosor. Sed probatio desideratur. Quare parum refert determinare scire quinam Nabuchodonosor fuerit. satis est ad veritatem historiæ defendendam dicere, hunc Nabuchodonosor regnasse paulo post initium Regni Manassis, & annum xiiij. quo bellum mouit sub duce Holoferne contra Iudæos incidisse in xvi. annum eiusdem Manassis, quem paulo ante idem Nabuchodonosor captiuum duxerat in Babylonem, & secundo hanc viam omnia rectissime consonant, & Nouatoribus possumus occurrere.

Ad I. ergo instantiam negatur assumptum, quod aliqua ratione apparenti saltim probandum erat.

Ad II. instantiam nihil mirum si sacerdotibus cura etiam belli demandabatur cum negotia maximi momenti sacerdotibus imponi solita testetur Iosephus in vita sua, & 2. captiu. cap. 42. Quod maxime præstit Manasses nedum ex salutari mutatione sua ex impietate ad pietatem, & religionem, sed ex peculiari sanctitate, & prudentia Eliachim satis perspecta in populo, vt habetur 4. Reg. 18. & 19. cuius etiam oracula ab Esaiâ prædicta, vt recentissima in animis omnium viuebant: & cum 2. Paralipom. 33.

dicatur, quod Manasses cōstituit Principes exercitus in cunctis Ciuitatibus Iuda munitis, & forsan Hierosolymam sibi tuendam, & propugnaculis muniendā scripsit, vt ibidem innuitur: non exclusus est Pontifex, & Senatus Hierosolymitanus, per quos ceteras Provincias gubernaret. Sed & illud dici potest negotia illa non tantum fuisse militaria, & politica, sed sacra & religiosa, quod præcipue apparet in litteris à Pontifice missis, vbi non tantum agebatur de montium fauibus occupandis, sed etiam de precibus, ieiunijs priuatim publiceque suscipiendis.

Ad III. instantiam. Quibusdam visum est bellum istud gestum esse postquam reuersus est in patriam Manasse, & sic nullam habent difficultatem illa verba, ceterum quia probabile etiam est adhuc captiuo Manasse gestum esse illud bellum; tunc dicendum est, quod cum occiderit multos simul cum Rege Manasse captiuos abductos; non hos, sed aliquos alios reuersos ex ijs locis, ad quæ fugiendo peruererant, cum Rex Assyriorum ipsorum regionem vastaret.

Ad confirmationem satis scriptura innuit aliorum cum Manasse captiuitatem, nunquā. n. Rex absq; comitatu aliquum Ducum, vel Principum, & militum, aut populi à victoribus abduci solet, & rationabiliter captiuitas Regis cum populo facta fuit, quorum pars fuit impietas, dicēte scriptura. *Locutusq; est Dominus, ad eum ( Manassen ) & ad populum eius, & attendere noluerunt, & mox subditur 2. Par.43.* idcirco superius duxit eis Principes exercitus Regis Assyriorum. Nec quia solius Regis poenitentia recentetur, populus poenitentiam non egit, sed satis insinuatum est populum egisse poenitentiam Rege poenitente, cum eadē vexatione Regis erudit potuerit, & ad normā sui Principis componi. Conuerso autem populo, non fuit incredibile reuersum in Hierusalem, & montana eius, & iste redditus alter fuit, à teditu post captiuitatem Babyloniam, sicut alia, & alia fuit captiuitas: captiuitas enim tempore Manasse non fuit generalis, sed Manassis cum plurimis viris; altera fuit omnium generalis paucissimis relictis: & dum diuersis temporibus maxime sub Manasse dicantur Iudei exterminati à multis nationibus, non potest hoc intelligi de generali captiuitate, in qua ab hā gente Chaldaeorum vieti sunt. Quare consequenter dicendum est alium fuisse Nabuchodonosor, qui Iudeos captiuos fecit generali captiuitate, ab illo, sub quo Manasse cum alijs plurimis abducetus est.

Ad IV. instantiam. Libetē damus octoginta circiter annorum spatio illam pacem durasse, & captiuitatis Manasse tempus fuisse initio regni: cum enim Manasse regnauerit annis quinquaginta quinque 2. Paralip. 32. & detractis triginta nouem, quibus regnauit post captiuitatem in prima decade regni tam diuturni, vel in prima parte ( si totum tempus regni eius in duas, vel tres partes distribuatur ) eadem captiuitas contigit, qui annus nullo modo potuit esse, quadragesimus primus regni, vt mentiuntur isti cum suis chronologis, & spermologis, sed vel quartus, vt quidam dicunt, vel alijs intra decadē anno etatis suæ 18. Nec verū est post decennium reuersum Manasse ē captiuitate, quem verisimile est, elapsis plurimis annis ad Deum confugisse, opem eius implorando. Et ex hac supputatione omnia consonat. Supposita enim veritate scripturę, quod 12. annorum erat cum regnare cœpisset, & toto tempore regnarit

quinquaginta annis, & quod vnum vel alterum annum in captiuitate transigerit, supersunt usque ad redditum anni 48. circiter, quibus si addantur, anni duo Amonis filij eius 4. Reg. 21. & filii Amonis Iosiah anni 31. quibus à nemine Israel fuit perturbatus, conficiuntur anni tranquillitatis circiter 80. Post viatoriam reportatam de Holoferne vixit adhuc Judith 65. circiter annis, qui si subducantur ex dictis octoginta, residui erūt anni 15. quibus post mortem Judith hebreæ gens pace posita est, & sic ille textus veritatem habet. In omni spatio vitæ eius non fuit qui perturbaret Israel, & post mortem eius annis multis superstites enim fuerunt quindecim anni pacis. Tempore autem belli ætas Judith necessario fuit annorum quinquaginta, quæ etsi puella vocetur cap. 12. à Bagoo Eunicho, id poterat esse ex nimia venustate præsertim cum dominus illi contulerit splendorem, vt puella tenella videretur: vel blanda illa voce vsus est Eunuchus eam ad facinus alliciendo, quia etiam etsi Judith cap. 11. vfa sit puellam per demissionem sicuti, & ancillam se nominando, mollius postea usurpata est ab Eunicho nouo blandientis lenocinio.

Ad V. instantiam. Interrogationes Holofernis nō sunt Duci ignorantis, aut exquirientis de rebus, quas nunquam audisset; sed Duci admirantis, minantis, irascentis, & contemnentis. Quod si omnis qui interrogat, ignorare dicitur ab aduersario, in hoc profert ignorantiam, non aduertendo ad familiares loquendi modos, Grammaticorum, & Rhetorum præcepta, & scripturæ infinita exempla, in quibus interrogatio ponitur non semper ad sciendū id, quod ignoratur, sed & ad eorum, quæ sciuntur admirationem, vilipensionem, & huiusmodi. vnde Nabal, 1. Reg. 25. quamvis perspectum haberet David, illum interrogativa oratione paruipendebat, dicens, quis est David? & quis est filius Isai? &c. &

Ad V. Instantiā dicunt Bellar. & alij Græcum codicem mendosum sèpius deprehensum. Sed si hanc viam eligimus eludendi aduersariorum argumenta, oportet quoque dicere multa dicere in 70. esse supposititia, quæ in vulgata non habentur, vt v.g. illa verb. Ex. 12. *Habitatio autem filiorum Israel, qua habitauerunt in Aegypto, & in terra Chanaam anni quadrigenti triginta, & alia, quæ tamen in emendata 70. versione autoritate Sixti leguntur.* Ergo si in hac parte incorruptionem Græci codicis velimus defendere, potest id referti ad vastationem, & prophanationem illam, quam olim fecerat Manasse, de qua scribitur 4. Reg. 21. & 2. Paralip. 33. vbi intacta domo Dei, altari, &c. tantum eorundem fuit prophanatio, vnde altare templum, &c. nō reaificata sunt, vt tempore Zerobabelis afferit Joseph lib. 10. cap. 4. sed sanctificata. Solo vero æquatum perhibetur templum, quia magnè illius partes solo æquate iacebant, vt patet 2. Reg. 22. v. 5. & 6. & 2. Paralip. 34. v. 10. & 11. Vel quia ita prophanatum est ab impijs Regibus præsertim Manasse antequam poeniteret, & à gentibus postea dum captus est, & in Babyloniam asportatus, vt publicum solum omnium pedibus proticeretur. vnde aliud est ad solum usque tolli, funditus eueri, aliud quod verba in tex. græco præferunt, fieri in pavimentum: ita enim in texu græco legitur, καὶ ἐν τῷ δέδει τῷ εὐρύτερῷ εἰς ἑδαφος, at ἑδαφος σολο, seu pavimentum significat. Primum factum est in

magna captiuitate, secundum tempore impiorum Regum Iuda præsertim Manasses, & eo tempore templum Domini dirutum est, isto autem manente templo, templum factum dicitur in pavimentum, ita enim sanctitas eius violata est, ac si publicum esset pavimentum, quod pedibus conculcatur.

Ad VII. instantiam, non fuit mirum si legati Regis Babylonis ignominiosè à Iudeis habiti sunt, quibus excutiendi iugi Tyrannici spes affulgebat, dupliciti basi innixa, diuino præsidio, & vitibus bellatorum, quos cernebant ad aduersariorum insultus populsando satis valentes, & efficaces.

Ad VIII. Non defuerunt quidam apud Lyranum (à quibus suffuratus est Caluinista) ut propter hoc argumentum hanc Judith historiam sacram esse inficiarentur. Sed immerito, sicut enim experientia copertum est, obsidente aliquo tyranno regnum, in quo factiones ciuium prius erant, in unum communem hostem Tyrannum miscere dexteras, & federa inire. Sic Assyriorum Rege Israelem, Iudam, & Samariam occupante, & Provincias eorum colonis Assyrijs replente, fieri potuit, immo de facto evenit, vt alioqui inter se prius dissidentes Iudei, & Samaritæ in tertium communem hostem conspirarent. Vnde pax, seu fœdus in Judith descriptum natuq; discordia Samaritanorum, & Iudeorum in sacra Regum historia descriptæ minimè contradicit.

Ad IX. instantiam. Judith loquebatur de sua Cittate Bethulia, quæ, alijs deficientibus, in auita religione perseuerant, quæ in religione perseuerantia, motuum erat ciuib; spem firmam de diuino auxilio concipiendi. Vel si hoc extendatur ad vniuersam Hebreorū gentem, loquitur Judith de tempore reuersionis Manassis e captiuitate, in quo nedum in Tribu Iuda, sed etiam apud Israelitas (etiam si alienigenæ in Samaria degentes, ad meliorem mentem non sunt reuersi) paucim religio retrorere cepit, multis exemplo Manassis permotis ad Deum se conuertendo, vt propter hanc potiorem partem in vero cultu permanenter, oratio Judith veritatem habeat ex sensu acccomodo.

Ad confirmationem. Quod populus post redditum Manasses sacrificaret in excelsis, non erat peccatum idolatriæ. Vnde consulto Domino Deo suo sacrificasse diciunt in scriptura 2. Par. 33. fuit autem aliud peccati genus contra determinatum locum sacrificij à Deo præscriptum. Oratio ergo Judith loquebatur de scelere Idolatriæ, à qua immunes suos concives Bethulienses, & communiter Israelitas prædicabat.

Sed vt Cani documenta seruemus lib. 11. c. 4. ad 9. in re obscura, & perdifficili supputationem temporum, vbi tanta est in catholicis doctoribus diuersitas, non est expectanda perspicua certa, & constans sententia: fatis est probabilis, verosimilis, minimè absurdæ. Quacumque ergo via, & responsione probabili occurrimus hostibus ecclesiæ, etiam si non demonstremus. Ipsi potius contra certissimam, & irrefragabilem scripture historiam, vt probent, si fieri potest, acriologicas, & luce clariores demonstrationes afferre deberent.

Alia quoque via possumus, & breuius obiectionibus haeticorum satisfacere, nam tota difficultas in hoc sita est, quod à scriptoribus Ethniciis sub alijs nominibus Regum, gesta huius historiæ enarrantur, quam quod in scripturis sacris narrantur: & ad hoc

dissoluendum satis est dicere scriptores sacros ut ipote in eminentissima autoritate locatos maiorem sibi fidem vindicare scriptoribus ethnicis, qui & si in specie contradicere videantur, vel quia non meminerint, vel sub alijs nominibus explicauerint, non sibi debent scriptores sacros subiungere, sed ipsi Ethnici, vel per scripturas nostras emendandi, vel exponendi.

Ad IV. principale. Quidam dicunt esse mendacium scriptoris, & loco illius filij Ruben, legendum esse fratris Ruben. Sed hoc non potest stare, nam sine evidenti autoritate, vel ratione eiusmodi mendacius fingere non licet, cum in vulgata apud omnes semper sit lectum filij Ruben. Alij dicunt Israel etiam cognomine, vel nomine dictum Ruben, ita Serarius in Judith. Quod patet ait ex ethymologia, Rubé enim dicitur, videns filius, aut filius videntis. Sed hoc non potest subsistere, nam Israel aliam habet ethymologiam, nempe videns Deum, & inauditus est Israel, seu Iacob unquam vocatum esse Ruben. Alij dicunt vt Hugo Cardin. Judith non fuisse de Tribu Simeonis, sed de Tribu Ruben, appellatum vero esse Simeonem patrem, quia fuit unus de Patriarchis, & primis Patribus populi, vel appellatum Simeonem etiā Patrem suum, quia Ruben etiam alium filium habuit præter eos, qui recensentur in scriptura, qui dictus est Simeon, vt dicit Lyranus 1. Paralipom. 5. & hoc expositio probabilitatem habet. Nec obstat contra Hugonem, quod quidam objiciunt Judith dixisse, Deus patris mei Simeon, non deus patris nostri Simeon, quasi denotaret proptimum, & proprium Tribus progenitorem. Nam specialiter vñsa est vocabulo patris mei ad speciale factum simile Simeoni feliciter absoluendum, vt sicut Simeon de Sichinitis gladio eos vindicans victoriam reportauit, eò quod denudauit femur virginis Dinæ in confusionem; ita & ipsa vidua contra Holofernem, eius pudicitiam concupiturum insurgeret de illo triumphando, quod non obscure colligitur ex oratione Judith, & rei eventu, qui post orationem successit, ornando se, & eundo ad castra hostium Holofernem occidendo. Alterum quod objicitur contra Lyram, fundamentum non habet, nec enim omnes filii in genealogijs atten- dis solent numerari.

Ad V. principale respondeatur ex nostro Vincen- tio in speculo hist. lib. 4. cap. 21. primo quod quæ dicit Judith de populo Israel capiendo intelligenda sunt secundum merita peccatorum, quæ id exigebat. Vel illa omnia intelligenda sunt sub conditione. Vel Judith propheticæ loquebatur prædicens Iudeorum captiuitatem propter eorum peccata, quæ contigit sub Vespesiano, & Tito. Lege S. Th. 2. 2. q. 110. a. 3. ad 3. itaq; sermones illi fuerunt propheticæ. Similiter quedam ironica, & amphibologia interseruit nunquam tamen contra mentem loquendo, vnde S. Aug. serm. 229. ait. Non decuit pudicitiam meniri: nō intelligentibus dixit, perfecit actibus, quod promisit Regi, alio sermone imaginariis verbis blandita est.

Ad VI. non mirum si ventris, & carnis mancipia, qui vt in veteri proverbio est, in ventrem irruunt, huic libro sint infensi, ibi. n. docemur, quomodo caro calitatem facinet (quæ est flos ecclesiastici germinis) & ieiunio, quo irrigatur, castigetur.

## ART. QVARTVS.

*An liber primus, & secundus Machabæorum  
sint sacri, & diuini.*

*Positio Hæreticorum.*

**L**Vtherus cum ex libro Machabæorum cerneret aperte conuinci ad fatendum suffragia defunctorum, sanctorum inuocationem, templorum dedicationes, Purgatorium, &c. vno verbo illorum auctoritatem reijsiens in suis Biblijs dixit: *Machabæorum libros inter apocryphos esse recensendos, & in colloquijs germanicis, tunc à suorum dictorum collectoribus cap. de fac. scrip. scriptum reperitur. Cum Doctor Martinus librum Machabæorum corrigere, dixit, ego isti libro, & libro Esther adeo infensus sum, ut optare neutrum eorum extare. Nimirum enim iudaizant, & multa referunt, quæ Gentilium superstitionem sapiunt.*

Anabaptistæ apud Sixtum Senensem lib.8. Luther libenter subscripserunt, dum illud profundum sanctorum somnium extra cælos dormientium vsq; ad diem iudicij, & viuorum preces non auditum ex hoc libro confutari consiperent.

Zwinglius tom.1.a. 57. sic scripsit. *Secundus Machabæorum liber non plus probat, quam Iohannes de Mœteuilla, hoc est Aesopi fabula.*

Ochinus dialog. de Purgatorio, quod apocryphi sint, inquit, libri Machabæorum ex Laodicensi, & Africana synodis manifestum est; immo omnes sancti Doctores, qui sacrarum litterarum canonem percensent, de Machabæis nullam faciunt mentionem.

Ioannes Brentius apolog. confess. Vvitemberg.c. de memorijs defunctorū ait. *De Machabæorum libris faciendum est iudicium ex auctore, seu scriptore eorum. Non est ignotum, quod auctor eorum sit Iosephus, cuius extant libri de antiquitatibus Iudeorum, & de bello Iudaico, de quo multæ sunt notæ, quæ significant hominem spiritu sancto prædictum non fuisse.*

Caluinus 1. institut. cap. 5. §. 8. & in antidoto Concilij Trid. similiter in eodem errore versatur, quod auctor lib. Machabæorum, non sit diuinitus inspiratus. Caluinistæ in eosdem libros dabacchantur, præcipue Vvitakerus in disputatione de sacra scriptura, sic ait. *Humanus in ipsis spiritu, humanus animus, humanum ingenium, humana confessio, humana historia, humana omnia.*

Ab his mutuatus Franciscus Iunius volens ostendere non diuino, sed humano actum spiritu auctorem huius libri, ait, quia, inquit, est epitomarius historie prophana scripta a Iasoni Cyrenæo, homine prophano, & iterum, auctorem hunc non fuisse, certe. & vera historia ex scriptorem, sed dubia, & interdum falsa epitomarium. Hunnius similiter ex Caluino, & Vvitakero multa explicans in suo examine eosdem libros oppugnare nititur.

Sed & Parentius in instr. pag. 234. apud Feurdent. lib. 11. The. c. 23. & alijs cōministri de talibus libris tales ferunt iudicium. Prior Machabæorum liber inter apocryphos censetur. Posterior apud Hebraeos nunquam extat, sed quidam ignobilis, & illandatus scriptor, cupiens in compendium redigere quinque libros cuiusdam Iasonis Cyrenæi centonem hunc contexuit. In eosdem insurgunt Faius in suo enchyridio disput. 22. & 23.

& Lectius ambo Caluinistæ.

Vt verò ordinatè procedatur omnes ratiunculas ad 4. principales classes reuocamus. Prima continebit illas desumptas ab auctore, vel scriptore horum librorum. secundæ illas, quæ ab historijs sive sacris, sive prophanicis desumuntur. tercias aliquas repugnatiæ, quæ in illis deprehendi videntur. quarta orthodoxorum nonnulla testimonia, quibus eorundem librorum auctoritas infringi videtur.

*Oppositiones eorundem.*

**A**Rgitur I. principaliter rationibus ab auctore desumptis. Laudat enim hic auctor p̄cepsterū zelum Iuda Machabæi, quod sacrificium pro mortuis obtulerit. at hoc nomine laudandus non fuit, grauiter enim peccauit, cum nullo Dei verbo nixus putauerit se redimere posse animas à statu, in quo erat, vt cætui fidelium aggregarentur, id autem omne condēnatur, quod fit citra verbum eius, & quicquid in religione sine præcepto geritur Deo displicet, & reprehensionem non laudem meretur. Nec reperiatur auctor hebreus, græcus, aut latinus, qui Iudeum approbat. est argumentum Calu. Vvitaker. Parentij, &c.

Confirmatur ex Vvitakero, quia pro ijs hominibus oblatum illud sacrificium fuit, qui sese idolatriæ, & sacrilegio obstrinxerant, atque polluerant, atque in illo scelere perierant, vt dicitur cap. 12. Nā milites Iuda res Idolis Iamnenisbus consecratae surripuerant, eaque anathemata sub vestibus abscondent, quæ sunt, illis interfectis, inuenta sub militum vestimentis. Iste verò auctor ait manifestum esse illos propter hoc peccatum cecidisse. Iam ipsi Papistæ concedunt pro huiusmodi idololatriæ, & sacrilegis nullum offerendam esse sacrificium. Nam hoc mortale peccatum fuit, & ipsi tradunt pro ijs, quos in mortali peccato mortuos esse considererit, quod de istis auctor aſfirmat, nullum sacrificium fieri oportet. Nec valet dicere morientes de illo peccato doluisse: non enim publicum poterat fieri sacrificium, de quibus vera poenitentia certe non constabat, & si poenitentiam egerunt, ait Hunnius, iam sacrificio non egebant.

II. Laudatur Iudas de fortitudine dum dicitur 2. Mach. 2. *Vir fortissimus Iudas, cum tamen audacia possit insimulari, quippe qui cum septem milibus, Nicantonis exercitum numerosissimum adoriri non est veritus (vt habetur cap. 8. lib. 2. & cap. 9. lib. primi), cum nongentis exercitum numerosum Bacchidis aggressus legitur.*

III. Et est Hunnius, & aliorum. Lib. 2. c. 14. laudatur Razias, qui tamen fuit sui ipsius truculentus intersector, nec Raziam sublevat, nec etiam ipsum laudatorem Augustinum ep. 61. ad Dulcit. & 2. contra epist. Gaud. cap. 23. dicentem, *talia gesta narrari in scriptura, non laudari, vel non ita laudari, quasi p̄e, & sancte fecerint, quod facerunt, quamvis audacter, & viriliter, & hominum iudicio fortiter eos fecisse negari nō possit. Nam pari modo laudari posset Rex Saul, quod semetipsum interficiendo fecerit masculæ, & fortiter, præsertim cum hanc expresse rationem assignet in verbis ad armigerum 1. Reg. 31. euagina gladium, & percutie me, ne forte veniant incircumeissi isti, & interficiant me illudentes mihi. Vnde idem Augustinus.*

gustinus contra Gaudentium ait, quod historia Machab. Recepta est ab ecclesia non inutiliter si sobriè legatur, vel audiatur. si ergo sobriè legenda, aliquid continet, quod potest offendere, moresque corrumpere, quod à canonica scriptura alienum est.

IV. Etiam spiritu humano librum illum scriptū, illud demonstrat, quod author in fine libri petit veniam à lectoribus, quod à Spiritu sancto longissime alienum est. Vera enim semper scribit, atque ita scribit, ut scribendum fuit, nec vñquam vel in re, vel in modo errat, nec venia illa nostra indiget. est Calvinus, & Vvitakeri.

Quod si dicatur, non errorum veniam petere huc authorem, sed sermonis minus compti, ac politi, quomodo etiam Paulus 2. Corint. 11. se imperitum sermone, non autem scientia proficitur. contra (ait Vvitak.) Paulus se nunquam excusauit, quod tenuiter scripserit, & exiliter, aut minus præstiterit, quam voluerit: sed hic author tenuitatem, & exilitatem scribendi suam agnoscit, ideoque aliter facere non potuit, quin sue infirmitatis conscientia impulsus, lectorum humanitatem imploret. Hoc nunquam Paulus, nunquam Propheta aliquis, aut Apostolus fecit: Verba enim authoris horum librorum sic habent 2. Mach. 12. Ego quoque in his faciam finem sermonis, & siquidem bene, & ut historiæ competit, hoc & ipse velim; in autem minus dignè, concedendum est mihi. Verba vero Apostoli 2. Cor. 11. Nam si imperitus sermone, sed non scientia.

V. Idem author lib. 2. cap. 2. ait, Et nobis quidem ipsi, qui hoc opus breviandi causa suscepimus, non faciem laborem, imò vero negotium plenum vigiliarum, & Iudorū assumpsum. At nihil est tam difficile, ut Spiritui sancto molestum esse possit. Quod si dicas spiritui sancto nullam quidem fuisse molestiam, sed scriptori.

Contra (subdit Vvitaker.) quando potuit historiæ Machabæicæ scriptori, tam nō molestum esse ex quinque voluminibus Cyrenæ Iasoni breue epitomen concretere? ex authore enim sumere, quod voluit, & quod noluit pretermittere, facilissimam certe fuit. Confirmatur, quia Spiritus sanctus non redigere solitus est in compedium prophani authoris historias, & quis fuerit Iason nescitur. Propheta nō fuit ergo. Idem Vvitak.

II. Principaliter arguitur, quod multa, quæ in his libris sunt, nec sacris, nec prophanicis historijs concordent. Probatur, quia 1. Machab. 1. scriptum est, Alexandrum Macedonem fuisse primum Græcorum Regem. At scriptores nedū Gentiles, sed & Christiani, inter quos Eusebius, multis ante Alexandrū annis in Græcia regnasse scripserunt, maximè apud Macedones, & primus perhibetur Gramæus: à quibusdā Carranus dictus, eo tempore regnans, quo apud Hebreos regnabat in Iuda Ozias, & in Istaël Ieroboam. Alexander vero 24. Rex Græcorum numeratur Iadō Pontifice Maximo apud Hebreos existente, anno mundi 4860.

III. Ibidem narratur Antiochus Epiphanes regnasse anno 137. regni Græcorum. Sed in ipsis Græcorū historiis (cum quibus etiam Eusebius concordat) scribitur ab Alexandri Regis tempore 153. annos intercessisse cum Antiochus regnare cepit.

III. 1. Machab. 6. scribitur Antiochum p̄ animi tristitia in lectum decidisse factoque testamento,

& in instituto regni successore diem obijisse. Sed Diodorus Siculus, & Polybius Megalopolita illum (cum Fanum Diana in Civitate Persarum Elimayde expilare moliretur) turpiter fugatum in morte in cuiusse, menteque captum graui etiam corporis morbo affectum fuisse, cuius vi consumptum interiisse scribunt. Est communis obiectio Hæret.

IV. 1. Machab. 8. scribitur de Romanis. Commitunt uni homini magistratum suum, per singulos annos dominari vniuersitate terre suæ, & omnes obedient uni, & hoc discrepat ab historijs, cum rerum summa à duobus Consulibus esset administrati solita. Quod si dicas, eis duo essent Consulēs, vni tamen commissa esse res publica videtur: quia alternis diebus imperare solebant, ex Liuio lib. 2. hist. Cōtra obijcit Iunius. Hoc non fuisset singulis annis vni, sed duobus per singulos annos, per dies vero singulos vni ē duobus fasces committere. Non ergo ita potest cohære responsio.

V. 2. Machab. 2. multa narrantur de sacro igne, & arca, & tabernaculo, & altari, eaque in monte quodam abscondita, ac posita à Ieremia fuisse dicuntur: & cum vellent quidam notari sibi locum non potuerunt inuenire, Hieremia dicente, quod ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, & propitius fiat, & tunc Dominus ostendet hæc. At hæc nondum in Hieremia, vel Baruch, vel in tota scriptura, non habentur, sed cum scriptura ipsa pugnant: nam ex cap. 37. & 38. Hieremias, ipse fuit in carcere usque ad excidiū Urbis, non poterat ergo prædicta auerte, & abscondere, nec enim id Principes, & sacerdotes permisissent. Capta vero ciuitate ex 4. Regum vlt. & Hier. 62. constat, quod Chaldaei templum incenderunt, omnia pretiosa aurea, argentea &c. diripientes, & secundi auferentes, ligna vero corabusta sunt Hierem 52. arca vero, & tabernaculum lignea erant. Non poterat ergo Hieremias fieri copia auferendi arcam Domini, & altare incensi, quæ erant auro purissimo operata, &c. Eiusdem etiam Hieremias prædictio frustrata videtur: nam post captiuitatem Babyloniam Iudei illam arcam, illud tabernaculum, illud altare, nec habuerunt, nec inuenierunt, nec istas res Deus postea cūquam demonstrauit, est Vvitakeri Iunij, & communis.

VI. 2. Mach. 1. dicitur. Cum in Persidem ducerentur Patres nostri. constat autem non in Persidem, sed Babyloniam adductos Iudeos.

VII. 1. Machab. 1. dicitur. Quinto, & quadragesimo, & centesimo anno edificauit Rex Antiochus abominationem idolum desolationis super altare Dei, quibus verbis significatur id factum esse, quod olim Daniel futurum prænunciauit dicens, & erit in templo abominatione desolationis, id vero longo post intervallo, nondum cogitasse, sed futurum docuit Christus Dominus dicens. Cum ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta stantem in loco sancto, qui legit intelligat, tunc qui in Iudea sunt, fugiant ad montes. Matt. 24.

III. Principaliter arguitur, quod inter se pugnare videantur hi libri. Probatur primo, nam quæ narrantur in secundo libro cap. primo de morte Antiochi nimis, quod fuerit occisus à sacerdotibus Naneæ, & membratim discriptus, pugnant cum ijs, quæ dicuntur 1. lib. cap. 6. vbi dicitur, quod in Babylone decumbens mortuus sit. Quin quod & tertium,

moris genus idem author tradit, dum lib. 2. cap. 9. à veribus scribit consumptum, cùm in Iudeam contuleret. Vnus autem homo non potuit tam multas variisque mortes occumbere. est Vvitak.

Confirmatur I. quia circa tempus mortis videtur repugnantia: nam 1. Machab. 6. mōrē eius accidit anno 139. Regni Græcorū: at 2. lib. patet fuisse mortuū anno 188. regni eiusdem, & cap. 9. anno 146. eiusdem regni idest biénio ante purgationem templi factam à Iuda, quæ ex 1. Machab. 4. accidit anno 148. eiusdem regni.

Confirmatur II. lib. 1. cap. 9. Iudas occisus dicitur anno 152. regni Seleucidarum. At in 2. cap. 1. anno 188. scribitur ad Aristobolum magistrū Ptolomæi. hoc autem impossibile est cum ante 36. annos mortuus assenseret, & si tunc scripsit anno 169. similiter ante mortuus inuenitur, quam scriptor illius epistola, viginti circiter annis. est Vvitak.

Confirmatur III. Lib. 1. cap. 4. Iudas templum purgasse dicitur ante mortem Antiochi post fugatū Lysiam, & lib. 2. cap. 10. post mortem Antiochi facta hēc templi purgatio legitur. est Vitak.

II. lib. 2. cap. 10. Antiochus Eupator Epiphanis filius regno suscepit, Lysiam rebus præfesse legitur; at lib. 1. c. 6. scribitur quod Lysias diu ante rebus præfuit, & Antiochum Regem instituit, quem Eupatorem vocavit. Vvita.

IV. Principaliter arguitur. Nam sancti Patres libros canonicos recensentes, hos silentio prætereunt, vt Melito epistola ad Onesimum, Athanasius in synopsi, Epiph. lib. de ponderibus, Ruffinus in symb. Phlastrius in catalog. Damascen. li. 4. orthod. fid. Nazianzenus in lib. carminum. Insuper nec in canone Concilij Laodiceni isti libri continentur. Gelasius, & Innocentius supra, vnum tantum recensent, & Heronymus præf. in Prou. vtrumque aperte excludit dicens. Machabæorum libros legit quidem Ecclesia, sed inter canonicas scripturas non recipit. & secundo libro contra Pelagianos Iosephum horum librorum authorē facit, de quo constat, quod non sit Prophetæ, & post Christum vixit extra terminos veteris testamenti, quare non potuit libros ad illum textum pertinentes describere. August. 2. contra Epistolam Gaudentij c. 23. ait, ab Ecclesia esse receptos, sed non certa fide. Greg. 19. moralium cap. 16. ait. De qua re non inordinatè agimus, si ex libris non canonicis, sed tamen ad edificationem ecclesiæ editis testimonium proferamus. Tum adducit aliquid de Machabæis. Ergo ante Gregorium, idest sexcentos post Christum annos Ecclesia libros Machabæorum pro canonicis nō habuit. ex Vvitaker. & alijs. Confirmatur nam alij tres libros Machabæorum enumerate solent, vt Athanasius in synopsi, Eusebius in chronicis, & canon Apostolorum 84. Quartum quidam recensent. Varia ergo est etiam sententia catholicorum.

#### Cofutatio eorundem . Ex orthodoxorum firmamentis .

**S**ed contra est, supposita authoritate Ecclesiæ, diuinæ scripturæ testimonium. 1. Ioh. 10. festum Enceniorum celebrauit Christus ambulans in templo, eumque diem, nedum verbi prædicatione, sed & illustri miraculo clarum fecit. Hoc autem festum à

Machabæis institutum est. Sicut ergo celebrando festivitates alias, Pentecostes, Tabernaculorum, &c. declarabat, se Moysis libros probare, quibus illæ celebrandæ præscribuntur, sic libros Machabæorum dignos approbatione iudicauit, quando que ibi statuta sunt religiosè seruauit.

II. Paulus epistola ad Hebreos 11. ex his libris historiam desumere videtur. Aly, inquit, distent sunt non suspicentes redēptionem, ut meliorem inuenirent reūrectionem: eo ordine eam censens, quo alijs exercitas è libris Geneseos, Iosue, Iudicum, Regum, in qua historia ad necem Machabæorum septem fratrum oculos direxit, quod non leue argumentum facit idem verbum ἐπιμετράντος disterti usurpatum, quo etiam author librorum dictorum usus est. Sed & Caluinus, Beza, Marloratus aperte dicunt Paulum eā designare persecutionem, quam Antiochus exercuit, & 2. Machab. lib. refertur.

III. Danielis 11. (de quo lege Rabanum hoc ponderantem in comment. lib. Machab.) Daniel multis ante annis, sicut in dictis libris describitur prædixit, & reuelauit, bella fortiter gerenda pro legibus diuinis, & traditionibus, nec non admirabiles Machabæorum victorias de infidelibus, atque tyrannis eorundemque Machabæorum victorias de infidelibus atque tyrannis eorundemque Machabæorum aduentum, zelum, pietatemque descriptis. Hoc autem non paruam illis autoritatem conciliat. Etiam legendus Rupertus in c. 1. Zach. qui cornu illud magnum in Zacharia intelligit extitisse Regnum Græcorum, & & cornu illud paruum magnificatum usque ad fortitudinem celi in Daniele in cap. 2. descriptum intelligit extitisse Antiochum illustrem. de utroque autem fit mentio in lib. Machabæorum.

II. Principaliter, nā doctissimi, & vetustissimi Hebrei has historias citant sapissime, vt Iosephus Matthatiæ, & Iosippus Goronius filius, Author libri illius, qui inscribitur, Seder olam zutta, quod non leue argumentum est horum librorum litionem in populo usitatam, atque frequenter fuisse, tantæque authoritatis, vt ex illa satis firmam probationem desumex citatione demonstrent.

III. Principaliter ex epistolis decretalibus, Conciliorumque decretis, de quibus supra, quibus adde Concilium Aquense sub Pipino lib. 1. cap. 28. & Triburicense cap. 34. quæ ex his libris desumunt testimonia.

IV. Principaliter ex Patribus. Dionysius tanquam e diuina scriptura testimonium citat, dum Angelorum virtutum signa, quibus in sancta scriptura apparuerunt, enumerat apparitionem equitis cataphracti, qui Heliodorum oppressit. hoc autem habetur 2. Machab. 3.

Ægyptius in proœmio sic dicit. Machabæorum quoq; res gestas propheticus sermo paucis absolvit, &c.

Origenes lib. 2. Peri arc. cap. 1. ait, vt autem ex scriptis piarum autoritate hoc in se habere doceamus, audi quomodo Machabæorum libris, ubi mater septem martyrum vnum ex filiis cobortatur ad toleranda tormenta. Idem hom. 3. in cant. intercessionem sanctorum probat, dicens. Scriptum namque est 2. Machabæorum 15. cap. Hic est Hieremias Dei Propheta, qui semper orat pro populo, eosdem libros idem author inter veteris testamenti libros recenset dicens, ad cap. 5. in epistola ad Romanos. Veteris testamenti legant Macha-

chaborum libros, ubi cum omni instantia beata mater cum septem filiis martyrum patienter excipiunt. Damascenus oratione p̄ defunctis. Animaduertite, inquit, quid scriptura sacra de Iuda Machabaeo memorie prodiderit. & infra, Vnde factum est, ut divina scriptura quemadmodum aliis nominibus ita hoc quoque nomine summis laudibus euexerit, atque mirificè commēdarit.

Testimonium illorum Patrum adduci potest, qui et si Machabaeorum libros sacram Scripturam non vocent, ex illis tamen testimonia assument, vt Eusebius de pr̄parat. lib. 12 c. 1. Basilius in constitut. Monast. c. 13. Ephrem Syrus Patenēsi 25. Nazianzenus oratione 20. quæ est in laudem Basilij, & oratione 22. quæ est de Machabaeis. Theophilus Alex. Epistola 1. Paschali. Chrysostom. hom. 37. in Matth. & 77. & hom. 4. de verbis Eliae. Isid. Pelusiota 3. lib. ep. 4. Theodoret. in psal. 43. Elias Cretenis in orationem 4. Nazianz. Moses Barcepha de Paradiſo c. 19. Meta phrasēs de Clemente Ançyrano.

Ex Patribus latinis est testimonium Cypriani epistola 55. lib. 1. Epistolarum. Cum occurrat, & moneat scriptura diuina dicens: Ille vero, qui pr̄sumit, & contumax est vir sui iactans nihil omnino perficiet; qui dilatauit tanquam infernus animam suam. Et iterum, & verba viri peccatoris ne timueritis, &c. 1. Machab. 2.

Lucifer Caralitanus lib. de non parcendo in Deum delinquentibus. Loquitur, inquit, sancta Scriptura dices in Machabaeorum lib. 1. c. 1. & scriptu Rex omni regno suo, ut esset uniusversus populus unus, &c. & idem loquitur ait sancta scriptura dicens. Appropinquauerūt dies Mataibz moriendi. &c.

Ambrosius 3. de off. c. 14. denique quod consumptum est sacrificium suo peccato erat. Vnde Moses ait sicut in Machabaeorum libro scriptum est. 1. Mach. 2. eo quod non sit manducari, quod erat pro peccato, consumptum est.

Hieronymus ad c. 2. 1. El. Plerique nostrum, & maximè Machabaeorum Principum Cetim Italia, Macedoniæque insulas arbitrantur. Hoc enim Scriptura commemorat, quod Alexander Rex Macedonum egressus fit de terra Cethim 1. Mach. 1.

Augustinus de ciuitate lib. 18. c. 26. Machabaeorum libros non Iudei, sed Ecclesia pro canoniciis habet, propter quorundam martyrum passiones vehementes, &c. eosdem cum alijs libris canoniciis recenset lib. 2. de doctrina Christiana c. 8. & lib. de cura pro mortuis agenda c. 1. ait. In Machabaeorum libris legimus oblatum pro mortuis sacrificium. Sed eis nusquam in scripturis veteribus omnino legeretur, non parua tamen est universæ Ecclesia, que in hac consuetudine claret, autoritas.

Rupertus Abbas in vita sancti Heriberti c. 11. ait de eximio Propheta sacra narrat pagina, hic est fratribz amator, & populi sui, qui multum orai pro populo, & ciuitate ista, vt sacram Scripturam eosdem libros veneratur, de victo. Verbi Dei lib. 10. c. 8. & 9 & 14.

Richardus de S. Victore lib. 3. de erudit. interioris hominis c. 3. Siluit, inquit Scriptura, terra Iuda diebus paucis. Si terra Iuda vix potest paucis diebus silere, quanto magis mare?

Petrus Cluniensis ep. 2. contra Petrusianos lib. 1. Succedit, inquit, sacrorum librorum authoritas, & tam canonis diuinæ, quam aliorū voluminum ei coherentium, & ab Ecclesia traditorum clarissimus sonus, & erroris tenebras luce sua discutiat. Ac primo omnium Machabaeorum liber secundus in medium adducatur, ex quo famosissimam lectionem, et in sacrificiis diuinis, que assidue per totum mundum pro mortuis offeruntur

quotidie frequentatā contradictor hereticus audiat, &c.

Thomas Aquinas 2.2. q. 83. ar. 11. Sanctos in patria orare pro nobis, ex 2. Machab. ultimo probat, hic est Hieremias Propheta Dei, qui multum orat pro populo. Extant cōmentaria S. Thomæ in eosdem libros reperta. de quibus legendis est prologus Stephani de Sampaio de auctore commentariorum super eundem librum. hic liber commentariorum impressus est Lutetiæ 1596. apud Michaelm Sonnum.

Testimonium aliorū Patrum Latinorum adduci potest, qui ex his libris honorificè testimonia assument ad probanda dogmata, vel instruendos mores, vt Tertull. aduers. Iudeos c. 4. Cyp. ep. 16. alias lib. 4. epist. 6. & de exhortatione martyrij c. 11. Hilarij in ps. 125. Arnobij iunioris disputatione de Deo Trino, & Vno. Eucherij homil. de Machab. Leonis primi serm. de Machab. Bedæ dial. 99. in lib. Regum c. 12. Ansberti in Apoc. Bernardi serm. 13. in Cantica.

Sed respondent largè à Patribus, præsertim Augustino, dictos libros, Canonicos appellari. Sed hæc fuga satis, superque confutata est, & in ea notione Fati, eosdem libros canonicos vocant, quam usurpauit Aug. epist. 19. dicens, Se solis illis scripturarum libris, qui iam canonici vocantur, eum habere honorem, ut eorum auctorē in nulla re minima errasse, firmissime credam.

Respondent iterum, præsertim Vitakerus, qui Augustini volens infringere testimonium, ait, si ex Augustini testimonio libri Machabaeorum dicuntur canonici propter supra dictorum Martyrū historias, non simpliciter sunt canonici. Nam qui vere liber canonicus est, is absolutè, & omnino totus, non propter hanc, vel illam partem, vel causam recipiendus est.

Contra, quia non fuit illud principale motiuum ab Augustino assignatum, vt illi libri pro canoniciis haberentur; sed istud, quia Ecclesia pro canoniciis habet: cuius receptionis Ecclesiasticæ aliquam causam assignas, insigne illud martyrum, quod valde ad informationē fideliū cōducebat, rationabiliter assignavit, vt clarè sonat verba eius, scribēs cōtra Gaudentium.

V. principaliter arguitur, quia ab antiquissimis temporibus in Ecclesia Catholica legi cōsueuerunt, & præter multos ex dictis Patribus, inter quos vide Gelasium d. 15. c. 5. Rom. Hugo Victorinus sic dicit, A Kalendis Octobris usque ad Nouembrem Machabaeorum libri leguntur, & cantantur inde responsoria.

Respondet Vitakerus, quia leguntur, & in aliquo pretio habentur, in hunc sensum Ecclesiam habere illos pro canoniciis, quanquam ait, non omnino imparē cū reliquis auctoritatē, fidemq; sumantur.

Contra, quia etiā deberent dici canonice Sanctorū scripturæ, & homiliae, quæ etiam in Ecclesia leguntur, & in pretio habentur; sed ab initio inter libros Machabaeorum, & Patriū scripta distinctio hæc facta est, quod hi vt diuina scriptura habiti sunt, illi vero minimè.

VI. principaliter ad hominem ex testimonij antiquorum, & recentiorum hereticorum. Donatistæ, & Catholicis suaderent, licitam esse voluntariam suimet occisionem, vt testatur Augustinus epist. 71. & 2. contra Gaudentij epistolam, facta Eleazari, & Raziæ, putantes se diuinum adhibere testimonium, quod tñ prauè detor quebant, & ijdē PP. obijciebant.

Lutherus prolog. super lib. Machab. dicit, Primum librum tam dignum esse, vt recipiatur in canonem, quā dignus est secundus, vt inde excludatur. Saltem ergo alij sui Symmictæ à primo lacerto dentes cohibere deberent. Sed in disputatione Lypscia fol. 280. quid de

de ambobus libris senserit, satis apparuit. Respōdens enim Ekio, sic dixit. *Tria per ordinē dominus Doctor copiosissimē contra me pro equitus est. Primum, canōnem sacrae scripturæ comprehendere libros Machabæorum. Deinde Purgatorium probari etiā aliis scripture locis, &c. Respondeo de duobus primis nulla est questio inter me, & dominationē suā ibidemq; eā confessionē edidit. Admitto & illud 2. Machab. 12. Sancta ergo, et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, etc. & in Præf. in lib. 1. & 2. Mach. aperte ait, Dignum alioqui (si suffragia pro mortuis non afferuerit) ut in numerum sacrarum scripturarum relatus fuisset, satis alioqui canonicum iudicat, si preces pro defunctis negaslet.*

Caluinus in c. 22. Matth. de suis conqueritur, quod ecclesiasticum, & Machabæorum libros ita reijciant, ac Saducei Penratheucum.

Conradus Pellicanus Minister Tigurinus præf. in tom. 5. inuchitur in eos, qui Machabæorum libros vocarūt apochryphos, dixitque, *rectius Ecclesiasticos, & Biblicos appellari, & communem obiectiōnē propulsans, ex Hieronymo sumptam, quod Ecclesia hos libros legit quidem, sed eos intra canonicas scripturas non recipit, &c. apta distinctione loquens, ait, Non sunt ut canonici in autoritatem proliti aduersus Iudeos.* Albericus Gentilis in sua de Machabæico 1. disputatione ad Anglum pseudoepiscopū Tobiam fiscritpsit, *In primo dum versor Machabæico, verso que que Theologi contra illum obseruant, non me sanè valui contineare, quin excuterem singula diligenter, & plura deprehendi infirmiora, que in latam litem de verbo Dei proferrentur. Eodemque libro talium Theologorum calumnias soluit.*

Scaliger de emendat. temporum f. 406. ait, *Prius Machabæorum volumen hebraicē scripū est ab auctore, exīsum opus, ex quo omnem Machabæorum historiam hauit Iosephus. Vtinam ipsum hebraicum extaret. Et Io. Drusus ad Scalig. ep. 12. Primus, ait, Machabæorum, quem merito laudas, videtur esse eis, qui apud Goronidem compositorem historie hebraicæ, liber Hasmanæorum vocatur, erat autem liber singularis.*

#### CONCLV SIO C A T H O L I C A.

*Libri Machabæorum diuinitus sunt inspirati, primus scilicet, & secundus.*

Respondeo dicendum, quod in libris quoque Machabæorum supposita traditione Ecclesiæ propheticas inspicimus predicationes, nam, ut dicit S. Prosper de promissionibus, & predictionibus temporum, p. 2. c. 40. *In matre illa filios ad vitam premitens, sancta designatur Ecclesia, que simili oratione suos agit filios, quibus contemptum mortis inculcans, ad veram vitam Christum transfere compellit, ut sit ipsa in regno Dei perfecta cum filiis, qui ei dicunt, Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia? Narratur autem ibi historice fortitudo Hebreorum ducum aduersus gentes: necesse enim erat, se tam nobiles triumphos, de illis reportatos, per quos diabolus deliberauit extirpare a borem feracē fructus æterni, illam gentem delendam satagens, de qua Christum oportebat nasci secundum promissionem Dei firmatam iuramento ab Abraham, & David, ut dicit Rupertus in c. 26. Matt. Non est ergo cur à ceterorum voluminum numero libri isti arceantur, cum*

mystica cōrīneant, & historias, quibus defensio illius gentis, de qua Christus erat nasciturus, divina ope facta monstratur. Vtrumque autem copulans Hieronymus prolo. super libros Machab. dixit, *Machabæorum libri duo prenotant prelta inter Hebreorum Duces, gentemq; Persarum, pugnam quoque sabbathorum, & nobiles Machabæi Duciis triumphos, ex cuius nomine, & libri iidem sunt nuncupati. Hec quoque histōria continet etiam illa gesta Machabæorum fratrum, qui sub Antiocho Rege pro sacrīs legībus dirata tormenta perpessi sunt, quos mater pia dum diuersis suppliciis urgerentur, non solum non fleuit, sed & gaudens bortabatur ad gloriam passionis.* Quis autem horum fuerit author, postea dicetur.

#### Solutiones oppositionum.

A D I. respondetur. E tali vena, talis temperatura. Non mitum, si libros hos reijciunt hæretici eo capite, quod pro defunctis orauerit Iudas, quia orationes, & sacrificia fieri debere pro ijsdē negat, cōtrariū docēte Ecclesia Catholica, vnde Augustinus serm. 34. de verbis Apost. *Orationibus sancte Ecclesie, & sacrificio salutari, & eleemosyuis, que pro eorum spiritibus erogantur, non est dubium mortuos aduocari, &c.* Hoc enim à Patribus traditum uniuersa obseruat Ecclesia, &c. & in specie lib. de cura pro mortuis habenda c. 1. ex hoc loco, & facto Iuda probat oblationem sacrificii pro defunctis, similiter lib. 3. de anima c. 12. S. Prosper lib. de predicatione, p. 2. c. vlt. S. Bachiatius Ep. ad Iouianum. S. Damasc. oratione pro defunctis. Rabanus in hunc locum. Petrus Venerabilis lib. contra Petrusianos, & alij PP. Sed si temere peccati incusant Iudam in tam pia, & religiosa ista actione, locum designēt, vbi tale factum damnatur. Quod si ad solempnes suas negotiās configuant: quia non reperitur hoc scriptum in Leuitico, &c. sciant sacerdos iteratum eorum hunc cocysimum, explosum esse; non enim id fidem solum scriptum verbū pertinet. Deinde sciant in hoc facto Iudam necedū sequuntur esse traditionem Patriarcharum, Propheta rum, &c. (apud quos, ut etiam ministri in Apologia latina, velint, nolint, confitentur, ieunia, oblationes, &c. pro salute defunctorum fieri solita) sed etiā verbo Dei scripto nixum; inspexit, n. ad sanctuarī re purgationem, & antiquæ religionis Hebreorum restitucionem à Daniele cap. 11. prædictam: in qua religione, ut dictum est, hæc etiam consuetudo pro defunctis exorandi efflorebat. Ad Leuiticas præceptio nescirca sacrificia inspexit pariter, quibus ex veterū Rabbinorum sententia, etiam pro defunctis offerri mandabatur. Eius rei testes multi, ut Genebrardus libello, que ē Machzor vertit. vbi precandi ritus Iudeorum ponuntur. Imo ex hæreticis Munsterus ē Fagio in Deuteron. 14. & Vitakerus contra Duræum fol. 81. de eodem more Iudeorum orandi pro defunctis faciunt mentionem. Ipsi quoque Nouatores suis defunctis vitam, & gaudium æternum pre cantur, sic Helias Huttenus in præfat. Bibl. Hebreorum, & Crusius in suo Turcogræcia. Sed nulla fuerit traditio, nulla scriptura: religiosa fuisset actio ab instinctu diuino agrapho, & à pietate adiunctis comitibus fidei, spei, & charitatis proficisciens, quā commē dare tenentur, ne Abelis sacrificia, Sethi pietatē, Enochi religionem, Magorum ad Christum aduentum, plebis,

plebis, & Apostolorum obsequium, in ingressu Domini in Hierusalem, Nicodemi, & sanctorum mulierum in funere, & sepulcro Christi, quia nullo precepto scripto mandantur, reijsere cogantur. Mirum est autem, quod audeant dicere tale factum non esse commendatum, cum contrarium sentiat vniuersus Patrum antiquorum chorus, ut supra dictum est. Legendi Petr. Cluniacensis, Rabbanus, Augustinus, Damasc. & ceteri supra.

Ad confirmationem, quam ex Lyrano suffurati sunt, respondetur, non peccasse illos peccato idolatriæ, cum sacer textus dicat, cum pietate dormitionem accepisse, unde ly cum pietate, etiam Lutherus, & Melanchthon interpretantur, cum vera fide, qui si in idolatriæ peccato mortui essent, nullo modo orasset Iudas, vel sacrificium obtulisset, sicut nec modo pro infidelibus Ecclesia orat. Peccatum ergo fuit cupiditatis, & avaritiae. Sed an fuerit hoc peccatum mortale, vel veniale controvrsum est. Quidam dicunt, hoc peccatum fuisse veniale, & hi facilime se extricant ab hac difficultate; inter hos numeratur S. Thomas in additionibus q.71. a.5. ad primum, ubi dat respōsionem vnam, quod donaria idolorum non acceperunt illi in reuerentiam idolorum, sed vt victores, & iure belli, tamen per avaritiam peccarunt venialiter. Sed non desunt alij sustinentes tale peccatum fuisse mortale, exstabat enim Dei præceptum Deuteronomij 7. quo cauebatur ne res quoquis modo ad idola pertinentes concupiscerent Hebræi, volētis effectu, & affectu ab illo populo idolatriam extirpare. Obligasse vero ad mortale colligitur ex forma prohibitionis, dicitur enim. Ne offendas propter ea, quia abominatione est Domini Dei tui. & iterū ibidē: Ne fias anathema sicut & illud est, quasi spurcitiam detestaberis, & velut inquinamentum, & fordes. ex pena illata transgressoribus, ut patet de Acham, nec ex ignorantia excusari vllus militum poterat, cum id scire omnes tenerentur. Hi ergo qui afferunt fuisse culpam mortalem, si non omnes, saltem aliquos potuit pœnitere, vel ante congressum, vel in ipso congressu, nam etiam alijs dicitur psal.77. a Deo percussi multi Hebræorum, cum occideret eos, quererant eum, & sic, ait S. Thomas supra, potest, probabilitate estimari. Quia vero non constabat pro quibus in speciali offerri deberet, pro omnibus cum pietate defunctis oblatione facta est: sicut modo etiam sacrificium pro omnibus regeneratis offertur, ait Augustinus lib. de cura pro mortuis, quia discerni non potest, quibus proficit, & si omnibus non proficit. Nec temere talis oblatione facta est, quia de pœnitentia non constabat. Satis enim erat moralis certitudo, vel proinde pia de pœnitentia præsumptio, cum constaret cum pietate, & vera fidē dormisse, qua adiuti cum auxilio diuino pœnitentiam agere potuerunt, quæ quia non ad plenum maculas absterit quantum ad pœnas, sacrificio quo expiarentur eguerunt. Vel dicendum, quod potuerunt etiam esse alij, qui eo scelere contaminati non essent, & pro his tantummodo oblatum sacrificium, hi enim cum pietate dormitionem acceperant.

Ad II. factum Iudei commendatur, quod nō tam suis viribus, quam Dei potentia natus sit. Vnde ibidem 2. Mach. c.8. dixit. Nam illi quidem armis confidunt simul & audacia; nos autem in omnipotente Domino, qui potest, & venientes aduersum nos, & uniuersum mundum uno nutu delere consaimus. Secluso ve-

ro omni auxilio, potest adhuc dici fortissimus: nam, vt dicit Arist. 3. Ethic. Fortis timet, & audet quando oportet, & propter quod oportet; talis autem audacia commendatur, quando nulla ex ingruentibus, vel circundantibus hostibus evadendi spe remanente, eosdem hostes aggreditur, quæ audacia potius fortitudo dicitur. de qua re lege Amb. 1. offic. 41.

Ad III. laudatur Razias in scriptura, quod fuerit (ait Augustinus lib. 2. contra Gaudentij epist. c.23.) amator ciuitatis terrenæ illius Hierusalem: Quod continentiam seruauit in Iudaismo: quod pater Iudæorum sit appellatus. Non est autem laudatus de illo facto propriæ occisionis. Vnde ait consulto dictum est, Quod elegerit nobiliter mori, cui melius fuisset velle mori humiliter, sic enim utiliter: nobiliter autem mori voluit, ne libertatem sui generis captiuus amitteret; at non humiliter, debens sustinere potius hostium seruitutem, quam propria manu perimi. Vnde non fuit eligendæ mortis sapiens, sed ferendo humilitatis impatiens. Utiliter vero dicitur se de muro precipitasse, vt non muliebriter se gessisse significaretur, sed non propterea fideli salubriter, quia non fortiter, nec humiliter. Qui etsi exanguis inuocarit dominatorem vitæ, & spiritus, nihil aliud, ait Augustinus, postulauit, quam vt iterum sibi vita, & spiritus redderetur. Nec tunc aliud poposcit, quo boni discernuntur à malis. Hanc autem mortem mirabiliorum, quam prudētiorem narravit, quemadmodum facta esset, non tanquam facienda esset scriptura laudavit. Pari modo Saul factum non tanquam forte, sed vt minimè muliebre à scriptura recēsetur, & pari modo vt vitile admirari possumus, non tamen laudare, cum etiam secundum Aristotelem, seipsum necare potius timiditas sit, quam actus fortitudinis. Lege eundem Aug. epist. 61. & de hæresibus nu. 69. & S. Thomam 2.2. q.64. a.5. ad 5.

Sed & dici potest speciali instinctu hoc facere potuisse Razia, vt scribit Theologiae in Hispanijs restitutor (relect. de homicidio) doctissimus, & eruditissimus Pater F. Franciscus noster à Victoria, ē cuius suppellebili ditati, in lucē quotidie multorum theologici libri prodeut. Sic & Sampson fecisse legitur, ex Aug. 1. deciuit. c.26. Quod factum, vt ait idem Augustinus 2. contra Gaud. c.23. spiritui Dei tribuendum est, qui vsus est eo, vt faceret, quando illi affuit, quod facere non poterat, quando illi spiritus defuit. Quæ responsio non est aliena à mente eiusdem Augustini, qui eodem capitulo Raziam cum Sampsonem comparat. & infra, Donatistas incusat his verbis, Si & ipsum Razia interrogare possetis, respondebit vobis, Ego non potui fugere. & concludit, Vos ergo nec Christum Salvatorem, nec Tribunum persecutorem, nec Raziam authorem habetis.

Vt cumque tamen sit, sobriæ legendam monet S. Augustinus hæc historiam, ne quis putet hoc factū imitandum, quod narratum ante oculos constitutum est, non laudatū, vt idem epistola ad Dulcitium dicit. Et iudicandum potius, quam imitandum, nō nostro humano iudicio, sed iudicio sobriæ doctrinæ, quæ in ipsis quoque libris veteribus clara est. Quare nihil concluditur ab aduersarijs, cum dicunt, Sobriæ hæc historia legenda est, ergo non continet veritatem. Nisi enim ebriæ cōcludere quis velit ista collectione; Sobriæ legēda sunt caput primum Genesios, factum Oſez, similiter polygamia Patriarcharum, Cantica

Canticorum, ergo hæc non sunt canonica. At quis vana hæc, & ventosa ἀτεμπάλια, non rideat.

Ad IV. respondetur, non de errato aliquo veniam peti, neque de sermone minus compto, cum etiam græcam eloquētiā ijdem libri redolere videantur; sed de exquisito sermone, quali historici loquuntur in singulis factis, & dictis recēsendis. Quod probatur à simili, quod adducitur; subdit enim, *Sicut enim vi-nūm bibere, aut semper aquā contrariū est: alernis autē vīi delectabile, ita lēgentibus, si semper exactus sit sermo, non erit gratus.* exactus, ait Lyranus. i. disquisitus usque ad partes singulas, qualis est sermo historicus, cui competit singulas partes diligenter inquirere: accuratissimam igitur hanc disquisitionem sibi concedendam petit author. Cæterum simpliciter sermo iste per abbreviationē ab authore assumptus, vt congreuens suo instrumento cōsummatus dicitur, atque perfectus, quo instrumentaliter usus est Spiritus sanctus, cuius omnia perfecta sunt opera. Et per hæc cessat obiectio Vvitakeriana; nam etiam si demus imbecillitatis, & exilitatis suæ concium authorē in scribendo fuisse, tantum abeat, vt hoc authoritatē canonica derogeret, vt potius ex hoc capite etiā roboretur, quod per imbecillem scriptorem tanquam instrumentum scribā velociter scribentis, Spiritus sanctus canonica scripturā descripsit, non secus ac apostolica lingua Pauli, rudi tamen, & impolita usus est in loquendo, & dictando mysteria diuina, qui nec per concessionē συγχρητικῶς, dūntaxat & ex aliorum sententiā dixit se imperitum sermone, sed absolutē κατηγραφικῶς, cum alibi se non instrūctum persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, ex pressæ fateatur. Nil ergo concludit aduersarius, βουβύλος, qui ad mellificandum inutilis fauos sibi nectit ex luto.

Ad V. respondetur per responsionem ibi datam, nempe cum molestia scriptoris stare Spiritus sancti indefessionem. Ad instantiam Vvitakerianā respondetur, quod à plerisque maior iudicatur labor, aliorum opuscula in epitomen red gere, quā illa de nouo efformare, aliena resarcire, quām propria cōstruere. Ad confirmationem nunquā sequitur ista consequentia, quod liber non sit canonicus, quia est abbreviatio aliorum librorum. Deuteronomium enim compendium viderur Exodi, Leuitici, & Numerorum: Paralipomenon, epitomen librorum Regum. sed & psalmi 104. 105. 106. compendiosē enarrant multa, quæ habentur in Genes. & Exod. Marcus existimat à plerisque Matthæi abbreviator, & epistola Iudæ epitome censemur duarum epistolarum Petri. nec illa derogant canonicae ipsorum authoritati. Sed nec obstaret, si daretur, quod Iason scriptor profanus fuerit, nam à profanis etiam Apostolus testimonia assunit, quæ vt Apostolica voce probatur, veritatem continent infallibilem, ita & in proposito. Vnde Lutherus scribens in epistolam Iacobi, dixit, *Quicquid Christum docet Euangelium est, et si à Iuda, Anna, Pilato, & Herode fiat.* Et Beza prolegom. in Apoc. Veritas aliunde potius, quām à scriptore pendet. Sed & illud ab aduersario probari deberet, Iasonem Cyrenæum fuisse profanum; potuit eam sanctus quidem, & bonus ex iis Iudeus: multos enim in Cyrene probos exitisse Iudeos tam sacra perhibet scriptura, quām antiqui scriptores Artemidorus lib. 4. c. 6. & Iosephus lib. 14. c. 12. lib. 16. cap. 10. lib. 7. cap. 38.

AD SECUNDÆ CLASSIS argumēta respōdetur, & ad primū dicitur ex Rabano, qui hāc difficultatem mouit; Quod idcirco primus in Græcia regnasse dicitur, q̄a ceteris Regibus in hac, vel illa parte Græcia, nem peapud Lacedæmones, vel Macedonios, vel Corinthios, aut Athenienses, antea regnabitibus, primus ipse, & solus tāquam Monarcha in tota Græcia regnauit. Nam subuersis Thebis in Persas arma corripiens, apud Granicum flauium inito certamine, Darij duces superauit, & ad extremū ipsum percussit arietem, & duo eius cornua confregit, Medos, atque Persas, misitq; eum sub pedibus, & vtrumque cornu suo subiugavit imperio. Hanc responsionem secuti sunt noster Hugo, & Lyranus, & ceteri, eamq; à Me-thastene illius temporis scriptore acceperunt.

Ad II. Rabanus, ex Eusebio dicit, quod author horum librorum, hanc supputationem facit, recensendo regni Græcorum initium non ab Alexandro, sed à Seleuco, qui & Nicanor, & successor Alexandri, qui regnauit in Syria annis 32. cui successit Antiochus cognomento Sother, qui regnauit 19. annis postquam regnauit Antiochus, alias Thers 15. annis. Huic succedit Seleucus cognomento Gallericus, vel Callinicus filius Antiochi regnans annis 20. post quem regnauit Seleucus Ceraunos filius Seleuci, vel Galleri annis tribus. In regno eodē hunc sequutus est Antiochus Magnus, pater Antiochi Illustris regnans annis 36. qui successorem habuit Seleucum, qui & Philopator dictus est, 12. annis regnantem. Huic successit Antiochus Epiphanes cognomento Illustris, filius Antiochi Magni, & frater Seleuci Philopatoris, qui & regnauit annis 11. facta autē computatione à Seleuci Nicantonis regni initio usque ad initium Antiochi Epiphanis conficiuntur anni 137. Quod si cum Græci computationem faciamus, non numerando à Seleuco, sed ab Alexandro tunc ultra annos 137. accipientur vndecim anni expleti à morte Alexandri post quos regnare cœpit in Syria Seleucus Nicanor, & quinque addanrūt anni, quibus Alexander prius regnauit tāquam Monarcha totius Græciae, secundum supputationem græcam supradictam, inueniemus Antiochū Epiphanē regnare cœpisse anno 153. regni monarchici Græcorum; vnde nulla est contradic̄tio: sed mira consensio. Nulla ergo dissensio est in re, sed sola in supputandi modo diuersitas ex diuerso initio regnandi Alexandri, & Seleuci. Vide nostros Sixtum 8. Bibl. hæref. 12. Can. 1.2. de loc. c. 11. ad 4.

Ad III. respondetur ex Rabano illud esse Græcorum mendaciū, non enim potest stare quod cum omnes dij gentium sint demona, hanc vltionem reportarit, quod tentasset Diana templum deuultate. Credibilius autem apud infideles etiam debet esse, quod cum contra verum Deum insurrexerit, ob sacrilegium in templum perpatratū, sicut ipse Antiochus fatebatur, diuinam senserit vltionem, non ex flagitio in Idola meditato. Quare magis historico nostro canonico, quām Græculis istis fides adhibenda est.

Ad IV. dicitur, quod vñtas, quæ hic asseritur non contradicit Consulūm pluralitati, nam vni committebatur, qui vocaret Consules, ait Lyranus, ad consilium, sicut in multis ciuitatibus, subdit, singulis annis vñus constituitur major super alios Consules. Porro duos Consules, qui iura omniaque regum insignia habuerint ex historijs compertissimum est, quia au-

tem cauebatur ne ambo simul imperarent; sed alter alteri per singulos menses fasces, securesque concederet, ne si ambo fasces haberent, duplicatus esset terror, duoque Reges pro uno acceptarentur, illa alternatio uni singulis mensibus cuncta committendi facta est. lege Onuphr. de Rom. Principibus Genebrar. 2. chron. anno Vrbis coditæ 243. Nec aliquid conficit Hunniana instantia, quia licet Consules per annum alternatim imperarent, adhuc uerum est uni commissas fasces, traditumque magistratum singulis annis: semper enim unus imperabat, sed nō idem. Potest etiam responderi commodè hunc locum exponi non de Consulibus; sed uel de Imperatore, qui cum suo exercitu in Provinciam destinabatur, vel de Dictatore, qui quotannis dum opus esset creabatur, ut dicunt quidam. Quod si hoc non placeat, tandem dici potest duos illos Consules quia uno nomine, & autoritate imperabant vnum magistratum fuisse, vel quia inter ipsos diuisa erat iurisdictio circa actiones (vnum siquidem bellica, & extera regebat, altera domestica, & urbana) vni gubernationem respectuè fuisse commissam optimè dici potest.

Ad V. respondetur illud testimonium nō desumptum est ex libris Hieremij, vel Baruch, quiā inter canonicos recensentur, sed ex alio libro attulato, Descriptiones Hieremij Prophetæ, quæ dolo Hebreorū interciderunt, vel adulteratæ inter apochrypha iacuterunt, & hunc fortasse legit S. Hieronymus, dū testatur vidisse quoddā volumen Hieremij apochryphum; in quo descripta erāt illa verba quæ habentur Matt. 27. Et acceperunt iriginta argenteos preium appretiati, quæ vt à Hieremij dicta citat S. Matthēus Euangelista, ex Sixto Senen. lib. 8. h̄es. 12. solutione difficultatis 2. Nec quæ ibi traduntur cum sacris litteris pugnant; nam si teneamus cum Sancto Epiphanio in vita Hieremij Prophetæ, non fuisse hæc facta obsidionis tempore, sed cum Hieremias esset in carcere prædicens urbis, & templi direptionem, sub Sedechia futuram; potuerunt hæc omnia abscondere pij viri hortatu Hieremij, ac proinde recte dicitur, Hieremiam id fecisse, quia Heremij hortante id à pijs viris factum est, & hoc apertè innunt verba textus dū dicitur, inuenitur in descriptiōibus Hieremij Prophetæ, quod insit eos ignem accipere, qui transmigrabant, & vt mādauit transmigratis. est autem vulgare proloquium, quod qui per alios facit, per se ipsum facere videatur. Quod si ipsum immediatè velimus dicere hæc omnia præstitisse, non est inconueniens dicere, ante tertiam captiuitatem sub Sedechia futuram; tempore Ioachin, sub quo secunda captiuitas contigit, Hieremiam non fuisse tūc carceri mancipatum, & ab ipso obtinuisse Arcam auferri, & abscondi, & verisimile est illi in hoc Regem Ioachin gratificatum: tanti enim fecit Hieremiam, vt eius hortatu etiam se tradiderit sponte Regi Babylonis, vt patet Hieremij 27. & 29. Si vero teneamus cum Michaelē Medina 6. de recta in Deum fide c. 13. obsidionis tempore hoc fecisse Hieremiam, nō est inuerisimile id obtinuisse à Nabuchodonosor, apud quem maxima authoritate pollebat, vt patet ex Hieremij 39. Potuerūt autem abscondi prædicta post urbem iam occupatam, antequam templum diriperetur, & incende retur (dies enim multi ab occupatione urbis usque ad templi incensionem, & directionem effluxerunt) vnde à militibus diripi non-

potuerūt. Et licet alia direpta sint, hoc est maximum argumentum Arcam, & tabernaculū rapta non esse; cum tam exactè Hierem. 52. alia omnia pretiosa, & minutiora sacra singillatim enumerentur, quæ à viatoribus in Chaldeam sunt asportata, & postea restituta, nulla tabernaculi, & Arcæ mentione facta, de qua maximè fieri debebat mentio, cum omnium rerum carissimarum principem locum teneret Arca; & de eadem erant adeò solliciti, præsertim ne in manus hostium perueniret, vt patet 1. Reg. 4. Vnde si ad Chaldaeorum manus peruenisset, scriptura non tacuisset. Maximum ergo signū est hæc à viatoribus rapta non esse, quæ, nisi abscōlio Hieremij præcessit, proculdubio si in templo reperissent, magis illa, quæ vasa aurea rapuissent, nedum ob materiæ pretiositatem; sed quia tanti fieri ab hostibus cernebant. Quare si cetera lignea incenderunt, Arcam, & cetera non incendisse compertum esse debet.

Quia verò nec restituta sunt ista à Chaldaeis, nec ab Hebræis postea inuenta sunt, idcirco falsitas, vt obijicitur, in ista prædictione Hieremij nunquam deprehenditur. Et licet 2. Mach. 2. dicatur, Ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, & propitius sit, vt ostendat h̄ec, tamen non ad eam congregationem, quæ facta fuit sub Cyro, oculos direxit Hieremias, sed ad eam, quæ fiet tempore nouissimo, vt docet idem Epiphanius, Quando visa Arca ex prædictione Hieremij sub ipsorum oculis impleta, Iudei moti etiam aliis motiis ex aliarum prophetiarum impletione, Ecclesiæ incorporabūtur. Vnde nō Ecclesiæ, sed Iudeis restituentur legales typi, quibus manudentur ad veritatis cognitionem. Quare nō debebat Iunius Epiphanium subsannare dicendo: stante Epiphanius responsione, sequi restituendos legales typos Ecclesiæ in complemento Euangelij. Expositionem verò Epiphanius sequuntur Dorothæus in synop. Richardus de S. Vict. 4. exceptione c. 11. Commentor in hist. schol. in c. 3. Judith. & noster Canus 2. de locis cap. 1. §. ad 9. cui Bellarminus Card. subscribit. Et Gotion lib. 1. c. 17. sic loquitū dicit Hieremiam, Nō sciet homo, neque agnoscet locus, donec venero ego, & Helias Prophetæ famulus Domini; tunc restitucimus Arcam in locū suum intra Sancta Sanctorum subter alas Cherubinorum. Quod si mystica fiat eorū verborum interpretatio, cum Ambr. 3. off. c. 14. Ruperto 10. de victoria verbi Dei c. 21. dicendum in congregatione euangelica, Hæc mysticè inuenta sunt, cum Christus aduenit, cuius Arca erat figura. Vide etiam nostrum Hugonem Cardinalem. Illud dici est probabilissimum Arcam repartam, cum sub Cyro Rege Hebrei in patriam reuersi sunt; sic idem noster Canus, quem sequitur Ribera in cap. 1. Aggeli, & diu eadem Arcam seruatā in secundo templo defendit, & mordicus, Torniellus anno Domini 3610. nu. 14. eidem sententiae subscribit. Et certè probabile est, cum misit Nehemias ad requirendum ignem sacrum, miserit pariter, qui inde alportarent tabernaculum, & Arcā, & cetera, quæ inuenta, honorifice sunt in templo collocata. Patet ergo ex hoc libro Mach. 1. c. 2. impletā prophetiam Hieremij sub Nehemij temporibus, quoad ostensionem sacri ignis, & manifestationem gloriae Domini, & potest hoc extendi ad inuentionē Arcæ, & id insinuare videntur verba prophetia, Et tunc Dominus ostendet hæc, nempe vniuersa abscondita ostendenda.

Ad VI. facilis est responsio, consuetū esse nomine Persidis, vocari adiacētes omnes alias regiones Persarum Regum ditioni subiectas, & sit figura synedoche, vt nō in Prouinciam Persidis, sed in Persidis imperium (quod alias Prouincias complectebatur) captivi ducti fuerint. Vnde Daniel 10. vbi dicitur, *Princeps Regni Persarum*, non illius Prouinciae tantum, sed etiam totius Asiae, quam Persae Reges occupant, imperium intelligitur, vt patet magis c. 11. Qua loquendi formula dicendum est, quod sit usus author librorum horum, nedum hoc loco, sed 1. Machab. 6. etiam Chrysostomus hom. 6. in Matth. de captiuitate Persica Iudeos afferit liberatos. Potuit etiam fieri, vt nedum in Babylonem, sed in Persidem ducerentur, vt Samaritæ 4. Reg. 17. & 18. nedam in Assyriam, sed Medium ducti sunt.

Ad VII. Caietanus dicit, authorem horum librorum lapsus esse, dum prophetā Danielis interpretatus eit de idolo abominando, ab Antiocho super altare Dei collocato; cum Christus Dominus eam intellexerit de exercitu Romanorum apud Lucam, vel de Antichristo; ac merito ad eundē authorem redargendum à Christo esse subiuncta illa, *Qui legit, intelligat*. Sed hic flos ingeniorū humanū quid passus est, a vero aberrans: cum enim ostensum sit scriptorē hunc esse canonicum, blasphemum est dicere in vera intelligentia scripturarum errasse. Dicunt quidam ab autore quid gestum sit, enarratum esse: ad Danielis verò vaticinationem, non quasi tunc impletam respxisse, nisi per allusionē, & in simili causa usurpatiōnem. Dicitur ergo, quod prophetia Danielis de Antiocho primario, & historico sensu verificata est. sic docent S. Chrys. oratione 2. ad Iude. Hier. Theod. in eum locum Daniel. quibus addo Iudeū Iosephum lib. 10. antiqu. c. 12. Sed, vt benē P. Maluenda noster doctissimus, & ingeniosissimus lib. 7. de Antichristo c. 8. quantum in sensu litterali de Antiocho Daniel sit loquutus, tamē ait, mystica, & secretiori intelligentia de Antichristo id accipi potest, cuius Antiochus tanquam figura præcessit. Vnde Hier. in c. 11. Danielis in Antiocho typum sui habuisse dicit. & Cassian. coll. 8. c. 4. & Cyprian. de exhortat. martyrij. Sed & illud libenter damus scriptorem lib. Machab. Danielem unum litteralem sensum adduxisse, quem intēdebat, nempe Idolum Autiochi fuisse desolationem, à Daniele prædictam, & etiam litteraliter intēdīse Antichristi futuram nouissimis diebus desolationem, & hoc nullo pacto officere interpretationi Christi Domini, tanta enim est propheticī sensus ampliudo, vt vnam, & eandem prophetiam sēpius impleri non repugnet, ita fit, vt quod sub Antiocho à Daniele Propheta prædictum impletū cernitur, teste autore Machabæorum, rursus in excidio Hierosolymano, & alijs temporibus in idolorum in templo Dei collocatione impletam eandem abominationem videamus, & in Antichristo futuro implenda restet, Christo Domino id testante. Simile in promptu est, quod vna, & eadem scriptura, *Quomodo cecidisti Lucifer*. Isaïæ c. 14. ad Luciferum pertineat, & ad Nabuchodonosor, & ad Antichristum. Et mysterium iniquitatis, quod apud Paulum 2. Theſſ. 2. legitur, temporalem persecutionem Neronis designare, potuit & spiritualem Simonis Magi: & utraque (tanquam præludia extremæ persecutionis Antichristi) eadē Antichristi persecutionem significare potuerunt.

Quamquam, vt berè Hieron. in loc. cit. Danielis, nō totum illud cap. ad Antichristum, aut Antiochū pertineat. simile eit in ps. 71. vbi David, et si multa dicat, quæ etiam Salomonii Christum figuranti secundum literam quoque conuenire possunt, plura tamē sunt, quæ soli Christo conueniunt, vt illud: *Et permanebit cum sole, & ante lunam*.

AD TERTIÆ CLASSIS argumenta. Ad primum nulla eit in ijs verbis contradic̄tio. Quidam dicunt, vt Rupertus lib. 10. de victoria verbi Dei c. 6. quod non idem fuit Antiochus, nam ille cuius mors refertur 1 lib. c. 8. & lib. 2. c. 9. fuit Antiochus Epiphanes; ille uero cuius mors refertur lib. 2. c. 1. alter fuit Antiochus Demetrij maioris filius, dictus Griphus, uel Triphon; quod patet, tum quia hoc tempore uixit, quo cum Simone societatem dirupit, & Hierosolymam septem castris diuersis obsedit, tum etiam quia in Persidem, ut contra Parthos pugnaret profectus est, in qua expeditione defunctum tradūt Ioseph 13. antiqu. c. 16. & Iustinus lib. 38. & alij. Qui tamen inter se in modo mortis dissentiantur. Ioseph enim generatim mortem eius describit: Iustinus metu suorū desertum, & occisum tradit, Elianus de animal. lib. 10. c. 34. se præcipitasse. Sed hoc (etsi dubio fundamento) quidā impugnat dicendo, quod hoc Antiocho filio Demetrij regnante, & vitā amittente, Dux Iudeorum nō erat Iudas, qui in epistolā scribit de illius recēti exitu, sed erat Ioānes Hircaurus; & talis epistolæ scribitur Aristobolo Magistro Ptolomæi Philometoris Regis Ægypti, qui fuit contemporaneus Iudei diu antecedentis tempora Antiochi Griphi. Alij dicunt, ut Lyranus hic, & Canus, mortem quæ describitur 1. cap. secundi libri fuisse Antiochi illius magni, de quo Strabo lib. 16. eo quod templū Beli spoliare conatus sit, interemptus est à finitimis Barbaris, Iustinus lib. 37. dicit occisum in Syria quia uolebat spoliare templum Iouis Dodonei, hic autem Antiochus fuit pater Epiphanis. Sed ijdē instat, vt supra dicendo, q̄ talis diem suū obierat ante quā Iudas eadē Epistolā scriberet. Nec ipsi cum Hebreis ullę intercesserunt inimiciæ, propter quas in eius interitu exultare deberent, cum tamen magna perfusos lātitia Hebreos, Iude Ducis epistola non obscurè testetur. Alij dicunt eundem esse Antiochum, ut docet noster Sixtus Senensis, & nullam inueniri contradictionem in citatis scripturæ locis: cum enim initio dicitur 2. lib. c. 1. *Cum in Perside esset Dux ipse, & cum ipso immensus exercitus, cecidit in templo Nanæ*. & infra. Cum intrasset Antiochus: apertoque oculio aditu templi, mitentes lapides, percusserūt Ducem, & eos, qui cum ipso erant: intelligi potest lapidibus solummodo iūtum, atque fugatum, secundum quod etiam à Daniele prædictum est c. 11. *Venient super eum Romani, & percutietur*. vbi Hieron. Percussus dicitur, non quod interierit, sed quod omnem arroganię perdidit magnitudinem. & cum dicitur ibidē, *Et diuiserunt membratim, & capitibus amputatis, foras proicerunt, ad socios referrunt*. Quare sunt, qui contendant, vt dicit Cano, particulam, et, adiectam libratorum vitio; & hanc lectionem esse veram: *Percusserunt Ducem, & eos, qui cum ipso erant, diuiserunt membratim*. Sed obstat correctio Sixti, vbi habetur illa particula, et, & non officit proposito, nam ad suos referri potest, non ad Ducem. Et quod ibidē cecidisse dicitur in templo Nanæ, ex Cano 2. de locis, cap. 10. ad 1. & Lyrano,

Lyrano, eo verbo non semper mors significatur, sed solum, quod qui viuus est, cecidit: vnde quia exercitus eius cecidit, cecidisse dictus est, quo etiam sensu Genes. 14. Sodoma Rex cecidisse narratur, & postea vers. 17. viuus Abrahæ occurrisse describitur. Corruente ergo exercitu, truncatis socijs, Antiochus idem lapidibus percussus, & non occisus, clapsus est. Postea vero è curru decidens, concussis, & fractis membris, graui quoque morte affectus, pestilentissimo morbo inuasus, in scōre iacēs, occubuerit. Vnde S. Thomas in hunc locum (si eius sint commentaria) sic dicit: Secundum illos, qui dicunt, quod hic loquitur de Antiocho Epiphane, dicendum est, non ipsum Antiochum esse mortuum sed ipsius Ducem, & ipsum exiisse, & fugisse, & postmodum ex indignatione infirmitatem incurrisse: quod videtur magis rationabile, & sensu conuenire. Vnde non tribus vicibus mortuus est, vt iocatur aduersarius, sed vna morte consummata (inter factores animam exhalans Babylone in lecto) & duabus inchoatis, vna in lapidū iictibus, altera in itinere è curru decidens, mortali morbo correptus, cū per montana Iudeæ graderetur. Vnus ergo, & idem est Antiochus, qui 6. capite 1. libri, fugatus, & ex tristitia mortuus esse narratur, & qui lib. 2. cap. 9. viscerum torminibus, clarus, & expressius perhibetur extensus. Vnde, vt obseruanit Medina de recta in Deum fide, lib. 6. c. 13. pater Eupatoris describitur in utroque loco cit. 1. Mach. 6. & 2. c. 9. licet in hoc à nobis dissentiat, quod alias Antiochus fuit ille, qui lapidibus est effugatus. Quod non opus est asserere, nam cum omnia de uno, & eodem possint verificari, quæ dicta sunt, non est cur plures ponamus.

Ad I. & II. confirmationem respondet, nullam esse repugnantiam circa tempus mortis, &c. quia uero tota difficultas est, quod 1. Machab. epistola scribitur cum hac suppuratione Anno 188. populus qui est Hierosolymis, & in Iudea, senatusque, & Iudas Aristobolo Magistro Ptolomæi Regis, dicerimodè à Doctoribus soluitur. Quidam dicunt in his epistolis, quoad ueritatem attinet historiæ, uelle sacrum scriptorē penes authorem, quem abbreviat, fidem esse, ut mirum, non sit, si forte aliqua depræhendantur dubia. Author enim sacer solum refert quæ Iason Cyreneus scripsit. Sic dicit Emanuel Sa in Annotatio. c. 1. & 2. lib. 2. Machab. & insinuauit prius Rabanus, sed hoc est scripturam enerandi occasionem præbere. Legendus Maluenda lib. 10. de Antichristo c. 12. Alij dicunt, ut Hugo noster, & Lyranus authorem fuisse Epistolæ Iudam Machabæum: sed annos non à Seleuci tempore numeratos, sed ab Assueri anno 12. in quæ incidit insignis illa liberatio populi Iudaici, ob cuius memoriam ab isto anno apud quosdā siebat numeratio annorum. Vnde hoc modo faciunt suppurationem; à Regis Assueri anno 12. vsque ad finem regni eius fluxerunt 29. quibus si addantur sex anni Darij filij Assueri sunt anni 35. istis demū si addantur anni 148. qui ab initio regni Græcorum vsque ad Iudam effluxere, efficient numerum annorum 188. & hi correspondent annis 194. Regni Græcorum. Sed hæc suppuratione non potest stare. Primò quia est diminuta, nedum quia ex ista numeratione non resultat nisi numerus 183. annorum cū debeat esse numerus 188. sed etiam quia addendi sunt 17. anni ad minus qui inter Datium, & Seleucum adiecti sunt, vel decem & nouem à principio Monarchia Alexandri vsque

ad Seleucum. Facta vero hac additione resultat numerus non 188. sed 202. annorum, ab anno 12. Assueri, à quo enumerant dicti authores. Secundò quia videntur supponere Assuerum fuisse penultimū Regem Persarum, cum post ipsum ex Eusebio tres alij Persarum Reges extiterint, septem vero ex Iosepho. Quare ab Assuero si fiat enumeratio usque ad Iudam non 188. sed plusquam ducentos annos effluxisse dicere opus est. Tertiò, quia non fuisset scripturæ constantia, morem suppurationis à Seleuco seruatum, in sola hac epistola immuratum. Dicunt alij, vt Cano noster loco cit. quem sequitur Cardinalis Bellarm. quod cum ibi duæ descriptæ epistolæ legantur, prioris epistolæ postrema verba sunt, Anno cœlestimo octuagesimo octauo. Posterioris vero initium sic incipit. Populus qui est Hierosolymis, & in Iudea Senatusque, & Iudas Aristobolo magistro Ptolomæi Regis, & solo interiecto puncto, quo appositum illud caput subsequentis epistolæ absconditur, quod erat cauda præcedentis, omnis tollitur ambiguitas. Sed quia Constantinus in epistola ad Donum Papam, & alia epistola ad Georgium Constantinopolitanum Patriarcham, & quod magis est, correcta nuperima editio iussu Sixti V. utrumque sine punto coniunxit, aliter est respodendum. Dicunt ergo quidam, vt Petrus Llorca, & alij, duplum fuisse Iudam, vnu Machabæum, alterum filium Simonis, de quo 1. Machabæorum legitur c. 16. fuisse maiorem natu filium Simonis, qui erat Princeps populi, & huic Iudæ simul, & Ioanni fratri, Simon commisit, vt quia ipse erat senectute præpeditus, eius vice præsiderent in populo. Iudas Machabæus cecidit in prælio anno 152. regni Græcorum; vnde non fuit ille metus, qui scripsit has litteras, sed fuit Iudas filius Simonis: & sic omnia conciliare se putant. Sed contra, quia anno 188. quo date sunt litteræ non viuebat hic Iudas; cuius eidens argumentum est quod c. vltimo libri præcedentis de eodem Iuda anno 177. mentio habetur, quod descenderit cum patre suo in Ierico, & occisus fit. Hic ergo Aristobolo non superuixit, & scribere nequivit Epistolam dictam, in qua de morte Antiochi eum certiorum facit, cum annis ipse undecim prius vita exciderit. Dici posset, quod cum hæc epistola scripta sit tempore Ptolomæi Regis, & toto decursu regni eius annis 25. hi fuerunt summi Sacerdotes Omias, Iason, Menelaus, Lysimachus, Iudas, & Ionathas, vt supputat Genebrardus in Ptolomeo lib. 2. chronol. verisimile est, non Iudam aliquem Ducem, sed Iudam Pontificem cum populo, & Senatu Hebraeorum litteras dedisse Aristobolo Magistro Ptolomæi Regis, in qua non eum de morte Antiochi, quasi recenter tunc euenerit, certiorum faciunt (cum illa acciderit anno 149.) sed vt recensitis diuinis beneficijs (quod colligitur ex Epistola) gratias Deo agerent, & hortarentur ad celebrationem Scenophegiaz, & dati ignis post reductionem captiuitatis. Verum cum etiam si 25. anni Ptolomæi, qui fuerit Antiochi contemporaneus, addatur illi anno 149. quo Antiochus mortuus est, nunquam conficietur numerus 188. qui desideratur. Dicendum ergo cum Ruperto lib. 10. c. 15. quod, qui ille Iudas fuerit, non facile ex historijs potest agnosciri, nisi forte ille si Iudas Essenus genere, qui sub illis temporibus extitit, qui, vt ait Iosephus, in his quæ predixit, nunquam mentitus est, qui præteritam mortem Antiochi in hac epistola, vt in signe beneficium

commemorauit ad celebrationem Scenophegiæ infirmam coniecturam sumunt etiam quidam, quod cum in cap. 2. dicatur, quod & Iudas, quæ didicerat per bellum quod nobis acciderat, congregauit omnia, & sunt apud nos, ad eundem Iudam Essenum fiat allusio, vt epistola cum eodem auctore, & scriptore bellorum iungeretur. Sed quia noster Hugo, Carthusianus, & communiter, & tex. ipse præferre videtur Iudâ Machabœum, cōmentaria, & diaria bellorū descriptissimæ dicūt, non est cur incertæ coniecturæ tititamur, cū sufficiat authoritas Ruperti, & Iosephi ad argumēti dissolutionem, quod fuerit Iudas Essenus. Llorca ad Iudam filium Simonis, de quo lib. 1. cap. 16. fit mentio, eam epistolam refert. Sed nullius authoris testimonio id comprobatur: & potius Ioannes Hircanus scribere debebat epistolam, cum eiusdem acta in libro Sacerdotij eius, ex quo factus est princeps Sacerdotum, eodem scriptore testante didicimus, eodem loc. cit. Multo minus cēsendus est auctor eiusdem Hircani filius dicitus Aristobolus, qui & Iudas à Iosepho 2. Antiq. c. 8. vocatur, nam Hircanus deceſſit 395. cui postea Iudas iste succedit dicitus Aristobolus, Epistolæ vero scriptor fuit anno 188. regni Græcorum hoc est anno 3892. Scripta vero Aristobolo magistro Ptolomæi, cuius forte tunc defuncti titulum magisti in successore retinebat. Vnde idem Rupertus ait, Similiter quis iste Aristobolus Magister Ptolomæi fuerit, non facile reperiri ex historijs, nisi quod eū dicunt, qui est de genere Christianorum Sacerdotum quempiam significantiſſe de posteris, vel cognatis Oniæ supra memorati, qui cum esset filius Simonis Pontificis quasi auctoritate pontificali cum patrocinio propheticæ præconii nimirum male intellecti, templum edificauerat in terra Aegypti. Aristobolus iste aliquis erat ex illius Oniæ cognatis, vel posteris, eratq; Magister Ptolomæi Regis Philometoris. Nec mirum hominem Iudeum dici Magistrū regis Aegypti, quia videlicet à diebus Ptolomæi Philadelphi, qui legem per 70. Interpretates sibi fecit interpretari, Magistros Iudeos habere consueuerunt Reges Aegypti. & ex hoc cessat obiectio Tornielli anno 3892. circa Aristoboli tempora. Ex hac ergo concordatione ad singula patientia solutio.

Respondeatur ergo ad primam confirmationem quod Iudas, qui occubuit anno 152. fuit Machabœus, qui scribit Aristobulo fuit ille Essenus.

Ad II. mors Antiochi accidit anno 149. annus vero 188. in epistola non ut tunc recens, sed ut præteritum beneficium recensetur: nullo autem modo potuit accidere biénio ante purgationem templi; nam et si repurgatio templi narrata sit post mortem Antiochi, at nō esse factam post mortem Antiochi manifestum est; Quæ et si dicatur post biennium facta intelligitur non à morte Antiochi, sed à prophanatione; prophanatio enim accidit anno 145. ex 1. lib. Machab. c. 1. repurgatio accidit 148. biennio iam exacto, vnde propter hoc dicunt Euseb. & Ioseph lib. 12. c. 10. anno 3. repurgatum templum anno vero 149. Antiochus mortuus asseritur.

Ad III. nulla est repugnantia. Lysias enim, qui sub Epiphane iam dux belli erat ex lib. 1. c. 6. postea ab Antiocho Eupatore filio Antiochi Epiphanis, in eodem munere confirmatus est, ut fieri solet à successoribus Regibus, qui sub prioribus, & prædecessoribus insignes viros ad honores promotos in iſdem ser-

uant, & cumulationibus ornare solent. Quod maxime Eupatori conueniebat. Aequum enim erat gratum se ostendere Lysię, qui nedum eius nutricius, & educator fuerat, sed & per ipsum ad regnum promotus erat.

Ad IV. principale respondeatur, quod illi autores hos libros non connumerarunt inter canonicos libros, quia de canone Hebræorum loquebantur, nūquam tamen extra canonem Christianorum eosdē collocarunt: sed si extra canonem Christianum collocarunt, extra illos posuerunt, de quibus nunquam fuit dubitatum, & qui propterea à nonnullis Protocanonici dicti sunt. Eodem modo ad Concilij Laodiceni Patres respondendum est. Gelasius vero, & Innocentius vnum numerat, nam apud Græcos vno in volumine continentur. Hieronymus extra canonem posuit nempe Hebræorum. Quanquam, vt dictum est supra (quod etiam obseruauit Genebrardus lib. 2. chronol. anno mundi 3710.) Iudaicus canon non vnu, sed multiplex fuerit, vnu factus tempore Esdræ in quinta Synodo Hebræorū, cui interfuerunt præter Esdrā, Zorobabel (ex eodem Genebrardo) Malachias, & multi alij Prophætæ, vbi cū hi libri post Esdrā, imo post hanc Synodus scripti fuerint, nō numerantur. Quæ extra hunc canonem postea collocati sunt. Alter qui & tertius canon Hebræorum fuit, & hic editus est in septima Synodo sapientum, de probandis Pharisæis, vbi etiā primo inter sacros relati videtur ex eodem Genebrardo. Hinc quoque apud ipsos Hebræos erat de omnibus libris sacris distinctione de protocanoniscis, & deuterocanoniscis libris, quod nō obscurè insinuauit Iosephus lib. 1. contra Apionem, qui vbi 22. libros esse sacros pronunciaret (protocanonicos intelligēs) subdit anno 3952. ab Artaxerse usque ad nostra tempora singula descripta quidem sunt, verum non pars si de digna censetur apud nos, quod non fuerit Prophetarum exacta successio. Deuterocanonicos a perte indigetans. Quando ergo Hieronymus à canone excludit hos libros, exclusit à canone facto in 5. Synodo Hebræorum, non autem à tertio canone edito in 7. Synodo. Et sic etiam respondeatur ad authoritatem Gregorij locutum esse de indubitate apud omnes, sive Christianos, sive Iudeos canone. Vnde notanda sunt illa verba, *Ex libris licet non canoniceis*, quæ per concessionem, non per assertionem accepta sunt à Gregorio, vnde subdolè illa vox licet, ab aduersario relictæ est. Tertius liber etiā in omnibus fermè græcis voluminibus, & non nullis latinorum codicibus passim habeatur, & communiter existimetur, ob stylis similitudinē, à Iosepho descriptus, nōndum vniuersalis Ecclesiæ iudicio inter canonicos est relatus: & licet à canonibus Apostolorum recenseatur, dicendum est, non omnes illos canones esse Apostolicos, de qua re suo loco. Quartus verò Machabœorū ab Athanasio in synopsi inter apochrypha scripta numeratur, cuius historiæ series, & narratio eadem fermè est, quæ est apud Iosephum lib. 13. antiquit. Sed stylus hebraicis idiotismis abundans, longè dispar depræhenditur, vt docet noster Senensis lib. 1. Biblioth.

# De verbo Dei scripto.

103

## ARTICVLVS QVINTVS.

An liber Sapientiae facer sit, & diuinus inspiratus.

### Positio Nouatorum.

**O**lim à reliquijs Pelagianæ hereseos hic liber à canonicis scripturis explosus est, ex Hil. epistola ad Augustinum, nunc à Lutheranis, Anabaptistis, & Caluinianis, libertimè exploditur ē diuinorum librorum catalogo.

Lutherus in Germanica Versione Bibliorum sic scripsit: *Veteres librum hunc ex numero sacrarum scripturarum excluserunt, volueruntque ab alio quopiam confitum, ut tam celebris Regis nomine editus pluris estimaretur.*

Caluinus lib. 1. institut. c. 11. §. 8. dum ait, *Falsum esse, quod de origine Idolorum scribitur Sapientia 14. consequenter non habet illum pro sacro, & diuino. Idem, vt dicit Rescius in atheismis de scriptura, eundem lib. arguit mendacij, nedum in lib. 1. instit. c. 11. sed etiam lib. 2. c. 5.*

Guilhelmus Vvitakerus disput. de sacra scriptura ait, *Sapientiam Salomonis affirmo à nostris ecclesiis merito inter apocryphas scripturas reponi; libru Sapientiae non canonicum intelligimus.* In responsione ad Campanianum eundem expunxit, dicendo, *Quod tantopere contendit Aug. ex irudi extra canonem, nullo modo oportere librum Sapientiae, id ipse viderit Aug. Hunc certè librum Hieronymus nominatim ex irudi, sed etiam si omnes hos, Ecclesia calculo contulisset, præbere illi robur non potuisset, nisi suum antea, propriumque robur diuinus habuisset.* Hos sequuntur Iunius, Danaeus, &c. Faius Enchir. d. sp. 23. c. 12.

Hunnius Lutheranus ostendere volens, quanti fieret à se, & suis similibus, scripsit, cum librum esse optimum inter libros apocrypos.

### Oppositiones eorundem.

**P**rima, liber hic non est in canone Hebræorum. Græcè scriptus est. Hieronymus, & multi Patres eximunt hunc librum à canone, ergo &c. Est Vvitakeri, & commune argumentum hæreticorum.

II. In hoc libro falsitas depræhenditur, ergo non est canonicus. Antecedens probat Caluinus; nam ex c. 14. Sapientiae habetur, eos primos extitisse autores Idolorum, qui hunc honorem detulerunt mortuis, ut ipsorum memoriam superstitione colerent. At non fuisset hunc primum mali fontem, patet, quia Idola prius fuerunt, quam ista in consecrandis imaginibus mortuorum ambitio inauisisset: quod nedū ex prophanicis scriptoribus, sed sacris constat; nam in Genesi c. 31. narratur Rachelem furatam esse idola, & de hoc furto, ac de communi vitio idololatriæ loquitur sapissime fact. script.

Quod si dicas Belum sub quo Idololatria incœpit, vixisse ante Rachelem, & etiam ante Abraham, & pro Deo habitum post mortem, illique ex Eusebio in chronicis à Nino statuam erectam, & consecratam.

Contra arguit Danaeus: *Hoc omnino falsum est: scribit enim Epiphanius idololatriam sub Thare patre Abraham ortam circa annum mundi 1870. Præterea (& est argumentū Iunij) quia Genes. 31. dicitur,*

*Dii Abraham, & Dii Nachoris dii patris eorum.* Sed quod magis vrget in c. 24. Iosue sic scribitur. *Trans fluum habitauerū pares vestri ab initio, Thare pater Abraham, & Nachor, serueruntq; Diis alienis; veritior ergo idolatria depræhenditur, quam quod in lib. isto asseritur.*

III. Philo est author libri Sapientiae, sed Philo nec Propheta fuit, nec propheticō spiritu imbutus, & post Christum natum, & passum vixit: ergo liber iste non est canonicus.

Quod si dicas non esse illum Philonem, qui vixit post tempora Apostolorum, sed alium sub temporibus Onia Pontificis, aut unum ex 70. Interpretibus. Contra, quia talis Philo est commentarius, & refutatur à Sixto Senensi lib. 8. biblioth. h̄r. 9. & ab aliis.

Quod si dicas secundō Salomonem quidem fuisse authorem libri, nam c. 10. dicitur, *Tu elegisti me Regem populo tuo.* Contra, quia author libri Sapientiae locutus est c. 9. μεμνητικῶς per imitationem. At in sacris litteris non sunt recipienda mitimes, quæ in falso, non in vero fundantur. A veritate autem longe abest, dicere hunc authorem fuisse Regem Israel, templumque fundasse, cum nec Rex, nec templi ædificator fuerit. Est argumentum Vvitakeri.

IV. Ecclesia non iudicauit aliter de libro Sapientiae (inquit Vvitakerus) quam Patres censuerint. at hi non certo in canone collocauerunt. Ergo. Antecedens probatur auctoritate Augustini de predestinatione. SS. c. 14. vbi ait, *huc libro à multis reclamatum esse, non esse canonicum.* Quicquid autem Augustinus senserit de hoc, satis est alios non sensisse librum Sapientiae esse canonicum, & hanc receptam fuisse in illis Ecclesijs opinionem, constat aperiſſime. ergo.

Confirmatur II. & est Iunij, dato librum Sapientiae esse diuinæ auctoritatis, ex sententia Augustini, intelligendum est equivoce, impropriè, & catachrestice, vel abusivè fuisse loquutus.

V. Si aliqua ratione canonicus esset iste liber, ea præter communes rationes propria esset, quod Apostolus Rom. 11. v. 34. Ex hoc libro testimonium sumit: sic enim scribit: *Quis nouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?* at hoc inane, & fruolum est; nō enim Apostolus ait, se testimonium aliquod citare: & si propheticæ scripturæ verba citauit, aut ad scripturam aliquam allusit, non necessariò sequitur ex libro Sapientiae desumptam; nam eadem sententia reperitur apud Isa. c. 40. v. 13. his verbis, *Quis eruditus spiritum Domini, aut quis consiliarius eius fuit, & instruxit eum?* Accedit, quod indices Biblici, in quibus recensentur testimonia veteris testamenti in novo citata, non libro Sapientiae, sed & nominatim hoc testimoniam, Esaiæ omnes tribuunt; talia ergo, & similia argumenta infirmas habent vires ad probandum huius libri auctoritatem. est Vvitakeri.

VI. Authoritate S. Thomæ, qui illa verba Dionys. lib. de diu. nom. c. 4. lect. 9. exponens, *Et in introductionibus diuinorum eloquiorum inuenies quendam dicentem, amator factus sum pulchritudinis eius,* ait S. Thomas citare Dionysium auctores, qui scripturas canonicas non considerant, Ignatium s. & Philonem, & po-

& postea subdit, ex quo patet, quod liber Sapientiae nondum habebatur inter canonicas scripturas. incerta ergo fuit huius libri traditio, vel sub ipsis Apostolorum temporibus.

VII. arguit Sibrādus Lubertus de principijs Christianorum dogmatum. Innocentius numerat quinque libros Salomonis: Gelasius nonnisi tres: quod ergo Innocentius statuit, Gelasius destruit. ergo &c.

*Confutatio eorundem, ex orthodoxorum firmamentis.*

**S**ed contra est I. traditio Ecclesiae, quæ manifestatur ex Pontificum, Conciliorum, & Patrum doctrina.

Euaristus epistola ad Episcopos Africanos Salomo ni hunc librum tribuit.

Felix primus epistola 3. ait, *Nos verò ad ipsius fontis originem redeamus, ex quo filium semper patrem videre potuisse, vel posse euidentioribus testimonis de veteris, & noui testamenti litteris doceamus, Salomone dicente: Tecum sapientia, quæ nouit opera tua.* Sap. 9.

Felix 2. epistola ad Athanasium, & cæteros, *Et iterum sapientissimus Salomon ait, Quoniam qui loquitur iniqua, non potest latere.* Sap. 1.

Innocentius primus epistola ad Exuperium enumerans scripturas canonicas, ait, *Genesij, Exodus, &c. Salomonis libri quinque.*

Gelasius Papa cum Concil. 70. Episcoporum eundem librum cum ceteris libris canonicis in ordine veteris testamenti suscipit, & veneratur.

Concilia similiter eundem, ut canonicum venerantur. Synodus Alexandrina epistola ad omnes ubique Ecclesiæ, ait, *Heretici ad nouas criminationes profiliunt, nec timent illud, quod in sacris litteris scriptum est: Falsus testis impunitus non erit.* Proverb. 9.

Synodus Sardicensis epistola ad totius orbis Episcopos (& extat apud Theodoreum Ecclesiastice hist. lib. 2. c. 8.) Filium omnium conditorem demonstrat: nam ait scriptura, *Sapientia omnium artifex me docuit.* Sap. 7.

Sed non habet quid respondeat Sibrandus, nisi conuicia, dicendo, *Patres oscitantes suis, quando ex hoc relictis solidioribus argumentis, Dei filii deitatem probarunt.*

Sed recte de perfidis Euripes, quibus nec arca, neque fides, & cum Ecclesiam Dei reliquerint, & altare contra altare exerent, quam fidem Patribus Ecclesiæ accommodabant?

Concilium Carthaginense tertium c. 47. ait, *Sunt canonicae scripturæ Genesis, Exodus, &c. Salomonis libri quinque, &c.*

In Concil. Chalcedonensi habetur epistola trium Episcoporum Dalmatiæ ad Leonem Imperatorem, vbi sic dicitur, *Ad omnem perfectionem Catholicæ Fidei sufficit doctrina sapientissimi Salomonis;* ait enim, *Sentite de Domino in bonitate, &c.*

Concilium Constantinopolitanum 5. actione L. Aequaliter enim, ut dicit diuina scriptura, *odibilia sunt Deo, impius, & impietas eius.* Sap. 14.

Concilium Tolitanum 11. in professione fidei, ait, *Nam si attēdamus illud, quod scriptura dicit de Sapientia, Splendor est lucis æternæ.* Sap. 7. sicut splendorem videmus luci inhætere inseparabiliter, sic cōfitemur Filium à Patre separari non posse.

In Concil. Nic. 2. tract. 4. cum de adoratione Cræcis agitur, Sic & Salomon, inquit, *Benedictum lignum, per quod fit iustitia.* vide Leontium Episc. lib. 1. Apol. pro Christianis de sanctis imaginibus.

Denique hæc veritas definita est in Concilio Florentino, & Tridentino, in quibus expressè liber Sapientiae esse canonicus definitur.

II. probatur eadem traditio ex Patrum testimonijs, & primò ex Græcis.

Dionys. de Ecclesiastica Hierar. c. 2. tanquam diuinum testimonium desumptum ex diuina scriptura, usurpat illud, *Acuet duram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum cōtra insensatos.* Sap. 5. & lib. de diuinis nominibus c. 7. loquens de Sapientia, ait, *Omnia pertingit, penetrans, ut scriptum est usque ad omnium finem.* quod testimonium habetur Sap. 8. & c. 4. ait, *In primis scripturarum institutionibus quædam de Sapientia dixisse comperies, Amator factus sum formæ illius.* Quod testimonium habetur Sap. 8.

Melito epist. ad Onesimum in catalogo voluminū veteris testamenti, hunc librum recenset, ut refert Eusebius lib. 4. hist. Ecclesiast. c. 26. quod testimoniū eludere conatur Iunius dicens, corruptam esse scripturā Eusebij; nam in veteris codicibus sic legitur, inquit, *σολομῆντος παρομίαις ή σοφία ἐκκλησιᾶς,* nō autem Sophia, ut vulgo legitur, & præterea quia c. 22. restatur Eusebius priscos Patres Prouerbia Salomonis πανάρετον σοφίαν appellasse. Sed nō profert hic Iunius codices veteris, nisi solam suam phantasiam. Licet autē prouerbia vocarint prisci Patres Sapientiam omni genere refertam, ijdem etiam librum Sapientiae etiam Panaretion vocarunt, librum eundem Salomoni tribuendo, ut patet in Irenæo, Epiph. Damæ. lib. de ponderib. & Damæ. 4. orthod. c. 18. Quanquam dici posset, hos veteres pro uno, & eodem volume habuisse Prouerbia, & Sapientiae librum, vel propter adiunctum Sapientiae librum, Prouerbia πανάρετον σοφίαν appellasse.

Clemens Alexandrinus 4. strom. Diuina Sapientia dicit de Martyribus, *Visi sunt oculis insipientium mori.* Sap. 3. & lib. 5. Porro Salomon rursum dicit, *Arbor est immortalitatis iis, qui ipsum apprehendunt.* Sap. 15. Quid vero an non similiter scriptura dicit, *Tollamus iustum à nobis?* Sap. 2. lib. 6. *Dictum est autem à Salomone, Artifex autē.* Sap. 7. Origenes hom. 5. in Leuit. Habet hic mundus Filium Dei, habet Spiritum sanctum, quod dicit Prophetæ ps. 32. *Verbo Domini cœli firmati sunt.* & iterum alibi Sap. 1. *Spiritus Domini replevit orbem terrarum.* Legendum hom. 12. lib. 8. in Episto. lam ad Röm.

Citatur à Coccio in thesauro Athanasius oratione 2. cōtra Arianos, vbi aeternitatem ait verbi Dei probat, *Deus sapientia fundauit terram, expediuit cœlos in prudentia.* & epistola de decretis Nicenæ Synodi contra Arianos ait, *Opus ne est primogenitus omnis creatura, qui ex utero ante Luciferum genuis est?* Qui dixit, ut in Sapientie libro habeatur. *Ante omnes colles genuit me.* sed hæc auctoritates sumptæ sunt ex libro Prouerbiorum c. 3. & c. 8. qui inter Sapietiales libros collocatur.

Dydimus Alexand. lib. 3. de Spiritu sancto, *Parcer dicitur quasi creaturis suis, quod alibi scribitur.* Parcer autem omnibus Domine amator animarum, quia tua sunt, neque odies quæ fecisti. Sap. 11.

Basilius sep. 141. *Qui Spiritum sanctum creaturam esse*

*esse dicit, determinatam ipsius naturam inducit. Quomodo ergo statuit illud; spiritus Domini replevit orbem terrarum? &c. Legendus lib. de Spiritu sancto c. 2. Epiphanius heres. 67. Ad�is Prophetarum beatissime, qui accepisti à Domino effusionem cordis, ac sapientiam velut arenam iuxta litus maris, quidnam de pueris sentis. & inquit Sap. 4. Senectus enim venerabilis est, non diurna &c. heres. 76. etiam Sapientiam Salomonis inquam & filii Sirach, & omnes in summa diuinis scripturas oportebit te euoluere.*

Nazian. de fide. Hinc & Salomon Sap. 7. Cum sit, inquit, una, omnia potest, & permanens in se omnia innovat. & oratione 34. quae est oratio 2. de Theologia. Iam vero quomodo illud tueri poterimus, quod ait scriptura, Deum omnia peruidere, atque impleere iuxta illud Hier. 23. Nomen cælum, & terram ego impleo. dicit Dominus; & spiritus Domini replevit orbem terrarum. Sap. 1. In laudem Basilij, & oratione 44. 49. & oratione 2. cui subscriptibit Nicetas, ut Scripturam sacram recipit eundem lib. & Salomoni attribuit.

Nisenus de virginitate c. 15. vbi dixisset imprimis cordi vitiosas affectiones, spiritualis matrimonij iura rescindere, subdit. Atque vt in diuinis litteris scriptum extat, in animam malevolam non intrabit sapientia. Sap. 1. & aduersus Iudeos c. de Nativitate ex Virgine sic ait, & Salomon propheticè. Puer eram ingeniosus, & animam bonam fortitus &c. sap. 8.

Theophil. Alex. Epistola 1. Paschali, & alibi legitimus spiritus Domini replevit orbem terrarum. Quod nunquam scriptura memoraret, nisi irrationabilia quæ, & inanima illius numine compleverentur.

Ioan. Chrysostomus in Genesi hom. 43. Non enim Iudei nescientes Dei filium esse occiderunt, sed habere eum tales non sustinentes, sicut & prophetat de illis Salomon. Venite circumueniamus iustum: quoniam iniustus est nobis, &c. legendus in Matt. c. 8. hom. 23. & c. 11. hom. 28. & c. 21. hom. 29. & hom. 43. in c. 23. Matt. vbi eundem librum Salomoni quoque attribuit. hom. 5. in Esaiam vbi um quoque Prophetam nominat.

Euseb. lib. 4. hist. c. 22. scribit, Salomoni hunc librum attribuisse Irenæum, sicut & Proverbia.

S. Cyrillus lib. 11. in Io. c. 37. eundem locū tāquam propheticum citat, & lib. 2. contra Julianum, & nos quoque dicimus constiente hoc diuina scriptura. Dicit enim. ego eram cum qua latabatur in conspectu eius in omni tempore. Sap. 8.

Damaſc. lib. 1. orthod. fidei c. 4. ad hæc quomodo illud retinebitur quod ait scriptura. Deum omnia peruidere atque impleere, & lib. 2. c. 6. Quod iustorum animæ in manu Dei sint, nec mors eos attingat etiam scris litteris proditum est. Sap. 3.

Ex latinis Tertull. de præscrip. c. 7. Nostra institutio de porticu Salomonis est, qui & ipse tradiderat Dominum in simplicitate cordis esse querendum. Aduersus Valentianos cap. 2. Porro facies Dei expectat in simplicitate querentes, vt docet ipsa Sophia non quidē Valentini, sed Salomonis, lib. 3. contra Marc. c. 22. illum locum tanquam propheticum citat. Venite auferamus iustum. Sap. 2.

Cyprianus lib. 4. ep. 52. Nam cum scriptum sit. Deus mortem non fecit, nec letatur in perditione viuorum, utique qui neminem vult perire. Sap. 1. cupit peccatores penitentiam agere, & de exhortatione martyrum c. 12. Quæ spes, & merces maneat Martyres post

conflictiones huius temporis, & passiones per Salomonem spiritus sanctus ostendit. & præcatetur dicens. Si coram hominibus tormenta passi sunt, spes eorum immortalitate plena est. Sap. 3. & de mortalitate sic dicit. sed & per Salomonem docet spiritus sanctus eos, qui Deo placeant maturius hinc eximi, &c. Raptus est, inquit ne malitia immutaret intellectum illius, &c. Sap. 4. & de singularitate clericorum (sicut is liber Origeni tribuatur) ait. De quibus Salomon ait, excœcauit. n. illos malitia ipsorum, & alia testimonia ibidem citat. Legendus lib. 3. ad Quir. 2. contra Iudeos. & alibi.

Hilarius in ps. 115. 1. hoc psalmorum libro legimus, Iudicia tua abyssus multa. Paulus Apostolus Rom. 11. ait, Inscrutabilia iudicia Dei. & rursus Propheta. Magna sunt iudicia tua, & inenarrabilia, &c. Sap. 17.

Ambrosius de Spiritu sancto lib. 3. c. 19. exigentibus probationem, quod spiritus sanctus non peccauerit, respondet, Et hoc accipiant scripturarum auctoritate nos dicere: scriptum est enim, quia in sapientia est spiritus intelligentiae. Sanctus, unicus, multiplex, subtilis, mobilis, disertus, immaculatus; dicit scriptura, etc. Sap. 7.

Optatus Mileuit. contra Parmen. lib. 4. Et illud quoque in Salomone Propheta lectorum esse dixisti, Filios adulterorum inconsuertos, & spuria vitulamina altas radices dare non posse. Sap. 4.

Lactantius 4. de vera sap. c. 16. adducens testimonium 2. cap. huius libri, expressam prophetiam disertis verbis continere demonstrat.

Hieronymus in c. 18. Hieremias, Iactantius Iudei, in sacerdotibus, et sapientibus, & in pseudoprophetis legē, & consilium Dei, & eloquium permanere, dicente scriptura, In peruersam animā nō intrabit sapientia. Sap. 6.

Ambrosius serm. 8. in psal. 118. diuinam scripturam vocat.

Augustinus de Trin. lib. 14. c. 1. Secundum hanc itaque sapientiam, quæ Dei cultus est, ait sancta scriptura, multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum. Sap. 6. & de prædictis. Sanctorum lib. 1. c. 14. contra eos, qui repudiabant auctoritatem quādam ex lib. Sapientie c. 4 adductam, videlicet, Raptus est, &c. dicit. Que cum ita sint, non debuit repudiari sententia libri Sapientie, qui meruit in Ecclesia Christi de gradu lectorū Ecclesiæ Christi tam longa annostate recitari, et ab omnibus Christianis ab Episcopis usque ad extremos laicos fideles penitentes, ca: hecumenos cum veneratione diuine auctoritatis audiri, &c. & postea, Qui sententias tractatorum instrui volunt, oportet, ut istum librum Sapientie, vbi legitur, Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, omnibus tractationibus anteponant. Quoniam sibi eum anteposuerunt etiam temporibus proximi Apostolorum egregii tractatores, qui eum testem adhibentes, nihil se adhibere, nisi diuinum testimonium crediderūt. De dono perseverantiae c. 17. Et de continentia legitur in libro Sapientie, cuius auctoritate vti sunt magis, & docti viri, qui longè ante nos eloquia diuina tractarunt: ibi ergo legitur, Cum scirem, quia nemo potest esse continens, nisi Deus det. Sap. c. 8.

Idem Aug. 2. de doctrina Christiana c. 8. de Ecclesiastici, & Sapientie libris loquens, ait, quod vterque in auctoritatem recipi meruerunt. & de Ciuit. lib. 17. c. 20. in Ecclesijs orientalibus semper ut canonicum habitum esse docet. & ibidē dicit, propheticè passionem Christi esse prophetam.

Chrysologus serm. 101. Deus vitam fecit, diabolus mar-

*machinatus est mortem, dinino eloquio sic prodente, Deus mortem non fecit.* &c. Sap. 2.

Cæsarius Arelatensis hom. 16. *Quod autem, qui inuidus est, sine dæmonе esse non potest, sicut scriptura dicit, Inuidia diaboli mors intravit in orbem terrarū,* &c. Sapientia c. 2.

Eugenius Carthaginensis de fide ad Hunnericum, *Paris ergo substantiā Filium esse propheticis iam olim designatum est oraculis, dicente Salomone, Substantia enim tua, dulcedinem tuam, quam habebas, in filios ostendebas.* Sap. 16.

Fulgentius ad Thrasimundum Regem lib. 1. c. 18. *Quod propheticē per Salomonem spiritali gratia cernimus intimatum, cum ait, Anima iusti sedes est sapientiae.* & ep. 7. c. 3. *Scriptum tenetur in litteris sacris, Sapientiam non vincit malitia.* Sap. 7.

Gregorius 5. moral. c. 14. *Qua igitur ratione discurrere Spiritum sanctum dicamus, dum cūclā in ira ipsum sint, & locus nusquam sit ubi non sit, sicut scriptum est, Spiritus Domini replevit orbem terrarum.* Sap. 1.

Hidelfonsus Toletanus serm. 2. de assumptione Mariae, *Quod si anima iusti cuiuslibet, sedes est sapientiae, teste scriptura, multò magis huius anima.*

Alcuinus lib. 2. de Trinit. c. 7. *De spiritu quoque sancto scriptura sic loquitur, Quia spiritus Domini replevit orbem terrarum.* Sap. 1.

Rabanus 2. in Exod. c. 10. *Et in Salomone scriptum est, Spiritus sanctus discipline effugiet fictum.* & de institutione cleric. lib. 2. c. 53. cū Augustino, Cassiodoro, Isidoro, ut supra, cum ceteris libris canonici eundem recenset.

Petrus Damianus epist. 4. c. 4. *Hinc est, quod eos in afflictione spiritus cōqueris, scriptura testatur. Exiguum inquiunt, & cum tedium est tempus vita nostræ.* Sap. 2.

Anselmus Cantuariensis in c. 1. Epistola ad Rom. *Dens illos iustè deseruit, qui sibi prætulerunt idola, & sicut scriptura loquitur, Initium fornicationis est exquisitio Idolorum.* Sap. 12.

Bernardus serm. de donis Spiritus sancti c. 6. *Nisi mentis intuitus diligenter purificatus fuerit, mystica, & diuina rectè intelligere nequit; nam scriptum est, Spiritus sanctus discipline effugiet fictum.* Sap. 1.

Hugo de S. Victore erudit. theolog. tractatu de filia lephte, *Hunc imitata multa martyrum millia,* &c. de quibus dicit scriptura, *Tanquam aurum in fornace robauit eos.*

S. Thomas Aquinas, plures citat ex lib. Sapientiae testimonia, legendus 1. p. q. 85. a. 7. vbi illud adducit, *Puer autem ingenitus eram.* & 1. 2. q. 91. a. 2. illud, *Cui cura est de omnibus,* & alia.

Respondent primo Nouatores aliud esse quod liber dicatur Salomonis, aliud, quod sit Salomonis, similiter Salomonis attribui librum Sapientiae, quia talis liber in uno volumine coniunctus est, cum ceteris quos vocant Sapientiales libros. unde ex Synedochica phrasi consequutum est, ut imperitiores posteri omnes Salomonis tanquam eorum authori tribuerint. Sic respondet Iunius exemplificans de libris Esdræ, & Nehemias, qui solius Esdræ nomine citatur.

Sed contra, quia disertis verbis Patres multi supra citati librum Sapientiae sub Salomonis titulo citant, & testimonia ab eo desumpta per Salomonem dicta profitentur. *Quod si ex colligatione libri Sapientiae cum ceteris Sapientialibus libris, Salomon author effectus est, nihil prohibebit, quin Paulus dici possit*

author reliquorum librorum, tam veteris, quam novi testamenti, cum unico volumine colligentur. liber vero Nehemias à Genebrardo in chronol. & multis estimatur ab Esdra compositus. quare non mirum si nomine Esdræ citetur, qui (dato etiam quod non fuerit author) cum omnibus, quæ in libro Nehemias narrantur interfuerit, partimque præfuerit, non fuit absurdum Esdræ titulo prænotari. Sed his technis inaniter conatur puluerem oculis sapientū effundere aduersarius, quin potius in apes insiliens, absque vulnere non discedit.

Respondent secundò hūc locum arguendi ex Patribus pro assertione huius libri esse conjecturalem, & equinocum, inconsequentem, cum à figurato ad proprium loquendi modum fiat diuersio, esseque paralogismum à non causa pro causa: Patresque non appellasse hos libros canonicos *απλῶς* absolute, & in omni parte: sic Iunius, & Danæus.

Contra, quia non est hoc nisi Patrum dicta conuellere, & phantasticis istis elusionibus omnium dictorum euertendi licentiam præbere, & perbellè Theognides. *Molestem sapientem apud stultos loqui.*

III. Probatur ex rationibus, quæ superius ad reliquos probandos libros adducte sunt. Accedit varia, & multiplex allusio locorum noui testamenti cū hoc libro, & ex citatione sententiæ huius libri, est manifestum, de quo argumentio legendus est Georgius Ederus in sua œconomia. Et tandem cum Salomoni hic liber tribuatur, qui spiritu prophetico ex PP. citatis claruit propheticus censendus est.

IV. Ad hominem: nam Iunius Caluinista, ut magistrum defendat, & Lutheranus Hunnius, ut Caluinistarum benevolentiam sibi conciliaret, dixerunt nunquam Caluinum reprehendere authorem libri Sapientiae, falsitatis, sed eos qui ex verbis eiusdem authoris eiusdem libri hunc primum, & unicum idolatriæ fontem fuisse colligunt. Admissa hac extorta excusatione (contra tamen Caluinum intentionem, & verba negantis eam, quæ traditur in libro Sapientiae fuisse idolorum originem) sic arguitur. Si Caluinus falsitatis non incusat sapientiae librum (ex cuius falsitatis fuspitione ex librorum canoniconum numero expungitur à Caluinistis) suum magistrum imitari non debet erubescere; aut ergo verum dixit Caluinus, quod discipuli nolunt auscultare, vel falsum dicit, quod inaniter postea conati sunt excusare, & vel ex superbiæ titulo, vel ex vanitatis fuso possunt incusari. Caluinus ipse expressis verbis in Psychopannichia citat hūc librum, ut sacram dicens in pag. 58. *Multò melius docemur à Scripturis sacris. corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* Vel saltem ex Iudeis addiscant Nouatores maiestatē huius libri venerati, nam olim Iudei hunc librum, ut canonicum venerati sunt: ex Iudeo namque, qui postea Christo nomen dedit aperte S. Isidorus 1. off. c. 12. accepit, *Postquam comprehendentes Christum, interfecerunt, memorantes in eodem libro tum eidem Christi testimonia c. 2. collatione facta ne Christiani eis pro tam aperto sacrilegio derogaret, à propheticis voluminibus reciderunt, iusq; legē dum prohibuerunt.* Vnde multi existimant hunc librum esse illud magnū volumen, magni habitum apud Hebræos, de quo Picus in præfatione Heptapli meminit. Sed de hac re non contendimus. *lege Abul.* in commentarijs in lib. Regum q. 28.

q. 28. in exposit. prol. galeati, docentem, hūc librum  
ante Christi aduentum inter canonicos numeratum.  
Mirum quod aduersarius, οὐ ματρικὰ αὐλέα μελη,  
paternas non canat cantilenas, à paternis moribus  
degenerans.

## CONCLUSIO CATHOLICA.

*Liber Sapientiae sacer est, & diuinitus  
inspiratus.*

**R**espondeo dicendum sicut dicit Athanasius in synopsi, quod idcirco hic liber, Sapientia Salomonis nuncupatur, quia & hunc à Salomone scriptum esse dicunt, ut vīsum est in auctoritatibus cītatis: continet autem, subdit, & doctrinam iustitiae & instructionem, cum de præparatorum, tum integrorum virorum: ad hēc prophetam de Chriſto, &c. nam vt Augustinus 18. de Ciu. c. 20. ait. Passio Christi apertissimè prophe-tatur, impi quippe interfectores eius commemorantur di-cessies. Circumueniamus iustum, quoniam iusta est nobis, & contrarius est operibus nostris, & impropereat nobis peccata legis, & infamia in nos peccata disciplinae nostrae. Promittit scientiam Dei se habere, & filium Dei se nominat. &c. Hēc ex August. Ex authore igitur, & materia, vt persuasibilis sit tantū veritas ista, quod sit liber iste diuinitus inspiratus, sic Ecclesiae traditio-ne, & definitione supposita infallibiliter credenda proponitur, vt patet ex definitionibus Conciliorum. Verum vt dicit S. Bonaventura in prologo super comm. huius libri. *Triplex causa huius libri potest assignari: Prima per modum inspirantis, & ista est Deus. Secunda per modum invenientis, & est ipse Salomon. Tertia proxima causa per modum compilantis, & sic est Philo, ut dicitur, & sic variae Doctorum sententiæ conciliari possent, secundum hanc viam.* Verum cum tot Proceres, & Concilia Salomoni attribuant hunc librum, & Salomonis sapientia appelletur ad distinctionem sapientiae Iesu filii Sirach, rationabilius, & etiū Salomoni attribuitur.

## Solutio oppositionum.

**A**d I. Respondetur, similes communes nugē satis superq; reiectē sūt in precedētibus cōtrouersijs. Respondet Damascenus 4. de fide c. 18. *Licet apud Iudeos non numerentur, inter fidèles tamen maximæ auctoritatis habentur.* Verius cū Iudoro assumptum negamus, quod & Iudeorum testimonio constat: & certè si non in primo Hebraeorum canone, cū nondū esset iste inscriptus liber, satis est, quod in secundo, vel tertio canone fuerit recensitus. Sed quicquid sit de hoc, si Synagoga non recepit, nō exclusit, satis est etiā si Catholica Ecclesia recipiat, & prober: ab Ecclesia vero Christi diuinitus illustrata, ea sacra dogmata recipienda sunt, quæ recipienda præscribit. Nec propterea quia græcē scriptus est, non debet in albo diuinorum librorum reponi, alias nec Danielis liber, qui Chaldaicē est descriptus, expungendus esset ē sacrorum voluminū catalogo. Potuit quoque hebraicē describi, & ad Hieronymi tépora non peruenisse, sicut Euangelium Matthæi nec hebraicum cernimus nostris temporibus, & nullus audet Catholicus ē canone truncare. Et ex sententijs Salomonis, quæ apud Hebraeos assertabantur, in Græcam linguam trans-ferri potuit ab alic.

Ad II. Quidam dicunt, quos sequitur Torniell. cę-

pisse tempore Enos, sed expressè contradicunt Ter-tull. lib. de Idol. c. 4. Cyrill. contra Iul. lib. 1. & lib. 3. versus fin. Aug. 16. de Ciu. c. 10. & S. Th. 2. 2. q. 94. a. 4. propter recentē memoriā creationis mundi, & Dei creatoris non fuisse ea ætate idolatriam docet. sed communiter tam à profanis, quam sacris Doctori-bus Eusebio in chron. Lætantio 1. instit. c. 23. Cy-prian. de vanit. idolorū, Ægypt. apud S. Hieronym. de virtiſ illiſ tribus, & in c. 2. Oſeq in Ezech. 23. & 46. in Eſ. Chrysostomo hom. 87. in Matth. Cytill. 3. con-tra Iulianum. Greg. in illud Luc. 11. in Beelzebub, Hug. Cardin. Lyrano, dicitur quod à Nino idola-triæ initium fortū est, qui mortuo patre suo statuā fecit, quam summa reverentia honorauit, ita vt etiā reis ad eam confugientibus parceret. Vnde progres-su temporis homines cōperūt eam venerari vt Deū, & multiplicare eius nomen: & quidam vocauerunt eam Bel, alij Baal, alij Baalim, alij Belzebub, secundū varietatem linguarum. Inde ex virtute defunctorū, vel ambitione posteriorum, vt e dijs nati videarentur, vel adulazione, vel pro beneficijs, memorias eorum edere cōperunt, & idolatria longè, latèque propagata; cōstat autem Ninum fuisse filium Beli, qui Nem-broth successit, & multo tempore præcessisse Rachelem, quæ fuit vxor Iacob; Abrahæ vero fæculum (sub quo Nīnus) præcessit fæculum Iacob.

Ad primā instantiam respondetur, quod cum ex Eusebio constet annis 28. ante Thare mortuum esse Belum, & eodein anno quo natus est Abraham, Ni-num filium Beli 43. annū habuisse sui regni, vt dicit Aug. 16. de ciuit. c. 17. nullo modo potest Belus poste-rior fuisse Thare 70. annis secundum computū Da-nicanum. Quia vero magnam vitę partem Thare sub Nino filio Beli egit, verum etiam esse potest, quod dicit Epiphanius sub Thare idolatriam cōpisse.

Sed alij respondent Epiphanius sequutum esse in hoc Hebrorū, traditionē afferendo Thare idolatriam. Verum nō fuisse idololatram ostendit S. Aug. 16. de ciuit. c. 13. & Philo lib. de somnijs, qui cū amato-re, & cupidum virtutis appellat. Nihilominus conciliari posunt hī PP. in Chalda fuisse Thare Dei cultorem, in Haram ex aduentu filij Nachor, & ex discēssu Abrahæ, fuisse idololatram, & seruisse dijs alienis, quod innuitur Iosue 24. Trans fluuium habitauerāt paires vestri ab initio. Thare pater Abraham, & Nachor seruientes dijs alienis. Verum quia semper Thare Belus antiquior esse deprehen-ditur, dicendum, quod à Salomone factus est sermo de antiquiori, priuata tamē idolatria. Illud negari non potest ab ullo, tanta solemnitate celebratanl. apotheosim in consecrando idolo parenti Belo mor-tuo, vt factū est à Nino, primamq; occasionem acce-pisse solemniter simulachra adorandi ex defuncto-rum memoria; & ab eodē variè flexis vocibus à Beli nomine idola denominādi; vnde factum est, vt Nino publico cultori sit attributa idolatria, quē imitati tyranni, publicē quoque mortuos, in deos euehēre cōperunt in varijs prouincijs orbis.

Ad secundā instantiam, quæ est Iunij, dum volunt, secundum Nouatorum versionem hebraizare, suspi-tio est, ne illam vocem אַלְוִים Deorum multitudinē in scriptura significari semper, nobis velit obtrude-re; quare licentia daretur sic vertendi illum locum, בָּרְשִׁׁית בָּרָא אֱלֹהִים in principio crearūt Dīj cēlū, & terram. Vnde si 70. versionē attendere voluisset,

vbi dicitur, *Deus Abraham, & Deus Nachor iudicet inter nos*, Rabbinicis Symmisticis aurem non accommodasset.

Ad tertiam instantiam cum Nachor pater Thare post genitum Thare vixerit ceterum & decem nouem annis, ut dicitur Genes. 11. sequitur, quod sub regno Nini nonaginta annis adhuc superstes fuerit. Belus enim, cui Ninus successit, tunc mortuus est, quando Thare vigesimum octauum agebat annum, ex Eusebio. Quare nihil prohibet dicere, lege de idolis colendis à Nino sancta, vel cōsuetudine firmata, Nachorem cum Thare in idolatrię peccatum pariter incurrisse, idolatrarum exemplo. Nunquam ergo probabitur, Ninium non fuisse primum, qui publice idolatrię orbi induxerit: cum hoc tamen stat, priuatim idola coli potuisse à priuatis hominibus.

Ad III. argumentum. Quidam, ut Abul. expositione prologi Galeat. in lib. Reg. & lib. Hispano ad 4. quæstiones c. 28. & alij. Philonem iuniorem huius libri faciunt authorem. Sed hoc non potest stare, Primo, quia talis Philo post Christum sub Caio Cæsare floruit: non est autem verisimile, Ecclesiam librū sub testamento novo conditum, inter libros veteris testamenti annumerasse. Secundo, quia non ut impletum erat scribendum vaticinium de Christi cōtumelijs, & tormentis, quod iam istius Philonis tempore cernebatur impletum: cum ergo propheticus sit talis liber, non est post impletum vaticinium conscriptus. Et inverisimile est eundem Philonem suæ gentis studiosissimum, voluisse palam Iudeorum, impietatem traducere, & ostentare. Tertio non ex receti libro Dionysium Areopagitam verisimile est scripsisse testimonium: præsertim cum ætate grandævus esset Dionysius, Philo adolescens, ut ipse testatur ad Caium de legatione sua. Vnde & idem Sanctus librum Sapientiæ vocat primas scripturarum institutiones, quæ verba antiquitatem libri Sapientiæ monstrant. Alij, ut Dried. de dogm. eccles. p. 2. c. 3. Michael Medina de recta in Deum fide c. 11. Lorini in Sap. duos Philones asserunt, unum iuniorem tempore Caij, alterum vetustiorem supra centum, & 60. annos ante Christum natum temporibus Onie sacerdotis, aut unum ex 70. Alij vni familiariter Salomonis, qui Philo dictus est, attribuunt, ita Finus 6. flagelli c. 13. Sed Magister F. Paulus Minerua nostra Provincia Regni lib. 1. de Neomen. cap. 11. vir doctissimus, eundem Finum confutat, ex Chronol. quia Salomon floruit anno à creatione 2960. Philon vero fuit domesticus Petri, & Pauli Apolotorū, & anno incarnationis Domini 90. etiam florebat; extat enim eius ad Caium legatio, & oratio eiusdem pro Hebreis ad eundem Caium. Sed diceret Finus huic obiectioni, ut vetustiorem alium ab isto fuisse Philonem. Sed & illud obstat fortius, quod illa verba cap. 11. *Tu elegisti me Regem populo tuo, &c. & dixisti me edificare templum in monte sancto tuo, nequaquam possunt ulli Philoni accommodari*, sicut nec postulatio sapientiæ, quæ habetur eodem c. 9. eiusdemq; desiderium, quod habetur c. 8. quicquid reclament Couarruias, & Curiel contro. 3. in Sap. dicentes, antiquiori Philoni Hebreo attribui, id enim gratis asseritur. Et si singendi licentia daretur, posset quis pari ratione tribuere alteri Philoni, de quo meminit Joseph. lib. 1. contra Appion. & Euseb. 1. de præpar. Euang. c. 6. & lib. 9. c. vlt. aut illi medico, de quo Celsus Rodiginus

lib. 4. c. 13. & lib. 28. c. 11. aut alteri, qui fuit Aristoteles familiaris, de quo idem Cels. lib. 22. c. 21. Quod tamē nec idem Curiel probat, nam chimericum esset, & gratis dictum, maximē post tot testimonia Conciliorum, & Patrū Salomoni hunc librum attribuentū, merito ergo nulli horum, sed Salomoni hunc librū, ut communiter Patres attribuunt, else tribuendum dicimus; nec enim possunt Patres exponi, ut conatur facere Curiel cum Medina de recta in Deum fide, lib. 6. c. 12. dicendo, dictos Salomonis, quia solē scribi etiam libri nominibus eorum in doctrina, quæ in illis traditur, vnde Xenophon inducit loquentem Cyrus, Plato Socratem, Cicero Brutum. Data enim hæc licetia, dicere etiam possemus alios sacros libros non esse descriptos à suis auctòribus, ut Esaiam ab Esaiā, &c. Quare ad obiectiōnem dicendum est Salomonē singularium sententiārum authorem fuisse, sed fortè huiusmodi sententiārum Philonem istum eloquentissimum fuisse collectorem, & traductorem, ita Driedo 1. de ecclesiast. dogmat. c. 4. in solut. 5. diff. Canus 2. de loc. c. 11. ad 5. Pamelius in Cyp. serm. de mortalitate, quibus subscrībit Magister F. Paulus Minerua illud adagium de eloquentia Philonis referens, aut Plato Philonizat, aut Philo Platonizat. Simile est de postremis capitibus Prouerbiorū, quorum sententiārum author indubitatus est Salomon, sed alij collectores, dicente scripture, *Hæ quoque Parabolæ Salomonis, quas translulerunt viri Ezechiae Regis Iuda*, quam doctrinam ad librum Ecclesiastici libenter extendimus, & sic Doctores alij qui ad concordiā reducuntur, qui prima facie dissentire videntur. De hoc argumēto lege sapientissimum Doctorem Dominum Consaluum Ceruantem, qui in librum Sapientiæ commentaria eruditissima ad publicam Ecclesiæ utilitatem elaboravit.

Ad IV. merum est mendacium, quod assumitur in antecedenti, quod duplatū redditur, dum ex truncata Augustini autoritate fulciri præteditur ab aduersario: licet enim à multis lib. Sapientiæ reclamatum dixerit Augustinus, subdit tamen non debuisse hunc librum repudiari, qui meruit in Ecclesia Christi de gradu lectorum Ecclesiaz Christi tam longa annostate recitari, &c. & potius Caluinista Vvitakerus Caluinū debebat sequi lib. 4. instit. c. 4. §. 9. qui inficiari non potuit hunc gradū lectorum, qui libros sacros legere consueuerunt; quām Lutheranum Kemnitium hæc Augustini verba referre dissimulantem. Sed tutius est, & modo loquendi Conciliorum, & Patrum conformius, Salomonem singularium sententiārum authorem fuisse: cumque sit liber iste veluti Paralipomenon epitome ab Adamo usque ad Salomonē, per illustrū facinorū sapientiæ cōmemorationē, ab ipso, non ab alio collectore, qui post Salomonē vixerunt, verisimilius est fuisse descriptum, ut egregiè ponderauit Doctor illustris, & eruditus Consalus Ceruantes q. 1. Isagog. in lib. Sap. Et absolutè Magister Senensis 1. Bibl. seet. 2. c. de Sapientia Salomonis, & lib. 8. hæref. 9. Rogerius opus. de lib. can. c. 24. Salomonis, sicut faciunt Sancti, istud opus attribuunt.

Ad confirmationem, nō remissè, & frigidè Augustinus audaciam non recipientiū hunc librum retundit, qui ex vetustate, & gradu, & officio lectorum, & ex consensu omnium Christianorum nedum Episcoporum, sed laicorum etiam poenitentium, & cathecumenorū cū veneratione diuinæ authoritatis illum  
reci-

recipientiū ab omnibus pariter recipi debere suavit  
Veritus ergo, & fallax aduersarius deprehenditur  
vt virum Δεσκαυχαρον, idest duodecim artium  
iure appelles.

Ad II. confirmationem, malis causarum patronis  
hoc est familiare, verba testium, & testimoniorum  
nuncupare equivoqua, impropria, cathechistica, cum  
pressi pondere illorum, quo effugiant, non habent:  
&, ut dicitur, pugnis, & calcibus rem agunt.

Ad V. si omnibus illis niteretur librorum canonico-  
rum assertio, proculdubio infirma satis esset moles  
ista grauissima super debilibus fundamentis locata;  
nunc verò cum talibus argumentis nō vt apodicticis,  
& necessarijs, sed vt probabilibus vtantur Catholici  
traclatores, fortior est structura, habens nedum ne-  
cessarium argumentū, Ecclesia scilicet traditionem,  
sed topica, quæ rem suāsibilem etiam faciunt.

Ad VI. ex authoritate S. Thomæ, aliud est, quod  
Philo nō cōdiderit scripturas canonicas, aliud quod  
liber Sapientiae non sit canonicus; primum dicitur à  
S. Thoma: non enim condidit Philo, sed compilauit  
ad minus, vt dictum est, scripturam istā canonicam,  
& cum subdit, quod tunc liber Sapientiae non habe-  
batur inter canonicas scripturas, loquitur de suppula-  
tione Hebræorum, qui ex hoc compilatore occa-  
sionem sumpserunt non recensendi hunc librū cum  
canonicis, quamvis esse à Salomone compositum ne-  
gare non possunt. Quod verò Philonem cū Ignatio  
æquet S. Thomas, non est quantum ad æquationem  
in dictatione librorum, cum compilator infallibilē  
scribendi facultatem habuerit, & non Ignatius, sed  
quantum ad receptionem eius libri à contradicenti-  
bus: recipiētes enim solas scripturas canone Hebre-  
orum consignatas in pari gradu omne, quod est extra  
canonem non suscipiunt: ceterum ipsum librū tunc  
à Christiana Ecclesia agnatum pro diuino ipsa Dio-  
nysi verba testantur, inquit enim, In primis scriptu-  
rarum institutionibus quidam de diuina Sapientia dixit  
copiosius, Amator factus sum formæ illius, nō vocasset  
autem hunc librum primas, hoc est, antiquas institu-  
tiones scripturarum, ex quo sumit testimonium, si scri-  
ptura diuinitus inspirata non fuisset. Lege S. Maxi-  
mum super Dionysium.

Ad VII. nunquam Gelasius excludit e canone  
Christiano librum Ecclesiasticum, & Sapientiam,  
quos vt canonicos, & sacros suscipit, licet tres Salo-  
moni attribuat, quia quod Salomonis esent, non  
erat apud vlos dubitatio. Sed aliud quoque est de  
authore, aliud de autoritate librorum sacrorum dis-  
putare. Sed hi vnum pro alio vident, & iudicant,  
e duobus, ut dicitur, tria vident. nam etiam vident  
ex Iuuenale,

Geminas consurgere mensa lucernas.

#### ARTICVLVS SEXTVS.

An liber Ecclesiasticus sit diuinitus inspiratus.

#### Positio Hæreticorum.

Martinus Lutherus in suis synposiacis collo-  
quijs tit. de lib. noui, & antiqui testamenti au-  
thoritatem huius libri pariter, ne quid intactum re-  
linqueret, eneruare conatus est, his verbis, Ecclesiasticus,  
qui hunc librum composuit, est cōcionator legalis,

Iurista, docet quomodo vita hæc externa, & civilis  
benēsit instituenda; sed non est Propheta, nihil docet de  
Christo, est liber sicut Thalmud, ex varijs libris collectus.

Calvinus in Antidoto Conciliij scriptis, Vnde me-  
lius faciem haurirent, ex hoc libro multa dogmata à Pa-  
pistis fuisse desumpta.

Guilielmus Vvitakerus disputatione de sacra scri-  
ptura controv. 1. q. 1. c. 13. eundem librum è numero  
canonicorum expungit. his subscriptiū Hunnius, &  
Mævius Lutherani, & alij Symmīstæ Caluiniani, &c.

Faius in Enchiridio disp. 23. conc. 12. blasphemat,  
dicendo, hunc librum quædam continere à maiesta-  
te Spiritus sancti omnino aliena.

#### Oppositiones eorundem.

Arguunt communiter primò, quia nec Melito,  
Nazianzenus, Amphilius, &c. vllam men-  
tionem faciunt libri Ecclesiastici: imo Hieronymus  
præfat. in lib. Salom. aperte dicit, Ecclesiasticum nō  
valere ad authoritatem Ecclesiasticorum dogmatū  
confirmandam. Augustinus lib. de cura pro mortuis,  
ait, Sed si huic libro ex Hebreorum, quia in eo non est ca-  
none, contradicuntur, quod de Moysi dicturi sumus: &c.  
& S. Thomas 1. p. q. 89. ar. 8. ad 2. ait, quod apparitio  
Samuelis fuit procurata per dæmones, subdēs mox,  
Si tamen Ecclesiastici autoritas non recipiatur, proper  
hoc, quod inter canonicas scripturas apud Hebreos non  
habetur. Et passim parutio facta fuit à Patribus sa-  
crorum librorum, in canonicos, & Ecclesiasticos; &  
inter Ecclesiasticos numeratur liber Sapientiae, Eccle-  
siastici, &c. de canonicis dicebant, eos valere adfir-  
mationem dogmatum, de Ecclesiasticis, valere ad in-  
structionem morum.

II. arguunt, liber iste græcè cōscriptus est, ergo nō  
est canonicus. Est argumentū Vvitakeri, & cōmune.

III. hic author in translatione ex hebreia in lingua  
græcam veniam postulat, si quibusdā in locis, in vocū  
facultate deficere videatur. Vbi satis se indicat nec  
Prophetam esse, nec spiritu propheticō prædictum.  
Est eiusdem.

IV. & est argumentū Hunni, Erroneum est, quod  
cap. 46. scribitur de Samuele excitato à Pythonissa;  
at certum est ad incantationem beneficæ, nō Samue-  
lem, sed diabolum apparuisse Sauli in specie Samue-  
lis, eiq; de fine vitæ loquitum, &c. Minor probatur,  
quia eodem cap. 1. Regum c. 28. (ex quo Siracides  
ista repetit) dicitur expreſſe, quod Dominus Sauli  
nec per visiones, nec Prophetas respondere voluerit.  
Et quia non dignatus est ei Dominus respondere per  
Prophetam aliquem adhuc viuentem, multo minus  
per Samuelem iam demortuum.

Confirmatur, quia illud phantasma fuit, non cor-  
pus Samuelis, nec anima, nam anima esse nequivit,  
quam inuisibilem constat esse spiritum, omnis cor-  
poreæ formæ expertem; tanto magis, quod anima  
sanctissimi Prophetæ cum esset in manu, & sinu Dei,  
non potuit villa ex parte tentationi, aut potestati fa-  
tanæ esse obnoxia. Non corpus, nam non est dæmoni  
tanta tributa potestas, vt illud ē sepulcro resuscitaret.  
Et præterea illud corpus vel fuit animatum, vel exani-  
me. Primum esse non potest, opus enim resuscita-  
tionis mortuorum creaturæ, tribui nequit, quod soli  
increatae potentiae diuinæ competit. Si exanime, &  
mortuum fuit, quomodo loqui potuit? nisi fingatur  
K per

per illud dæmonem, sicut per obsessos facit, tunc esse loquutum.

Confirmatur, quia Samuel ita suscitatus, pallio apparuit amictus. Quomodo autem spectrum istud pallio amictum apparuit? Num pallium vñā cū Samuelis corpore sepultum est? Sed vt cunque personatus iste Samuel, personam Samuelis, & loqueland astute simulet, mendax procul dubio deprehenditur, dū ait ad Saulem, *Cras tecum eris tu, & filius tuus*; atque Saul in desperatione periens, non peruenit ad Samuelem agentem in vita æterna, sed haud dubie descendit in Orcum. Est eiusdem.

V. & est argumentum eiusdem. Error in hoc libro alter deprehenditur, quia author eius existimauit Eliam Thesbitem aliquādo reuersurum in persona, cum Dominus promittens Eliam, Malach. 3. non alium, quā Ioannem Baptistam intellexit ipso Christo interprete Matth. 17. Marci 1. Luc. 1. & 7.

Quod si dicas illum locū debere intelligi de Elia etiam in persona, nedum in officio, quia clarē etiam Malach. 4. dicitur, *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam*, vbi 70. legunt, *Mixta vobis Eliam Thesbitem*, ante quam veniat dies Domini magnus, & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, &c. contra instant Mequius, & Hunnius hoc modo. Saluator dixit, *Elias quidem venturus est, & restituuet omnia*; ergo falsum est, quod Ecclesiasticus ait, Eliam Thesbitem in fine mundi ad mortales reuersurum, & prædicatione sua multos ad Deum conuersurum. Falsum itidem erit illud oraculum Malachia ad Thesbitem spectare, quia Christus dicit, *Elias quidem venturus est, & restituuet omnia*. Ergo iam venerat Elias, & restituerat omnia.

VI. à quibusdam hic liber Salomoni tribuitur, at hoc est falsum, nam c. 47. Salomon ignominia notatur his verbis, *Inclinasti fœmora tua mulieribus*. Amplius non potuerunt gesta Eliae, Elisei, &c. enarrari, qui post Salomonem fuerunt in rerum natura.

VII. Faius insurgit, nam auctor iste cap. 50. deprecatur quod peccatum est, his verbis, *Et roganit populus Dominum excelsum in oratione cōtra misericordem*; existimat ergo Ecclesiasticus populum inducere aduersus aliquem misericordia prædictum Dominum rogantem.

#### Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est authoritas Ecclesiæ, eiusdemq; consensu, qui ex Pontificum, Conciliorum, & Patrum doctrina innotescit.

I. ergo Pontifices Summi hunc librū ut diuinum, venerati sunt. Clemens Romanus sic ait epist. 1. *Et iterum per Prophetam loquitur, Hierem. 2. Expauit eum super hoc, &c. & iterum, Impone homo tuus lingue ostium, & seram, &c.* quæ verba sunt in Ecclesiast. cap. 28.

Anacletus epist. 1. ait, *Salomon loquitur dicens, Qui soueam fodit, incident in eam, & qui voluit lapidem, reuertetur ad eum*. Ecclesiast. 27.

Evaristus, *Ipsa Filio in Profeta loquente, Qui me genuit, requieuit in tabernaculo meo*. Ecclesiastici 24. legatur ep. 1.

Sixtus Primus ep. 1. ad omnes fideles tanquam ex Salomone prolatum citat testimonium, dicens, *Et in*

*Salomone habetur, Miserere nobis Deus omniū, & ostende nobis lumen miserationis. Eccl. 36. & epistola eadē ait, Et ubi est, quod in Salomone scriptura loquitur, Eccl. 36. Sicut enim in cōspectu eorum magnificans es in nobis, ita in conspectu nostro magnificaberis in illis. quæ loca transcripsit à Sixto Pelagius primus ep. 1. ad Vigiliū. Fabianus PP. ep. 2. ad omnes Episcopos. Fili, ait Salomon, in mansuetudine serua animā tuā, &c. Ecclesiastici 10. & infra, probans Sacerdotes honrandos esse, ait, *Legitur in Ecclesiastico 7. In tota anima tua time Deum, & Sacerdotes illius sanctifica*.*

Calixtus epist. 1. Dicente quippe scriptura sancta Ecclesiastici 18. *Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere*.

Sixtus Secundus ep. 1. *Quod Pater est, id est etiam Filius, Salomone dicente Eccl. 24. Ego ex ore Altissimi prodii primogenita ante omnem creaturam.*

Marcellinus epist. ad Salomonem Episcopum ait, *Et ut Filius cum Patre in altissimis habitasse credatur, Salomonis testimonio comprobatur, Ego habui in altissimis, & thronus meus in columna nubis. Ecclesiastici 24.*

Eusebius PP. ep. 3. *Ideo carissimi, & vos iuxta sanctam scripturam discite bene facere, &c.* sicut scriptum est Eccl. 14. *Fili, si habes, benefac tecum, & Deo dignas oblationes offer.*

Damasus ep. 6. *Quod bene per sapientiam Salomonis dicitur Eccl. 18. Aniquā scrueris ne reprehendas, etc.*

Innocentius epistola ad Experiū c. 7. enumerans sacræ scripture libros; *Salomonis*, inquit, libri quinque, &c.

Sixtus 3. lib. de malis DD. & operibus fidei, *Ad comprobandum huiusc intelligentiæ veritatem, aliqua diuina legis exempla promenda sunt. dicit enim scriptura, Qui credit Deo, attendit mandatis eius. Ecclesiastici 32.*

Leo Primus serm. de Quadrage. c. 3. *Et ideo sapientissimus Salomon, Fili, inquit, accedens ad seruitutem Dei, prepara animam tuam ad temptationem, Ecclesiastici 2. & Ier. 8. de ieiun. 7. mensis c. 1. ait, Dicit scriptura, Post concupiscentias tuas non eas. Eccl. 18.*

Gelasius epist. 5. *Nonne hec est illa naturalis, que ad detestanda captiuitatis iura descendit, quæ scriptura sancta sic commemorat. Eccl. 40. Graue iugum super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, &c.*

Idem alibi inter alios scripture libros, hunc etiam recenset.

Horsnida epist. 6. non differendum bene operari demonstrans, subdit, *Clamante sapientissimo Salomonem, Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Ecclesiastici 5.*

Felix Quartus ep. ad Sabinam, *Scriptum est enim, Fili conserua tempus, & declina à malo. Ecclesiastici 4.*

Ioannes Secundus epist. ad Valerium, *Et in Salomone, Qui genuit me, requieuit in tabernaculo meo. Eccles. 24.*

Gregorius Magnus in ps. 4. pœnitent. *Vnde non incōuenienter ait scriptura, Homo sapiens tacebit usque ad tempus. Eccl. 20. Hinc rursum scriptum est, Ori tuo fac ostium, & veſtem, &c. Ecclesiastici 28.*

Martinus Primus ep. 13. *Quoniam igitur scriptū est fratres, Quis miserebitur incanatori à serpente per cuso, et omnibus, qui appropinquat bestiis? sic et qui comitatur cū viro iniquo, et obuoluntus est in peccatis eius. Eccl. 12.*

Zacharias ep. 11. *Factum est illis sicut scriptum est, Sapien-*

Sapientiam, qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam, arenam, & salem. Ecclesiastici 22.

Innocentius Tertius de eleemosyna c. 4. ait, Audi super hoc sententiam Sapientis, conclude eleemosynam in corde pauperis, & ipsa pro te exorabit. Eccl. 29.

SECUNDUM ex Conciliis. Synodus Alexandrina epistola ad Episcopos Ecclesiae Catholicæ, Non Athanasii, sed illorum acta luculum, lamentationēq; merentur. In ipsis enim ploratus congruit, sicut scriptū est. Ne fleas mortuum, &c. Ecclesiastici 22. extat apud Athanasium apol. 2. contra Arianos.

Concilium Ephesinum epistola ad Synodū Pamphiliae. Cum consilio omnia fac, dicit diuinus inspirata scriptura. Ecclesiastici 32.

Concilium Toletanum 8.c. 10. Horreda voracium ingluies, dum frēno parsimonia astringitur, religioni contraire monstratur; dicente enim scriptura, Qui spernit minima pauplātū decidet. Ecclesiastici 19.

Concilium Francordiense epistola ad Pr̄fules Hispaniæ. Item in libro Sapientie, ipsa dicente Sapientia, id est Filio Dei, ego ex ore Altissimi prodī, &c. Eccl. 24.

Consilia similiter supra citata Carthaginense tertium, Florentinum, Tridentinum inter canonicas scripturas enumerant.

TERTIO ex Patribus, & primo ex Græcis S. Ignatius epistola ad Neronem, illud Eccl. 19. citat, Qui cito credit, leuis est corde.

Clemens Alexandrinus 5. strom. c. 5. ait, Salomon quoque rūsus dicit, Arbor enim est immortalitatis iis, qui ipsam apprehendunt. Sap. 15. & ideo dicit, Ecce do ante faciem tuam vitam, & mortem, diligere Dominum Deum, &c. Eccl. 15. & lib. 2. P̄dag. c. 8. Honora medium proprie utilitatem eius, inquit scriptura, ipsum enim erexit Altissimus, &c. Ecclesiastici 38.

Origenes hom. 1. in Iudic. Ut autem hoc amplius scripturarum auctoritate clarescat, &c. vide quomodo alibi scriptum est, Qui custodiū mandatum, nesciet verbum malum. hom. 9. in Ezech. Quid enim, ait scriptura, quid superbis terra, & cīnis? & hom. 1. in Ezech. ait, Vide Salomonem sapientissimum omnium, quid de Dei correctionibus suspicetur. Eccl. 19. Fili, noli esse pusillanimis in disciplina Dei. Neque deficias corruptus ab eo.

Athanasius epistola de fuga sua, & Salomon hunc sermonem obsignans, ita ait, Tollentur immaturæ animæ impiorum. Eccl. 19. & lib. de virginitate dicit, Ait enim scriptura sacra, Qui attingit picem, inquinabitur: & qui communicat superbo, similis illi efficietur. Ecclesiastici 13.

Basilius Magnus in cap. 6. Esa. Ait enim scriptura Eccl. 18. Cum consummaverit homo, tunc incipit, &c. & in regulis fusoribus resp. 17. Porro hęc ita esse sapientissimus Salomon confirmat, his verbis, Fatus in risu exaltat vocem suam, vir autem sapiens vix tacite ridebit. Eccl. 21. & responsione 104. Omni in re memoria tenere antis est, quid dicant diuina litteræ.

Ephrem Syrus aduersus improbas mulieres sic dicit, Non immerito dictum est à Sapiente Eccl. 25. Brevis omnis malitia super malitiam mulieris.

Greg. Nazianz. orat. 2. in Iuli. citat illud Eccl. 11. vt ipse legit, Qui potentes de sedibus depositi, et insuscipibilem diademate ornat. & subdit, Nam id quoque à scriptura accipio.

Gregorius Nissenus de vita Mosis, Hoc est, inquit,

quod Sapientia monet, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Ecclesiastici 3.

Epiphanus in Ancorato, Si vero reprehendit nos scriptura diuina, dicens, Quæ tibi præcepta sunt, ea considera. ibidem.

Io. Chrysost. in c. 6. Genes. Sed & hoc, quod postea à Propheta dictum est, prius ipse implebat. Ecclesiastici 16. Melior est unus faciens voluntatem Domini, quam innumerū præuaricatores. & hom. 33. ad populum Antiochenum, Audi scripturam diacentem. Sicut qui occidit filium coram pare, ita qui offert sacrificium ex pecunia pauperum. Eccl. 34. & in parenesi prima ad Theodorum lapsum, Nam unus est, ait scriptura, qui extruit, & alter qui demolitur, quid lucri accedit præter laborem? Eccl. 34.

Cytilus Alex. hom. quam Ephesi habuit, Quibus rationibus patientia compararetur, id diuina nos scriptura edocet, Fili, inquit illa, accedens ad seruitutem Dei, &c.

Anatasius Antiochenus lib. 9. Hexameron, Si auctem adiutrix est mulier, quomodo dicit scriptura, quod unus, & mulieres separant à Deo? Ecclesiastici c. 19.

Damasenus orat. 3. de dormitione Mariae, Nobis nihil ultra ea, quæ dicta sunt perscrutari liceat, scriptura nimurū aliarum rerū indagationem nobis obstruente. Quæ enim tibi præcepta sunt, inquit, ea cogita. Altiora te ne quæsieris. Eccl. 3.

EX Patribus Latinis Tertull. de exhort. castitatis c. 2. Iam nobis est voluntas eligendi alerum, sicut scriptum est, Ecce posui ante te bonum, & malum.

Cyprianus ep. 9. lib. 3. Sed & Salomon in Spiritu sancto constitutus, testatur, & docet, quæ sit sacerdotalis auctoritas, & potestas, dicens, Ex tota anima time Deum, & sacerdotes eius sanctifica. Eccl. 7. Et de opere, & eleemosyna loquitur in scripturis diuinis Spiritus sanctus, & dicit, Eleemosynis, & fide delicta purgantur.

Hilarius de Trin. lib. 12. Quod si ita sentire te piū est, Paulum impietatis necesse est, Filium ante tempora eterna esse dicentem, condemnes. etiam ipsam de se testantem Sapientiam, quod ante sæcula fundata sit, criminis, quæ Patri aderat tunc cum cælum prepararet. Eccl. 14.

Ambrosius de bono mortis c. 8. Illud quoque egregium, quod scriptura ait, Ante mortem ne laudaueris quemquam, Eccl. 11. Ad virginem deuotam c. 2. Non legisti Salomonem dicentem, Bonis bona creata sunt ab initio. Ecclesiastici 39.

Optatus Milenit. lib. 3. contra Donatist. Quia illud à Salomone discere noluisti, quod ait, Absconde panem in corde pauperis, & ipse pro te rogabit. Ecclesiast. 29. & lib. 4. In auxilium eum adduxeras Prophetam, in quo lectū est, sacrificiū peccatoris, quasi qui victimet canē.

Hieronymus ep. 33. Diuina scriptura loquitur, Musica in luctu, importuna narratio. & ad cap. 33. Ezech. Eccl. 22. De magistris negligebus Salomon loquitur, Sapientia abscondita, & thesaurus oculius, quæ utilitas in viris?

Gaudenius tract. 13. Loquitur scriptura diuina, Conclude eleemosynam in corde pauperis, &c. Eccl. 29.

Augustinus præterquam quod lib. 2. de doctrina Christiana c. 8. librum Ecclesiasticū inter canonicos numerat; etiam ex eodem libro desumit testimonia tanquam diuina. Ad Orosium contra Priscillianistas ait, Clamat sancta scriptura, Altiora te ne quæsieris, idē testimoniu, vt scripturæ diuinæ grataanter recipit

de cura pro mortuis c. 17. epist. 248. ait, *Nec frustra scriptura dicit in libro Ecclesiastico, In mortuum produc lacrymas.* &c. Eccl. c. 38.

Paulinus Episcopus Nolanus apud S. Hieronymū c. 10. ep. 14. c. 1. *Vetus scripture celebrata sententia est, esse pudorem, qui gloriam inueniat, & gratiam; & esse rursum pudorem, qui soleat parere peccatum.* Ecclesiastici 4.

Maximus Taurinensis hom. 1. de eleemosyna, Dicit scriptura diuina, *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum.* Eccl. 3.

Prosper de promiss. & prædictio. Dei p. 2. c. 35. In his, inquit, suppleta est prophetia, dicens, *Qui foueam fodit proximo, incidet in eam.* & de vita contemplat. lib. 2. c. 6. *Ait enim in Ecclesiastico Spiritus sanctus, Est correpctio mendax in ore contumeliosus.* Ecclesiastici 19.

Saluianus Massiliensis lib. 3. ad Ecclesiam Catholicam, *Fili,* inquit scriptura sancta, si habes, benefac tecum, &c. Eccl. 14.

Fulgentius de remissione peccatorum lib. 1. c. 12. *De talibus in libro Ecclesiastico scriptura diuina sic loquitur, Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius?* Ecclesiastici 34.

Celiodorus 1. init. c. 13. inter libros canonicos Ecclesiasticum quoque recenset. Ex eodem libro desumit testimonium, scribens in ps. 55. probans, quod Deus non decipit in se confidentes, *Sicut Salomon dicit, Nullus sperauit in Domino, & confusus est.* Ecclesiastici 2.

Isidorus Hispalensis lib. 6. ethym. c. 1. hunc librum cum ceteris annumerat.

Alcuinus de virtutibus, & vitijs, c. de pœnitentia. *Dicitur in scriptura sancta, Ne adicias iterum; sed de pristinis deprecare ut ibi dimittatur.* & c. de cattitate, *Admonet nos itaque sancta scriptura, dicens, Post concupiscentias tuas non eas,* &c. Eccl. 18.

Rabanus de initio cleric. lib. 2. c. 13. hunc librum cum ceteris canoniscis recenset.

Bernardus de gradibus humiliatis, *Cauendum est ideo malum desiderium, quia mors secus introitum deletionis posita est;* unde scriptura præcipit, dicens, *Post concupiscentias tuas non eas.*

S. Thomas 4. contra gentes c. 8. ad 10. obiectionē ab Arianiis allata, ubi dicitur Ecclesiastici 24. de Sapientia Dei Filio, *Ab initio, & ante secula creata sum,* &c. dicit, quod ex creatione accipitur immutabilitas Patris, ex generatione unita naturae in Patre, & Filio. & subdit, *Et sic huiusmodi scripture intellectum Synodus exposuit, ut per Hilarium patet.*

III. arguitur ex rationibus supra allatis, quæ ad nostrum propositum adaptari possunt.

IV. ad hominem, nam Hunnius Calvinista, ut librum insignem ad traditum doctrinam virtutum, & mortui fatetur Ecclesiasticum; non ergo eidem tā crassos errores impingere debebat. Deinde contra Lutherum. *Sibi liber est concionator, & legalis, & iurista, docetq; quomodo vita hac externa, & civilis benè sit instituenda, non erat Thalmoth ex varijs libris fabulosissimis, & vitæ politice infensissimis compacto, comparandus.* Et si Iunius excusat Calvinum, quasi recte senserit de Ecclesiastico, tamen ab orthodoxis merito incusatur, quod lutilento coeno, & sentine ferme illū comparauerit, dicēs de Papistis ab Ecclesiastico multa mutuata, unde melius faciem han-

virent; debebat ergo Iunius, ut impium, hoc dictum à Calvinō, ut falsum reiçere, nam aliàs vana est Calvini excusatio. Ministri Geneuani in suo clypeo fidei dial. 8. pag. 250. non tam citant Ecclesiasticū, quam etiam Salomoni eundem tribuunt librum.

### CONCLVSION CATHOLICA.

*Liber Ecclesiasticus sacer est, & diuinitus inspiratus.*

R Esondeo dicendum necessariò, hunc librum diuinitus inspiratum, ex Ecclesiæ autoritate, eaq; supposita, ex materia quoque fit ista veritas catholica suscibilis; nam, ut dicit Aug. lib. 18. de Cuius Dei c. 20. *In Ecclesiastico fides gentium prædicatur futura, isto modo: Miserere nostri dominator Deus omnium.* & immite timorem tuum super omnes gentes, extolle manus tuam super gentes alienas, & videant potentiam tuam, ut sicut corā illis sanctificatus es in nobis, ita corā nobis magnificeris in illis, & agnoscant te, secundum quod & nos agnouimus te, quia non est Deus præter te Domine, & subdit, *Hanc sub optandi, & precandi specie prophetiam per Iesum Christum videmus impletam: sed aduersus contradictores non tanta auctoritate proferuntur, que scripta non sunt in canone Iudeorum.* Apud contradictores ergo Iudeos, et si non sit tantæ auctoritatis, maximæ auctoritatis est apud Ecclesiæ Catholicam, quæ prophetiam noscit in Iesu Christo impletam. Sed nec solū ex dogmatibus canonicanis, verum etiam ex morum instructione obtinet auctoritatem, propter quod, ut noster Hugo Cardinalis præfatione in Ecclesiasticum dicit, hic liber apud Græcos ταῦτα, apud Hebraos Parabola, apud Latinos Ecclesiasticus appellatur, eo quod Ecclesiæ sit utilis, sicut Ecclesiastes. Vnde hanc utilitatem demonstrans Rabanus, dixit, *Ecclesiasticus morum penitentiarum disciplinam, & sancte religionis conuersationem affat, & copiosè describit: dictus autem Ecclesiasticus pro eo, quod in medio cœtu populi idem coram Ecclesia fuerit habitus.* Hic propter nimiam sensus similitudinem, & eloquii paritatem Salomonis titulo prænotatur. Constat autem hunc librum sub Iesu filio Syrach editum fuisse, & inter reliquos scripturarum libros parabitum veneratione. Hæc ille libro 5. de vnuerso cap. 3.

### Solutiones oppositionum.

A D L respondendum est, sicut dictum est ad obiectiones factas contra lib. Machabæorum, Judith, &c. quod nō meminerint aliqui Patres, quia solum Protocanonicorū catalogum, de quibus apud omnes Patres vñquam extitit dubitatio, attexere curarunt. Hieronymus loquutus est quācum ad omnes infideles, non quantum ad hæreticos: vnde à simili idem S. Hieronymus lib. contra Heluidium, & Iouinianum, similiter historiam Susanne à Iudeis reiecit, dicens in concertationem cum Hæreticis, et si non cum Iudeis, valere. S. Augustinus, & S. Thomas non absolute, sed per concessionem loquuti sunt. vnde conditionali particula [si] vñ sunt, quam tamen non admittunt, volentes intendere nō posse desumunt certum argumentum cum aliquo iudaizante, si talem librum

librum non admittat, sed aliò oportere recurrere ad argumenta sumenda. Quod vero à veteribus fuerit facta partitio librorū in canonicos, & Ecclesiasticos, nihil obstat; illos enim canonicos vocare voluerunt, ex quibus etiā contra Hebreos sufficiens assertio desumebatur, ut proprijs armis confoderentur ex ijs libris, quos Synagoga eorum recipiebat; cæteros Ecclesiasticos vocabant, ab Ecclesiæ autoritate, quæ tam illos, quam istos legebat ad instrunctionem fidelium, qui nō erant ex ijs, quos acceptabant reuincendi, aut ut fidem reciperent ex ijsdē non erant suadendi, aut in fide firmandi, sed tantum in moribus dirigendi. Quia vero eo tempore, quo talis partitio facta est, ex dubitatione quorundam Patrum, & Ecclesiærum resonendum erat explorata, esse dictos libros sacros, & diuinos, Ecclesiastici dicti sunt, non canonici. Et quia non erant adhuc propositi sub anathemate quoad omnes, ut valerent etiam ad dogmata fidei firmāda cōtra hæreticos, necessitate fidei ab omnibus recepti non fuerunt, qui tamen postea procedente tempore pari gradu authoritatis ab omnibus credendi propo-siti sunt.

Ad II. negatur antecedens; dicit enim Hieton. prefat. in lib. Salomonis se reperisse hunc librum hebraicum coniunctum cum Ecclesiaste, & Cantico canticorum, nec Ecclesiasticum, sed Parabolas prænotatum. idem docet Epiph. lib. de pōdere, & mens. & Damasc. 4. de fid. c. 18. & idem patet ex prologo, qui præponi solet Ecclesiastico. Ex quibus habetur, Iesum filium Sirach græcē reddidisse hunc librum, quem auus eius Iesus hebraicē descripsérat. Admissò vero antecedenti, negatur consequentia; Pauli enim Epistolæ græcē scriptæ sunt, & nec ipsi Nouatores negabunt esse canonicas.

Ad III. respondet veniam petere nō de aliquo errato circa res, sed de translatione, & expressione, si non adeo eleganter Hebraismum in Hellenismum expresserit; vnde talis imperitia potest stare cū Prophetæ, & scriptore canonico, qui dirigitur, ut vera scribat, non ut cum elegantia scribat, alioquin oportet Hieremiam à vatuum numero expungere, quod se ineloquentem professus sit, dicens, *A,a,a,Domine Deus ecce nescio loqui, quia puer ego sum,* & humili stylo descripsérat.

Ad IV. Duplex est in hac re Doctorum sententia; quidam dixerunt non fuisse animam Samuelis, sed dæmonem illius loco, qui Sauli apparuit, sic Tertull. lib. de anima. Author. 99. ad gentes q. 52. & author. 99. veteris, & noui testamenti q. 27. & author. de mirabilibus sacræ scripturæ lib. 2. c. 1. (quæ opuscula falso tribuuntur Augustino) eandē, ut certa sententia amplexi sunt quidam apud Aug. lib. de cura pro mortuis c. 25. quam probabile existimat lib. 2. ad Simpl. q. 3. ibi duas recensens opiniones, & hinc indeterminando, & hæc Augustini sententia refertur 26. q. 5. c. nec mirum. Id ipsum tenuerunt Hieronymus 3. in Eſ. c. 7. & lib. 4. super Ezech. c. 13. & super Matth. c. 6. in fine, Procopius, Gazeus, Eucherius Lugdunensis in hunc locum Regum. Sed hoc non potest stare. Primò, quia tam in libris Regum, quam in Ecclesiastico non dæmon, sed Samuel apparuit, & locutus esse describitur, ex regula autem Augustini verba sacræ Scripturæ cum accipi possunt in proprio sensu, metaphorice exponi non debent. Secundò, quia qui

apparuit, ut Caietanus notauit, dixit Regi Saul 1. Reg. 28. *Faciat tibi Dominus sicut locutus est in manu mea, &c.* quæ verba ab ipso Samuele 1. Regum 13. prædicta sunt. Quare quod viuus prædixerat, mortuus confirmauit. Accedit, quod prædicere futura, ut fecit Samuel dicendo Saul sequenti die moriturū, &c. non poterat dæmon. Tertiò, quia loco citato Ecclesiastici Samuel cum viris gloriis laudandus propontitur, & laudi datur, quod mortuus prophetauerit, & annunciauerit Regi, quæ ventura erat, potius ergo Diaboli, quam Samuelis fuisse ista laudatio. Alij dixerunt verè fuisse animam Samuelis, & hic sunt Iosephus lib. 6. antiquit. c. 15. Iustinus in Dialogo contra Triphonem, Basil. ep. 80. ad Eustatium, Augustinus lib. de cura pro mortuis c. 25. & S. Th. loco citandem tenent Lyranus, Carth. Abul. 1. Reg. c. 28. q. 28. Victoria relect. de magia q. 5. quam sententiam idcirco amplectimur, quia præcipuum motiuum oppositæ sententiæ, vel eorū qui in eam propenderunt, fuit, quod olim apud quosdā Ecclesiasticus liber nō computabatur inter scripturas canonicas; cum ergo iam cōstet esse canonicum, omnis dubitatio soperitur, & ex proprietate verborū scripturæ verior existimatur, itante Ecclesiastica definitione, Concilij præser-tim Tridentini; cui quod in decretis dicitur, nullo modo aduersatur: nec enim illud capitulum Ecclesiastica definitio est, sed Augustini authoritas ibide-m à Gratiano inserta, quæ & ab Augustino melius sentiente, retractata est, & quod est in decretis simpliciter positum, non habet irrefragabilem authoritatē.

Negatur ergo minor aduersario, ad probationem respondeatur hoc fuisse factum ad confusionem Saulis, ut sicut ei Samuel reuelarat exaltationem suam, ita reuelaret ei mortem suam, & priuationem regni, &c. si autem per alios respondisset, non adeo erubuisse.

Ad confirmationem illa apparitio fuit anima Samuelis non sub inuisibili sua natura, sed sub visibili specie corporis alicuius aerei diuinitus, vel ministerio angelico efformati; vel per speciem imaginariā, seu sensibilem, præsentem, & loquentem se exhibētis, quomodo factum est in monte Thabor, ut apparuuerint Moyses, & Elias cum Domino loquentes. Nec est absurdū credere, ut dicit Aug. q. 2. ad Simpl. ex dispensatione permisum fuisse, ut Deo obtempe-rans, non magicis incantationibus (quæ nullo modo fuerunt instrumenta excitationis anima Samuelis, sed tantū conditio, sine qua non) consentiret spiritus Prophetæ sancti se ostendi aspectibus Regis diuina eum sententia percussurus; quando etiam dominus voluit à Iudeis opera diaboli facientibus, se teneri, illudi, &c. Vel dicendū à Pythonissa opere, & effectu nō præstitas incantationes; in textu enim sic dicitur, *Suscita mihi Samuelem.* & mox, *Cum autem vidisset mulier Samuelem, exclamauit voce magna:* nulla autē fit mentio de incantationum exercitio, quare fieri potuit, ut muliere ad incantandum se accingente, fuerit præuenta ex dispositione Dei, mitteat animam Samuelis ad nunciandum Regi futura mala: nō secus ac mittente Rege Ochozia nuncios ad cōsulendum deum Accaron, antequā id opere completeretur, diuina ordinatione præuentus est per occisionem Eliæ, qui Regi futuram mortem nunciavit. Vel tandem dato, quod omnes fatentur incantationes à muliere fuisse peractas, nō sequitur, ait Caietanus, quod ars magica

extensa fuerit ad animam sancti Samuelis; sed quod quemadmodum exercete Balaam incantationes suas, apparuit illi Deus non vi incantationum, sed præoccupans, & impediens effectum, ita exerceente muliere incantationes suas, præoccupauit Deus, mittendo animam Samuelis, ac impediendo incantationis effectum. Cum interrogatur ab aduersario, corpus illud vel fuit animatum, vel non; dicimus, cum non fuerit anima informatum, fuisse inanime, & ex aere efformatum: cum autem queritur, quomodo loqui potuerit, respondetur, illas voces eodem modo efformatas, quomodo Angelii per corpora assumpta loquuntur sūt: aere enim condensato possunt collidi verba articulata intra illum, quæ sine aeris collisione nequaquam formantur.

Ad II. confirmationem, illud nō fuit verē palliū, sed aer condensatus sicut & corpus, in quo potuit color, & figura pallij ex varia percussione lucis appareat: tam autem pallium istud, quam corpus, potuit anima eius vel sua sapientia, & virtute, aut Angelorum ministerio efformare. Nec mendax deprehenditur, (vt ludit aduersarius) personatus Samuel: non enim designauit certū locum, nem pe sinum Abrahæ, nam non dixit, *Cras eris mecum in sinu Abrahæ*, sicut dixit Christus latroni, *Hodie mecum eris in paradiſo*, sed absolute, *Cras tu, & filii tui mecum eritis*. i.e. eritis defuncti, sicut & ego; nec enim se Samuel vt existētem in sinu Abrahæ attendit, sed vt defunctum, vt sensus sit, *eritis mecum*, sed non eodem loco; oraculū enim dedit de morte, de qua Samuel consulebat, nihil curādo an deberet succedere in parte bonorum, vel malorum, de qua non erat sollicitus Saul, tempora-lem solum vitam istam attendens.

Ad V. respondetur per responsionem ibi datam, Ioannem esse dictū Eliam ex officio: vnde Angelus prædictus, Ioannem, non Eliam futurum, sed præcessum Christum Dominū in spiritu, & virtute Eliæ. Vnde hæc bene consonant, Elias in persona venturus est, & Ioannes Elias officio iam venit, & de illo in persona Christus dixit, *Elias uenit, et restituere omnia*; de Ioanne solum dixit, *iam uenit*, nulla facta mentione, quod omnia restituerit, non enim hoc Ioanni competeat poterat, sed Eliæ, qui nedum restituere debebat, hoc est cōuertere corda filiorum ad patres eorum, & è contra, sed etiam signum debebat esse restitutiois omnium. i.e. consummationis seculi future, & utrumque dixit Spiritus sanctus per Ecclesiasticum, & Malachiam. Ecclesiasticus enim loquens de Eliᾳ, ait, *quod scriptus est in iudiciis temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob*; cui allusit Christus dicens, *restituere omnia*. Malachias vero dixit, *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis*. Nescientes ergo personas distinguere Grammatici isti, nihil mirum si nec tempora concordarunt.

Ad VI. sicut dicit Augustinus supra in corpore, & 2. de doctrina Christiana cap. 8. liber iste Salomonis per quandam similitudinem dicitur, vel quia sententiae, vt dicunt quidam, Salomonis fuerunt, sed à Iesu filio Syrach collectæ, diuino spiritu multas alias adjiciendo, quales sunt laudes Sanctorum, qui post Salomonem claruerunt: ita dici potest, ab eodem, lapsum Salomonis qui obiicitur, ad instructionem, & cautelam nostram recensitum esse.

Ad ultimū fallitur Faius in Grammaticæ constru-ctione, nam accusatiuus ille misericordem, construi debet cum altero excelsum, neque particula conuera, vim habet prepositionis, sed coniunctionis, secundum morē scripturæ, Gen. 21. Et sedens contra leuauit va-cem suam. & sensus est, Rogauit populus Dominum in oratione excelsum, & è cōtra misericordem, id est simul misericordem. Hic etiam locus nec in nostra vulgata est, sed apud septuaginta.

#### ARTICVLVS SEPTIMVS.

*An liber Baruch sit sacer, & diuinitus inspiratus.*

**E**TIAM librum Baruch à canonica authoritate vo-luerunt expungi Nouatores tam Lutherani, quam Caluiniani. Lutherus solum utilem librum esse asseruit, & spiritu diuino, & veritate expoliare vide-tur, præfatione enim Germanica in Baruch inquit, *Admodum utilis est hic liber, quicunque demū Baruch iste fuerit. Verisimile est Hieremie ministrum, qui it idē Baruch dicebatur, maiorem, ac sublimiorem, quam huc spiritum habuisse. & subdit, Neque etiam annorum numerus cum historia conuenit, ita vt hunc librum propè eodem modo, quo tertium, & quartum Esdræ non trans-tulisset.*

Huldaricus Zuuinglius scripsit, se huius libri au-thoritate non vrgeri, subdens explic. ar. 20, fol. 53. *Responsione nulla dignabor apocrypha*, Petrus Palladius Isagoge ad fac. libros de lib. Baruch constat hunc librum, inquit, non esse magni momenti, sicut neque tertius, & quartus Esdræ.

Martinus Kemnitus exam. 4. Concilij Trident. hunc librum etiam ē canone expungit.

Hunnius similiter à suis Symmictis non discedens, in eadem hæret salebra.

Calinus lib. 3. institut. c. 20. §. 8. eidem libro canonicam authoritatem admetit; ipsum secuti sunt sui, Vitakerus disp. de sacra scriptura, & alij Symmictæ, Iunius, &c. & Antonius Faius in Enchir. disput. 21. & 22.

Franciscus Daud Triticarius in disputatione Al-bana actione quinta, pressus illo loco, quo filij Dei deitas probabatur, Baruch 3. *Hic est Deus noster, &c. Baruch, respondit, non est canonicus.*

#### Oppositiones eorundem.

**A**RQUITUR I. numerus annorum cum historia non conuenit, ergo non est canonicus. Est argu-mentum Lutheri.

II. liber iste non allegatur à Christo, & Apostolis, ergo non est canonicus. Est argumentum Hunnij.

III. liber iste non annumeratur canonicas scriptu-ris à Concilio Laodiceno, non ab Athanasio in Sy-nopsi, non ab Epiphanio lib. de ponderibus, & men-suris, non à Nazianzeno, ergo non est canonicus. Est Hunnij, & aliorum.

IV. Phrasis ipsa, & dictio græcanica est, quisque autem librum hunc scripsit, Græcus homo fuit, aut græc scripsit, ergo nec Baruch fuit, nec aliquis ex numero Prophetarum. Ita necessaria efficitur ratio-ne hunc librum in apocryphis esse statuendum. Vitakerus.

Con-

Confirmatur, nam Baruch c. 6. vbi epistola Hieremij inseritur, scribitur, *Eritis ibi generationes septem, hoc autem nouū est, & à phrasī Hebræorum alienū: nunquam enim in hebraicis libris vocabulum illud generationis, isto modo sumitur, ut decem annorum spatiū significet.* Est Vvitakeri.

V. Non tam pressa est dictio Baruchi, neruosa, sedata, maiestatis plena, quam sacræ scripturæ stylus esse debet, ergo non est canonicus. Est argumentum eiusdem.

VI. non fuit hic liber in hebreo canone, ergo non est canonicus. Est eiusdem, & cōmune hæreticorum.

VII. etiam post Conciliū Tridentinum, quidam, vt Canus, & alij non senserunt esse canonicum, nec eo modo, quo cæteros libros, vt canonicum sunt venerati, ergo. Est argumentum Vvitakeri.

VIII. si aliqua ratione Baruch esset canonicus, ea esset, quam quidam assignant, quia Baruch cum fuerit amanensis Hieremij, sub eius nomine allegatus est à Patribus. At nullum, inquit Hunnius, est hoc argumentum, Baruch fuit amanensis Hieremij, ergo liber Baruch est Hieremij liber.

Confirmatur, quia hac ratione saltem tribuitur caput ultimum istius libri Hieremij, quia in 6. capite inseritur epistola Hierem. ad Iudeos ex Babylonē missa. At hæc ratio non valeret, nam si esset illa epistola Hieremij, fuisset non minus inserta in libro Hieremij, sicut & altera ad Iudeos missa, quæ habetur in c. 29. Hieremij. Est eiusdem, & Hunni.

Confirmatur secūdo, quia in huiusmodi argumentatione quidam Patres Baruch iudicarunt esse partē vaticiniorum Hieremij, ergo est canonicus, conclusio non sequitur (ogannit Hunnius) quia plus est in ea, quām in præmissis.

Vltimo, falsum videtur, quod scribitur cap. 1. vers. 10. quod post templi, & altaris vastationem Hierosolymis sint holocausta oblata, & festa celebrata.

## Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est authoritas Ecclesiæ, quæ manifesta est in sequentibus argumentorum classib⁹.

Prima classis continet testimonia Summorū Pontificum, & Conciliorū. Clemens Rom. 5. constit. apostolic. c. 19. in Baruch dicit scriptum esse. *Hic est Deus noster, &c.* Sixtus Primus epistola ad omnes fideles sic ait, & Hieremias hic est Deus noster ait, & non applicabitur alter ad eum, &c. eodem modo loquitur Felix Tertius epistola ad Petrum Antiochenum, & Pelagius Primus epistola ad Vigilium Episcopum.

Innocentium Primum epistola ad Exuperium, Gelasium sub Hieremij Baruch comprehendisse compertum est, dum passim Hieremij nomine, & titulo liber Baruch etiam à præcessoribus fuerit citatus, vt visum est.

Ex Concilijs. In Conclilio Niceno 1. lib. 2. fol. 115. Clarius accipe testimonium authēticum soli personæ Dei propositum ostendens ipsum esse authorem omnium factarum naturarum, sicut scriptum est in libro Baruch ex ore Hieremij Prophetæ dicentis, *Qui preparauit terram in eternum tempus, impleuit eam iumentis, quadrupedibus, &c.* Hic est Deus noster, & non reputabitur aliis aduersus eum. Idem testimonium citat sub nomine Baruch.

Laodicenū c. 59. quæ autē oporteat legi, & in auctoritatē recipi, hæc sunt, *Ex veteri testamento Genesis, &c. duodecim Prophetæ, Esaias, Hieremias, Baruch lamentationes, et Epistola.* Concilium Parisiens. lib. 2. c. 8. ex eodem lib. sumit testimonium.

Concilium Trident. libros, quos suscipiendo decernit sunt infrascripti. *Testamenti veteris quinque Moysi, &c. Esaias, Hieremias, cum Baruch, &c. cætera vero Concilia, vt Carthaginense tertium, &c.* quæ Baruch expressè non ponunt in canonem, probant propositum, quia pro eodem habebatur, illum sub Hieremij nomine citare, habendo hunc librum, vt partem vaticiniorum Hieremij. Vnde posteriora Concilia hoc clatius explicarent, ponendo Hieremij cum Baruch.

II. Classis continet Patres, Athenagoras pro Christianis, *Sed quid Prophetæ? Dominus est Deus noster, inquit, non comparabuntur alius ad ipsum.*

Irenæus lib. 5. cap. 35. sub nomine Hieremij citat illud testimonium, *Circumspice ad orientem, Hierusalem, & vide letitiam, quæ aduentat tibi ab ipso Deo;* tale autē testimonium habetur ex libro Baruch c. 4. & 5.

Clemens Alex. 1. pædagog. c. 15. *Per Hieremiam quoque enarrat prudentia, Baruch 4. Beati sumus Israel dicēs, quod quæ Deo grata sunt, à nobis cognosci possint. Prudentia, & cognitio significatiw per eundem Prophetam dicentem, Audi Israel mandata vita, auscultia ut cognoscas prudentiam.* & lib. 2. c. 3. tanquam ex diuinâ scriptura illud assumit testimonium, *Vbi sunt qui gentibus imperant, & qui dominantur feris, quæ sunt super terram?* Baruch 3.

Origenes 2. Patriarch. c. 3. Denique, inquit, Baruch Prophetæ librum in assertionis huius testimonium vocant, &c. legendus Hom. 7. in Exod.

Eusebius de propheticorum librorum appellati⁹, & de Hieremij, *Cur Baruch, inquit, librum inscribi? quia que Hieremias dictarat in libro à se de scripto, capitulis apud Babylonem recitauit, &c. & lib. 6. de demonstrat. Euang. cap. 19. vbi citasset illud testimonium, Hic est Deus noster, non reputabitur alius ad ipsum, &c.* mox subdidit, *Nihil oportet adiungere diuinis vocibus, quæ evidenter nostrum propositum confirmant.*

Athanasius orat. 2. cōtra Arianos, *Nam id quoque rursus videamus, an Deus fons sapientiæ, & vita appelletur, quemadmodum per Hieremiam c. 2. loquitur, Me dereliquerunt fontem aquæ viue.* in Baruch item 3. Relinquebatis fontem aquæ viue Dominum. Et epistola de decretis Nicenæ Synodi, *Et huius sapientiæ fontem Deum esse, in Prophetæ Baruch didicimus.*

Didimus Alexandr. ad c. 1. Iacobi probans mala pœna à Deo esse, scripsit, *Ponendum est illud, quod ait scriptura, Ipse declinavit super eos mala.* Baruch 2.

Cyrillus Hierosolymitanus cath. 3. enumerat scriptura libros, ait, *Prophetarum liber unus, & Esaiæ, & Hieremij cū Baruch, Threnis, & Epistola.* Et cath. 1. 5. probans Filij Dei incarnationem, ait, *Audi Pro, beati dicentem, Iste Deus noster non reputabitur alius ad illum, &c.* cernis Deum post legislationem Mosis incarnationem. Et de occurrsum Domini, & de hoc puerο clamat Hieremias, *Deus in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est.*

Basilius Magnus lib. 4. contra Eunomium, *Cum Hieremias de Filio dixerit, Hic est Deus noster, &c. & de*

& de Spiritu sancto c. 5. Iuxta quem tropum, & Baruch iudicare volens Deum immobilem semper esse, ait, Et tu sedes in eternum, &c. Baruch 3.

Nazianzenus orat. 49. quæ est de fide, ait, Et Hieremias recepitissimus Prophetarum, hanc unitatem dei tatis in Patre, & Filio sciens, ait, Hic est Deus noster, & non reputabitur alius absque illo, &c.

Epiphanius contra Nazareos, Quomodo verò cognoscitur, velut Hieremias de ipso dicit, Homo est, quis agnoscat ipsum? Baruch 3. idem dicit, scribens contra Ebionitas.

Gregorius Nissenus orat. 1. de pauperibus amadis, Merito igitur, & opportunè poteram verba Baruch, c. 3. usurpare: hic adiuuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob pueru suo.

Chrysostomus ad ps. 46. Et ideo dicebat Hieremias c. 31. Dabo vobis testamentum nouum, et rursus dicebat, Hic est Deus noster, &c. eundem locum, ut à Propheta dictum citat hom. 5. de incomprehensibili Dei natura, & aduersus Gentiles ait, Primo omnium, quod Deus existens, homo futurus erat, dicit Hieremias, Hic est Deus, &c. Baruch 3.

Cyrillus Alexandr. hom. recitata Ephesi contra Nestorium, Testes accipite sanctos Prophetas, nomine Baruch Emmanuel digito demonstrat, aut enim, Hic est Deus noster? idem docet epistola ad Maximinum. Constantopolitanum de recta in Deum fide ad Theodosium, Baruch sub nomine Hieremias pariter recenset, Cunis rei Propheta Hieremias nequaquam ignarus, optimè doctissimeque philosophatus, Deum ita compellat, Tu quidē in saeculum permanes, &c. Baruch 3.

Basilius Seleucus orat. 1. de Verbi incarnatione, Hieremias quoque apud Baruch ita clamat, Hic est Deus, &c.

Ex Latinis Tertullianus aduersus Gnosticos c. 8. Meminerunt etiam & Hieremias scribentis ad eos, quibus illa captiuitas imminebat, & nunc videbitis deos Babyloniorum aureos, argenteos, & ligneos portari. Baruch 6.

Cyprianus contra Iudeos probans, quod Christus sit Deus, ait, Item apud Hieremiam, Hic est Deus noster, & non reputabitur alius, &c. Baruch 3. & in oratione Dominicâ, Per Hieremiam autem tibi Spiritus sanctus suggerit, & docet, dicens, In sensu autem tibi datur adorari Deus.

Lactantius 4. diuin. instit. c. 13. Item Propheta Hieremias sic ait, Hic Deus noster est, &c.

Hilarius 5. de Trin. sub finem, Hieremias verò non dispergit prophetica virtute indiscreti à Deo Patre naturæ unigenitum esse Deum, ita docuit, dicens, Hic Deus noster, & non reputabitur alter ad eum. Baruch 3.

Ambrosius de fide contra Ariani. c. 7. Nam & Hieremias receptissimus Prophetarum, hanc unitatem diuinariis in Patre, & Filio sciens, ait, Hic est Deus noster. lib. 3. Exam. c. 14. Denique de ipsis etiam in posterioribus dicit Hieremias, Delicati mei ambulauerunt vias asperas, quibus infra ait, Constantes esto, & clamate ad Deum. Baruch 4.

Augustinus lib. 18. de Ciui. Dei, c. 33. Item alio loco, Hieremias, Hic Deus meus, inquit, & non estimabitur alter ad eum, &c. Hoc testimonium quidam non Hieremias, sed scriba eius attribuunt, qui vocabatur Baruch, sed Hieremias celebratus habetur. legendus etiam lib. 15. c. 23.

Prosper Aquitanus de promiss. & predict. p. 2. c. 9.

De demonum cultoribus Hieremias scribens, ait, Ibi fuerunt gigantes nominati, scientes prelum. Baruch 3. & p. 3. c. 3. Et Hieremias ait, Hic est Deus noster, &c.

Fulgentius de Incarnatione, & gratia Christi c. 10. Deus ergo ille, qui in forma Dei, secundum beatu Hieremias vaticinum, magnus est, & non habet finem, exesus, & immensus. Baruch 3.

Isidorus Hispalensis de nativitate Domini c. 18. Et Hieremias in libro Baruch, Hic est Deus noster, &c.

Petrus Damiani de contemptu seculi, cap. 32. Hieremias ait, O Israel, quam magna est domus Dei, &c. & de Epiphania Domini, Hieremias autem, Post haec, inquit, in terris visus est, et cum hominibus conuersatus est.

Hugo Victorinus ferm. 43. De hac pace populo non in via Dei ambulant, sed in iniuio diaboli erranti, Baruch c. 2. ait, Si in via Dei ambulasses, habitasses utique super terram.

Petrus Cluniacensis 2. contra Iudeos c. 2. Hieremias Prophetæ notarius, seu collega Baruch post multa, quæ de Deo promiserat, subdit, Hic ait, est Deus noster, &c.

SECUNDUM principaliter arguit rationibus, quibus supra alij libri controuersi, diuinitus inspirati probantur.

TERTIO ad hominem; nam Lutheranus Hunnius ex Epistola Hieremias, ubi idolatria taxatur, occasionem sumens Catholicos mordendi, ait, Non sicut sicui esse tam similem, quam sit idolomania gemitum à Barucho reprehensa, & Papistarum Iconolatria. & postea scribit, In imagines nostras conuenire, quæ Propheta copiosè de idolorum imbecillitate, & impotentia in Epistola illa, & instructione ad captiuos disputat. Si ergo idolomania Hunnio censore iudicatur, ex authoritate Baruch, ut iusta ei nostra videatur damnatio, non deberet alibi iudicetur Baruch suspectum reddere, è canone eximendo. Cogitur ergo, velit, nolit, ut sua graphicæ idolorum descripçio nostras Imagines ferire videatur, propheticæ Baruch dictio innitatur, quem cum alijs explodat, nec nostra infirmat, nec suam phantasiam corroborat. At in vniuersum Baruch authoritate recepta, nihil contra nos militat, cum Baruch eorum confater stultumam, qui simulacra deos censentes, diuinum illis honorem tribuebant, quæ nos Imaginibus non praestamus.

Calvinus lib. 3. instit. c. 20. §. 8. ait, Quod scriptum est in prophetia, quæ Baruch tribuitur, licet auctor incertus sit, sancti simè dictum est. & in Psychopannichia, pagina 79. Ecce quod ait Propheta, quando demonstrare vult securiginem, ac formam vite in Deo sitam esse. disce ubi sit prudentia. & pag. 131. Hæc sententia planè confirmatur per eam orationem, quæ est in libro Propheta Baruch c. 2. Aperi Domine oculos tuos, & vide, quia non mortui, qui sunt in inferno, &c.

#### CONCLVSION CATHOLICA.

Liber Baruch sacer est, & diuinus.

R Espondeo dicendum, quod satis probabiliter, ut supra dictum est, ex materia, & auctore potest agnosciri hic liber esse diuinus. Ex parte quidem materiae, nam expressa in eo prophetia de Filio Dei incarnato continetur. Ex parte auctoris, licet enim, ut dicit August. supra, Testimonium istud de Dei Filio, non Hieremias, sed Baruch tribuitur. Hieremias celebratus habetur: constata autem (si sequamur hanc sententiam)

tiā) Hieremiam fuisse diuinū inspiratum; si verò sequamur aliam sententiam, Baruch (excepta ultima Epistola Hieremīæ) fuisse authorem, & non solum notarium, & amanuensem Hieremīæ; necessariō dicēdum, quod diuinō afflatus actus, & directus sit ad scribendum; si verò medium viam sequamur, ut Hieremias fuerit omnium sententiarum quidem author (ut quidam dicunt) sed Baruch ex ore Hieremīæ, dictantis verba, excepisse, quomodo oracula in libro Hieremīæ cōprehensa, similiter exceperat, atq; descripsera: aut, quod probabilius est, sententias huius quidem libri fuisse quidē Hieremīæ, sed à Baruch postea in Babylone collectas, & in uno volumine digestas; sicut, exempli causa, in collectore multarum parabolārum Salomonis, ut haberet ex c. 25. Proufuit directio Spiritus sancti, ne vnum pro altero supponeret; ita & in Baruch similiter contigile dici potest. Et sic undeque, siue sit Hieremias, vel Baruch author, vel compilator, semper iste liber à falsitate, & errore immunis inuenitur, & diuinō afflatus, & assistentia descriptus. Verum quia non aliunde certò comprobatur materia, & author, quā extāditione Ecclesiæ, illam vt radicem recipiendo rum librorum agnoscimus, qua supposita verisimiles, & minus necessariae rationes ad plausibilem veritatem hanc faciendam à DD. inueniuntur.

### Solutiones oppositionum.

**A**d I. argumentum desideratur probatio antecedentis; nihil enim solidi assert aduersarius, nisi elephanticas litteras, ut magnos codices formet.

Ad II. si allegatio Christi, & Apostolorum criti-  
cōnion est recipiendorum, vel non recipiendorū librōrum canonicoꝝ, iam possent à Biblioꝝ expungi Ecclesiastes, Cantica canticorum, & multi alij libri, quos ipsi canonicos fatentur, & nunquam in scripturis no-  
ui testam̄ allegantur.

Ad III. miror potius impudens mendacium, quām effontem aduersariorum temeritatem, cum aperit singulorum, quā negantur testimonia sint su-  
pra allata.

Ad IV. negatur antecedens; & illo admissō, nulla esset consequentia; tāquē enim Spiritus sanctus sicut rem, & materiam, ita & verba ḡēca potuit canonico scriptori dictere, ut posset protanis auctōribus. Nullus autem tamē canonem ex Apostolis, vel Apo-  
stolicis viris nobis pr̄scripsit, ut solos illos libros in canonē recipere debeamus, qui hebraice scripti sunt; quod si ipse pr̄figat nobis hanc regulam à suo con-  
fictam capite, non debemus eam accipere, cū à ven-  
tosa cucurbita prodeat. Ad confirmationem multoties reperitur restrictum verbum generationis ad-  
certum, & definitum annorū numerū in scripturis. Aliquādo. n. sumitur p̄ integrō seculo, hoc est spatio centenario, vnde Gen. 15. generatione quarta. i. post 400. annos reuersuri ex Ēgypto pr̄enunciantur He-  
brei. Eādem acceptiōnē reperio in Dionys. Italic. lib. 1. Rom. Antiquit. Aliquando sumitur pro spatio 30. annorū, ita Censorinus de Natali, & sic Nestor dicitur vixisse tres generationes, id est 90. annos. Aliquando pro spatio 20. annorum, ita Euseb. 10. de pr̄par. c. vlt. Aliquando pro spatio 15. annorum, ex Aug. in psal. 104. quia tunc homo potest generare. Aliquando pro spatio 10. annorum, quia denarius,

est in signis, & plenus numerus, qui omnes simplices complectitur numeros. Quare potuit fortè ad decanum hic etiam restringi. Vel dicendum, accipi posse generationē, pro liberis generatis, qui quarto decimo aetatis anno possunt generare, ut generatio prima ē Hierosolymis in Babylonem translata sit. Secunda Babylone filios procreavit, & secunda tertia procreavit, & sic deinceps ad septuaginta anno desolationis 70. cum captiuitas iuxta Baruch, & Hieremīæ prophetiam soluta est. Vel dicendum, in aduersariū idem argumentū retorqueri posse; nam pari ratione efficietur, nec grācē potuisse scribi tamē librum, quia in textu Grācē legitur, ἐός γένεσιν ἐπτά, in usitatum verò est, quod semper apud Grācos γένεσιν, accipiatur pro spatio 10. annorum, alioquin Nestor, qui in Iliados lib. 1. introducit duas γένεσιν generations completes, solum 20. annos complebet.

Ad V. nōnisi temeraria assumptio est aduersarij, qua etiam ceteros Prophetas posset carpere, stylō hāretico, dicendo, Non est tam pressa dictio Hieremīæ, neruosa, &c. ergo liber Hieremīæ non est canonicus.

Ad VI. non fuit hic liber in Hebræo canone, quia sub nomine Hieremīæ connectebatur eiusdem prophetia. Vnde factum est, ut nec D. Aug. 2. de doctr. Christiana, nec Concil. Laodic. Baruch mentionem fecerint de eodem libro, ut dictum est; vnde de eo nullus potest hāsitate, nisi quoque Hieremiam in discrimen adducat.

Ad VII. priuata censura Cani taxantis proteruum aliquem negantem hunc librum solum de erroneitate, nullum potest publicæ Ecclesiæ authoritatē p̄r̄iudicium afferre, hunc librum cum ceteris sub anathemate recipi debere mandantis. Et causæ aduersarij, Cani authoritas patrocinium nullum afferit; nā si ex iudicio Cani, erronei habentur, qui hūc librum nō recipiunt, erroneos se confiteri debent, Cano cōfatore, hāreticos verò Ecclesia iudice, eosdem nos melius pronunciamus.

Ad VIII. Patribus alijs non venit in mentem hic locus arguendi à non causa ad causam scilicet, ideo liber Baruch, qui sub nomine Hieremīæ ab eis citatur, est canonicus, quia Baruch fuit amanuensis Hieremīæ: sed ideo Hieremīæ nomine citatus est, quia author fuit Hieremias, Baruch verò compilator: vel si teneamus Baruch esse authorē, ideo Hieremīæ nomine citatus est, quia appendix quedam est liber Baruch ad prophetiam Hieremīæ. Frequens autem est consuetudo, appendices sub nomine eorū opusculorum citari, quibus adiunguntur. Eos verò, qui talē causalem conficiunt, ideo citari Baruch sub nomine Hieremīæ, quia fuit amanuensis Hieremīæ; sic possumus interpretari, ut nō ex p̄cīsa amanuensis ratio-  
ne fuerint argumentati, sed ex amanuensis ratione  
Dei spiritu imperata, & directa; qui sicut dictatore eleuauit Hieremiam, sic & amanuensem Baruch: & sic omnia cōsonant. Verum quia asserere hunc libru ex dictante Hieremīæ ore à Baruch exceptum, temporum supputationi aperitē repugnare videtur; in Ba-  
bylone enim Baruch scripsit prima sui libelli capita, iam Hieremias in Ēgypto imperfecto; melius est cum Patribus supradictis tentare, authorē fuisse Baruch, vel ad summum compilatorem, &c. sed infra de hac te dissūsus, cum de authore huius libri.

Ad I. confirmationem, illa ratio nihil valet; nam  
Epistola

Epistola ista est Hieremiac ut authoris, Baruch vt scriptoris; clarè enim c. 6. titulus prenotatur hoc modo,  
*Incipit exemplum Epistolæ eiusdem, quam misit Hieremias, &c.* ideo locum in libro Baruch sibi vēdicauit,  
& quāmvis alia quoque Baruch Hieremiac vaticinia  
descripserit, non in libro Baruch, sed Hieremiac continentur, quia omnia illa ad integrū corpus propheticā Hieremiac pertinebant. Ista verò Epistola, quia pars separata erat, vtpote missa ad captiuos Iudæos antequam Hieremias cum Baruch, & alijs transferretur in Aegyptum, vt habetur cap. 43. Hieremiac, & postea à Baruch in Babylone, vbi priora capita descripsit, reperta, operi suo consuta est ab eodem, tanquam scriptore, & vt olim à se excerpta, ex ore Hieremiac, quæ ad propositum sui libri faciebat: cōtinebat enim captiuorum instructionem, quod essent liberandi. Quod argumentū etiam idem Baruch c. 5. tractabat. Vēl dicendum, quod sicut non valet dīcere, Si lamentationes Hieremiac essent, libro vaticiniorum Hieremiac fuissent insertæ; sic insulsa est huiusmodi ratiocinatio, si Epistola dicta esset Hieremiac, inserta fuisset libro Hieremiac,

Ad II. confirmationem, nouum dialecticum, oporteret ostendere, quæ sint præmissæ istæ somnia-  
tæ, ex quibus negata conclusio ab ipso non sequi con-  
clamatur. Nihil enim ab illis authoribus, nisi enthymema  
simplex formatur ex antecedenti, & conse-  
quenti constans, quorum consequens ex antecedenti  
sequitur euidenter, non secus ac si diceretur. 2. caput  
Esaiæ est pars vaticiniorū Esaiæ, ergo est canonicus :  
si syllogismi distinctionem ab enthymemate nescit  
discernere aduersarius ; de legibus syllogismorum  
mirum est, quomodo loqui sciat, nisi saltando prius  
didicerit syllogismorum leges, quam syllogismi na-  
turam.

Ad ultimum respondetur, licet à Chaldaeis fuerit  
erectum templum, tamē in ruinis templi magnifici,  
altare nihilominus rude, & impolitum habuere, ut  
exercitia religionis haberent, licet non adeo sole-  
niter, sicut erat in templo, ut colligi potest ex Hiero.  
41. ver. 5. vnde etiam Exod. 24. habemus, quod ante-  
quam ædificatum esset templum, & tabernaculum,  
habuerunt altare.

ARTICVLVS OCTAVVS.

*An omnia capitula Danielis, quæ in vulgata  
editione habentur, sint diuinitus  
inspirata.*

## *Positio Hæreticorum.*

**I**vdæ hymnum trium puerorum, Susannæ histriam, & Belis draconis, quem Daniel interfecit, reiiciunt, similiter & Abachuch asportationem.

Erasmus in cōmentatijs p̄fationis ad illa verba,  
Quæ apud Hebreos de hymno tr̄iū puerorū, sic scriptis,  
Mirum, quod Hieronymus verū ingulat; id nūc passim  
legitur, & canitur in templis, ceures in primis sancta.  
Tanto plus valet cōsuetudo multitudinis imperitæ, quā  
hominis eruditii iudicium. Idem ibidem historiam  
Susannæ infirmat: addit etiam, quod nullo modo de-  
leciū legimus de Bel dracone, quam Hieronymus non  
veritus est appellare fabulam.

Lutherus in suis Biblijis hæc omnia inter apochrypha recenset; sic exp̄resse etiam Ioannes Brentius in Apologia confessionis Augustanæ. In eodem errore est Kemnitius in exam. 4. sess. Conc. Triad.

Anabaptistarum vero quidam sequentes Porphy-  
rium, totum integrum librum Danielis reiecerunt,  
ut supra dictum est; alij vero Luthero subscriptis  
inter apochrypha subiectantes etiam Danielis in-  
lacu leonis commorantis, & Abacuch cibum eidem  
administrantis, historiam.

In eadem salebra sunt Caluiniani Vvitakerus, Iu-  
nius, Danaus, &c. Antonius Faius in Enchirid. disp.  
24.con.5.

Quas verò in sanctum Dei Propheta calumnias euemerit Calvinus superius retulimus, & audaciam eiusdem repressimus.

### *Oppositiones eorumdem.*

**P**rimum argumentum, quia Iosephus studiosus collector gestorum egregiorum presertim virtutum, res gestas Danielis narrans, haec omnia, de quibus est controversia, prætermitit. Patres similiter de iisdem addubitarunt. Iulius enim Africanus apud Eusebijum 6. hist. c. 30. de Susannæ historia ad Origenem scribens, dicit, *Miror autem quemadmodum te latuerit* *hanc libri partem esse adulterinam; nam haec pars est alio-* *qui scriptum elegans, & lepidum; sed esse nouum, & con-* *fictum ostenditur. & multis modis conuincitur.* Sed & S. Hieronymus præfatione in Danielē sic scripsit, *Liber Danielis apud Hebraeos nec Susanna habet historiam, nec hymnum irium puerorum, nec Belis, draconisq; fabulas. & in comment. super Danielē. Miror quosdam* *peruersi ipsorum indignari mihi, quasi ego truncauerim li-* *brum, cum Origenes, & Eusebius, et Apollinarius, alijq;* *Ecclesiastici viri, & Doctores Grece, has, ut dixi, vi-* *siones, non haberi a uid Hebraeos fateantur: nec se debe-* *re respondere Porphyrio probis, quæ nullam scripturæ* *sancie autoritatem prebeant.* Confirmatur, quia verū distincta sunt à veris capitulis à Hieronymo, ut ipse testatur, *Ne videremur, subdens, apud imperitos ma-* *gnam partem voluminis detruncasse.* Imperitos ergo, ait Vvitakerus, habet Hieron. qui has partes Danielis esse putant. Ipsem et Origenes ad Africanum expressè ait, *Nequaquam Iudaorum commetis, & fabulis aurem accommodandam: sed qui 70. Interpretes trans-* *tulissent auscultandum.* Existimauit ergo Origenes Susannæ historiam alicuius Iudæi, nempe Symmachi, vel Theodotionis esse figmentum.

- II. argumentum, non extant talia capita hebraicè conscripta, ergo non sunt diuina.

III. quia cum multæ essent translationes, Septuaginta, Hieronymi, &c. mirum est, quod Ecclesia, ceteris postpositis, Theodotionis heretici, & iudaizantis versionem fuerit sequuta. De quo admiratus Hieronymus contra Russium lib. 2. cap. 9. hæc scripsit, Et tamen miror quomodo Theodotionem hereticum, & iudaizantem legit, & quantumcunque peccatoris Christiani translationem fastidit.

IV. Ad particularia capita oppugnada descēdunt; Et I. contra Susannæ historiam, temporis discordatiā obijciunt; nam in Susannæ historia Daniel puer fuisse describitur, quem tamen octuagesimum annū vitæ suæ exegisse oportebat; nam Susannæ historia contigit initio Regni Persarum Regis, nam mox illa

descripta subditur, & Rex Astyages appositus est ad patres suos. & suscepit Cyrus Perses Regnum eius, certum est autem Danielem cum Ieconia Rege captiuū deductum in Babylonem: à tempore autem captiui Ieconie usque ad Cyri inaugurationem ad regnum 70. anni intercesserunt, ut dicitur Esdræ 1.c.1. apud quem senex iam Daniel in magna gratia fuit, potuit ergo tunc Daniel 80. uel 90. annum agere.

Confirmatur I. nam c.6. Danielis, dicitur Daniel fuisse unus ex Satrapis Regni Darij Regis Medorū. non potuit ergo puer inter illos annumerari, & tamē c.13. puer describitur in Susanne historia.

Confirmatur II. quia nec tempore Nabuchodonosor potuit esse puer Daniel, sed iam defunctus erat. Nam Ezechiel fuit Propheta tempore Ioachim anno 6. ut ex 1.c. Ezech. colligitur, & in c.14. eiusdem prophetiē tanquam defuncto fit mentio de Daniele. Si fuerint, inquit, tres viri isii, &c. Noe, Daniel, & Iob in medio eius, viuo ego, dicit Dominus, quia filium, et filiam non liberabunt. Daniel ergo, sicut Iob, & Noe filios habuit, & sicut illi, pariter defunctus erat; quomodo ergo puer potuit describi sub captiuitate Nabuchodonosor, qui Susannam liberauit?

Quod si Pon. iijicij nouū Danielem inducant, duos Danieles distinguendo. Hoc est contra communem opinionem (ait Vvitakerus) prēterquam quod, si quē dicuntur in hoc cap. 14. Danielis, non à Daniele magno Propheta scripta sunt, sed ab aliquo alio; non erat cur in parte illius poneretur, illique tribueretur.

II. particulariter contra eādem historiam Susan. nō obiciunt ex Iulio Africano, nam hoc c.13. scribitur, Cumque duceretur ad mortem, suscitauit Dominus spiritum sanctum pueri iunioris, cui nomen Daniel, &c. hoc autem genus inusitatum fuisse conitat cum tribus prophetiē generibus olim sit prophetatum, somnio, visione, angelica specie. hic autem superadditur, & quartum prophetandi genus, nempe ex diuino afflato, & inspiratione.

Confirmatur I. ex eodem Africano, cuius argumento vñuntur Prædicantes, præsertim Vvitakerus; nā author ille ex arborū Græcis nominibus, vtriusq; senis interīū apicē Danielem significasse fingit, cum ἀπὸ τῆς πρίνης πρίζειν, καὶ ἀπὸ τῆς χίνης χίζειν deriuetur. Quæ Paronomaiia scriptam hanc historiolam græcē, non hebraicē conuincit: non enim græcarum vocum etymologia hebraicis verbis vlla ratione conuenire potest, & Danielem nunquam græcē, sed hebraicē loquutum compertum est apud omnes.

Confirmatur II. talis substitutio vocabulorum græcorum, quæ hebraicis non respondent, falsa est, non secus ac falso esset, si interpres Græcus, vel quicunque alias loco querens poneret sicum, & loco fici salicem, proculdubio erraret. Sic Vvitakerus, & Hunnius.

Confirmatur III. Accedit admissa hac allusione, & quod hunc secundum, illum verò scindēdum senē Daniel prædixerit; falso exitus comprobauit, cum lapidibus vterque obrutus fuerit. Imo hæc lapidatio pugnat cum Hieremia 49. scribente Regem Babylonis hos senes fricisse in Sartagine; proprie quam contradictionem, ait Hieronymus ibidem, talis historia quasi fabula repudiatur. idem dicit Origenes hoc te acceperisse à quodam Iudeo, à quo etiam seniorum nomina didicit.

Confirmatur IV. ex Vvitakero, quod non potest

intelligi, quam fuerit solidè facta conuictio à Daniele, vt quia diuersæ arbores erant à Iudicibus nō nominatae, proinde falso Susannam accusatam constaret.

Confirmatur V. quia nō est verisimile, quod Iudei in Babylone, in qua captiui erant, iudicium in causa sanguinis exercerent. Est argumentum Faij.

III. particulariter cōtta historiam draconis obiicitur; nam draco ille ad imitationem Cretensis Minotaui ossa piscis singitur imperfectus. Item sacerdotum fraus deprehēditur cineris aspersione, quod fabulā ab ingenioso Græculo fabrefactā demōstrat.

IV. particulariter arguitur contra immisionem Danielis in lacum leonum; nam hic dicitur c.14. ex continuis diebus, noctibusque illum ibidem iacuisse, capite verò 6. vna nocte pernoctasse, postea die inde egressum.

Confirmatur, quia immissio Danielis in lacū, sub Cyro accidisse perhibetur; sed quānis Darius Medus Babyloniae regno præfectus fuerit, Cyrus nihilominus ex prædictione Hieremias Prophetæ, aliò profectus expeditionem instituit in Messagetas, nec Babylone substiuit, prout Herodotus, atque Xenophon tradiderunt. Ex Iunio.

Confirmatur II. quod incredibile videatur Abacuch in sublime elatum vñā cum parato prandio ex Iudæa in Chaldaeam statim conuolasse, tum ex corporum pondere, quę deorsum ferantur, tum ex locorum distantia.

Vltimo coronidis loco contra totum lib. Danielis potest argui ex authore; Daniel enim, vt dicit Calvin. in c.1. Dam.v.8. Superstitione ex molesti fastidio labrauit, cum cibos ethnicos gustare noluit. Quod zelo inconsiderato deditus fuerit. Quod per Chaldaeam pergens promiscuè cum alijs cibos communes lege diuina prohibitis, edere consuerunt. & in c.2. v.46. & 46. accusatur, quod aulica Regum vitia contraxerit: totum se præbuerit sacrilegijs, & impietati Nabuchodonosoris: quod ambitiosus fuerit, socratis suis dignitates, & munera per ambitum quasierit.

#### Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo authoritas vniuersalis Ecclesiæ, quæ oēs prædictas partes ab hereticis controverfas legere solita est; nam singulis diebus Dominicis, & solemnitatibus, & Sabbatho quatuor temporū hymnus trium puerorum decantari solebat etiā antiquitus, vt testatur Ruffinus lib. cōtra Hieron. dices, Trium puerorum hymnus, qui maximè diebus solēnibus in Ecclesia canitur, ab isto ē loco suo penitus erasus est.

Susannæ historiam legi consuetum est Sabbato ante Dominicam quartam Quadragesimæ; historia verò interficti draconis in Missa feria tertia post quintam Dominicam Quadragesimæ.

Respondeat Hunnius, inanem esse istā consequentiā. Partes istæ Danielis legebantur in Ecclesijs, ergo habebantur pro canonis, & diuinis, nō secus si quis argueret, In Lutheranorum Ecclesijs & explicantur epistolares pericope, & Epistola Iacobi Dominicam cantate, & Dominicā vocem iucunditatis, ergo Lutherani censem Epistolam Iacobi esse canoniam.

Contra, quia nō ex simplici lectione, & recitatione arguit Ruffinus, sed ex lectione habita vt diuina: ergo. Antecedens probatur ex consensu Patrum re-

citan-

citandorum , habentium hanc scripturam vt diuinam, præsertim ex authoritate eiusdem Ruffini alleganda .

SECVNDO arguitur ex definitionibus Conciliorum, Concilium Tolet. 4. c. 13. hymnum trium puerorum, quæ tota Ecclesia, ait, per vniuersum orbem diffusa celebrat, iubet per omnes Ecclesias Hispanæ, & Galliæ decantari. Concilium Nicænum 2. act. 6. ait, *Rursum alibi beatam Susannam continentia exornatam, exhibet extensis manibus auxilium ex alto inuocantem, Danielemque præsidentem, iudicem eruentem è manibus impiorum sacerdotum.* Concilium Lateranense primum consultatione 4. Ideo cum beata & nos ad Dominum exclamemus Susanna, contra iniquos sacerdotes, in defensione memoratorum sanctorum Conciliorum dicentes, Dan. 13. Aeterne Deus occultorum cognitor, qui nosti omnia antequam fiant. Concilium Valent. cap. 2. Deum præscile, & præscire omnia ex hoc loco probat. Antiqua etiam Concilia, vt Laodicenum, Carthaginense Danielem in sacram litterarum canone annumerantia, de eo libro loquuta sunt, qui in codicibus græcis vulgatis circuferebatur; sed talis codex græcus vulgatus omnes istas partes continebat; ergo. Maior suadetur ex vsu aliarū partium, & librorum, prout in eadem editione continebatur. Minor probatur ex Athanasio in Synopsi, & Theodore in Danielem, Hieronymo in Danielē, dicente, *Danielem legi ab Ecclesia Christi secundum translatiōrem Theodotionis, in qua ista omnia habentur.*

Respondet Hunnius, non valere hanc ratiocationem; nam pari ratione à Concilio Laodiceno numerati essent libri Tobiae, Salomonis, Sapientia, Ecclesiasticus, duo Machabæorum libri, qui tamen omitti sunt, ij nāque omnes sunt in editione vulgata.

Contra, nam in vulgata editione Theodotionis, & in omnibus vulgatis græcis nō extabant omnes dicti libri controuersi, sicut extabant Danielis omnes partes controuersi, vt patebit ex testimonij Patrū addendorum; optima ergo consequentia est à continetia dictarum partium controuersiarum in græcis codicibus, præsertim Theodotionis, ad enumerationem earundem cum cæteris libris diuinis.

Respondet II. dato, quod has partes Concilium Laodicenum sic recensuerit, non habet potestatem eiusmodi canonem constituendi.

Contra, quia etsi canonicum librum condere, & constituere non potuerit, tamen canonicum librum constitutum, & editū à Prophetis, & canonicis scriptoribus promulgare potuit; Et rursus etsi canonem nō potuit constituere, vt pro suo placito qui sunt canonici libri decernerentur, potuit constitutos libros, & iam olim Ecclesiastica traditione susceptos, constituto in scriptis canone bona fide posteris consignare. hanc autem potestatem negare est male litigantium inueteratus mos, iudicium subterfugere, iudicis potestatem inficiando.

Respondet III. Quantum attinet ad Concilium Carthaginense. Non saxisse canonem scripturarum sub anathemate, imo Augustinus, qui dicto Concilio interfuit 2. de doctrina Christiana c. 8. non reputauit omnes libros canonicos æquæ infallibiles, dum illos præponit alijs, quos nunquam in contentionem vocatos compertum est.

Contra, nam si pœnam non statuit, canonem statuit, vt puniendo (quod maximum malum est pœna-

fieri dignum) talis canonis violatores extūc potuerit destinare. Et Augustinus pari pietatis affectu omnes libros semper suscepit, Carthaginensi canone ad suscipiendum præscriptos, sed propter aliquos Proto-canonicos Deuterocanonicis, hoc est eos de quibus nulla fuit apud Orthodoxos dubitatio, illis anteposuit, de quibus apud aliquos quandoque dubitatum est: talis autem propositio non est secundum se, sed quoad nos.

Respondeat Iunius Laodicenum Concilium loquutum esse de canone diuino, Concil. Carthaginense de humano, cum rogatio sit eius decretum, nō sanctio, cum in fine canonis subiungatur. *Hoc etiam fratri, & consacerdoti nostro Bonifacio, vel aliis earum partium Episcopis pro confirmando isto canone innotescat, quasi dicerent, se nondum aliquid constituere, sed aliorum quoque fratrum iudicium expectare.*

Contra, ergo saltem ex canone diuino integrum Danielem deberet suscipere. Secundò arguitur; nam nouo absurditatis genere talis distinctio à Nouaroribus introducta est, diuidendo canonem in humānum, & diuinum. Tertiò ijs verbis Concilij Carthaginensis, non humana rogatio designatur propter confirmationem Pontificis Maximi Bonifacij, & ceterorum Præsulum consensum, qui expectabatur; nō enim (vt loquamur vñiversaliter) propterea Synodum decretum non est, quia confirmatio, & consensus exquiritur, sicuti v. g. non propterea Nicæni concilia decreta, decreta non sunt, quia Patres rogaverunt, vt Apostolicæ Sedis iudicio firmarentur. Vnde simpliciter sanctiones, non rogationes appellari cōsueuerunt: & dato fuisse rogationes Pontifice postea, Præsulibus, toto orbe eundem canonem amplectentibus, vim obligatiuam obtinuisse nullus dubitare potest. Quartò admissa tali distinctione censore Iunio, Baruch ē canone ab ipso cum suis exturbatus recipi debet, quia in canone Laodiceno annumeratur. Et Apocalypsis Ioannis non erit in canone diuino, sed humano, quia à Laodiceno omittitur, à Carthaginensi recensetur.

Respondet Iunius ad hanc tertiam instantiam negando consequentiam, quia ait, est argumentari à sensu diuino, vnde non valet, Synodus Laodicena non ponit in canone librum Apocalypsis, ergo non est canonicus. Sed instatur primò, quod talis argumentatio nō est à sensu diuino, sed ab authoritate negativa. Secundò argumentum bene concludere ad hominē; nam si alij libri sunt in canone diuino, alij in canone humano, & libri, qui sunt in canone Laodiceno sunt diiani, & qui in Carthaginensi sunt humani, evidenter sequitur ergo Baruch recensitus in Laodiceno erit diuinus, & liber Apocalypses, qui non recensetur in Laodiceno, sed Carthaginensi, nō erit diuinus, sed humanus. Tertiò, quia si forma talis arguendi exploditur, vt explodi debet à Scholis, teste Iunio, nempe Apocalypsis non recensetur in Laodiceno, ergo non est diuina; similis formæ; & toties decantata in synagogis, in triuijs predicatorum explodi debet consequentia. Tobias, vel Sapientia, vel Ecclesiasticus non recensentur in Concilio Laodiceno, ergo hi omnes non sunt canonici, & diuini.

TER TIO probatur ex Patribus, & primo ex Græcis omnia hæc capita controuersa cōiunctim probantibus. Clemens Rom. lib. 8. const. Apostolic. c. 1. *Imo neque sapiēs ille Daniel, bis ex ore leonum eruptus, neque*

neque tres illi pueri in fornace ignis reliquos sue nationis spreuerunt. & lib. 7. cap. 51. Senes autem sanguinis Susanna reos ad ignem damnauit, ac vobis etiam per Danielis personam exprobrauit, dicens, Dan. 13. Sic fatui filii Israel, qui neque habita quastione, neque cognita veritate filiam Israel condemnasti, &c.

Origenes epist. ad Iul. Afric. de qua Euseb. 6. hist. c. 24. In nostris autem exemplaribus præter ea, que sunt in hebraicis, super sunt non pauca, quorum erat initium congruentia quibusdam, que feruntur in Ecclesijs sic ergo precati sunt Ananias, & Azarias, & Misaël, & hymnis laudarum Dominum, usque ad illud Benedicite omnes, qui colitis Dominum Deum deorum, laudate, & confitemini, quoniam in seculum misericordia eius. Historiam vero Susannæ multis probans eadē epistola, tandem concludit, Et hæc quidem respondi, cum non licet, præcipue post reprehensione dicere encomion satra scripturae de Susanna, iussiendo unicuique verbo, & ostendendo eximios sensus, &c. & hom. 1. in Lemiticum, Sed iam tempus est, nos aduersus improbos presbyteros uti sancta Susanna & vocibus, quas illi quidem repudiantes, historiam Susannæ de catalogo diuinorum voluminum defecarunt. idem docet hom. 6. in Ezech. & in c. 4. Epist. ad Romanos. Abacuch historiam probat hom. 1. in diversis. Quemadmodum Danieli intra lacum leonum inclusio, claustris non apertis, allatum est prandiu ab Abacuchi, ita & hæc virgo sancta genuit Deum, sed intacta permansit.

Eusebius de propheticorum librorum appellatio-nibus de Daniele sic ait, Narrat præterea martryrium Sidrac, Misac, & Abdenago, eorumque canticum. lib. 6. de præpar. Euang. c. 9. probat historiam Susannæ sic: Deum igitur omnia futura praescire, quanquam per communem de Deo conceptum clarissimum sit, tamen & à scriptura nonnihil afferamus, Susannam ergo audiamus dicentem, Daniel 13. Deus aeterne, qui absconditorum es cognitor, qui nostri omnia antequam fiant. Cæteras partes loco superius allegato, sic probat: Narrat etiā Daniel, ut est in lacum leonum conieclus, &c. Deinde vero quod Bel, & draconem sub Cyro Rege sustulisset.

Athanasius serm. contra omnes heres. Nabucodonosor in fornacem tres pueros coniecit, quo tempore Verbum roriferum inter illos aderat, & ignem excutiebat, puerique hymnos modulabantur. Ex quibus hymnis sumit testimonium idem Athanasius. In dictu illud, Omnia sum mibi tradita à Patre. & orat. contra Sabellici gregales, & lib. de virginitate. Historiam Susannæ probat in synopsi diuinæ scripturæ, dicens, Daniel, cuius exordium est, Dan. 13. Et erat vir habitans in Babylonie, & nomen ei Ioachim, & accepit uxorem nomine Susannam, &c. & orat. 2. cōtra Arianos ex eodē citat testimonium post alia, dicens, Susanna quoque loquuta est, Deus aeterne, &c. Et de testimonij ex facta scriptura de naturali communione sic dicit, In Daniele cum Susanna ad mortem adduceretur, ait scriptura. Excitauit Deus spiritum sanctū pueri, cui nomen Daniel. Dan. 13. Quæ cap. 14. Danielis narratur serm. 4. cōtra Arianos sic probat. Daniel quoque Astyagi ita loquutus est, Non colo idola manufacta, sed Deum viuum, &c. Et in dictum Euangelij, Qui dixerit verbum cōtra Filium hominis, dicit. Et Daniel ita liberè ad Darium ausus est dicere. Non veneror idola manufacta, &c.

Basilius lib. de Spiritu sancto c. 30. de pueris tribus supradictis, ait, quod ex incendio medio canebant hymnos Deo, haud reputantes multitudinem aspernantium

veritatem, sed sibi iniucem sufficientes, cum essent tres. Ad cap. 3. Esaiæ probat historiam Susannæ docens, præferendū canum sensu, istis qui in proposito flagitiosè, & petulantis vitæ consenentes canūcū ostenuat corporis, quemadmodū seniores illi in Babylone inueterauit dierum malorum, &c. idem argumentū tractat homi in initiu Proverbiorum, Hom. in diuites auatos, laci meminisse, & pasturæ Danielis ministerio Abacuchi. Hom. verò 2. de ieiunio, omnia comprehendens, sic dicit. Singularem, & eximiam ieiunij vim, leonum ora compressum, draconem perrupit, Belem euertit, Susannam è periculo liberavit.

Cyrillus Hierosolymitanus cathechesi 9. illuminatorum, Dicunt tres pueri in camino ignis laudamus Deum, Dan. 3. Benedictus es Deus, qui inuenis abyssos, & sedes super Cherubim. Historiam Susannæ probat cathechesi 16. Age, inquit, Daniel puer, argue sensus de peccatis iuuenilibus; scriptum est enim, Daniel 13. Suscitauit Deus spiritum sanctum pueri iuuenuli. & catech. t. 4. historiam Abacuchi probat. Si enim Abacuchi translatus est, coma capitilis portatus, quanto magis prophetarum, & Angelorum Dominus de monte olimiarum per nubem ascendens propria virtute ascendere in celum potenter erat?

Gregorius Nissenus orat. de 40. Martyribus. Tres illi pueri ad communem laudem, decantatione una afflunt frigus, & astum, &c. De hominis opificio c. 29. Historiam Susannæ probat, assumens illud testimoniū Danielis cap. 13. Deum omnia nosse prius, quam oriantur. & orat. de pauperibus amandis. At illi pauperes, qui aduersa valetudine, etc. ut Daniel in lacu te benignum, & pauperū studiosum, atq; amarem tanquam Abacuchi expectat. Historia Abacuchi probab.

Chrysostomus homil. de tribus pueris, hymnum trium puerorum fatetur, dicens. Circa damnatos suos innocens pena blanditur, & stans Azarias precatus est, & aperiens os suum in medio ignis dixit. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum. & hom. de Susanna, Liberati sunt tres viri de camino ignis ardoris. Historiam eiusdem Susannæ probat eadem hom. Diuinæ lectiones, & sancta oracula Dei, quæ insinuerūt auribus vestris nidum faciunt in mentibus nostris. Audituimus de Susanna lectionem, & dificitur pudicitia coniugalis, & in ps. 118. & de Sanctissima Trinitate, &c. historię huius testimonia citat: reliquas vero partes controver-sas sermone contra Gentiles, & Hereticos de Euangeliō, Nuptiæ factæ sunt, confirmat his verbis, Erat Daniel iuuenis, & leonis ora constringit, & dracones confregit, Bel subuertit, & Presbyteros iudicauit, Susannam liberavit, &c. Similiter de draconē babylonico est eiusdem testimonium hom. 24. in priori ad Corinth. de iniectione Danielis in lacum. & hom. 2. in ep. ad Philemonem. de Abacuchi hom. 5. in Matth.

Ex patribus seorsim unum, vel alterum caput controversum probantibus, sunt, Cyrillus Alexandr. 5. Thesauri c. 7. Quod Filius Creator est, non creatura, patet diligenter obseruanti scripturas. Tres enim illi adolescentes apud Babylonicos, omnes generatim creatam naturam ad benedicendum Deum vocantes, nunquam dixerunt. Benedic Verbum, aut Sapientia, aut manus Dei Dominum, &c.

Historiam Susannæ probat Ignatius epistola ad Magnesianos. Daniel, inquit, ille sapiens cum 12. esset annorum spiritu Dei afflatus erat, & senes frustra canos, &c. coarguit. Dionysius Areopagita citans de

diuinis nominibus c. 7. testimonium, vt ex diuina scriptura ex c. 13. Danielis, vbi Susannæ recensetur historia, dicit. Idque diuina scripta tradere existimo, cū aiunt, Daniel 13. Qui nouit omnia antequam fiant. Maximus de charitate centuria 4.c.88. Et nemo potest hanc Iycophantiam contemnere, nisi solus ille, qui in Deum intentos habet oculos, veluti Susanna, qui solus potest fidentes in se ex periculis liberare, sicut et illa, &c.

Historiam Belis probant Basilius Seleucus demonstratione contra Iudeos. Cyrus post Astyagem fuit, sub quo Bel est eversus, & draco occisus. Andreas Cretensis de sanctæ Crucis exaltatione. Exultul aliquando Daniel vocem in lacum leonum ad alijsimum.

Ex ijsdem duo capita controuersia ostendentibus idem probatur. Iræneus lib. 4. c. 44. Et audiēt eas, quæ sunt à Daniele voces. Semen Chanaam & nō Iuda, species seduxit te. Dan. 13. &c. & lib. 4.c. 11. Quis enim est viuorum Deus, nisi qui est super omnia Deus? &c. quæ Daniel Propheta cum dixisset ei Cyrus & Persarum. Quare non adoras Bel? annunciauit dicens. Quoniam non colo idola manufacta. Dan. 14.

Epiaphanius in Ancorato. Non est ignorantia de hoc etiam ante tempus fornacis, quando repletus fuit Daniel Spiritu sancto, & dixit. Purus ego à sanguine ipsius, & reuersi sum ad iudiciale forum, &c. & in vita Abacuch inter cetera de illo dicit, quod translatus repente in Babylonem exhibuit prandium Danieli, qui erat in cauea cum leonibus.

Damascenus in Paralell. 1.c. 54. citat illud testimonium ex Daniele c. 13. & 42. & exclamauit voce magna Susanna, & dixit, Deus aterne, qui absconditorum es cognitor. Idem vero in catinibus de Pentecoste eleganti metro canentes, & hymnos dicentes pueros introducit in fornace Babylonis ab ijs verbis, Et vincularumpit, &c.

EX Patribus Latinis omnia capita cōtrouersa admittētibus probatur propositum. Tertull. adu. Hermog. c. 44. de Dō dicit, quod eum credimus ubique esse, & ubique apparere, cui etiam animalia, & incorporalia laudes canunt apud Danielem. Et de corona militis c. 4. licet Susanna in iudicio reuelata argumentum velata præstat possum dicere, & hic velamen arbitrii fuit. Et de ieunij c. 9. ait, Danieli in lacu leonum esurienti prandium metentium exhibutum est. & de idolatria c. 18. Nam si ita esset, utique tāt. & sanctitatis & constantiae viri statim habitus in quinque recusassent, statimque apparuisset Danieli idolis non deruisse, nec Belem, nec Dracōne colere, quod multo postea apparuit.

Cyprianus de oratione Dominica hanc orationis legem seruauerunt tres pueri in camino ignis inclusi consonantes in prece, & spiritus confessione concordes. Quod declarat diuina scriptura & fides, &c. & citat mox eius testimonium subdens. Tunc, inquit, illi tres pueri quasi ex uno ore hymnum canebant, & benedicabant dominum. & serm. de lapis. Loquitur diuina scriptura. Stans inquit Azarias precatus est, & aperuit os suū, &c. epist. 40. ait. Sicut illi Susannam pradicam corrumpere, & violare conatis sum, sic & hi adulterinis doctrinis Ecclesia pudicitiam corrumpere, & veritatem euangelicā violare conantur. & lib. 4. epist. 6. de disciplina, & bono pudicitia. Fuit ut legitimus Susanna filia Helchiae, exor. Ioachim pulcherrima, pulchrior moribus, &c. epist. 56. Daniel cum compelleretur adorare Idolum Bel, &c. plena fidei libertate prorupit dicens. Nihil colo ego nisi dominum deum meum.

Zeno Episcopus Veronensis serm. 5. de Daniele, & tribus pueris. Mirares, inquit, opacitas intus incendium foris est, intus hymnus canitur, foris ululatus auditur. serm. 9. Susanna illustris Hebreæa, verè Deus pudicitia, docuit sc̄minas sue castitatis exemplo. serm. de timore. Huius suffragio Daniel populis terribilem inermis draconem necat, leonibus obiectus in periculo prandet, qui sol et extra periculum ieunare.

Hilarius ad pl. 125. Testes sūt tres pueri inter flamas cantantes. & in enarratione pl. 52. dicit. Sed & Daniel presbyteros cōdemnans ait. Non semen Abraham, sed semen Chanaam, & non Iuda. & de Trinit. lib. 10. Daniel Propheta prandio alendus leonū lacū non timet. &c.

Ambrosius 2. examerō c. 4. His speciale firmamenti huius exterioris soliditatem dicit, quod dicitur cœli firmamentum, sicut legitimus in hymno propheticō. Benedictus es infirmamento cœli. Ad Virginem laplām c. 4. Dicis violentiam passa sum, respondebit fortissima tibi Susanna. Inter duos presbyteros populi etiā iudices posita inter paradiſi syrias constituta, vincit non potui, quia non volui. Et de fuga saeculi c. 9. A quibus cum intenderetur calumnia, si assensus negaretur adulterio ingemuit Susanna, & dixit. Angustie mihi sunt undique. De Iacob, & vita beata lib. 1. c. 8. Daniel sacerdotum surta prodebat, & superstitiones eorum redarguebat. & lib. 2. c. 9. Non utique ideo beatus, quia alienum prandebat prandium: sed quia meritis suis impasta leonum ora cludebat, &c.

Ruffinus inuectiva 2. contra Hieronymum. Cur trium puerorum hymnus, qui maximè diebus solemnibus in Ecclesia canitur, ab eodem Hieronymo, à suo loco abrasus est, & inter apocrypha deputatus? & ibidem. Omnis illa historia de Susanna, quæ castitatis exemplum præbebat Ecclesiis Dei ab isto abscissa, & abiecta, atque poſhabita, &c.

Respōdet Hunnius, Ecclesia dist. 15. c. 5. Romana, probat Hieronymi sententiam contra Ruffinum; cū ergo Ruffinus inuehatur in Hieronymi sententiam, quod hymnum trium puerorum, & Susannæ historiam improbasset, magis standum est sententiae Hieronymi, quam præfert Papa, quam Ruffini.

Contra primò, quia non in omnibus præfertur Hieronymus Ruffino, sed vt ibidem dicitur de ijs, quæ pertinent ad liberi arbitrij doctrinam. Siquidē hæc verba recensentur in dicto decreto. Ruffinus vir religiosus plurimos Ecclesiastici operis edidit libros, nonnullas etiam scripturas interpretatus est: sed quoniam Beatus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrii libertate notauit, illa sensimus, quæ predictū B. Hieronymum senire cognoscimus. Imprudenter ergo ex una sententia, quia Hieronymus Ruffino præfertur, extenditur, omnes sententias, & dicta S. Hieronymi Ruffino præferenda.

Secundò, quia idem Hunnius dicit in margine. Approbatur Hieronymi censura de Ruffino in omnibus, in quibus illum reprehendit: dicitur enim in decreto, Hieronymum præferendum uniuersis, quos Zelo Dei, & fidei religione Hieronymus reprehendit tāquam deuios a recta via, & fide. hæc est maior Hunniana: sed Hieronymus nō reprehendit Ruffinum, imo reprehendit ut Ruffino, & tales reprehensionem sese declarando conatur dissoluere, ergo. Minor est Hieronymiana, ex verbis scilicet S. Hieronymi fabrefacta. lib. 2. aduersus Ruffinū c. 9. Quod refero, inquit, quod aduersum Susanna historiam, & hymnum triuim puerorum um,

rum, quæ in voluminibus hebreis non habentur. Hebrei soleant dicere, qui me criminatur stultum, se sycophantam probat: non enim quid ipse senirem, sed quod illi contranos dicere soleant explicauit. Quorum opinioni si non respondi in Prologo breuitati studens ne non præfationem, sed librum viderer scribere, puto quod statim subiecerim. Dixi enim, de quo non est huius temporis disserere. ex Maiori ergo Hunniana, Minori Hieronymiana mendax Hunnius reprehenditur.

Tertiò si aduersarii tanti facit decretū istud dist. 15. vt palmam Hieronymo cōtra Ruffinum tribuat, cum initio talis distinctionis habeatur expressè sanctam Romanam Ecclesiam suscipere, & venerari illas scripturas veteris, & noui testamenti, quæ regulatiter suscipi solent, & nominatim illi libri recenferunt in canone de quibus cum Prædicantibus disputamus, uno excepto Baruch, qui sub Hieremia comprehendi solet, non est verisimile sententiam Hieronymi ad mentem Hebraeorū prælatā esse Ruffini sententiæ.

Respondet Iunius sapientis non esse testimonium hominis furentis adducere, quis autem magis furerter scripsit, quam Ruffinus iste, cum in Hieronymum inueheretur?

Contra, si Ruffinus modestiæ terminos carpendo, Hieronymū excessit, rationis terminos non est transgressus: adeo enim Hieronymum pressit, vt argumētum eius soluere coactus sit, dicendo, non ex sua; sed Iudeorum mente loquutum. Secundò, si ex furijs, quibus inuehitur Ruffinus in Hieronymum expoldendus est: sicut videant qua ratione Prædicantes Lutherum, & Caluinum, quos tanquam de cœlo lapsos sequuntur, & venerantur citare possunt ad sua falsa dogmata astruēda, cum placidiores Eumenides ipsi reperiantur, vt patet aduersenti, & videnti, quæ scripsit Lutherus lib. aduersum Regem Angliæ, & de Papatu, &c. & Caluinus in impijs instit. vt vndeque furias spirent, vt vix illis diabolus possit æquari.

Respondet iterum Ruffini Apologiam esse scriptum damnatum calculis omnium bonorum, vt si quis ex eo testimonium promat, causam suam perdat, ac prodat.

Contra, quia ne verbum quidem S. Gelasius ad tam Apologiam damnandam protulit, imò in hac parte suum calculum apposuit, dum Danielem integrum recipiendo, Ruffini sententiam de hac re quoque probauit.

Sed & S. Hieronymus sententiam suam explicans cum supradictis PP. eadem controuersa capita confirmat, ac probat. 1. Epistola enim ad Galat. c. 3. ait, Simul illud etiā attendite, quod hic spiritus absque ullo additamento sanctus intelligitur. de quo alibi scribitur, Incorruptus est spiritus in omnibus, & in Daniele, Benedicte spiritus, & animæ iustorum Domino. & epist. 49. de muliere septies icta. Huc huc mibi trium exempla puerorum, qui inter frigidos flammam globos, hymnos edidere pro fletibus. epist. 13. ad Paulinum c. 1. Daniel adhuc puer longæuos iudicat, & impudicos senes, etas lasciuia condemnat. idem dicit epist. 113. ad Marcellā. & ad cap. 18. Esaiæ contra eos testimonium ex eodē cap. desumit, dices. Vnde & in Daniele legimus, Semen Chanaam, & non Iuda; sicut etiam facit in c. 29. Hierem. epistola ad Eusebium, quæ est 12. c. 10. Potuit & Daniels de regijs ferculis opulentior mensa trāsferri, sed Abacuch, & messiorum prandium portat, &c. & potea, vt monstraret se scripturam allegasse, subdit. Innu-

merabilia sunt de scripturis diuinis responsa, quæ gloriam damment.

Augustinus lib. 5. contra Iul. c. 5. Et quis, inquit, audeat dicere, aliquid meum non esse bonum, cum omnis creatura Dei bona sit, & benedicat in hymno trium puerorum frigus, & astas Domini. &c. & ep. 122. Et tamen lege quid illic dicat Azarias, unus ex tribus, qui aperiens os suum in medio ignis, dixit. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum. tract. 36. in Io. Veritas queritur per duos testes, ita plane sic se habet humani generis consuetudo: sed tamen fieri potest ut & duo mentiantur. Susanna casta duobus falsibus testibus urgebatur, &c. ferm. 242. de tempore ait. Daniel Prophetæ, nec in lacu proiectus leonum timore percusus expauit: sed inter ista bestiarum ora consitens Dominū tota mente placauit, & tyranicas dispositiones illæsus evasit.

Severus Sulpitius lib. 2. sacræ historiæ de Anania, & Misæle in caminum cōiectis, hymni quem decantabat meminit. Eodem libro Danielis diuinum consilium in Susannæ absolutione commendat. eodem lib. euersionis Belis describit historiam.

Prosper de promission. & prædiction. par. 2. c. 23. dicit, quod cum tres illi illæ hymnum Regi vero dum canerent, in medio camini Filium Dei habere meruerūt, c. 33. liberationis Susanne, & c. 35. Belis destrucciónis expressè meminit, & ad prophetiæ visione aptat.

Patres verò Latini, qui vnum, vel duo capita controuersa probant, sunt infrascripti. Hymnum puerorum, Sydonius Apollinaris carb. 16. Eucharistico ad Faustum Regensem Episcopum, Iunilius Africanus de partibus diuinæ legis lib. 2. Aponius lib. 1. in Caprica, Remigius Antisiodor de celebrat. Missæ. Historiæ Susannæ meminit Idacius Clarus aduersus Varimandum Arianum. Maximus Taurinensis de accusatione Domini ad Pilatum, & de Susanna. Leo magnus ferm. 16. de Passione Domini c. 4. illud citat, Semen Chanaan, & non Iuda. Tam hymni, quam historiæ Susannæ meminerunt Fulgentius ad Veniam de penit. c. 16. & epist. 2. de statu viduali c. 10. Beda ad cap. 13. Io. & ad c. 8. Historiæ Susannæ, & Belis meminet, Greg. homil. 30. in Euang. & 2. dialogorum c. 22. Petrus Cluniacensis 2. contra Iudeos c. 5. & epist. 1.

Respondent ad omnes has authoritates Novatores, Kemnitius, Danæus, non citari partes istas cōtrouersas à Parribus tāquam canonicas, sed vt historias, & quidem tanquam humanas historias.

Contra, quia si expendantur dicta testimonia Patrum, semper ferè vt scripturam, eamque etiam vt diuinam ab ipsis citata appetat, cum ex his capitibus aliiquid desumunt: scriptura autem antonomastica, vel scriptura diuina canonica est, & diuinitus inspirata: sic operā perdunt, dum falsitatē comminiscuntur.

Respondent II. citari vt vtiles historias ad mores componendos.

Cōtra, quia hoc ipsum Iulius Africanus fatebatur, ad quem Origenes epistolam scribit, vt nedum sua deat, sed & persuadeat omnes illas partes controueras, vt diuinæ esse recipiendas.

TER TIA Classis ex rationibus. Prima, & est Origenis epistola ad Iulium Africanum, quia non est æquum, vt imprudentes, & inscientes abrogemus exemplaria, quæ habentur passim in Ecclesijs, & legem statuimus fraternitati, vt deponant sacros, qui apud eos feruntur, libros, assentiamur vero Hebreis, &c.

Confirmatur ex eodem, quia Dei prouidentia in scripturis sanctis dedit omnibus Christi Ecclesijs edificationem, & curam gerit Ecclesiæ suæ, pro qua mortuus est.

II. ratio, & est Ruffini supra, quia 70. virorum per cellulas interpretantium, vnam, & consonam vocem, dubitandum nō est Spiritus sancti inspiratione prolatam, ac proinde maioris debere esse authoritatis, quām quod ab uno priuato homine translatum est; in editione autem 70. capita huiusmodi controuersa reperiuntur.

III. ratio, & est eiusdem. Petrus Romanæ Ecclesiæ per viginti & quatuor annos præfuit; dubitandum ergo nō est, quod sicut cætera, quæ ad instructionem pertinent, etiam librorum instrumenta. Ecclesiæ ipse tradiderit, quæ vtique iam nunc ipso sedente, & docente recitabantur. Nec est dicendum, ait Ruffinus, falsos libros Ecclesiæ tradidisse: non enim verisimile est, ut cū sciret quid verum esset apud Hebreos, apud Christianos haberi vellet, quod falsum est. Nec valet dicere, Petrum fuisse sine litteris, & sciuisse esse magis veros libros Iudæorum, quos non poterat ex sermonis imperitia interpretari, quām eos, qui erāt in Ecclesia, nam est iniuriam irrogare Spiritui sancto, qui Petro, & Apostolis charismatum dona in linguis igneis, præsertim linguarum gratiam infudit. Dato autem, & non concessio defuisse Petro peritiam linguarum, atque sapientiam, id de Paulo dici nequit, cum eruditus fuerit ad pedes Gamalielis, &c. qui Romæ positus, quicquid Petro deerat, adimplere poterat.

Confirmatur ex eodem, quia Petrus, & Paulus qui præcipiebant discipulis, ut attenderent lectiones, emendatas eis, & veras dabant lectiones, & qui præcipiunt ne attendamus Iudaicis fabulis, &c. nō est verisimile eorum phantasias sequitos; præterea non caudos iussissent eos, qui ex circuncisione erant, præudentes quod post quadringentos annos ferè Ecclesia cognitura erat non sibi ab Apostolis traditam veritatem; sed debebant ad eos, ne talis error irrepereret, legatos mittere, obsecrantes, ut sibi aliquid de veitate, quæ apud ipsos erant, largirentur.

Confirmatur ex eodem, quia non est verisimile, quod eadem Ecclesia per totos istos quadringentos annos errasse, & ignorasse, quod verū est, fateretur, & ascitam se esse ex gentibus sponsam Christo per Apostolos, sed nō ab eis veris monilibus exornatam; putasse se lapides esse pretiosos; nunc autem comprehendisse, quod non sunt veræ istæ gemmæ, quas sibi Apostoli Christi imposuerant, erubescere se ad publicum procedere falsis, & non veris lapidibus adornata, &c. Hæc ex Ruffino in forma.

Vltima classis ad Hominem; nam quantum attinet ad sacrum scriptorem, Caluinus idem sic illum extollit, Daniel. i. Si qua tunc fuit integritas in toto populo, certè Daniel erat primarium exemplar. Nam Ezechiel inter tres iustos eum numerat, à quibus Deum placari posse verisimile erat. Fuit igitur tanta præstansia in Daniele, ut esset quasi cœlestis Angelus inter mortales. Et in c. 6. vi. 10. Daniel fortitudine spiritus Dei fuit indutus, & vitam suam in sacrificium Deo obtulit, &c. Et Fajus disput. 21. conclus. 36. sic dicit. Standum est Apostolorum testimonio, & Apostolicis discipulis, quos Deus superstites, et longæuos hic esse voluit, ut de doctrina à suis preceptoribus accepta, testimonium redderet.

Ioannes enim usque ad Traiani tempora vixisse dicitur. Ioannis discipulus Ignatius, Ignatij Polycarpus, Tolycarpi Irenæus longæui fuerunt, & quod ab Apostolis audierunt, verum, Apostolicum esse afferuerunt: spuria omnia à genuinis, & nativis Apostolicis discernentes, illis itaque credendum, ut testibus tantū, non ut auctoribus, qui referant ea, quæ viderunt, & audierunt. Sed Apostolorum discipuli de his capitibus contouersis meminerunt, & ut sacram scripturam receperunt, ut patet de S. Ignatio epistola ad Magnesianos, Irenæo lib. 4. c. 44. ergo.

### CONCLVSION CATHOLICA.

Tria illa capitula Danielis etiam sunt partes scripture diuinæ.

R Espondeo dicendum sicut dicit S. Augustinus de dono perseu. c. 11. hoc esse hæreticis familiare, quod, Scripturas sic accipiunt, curvo quodam priuilegio, immo sacrilegio, ut quod volunt, sumant, quod nolunt, reiiciat, quia scipios in scripturis recipiendis, & alijs dogmatibus credendis constituūt regulam veritatis. Sed quia superius dictum est crededorum, & scripturarum recipiendarum regulam infallibilem esse Ecclesiæ autoritatem; ad illam, quæ sint diuinæ scripturæ in toto, & secundum omnes partes recurrendum est. Cum ergo ex sanctione Tridentinæ Synodi Daniel, sicut & cæteræ scripturæ cum omnibus suis partibus, prout in vulgata veteri editione latina continentur, & ut in Ecclesia Dei legi consueuerunt sub anathemate recipi mādetur; Catholico dubitandum nō est omnes prædictarum scripturarum partes esse diuinæ. Suasibile autem ad exteris à catholica communione argumentum formari potest, ex authore, qui Daniel prohibetur diuino spiritu afflatus, & ex argumento, vel materia partium illarum contouersarum. In pueris enim in caminum detrusis, & hymnum canentibus, & filium Dei secum habere mīrentibus ab incendio penitus illesis, ut dicit S. Prosper p. 2. de prædictio. c. 33. Reuelate gratia eundem filium Dei agnouit ipse Rex, qui suos veros adoratores figmenta vanissima contemnentes è flammis præsentis saeculi ad cœlestem gloriam perducit triumphantēs. Vnde, & propheticum hoc factum, seu visionem in ordine quartam appellat idem Prosper p. 2. de prædict. c. 33. Factum etiam Susannæ idem inter duodecim, quas ibidem recenset, visiones propheticas numerat, in ordine primam apud eūdem Prosperum his verbis. In prima contra impudicos seniores constitutam Susannæ defendit. Hoc agit Dominus Iesus dum aduersus sceleratos hæreticos Ecclesia suæ integritatem tuerit, quam peruersis suis disputationibus vitiare contendunt. In altero facto destructionis Belis, quod ad duodecimam visionem pertinere docet, Latissimum spectaculum, ait idem, Nedium Regi, sed & spiritualibus mentibus fuisse exhibitum, dum ex illo facio, & omnibus circumstantiis docuit, & ostendit unum, & solum verum Deum esse colendum, relictis vanis superstitionibus, quibus nō tantum Babylonios, quantum etiam totum mundum sub potestate Daemonum captiuū teneri Propheta cernebat. Ipsi etiam Danielis post Belis confractiōnem in lacum immisso Christum Dominum, ut dicit idem c. 35. expresse figurabat, qui per Prophetam dicebat. Foderūt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam. &

iterum. Misit Dominus misericordiam suam, & veritatem suam, & liberavit animam meam de medio catulorum leonum, &c. cum ergo prophetica sint hæc omnia, & spiritu prophetæ edita dubitandum non est esse diuina.

### Solutiones oppositionum.

**A**D Primam Iosephus texens laudem gentis sue noluit ea recensere, quæ ad Presbyterorum, & Iudicum continebant vituperationem in facto Susanna antiquiores Iudeos imitatus, qui, ut dicit Origenes, talem historiam è sacro texu trūcarunt. Non est mirum, ait Origenes epist. ad Africanum. Si veram historiam Susanne, cui parauerunt infidias impudici seniorum, qui non longe aberant ab instituto Presbyterorum illorum suffurati sunt, & subtraxerunt à scripturis. olim vero in scripturis extasse idem testatur dicens. Quidam interpretati de Susanna hebreicum in arcana, ut est verisimile, iam olim apud eos habitum. Iosephus, vero non rejicit, sed non meminit eorum capitulorum: fatetur autē exp̄resse Iosephus, se multa pr̄termis̄se, quæ in annalibus Hebræorum erāt descripta, inter quæ erat ista historia: similiter nec meminit libri Iob, cum tamen inter protocanonicos semper sit annumeratus. Quod Iulius Africanus oppositū senserit, satis est, quod Origenes ad oppositū sentiendum eundem optimis rationibus conuicerit. Quamuis Iulius non assertiuē id dixerit, sed inquirēdo de quo dubitabat, & ab Origene fuerit instrūctus. Quod Hieronymus, & alij ab ipso citati easdem partes controverfas reīciant, loquuntur secundum canonem Hebræorum, ut ip̄met Hieronymus se exposuit loco supra allegato, respōdens inuen̄tiua Ruffini. Quod fabulas nuncuparit narrationes prædictas loquutus est secundum mentem Hebræorum. Vnde eadem Apologia expressē dicit, Me non negasse, ait, eum Prophetam, nem̄ p̄ Danielē, Quem statim in fronte prologi Prophetam esse confessus sum: sed quid Hebræi dicent, & quibus argumentis suam niterentur probare sententiam voluisse monstrare. Vel S. Hieronymus loquitur, non ex propria, sed aliorum sententia. Vel dicendum secundum Aritotelem in Poetica. Fabulas nō solas dici qua fictas, sed quæ veras etiam continent narrationes. Vnde Minutius Felix in Octauio (de quo vide Rogerium opus. de libris canonisc. c. 25. & Sextum nostrum senensem rēspōsitione ad ultimum hæresi 6. lib. 8.) fabulas vocat verissimam quandam narrationem. Vnde qui de rebus veris, & gestis inter se loquuntur, fabulari dicuntur, vt habeatur apud Lucam de illis discipulis, de quibus dicitur, Dum fabularentur inuicem. Vnde & Clemens Alex. apud Euseb. 3. Hist. ecclesiast. c. 23. narrans quoddā Ioannis Evangelistæ factum, ait. *Audit⁹ fabulam, non fabulam, idest factum verum, non fictum, & fabulosum.* Quod autem vera ista secata sint à ceteris, solum monstrat v̄sum veru, quod apponebatur ad indicandum, quid in hebreis codicibus reperiatur, quid non. Nec scripsit Hieronymus omnes eos esse imperitos, qui has partes Danielis esse existimāt, sed verba sunt V̄vitakeri. Sed solū scribit Hieronymus se has partes præterire noluisse, ne apud imperitos magnam partem voluminis trūcaste videretur, quod à V̄vitakero verbis, & sensu longè diuersum est. Origenis autem verba allegata, non ad Susannæ historiā

excludendam, quam tantopere recipiēdam probat, dicta sunt; sed ad excludenda alia apochrypha, quæ Origenes in eadem epistola numerat, vt patet intuenti, & sic patet ad confirmationem.

Ad II. negatur consequentia; nam multa sunt in Iob, & Nehemia chaldaicē cōscripta, quæ nec aduersarij negant esse canonica.

Respondet quoque Origenes epistola ad Iulium Afri. magis credibile esse illud olim à suo auctore hebraicē, vel syriacē scriptum, & à studiosis amatoribus veritatis inter libros reconditos seruatum, deinde à Græco interprete versum.

Ad III. idem S. Hieronymus in prologo in Daniel causam ignorare fassus est, dicens. *Cur id acciderit nescio, siue enim quia sermo Chaldaicus à quibusdam proprietatibus à nostro eloquio discrepat, ngluerunt 70. Interpretes easdem lingue lineas in sua translatione servare, siue à nescio quo non satis Chaldaeam linguam sciēte editus est liber, siue aliquid, quod causa extiterit ignorans. Verisimile est illa capita imperfecte à quodam translata à chaldaico in græcum ignaro lingue Chaldaicæ, vt dicit noster Hugo.* Cumque ex alia parte traditio Teodotionis ex suo originali fideliter traducta esset, non mirum si ea vtebantur Patres: & primitiva Ecclesia: modo autē, vt dicit Hugo, *Translatio Theodotionis non legitur, cum factus fuerit Ebionita, maximē cum habeatur melior translatoꝝ, videlicet Hieronymus.*

Ad IV. quod est particulare, & primum argumentum contra historiam Susannæ. Nulla est discordantia temporum, dicit noster Hugo Cardinalis, & noster Sixtus Senensis, cui subscrībit Bellarminus, circa tempus liberationis Susannæ, & pueritiae Danielis: illa namque verba, & Rex Aſtyages, &c. quæ in fine 13. cap. leguntur, non pertinent ad commemoratam superioris historiam Susannæ, quo tempore Daniel puer erat: sed veluti titulus chronologicus ad historiam Belis, & Draconis immediate sequentem, cuius historia tempus designatur, cum dicitur. *Et Rex Aſtyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus regnum eius,* sub Cyro autem iam senex erat Daniel. Hoc etiam demonstrat corēctissima Græca Carafę, quæ ab his verbis ordiuntur caput 14. & ipsi Sectarij prēlo cōmiserūt 160. in officina Colmeniana, Biblia ex manu scripto biblioth. Basileens. Palat. Cantabrig. conformiter ad græca exemplaria. Fauent etiam proposito vtraque versio Arabica, Antiochena, & Ægyptia, seu Alexandrina. Ipseqꝫ, loquendi modus, qui ex abrupto inseritur, qui nullam cum præcedentibus monstrat connexionem. Suntralij, qui putant contigisse hæc historiam tempore Aſtyagis, & Cyri: verum id non potest subsistere, cū Daniel puer describatur in liberatione Susannæ. Cuius verò ætatis esset Daniel cū Regi ministraret, non conuenit inter DD. Genebrardus 1. Chronolog. pag. 147. cum alijs apud P. Castro in Hierem. c. 29. v. 8. putat fuisse 20. annorum. At verò Ignatius epist. ad Magnes. Seuerus Sulpius lib. 2. hist. sac. putant extitisse 12. annorum. S. Isid. lib. de vita, & morte SS. c. 40. satis puerum esse indicat; vnde multi existimāt quinquennem, ita Christophorus à Castro, & alij. Communiter dicitur Daniel fuisse 14. vel 16. annorum. Sed authoritas Patrum intra limites christianæ modestiæ me cōtinet, vt cum ijs potius sentiam, solum auctoritate eorum motus, quām incertis, & fruolis conjecturis.

Accedit quoque non leuis conjectura pueritiae, non adolescentiae ipsius Danielis, nam si Daniel prouectio-  
ris fuisset ætatis, facile potuisset à senioribus repellere,  
dicendo, Danielem esse ipsum amasum Susannæ, quæ  
ipsi deprehenderunt, quæ obiectio cessabit, Daniele  
existente puer. Accedit quoque authoritas S. Aug.  
serm. 242. de tempore, dicentis, Danielem non fuisse  
pubescentis ætatis, quando iudicium istud exercuit.  
Et si dicamus, quod biennio post captiuitatem Daniel  
cœpit prophetare, incipiens à iudicio Susannæ, & cū  
fuerit ductus in captiuitatem decem annos natus, ut  
dicit Pererius præfat. in Daniel. & colligitur ex sup-  
putatione Theodoreti in cap. 1. Ezech. in iudicio  
Susannæ duodecim annos natus erat, ut dicebant ci-  
tati Patres.

Ad I. confirmationem illa verba cap. 6. quod Da-  
niel erat vñus ex Satrapis, referuntur ad tempus se-  
nectutis, nō ad tempus liberationis Susannæ, in quo  
puer erat, & verisimilius est in ætate grandœua, non  
puerili adscitum inter primates Curiae regia; in qua  
charus erat Regi ex multiplici titulo, nēpē propter  
interpretationem somniorum Regis, Susanna libe-  
rationem, fraudis Sacerdotum detectionem, &c. cō-  
suetum est autem in scriptura multa per anticipatio-  
nem ponere, quæ postea gesta sunt. Quare non est  
mirum si caput. 6. in codicibus latini. 13. præcedat:  
in codicibus tamen græcis, vbi ordo rerum gestarum  
seruantur Danielis liber incipit à Susannæ historia  
vbi pueritia Danielis describitur. Sic est videre in  
Athanasio in synopsi, & editione 70.

Ad II. Confirmationem, quæ est Anabaptistarum  
instantia apud nostrum Sixtum Senensem respōde-  
tur ex eodem, ut dicit Hieronymus lib. contra Iouin.  
Ezechielem Danielis pueri, & non senis meminisse,  
vel mortui. Nec obstat inter grandeos annumeratu-  
m, id enim meruit ex solerti eius iudicio in Susan-  
ne liberatione, & Belis interfectione demonstrato.  
Etas enim non annorū numero computatur. Con-  
jugatis verò adiungitur, ut post calamitatem eidem,  
sicut & illis felicitatem successisse monstraretur, ut  
dicit Rab. David Kimchi. Ut enim Noe coniugatus  
vidit diluvio mundum obrutum, postea eiusdem re-  
parationem; Iob filiorum neceim, & bonorum omni-  
um iacturam, postea in bonis, & filiis meliorem  
instauracionem; sic Daniel carum Regi expertus est  
mundus, mox captiuum, post captiuitatem in Regia  
sublimatum. Vel ut dicit Chrysostomus hom. 47. in  
Genes. quia Noe filios, & filias, sic Daniel, & Iob mul-  
tos alios seruarunt tum familiares, tum populares,  
tum subditos suos. Videlicet ea verba respecti-  
uē esse intelligenda, ut non sit necesse verificari de  
singulis illorum trium, sed satis verificari de duobus  
Noe videlicet, & Iob. Vel ut dicunt noster Senensis  
quem sequitur Bellar. illa locutio est ex hypothesi, ut  
sensus sit; etiam si hi omnes filios haberent, & filias,  
non liberabunt ab imminentí flagello. Et mira Da-  
nielis arguitur sanctitas cui viuo etiam Dominus te-  
stimonium de sanctitate perhibuit.

Sed ad has, & similes obiectiones diluendas duos  
Danieles ponere non esset improbabile, ut scripsit  
Bellar. lib. 1. c. 9. ad finem; obijcienti siquidem Por-  
phyrio illam difficultatem mox dissoluendam (de al-  
lusione græca χίζειν), quod est scindere ad arbo-  
rem, quæ dicit χίζως, ad probandum Susannæ histo-  
riam esse confitam, & per consequens totam Danie-

lis Prophetiam corruere) Eusebius, & Apollinarius  
responderunt (vt testatur Hieronymus præfat. in Da-  
niel) hanc partem historię Susannę sicut & partes  
quibus factum Belis recensetur, non esse partes Da-  
nielis Prophetę, quem constat de Tribu Iuda fuisse,  
sed alterius Prophetę, nempe Abacuch filij Iesu, qui  
& Daniel quoque dictus est de Tribu Leui, sic enim  
in editione 70. scriptum est in eo capitis titulo vbi  
Belis narratur historia. *Homo quidam erat Sacerdos  
nomine Daniel filius. Abda, coniuua Regis Babylonis.*  
Qua sententia stante nedum difficultati à Porphyrio  
motę, sed & ceteris supradictis de discordantia tem-  
porum facile occurri posset, nempe alium fuisse, qui  
Susannam liberavit, &c. alium de quo in alijs capi-  
tulis agitur. Stante autem hac opinione probabili, nō  
fuit indecens, partes ab illo Daniele de Tribu Leui  
annecti partibus Danielis de Tribu Iuda; ex similitu-  
dine. n. nominis sub nullo alio rectius, q̄ sub Prophe-  
tia Danielis potuerūt collocari. Vnde & multi aiunt  
Psalmos nō à Davide editos, sed ab alijs, & q̄a psalmi  
erant, sub libro Psalmorum David recte collocati  
sunt. At dicimus vnum, & eundem fuisse Danielem,  
quoad paternum genus ex tribu Iuda, quoad mater-  
num ex tribu Leuitica, cum frequens esset illarum tri-  
buū copulatio maritalis. Et hoc est probabilius, nec  
officit particula illa [ *Homo quidam erat Sacerdos* ]  
nam hodie in probatis 70. interpretū codicibus nō  
habetur, & 70. codices in multis fuerunt corrupti;  
quare prior responsio melior est, communior, Patri-  
bus, & ecclesiastico sensu conformior, vniuersaliter. Da-  
nielis fit mentio in Ecclesia, ut olim in synagoga.

Ad II. Argumentum particulare, & principale cō-  
tra Susannę historiam respondetur ex Origene, ne-  
gando in scripturis non dari illud genus Prophetę.  
quod dicitur afflatus. Iacob enim somnio prophe-  
tauit cum vidit scalam, &c. visione, dum vigilando  
vidit hominem, qui cum eo loctabatur usque manū;  
instinctu propheticō, dum filiis benedicens dixit.  
*Congregamini ut annunciem quæ ventura sunt vobis in  
diebus nouissimis.*

Ad primā confirmationē respōdet Sextus Senensis  
noster loco citato in response ad 3. à Græco quo-  
dam pio edita esse ista capitula, postea auctoritate  
Ecclesiæ fuisse recepta. Sed hoc est auctoritatem ho-  
rum capitulū euertere, & hereticis Catholicos insi-  
mulandi præbere occasionem.

Respondet ergo Origenes loc. cit. Primo non esse  
certum sibi, utrum apud Hebreos serueretur eadē vis  
in his allusionib⁹ græc⁹ descriptis, præsertim cum  
vocatis Hebreis rem exactissimè investigans, talem  
allusionem in Hebreo correspondentem reperire  
non potuerit.

Respondet II. vnum ex ipsis Hebreis dixisse pari-  
ter potuisse fieri, ut syriaca voce scriptor vñus sit pro  
græca, ut eadem allusio, quæ syriaca est, græc⁹ corre-  
spondeat. exemplum esse potest cum Christus Domi-  
nus instituens Petrum suum Vicarium dixit. *Tu es  
Petrus. Et super hanc petrā, syriace loquitus est, vocas  
illum petram, & tamen eadē allusionem in græca,  
& latina deprehendimus. Verum probatio, & ostē-  
cio desideratur talis allusionis in nostro proposito,  
quæ ex syriaco aliquo codice ostendi nequit.*

Respondeat III. idem Origenes, & hæc est omnium  
optima. Quod in nostris scripturis sunt quædam ve-  
lū etymologię, quæ apud hebreos quidem proprię,

& conuenienter se habent; apud nos autem non itidem. Non est ergo mirandum si qui Susannæ historiam sunt interpretati, procurarunt, ut esset verbum consonans hebreico, verum quia hoc non est hucusque factum, mox subdit. *Non enim existimmo denominatum habere proportionem, & convenientiam cum consonante hebraiconomine.* Quod est dicere hanc allusionem græcam non correspondere secundum verbum hebreicè nominatis arboribus, sed secundū sensum accipiente interprete duas arbores consimiles, quibus græca responderet allusio, & Paranomasia explicaretur Danielis, alijs quidem verbis dicta, non tamen alia secundum sensum à græca versione.

Ad secūdā confirmationem satis optima est interratio, ait S. Hieronymus, quando nō verbum verbo, sed sensus sensu consonat: sensus autem expressio in hoc consistit, ut ex diuersitate arborum quæ cumque illæ essent, dissensa sensu illorum minimeque collarentia dicta extitisse probaretur, & Danielem ex arborum nominibus cum allusione pænæ cōminationem, & sententiam aduersus eosdem conuenienter protulisse; exemplum esse potest de nomine Ιωνή Ionæ 4. quod à 70. cucurbita ab Aquila, & Hieronymo Hedera, ab hebreis Reginus, frutex patum latinis, & græcis notus, versum est; nulla tamen contradicente ex tali varietate, vna alteri veritate. Satis enim erat in genere fruticem vertere, qui vmbram efficeret, quæcumque tandem ea esset arbor. Verum est quod temeritas priuata in translatione, & mutatione translatæ iam editionis, cauenda est.

Etiam Dici potest eam historiam nedum hebraicæ, sed etiam græca lingua conscriptam, cum Daniel in aula regia educatus, eam linguam callere potuisset, & sic eam historiam græcè fuisse descriptam, quæ cum Theodotion inuenisset, vel à Iudeis accepisset, editioni suę adiunxit.

Ad tertiam confirmationem, quod lapidibus obruti sunt, non contrariatur sententia Danielis: sc̄tē enim sunt non gladio: sed separatione animæ à corpore, ut dicit Lyranus. Vel, ut dicit Origenes, hoc prædicti nō in præsenti seculo, quod alter scindatur, alter scetur, sed in futuro Dei iudicio post eorum dicessum. Ad authoritatem Hieronymi, & Origenis dicēdū, quid Iudei sentiret retulisse, nullum vero suum iudicium interposuisse. *Quamvis inter Hieremiam, & ea quæ dicuntur hic, euidenter apparer nullam esse contradictionem, si dicatur, quamlibet mortis pœnam,* ut docet S. Aug. 6. qq. in Iosue q. 7. aliquādo significari nomine ignis: vnde Deuter. 4. & Ios. 7. lapidatio ipsa vocatur combustio. *Et quicunque ille ipse hoc criminē fuerit deprehensus, comburatur igni, cum omni substantia sua.* & potea dicitur. Lapidauique eum omnis Israel, & cuncta, quæ ipsius erant, igni consumpta sunt. Et potuit contingere, ut primo fuerint lapidati, deinde combusti, ut accidit Acham, ut notat Abul. in 7. Ios. q. 6. ut hic exprimatur pœna lapidationis, in Hieremias pœna vſtionis, ut dixit prius Lyranus super illum lacum Hieremiac. Potuit etiam fieri, secundum nostrū Hugonem Cardinalem, ut illud verbū, *Et occiderunt eos,* non ipsi immediate occiderint, & sic non fuerit seruata lex talionis, quæ debebat in eo casu esse lapidationis, sed quod Regi Babylonis occidendos tradiderint: sicut dicimus Iudeos Christum interfecisse, nō quod ipsi occiderint, sed quod Gentibus ad occidendum tradiderint, quod si ut secundum legē lapi-

darentur Iudeis quantumuis captiuis permisum est à Rege Babylonis, non incredibile putat Origenes, ut cū magnæ ḡetes fuerint, & subiectæ, cōcessum esse ut suis vterētur legibus, atque iudicij. Et sic patet ad confirmationē quintā, quod cū Iudei essent in ingenti numero, nihil obstabat quin eis concederetur, ut sūm̄ præscripta legis reos puniri: vnde & Iudeis permisum quoque a Pilato, ut Christū condēnarent. *Accipite eum vos, ei secundum legem vestram iudicare eum.* Ad quartā vero in ordine, et si variatio in rebus leuius testiū dicta nō infirmet; nō leuius est variatio de loco, præsertim in delictis occultissimis: sicut enim variatio temporis non idem factum monstrat, sic & loci variatio, de qua variatione cum aperitè deprehēderit, solidissima conuictio fuit, accedente præsertim Spiritu sancti instinctu. Vnde S. Ambr. 2. de Spiritu sancto c. 7. de Daniele dicit, quod secundum accepti Spiritus sancti gratiam vacillantia perfidorum testimonia deprehendit. Dato autem, quod ex simplici ista variatione eos testes falsos non conuicerit, ex illa occasionem potuit sumere Daniel vrgendi, minādi, ut tanta fuerit efficacia inquirēntis, quod vel ruboro perfusi, crimen prodiderint, iuxta illud Poetæ.

*Heu quam difficile est crimen non pro dare vultu.* Vnde cū sponte confessi sunt, ex suo ipsorummet ore iudicati. Vel tādē ex S. Thoma 2.2. q. 63. art. 3. ad 3. & art. 1. ad 1. quod Daniel fuit accusator simul, & iudex, quia erat diuini iudicij executor, cuius instinctu mouebatur, ac proinde sicut ex parte iudicis non fuit seruata humani iudicij solemnitas, cum diuinū fuit iudicium ex commissione, ita ex parte tertium, cum in iudicio Dei procedatur ex sola notitia veritatis.

Ad III. particulare nō est verisimile ad imitationē Cretensis Minotauri, artificiosē fabrefactā talē Draconis historiam, cū gentiū scripturis nostrę sint priores, ut latē ex Iustino, & Clemente Alexandr. monstrauimus supra cū de veritate scripturæ tractatū est.

Ad IV. rectē Senensis noster, cui subscribit Bellar. supra. Respondet ad obiectionem, quod bis fuit Daniel in lacum coniectus. Primō à Dario ob edicti Regij contemptum, intra dies triginta prohibitos Deum adorans, ibiq; cum pernoctasset, postero die liberatus est, ut dicitur c. 6. Secundō à Cyro Rege, (qui cum dicto Dario duobus annis, & post ipsum, vigintiduos regnauit) ob destructum Belem, & destrūctum draconem, à quo lacu ante septimum diem dimissus non fuit. Vnde S. Ambr. in ps. 118. oct. 17. ait. *Daniel Propheta secundō in lacum missus leonū,* &c. & Athanasius in synopsi lib. 22. exp̄lētē hanc sententiam tenerit, quod primō sub Dario, Babylone, secundō sub Cyro in lacum sit iniectus. Sunt qui dicunt, ut Peret. lib. 16. & alij, hoc accidisse sub Nabuchodonosor, aut filio eius Eulnerodach; sed à communī non puto esse recedendum, maximē ab Athanasio.

Ad confirmationem ergo respondeatur, aduersarium non nisi somnia scribere, cum nunquam Hieremias de tali expeditione Cyri in Massagetas sit vaticinatus, qui si Isaiam citare voluit quod de Cyro c. 44. & 45. multa describat; nihil de tali expeditione prædictum cernitur; sed gloria, & potentia eius generatim descripta est. Si historicos nouos prodat, quod Cyrus nunquam Babylone refederit, totam antiquorum historicorū vniuersitatem opponimus scribentium Cyrum Dario successisse, & eiusdem regni

gni ad triginta annos peruenisse. Legantur noster Senensis, & Pererius lib. 10. in Daniel. & lib. 13. Genes. & alij.

Ad II. cōfirmationem, nihil esse hoc mirandum, si Dei virtutem, & Angelis datam facultatem supra corpoream naturam quantum ad motum localem, consideremus, quam aduertens Ambrosius narratione 1. in Genesim ad Horatianum dixit. *Accipe etiam, quod supra hominis substantiam Moyses in imo ambulauit mari; in summo Apostoli, Abacuch sine penitus volauit, &c.* Quod si Dēmoni data fuit facultas in momento temporis Christum Dominum à deterto in montem, & in pinnaculum templi asportandi, non est denegādum bono Angelo talem facultatem defuisse, prēfertim quia prēter virtutem natuā Angelicam, adfuit noua virtus superaddita Creatoris: quamvis enī transportatio virtuti naturali Angeli tribui possit; detentio corporeę molis ex cincinno, ut nec corpus caderet, nec capilli auellerentur, non nisi Deo creatori attribuendum est.

Ad ultimum, Caluinus Nerones, & Heliogabalos imitatur, qui homines ex sua vita metientes nemine probum existimabāt. Sed ex ipsamet Caluinī spōgia maculas iniuriosē Danieli affixas aspergamus. dicit idem Calu. Daniel. 6. & 11. *Quod liberatio eius ostendit, quantopere probata fuerit eius pietas, quia maluerat se propria vita abdicare, quam mutare aliquid ex sua consuetudine, quantum ad cultum Dei.* Quomodo ergo superstitionis? Quomodo ergo transgressor eiusdem cultus, cum impiè, & sine fundamento accusatur? cætera vitia obiecta, ex eodem Calu. dissoluuntur, nam in Ezech. c. 6. n. 14. sic dicit. *Non frustra eum Ezechiel nominat inter tres sanctissimos, qui fuerunt ab exordio mundi.* Hoc fuit maximum, et cū effet adhuc adolescentis, vel etiam in media etate, coniungi cum Iob. & cū Noe, sic vt effet tertius in sanctitate rara, & ferè incredibili. Hæc Caluinus, reprehendens, & carpens seipsum, & vt in proverbio est, propria vineta cedens.

#### CONTROVERSIA V. SPECIALIS.

*Quorum librorum noui testamenti Deus sit author, & primo de Protocanonicis.*

**D**EINDE considerandū est de libris noui testamen-  
ti, & primo de Protocanonicis, mox de Deuterocanonicis secundum sensum Catholicorum expli-  
catum: eo enim audacia Nouatorum priorupit, ut  
etiam de ijs, de quibus nunquam extitit dubitatio,  
controversias excitarint. Secundo tractabimus de  
Deuterocanonicis, quos tamen omnes ut canonicos,  
& aequalis authoritatis recipit Ecclesia.

Circa primum.

Articulus primus. Vtrum quatuor Euangelia diuino spiritu edita fuerint?

Articulus secundus. An Acta Apostolorum sint à Spiritu sancto dictata?

Articulus tertius. An Epistolæ Pauli sint à Spiritu diuino dictatae?

Articulus quartus. De Epistolis canonicas, siue catholicis, an eodem Spiritu sancto dictante, conscriptæ fuerint?

#### ARTICVLVS PRIMVS.

*An quatuor Euangelia sint diuino spiritu conscripta.*

#### Positio Hæreticorum.

**Q**VI Euangeliorum veritati detraxerunt non solum fuerunt Iudei, & Pagani, vt Celsus Philosopher, Hierocles Pythagoricus; sed à nostra religione apostate, Lucianus in dialogo, Peregrinus, Porphyrius, Julianus, qui, vt suis tur pitidiibus blandirentur, & erroribus viam munirent, Apostolorum, & Euangelistarum mores inculpatissimos, & ab ipsis scripta diuinitus, plaustris sycophantiarum onerarunt, & diuina esse inficiarunt. Hæretici verò veteres, vt in suam nastam homines pertraherent, se folos Euangelicos, & diuinam cognitionem adeptos gloriabantur, Apostolos, & Euangelistas carpendo, veritatē Euangelij abnegando, vt testantur Iren̄us, Epiphanius, Philastrius. In specie verò hæc Euāgelia negabant Ebion, Cherinthus, Merinthus, Carpocrates, qui sola genealogia ex Matthæo descripta cōtent, reliqua abiecerunt. Marcion ex Epiphanio to: um ex integro reiecit.

Hos sequuti sunt Manichei, prēfertim Faustus apud Augustinum. Euangelium Lucae Ebion, Cherinthus, & Merinthus, Marcion, Carpocrates totum sustulerunt; Marcion verò, & Cerdon, licet solum Euangelium Lucae recipenter, in multis illud decurtarunt. Ioannis Euangelium reiecerunt quidam Anonymi apud Philastrum, & Alogi apud Epiphanius, quos sequutus est Theodorus Bizantius Cotiarius apud eundem. Faustus cum suis Manichæis eti Euangelium Ioannis recipiat, intactum perstittiſe negat, & à falsarijs corruptum afferit.

Horum impiorū errores sequuti sunt Nouatores, pari impietatis gressu. Quidā enim in toto reiecerūt Euangelium scriptum, dicentes, esse fragmentum, somnium, rem prorsus cabalisticam, talis fuit Otho Brunsfeldius, ex Cochlae lib. 3. de auth. script. de quo sup. Alij non omnia quatuor Euangelia scripta æquali ve-  
neratione, & fide suscipiūt: sic Lutherus, qui in præf. in sua Biblia, tria dicit axiomata Euangeliū destruē-  
tia. Primum, solum s. Ioannis Euangelium esse unicum,  
verum, & præcipuum Euangeliū. Secundum, hoc  
solum habere Euangeliū naturam. Tertium, esse hoc tan-  
tum verum nucleus, & veram medullam Euangeliū.  
Lutheru ergo iudice, tria alia Euāgelia nō sunt vera  
Euangelia, carentia natura Euangeliū, falsi nuclei, &  
falsa medullæ, putamina, & ossa, paleæ, quisquiliæ.  
Illud autem idcirco afferebat Lutherus, vt suā fidem  
euangelicam, verius cacangelicam statueret, nempe  
Euangeliū naturā in fide, non in operibus etiā, & mi-  
raculis cōsistere. Quia ergo cateti Euangeliæ, minus  
de fide, plus de operibus, & miraculis tractant; Ioannes  
verò plus de fide, minus de operibus, & miraculis;  
ad suum paradoxum stabiliendum, solum Euangeliū  
Ioannis veram habere Euangeliū naturam  
pronūciauit. Mirū est, quod Iunius 1. cōtra Bellarm.  
c. 6. hæc verba Lutheri neget. Quod paradoxum Lu-  
thericolarū quidam pudebundi è posterioribus edi-  
tionibus sustulerunt, sed præter antiqua eius exem-  
plaria, vt videre est in Norimbergensi anni 1527. ex  
officina Iodoci Butknecht, sunt moderniora Lipsiæ  
im-

impressa 1603. tom. I. operū eiusdem, quæ sunt extra tomos V vitenbergenses, & Ienenenses, quæ hanc insulsam comparationem continent. Quidam vero contra ipsius mentem, ut Hunnius contra Bellarm. dixerunt, in comparatione esse excessum in salutaribus Christi doctrinis tradēdis, in quibus primum locum obtinet Ioannis Euangelium. Sed perperam, nam si talem excessum posuisset, orthodoxè sensisset; siquidem in secretioribus, & sublimioribus mysterijs apendiendis ceteros antecedit, propter quod Aquila à Partibus vocatur: sed dum de ipsa Euangelij natura fit comparatio, quam in solo Euangeliō Ioannis agnoscit, a ceterorum Euangelistarum scriptis, Euangeliō naturam afferit; quo sit, ut soli Ioannis Euangeliō credens, nulli credat.

Calvinus vero 3. inst. c. 2. §. 1. dixit. *Euanidē speculationis esse credere Deum esse, Euangelicā historiā, ac reliquas scripturā partes veras esse arbūrari. & paullō post subiungit, Talibus quidem fidei testimonium tribuitur, sed per natāx̄orū, idest abusum, quoniam Dei verbum non impugnari manifesta impietate, vel reiciunt, vel conueniunt, sed quandam potius obedientiæ speciem praeserunt. Verum bēc fidei, seu vmbra, seu imago, ut nullius est momenti, ita indigna est fidei appellatione. & postea ait. Eam procul esse a solida veritate fidei. Processit iste error, quod solam fidem, quam salvificam vocant, statuant in diuina benevolentia promittente vitam eternam: Cetera vero omnia credi non vera fide, sed vmbra fidei, & hanc vocant historicam, qua Deum esse, ceteraque Euangeliō partes, & scripture veritates credunt homines. Hanc distinctionem ē lacunis Lutheri haustam, iterū in colloquio Ratisponensi sess. 10. 11. 13. renouarunt Lutherole, Hunnius &c. expresē profitentes non esse necessarium fide salvifica scripturas esse diuinā: aut specialiter hunc, vel illum librum v.g. Euangeliū Matthēi esse diuinum, &c. ex qua positione euidēter sequitur, dum historica quadā fide creduntur Euangelia, non esse res tanti momenti ibi scripta, quæ fide dignissima sint, sed satis esse si vmbra fidei, quæ nullius est momenti, & historica quadam, & humana fide credantur, ita ut cuique liberum sit ex Euangelijs, & alijs scripturis, quæ velint credere, quæ nolint non credere, nō secus in scripturis humanis. Quod etiam fecisse Nouatores, presentim Caluinum notissimum est, ut enim aliqua de multis exemplis proferamus, tractans illa verba. *Hic est sanguis meus;* dicit stulte superstitionis esse qui verba Christi mordicus arripiunt. Illud factum, quod quicunque tetigerūt fimbriam vestimentū Christi Domini ab Euangelista laudatum, & ad memoriam eternam descriptū, superstitionis appellat, Et quod Christus Dominus nelignum fumigās extinguueret, se accōmodabat ruditati. In c. 5. Matth. ait. *Hec sententia Matthēi. Vos estis sal terrae;* &c. ex abrupto ponitur apud Lucam. & in c. 6. Luc. in illa verba *Non est discipulus supra magistrum,* ait. Lucas sententiam hanc quasi inter alios sermones ex abrupto prolatā absque contextu refert. Contra Ioannem ait in c. 8. Euangelista improprię fidem nominat, quod est tantum preparatio ad fidem. & postea. *Verbo credendi improprius est Euangelista pro cognitione.* Sed & rursus contra Matthēum dicit. *Improprius ex parte citasse veterum Prophetarum sententias contra germanum, & proprium sensum,* sic scribit in c. 2. v. 15. In c. 4. v. 13. In c. 8. v. 17. & in c. 27. v. 9. Hęc, & similia monstrant,*

Euangelistas non diuinitus inspiratos scripsisse, dum impropositatis, inordinationis, falsitatis taxantur, & quod verbis eorum non sit tanta morositate inhērendum.

Suum Caluinum sequutus Beza Genevę pseudo apostolus in Matth. 27. in edit. 1556. & 1558. imo antiquos Ecclesię hostes Porphyrium, & Julianum imitatus, turpiter lapsus memoria insimulā Mattheum, quod pro Zacharia Hieremiam citauerit.

Anabaptistę, vero, & Seruetani apud Sextum Senensem lib. 7. hęc. 1. 2. 3. 4. & 5. negat Euāgelia apud nos integra, intacta, & inuolata seruari, sed multa falso, ac violenter irrepsisse, & ad Christi deitatem mōstrandam multa Prophetarum vaticinia perperam assuta, &c. quibus etiā subscriptis Erasmus apud Castrum lib. 4. Apologet. clamādo nullum esse locum in scriptura in quem non irrepserit aliquod mendū Manicheorum.

Et his non obstantibus, omnes tamen se euangelicos, noui isti Cacangelici iactant, ipsos Euangelistas in iudicium cogētes, reprehendentes plaustris scismaticū eos onerates. O bellos cacangelij buccinatores.

Sed & alio absurditatis genere in eosdem Euangelistas ab impijs est debacchatum, eos namq; olim traduxerūt impij Celsus, Porphy. Ecclesiam coaluisse dicendo, ex idiotis pescatoribus, vt imperitiæ, & inscitiae referta eorum scripta, colligant. Hos sequitur Calvinus, qui Christum Dominū in ordinē colligit, quod pescatores in Apostolos elegerit, inquiēs in c. 7. Luc. v. 29. quod Christus Dominus non nisi ex fæce populi ex quisquilijs sibi colligere potuit, quod primo aspergili Euangelię gloriam valde obscurat, imo deformat, & alij apud Castrum lib. 4. Apolog. c. 4. ex quibus confiunt parum illis deferendum.

Fuerunt quoque, ut refert Castrum lib. 4. Apolog. pag. 428. qui dixerūt, Apostolos errasse ut homines, sed non in his, quæ ad finem pertinent.

Alij modifcarunt apud eundem Castrum pag. 481. errare potuisse non in sensibus, sed in verbis.

Alij apud eundem pag. 432. querunt, vnde Euangelistæ nouerunt, quæ non viderunt? ita Erasmus in Luc. proem. & Matth. 1.

Etiā fuerunt quidam Ecclesiastici scriptores, ut scribit Hieron. in c. 5. Michæl, qui asseruerūt, in omnibus, quæ de veteri testamento citātur, eiusmodi esse errorem, ut aut ordo mutetur, aut verba, & interdū sensus quoq; ipse diuersus sit, vel Apostolis, vel Euangelistis, non ex libro carpentibus testimonia, sed memoria creditibus, quæ nonnunquam labitur. Et in epistola ad Philemonem, in vniuersum dixerūt non semper sacros scriptores habuisse Spiritum sanctum in ipsis loquentem; quam positionē nouitatu amator Erasmus totis viribus amplexus est in annot. super 1. cap. Matthēi, qui in multis quoque alijs ausus est Euangelistas reprehendere, ut ex obiectionibus adducendis patebit.

#### Oppositiones eorundem.

**P**Rimum argumentum antiquorum Apostatarū (vt Celsi apud Origenem lib. 2. Iuliani apud Cyrillum lib. 3. & 8. contra Julianum, Manicheorū apud August. lib. 13. contra Faustum c. 10. quos sequuntur Anabaptistę) ex dissonantia ipsorum Euangelistarum: nam Ioannes, & Marcus Deum ex homine

mine natum non scribunt, nec Mariam inducūt, nec Iosephum Christi genitores, sed Ioan. in principio fuisse Verbum dicit, & Verbum fuisse apud Deum, & Deum fuisse Verbum, Christum videlicet significans. Marcus verò Euangelium, inquit, Christi filij Dei, tanquam Matthæum exprobrans, qui posuerit filium Dauid. Lucas, & Matthæus multò amplius decertant in genealogia Christi: nam Lucas c. 3. scribit, Christum fuisse filium Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Iáne, qui fuit Ioseph, qui fuit Matathia, q. fuit Amos, &c. Matthæus verò dicit progenitum Christū ex Maria, quæ fuit vxor Ioseph prognati ex Iacob, prognati ex Mathan, prognati ex Eleazar: vnde euidenter est contradic̄tio ex diuersis parentibus, auis, proquis genealogia deduēta. Hac illi.

Confirmatur primò, quia in eadem genealogia, Matthæus nouem generationes numerat usque ad Zorobabel; Lucas vero duodeuiginti, à Salathiele usque ad Dauid. Alios etiam Matthæus, alios Lucas percenset, est Anabaptist.

Confirmatur secundò, quia Euangelistæ homines fuerunt, ergo potuerūt hallucinari, saltem in his quæ ad fidem non pertinent, vt sunt genealogiae, aut salte in verbis errare potuerunt si non in sensibus, vel salte falsati sunt codices à Manichæis, vt dicit Erasmus.

II. Argumentum. Euangelium scriptum merum est somnium, & commentum Cabalisticum. Ergo non est à Spiritu sancto. est Othonis Brunsfeldij.

III. Argumentum. Euangelium Ioannis ceteris prestat; in eo ergo solo est vera Euangelij natura. est Lutheri. antecedens probatur ex encomijs sanctorū vocantium Ioannem Aquilam ceteris supereminentem, &c.

IV. Argumentum, quia Euangelia, sicut & cæteræ scripturæ, non cadunt sub obiecto fidei. ergo nō sunt diuinitus reuelata, & non continent infallibilem autoritatem, consequentia patet. Antecedens à Caluino fabrefactū est: quod non aliter probat, nisi quia solum obiectum fidei est diuina bonitas cuius promissionibus fidelis innititur, quæ & saluifica est: alia vero, vt cæteri Symmictæ etiam dicunt, est historica; at non est necesse, vt fides historica in omnibus contineat infallibilem autoritatem. ergo.

V. fuerunt Euangelistæ idiota, parum ergo illis deferendum.

VI. testimonia, quæ citant Euangelistæ multoties ab hebraica veritate discordant: imo & multoties ab ipsiusmet Septuaginta: interdum integrè non afferuntur; & interdum ijsdem aliquid de suo apponunt: ergo &c. Antecedens probatur oculari demonstratione, si loca, quæ citantur tam ab Apostolis, quam Euangelistis cum illis fontibus comparentur. Adde quod S. Hieronymus, qui luma est in emendandis, & castigandis sacris codicibus, afferit Lucam abuti multis testimonij, non sequēdo Septuaginta, quos tamē sequitos dicit Apostolos, nullius sequentes interpretationem, sed sensum; ergo, Hieronymo fatente, magis sensus, quam verba usurpata sunt ab Euangelistis: imo, ait Erasmus, citata sūt testimonia, vt à studiosis erant restituta, vt factum est Matth. 15. vbi dicitur, Benè prophetauit de vobis Esaias. Populus hic labij me honorat, &c.

VII. Argumentum Euangelistæ absque contextu scribunt, impropiè loquuntur, & falsitatis conuin-

cuntur. ergo; antecedens probatur ex locis supra adductis in positione Caluini, ex illo c. 5. Matthæi. *Vox estis sal terre*, quod ex abrupto ponitur apud Lucam. Amplius impropiè, & contra sensum Prophetarum loquutur ait Caluinus, similiter & Anabaptist. Loca propter quæ murmurat Caluinus, sunt cap. 2. Matth. vers. 15. vbi dicitur in reuersione pueri Iesu de Aegypto. *Tunc impletum, quod dictum est per Prophetam ex Aegypto vocavi filium meum*, qui locus non facit ad rē; præsertim cū apud 70. legamus, *Ex Aegypto vocavi filios eius*, quod intelligitur de filiis Israel. c. 4. v. 13. dicit Matthæus Christum secessisse in Galileam, *Ut impleretur, quod scriptum est per Prophetam Isaiam*. Terra Zabulon, & Terra Nepthalim via maris trans Iordanem Galileæ gentium, &c. qui locus exponitur de liberatione trium Tribuum Zabulon, Nephalim, & Aser illam partem incolentium. Matth. c. 8. v. 16. scribitur quod, *Omnis male habentes, curauit ut impleretur, quod dictum est per Isaiam Prophetam dicentem*. Ipse infirmitates nostras accepit, & agrotationes nostras portauit, quod dictum Esiae exponitur communiter de sanatione spirituali peccatorum. Anabaptistæ vero hæc etiam loca citant c. 2. Matth. vbi dicitur, quod Christus habitauit in Nazareth, *Ut impleretur, quod dictum est per Prophetas. Quoniam Nazarens vocabitur, quod in nullo legitimus Prophetarum*. Illud, quod Hierem. 31. legitur. *Vox in Rama audita est*, &c. violenter ad necem Innocentium à Matthæo contortum est; nam ex sequentibus verbis Prophetæ, est sermo de Rachele plorante filios suos. Addi potest & locus ille c. 13. vbi ad demonstrandum Christum Dominum in parabolis meritò loquutus, subditur, *Ut impleretur quod dictum erat per Prophetam dicentem. Aperiā in parabolis os meum*. Eruendo abscondita, &c. certum est autem illud nomen נָזְרֶה quo usus est Dauid ps. 77. non significare parabolas, similitudines, & adumbratas locutiones; sed breues, & acutas sententias, quas Græci apophthegmata vocant, & Hieronymus vertit ænigmata; & potius allusiones videntur adducere, quam Prophetarum sensus penetrare, cum Prophetas citant.

VIII. specialiter cōtra Matthæum, nam c. 1. dicit, Salmon autem genuit Booz de Rahab, Booz autem genuit Obed ex Ruth, &c. at hoc verum esse non potest, nam Salmon fuit tempore Iudicum, sub quo principatu de Raab genitus afferitur Booz: Dauid pater Iesse fuit sub Heli, qui longo interuallo à Iudicibus distauit.

Amplius Oziam Regem filium Iorē nominat, fuit autem filius Amasis, sicut similiter afferitur Ieconias filius Iosiae, qui tñ fuit nepos illius, non filius. 4. Reg. Cur etiam sciens, & prudens Euangelista omisit tres generationes, prætererit Ochoniam filium Ioram, Ioam filium Ochozie, & Regem Amasiā filiū Ioe, quæ tamen habentur 1. Paralip. c. 3? Superflua tamē postea ponit ab ijs verbis, Zorobabel autem genuit Abiud, usque ad Christum Dominum, cum nulla fiat de huiusmodi genealogijs mentio, nec in lib. Mach. nec in Ecclesiastico, nec in Ioseph. Aegesypo, &c. Iudeis.

Amplius in genealogia eadem Christus ex semine Dauid deducitur frustra, nam ex Ioseph Christus natus non est. Ipse quoque Ioseph non congruenter dicitur vir, addit Erasmus, corrigens Euangelistam, & multa de viro, & marito nugatur, & verecundius,

ad coitum excludendum verbo viri, usum esse, &c.

Amplius Matth. c. 2. citatur illud testimonium ab Euangelista, *Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exierit Dux, qui regat populum meum Israël.* tam. n. in hebraica, quam versione 70. contrarium scribitur, videlicet, *Et tu Bethleem minima es in millibus: ex te mihi egredietur, ut sit in Principem in Israël;* diuerso ergo sensu Euangelistæ Prophetas citarunt.

Amplius, quod inculcauit nouissimè Beza, ex antiquis suffuratus, Euangelista Matthæus, vbi narrasset de nummis projectis à Iuda, emptum esse agrum in sepulturam peregrinorum, subditur, *Tunc impletum est, quod dictum est per Hieremiam Prophetam, apud quem tale testimonium non legitur, sed apud Zach. cap. 15.*

IX. Marcus sic orditur Euangelium. *Initium Euangeli Iesu Christi filii Dei, sicut scriptum est in Isaia Prophetam. Ecce ego mittio Angelum meum ante faciem tuā; quæ verba apud Malachiam, non Isaiam leguntur.* Idem argumentū faciunt Anabaptistæ. Et dato, quod tale testimonium ad Malachiam referatur, certū est ex consequētibus. Malachiā de Elia Prophetā fuisse loquutum; nam infra c. 4. dicitur. *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam.*

Amplius dicit Marcus, quod Dauid comedit panes propositionis, quando introiuit in domum Dei, sub Abiathar principe Sacerdotum, c. 2. at cōstat ex 2. Regum id accidisse sub Abimelech, non Abiathar. Præterea quæ de resurrectione, & apparitione Christi scribit Marcus c. vltimo contraria sunt ijs, quæ alij Euangelistæ describunt; nam Matthæus dixit, *Christum surrexisse vespere Sabbathi.* Marcus vero scribit, *Mariam Magdalenā eum vidisse mane prima Sabbathi,* propter quam contradictionē, ait Hieronymus q. 3. ad Hedibiam, *Et quia in omnibus Græciæ libris tale capitulum Marci vltimum non habetur, subdit expressè, Non recipimus hoc Marci testimonium.* Quæ vero inter initium, & finem Euangeli Marci habentur confusæ, & præpostorè contra ea, quæ Matthæus scribit posita sunt; non est autem verisimile Marcum, qui ab August. lib. de cōfusione Euangeli, dicitur abbreviator Matthæi, sic confusæ, & præpostorè scriptæ; sed hanc confusionem, vel negligentia scriptorum, vel hæreticorum ortam, & in textū irrepsisse. est argumentum Anabaptistarum. In eundem Marcum debacchatur Erasmus, infirmas fidem Euagelistæ, quia ait, scripsit Euangelium secundum quod à Petro audiuit iuxta fidem gestorū, potius quam ordine doctrinæ, ergo potius historia est, quam Euangelium.

X. Contra Lucæ Euagelium; nam 3. cap. vndecim generationes, adiecta Cainam generatione, à diluvio ad Abraham referuntur, cum Moyses à Noe ad Abraham decem tantum numeret generationes: scriptoris ergo vitium, vel falsatoris hoc scriptum esse conuincit. Illa verba similiter c. 20. *Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob.* Non est autem Deus mortuorum, sed viuentium, bis in eodem capitulo in Ecclesiæ Catholicæ codicibus replicabantur, quæ tamen nunc semel leguntur, ait Epiphanius lib. 1. hæres. 42. & à Marcione, vel alio corruptore subtracta sunt. ex 19. autem cap. illa verba. *Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam,* à Catholicis sublata sunt tanquam textui inconuenientia, dicit idem Epiphanius in Ancorato. est Anabaptist. contendit falsata Euagelia Ec-

clesiam legere. In eundem sic debacchatur Erasmus in illud Lucæ. *Quæ in nobis complete sumtrerum, ait, Sed age, dic Luca, unde istarum rerum certitudo?* Si similia edocuit in illum locum Matt. *An equam conuenirent, ait, ceterum et res est gesta, ita narrat Euagelista, non ut ipse nouerat.*

Amplius ex eodem Erasmo Lucas fuit Pauli interpres, & Acta Apostolorum scripsit, ut vidit, non ergo fuit scriptor Euangelicæ Fidei.

XI. contra Euangelium Ioannis cap. 5. mentio fit de probatica piscina quinque porticus habente, de qua nulla fit mentione in veteri scriptura, nec in Iosepho diligenter hebraicarum rerum scriptore. Accedit, quod Interpretes variant inter se tam in loco, & virtute loci disputantes. De loco quidem alijs dicentibus in atrio templi fuisse cōstructam, alijs intra vrbis mœnia. De virtute variat similiter, quibusdam sanandi virtutem tribuentibus hostijs, & victimis, quæ ante cremationem ibidem lauabantur; alij cuidam ligno per Adam, & Seth plantato in quo Christus Dominus erat crucifigendus, quod à Salomon in piscinæ illius profundum projectum est. Falsarij ergo hanc historiam Ioannis Euangeliō apposuerunt, & non integra, & sincera habuit Ecclesia Christi Euagelia. Est Anabaptistarum. Et tandem c. 19. dicitur, quod hora quasi sexta Pilatus dixit. *Ecce Rex vester;* & tamen à Marco dicitur. *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.*

XII. In favorem illorum Ecclesiasticorum apud Hieronymum supra: *Fuit enim aiunt tempus, quando Paulus dicere nō audiebat, ad Galat. 2. Vnde autem iam non ego, &c. & fuit aliud tempus, cū dicebat, 2. Cor. 13. An experimenū queritis eius, qui in me loquitur Christus.* Similiter Prophetis idem accidit, ut uno tempore spiritu Dei agerentur, altero destituerentur, dicente Greg. Hom. 1. in Ezech. *Aliquando prophetae spiritus deest Prophetis, nec semper eorum mentibus praefatio est:* vnde 4. Reg. 4. dixit Eliseus de Sunamitide. *Anima illius in amaritudine posita est, & de seipso.* Et Dominus celauit à me, & nō indicauit mihi; ergo similiter idem quod Apostolis, & Prophetis contigit, Euagelistæ accidere potuit.

Confirmatur primò, quia interdum Prophetæ putant se à Spiritu sancto agi, à quo non aguntur, sed à spiritu proprio: vnde Nathan Prophetæ, qui dixerat Dauid se ædificaturum domum Domino, 2. Reg. 7. admonitus, & correctus à Domino, sermonem suum retractauit, quod exponens Greg. ibidem, ait, in hoc differre veros, & falsos Prophetas, quia veri si quid aliquando per spiritum suum dicunt, hoc ab auditorum mentibus per Spiritum sanctum eruditæ, citius corrigunt: falsi vero falsa denunciant, & in sua falsitate perdurant. Nihil ergo inconuenit, quod Scriptores sacri, Prophetæ, Apostoli, Euagelistæ scriptint spiritu proprio, correcti postea spiritu Dei.

Cōfirmatur secundò, Moyses enim scripsit, propter duritiam cordis dandū esse libellum repudij, quem Christus aboleuit, dicendo, *Ab initio non fuit sic.* Apostolus de quibusdā rebus ait in suis litteris, *Dicit Dominus, non ego;* de alijs autem, *Hec dico ego, non Dominus;* & multa similia in scripturis reperiuntur, quæ adducens, & ponderans Origenes in quadam Homilia ait, etiā in ceteris Prophetis aliqua quidem. Dominus loquutus est, & non Prophetæ: alia vero Prophetæ, & non Dominus. & Basilius ex hoc mon-

strat Spiritum sanctum non esse creaturam, quia ait, Omnis rationalis creatura, est quando à seipso loquitur, est quādō ea, qua Dei sunt loquitor. & S. Ambr. lib. 5. contra Eunom. c. penult. loquens de loco allegato de permissione libelli repudij, ait, Ostendit hic locus, quæ per fragilitatem humanam scripta sunt, non à Deo scripta: ergo, &c.

Confirmatur vltimo, quia non minus assistit Spiritus sanctus in Cōciliorum definitionibus, quam in scripturarum sive prophetarum, sive apostolicarū, sive euangelicarum editione: sed in minimis error deprehenditur in Concilijs, sive ex oscitantia, sive obliuione, tūm scripturas allegando, quæ alia patiuntur interpretationem, tūm non necessarias, sed verisimiles, & quæ infringi possunt rationes adducendo, nec præiudicium assertur fidei, cum satis sit Patres deduci in omnē fidei veritate in Spiritu sancto, quæ ad salutem necessaria est; ergo similiter satis est dīretos Prophetas, Apostolos, Euangelistas in rebus necessarijs ad salutem, in ceteris rebus tūm allegando scripturas, tūm historias scribendo, & huiusmodi, potuerunt hallucinari, memoria excidere, aliquid humanum pati.

### Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo authoritas Ecclesie, vt patet ex Cōcilijs, & decretis Summorum Pontificum, de quibus supra, recipientium quatuor Euangelia, vt sacra, & diuina.

II. Classis argumentorum ex Patribus. Ignatius sic dicit epist. ad Philipp. Eximum autem quid habet Euangeliū, nimirū aduentum Salvatoris nostri Iesu Christi passionem, ipsamq; resurrectionem. Quæ namque Prophetæ annunciauerunt donec veniat, cui repositū est, & ipse erit expectatio gētium. hoc in Euangeliō impleta sunt, dicente Domino, Matth. vltimo, Ite docete omnes gentes, &c.

Irenaeus lib. 3. c. 1. Non enim per alios dispositionem salutis nostræ cognouimus, quām per eos, per quos Euangeliū peruenit ad nos, quod quidem tunc prænunciaverunt: postea verò per Dei voluntatem in scripturis nobis tradiderunt fundamentum, & columnen fidei nostræ futurum. & mox qui scripserūt illa enumerat, Matthēū, Marcum, Lucam, Ioannem, & c. 11. Tanta, inquit, est circa Euangelia hæc firmitas, ut etiam ipsi hæretici testimoniu redcant ei, & ex ipsis egrediens unusquisque eorum conetur suam confirmare doctrinam. & paulò post. Ex quibus manifestum est, quoniam qui est omnium artifex, Verbum, qui sedid super Cherubim, & continet omnia, declaratus hominibus dedit nobis quadrigiforme Euangeliū, quod in uno spiritu continetur.

Origenes in procem. Lucæ homil. 1. exponens illa verba. Quoniam quidē multi conati sunt, ait, Hoc quod ait, conati sunt, latentem habet accusationem, qui absque gratia spiritus sancti ad scribendum Euangelia proficerunt, Matthæus quippe, & Marcus, Ioannes, & Lucas non sunt conati scribere, sed spiritu sancto pleni scripserunt Euangelia.

S. Basilus hom. in verba illa. In principio erat Verbum, dicit. Omnis quidem Euangeliorum vox reliquis omnibus sancti Spiritus præceptus eminētior esse dignoscitur, quod in alijs per Prophetas seruos, in Euangelijs autem ipse per se Dominus est alloquitus.

Nissenus oratione contra vñfarios clamat, Deus, in Euangelys, in publico, totique terrarum orbi noto chirographo, quod quatuor loco. & vice unius scripserunt, cuius testes omnes Christiani à temporibus partes salnitris extiterunt.

Chrysostomus in Matth. hom. 1. Quid igitur, non sufficiebat unus euangelista memorare? sufficiebat quidem, sed cum quatuor sint qui Euangelia conscribant, nec eisdem certè temporibus, aut in eisdem locis, neque pariter congregati, neque mutuò colloquentes, & tamen quasi uno ore pronunciant, fit hoc sine dubio veritatis grande documentum.

Gregorius Nazianzenus in carminibus Iambicis inter alios sacros, & diuinos libros quatuor Euangelia enumerat dicens.

Nunc iam recenti audias pauci libros.

Euangelistas quatuor solum cape.

Matthæus omnes ante it, Marcus flatim,

Lucasque sequitur, quarto Ioanni datur

Sedes, &c.

Procopius in Es. c. 45. exponit iustitiae Regē Chriſtum esse. Qui vias rectas, id est Euangeliorum oracula, in quibus nihil prauū, nihilque sine sum reperias edidit.

Epiphanius hær. 51. Et non sciunt illi nulla intelligentia prædicti, quod unicuique Euangeliste cura fuit, ut consonè loqueretur, quæ ab aliis fuerunt dicta. Imo ut ab aliis relictæ sic revelaret: non enim erat ipsorum voluntas, sed ex Spiritu sancto doctrina, ac consequentia.

Cyrillus Alexandr. proœmio in Euang. Ioan. Exquisita proœctio est, diuinitusque defluxa omnū Euangelistarum doctrina, &c. paulò autem post. Cum ergo mirabilis, excelsaque Sanctorum Euagelistarum doctrina sit: non n. ipsi, ut Salvator dicit, sed Spiritus Patris in ipsis loquitur. Ioannis Euangeliū si quis sublimitatem mentis a que acumen consideret, & quam magnus sit sententiarum in ea cunctus cogitet, longè omnium, non insuria præstantissimum dicet. Nam eis diuinorum dogmalum exposicio equaliter omnibus præposita sit, atq; ad eundem quasi calcem curriculo diligenter omnes ferantur: si tamen diuersa eis oratio est, ut quamvis in una vrbem peruenient, in magnificiores tamen ædes alius alio ingressus esse videatur.

Ex Latinis. Tertull. 4. contra Marcionem c. 2. Constituimus in primis Euangeliū instrumentum, Apostolos autores habere, quibus hoc munus Euangeliū promulgandi ab ipso Domino sit impositum, &c. & c. 5. cū autoritate Ecclesie Luca Euangeliū ab initio editionis suo stare dixisset, subdit. Eadem autoritas Ecclesiastarum Apostolicarum ceteris quoque patrocinabitur Euangeliis, que preimde per illas, & secundum illas habemus Ioannis dico, & Matthæi, licet & Marcus, quod edidit Petri affirmetur, cuius interpres Marcus, &c.

Hieronymus in prologo super Euang. Circa numerum Euangeliistarum, sciendum est plures fuisse, qui Euangelia scripserunt, sicut & Lucas Euangeliasta testatur dicit, Luc. 1. Quoniam quidā mulii conati sunt, &c. & postea Ecclesia autem, que supra petram Domini vocē fundata est, quatuor flumina paradisi instar eructans, quatuor anulos, & angulos habet, per quos quasi arca testamenti, & custos legis Domini lignis immobilibus vebitur.

Anibrosius in Lucam in proœmio, vbi ostendis, quod sicut in veteri testamento erat populi gratia, discernens spiritus, ut cognosceret, quos referre debet in numerum Prophetarū, quos autem quasi bonus

nummularius improbare, sic & nunc in novo testamento multi Euangeli scribere conati sunt, quæ boni nummularii non probauerunt. Ut tantummodo in quatuor libris digestum ex omnibus arbitrati sunt eligendum. & postea veniens ad illa verba Lucæ 1. exponenda. Quoniam quidem multi conati sunt, dicit, ergo multis cœpsisse, nec implesse etiam S. Lucas testimonio locupletiore testatur, dicens plurimos esse conatos. Qui enim conatus est ordinare, suo labore conatus est, nec implevit sine conatu, sunt enim donationes. Et gratia Dei, quæ ubi se infuderit, rigare consueuit, ut non egeat, sed redundet scriptoris ingenium. Non conatus est Matthæus, non conatus est Marcus, non conatus est Ioannes, non conatus est Lucas: sed diuino spiritu libertatem dictorum, rerumque omnium ministrante sine ullo molimine cœpta compleuerunt. Lib. de Tob. c. 20. Spiritus sanctus suggessit Euangelistis quæ scribebent, &c.

Augustinus lib. 1. c. 2. de consensu Euangelist. Igitur quatuor Euangelistæ uniuerso terrarum orbe notissimi, & ob hoc fortasse quatuor, quoniam quatuor sunt partes orbis terræ, per cuius uniuersitatem Christi Ecclesiam dilatari ipso sui numeri Sacramento quodammodo declararunt, hoc ordine scriptisse perhibentur. Primum Matthæus, deinde Marcus, tertius Lucas, ultimo Ioannes, &c. Sed in conscribendo Euangelio, quod diuinitus ordinatum esse credendum est, ex numero eorum, quos ante Passionem Dominus elegit, primum Matthæus, ultimum Ioannes, ut reliqui duo, qui ex illorum numero non erant, sed tamen Christum in illis loquentem sequitierant, tanquam illi amplectendi, ac per hoc in loco medio constituti, viroque ab eis latere munirentur. & postea c. 7. ait, quod has Domini sanctas quadrigas, quibus per orbem vœctus subigit populos leni suo iugo, & sarcine leui, quidam, vel in ipsa vanitate, vel imperita temeritate calumniis appetunt, ut eis veracis narratio-nis derogent fidem, per quos Christiana religio disseminata tanta ferulitate prouenit, ut homines infideles iam inter se ipsos calumnias suas muſitare vix audeant, compresi fide genium, & omnium deuotione populorum. Et cum hec esset palmaris eorum vanitas Euangelistas de dissonantia, & obliuione taxare; hos nodos ibidem conatur dissoluere Augustinus, unde & in 3. lib. c. 13. reddens huiusmodi rationem subdit. Quis ergo & in hac re cognovit intellectum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? ubi sic gubernauit corda reminiscendum Euangelistarum, & in Ecclesiæ fastigio tanto autoritatis culmine sublimauit, ut per hanc ipsa, quæ in eis coniraria videri possent excoecarentur, dignè tradisti in concupiscentias cordis sui, & in reprobum sensum, & multi exercerentur ad elimidandum prius intellectum secundum occultam Omnipotentis iustitiam. & lib. 1. c. 2. Quamuis autem singuli eorum suum quandam narrandi ordinem tenuisse videantur: non tamen unusquisque eorum, velut alterius precedetis ignarus voluisse scribere reperitur, vel ignorata pretermissee: sed sicut unicuique inspiratum est, non superfluum cooperationem sui laboris adiunxit. Lib. 1. c. 10. Quicquid Christus de suis factis, & dictis scribi voluit hoc scribendum illis tanquam suis manibus imperauit. Quicquid ergo legeris in Euangelio non aliter accipies, quam si ipsam manum Domini scribentem conspexisses.

Gregorius Papa hom. 3. in Ezech. Quatuor ergo facies uni sunt, quia si requiras quid Matthæus de incarnatione Domini sentiat, hoc proculdubio quod Marcus, Lucas, es Ioannes. Si queras quid Marcus, hoc quod

Matthæus, Ioannes, & Lucas. Si queras quid Lucas, hoc quod Ioannes, Matthæus, & Marcus senti, &c. Et quatuor penes uni, quia Dei omnipotens Filius, Dominum nostrum Iesum Christum simul omnes concorditer predicant, &c.

S. Thomas in catena sic dicit in proœm. ex Aug. de consensu Euangel. Inter omnes diuinæ authoritates, quæ sanctis litteris continentur, Euangelium merito excellit.

**TERTIA** Classis ex demonstrationibus Theologicis; nam quod diuino spiritu sint edita, & eadem incorrupta seruata, hoc ex successionis regula habetur, ut dicebat Tertullianus, sed hæc regula in dignoscendis etiam prophanicis authoribus adhibetur, ut late demonstrat Augustinus 33. contra Faustum c. 6. non est ergo irrationalib[ile] si omnium Apostolicarū Ecclesiarum successione, ut firmissimo arguento utamur ad Euangelia, sicut & cæteras scripturas recipiendas.

**II.** Probatur, quia Euangelistæ inaudita loquentes, & scribentes, nec in uno angulo, quæ scribebant occultantes, sed ubique præsentibus inimicis eadem volumina legi curabant, & nihilominus de illis triumpharunt, eos captiūando in obsequium Christi: hoc autem fieri non potuisset, nisi diuina virtus extitisset, quæ aderat ubique, & apud omnes cuncta peragebat, ut perbellè Chrysostom. hom. 1. in Matth. Nec mendaciter scriptis Euangelij passa esset diuina prouidentia tot virtutibus, & signis à gentibus, & omninatione, quæ sub cœlo est aurem accommodari.

**III.** Quia si non adstitisset diuina eadem virtus, & si cœleti lumine non fuissent descripta, non potuisset pescator, & illiteratus adeò sublimiter philosophari, & persuadere, quæ naturam nostram excedunt, tā quoad cognitionem, ut aliam superesse vitam, aliāq; mortem, &c. quam quoad actionem, ut malas cogitationes frenandas, vindictam non inferendam, virginitatem seruandam suadendo, &c. quæ dogmata suscepimus, & credita sunt, Philosophorum vero doctrinis, tanquam arenatum telis dissolutis, quæ suscepimus diuini operis pariter est argumentum, ex Chrysostom. ibidem. Accedit, quod doctrinæ Philosophorum obscuræ sunt, non omnibus peruia, ut quid iustum sit, quidque iniustum difficulter deprehendi possit: at nostra non sunt talia, sed iustum, & iniustum, omnisque virtus in paucis syllabis, & brevibus verbis Euangelistarum comprehenduntur, ut ab omnibus, etiam à pueris intelligi possint: tales enim sunt sententiæ veritatis, v.g. Quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, & illis facite: & quod in duobus mandatis tota lex penderit, & Prophetæ, id est in Dei, & proximi dilectione. Nec certus numerus annorum præfixus est ad consummanda studia virtutum, nec certa ætas, vel locus designatus, ut factū est à Philosophis. Diuinitus ergo inspirata Euangelia, quæ tam doctrinam continent, suaderi potest.

**IV.** Quia, quod Prophetæ prædixerunt, impletum tandem cernimus in Euangelica historia, circa partum Virginis, & totam œconomiam Salvatoris, ut vicissim ibi testimonium perhibeant. De quo argumento diffusus Chrysostomus Dem. ad g̃etes, quod Christus sit Deus. Theodoret. de curand. Græc. affect. & lib. 6. & 10. de Pronid. Origenes in cap. 15. Matth. & S. Aug. ep. 120. ad Honoratum, & lib. qq. in Matt. q. 16. & 12. & 13. aduersus Faustum, ubi do-

cet euentum ipsarum rerum prædictarum, esse optimum prophetæ interpretem. Hier. ad Paul. de institut. Monachi.

V. Summam Euangeliorum maiestatem, & authoritatis culmen arguant ritus, & ceremoniae, quibus cum Euangeliis verba recitantur, omnis Ecclesia vtitur; nam quando legitur, accenduntur luminaria, (Hieronymo etiā teste aduersus Vigilantium) amplius thus incenditur, oscula a Sacerdote libro imprimuntur; stantibus omnibus, & capita detegentibus, &c. Per eadem Euangelia iuramus tanquam per infallibilias, & diuina testimonia, de qua consuetudine legēdus. Cyrus ep. 1. synodica Ephesina, & Vigilius Papa epist. ad Eutychium Patriarcham Constantino-politanum.

Quod si dicas, saltem in minimis potuisse contingere officiosa mendacia, vel memoriae lapsus, stante Veritate historiæ circa substantialia.

Contra, & sit VI. argumentum ex Aug. epist. 9. ad Hieron. quæ allegat S. Thom. 2. 2. q. 110. ar. 3. ad idem propositum: nam si ad sacras scripturas admissa fuerint officiosa mendacia, nulla in eis remaneret authoritas, nec de illis posset proferri sententia, cuius pondere obteratur contentiose falsitatis improbitas: nam Ratim qui aliter sapit, posset dicere, in testimonio quod assertur, honesto officio scriptorem esse mentitum, vel memoria lapsum, &c.

Confirmatur primo ex eodem, epist. 8. si illas simulationes, & officiosa mendacia fingamus, si exurgent peruersi homines prohibentes nubere, verbi gr. & illis ostenderetur à scripturis matrimonium commendari: si dicerent scripturas id finxisse, & esse mentitas officiosè propter homines, qui dilectione coniugum tumultuari poterant, nihil posset Catholicus contra aduersarium præualere, hypothecis illa admissa. Rursus ea, quæ in scripturis dicuntur in Dei laudem, possent dicere aduersarij, stante eadem hypothesi, conficta esse, vt exardecerent homines in Dei dilectione, & tamen tantum abest, vt scripturæ ista mendacia aborreant, vt quod in laudem Dei cedere videtur, si Christus non surrexisset; & prædicatum fuisse, quod resurrexit, in impietate redundaret, dicendo fallsum testimonium aduersus Deum, quod suscitauit Christum, quem non suscitat, vt dicit Apostolus 1. ad Corinth. cap. 15.

Confirmatur secundo, quia admissio officioso mendacio, obliuione, & huiusmodi tota scriptura vacillabit, vt docet idem ep. 8. & 9. unusquisque n. quod vult credet, quod non vult nō credet: ad hæc enim diuerticula recurret proterius allata, quacumque scriptura, eos per quos scriptura administrata est, vel officiosè mentitos, & oblitos, vel deceptos.

Confirmatur tertio, quia etiam si designentur, vt dicunt idem epist. 8. quæ sint parua, vel magna, quæ ex proprio, quæ ex spiritu Dei, quæ ex mendacio composita, quæ serio dicta, quæ vere, & sincere enarrata, quæ ex obliuione prætermissa, nulla amplius librorum particula remanebit, quæ non vixunque videbitur, vel ad mores difficultis, vel ad fidem incredibilis eadē pernicioſissima regula ad mentientis, vel obliuiscientis authoris consilium, officiumque deferatur. Posset enim quis proterius dicere mentitos Euangelistas, vel alios canonicos scriptores, in trium personarum diuinarum numeratione, & nuncupatione Christi resurrectione, &c. quæ difficiliora sunt multis alijs,

quæ in scriptura narratur. Nec valet fuga, quod posset dari regula ad cognoscendum hoc loco lapsos officiosè mentiendo, obliuiscendo, de spirito suo loquitos, ibi vero non. Nam queritur, vel hoc discernetur ex spirito proprio, vel aliqua scripturæ regula; si ex spirito proprio adhuc desideratur talis spiritus manifesta approbatio: si ex scriptura ipsa incerta assertur regula: quæ enim assertur hic officiosè potuisse mentiri, &c. incerta redditur; potest enim tunc regulam istam accipiens dicere, cum sibi talis regula traditur, fluctuagam regulam accipere, & tradentem tunc esse mentitum officiosè.

Quod si dicas esto ex mendacio, & ex obliuione, & deceptione immunes faciunt scripturæ, dum dictæ sunt, poruerunt saltem ex iniuria, & iniuria temporum à peruersis corrupti.

Contra, & sit VII. argumentum, quia hoc, vt dicit August. de utilit. credendi c. 3. nullis in tam recēti memoria extantibus exemplaribus, posunt communice: eodem enim modo Patres primæq; usque in præsens legunt, & citant testimonia: non est autem verisimile Ecclesiam Christi tot seculis vitiana, & corrupta legisse, & credidisse.

Confirmatur ex eodem lib. 33. contra Faustū c. 6. nam non nisi subuersus dicere potest, non potuisse Apostolorum Ecclesiam tam fidam, rā numerosam fratrum concordiam, vt eorum scripta fideliter ad posteros traiicerent, cum eorum cathedras usque ad præsentes Episcopos certissima successione seruarint: cum hoc qualiumcunque hominum scriptus siue extra Ecclesiam, siue in ipse Ecclesia tanta felicitate proueniat.

Confirmatur, quia hæc via etiam cæterarum gentium scripturæ incertæ redderentur, vnde August. ibidem, Quæ unquam litteræ habebunt pondus autoritatis, si Euangelicæ, si Apostolicæ non habebunt? &c.

Confirmatur ultimo, quia hoc esset vniuersam fidem defruere, & vniuersas heresies innovare, tollendo id, per quod possunt magna ex parte rugulari: unusquisque enim hereticus scripturæ gladio confessus le minimè euictum damnabit, potens hoc adfruere ex corrupto, & vitiato codice repulsum: latus enim campus aperitur, vt suus utique animus author sit, quid in unaquaque scriptura probet, quid in improber. Legendus Aug. 32. contra Faustum c. 19.

Vltima Clavis ad hominem; nam omnium modernorum hereticorum communis vox est, solam scripturam esse purum Verbum Dei, hoc solum esse Euangelium, cetera ab ipso esse verba homini, &c. vnde & seipso, vt putant, à professione puri Euangelij, inflatis buccis, sc̄ Euangelicos attulare non erubescunt.

### CONCLVSION CATHOLICA.

Quatuor Euangelia sunt diuinitus conscripta.

R Espondeo dicendum sicut dicit Augustinus de consensu Euang. lib. 1. c. 1. quod inter omnes diuinæ authoritates, quæ in sanctis litteris continentur, Euangelium merito excellit, cuius primi Prædicatores Apostoli fuerunt, qui Dominum Iesum Salvatorem nostrum Christum etiam in carne presentem viderunt, quoru quidam, hoc est Mattheus, & Ioannes eius scripta de

de illo, quæ scribenda visa sunt, libris singulis ediderunt. At ne putaretur, quod attinet ad percipiendum, ac prædicandum Euangelium interesse aliquod vitrum illi annuncient, qui eandem Dominum hic in carne apparentem sequuntur sicut aly, qui ex illis compertia fideliter crediderunt, diuina prouidentia procuratum est per Spiritum sanctum, ut quibusdam etiam ex illis, qui primos Apostolos sequebantur non solum annunciadì, verum etiam scribendi Euangelium tribueret authoritas. Per hos ergo eminentissimæ authoritatis scriptura condita est, sicut & per cæteros Scriptores canonicos, vt dicit Aug. 11. de Ciuit. c. 3. Fidem habemus de his rebus, quas ignorare nō expedit, nec per nosipso noscere idonei sumus. Ea autem, quæ sciri possunt testibus nobis, quæ scilicet non sunt remota à sensibus nostris, non ab alijs accipimus, vnde & præsentia nuncupantur, eo quod præsto sint oculis nostris: illa vero, quæ ab illis remota sunt, vt idem docuit, quoniam nostro testimonio scire nō possumus, de his alios testes requiritur, eisque credimus, à quorum sensibus remota esse, vel fuisse non credimus. Sicut ergo de visibilibus, quæ non vidimus, vt testibus infallibiliibus credimus ijs, qui viderunt, ita & de inuisibiliibus, quæ à nostro sensu remota sunt, illis vt in fallibiliibus testibus credere oportet, qui hæc in illo incorporeo lumine disposita didicerunt, vel manentia contutti sunt. In hoc lumine hæc vidisse Euangelistas, vt cæteros scriptores canonicos, ex eo manifestum est; nā eomet spiritu, quo futura ante prædixerunt, quæ noltram effugient cognitionem, eodem præterita, & præsentia scriptisse dicendum est; prædixerunt autem futuram Euangelij in toto orbe euagationem, Hierosolymitanorum excidium, gentium conuersionem, Ecclesiæ stabilitatem, &c. quæ impleta cernimus, vt discurrat Chrysostomus tom. 5. dem. adu. gēt. quod Christus sit Deus. Porro sicut in visibilibus eorum, quæ sensibus cognosci possunt, sensus ipsi sunt mensura vniiformis, & homogenea; ita in ijs, quæ alijs credimus in suo genere eos accipimus, vt testes certos, & mensuram credibilitatis suo modo certam, vniiformem, & homogeneam. In intelligibilius autem sicut eorum, quæ à nobis cognosci possunt, naturaliter accipimus rationem, vt mensuram vniiformem, & homogeneam, ita similiter in ijs, quæ solum supernaturaliter cognoscuntur Spiritus sancti lumine, quo Euangelites, Prophetæ, & illustrati sunt vtimur, vt regula certissima, vniiformi, & invariabili, & homogenea. Si autem hæc regula secum compateretur in libris Euangeliorum, & cæterorum canonorum aliqua mendacia officiosa, aut falsa quantumvis inculpabiliter descripta ex obliuione, oscitantia, & huiusmodi, non esset vnde, quaque invariabilis, & certa, & eiusdem rationis in omnibus, ac proinde non potest habere rationem mensuræ, & regulæ fidei. Vnde & Christus Dominus dixit Matt. 5. quod iota vnum, aut vnum apex non preteribit à lege don ec omnia fiant; quod multò magis in Euangelica scriptura veritatem habere debet, quæ non est littera mortis, ad quam scribenda idoneos quosdam fecit ministros non littera, sed spiritu. Quare dicendum est nihil in scriptura Euangelica, sicut & in cæteris, contemnendum tanquam inutile, nihil respondeundum tanquam falsum, nihil repudiandum tanquam irritum, & iniquum, nihil addo, supplendum tanquam omisum, vel oblitum pro eo, vt scriptit Bonaventura p. 2. de sublimit. sac. script. quia Spiritus

sanc̄tus eius author perfectissimus nihil potuit dicere falsum, nihil superfluum, nihil diminutum.

Quia vero omnia composita, & apta Deus fecit, oportebat & speciem Euangeli bene compositam, & bene compaginatam esse, ait Irenæus lib. 3 c. 11. vnde nec plura, nec pauciora quatuor debebant esse Euangelia. Quoniam enim quatuor regiones mundi sunt, in quo sumus, & quatuor principales spiritus, & diffinata est Ecclesia super omnem terram, columnæ autem et firmamentum Ecclesiæ est Euangelium, & spiritus vnde consequens est quatuor habere eas columnas vndiq. e flantes incorruptibilitatem, & vivificantes homines. Sola ergo vera, & firma sunt Euangelia, vt nec plura, nec pauciora sint diuinitus inspirata, vt ibidem Irenæus concludit.

Ad discentendum vero hæc esse legitima Euangelia, cetera ab hereticis conficta sub Apostolorum nominibus, ad Ecclesiæ oportet configere. Vnde Aug. ait contra Ep. fundamenti. Euangeli non crederem, nisi Catholicæ Ecclesiæ me commoneret auctoritas.

### Solutiones oppositionum.

**A**D I. nulla est contradic̄tio inter Euangelistas, si generationes distinguis, æternam vnam, temporalem alteram, per tempora ex Maria natu est, & de stirpe David habet originem, propter quod dicitur filius David; per æternam filius Dei dicitur, & Verbum Dei Deo coeterum. Nulla autem similiter est contradic̄tio Lucæ, & Matthæi, quod Lucas fecerit Ioseph filium Heli, Matthæus Iacob, nam vere, secundum carnem fuit filius Iacob, secundum adoptionem vero filius Heli, vnde modo filius ex eo, qui vere genuit, modo ex superstite vxore Heli sine liberis decadente, copulata Iacob fratre Heli secundum legem, Heli legalis filius Iacob tamen progenitor vocatus sit. Legendi sunt Iustinus q. 66. ad Orthodox. Augustinus 2. de consensu Euang. c. 2. & 3. Hieronymus in comm. in Daniel, & in Matth. & q. 3. in Matth. Eucherius, Damascenus lib. 4. & 6. Legendus etiam Africanus apud Euseb. lib. 1. cap. 6. quem Augustinus se sequi professus est.

Ad primam confirmationem, quia pauciores parentes solent esse legales, quam naturales, Lucas naturales, vt plurimum, Matthæus legales recensuitur dicunt quidam. Sed melius videtur dicendum cum Ambroſio lib. 3. comment. in Lucam c. 3. August. lib. 1. q. in Genes. q. 121. credibile est, quos Matthæus enumerat longioris fuisse vitæ, & propterea pauciores generationes insinuatas, Alterius vero generationis, secundum Lucain, viros immaturæ etate discessisse, ac proinde plures generationes recensitas, cum videamus, ait Ambroſ. complures senes cum suis nepotibus viuere, alios vero viros statim filiis obire suscep̄tis. Vnde etiam ob eam causam tres Reges omitti à Matthæo reperiuntur. Quod vero alios Matthæus, alios Lucas recenscat, ea causa factum est, vt communiter dicitur à Patribus, quod constet eos fuisse binomios, vnde vnum nomen Matthæus, alterum Lucas expressit.

Ad secundam confirmationem fuerunt Euangeliæ homines, sed Spiritu sancto inspirati loquuntur sunt sancti Dei homines. Quare nec in minimo errare potuerunt, nec in ijs, quæ oculis percipiebant, & alijs ipsis erant perspectu; nam & mouens ita mouet mo-

bile, ut motio mouētis in re mobili sit vna, & eadem  
3. Phys. quare cum vnuſ, & vniſormis fuerit Spiritus  
sancti directio, vniſormis est veritas in omnibus  
quæ ſcripſerunt, vnde nec in verbis alijs ſcriptori  
prōptiſ errare potuerūt. Falsa vero, & ſuppoſitio  
aſſerere in Euangeliō, Manichæorum eſt. lege Aug.  
2. contra Faſt. c. 1. & 2. & lib. de uſil. credendi.

Ad II. illa potius phantasia eſt diabolica, quam  
probatio.

Ad III. vt diximus ex Cyrillo, excessus Euangeliſ  
Ioannis eſt in ſublimitate mentis, quod aternā  
generationem nobis expoſuerit, & in ſententiarum  
cumulo, non in diuinorū dogmatum expoſitione,  
& propositione, quæ in omnibus Euangeliſtis eſt  
æqualis.

Ad IV. grandis redargutio cernitur in Cacan-  
glicis, qui iactantes ſcriptum verbum, illudque exi-  
gentes vſque ad minimum iota, nunc historias tan-  
quam furfur, à farina ſuę ſalutificæ fidei tanta anato-  
mica ſubtilitate diſtinguant, ſcire debetis obieſtum  
fidei primō, & per ſe eſſe Deum ipsum, & primam  
veritatem, vt ait S. Thomas, cetera verò ad fidem  
ſecundariò pertinere in ordine ad Deum, qualia ſunt  
ait S. Doctor 2.2. q. 1. ar. 1. ad primum, & ſecundum,  
quæ in ſacra ſcriptura trađuntur de hominibus, &  
alijs rebus creatis, & in quantum iſdem propter ve-  
ritatem primam aſſentimur, vt etiam eodē S. Tho-  
ma teſtante, hæreticum ſit negare, Dauid non fuſſe  
filium Iſai, aut Tobiam non habuſe canē 1. p. q. 32.  
a. 4 quare perperam diſtinguitur fides in ſalutificam,  
& historicam, cum vna, & eadem fides Deum, & que  
in ordine ad Deum ſunt reuelata, ſub eadē ratione  
formali prime veritatis in ſpiciat, tam mysteria fidei,  
quam historias ſcripturarum, que cum ſint diuinitus  
inſpiratæ, in fallibilem continent authoritatem.

Ad V. resp. cum Chryſoſt. de mōſtratione aduers. Genit. quod Christus ſic Deus, hoc quoq; mirabile,  
quod non ſolum, priuati pauperes illi, & igno-  
biles, & illiterati, & viles, & exoticis sermonis, & con-  
temptibiles totius orbis attenuerunt, ſed & quod longe  
diſſiciliora opera ipſa ducere iuſſi, non hoc in pace fece-  
runt, ſed infiniti bellis hinc inde excitat̄ &c. Tantū  
ergo ab eſt, vt hoc fidē ſcripturarum infirmet, vt di-  
uinæ virtutis opus in iſta fide commendet, quod, vt  
ideum dicit, per viros illiteratos, priuatos, ineloquen-  
tes, obſcuros, pauperes, patria, facultatibus, robore cor-  
poris præcellētia glorie, dignitate progenitorum, vehe-  
mentia rhetorices, eminentia ſcientiæ carentes, per  
pifcatores, per polliones, per barbaros, fide periuaserit,  
de hoc argum. eleganter idem Chryſoſt. Hom. 4. de  
verbis Eſa. Origenes 1. contr. Celsum, qui eudem  
obmurmurantem, hac eadem ratione depreſſit.

Ad VI. compertum eſt ex doctrina Hieronym. Apoſt. & Euangeliſtas teſtimonia diuina citaffe, iux-  
editionem 70. vbi vitia non erat, aut forte clarior,  
certum autem quod 70. (ex canonibus Origenes, &  
aliorum PP.) citant teſtimonia ſcripturæ, vt quæ in  
Hebr. obſcura ſunt, lucidiori interdum oratione ex-  
pliſcent, vnde in hoc 70. editio maxime commenda-  
tur, quod Euangeliæ fuerint veluti ſcholiastes, (vt  
in hoc logo) eius editionis, & ſimil declaratur (dum  
tanquam ſcripturæ teſtimonium eorundem editio  
citatur, que interdum potius eſt Paraphraſis, quam  
commentarium) Spiritus sancti affluat editam, &  
ſacram Scripturam eſſe. Quandoq. vero non iuxta

70. ſed ſecundum Hebræam lectionem citatur teſti-  
monia exempli cauſa Matth. 12. vbi citantur verba  
Eſaiæ 42. Ecce puer meus quem elegi, non ſecun-  
dum 70. ſed ſecundum lectionem Hebraicam, à qua  
& ſi interdum diuera appetat, dupli ci cauſa id fa-  
ctum eſt. Primo, quia dupli cem lectionem potest ad-  
mittere teſt. hebraicus. Secundo, per Metaphraſim nō  
reddentes verbū verbo, ſed ſenſum expreſſerunt, vt  
hoc loco, & alijs factum eſt, ſine dubio Spiritu fan-  
cato duce, & Magiſtro. Falso autem oper. Hieron-  
iſta ſunt, quæ obiectiuntur.

Ad VII. Heretice ſatis loquitur Calvinius dum  
Spiritum ſanctum per Euangeliſtas loquentem ta-  
xat de inordinatione, nempe, quod abſque contextu  
eos ſcribere fecit, quia Spiritus ſanctus dum men-  
tem Euangeliſtarum illuſtraret, digitosque mo-  
ueret, neſciens verba ſuo ordinis, & loco reponere.  
Vel dicendū cum Theoph. Christum non ſolum eos  
qui donati ſunt magiſtrali gratia, ſed etiam idiotas  
expofit ad modum ſalis fieri viles proximis, vnde  
dicendum bis à Chriſto Domino hæc verba prola-  
tauiffe, ad Apoſtolos, & Matth. 5. & ad alios, & quos  
ad virtutem perfectionem animabat: vnde ſic Beda  
interpretatur. Bonum eſt ſal. ideſt ſale ſapienſe ſpiri-  
tualis cordis arcana condire, imo cum Apoſtolis ſal  
terra fieri.

Nec uillo modo impoſtria loquuntur contra ſen-  
sum Prophetarum: nam & ſi quod citat Matthæus  
ex Oſea, ex Aegypto vocauſ filium meum, apud Septua-  
ginta habeatur. ex Aegypto vocauſ filios eius, nihil  
officit proposito, cum Matthæus hebraicum fontem  
ſit ſequutus. Admissa autē lectione Septuaginta, no-  
mine filiorum illorum integer Iſrael intelligitur, vnde  
de ueroque ſenſu veritatem habet, vt Iſrael filius  
eius, & vt filij Iſrael ex Aegypto ſint vocati. Quare  
vi nouo Iuliano repondeamus, (abillo enim Calu-  
nus hanc obiectionem ſuſtutatus eſt) eadem ſcriptu-  
ra, quæ de illo populo verificabatur, in Chriſto adi-  
plerat etiam eſt. Sciendum ergo eſt, quod quatuor  
modis impletur Prophetia. Primo modo cum id  
fit, quod propriæ, & litterali ſenſu exprimitur, vt  
cum dicitur, Ecce Virgo concipiet. Secundo modo  
cum non fit id, de quo proprie Prophetia intellige-  
batur, ſed id, quod per illud significabatur, vt cū di-  
citur, Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium.  
quod de Salomone, proprie intelligitur. Et D. Paulus  
de Chriſto per Salomonem figurato interpretatur,  
ſimiliter & illud Exodi. Os non commiuetis ex eo,  
quod de agno proprie dicitur, tamen integratatem  
corporis Chriſti in eo praesignatam dicit Ioannes.  
Tertio cum nec fit quod proprie significat Proph-  
etia, nec quod per illud significatur, ſed quod illi ſimi-  
le eſt, vt Prophetia non minus apte de eo, quam de  
quo dicta eſt, dici videatur: ſic illud, quod Deus Iu-  
daïſ dixerat per Eſaiam 29. Populus hic libys me ho-  
norat, Chriſtus ſuo tempore ſignificat adimplatum,  
nempē in ſuo ſimili. Et illud, quod aperiret os ſuum  
Dauid in parabolis, non fuit Prophetia adimplenda  
alio modo, quam in ſuo ſimili ſecundum hanc ex-  
pliſionem. Quarto quando id, quod per ſcriptu-  
ram dictum eſt, iam factum fuerit, nihil omnia magis,  
ac magis fit. Vnde & de Ioanne Euangeliſta  
ſcribitur. c. 20. Tunc ergo miriorum, & ille diſcipulus,  
qui venerat primus ad monumentum, & vidit, & cre-  
didit: non enim ſenſus eſt quod tunc primō credere  
incit-

inciperet, cū introivit, sed quod magis crederet. Sic in proposito nostro, et si in illo populo tanquam filio adoptivo impleri cœperit illa Prophetia, magis ac magis impleta est in Christo, qui erat perfectissimus, & naturalissimus Dei filius: quamvis etiam secundo modo impletam esse communiter dicatur, sed de hoc inferius. de eadem difficultate consule Hieronym. Chrysost. Emiss. hom. 2. in fest. innocentium. Euseb. de dem. Euang. dem. 4. & interpetres in hūc locū, & Castrum in Apol. lib. 6. nu. 207. & seq.

Ad alium locum Matth. 4. eum sub vna littera plures sensus lateant, sicut ut non solū corporalis libertatio illarum tribuum sit designata, sed spiritualis etiam: quæ contigit tunc, cum prius in tenebris errorum immersa illa regio, ipsa primum lucem prædicantis Christi vidit, & coruscante prædicatione ab errorum tenebris est liberata, imò totus orbis mortis vinculis liberatus, Euangelij clarum lumen aspexit, ut dicit Hieronymus: propter quod, ut aduerit Cyrillus, additum est illud verbum, via maris trans Iordanem Galileę gentium, ad gentilium etiam illuminationem signandam. lege Castrum in Apol. c. 6. nu. 228. & seq. plures alias oblocutiones Hebraizantium, & Erasmi contra hunc eundem locum eruditè dissoluit.

Ad illum locum Matth. cap. 8. congruè Euangeliſta quod à Propheta dictum erat de spiritualibus infirmitatibus ad corporales accomodat, tum quia has in ordine ad spiritualem sanitatem Christus sanabat tum etiam quia plerumque morbi ex morbis animi nascuntur, quod Chrysostomus in c. 8. Matth. Origenes etiam in c. 8. & 15. Epist. ad Rom. & 2. contra Celsum. quare non est mirum quod hunc eundem locum, quem D. Petrus Epist. 1. ad morbos spirituales retulit, ad morbos corporales quoque extendit Matth. vnde non iux. 70. sed ut ad vitrumque referri posset adaptavit, quare non erit cur cachinnis Euangelistā impeteret Erasmus accusando interpretem, seu potius Euangelistam sub nomine interpetris quod vñus sit pro verbo sanans verbo ἐσπατένων, quod est pharmacis mederi, cum eodem vocabulo vñus sit Plato in fine Timaei ad animi medicinam, & in Politico docet Deum medicinam facere, & curationem idem vocabulum vñspans.

Ad illum locum Matth. 2. Quoniam Nazareus vocabitur. Si fixum, ait Hieronymus, de scripturis posuisse exemplum nunquam diceret quod dictum est per Prophetas, sed simpliciter quod dictum est per Prophetam: nunc autem pluraliter Prophetas vocans, ostendit se non verba de scripturis sumpsisse: sed sensum. Nazareus sanctus interpretatur. Sanctum autem Dominum futurum omnis scriptura commemorat. Possumus & aliter dicere, quod etiam eisdem verbis iuxta Hebraicam veritatem in Esaia scriptum sit. Exiit virga de radice tesse, & Nazareus de radice eius ascendet.

Ad locum alium desumptum ex Hierem. c. 13. quamvis secundum litteram introducantur ex figura Protopopæia duæ Tribus, Rachelis nomine significante, vel Bethlehem eiusdem Rachelis nomine (si quidem in Bethlehem sepulta fuit) introducatur plorans calamitatem ingentem captiuitatis Tribuum Iuda, & Benjamin (ut quemadmodum in tragædiis

mortuæ mulieres plangentes, manes, vel euerſarum Vrbium lamentatrices vmbrae inducuntur; ita inducta sit Rachel quo cum dolore peperit Benjamin, & amarius plorè filios suos) nihilominus per accommodationem eadem Protopopæia figura miro Spiritus sancti artificio concinnata, eadem Rachel plorans inducitur, propter necem Innocentium. Si quidem Bethlemitæ erant infantes occisi ab Herode. Vel (& est expōsitus S. Thomæ in hunc locum secundū litteram) hic per ista verba planctus magnus insinuat, sicut enim quando propter iniuriam Leuitæ illi illatam, ferè tota Tribus Benjamin extincta est, & factus est planctus Magnus qui fuit auditus de Gabrua usque in Rhama longe à Bethlehem per duodecim milliaria, ita figuratiuè introducta est Rachel plorans, quæ fuit mater Benjamin. Et similiter sicut fuit planctus Magnus eiusdem Rachelis quia cum ducebantur in captiuitatem Israelitæ iuxta Bethlehem plorantes, plorasse dicitur Rachel, quæ ibi sepulta erat: ita ob necem Innocentium Bethlemitatum, et si non ratione tribus, ratione loci figurata locutio ne eadem Rachel plorans inducitur, ad explicandum magnum planctum &c. Locus alter Matth. 13. sic exponitur à quibusdam, quod non voluit significare Davidis prophetiam proprie à Christo impletam: non enim erat prophetia, sed rerum præteritarum historia, de qua David tuac agebat sermonem, sed (ut solet Euangeliſta) quod à Davide alio sensu dictum erat, ad similem sensum accommodat. Sed dicendum enī parabolæ nomen ibidem à David usurpari בְּשָׁלַח ad parabolam notandam, prout parabola similitudinem significat (quibus etiam ille psalmus non careret, ut cum dicitur, posuit sicut oves familias, &c.) præter vocem οὐρανοῦ quæ sonat enigmata, & breues illas, & acutas sententias. Nullumque esset absurdum dicere cum Hieronym. David loquētum in persona Christi in parabolis Christum locuturum in parabolis adumbrasse. Vel dicendum id quod obscurè dictū est à propheta [loquar propositiones ab initio] quæ erant enigmata obscurè velta in beneficijs antiquis, quæ eo loco recenseret, clarius à Christo Domino dicta, & propterea Euangeliſta clarius reddidit [eructabo abscondita à constitutione mundi] quod dixit obscurius propheta [loquar propositiones ab initio].

Ad VIII. Potuit Salmon extrema ætate genuisse Boez, grandiores enim ætate, filios tunc procreabant, & Booz grandi ætate genuisse Obed, qui quoque in ultima ætate genuit Iesse patrem David, sub cuius tempestate fuit Heli Sacerdos, ut inter Salmon & Iesse tres centuriae intercesserint.

Quod dicatur Ozias filius Ioram intelligitur quantum ad sanguinem, & stirpem secundum morem etiam Scripturæ, vnde Esdræ 1. c. 2. filij Phares duo millia centum numerantur: filius ergo Ioram est Ozias natus ex Ioram pronepote, sic quia mediæ generis est, ut dicit S. Tho. in Matth. lect. 1. genitus est Ozias à Ioram filius eius dicitur. Et codem modo respondeatur, quod Iechonias fuit genitus à Joachim in mediæ, mediæ à Iozia. Omissæ vero sunt tres generationes ab Euangeliſta in generatione Ioram quia tres illi cum fuerint, ut dicit Hieronymus imitatores peccatorum suorum progenitorum, indigni quoq; ut texerentur in genealogia Salvatoris, præsergit cum intra breve tempus sint deleti, cum

tota prole, vnde illius solius fecit mentionē Euangelista, qui Dauidicū propagauit genus. Eadem ratione, nec patti Ioachim fit mētio, quia pessimus quoque fuit, & breui deletus, & sepultura asini sepultus est, iux. Hieremīa vaticinum vide Hier. Christost. Hilat. in hunc locum vide Caſtrium lib. 5. Apol. nu. 172. & sequentibus.

Nec superflue ponuntur alij, qui obijciuntur, nam cur de illis non fuerit facta mentio ab Historicis illis idcirco contigit, quia iux. prophetā Esaiā radix illa Iesse regiā familiā Dauidis, iam exiccata erat nullus producens Reges, & principes, & defuit corona in Iechonia, qui est scriptus vir sterilis, in Ieremīa c. 22. quare cum essent redacti in conditionem humilem, sicut antiquitus erat Isai, siue Iesse, qui fuit pater Dauid, ideo non recensiti sunt ab illis historicis.

Recēsetur verò Ioseph in genealogia, quia fuit de familia Dauid de qua Christus nasci debere prædictū erat, cunque inter eū, & Deiparā Mariam fuerit verum matrimonium, hinc probatur Christus de familia Dauid, nec enim nisi de eadem tribu vxores accipiendae erant: quia vero familiā recensebantur secundum stirpem virilem, propria genealogia Christi ad Ioseph est producta. Sed nec iocari debebat Erasmus in vocabulo, vir, nam maritum etiam significat, & cum Græcè, & Hebraicè maritus vir appellatur, rectē etiam Euangelista virum pro marito usurpauit. Nec verecunda impudens ne mutire debebat, in ea, vbi pariter, & gloria omnia occupauit, cacophrata magis, quam solēcismos, aut barbarismos, vitanda tradunt Rhetores.

Ad id, quod obijcitur ex cap. 2. dicitur, quod Euangelista versionem 70. sequutus est, qui plerunque pro interrogatione, respōsiones reddūt, quare idē sensus redditur, nam in Hebraica interroganter legimus, 70. respōsionem reddunt, quare idem est dicere, Et tu Bethleem minima es? & dicere, Et tu Bethleem nequam minima es: & de his loquendi formis lege Aug. 2. q. ad Simpl. & cap. 59. ad 7. Conc. Aquisgran. cap. 3.

Ad alium locum Matth. de citatione Hieremīa pro Zacharia respondetur, propter hunc locum quidam authores Ecclesiastici apud Hieronymum supra non veriti sunt dicere hic memoria lapsum Euangelistam: sed hoc supra satis confutatum est. Alij dicunt, vt Eusebius lib. 10. cap. 4. à Iudeis fuisse deletum, quem sequitur Caſtrius lib. 6. Apol. c. 6. nu. 258. sed tenentes oppositum, quod scriptura non fuerit falsata à Iudeis, dicunt, quod non est verisimile ab omnibus codicibus potuisse deleri, vt fusiū dicetur poltea. Hieronymus ep. ad Pam. proponit hāc quēſitionē, & ibi videtur insolutam relinquere in quēſitione Hebraici codices fuerint aliquando corrupti: tamen in hūc locum testatur in quodam Hebraico volumine sibi à Nazarēo quodam oſtenſo, legisse iſdem verbis hoc testimoniū: & verisimile hoc est, nam & alia opera Hieremiam scripsiſſe probatur ex 2. Machab. 2. Et etiam ante Hieronymum, idem scripsit Origenes dicens in hunc locum esse aliquam seceram Hieremīa scripturam, in qua hoc scribitur. Verum hac responsio proteruos non conuinceret. Alij dicunt non potuisse Matthæum, nec Hieremiam, nec Zachariam citare, sed quod sciolus scriptor ē margine, vbi scriptus erat Hieremias, in texturn illam particulam intruserit: signum afferunt,

quod in Euangelio Syriaco id non habetur, & Augustino teste in multis codicibus eādem particula deest, & deleta est. Sed hāc responsio, quā est Maldonati sequentis Hieronymum, non placet Augustino, quia plures, & antiquiores Codices etiam Græci habent Hieremīa nomen, & sic à multis lectum est. Accedit nō potuisse Apostolos, & Euangelistas, qui à Spiritu sancto regebantur, in eum errorem incidere, vt errata librarij sequentur, vt centones sciolorum Euangelijs consertos obtulerent fidelibus. Quia vero causa huiusmodi truncationis in alijs codicibus potest adscribi imperitiā eorum, qui hac quēſitione turbati ad eradendum Hieremīa nomen à codicibus confugerunt; respondit iterum August. 3. de consensu c. 7. sumptum hoc testimonium, in Zacharia haberi ad sensum, nō ad verbum. Verum difficultas adhuc nō est euacuata, quomodo Hieremias pro Zacharia sit subrogatus?

Sed & aliter cum Augustino dicendum est primo vt demonstraretur Propheta vno, eodemque spiritu loquitos, vt singula sint omniū, & omnia singulorum, propterea quē Zacharie sunt, Spiritus sancti instinctu Hieremīa tributa sunt. Verum quia violenta potest hāc responsio videri aliquibus, secundō cum eodem dicitur, quod cum Hierem. 32. habeātur duo, primum, quod emerit agrum à filio fratri sui, secundum quod dederit ei argentum septem stateres, & decem argenteos, & in Zach. similiter habeatur, quod appendetur mercedem suam triginta argenteis, quibus Christus venditus est: apud Zacch. expresa metrio fiat 30. argenteorum, & apud Hieremiam de agro empto, de vtroque testimonium conflans Hieremīa ritauit (sicut mox videbitur in Euangelio Mathei, qui ponens testimonium conflatum ex Malachia, & Esaiā Esaiam solum citauit) vt lecto testimonio de agro empto apud Hieremiam, mox ad Zachariam differentem de pecuniarum summa recursus haberetur. Potius autem Hieremīa, quam Zach. mentionem fecit Euangelista, non enim agebat de pretio, quo venditus est Christus, sed de agro empto, cuius meminit Hieremias, nou Zacharias. Vel etiam, quia testimonium Zacharie apud 70. quorum editionem sequitur Euangeliste, obscurissimum erat (sic enim dicitur Zach. 11. Et statuerunt mercedem meam triginta argenteos, & dixit Dominus ad me depone eos in conflatorū, & recognoscere si probatum est, sicut probatus sum pro eis). Hieremīa autem erat planior de agro empto enarratio) potius Hieremīa, quam Zacharie testimonium posuit; in quo, vt dictum est, non verba, sed sensus attendendus; nam si verba attendi debent, illud quod subdit Matthæus difficultatem habebit, quem appetiauerunt filii Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus, cum nec in Hieremīa, nec Zacharia habeatur, sed mysticè, & secundū sensum ex Dei revelatione inserta sint ab Euangelista, vt idem monet Augustinus, mille capitosis solus praeponderans.

Vel dicendum, quod sicut vēditio Ioseph, etiam si fuerit viginti argenteis, fuit figura venditionis Christi triginta argenteis, ita ager Hieremīa emptus dece & septē s̄iclis fuit figura agri, qui vēditus est triginta argenteis, nec figura in omnibus æquari debet figurato. Quare Euangelista potuit figurā ponere, citādo Hieremīam, & verba Zacharie, quā figuratum respiciebat, ponere, suppresso nomine Zacharie, & liberum

rum fuisse Scriptori, spiritu dirigente, Zachariam, vel Hieremiam posse.

Vel tandem dicendum, si triginta illi argētei pendebant septem florenos cū dimidio, vel duas drachmas Atticas, & erant sicut vñales, certe decē & septē illi sicut forte fracti, vt colligitur ex textu Syriaco Romani coll. Maronitarum, ubi dicitur Cefapho, efficiunt 34. sicos vñales, qui 34. ex regula numeri fracti, dici possunt 30. sicuti 72. Interpretes, dicuntur 70. & sic utroque est consonantia in numero, quia tamen clarior erat numerus in Zacharia, quam in Hieremia, citatus est expressè Hieremias, sed nec prætermisla sententia Zacharia.

Ad IX. Illud quod obiicitur (& fuit argumentum Porphyrij) de Marci Euangelio, sic soluitur à quibusdam, quod à quibusdam Codicibus non habetur nec Isaías, nec Malachias, sed hoc modo sicut scriptū est in Prophetis, sic legit Ireneus lib. 3. c. 11. sed & in codicibus alijs græcis, & in vulgata, secundum quam legunt Hieronymus, Chrysostom. hom. 11. in Marcum, & Epiph. lib. 2. aduersus hæres. habetur sicut scriptū est in Isaia. Potuit autem à codicibus illis, in quibus Isaiae citatio expressa deest, abradi à quibusdā sciolis, vt occurreret obiectioni ista, quam Porphyrius meditatus erat, occurtere. Dicendum ergo est, utrumque testimonium, ut supra dictū est, esse ex utroque Prophetā conflatum de Malachia, & Isaia; nominatū verò esse Isaiam, quia ultima sunt verba, & res etiam à fine denominari solent, de quo vide Lyrnum. Vel quia pars præcipua, in qua consistebat vis probacionis, quam potissimum producere volebat Euangelista, erat testimoniuī Isaiae, ad quod explicandū, Malachię testimonium præmissum est, ut vñū quasi ex utroque texeretur. Isaiae ergo citatur, & prophetia Malachię præmittitur, vt Isaiae oraculū explanetur, vnde oportuit in explanationem Isaiae adjungi Malachiam. Et obseruatū est, cum citatur prophetia ex duobus locis duorum Prophetarū conflata, ut diximus supra de Zacharia, & Hieremia, vnius tantum factā mentionem, eius, quā planior erat, & ad institutum magis faciebat.

Ad alium locum ex c. 2. respondetur ex Theophil. Abimelech in lib. Reg. nō Pontificem, sed antiquiorē Sacerdotem, binonymum fuisse, sic expressè responderet S. Chrysostom. hom. 40. in Matth. Vel forte, vt dicit Caiet. Abiathar simulcum Abimelech sacerdotio functus est, ita ante Caiet. Beda.

Quod verò adducunt de resurrectione Christi tanquam dissonum alijs Euangelistis, sic respōdet Hieronymus ad Hebr. c. 6. q. 3. de apparenti contradictione, inter Matthæum, & Marcum, respondēdum, quod uterque verum dixerit. Ita enim distinguendū est, cum autem resurrexit (& parā per spiritu cōtrācto inferendum) prima sabbati mane apparuit Mariæ Magdalenæ, vt qui vespere sabbathi iuxta Matthæum surrexit, ipse mane prima sabbathi, iuxta Marcū apparuit Mariæ Magdalenæ, quod quidem Ioannes Euangelista significat mane eū alterius diei vñsum esse demonstrans. Non oportet igitur ob tam levissimas causas caput istud Marci in dubium reuocari, quod ipsa Ecclesia Catholica in ferijs Resurrectionis, & Ascensionis Domini, decantat, & in omnibus tā græcis, quā latinis codicibus habetur. Hieronymus verò cum dicat (in loco ab Anabaptistis adducto truncatè) Aut non recipimus Marci testimoniū,

ab hæreticis omissa, satis insinuat nonnisi vno ex duobus modis posse huic argumento occurri, & primò non afferendo, sed vt aliorum sententiam à sua distinguēdo, protulit: secundo modo afferēdo, atque firmādo. Quod verò dixerit esse illud caput reiectū, tum quia non erat descriptū in græcis exemplarib⁹, tum etiam quia alijs Euangelistis quædā erant contraria, non ad Resurrectionem Christi refertur, sed ad quædam alia apochrypha adiecta huic capitulo, vt ipse dicit 2. lib. contra Pelagianos. Nam post illa verba Marci. Exprobavit illis incredulitatem, & duritiam cordis, quia his, qui viderant eum surrexisse, non crediderunt, ait. In quibusdam codicibus reperiuntur adiectū, & illi satisfaciebant, dicentes, & eccl̄um istud iniquitatis, & incredulitatis substantia est, quæ non finit per immundos spiritus verae Dei apprehendi virtutem, idcirco iam nunc reuelā iustitiam tuam.

Ad id, quod opponunt de confusione scribentis Marci, iam pridem Papias responderat, nō ordinem temporū, sed historię, & narrationis veritatē curasse, (vt apud Euseb. 3. hīt. c. 39.) dicens. Marcus interpres fuit Petri, & quæcunque meminerat ab eo dicta conscripsit; non tamen per ordinem ea, quæ à Domino dicta sunt, vel facta digestis, quia non ipse auditor Domini fuit, vel seculator, &c. Quod etiam fuerit interpres Petri, non est contra rationem canonici Scriptoris, nam ad ea quoque quæ à Petro didicerat scribenda, à Spiritu sancto impulsus est, & directus.

Ad X. respondetur ex Beda, quod generatio Cainan adiecta, nō de hebraica veritate habetur, sed de editione 70. & sui ingenij tarditate in accusans, cur hoc fecerit Euangelista, fatetur se nescire perscrutari, id reuerenter admirans. Satis ergo est ad defensionem Euāg. dista dicere, se quatum esse editionem authenticam Septuaginta, vt frequenter ipse, & alij Euangelistæ, & Apololi fecerunt, in qua editione nēdū Cainan recensetur mediis inter Arphaxad, & Sale, sed etiam anni, quibus vixit Cainan, propter quod textui Septuaginta, vt undeque integro magis credendū docet Caiet. quā textui manco hodieño, vt apud H̄br̄aos recensetur. Sed si quis velit salvare integritatem, & incorruptionē hebraici textus, dicere potest cū Lippomano in cathena super Genes. Moysen instinctu Dei eum prætermisſe, sicut eodē instinctu videmus Matthæum Euangelistam in genealogia Salvatoris maltos, quos Moyses recenset prætermittere. Replicatio illa testimonij cap. 20. Non est Deus mortuorum, &c. quando in omnibus codicibus fūisset, fidei non obstitueret, multò minus officere potuit, cum in quibusdam, non in omnibus codicibus reperiuntur, vnde & prudenter ex his tanquam correctionibus codicibus à Patribus potuit illa repetitio à redundantibus alijs codicibus remoueri. Sic ad id de fletu Christi dicendum, quod quamvis ē nonnullis codicibus ē sciolis quibusdam non penetratis finem, & robur verbi illius, abrasum fuerit; tamen in veteribus semper retentum est, vt patet ex Irene lib. p. c. 17. Quod certitudinē à Luca ex pectet Erasmus, si non fatetur à Spiritu sancto illustratum Euangelistam, ad Ethnicon scholam configiat, eorumq; choro aggregari postulet; si vero Spiritum sanctum fateatur authorem, potuit certificari ab illo Spiritu Euangelista Lucas, de quo scriptum est, quod scrutatur profunda Dei; vel si hoc etiam detrectat,

Platonem in Phædro audiat dicentem, Vates diuinatus afflatos, melius nosse, quā quę oculis cernimus.

Ad XI. quod illius piscinæ in veteri testamento non fieret mentio, non mirandum, quia non erat locus adeo celebris, ut particulari narratione dignus videretur, sicut postea celebri illo miraculo ex descensu Angeli illustratus, ut de eo fieri mentionem meruerit.

Vel dici potest cum nostro Senensi lib. 7. hæref. 5.  
2. Paralip. c. 4. insinuatam, dum ibi de Mari q̄neo, vbi de Sacerdotibus, & decem conchis (vbi holocausta lauabantur) sit mentio, ē quibus, sicut ē ceteris aquarū receptaculis subterraneis, quæ per quīnque stadia circuitus templi penetrabat (Aristæa teste in historia legationis suæ, & Tacito lib. 21.) tanta vndarū copia fluebat, vt per quatuor stadia extra urbem sonitus aquarū audiretur. Quare verisimile est ad iofimas radices montis templum sustinēus fabricatam piscinam ad aquarum illarum copiam continendam. Quamvis alij interpretes aliò, & aliò illam collocarint, quorum diuersitas, sicut & de virtute illius aquæ disceptatio, si proposita veritate historia verisimile, & Evangelicæ, non Evangelicum textum destruit, sed illustrat.

Sed & noster F. Brocardus in descriptione Terræ sanctæ ait, quod in porta vallis ad sinistram est Probatæ piscina, in qua Nathinæ lauabant hostias, quas bene lotas, Sacerdotibus tradebant in templo offerendas, que piscina porticus habuisse dicitur. In qua piscina, vt dicit Rup. Nathinæ lauabant hostias, quas postea Sacerdotes in conchis iterum lauabant, ex Abul. loc. cit. Paralip. q. 13.

Nec quia illud sompnum deligno ibi per Adam, & Seth plantato à quibusdam adducitur, Euāgeliæ veritatem infirmat, qui nihil de tali ligno edisserit, nec quia Magister Historæ scholasticæ id asserit, aut Lyranus confirmat, ea fabella verisimilitudinem habet, quia non afferendo, sed referendo eam, nullæ autoritate munitam, vel certa ratione compertam in medium adducunt.

Ad ultimū locum Ioannis respōdent Sixtus lib. 6. annot. 131. Canus 2. de loc. cap. 18. ad 5. Mariana de vulg. c. 23. etrem esse in codicibus Ioannis, vt pro tercia, posita sit sexta hora. Sed contra hos obstat Vulgata editio, & ecclesiastica lectio, & Patrum. S. Aug. 3. de consensu c. 13. conciliat duo hæc loca, vt hora tertia sit crucifixus linguis, hora sexta clavis. idem Aug. aliam mysticā expositionē assignat lib. 3. c. 113. & tract. 117. in Io. & lib. 65. qq. q. 19. & Os. 63. Sed dicendum, quod totū intermedium inter tertiam, & sextam, potest dici, & denominari tertia, vel sexta hora, tertia completiva, sexta initiativa, & quia sexta non erat completa, dicitur hora quasi sexta, cumque hæc hora, non esset in rigore hora, sed contineret spatiū trium horarū accidit, & quod dixit Ioannes de damnatione ad mortem, & Marcus de crucifixione. Legendi interpres in hunc locum, & S. Thom. 3. p. q. 46. a. 9. ad 2.

Ad XII. Argumentum ea distinctione dicti Ecclesiastici voluerunt distinguere, quæ ex præcepto Domini, quæ ex consilio, quæ ex iure diuino, quæ ex iure humano, quæ ex præscripto legis, quæ ex permissione, & mitigatione eiusdem sancta sunt, non vero ad significandum, quod ea, quæ ex consilio, vel præcepto humano apostolico spiritu statuebantur, à Spi-

ritu sancto dictata non essent. vnde & Paulus quantumuis de consilio loquens non nubendi diceret 1. Cor. 3. Cæteris ego dicō, non Dominus, Tc. subdidit, Beator sit, si permanserit secundum meum consilium, puto autem, quod & ego spiritum Dei habeam, quare semper siue consiliando, siue præcipiendo, siue ius diuinum promulgando, siue ius posituum statuendo, diuino spiritu actus es. Prophetæ autem etiæ interdū, vt obiectebatur, decipi potuerint, cum prophetia non sit habitus, sed actus, ex quo fit, vt interdum Prophetæ aliquis putans agitari diuino spiritu, proprio agatur, propheticus tamen scriptor ex assistētia iugi Spiritus sancti, eiusdemque quandiu scribit afflato, Deo consulente Ecclesiæ vniuersitati, nec minimo lapsu notari potest, ne infirmata scriptura, nutaret fides. Quare aliud est loqui de Prophetis absolute, aliud de propheticis, seu canonicos scriptoribus, & sic etiam patet ad primam confirmationem.

Ad secundam similiter ad Origenem, & Basiliū dici potest, aliud esse loqui de Prophetæ, aliud de canonico scriptore, & quod primo loquuntur tunc modo, non secundo. Ad Ambrosium dicitur ea, quæ per fragilitatem humanam scripta sunt, à Deo non esse scripta iubente scilicet, & præcipiente, sed permittente: dictante tamen permissionem hanc, vt in scripturis reponeretur.

Ad ultimam, differentia est inter sacram Scripturam, & Concilia, quia cum hæc liget fideles, vt decreta tantum credant, & non rationibus decreti, non assistit Spiritus sanctus, vt illæ sint semper vere, cum multæ afferantur verisimiles. at Spiritus sanctus nec unum iota, aut unum apicem (proper ingentes ibi etiam absconditos thesauros, vt dixit Chrysostomus in Genesi) præterire voluit, vnde illa maxima religione, & reverentia suscipienda sunt. Sed de his abunde supra dictum est.

#### ARTICVLVS SECUNDVS.

*An Acta Apostolorum sint diuino spiritu afflata.*

#### *Positio Hæreticorum.*

V Eteres hæretici hūc librum extra canonem collocarūt, sic Tatianus, & Seuerus, vt illis tribuit Eusebius 4. h. 1. c. 29. & Tertull. de præscrip. c. 22. de alijs Gnosticis eundem librum negantibus meminit similiter 5. cōtra Marcionē 1. & 2. hi fuere Ebion, Clerinthus, Marcion, &c. vide Philastrum in catal. Pameliū in annot. Eandē hæresim Aug. de vtil. cred. c. 13. & p. de serm. Domini in monte c. 20. vel 34. tribuit Maneti Manichœorum Principi iactanti ad se esse missum Paracletum, & ob id, quem promissum ante ipsum exhibuit legebat Apostolis in die Pentecostes, non alia via potuit eludere, nisi negādo Apostolorum Acta. Chrysostomus autem hom. 1. dicit. Complures sunt quibus hic liber adeo ignotus est, vt non solum ambigant de auctore à quo conscriptus sit, verum ne id quidem cognitum habeant, an omnino exiet hæc rerum ab Apostolis gestarum historia.

Nouos hæreticos, qui hunc librum in toto, vel in parte negant, moderni non recensent. Calvinus tamen posset recenseri, qui in fine commentarij sui in Iosue

Iosue 24.32. editionis Gallicæ proferens, quæ in actis Apostolicis protulit Stephanus de sepulchro empto ab Abraham, illudque confundens cum parte agri empa à Iacob (quasi Iacob illic deberet nominari loco Abrahæ) sic loquitur. *Quod autem ait agrum emptum esse ab Abraham, error est circa nomen, qui temporis cursu in eum locum irrepsit, sic quæ Spiritus sanctus dictauit virgula censoria iste temerarius expungit.* & in commentario in acta Apostolorū c. 7. v. 16. edit. Latinæ, & vers. 15. edit. Gallicæ ait. *Quod autem subiicit postea fuisse in sepulcro positos, quod emerat Abraham à filiis Hemor in nomine Abrahe erratum, planè est. & concludit. Quare hic locus corrigendus.* Hæc ille. Sed potius de editione, quam de scriptura Caluinus dubitat, semper tamen Ecclesiæ est iniurius, cuius n. auctoritate recepta est editio, eius auctoritate in canonem receptus lib. est, vt qui de uno dubiter, de altero fidem non habeat, nisi humanam, quamuis se recipere simulet Caluinus in eadem Acta commentaria crudens, venena instillans, quibus Hierarchiam Ecclesiasticam oppugnet, & laceret. Idem in Stephano debacchatur, nam dum de Moysè ait S. Stephanus, quod eruditus est Moyses in omni sapientia Aegyptiorum, ipse contra volens adducere Moysen in suspicionem, dicit, illam mysticam Theologiam fuisse constantem ex stultis, & deliris commentis, ac prodigiis abominationibus, quasi Moysen illis fuerit imbutus. & ubi Stephanus dicit de eodem Moysè, quod erat potens in verbo, & operibus suis, addit Caluinus, Erat forte improbus, superbus, & crudelis in verbis, & operibus suis. In cap. 12. vbi dicitur. At illi dicebant, Angelus eius est, negans dari Angelos Custodes, ait contra hunc locum. Nec scriptura suum cuique certum, & peculiarem Angelum promittit. Hec impius, sanctissimum Prophetam fugillans, & angelicam custodiad, contra Ecclesiæ doctrinam, tollens.

### Oppositiones eorumdem.

**A**rguitur I. nam Genesi cap. 23. narratur emissio Abraham ab Ephron agrum, & speluncam pretio 400. siccotorum argenti probata moneta publicæ in terra Chanaan. & cap. 33. scribitur, quod Iacob reuersus de Mesopotamia Syrie, traxiuit in Salem urbem Sichimorum in Chanaan, & habitauit ibi iuxta oppidum, & emit partem agri, in qua fixerat tabernacula, à filiis Hemor patris Sicheum centum agnis. Dicente autem Stephano Act. 7. Et translatis sunt in Sichem, & positi sunt in sepulcro, quod emit Abraham pretio argenti à filiis Hemor, ergo vel utramque Lucas confusit historiam, vel certè pro Iacob, Abraham debebat posse.

Confirmatur, quia Lucas dicit Hemor fuisse filius Sicheum, & tamen Genes. 33. Hemor pater Sicheum assertur.

Confirmatur secundò, quia Lucas dicit Iacob accersitum à Ioseph, & cognitionem suā in animabus 75. & deinde, quia etiā subiungitur Iacob, & Patriarchas translatos in Sicheum, & positos in prædicto sepulcro; cum tamen c. 1. Exodi, 70. solū animæ numerantur ingressæ, & Ioseph. 2. antiquit. c. 5. & 8. fratres Ioseph conditos esse in Hebron constanter asseveret.

II. Arguitur ex eodem capitulo, nam dicitur à Stephano, quod Abraham cum esset in Mesopotamia,

priusquam moraretur in Charan (in hebreo Hiharan, &c.) Deus illi apparuerit, & dixerit illi. *Exi de terra tua, &c.* at Gen. 11. dicitur, quod Abraham cū patre suo, & alijs exiuit de Ur Chaldeorum, veneruntque usq; Haran, & habitauerunt ibi. & postea c. 12. dicitur ei. *Ereditate de terra tua, & de cognatione tua.*

Confirmatur, quia post illa verba dicta Abrahæ, Ereditate de terra tua, &c. quæ etiam allegat Stephanus, mox idem Stephanus subdit. *Tunc exiit de terra Chaldeorum, & habitauit in Charan, & tamen non egressus est tūc post illa verba, de terra Chaldeorum, cum illi loquutus sit in Mesopotamia, priusquam habaret in Charan, & iam egressus esset à Chaldaea. Sed & præterea non patuam difficultatem ingerunt sequentia verba. Et inde, postquam mortuus est pater eius, transfluit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis;* constat enim ex Gen. c. 11. quod Thare pater Abram mortuus est, cum esset annorum ducitorum quinque, quod si, vt dicit Stephanus, tūc exiit de Charan cum pater eius mortuus esset, cum eo tempore Abram habuerit 75. annos, Genes. 11. & constet etiā ex scriptura eadem, quod Thare ubi vixisset septuaginta annos genuisse filios, oportet dicere consequenter non fuisse genitum Abraham ex Thare 70. eius anno, sed anno 130. & quod magis difficultatem eleuat, quod post 205. annos quibus Thare vixit, sit egressus, cū tamen sit egressus Abraham anno ætatis sua 75. & pater ageret annum 145.

III. arguitur, quod in eodem capitulo Stephanus dicit de afflictione populi Israel. *Loquitus est autem ei Deus, quia erit semen eius accola in terra aliena, & seruitui eos subiicient, & male tractabunt eos annis quadrigentis triginta.* & tamen in Genesi c. 15. fit solum metio de quadrigentis annis. Accedit quod Apostolus Gal. 3. ait, *Tessamentum confirmatum a Deo, quæ post 400. annos facta est lex à promissione;* ergo Abraham anni isti numerantur, & sunt solum 210. anni. cur ergo Stephanus 400. annos addixit seruituti? sic Beza in Acta, sequens Rabinos.

IV. Moyses à Stephano dicitur, *Potens in verbis, & in operibus, & tamen Exo. 4. dicitur fuisse impeditus lingua.* Nec fideliter Stephanus citat scripturam: citans enim Amos ait. *Transferam vos in Babylonem, cum tamen scriptum sit in Amos trans Damascum.*

V. cap. 13. de Saule filio Cis, quod regnauerit 40. annis, expressè à Paulo dicitur; in Regum autem historia quot annis vixerit reticetur, nisi afferatur illud 1. Reg. 13. *Filius unius anni erat Saul, cum regnare cœpisset, duobus autem annis regnauit super Israel.*

VI. Quod dicitur Act. 2. non videtur commodam habere excusationem, cum dicentibus Iudeis Apostolos esse ebrios, respondit Petrus, *Non enim sicut vos astimatis, hi ebrios sunt, cum sit hora diei tertia, poterant enim ea hora, quæ tempore estiuo protractior erat, homines, præsterni pauperes, & pescatores iam aliquid degustasse, & bibisse, ac proinde ineibriari potuisse.*

VII. Hieronymus catalogo virorum illustrium scribit expressè hūc librum à presbytero quodam Asiatico fuisse corruptum, Tertull. lib. de Baptismo c. 17. prius dixit, quendam, scilicet presbyterum in Asia conniunctum, atque confessum, Acta Pauli eius amore edidisse.

VIII. Diminutus liber videtur esse: nā multa aliorum Apostolorum, quin & ipsius Pauli gesta prætermissa

missa sunt. Insuper historia quædam est, & ut dicit Ambrosius ep. 28. ad Vercell. Ecclesiam, historico stylo descripta, quem stylum eo magis acusse, & gratius exornasse Lucā apparet, quod de suismet rebus, atque periculis (fuit n. comes peregrinationis Pauli) scripsit. Est autem omnium mos, ut dicit Macrobius lib. 7. c. 2. quod qui pericula præterita, vel ærumnas penitus absolutas, cum euaserint, ut referant gratissime prouocantur.

*Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.*

**S**ed contra est authoritas Ecclesie, quæ primò appeter ex decretis Pontificum, & Conciliorum superacitorū, quibus addimus multa testimonia, quæ multi Sanctorum Pontificum ex hoc libro desumunt.

Clemens Rom. lib. 2. constit. Apost. c. 61. Post hæc, ait, nempe sacra volumina recipienda sunt Acta nostra, & Epistolæ Pauli cooperatoris nostri, &c.

Evaristus epist. 1. Quod si ita est, quoniam modo idem Filius ad dexteram Patris astans, a beato Stephano dicitur conspicī? Act. 7.

Eleutherius ep. ad Gall. Prou. Et in Actibus Apostolorum, cap. 10. de mundis estis legitur ita. Postera autem die iter facientibus domesticis cum Petro, & appropinquantibus ciuitati, ascendit Petrus in superiora, ut oraret circa horam sextam.

Fabianus epist. 2. ad omnes Episcopos. Porro legitur in Actibus Apostolorum, cap. 4. Erat eo tempore inter Fideles cor unum, & anima una. quod testimonium ante ipsum citarat Urbanus Primus.

**S E C V N D O** ex Patribus, & primò Græcis. Ignatius epist. ad Ephesios ait. Dominus autem noster, & Deus Iesus Christus, qui est Filius Dei vivi, primò uidelicet fecit, & sic docuit, sicut testatur Lucas.

Irenæus lib. 3. ad hæres. c. 19. Quem Spiritum sanctum & descendisse, Lucas ait, post ascensum Domini, super Discipulos in Pentecoste.

Clemens Alexand. 5. Strom. ait. Quin etiam Petrus in Actibus, In veritate comprebendo, dixit, quod Dominus non est acceptor personarum, sed in omni gente, qui timet ipsum, & operatur iustitiā, est ei acceptus. Act. 10.

Origenes tract. 30. in Matth. Adhuc autem magis intelliges, de quo loquitur texius, accipiens de Actuum volumine, quod taliter habet. Et cum hæc dixisset, videntibus illis, eleuatus est, &c. Act. 1.

Cyrillus Hierosolymitanus catech. 4. similiter hūc librum pro diuino recipiendum docet. Suscipe autem & Actus 12. Apostolorum.

Athanasius in synopsi, & Nazianzenus catalogum librorum sacrorum texentes, cum eis recipiunt Actus Apostolorum.

Basilus lib. 2. contra Eunom. Si enim B. Petri vocis in Actibus Apostolorum, cap. 2. conscripte innititur, ubi dicit. Sciat tota domus Israel, quod Dominum ipsum, & Christum fecit Deus hunc Iesum, quæ vos crucifixi sitis, &c.

Gregorius Nyssenus de Christi Natuitate. Quemadmodum Paulus ad Athenienses ait. Cum tempora ignorantiae Deus coniunctibus oculis dissimulasset, ac tolerauisset, nouissimi temporibus aduenit, &c.

Chrysostomus hom. 9. in Epistolam ad Colos. & concione 3. de Lazaro, de Actibus loquens, ait. Reliqua autem scripturae lectio frequentanda, sed huius in primis, & Euangeliorum, quæ cum doctrinae vilitate, historiæ suauitatem coniunctam habet.

EX Latinis Tertullianus de prescrip. c. 22. Probatisbus Actis Apostolorū descensum Spiritus sancti, quam scripturam, qui non recipiunt, nec Spiritum sanctum possunt agnoscere discenibus missum.

Cyprianus epist. 61. ad Clerum, & plebē in Hispania consisten. Quod postea secundum diuina magisteria obseruat in Actis Apostolorum, quando de ordinando in locum Iude Episcopo, Petrus ad plebem loquitur. Surrexit, inquit, Petrus in medio discentium, fuit autem turba in uno, &c. Et de unitate Ecclesiæ probat scriptura diuina, quæ dicit. Turba autem eorum, qui crederunt, anima, & mente una, agebant, &c.

Hilarius in psal. 2. Namque in libro Actuum Apostolorum ita dictum est. Nosque vobis euangeliq; eam, quæ ad Patres facta est re promissio, hanc Deus explevit filii nostris, susciuans Dominum nostrum Iesum Christum.

Hieronymus epist. 113. & in epist. ad Philemonē, ait. Non nuda hæc historia, vel Ecclesiæ dū: axat nascentis, in ea texitur infantia, sed medici scriptoris verba omnia languoris animæ sunt medicina, cuius quotiescumq; liber legitur in Ecclesiis, toties eius medicina nō cessat.

Augustinus serm. 93. in diuers. tract. 6. in Ioannē ep. 157. lib. 31. contra Faust. & lib. 33. c. 15. & contra epist. Fundam. c. 5. de Trinit. 15. c. 19. canoniciū hunc librum vocat, & ait, Manichæum si credat Euangelio, & huic libro credere debere: quoniam vitramque scripturam similiiter sibi Catholicæ commendat autoritas.

Ambrosius de fide lib. 1. c. 3. Unde & illud vanè iactare consueverunt, quod scriptum est, & Deum eum, & Christum fecit Deus. Imperiti legant totum, & intelligent. Sic enim scriptum est, Act. 2. Et Dominum eum, & Christum fecit Deus, hunc Iesum, quem vos crucifixistis: non diuinitas crucifixa, sed caro est.

Greg. hom. 9. in Ezech. Undique nobis Dominus, & per circuitum murus est, quia ut nos persecuti cujodiret, omnia, quæ docuit, ostendit, sicut scriptum est, quæ capiit Iesu facere, & dōcere. Act. 1.

Accedit ex Syriaca trāslatione, ubi interpres Syrus hunc titulum præfigit eodem libro. Liber Actuum: hoc autem est historia Apostolorum beatorum, quam collegi sancti Dominus meus, Lucas Euangelista.

Probatur III. rationibus, prima eit Tertull. de prescrip. c. 23. nam repudiantibus Acta Apostolorū, possumus dicere [Quis est iste Paulus, & quid ante Apostolum, & quomodo Apostolus, quatenus? & alias ad, quæstiones plurimum co vtuntur. Neque enim nū ipse le Apostolū de persecutore profitetur, sufficit vnicuique examinatē credenti, quando nec Dominus ipse de se testimonium dixerit.]

Secunda, & estratio eiusdem, quæ imitatus est Augustinus contra Manichæos, nam iactantes spiritum se habere, negādo Acta, ubi scribitur, Spiritus sancti missio, non habent quomodo Spiritu sancto se edocētos iactent.

T A N D E M ad hominem strictius perstringuntur Calviniani (ex his ambabus rationibus) qui Paulinas Epistolās, & vñctionē Spiritus efferunt: illis. n. deicit patrocinii eius scripture, quam incoleant, dū ex eorum positione incertus redditur Apostolicorū Actuum liber. Si enim falsatam scripturā proponit Ecclesia, falsa quoque ibi, quæ de Spiritu sancto, & Paulo dicantur, infideles possent suspicari, & omnis auctoritas totius libri infirmatur, quæ cum sint absurdā, falsā, & inanā populis proponunt.

CON-

## CONCLUSIO CATHOLICA.

*Liber Aetuum Apostolorum sacer est, & diuinus inspiratus.*

**R**espondeo dicendum, quod sicut quis esset *Apostolus Paulus* (ut dicit Terull.) & quomodo *Apostolus*, &c. cognosci non posset a repudiantibus *Acta Apostolorum*, sic cum multa circumferantur *Acta* parum amore Pauli confusa, parum errorum stabilidorum gratia, non possent haec, quae a *Luca* descripta prohibentur cognosci esse legitima, si successionis series ab *Apostolis* deducatur ijs, & non alijs testimoniū perhibens, contemnatur. Illa autem admissa, secura voce asserimus diuinus esse edita, quando a sponsa Christi uniuersali Ecclesia in authoritatem recipi meuerūt. A posteriori tamen ex materia, & auctore conjectari licet de eorum divina dictatione. Ex materia quidem dicente Chrysostomo libro contra *Gentes*, *Continere thesaurumq; villem minus, ac pretiosum, quam Euangeliorum, cum egregiis documentis morum, & vita exemplis abundet, comprehendat Christi promissorum complementum, praesertim de Spiritu sancto, & de misericordiis operibus cum numero, rū qualitate, ipsa etiam eius opera superatibus, illustrius manifestet mysteria, que pertinent ad diuinitatem Spiritus sancti, atque ad Christi Resurrectionem, & Ascensionem, quæ duo possema, primarius libri sunt scopus. *Auctor vero, ut scribit idem hom. i. in Acta Discipulis, & cetero Pauli fuit, nimirū B. Lucas, cuius virtutem cum ex aliis nullis argumentis, tum hoc præcipue licet perspicere, quod præceptor suo indiuisus adhæserit, quodue per omne tempus illum fuerit affectatus.* De quo subdit idem, *Corinthis scriptum. Cuiuslaus est in Euangeliō per omnes Ecclesias. & concludit, quod non aberrauerit a vero, qui voluminis huic descriptione ad hunc authorem retulerit. Ceterum cum dico, hunc ipsum Chrismum dico. Hac ille in prolog. Actū Apol. Rationabiliter autem dicit glos. Lucae argumento, eodemque diuino, haec omnia patescant sunt. Primo, vt quia Apostolici imminutio numeri sanctæ scripturae sermone narrata est, ipsius etiam impletio canonico libro enarretur. Secundò, vt Apostoli Pauli extra duodecim Apostolorum numerum assumpti autoritas teneatur, vt eius Epistola inter canonicas scripturas habeantur, præcipue canonice scripture testimonium habentes, quæ conuersationem, & conuersationem eius plenissime profert. Tertiò, vt perfectius, perfecti spiritus aduentus, perfido Apostolorum bumero, completus, sancti canonis enunciatur historia.**

*Solutiones oppositionum.*

**A**d primum S. Hieronymus hanc questionē proponens, insolutā reliquit in epist. ad Pamphach. de opt. genere inter. Quidam dicunt, textū esse corruptum in latina, & græca editione, & loco Abraham, substituēdum Iacob, loco Sichem, dicendum, *Patris Sichem*. sic Eugubinus, & Lippomanus Masius in *Iosue* cap. 24. quos sequitur Salmeron tract. 23. 1. 12. in *Acta Apost.* Sed haec responsio hereticis patrocinatur, & Beza maximē atridet, & eidem vulgatae editionis authoritas refragatur, quæ in omnibus tā græcis, quam latini editionibus sic legit: non est autem

verisimile omnia hæc exemplaria fuisse corrupta, præseriū cum sit maxima dissimilitudo nominum Abraham, et Jacob; utrum pro altero substituti non portuerit: multo minus premium quadrigentorum sclorum pro pretio centum agnorum. Alij dicunt Stephanū vulgo loquentē vulgarē opinionē sequitur, sic Beda, & Rabbanus, quæ sequitur *Canus* lib. 2. c. 18. de locis, addens in tam longa oratione, necesse mirū si Stephanus ē memoria exciderit, & unam pro alio substituerit. Nec illū hoc inquietunt, est inconveniens nam eiſi Stephanus plenus esset Spiritu sancto, non tamen illi aderat sicut ad finē scriptoribus canoniciis; quare erratis Stephanī verba *Lucas* potuit recēdere. Sed hoc non potest stare, vt vulgarem opinionē corrigendam potius, quam propalāndā sua auctoritate vir Spiritu sancto plenus, Stephanus comprobaret; multo minus ut eodem Spiritu afflatus, quo enī loquebatur (cui nō poterant resistere aduersarij eius) memoria excidisset. Accedat quod cum ad q̄mūlos, & aduersarios Stephanus concionem haberet si contra manifesta scripture testimonia loquontus esset, blasphemiam obiecissent. Vnde Chrysost. in *Acta* exponens ea verba: *Tunc subornarunt viri, dicentes: Audiuimus illum loquenter blasphemare verba contra Moysen, ac Deum, sicut hom. 15. Ut accusationē instituit, contra Deum, & contra Moysen loquitur. Idcirco & disputabant ut cogerent illum dicere aliquid, & incitata esset iudeorum causa. Et adeo notum erat, agrū Sichem empiū à Iacob, vt nec popularem cognitionem effugeret. Et si hac via pugnantia prima facie loca solui potuerat, non erat cur Sancti, & interpretes laborassent ad reuenerentes exponenda dicta Stephanī.*

Alij aliter costruant texum, iuxta proprium beneplacitum, vi, videre est in *Petro Comeitoro* c. 34. in his. *Actū*, *Hugone*, *Caietano* hic, *Martino Cantapratensi* 6. *Hippo hypo* c. 1. *Hieronymo & Rufus* conuersatio 4. postiua, q̄q; volunt *Abraham* esse in genitivo, & supplendum filius, aut nepos *Abraham*, hic autem fuit *Iacob*. Sed re uera extortiones sunt vulgariter potius, quam illustrationes.

Alij moderni dicunt, vt *Sanctus* in *Acta Apostolorum*, in *Abraham*, secundum more scripture, *Iacob* nepotem intelligi, & sic unam, cāde in q̄, esse historiā emptionis *Abraham*, & alterius emptionis *Iacob*; siquidē 3. Reg. c. 15. bellum factum contra *Abraham* filium *Iacob*am, cōtra *Iacob*am factum afferuntur. Sed & neandum apud *H. brasos* propria nomina pro patrōnīcīs usurpantur, sed & apud profanos, vnde a *Dardano*, *Trojanæ gentis* pater, *Aeneas* à *Virgilio* lib. 4. *Dardanus* appellatur. Verum litera circumstantiē huius positioni obstant, nam Stephanus aperitē dicit, ex *Genes. 23.* emptionem factam ab *Abraham* fuisse in *vulnū sepulture*, *Iacob* vero ad habitationē, & *vulnū pīredij*, & p. *scorūni*, vnde *Ioan. 4.* vocatur pīdium *Iacob*: & *Abraham* emit agnum cum spe lunica dupliciti quadrigentā scilicet agnū, *Iacob* vero partem agri centum agnūs. Dicendum ergo, hic esse sermonem de agro, quem *Abraham*, non *Iacob* emit; & cum *Lyrano*, & *Caietano* dicimus, quod ille *Ephron*, à quo emit *Abraham*, binomium habuit patrem, qui in *Genes. 32*, hic *Hemor* nuncupatur: quod ante ipsum dixerat *Greg. epist. 55. lib. 7.* dicens: *Itemores*, qui dum *Abraham* a filiis *Hemor*, hoc est *Ephron* filio *Seor* sepulchri terram prezzo ad humandū

*corpus coniugis postularet, &c.* Cum ergo, ut dicit Lyranus, & etiam Caietanus, ille met Hemor alio nomine dictus sit Seor, qui patrem habuit Sichem, utrumque veritatem habet, nam Abraham emit a filiis Hemor, ut dicit Stephanus, quia ab Ephron erit, qui erat filius Hemor, qui & Seor dicitur in Genesi; & patrem, & auum, quem Moyses tacuit, nempe Seor, seu Hemor, qui fuit filius Sichem, secundum scripturam consuetudinem Stephanus expressit, cum dixit, quod *Hemor fuit filius Sichem*.

Non video ergo, ait Caietanus, solutionem quadratam, nisi ille Ephron, aut pater eius Seor, vel Sohor, nominatus etiam fuerit Hemor, & quod alio nomine in Genesi, aliter hic appellatur; unde nulla est confusio historiarum, & omnia consonant.

Ad confirmationem nullum est inconveniens Hemor, alias Seor, vel Ephron patrem habuisse nomine Sichem; aliudq; Hemor filium habuisse nomine Sichem, qui Dinam filiam Iacob oppressit, de quo Genes. 33. possunt enim eadem nomina tam loco, quam tempore discretis conuenire. Potuit etiam fieri, ait Beda, ut idem Hemor & patrem, & filium nomine Sichem haberet.

Ad secundam confirmationem, quamvis in littera hebraica 70. numerentur, tamen Septuaginta Interpretates 75. animas ingressas exposuerunt, quos Lucas Evangelista, aut Stephanus Spiritu sancto afflatus, eiusdem nomine inspiratos sequutus est, dicere autem vel errasse Interpretates Septuaginta, vel errorē eorum Lucam, aut Stephanum esse sequitos, ut dixit Eusebius, quem imitatus est Beza (in recognitionibus veteris testamenti ad veritatem hebraicam) est iniuriam Spiritui sancto interrogare, qui & Interpretates Septuaginta, & Lucam sequentem Interpretates suo lumine illustrauit; & earum scripturarum autoritatem subvertere, quae testimonia ex Septuaginta desumunt. Scio in S. Hieron. traditionibus hebraicis haberi, S. Lucam non hebraicè doctum, sed græca lingua peritum, Septuaginta sequutum, propterea quod eorum auctoritas maior erat, quam ipsius Luke, qui ignotus, ait, & vilius. & subdi: *Hoc autem generaliter obseruandum, quod ubique SS. Apostoli, & Apostolici viri loquuntur ad populos, ijs plerique testimonys abutuntur, que iam fuerunt in gentibus diuulgata.* Sed S. Hierony. (si liber eius est) ex aliorum sententia loquitur.

Alij dicunt, non Septuaginta errasse, sed librarium errore, pro 70. additū esse numerū quinarium: sed hoc non potest stare, nam in græca translatione expressē recententur, qui fuerint illi quinque filii Manasse; dicitur enim: *Fuerunt filii Manasse Machir: Machir autem genuit Galaad: filii autem Ephraim Sutalaam.* Sed facile est hebraicam cum 70. concordare. Hieronymus in tradit. hebraicis dicit, ab Interpretibus additos quinque per anticipationem, quoniam cū Jacob intravit in Ægyptum, Manasse, & Ephraim non erāt in ea ætate, quæ filios generare potuissent, quos postea genuerunt. Alij clarius dicunt, & idē videtur dicere Aug. q. 152. in Genesim, in hebraica numerari personas actu natas, & egressas de Jacob, hic autem, & iuxta Septuaginta numerantur, qui in parentibus ingressi sunt Ægyptum: eo modo quo intelligitur illud Apostoli, *Levi dedisse decimas Melchisedech, non quidē in se, cum fuerit post Melchisedech 150. annis, sed in proaucto suo Abrahā, sicut videtur dicere Aug. q. 152. in Gen. Eucherius in Genesim versus finem egregie*

dicit, etiam illos quinque dici ingressos cum Jacob, qui nec quādiū ipse vixit in Ægypto nasci omnes potuerunt, quoniam ingressus Jacob in Ægyptū, extendi debet ad omne tempus, quo Joseph vixit, postquam Jacob ingressus est, quem illuc ille euocauit, & dum ipse Joseph viueret, nati sunt illi quinque filii, ut est prope finem Genesim. Similiter hoc eodem capitulo Genesim 46. vbi Moyses omnes filios, & nepotes, ac pronepotes Liæ commemorans, adiunxit: *Hi filii Liæ, quos genuit in Mesopotamia: omnes animæ filiorū, & filiarum eius tringintatres;* & tamen verū est præter sex natos, & unam natam, qui in Mesopotamia orti sunt, omnes reliquos ortos in Chanaam, & tñ ratione suorum parentum nati dicuntur in Mesopotamia. Consentient noster Hugo Cardinalis, & Lyranus, dicentes, quod hic cōputatur quinque nepotes Joseph, qui erant pertinentes ad populum Israel, qui non cōputantur secundum hebraicam litteram. Hæc autem omnia solidiora sunt, quam dicere, Septuaginta Interpretates veluti prophetica libertate hūc numerum completere volunt ob myticam significationem. ita Eucherius, & alij.

Quantum ad id, quod dicitur, quod translati sunt in Sichem, non est intelligendū de vrbe, sed de parte agri, ex libro Iosue c. 24. vbi dicitur, quod sepelierunt ossa Joseph in Sichem in parte agri, quam emerat Jacob a filiis Hemor. Alios quoque Patriarchas nedū Stephanī, sed Hieronymi etiā oculati testis testimonio dicunt quidam esse ibidem sepultos; scribit namque ad Bustochium de Epitaphio Paulæ, quod transiit Sichem, & circa pectum exterritam intravit Ecclesiam, atque inde diuertens vidit. 12. Patriarcharum sepulchra. Et de optimo genere interpretandi ad Pamphachium ait. *Patriarcha non sunt sepulti in Arboch, sed in Sichem, qui ager non est emptus ab Abrahā, sed à Iuda.* Hunc modum dicendi tenent Salmeron t. 12. tract. 23. Gaspar Sancius in c. 7. Act. Sed obstat cap. Genes. vltimum vbi dicitur, quod filii Jacob sepelierunt eum in spelunca duplice, quā emerat Abrahā cū agro in possessione sepulchri ab Ephron, &c. sed quia ibi sepulti sunt Abraham, Sara, Isaac, & Rebecca, non incongrue illa spelunca Hebron, i. coniugium appellata est, ut dicit Hugo Cardinalis noster in Acta Apostolorum; unde nulla est contradic̄tio. Obitat quoque, quod Genes. 23. dicitur, *Sepelivit Abraham uxorem suam in spelunca duplice, quæ respiciebat Mambre, Hæc est Hebron in terra Chanaan, ut sensus sit apertus Mambre esse Hebron.* Sic Tostatus ibidē. & licet non spelunca, sed Mambre Hebron dicta sit; quia tamen talis spelunca erat in terminis Hebron, potuit verificari etiam, quod scripsit Josephus, Patriarchas illos sepultos in Hebron. Vels dici potest secundum Caietanum, quod illa particula, *Translati sunt in Sichem,* referatur ad Joseph, & fratres eius secundum Hieronymum, illa autem particula, *Et positi sunt in sepulchro,* quod emit Abraham, referatur ad Jacob, de quo certum est, ait Lyranus, quod fuerit sepultus in Hebron; & secundum Josephus ad filios eius Patriarchas: & sic authoritas Hieronymi etiā exponitur. Quāquam dictū Hieronymi, quod viderit sepulchra Patriarcharum in Sichē, de sepulchrī vacuis, quæ permanferant detractis corporibus, verificari possit.

Ad II. argumentum respondent quidam, ut Hugo, quem sequuntur Lyranus, & Tostatus in Genes. cap.

cap. 12. q. 12. & 18. & ante hos Petrus Lombardus in epist. ad Hebr. Et glossa hic, Bis loquutum fuisse Deum Abrahæ semel ante mortem patris, & semel post mortem (ait) secundum Hieronymum; & hic scribitur de prima, in Genesi vero de secunda locutione. Vel secundum Augustinum 16. de ciuit. c. 15. Bedam, & glossam ordinariam, bis dictum est egredere, quia semel egresso, secundum corpus, egredi restabat secundum animum, & desiderium; vt dicetur infra. Sed S. Thomas dicit super epistolam ad Hebreos c. 11. leet. 3. egressus est Abram ex Chaldaea cum patre iterum reuersurus, sed ex præcepto Domini venit in Mesopotamiam Syriae, ibique mortuo patre intentisse remanere: sed ex mandato nono venit in Chanaam. Stephanus ergo primæ iussionis meminit, quæ facta est in Ur Chaldaeorum, in Genesi vero secunda mentio facta est. Sed instat quidam recentior P. Lorinus non opus fuisse obedientissimum duplicit vocazione admonere, nec congruere fidelissimo viro attribuere voluntatem eò egrediendi: vnde propter odium idolatriæ discesserat. Quare vnam vocacionem agnoscit; & quod in Genesi per anticipationem dicitur, hic quomodo factum euenerit, enarratur. & æque Genesim, & Stephanum testari Abramū euocatum, & eductū à Chaldaea. Sed obstat Lorino Stephanus; nam dicit, quod Deus gloriae apparuit patri nostro Abrahæ, cum esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charam. Nomine Mesopotamiae intelligi potest omnis regio trans Euphratrem, habito respectu ad terrā Chanaam, id est ad Syriam, & ea quæ propriè dicitur Mesopotamia, quæ Chaldaam, & Babylonem complectitur. Vnde, & idē Stephanus subdit, Tunc exiit de terra Chaldaeorum, que in Mesopotamia cum Babylone includebatur, Et habitauit in Charan. Hæc ergo fuit prima apparitio, per quæ exiuit de Ur Chaldaeorum. Secundā apparitionem innuere videtur, cum idem Stephanus subdit, Et inde, nemp̄ de Charan, postquam mortuus est pater eius, transtulit illum, per vocationem in terram istam, in qua vos habitatis. Duplex ergo vocatio intercessit iuxta duplēm peregrinationem: quæ non prædicat obedientissimo viro. Nec affectus reuertendi ad suos quidquam de fidelitate diminuit, cū visendi proprij soli, naturalis propensio etiam in perfectis remaneat: quin, hoc charitatem Abrahæ commendat, qui vt Loth etiam saluti consuleret, redire volebat, vt eum etiam asportaret, vt factum est, vt dicitur in Genes. c. 12. Vnde & Chrysostomus hom. 3. in Genesim hāc difficultatem hoc modo solnere videtur. Quid igitur: dissident, né à se ipsis diuinæ scripturæ absit. Sed ex hoc animaduertere licet, quod cum Patriarcha Deo acceptus esset, visus ei Deus imperauit, vt inde migraret. Quod vt cognouit Thare pater eius, licet infidelis esset, attamen ob amorem in filium socius illi peregrinationis esse voluit, & vt venit in Charan, ac illic habitauit aliquandiu vita hac excessit. Patriarcha autem tunc ad imperium Dei in Chanaam concessit. Denique non antea eum Deus inde euocauit donec mortuus esset Thare, expresse innuens duas vocationes, quod clarius expressit hom. 36. in Acta.

Ad confirmationem breuiter responderetur, supposta doctrina geminæ vocationis, & profectionis Abrahæ, faciliter conciliari opiniones sacerdotum Interpretum dicentibus aliquibus in Chaldaea, alijs in Mesopotamia, Abrahæ oraculum, & præceptū egre-

diendi intimatū: utrobiisque enim factū asservimus, & priorem quā exponit Stephanus, eo consilio à Moysi prætermissem, quia illa egressio potius Thare, quam Abrahæ ductu, & auspicijs facta videretur; secunda à Moysi recensetur c. 12. Gen. & utramque videtur coniungere, quia unus, idemq; finis utriusque peregrinationis erat, & ad unum, eudemq; Abrahamum spectabat, vnde ubi in prima simplex præceptū egressionis traditur, in posteriori præcepto promissiones adiunguntur, & vnam ex gemina, Moyses vocatione conflauit. Vel dicendum, secundum August. 16. de Ciuit. c. 15. illa verba tunc, &c. non demonstrare quid factum sit postquam illi loquutus est Deus, sed ad totum illud tempus pertinere, quod ait tunc, id est, ex quo egressus est à Chaldais, & habitauit in Charra, hoc est cum esset in Mesopotamia, iam egresso de terra Chaldaeorum, & tunc audisse, Exi de terra tua, Non ut corpus inde eiceret, quod iam fecerat, sed ut animam euelleret, dicitur. Non enim exierat inde animo, sed spe redeundt, & desiderio tenebatur.

Neque obstat, quod dicitur in textu, Postquam mors eius est pater eius, transtulit illum in terram, in qua nūc habitatis; illud enim dictum, ait Aug. loco cit. est per anticipationem; vnde etiam in scripturis hoc fit frequenter: nam Gen. c. 1. dicitur: Creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam, masculum, & feminam creauit eos. deinde c. 2. scribitur de forma tironis Euæ, & tamen c. 1. præsupponuntur Adam, & Eva creati, & benedicti; sic in proposito prius descriputum est quicquid pertinuit ad Thare usque ad mortem inclusuē per anticipationem, vt rediret scriptura ad continuandam historiam Abrahæ sine illa interrupzione, vt ibidem docet idem Aug. ponens illam regulam, quod non id, quod sequitur in sermone libri, hoc etiam in rerū gestarū tempore sequi existimandum est.

Vel dicendum, loquutū esse Stephanum de totali egressione; nam viuente patre, sexaginta annis ante mortem ex mādato Dei in vocatione secunda egressus est de Charra in Chanaam. Fuit autem pietatis argumentum, vt ē Chanaam Abraham reueteretur, vt patris funeri interesset, & de bonis disponeret, quo mortuo totaliter absque alia noua vocatione secessit in Chanaam. Vnde egregie distinguuntur in Abrahā duæ vocationes, & tres exitus. Lege Abulensem hic loc. cit. c. 12. q. 17.

Ad III. Nodus istū S. Hierony. ad Damas. adeo difficilem sensit, vt penē inextricabilem existimarit. Rabbanus, Glossa quos sequitur in epistola ad Galatas. S. Th. ex multis codicibus legerunt textū Genes. hoc modo. Pariter malè tractabunt eos annis quadrigentis triginta; sed licet in vulgata correcta in hoc loco iusu Sixti V. edita, & Clemētis VIII. publicata, nō habeatur triginta, nihilominus in Exod. 12. dicitur: Habitatio filiorum Israel qua manserunt in Aegypto, fuit quadrigentorum triginta annorum. & nulla est contradictione, nā ubi in Exod. adiunguntur 30. fit more solito scripturæ, quæ impares, & fractos numeros prætermittere solet. Ad difficultatem ergo responderet S. Aug. qq. in Exodum q. 47. dicens non esse accipendum illum numerum [quadrigentis] in Genesi tanquam transactis in illa durissima seruitute, sed quia scriptum est, In Isaac vocabitur tibi semen. Et ex anno nativitatis Isaac usque ad annum egressionis ex Aegypto computantur anni quadrigenti quinque. Cum ergo de quadrigentis triginta detraxeris vigintiquin-

que, qui sunt à promissione usque ad natum Isaac, nō mirum est si quadringentos, & quinque annos summa solida quadringentos voluit appellare scriptura, quæ solet tempora ita nuncupare, ut quod de summa perfectioris numeri paululum excrescit, aut infra est non computatur. Sicut autem ibi superfluunt quinque, hic 25. Sed illos tacet scriptura in Genesi more suo, ex regula ista Augustini. Verum, quia numerus 25. non est adeo minutus, sicut numerus quinarius, qui potuit subticeri; dici etiam potest summa solida à scriptura quadringentos annos numeratos in Genesi. Ceterum Stephanum exacte, & minutiè voluisse supputare numerum, qui fluxit à promissione facta Abrahæ, quando septuaginta quinque annos agenti illi iussit, ut ex Chaldaea exiret in Chanaam, usque ad datum legem, tertio nempe mense egressio-  
nis Israël ex Aegypto, ut etiā dixit Apostolus Gal. 3. Supputatio vero est huiusmodi ex nostro Hugo, nam à prima peregrinatione Abrahæ usque ad mortem Ioseph elapsi sunt anni 286. quod sic apparet: quando enim exiuit Abraham de Haran Gen. 12. 75. annorum erat postea anno 25. natus est ei Isaac, centenarius enim fuit pater quando natus est. Genes. 21. Addantur omnes anni Isaac nempe 180. ex Genesi. 35. erunt anni ducenti quinque: Iacob autem in morte Isaac erat 120. annorum, Genes. 37. decimo verò anno post intravit Aegyptum, & tunc erat 130. annorum, Gen. 47. Post hec vixit Ioseph 71. annis; nam 39. annis erat in aduentu patris, siquidem nono anno post egreſum eius ē carcere, qui contigit ætatis suæ anno 30. Gen. 41. pater venit ad eum; omnes autē anni Ioseph fuerunt 110. Genes. vlt. ē quibus si 39. isti anni demantur, remanent 71. quibus si addantur 205. & 10. supradicti erunt 286. his 286. si addantur 144. qui intercesserūt ē morte Ioseph usque ad egressum de Aegypto, ut patet ex chronologis erunt 430. vel si ipsidem addantur 144. anni seruitutis erunt pa-  
riter 430. ut dicebat Rabbanus cum glossa, &c.

Ad confirmationem, ifdem sunt anni, quos numerant Paulus, & Stephanus ex Aug. sup. Euseb. Rup. Caier. in 12. Exod. & inchoando else cum Abrahæ iussit Dominus peregrinari, promittēs ei semen, &c. non autē ab euentu Iacob in Aegyptum, nam certum est ab hac ultima supputatione nō potuisse 430. He-  
breos degere in Aegypto. Chaath enim descendit cum aucto suo Iacob in Aegyptum, hic autem vixit an-  
nis 133. eiusque filius Amram 137. hic verò genuit Moysen; annum verò 81. Moyses agens, cum populo egredens est de Aegypto: & tota hec summa non per-  
tingit ad numerum 430. sed ad 351. a quo etiam nu-  
mero subtrahi debent anni Caath in annis Amram, & Amram in annis Moysi, quibus cum pareatibus conuixerunt, & brevior erit summa 215. quare non à Iacob, sed Abrahæ peregrinatione, & promillione supputatio est facienda. Vnde etiam versio Septua-  
ginta, ut dicit quoque Apostolus, sic habet: *At habi-  
tatio filiorum Israël, quam habitauerūt ipsi, & pares eo-  
rum in terra Aegypti, & Chanaam, fuit 430. annorum,*  
& seruitus ista 430. integratur ex peregrinatione Abrahæ, & posterorum eius in terra Chanaan, & ex Aegypto incolauit, & quia cœpit à peregrinatione Abrahæ, & est completa in Aegypto, dicitur commo-  
ratio in Aegypto tunc spatij 430. annorum, ut probat Aug. 16. de Ciuit. c. 24.

Ad IV. Moyses quoad scientiam, & sententiarum

discretionem, ait noster Hugo, fuit potens in verbis, nou quantum ad formationem verborum, vel gra-  
cilitatem vocis, secundum Augustinum: vel in com-  
paratione ad Deum; nam ex loquutione cuius ipso, eloquēdi facultate caruisse sibi Moyses visus est; vnde dieit: *Non sum eloquens ab heri, & nudius tertius, &  
ex quo loquutus es ad seruū tuum. Legendi Philo lib. 1.  
de vita Moydis, Orig. hom. 3. in Exod. Greg. hom. 8.  
in Ezech.*

Ad aliud, quia Babylon trans Damascum est, ait Hugo, Stephanus nō tam verba, quām sensum Pro-  
phetæ exprimens posuit Babylonem: vnde Hieron.  
in cap. 5. Amos ait, *nec priuandus est primus martyr  
errasse, &c. magis enim intelligentiam, quam verbum  
posuit, quia trans Damascum ducti sunt in Babylonem,  
sive trans Babylonem.* Vel dicendum, quod cū transi-  
tus in Babylonem sit per Damascum ad exprimendā  
virāque captiuitatem, Amos dixit trans Damascum,  
Stephanus trans Babylonem, ait Lyranus. Certum  
est namque decem Tribus, de quibus Amos agit, mi-  
grasse trans Damascum in terram Assyriorum, cuius  
Metropolis erat Ninive, quo ductus est Tobias: habi-  
tauerunt quoque in ciuitatibus Medorum longè à  
Babylone supra Persidem: postea translata sunt ex  
4. Reg. 7. in Assyrion, positæque in Hala, & Habor  
ciuitatibus Medorum. Etiam in Persidē traductum  
Israel, Iosephus quæst. antiqu. c. vlt. dicit, & conseque-  
ter ad alias prouincias, quæ sunt trās Babylonem de-  
scendisse, ut ex eodem colligitur 11. anuquit. cap. 5.  
ponens suo tempore ex illis decem Tribus descen-  
dentes ultra Euphratē infinita hominum millia.

Ad V. Gregorius Papa, lib. 5. in cap. 13. Regum,  
præcisè negat annos ætatis Saul esse solum duos; licet  
enim multis annis regnauerit, illis solis regnare dici-  
tur, in quibus innocens, & humilis fuisse perhibetur.  
Sed quot sint hi multi anni explicare oportet. Paulus  
hic dicit 40. annis regnasse. Quædam glossæ, & noster  
Hugo, sequentes Bedam, dicunt, Apostolum sequutū  
vulgarem, & crebriorem famam, sed indignum est  
hæc de Apolo sentire. Quidam absoluē dicit 40.  
annos, ut sonat littera, regnasse Saul, ita Aug. lib. 15.  
de Ciuit. c. 20. lib. 17. c. 2. idē videtur sentire Chrysost.  
hom. 4. in Acta. Sed cum Aug. Eusebium perpetuo  
in ratione temporum sectetur, ab Eusebio nō discor-  
dat sententia, quæ mox referetur. Dicendum ergo,  
quod ferme omnes, uno excepto Cano 11. de locis  
c. 5. ad 12. consentiant numerandos annos Saulis cū  
audis, quibus vixit Samuel, ita sentiūt Euseb. lib. 10.  
de p̄t̄p̄ Euang. c. vlt. Sulpitius 1. Hist. Beda c. 13. in  
retractionibus in Acta. Isid. in Chron. Cedrenus,  
Lyranus, interlineatus in Acta, Abul. 1. Reg. q. 1. c. 13.  
& Apololi verba præfecturam Samuelis cum Saulis  
regno indicant aperte. *Et post hæc dedit Iudices usque  
ad Samuel Prophetam.* Et exinde postulauerunt Regem,  
& dedit illis Saul filiū Cis de tribu Beniamin annis 40.  
e Sectarijs idem sentiunt Functius, Temporarius,  
Bibliander, Codomanus, Caluisius, Capellus, Hele-  
ticus, Catio. Quomodo autem suppaturi debeant,  
diversa eit sententia. Ioseph 6. antiquit. in fine, ut vi-  
dere est in graco codice, dicit, Saulem viuēte Samue-  
le regnasse 18. annis, post mortem verò eius 22. qui  
sunt 40. Abulensis q. 2. in c. 19. Paralip. 1. Comestor,  
& alij vice versa Sauli tribuant 18. Samueli 22. iudi-  
cauit siquidē Samuel plusquā 20. annis, nā 1. Reg. 7.  
exprimuntur 20. anni, qui transierūt sub eo in Israël;  
poti

post eum iudicasse aliquanto tempore, & filios suos antequā Saul eligeretur in Regem, patet ex 1. Reg. 8. & si forte regnauit duobus annis, sunt 22. reliqui 18. soli Sauli tribuuntur, & efficiunt numerum 40.

Alij 38. annos tribuunt Samueli, Sauli vero duos annos, ita Rabbini in Seder Olam c. 53. & respondet Abraham in hist. Cabalam, quos sequitur Gerardus Mercator in Chron. & Arias Montanus lib. de seculis. cum alijs recentioribus, & sic efficiunt numerum 40.

Alij, vt Torniellus anno 2979. dicit, Samuel regnasse post Heli, a quo tempore usque ad mortem Saulis fluxerunt anni 40. Sed cum appareat, Samuel iudicasse populū usque ad tempus, quo Arca remansit in Cariathaim, quo 20. annorum spatiū importatur, remanet alij 20. anni, quibus Saul regnasse prohibetur, & licet dicatur duobus annis regnasse, intelligendum est ante eius reprobationem, decē vero, & octo regnauit post reprobationem. Sed eundem numerum 40. annorum aliunde certissimè possumus indagare ex veteri testamento; nam certum est, quod Salomon quarto anno regni sui, qui fuit 480. egressio- nis filiorum Israel coepit aedificare templū Domini, 3. Reg. 6. Iudices prætuerunt annis 396. his si addantur 40. David, & Salomonis quatuor, supererunt 40. quorum partim Samuelis tempore, parum post ipsum regnauit Saul, aliquo ex modis explicatis. Nullo autem modo stante Apostoli sententia verissima, atque certissima dici potest, Saul regnasse absolute duobus annis, vel 70. annis, vt alij apud Sulpium in hist. aut Clemens Alex. 1. Strom. c. 11. 47. aut 52. vt colligitur ex Ioseph. 6. art. c. 14. & in fine eiusdem libri in græco, latino pag. 347. & lib. 10. c. 11.

Ad VI. Baronius respōdet tom. 1. annal. anno 34. meritò excepisse de hora diei tertia, cū ante horam sextam diebus festis prandere esset religio, de qua Iosephus meminuit in vita sua, dicens: *Plebs autem nō assentiebat horum orationibus, & proculdubio exoria fuisset sedatio, nisi concionem soluisset sexta hora superueniens, que nostras ad prandium vocare solet sabbathis.* & colligitur claram Act. 10. vbi dicitur, *Ascendit Petrus in superiora, ut oraret circa horam sextam, & cum eju- riret, voluit gustare.* De hac consuetudine fit mentio apud Suetonium in Augusto. Tertia vero horae nomine intelligendū spatium illud horarum sequentium primam horam, quae tres similiter horas continebat, siue in sui initio, siue illa iam inchoata, & protracta usque ad sextam, ut parū abesset a sexta, & meridie: semper enim probabilis, vel ipsis proteruis respōsio Petri videri potuit, quiquid alij dicant, ut Lorinus in hunc locum; & argumentū fuit topicum, sumptū ab eo, quod à consuetudine; vel honestate fieri solet, quod enim insolenter, & intemperāter sit in scripturis reprehensum legebant. Isa. 5. *Vx qui consurgitis mane ad ebrietatem.* & Eccl. 10. *Vx terræ, cuius Rex puer est, & cuius Principes mane comedunt.*

Ad VII. loquitur Hieronymus de ijs hereticis, qui acta Pauli, & Teclę composuerunt, non de libro isto, qui in Ecclesijs legebatur, & pro sacro, & diuino recipiebatur. Sic etiam dicendum ad Tertullianum, de his enim expressè ibidem loquitur.

Ad VIII. cum fuerit Lucas peregrinationis Pauli socius, non fuit eius intentio omnium Apostolorum Acta percensere, sed quod ad Paulum præcipue attinebant; vnde ex Hieron. de script. ecclesiast. eius historia usque ad biennium Romæ commorantis Pauli

peruenit; & Chrysostomus: *Et hec de tam multis, paucis sufficiunt ad eum finem, quem sibi Lucas prescripsit.* Nec historica, aut elegans, & accurata descriptio veritati canonica detrahit. Non enim nuda historia est, vt diximus, sed medici scriptoris verba diuinitus afflati, medicinam afferentia.

### ARTICVLVS TERTIVS.

*An Epistolæ S. Pauli sint diuinitus inspiratae.*

### Positio Nouatorum.

Præstissimum pondere authoritatis Epistolarum Pauli, veteres Heretici eas in vniuersum abiijcere conantur, sic Ebioniti, teste Ireneo lib. 1. c. 26. & Euseb. lib. 3. Hist. c. 27. Niceph. lib. 4. c. 4. Epiph. 1. aduers. hæres. c. 30. vocantes eum quoque a postquam legis, Tarsensem Græcum, & quod filiam sacerdotis in uxorem accipere concupiscens, factus sit proselytus, & circumcisus; hac vero spe fraudatus, contra circumcisionem, legemque scripsit.

Helchesitæ apud Eusebium lib. 6. c. 27. ex integrum omnes Epistolæ repudiariunt.

Qui vero ex parte abiecerunt sunt Encratitæ (quorum Princeps extitit Tatianus) negarunt Epistolæ ad Titum, & Timotheum; Ariani Epistolæ ad Hebreos; Marcionitæ hanc, & præcedentes respuebant: reliqua vero quas accipiebant, in multis adulteratas, & multilatas suscipiebant. Vide Euseb. 4. hist. c. 24. Hieron. Præfat. ad Titum. Epiph. aduers. Hæres. 42. Cerdon ex Tertull. neque omnes, neque totas recipit.

Qui vero integras se suscipere profisi sunt, sic eas acceptarunt, vt vniuersas incertas redderent dicendo, vel in multis locis vitiatas, vt dixit Marcion, vel dicendo, vt quidam Anonymus discipulus Fabricij dixit apud Augustinum secundo contra aduers. legis, & Prophetarum, Paulum pro qualitatibus ingeniorum sub diuersis personis esse loquutum, quarum prima esset Iudeorum. Secunda eorum, qui sub lege sunt. Tertia eorum, qui in lege non sunt. Quarta infirmorum. Quinta perfectorum, multaq; dixisse in his personis, quæ alijs non conueniunt. Ariani apud Epiph. lib. 3. hær. 76. distinxerunt in vniuersis Pauli Epistolis, quædam Spiritu sancto pleno loquutum, quædam proprio, & humano spiritu: illa suscipienda, haec vero repudianda, alij hos sequentes idem dixerunt apud Hieron. præfat. epistolæ ad Tit.

Nouatores ex ijsdem lacunis hausere. Cum enim Lutherus dogma de operibus ab Apostolo inculcati videret (præsertim dicente ipso ad Galatas, quod manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia quoniam qui talia agunt regnum Dei non possidebunt) commentario tertij capituli ad Galatas, quam impiè, vel male de Apostolicis, quam ceteris canoniciis scripturis necessitatem operum commendantibus sentiret, ipse aperuit, his verbis: *Potius honorem habere, & credere velim uni Christo, quam permoueri omnibus locis, quos contra fideli doctrinam pro iustitia operum statuenda producere possent.* Quare simpliciter eis sic respondendum est. *Hic Christus est, illic Scriptura testimoniū de lege, & operibus.* & paulo post, *Nihil moror scriptura locos si etiam sexcentos producas pro iustitia*

operum contra fidei institiam, & clamitas scripturam pugnare. Ego autorem, & Dominum scripturam habeo, a cuius parte volo potius stare, quam tibi credere. Et paucis interiecit, Tu ergo seruum, hoc est scripturam, & eam non totam, nec potiorem eius partem, sed tantum aliquot locos de operibus, hunc seruum relinquo tibi, ego ergo Dominum, qui Rex est scripturae. quid est hoc nisi Epistolas, & ceteras scripturas negare?

Centuriatores I.lib. i.c. 10.col. 580.lib. 33. à magistro suo non degenerantes, quam impiè de diuino Pauli spiritu sentiant accipe. In postrema, aiunt, Hierusalē versus profectione, Paulus ad Iacobum diuertitur, & conuocata Synodo omnium Presbyterorum, ei à Iacobo, & ceteris persuadetur, ut propter Iudeos offensos se purificet in templo, in quo & Paulus obtemperat: Qui certè non exiguis tanii Doctoris fuisse videatur lapsus: non satis, scilicet, rationem abrogationis legis Moysae habentis. Lauatherus Caluinista in hist. sacram. pagin. 18. ait quosdam Lutheristas assertuisse. Se malle doctrinam Pauli in dubium reuocare; quam doctrinā Lütheri, seu confessionem Augustinianam.

Caluinus de Paulo iam conuerso com. in c. 7. ad Rom. v. 25. & 2. Corint. c. 1. v. 9. dicere non est veritus, quod reptas in terra mulis fodiibus inquinaretur. alibi quoque ait. Erat enim homo communibus hominū passionibus alioqui obnoxius, non frigori tantum, & calori, sed peruersa confidentia temeritati, & similibus. Act. 21. item scriptit a Petro fuisse seductum, dum nimirum superstitione zelo ceremonias legis seruans in carundem culparum confessionem Paulum perduxit. Marloratus Caluinii discipulus in c. 9. Rom. v. 9. Vixit aliquando quasi seruus Epicureus, maximus Dei contemptor, prophanus, abhorrens a spiritualibus, & celestibus, carni prorsus deditus. Brancroftus in recognitione prætensiæ disciplinæ, pag. 373. citat Zanchium in epist. ad Mischell. referente quendam Caluinistis Genevæ dicentem. Si Paulus eadem hora predicaret qua Caluinus, relicto Paulo, Calatinum auscultarem. & pag. 372. ex Calinino, Farello alium refert Basileæ dixisse. Se non minus Farello deferre, quam Paulo. Gualterus in Act. c. 21. Sanctum Paulum arguit, quod se raserit. Hæc impij isti, vt Apostolicæ persona fidei adimerent. Quomodo. n. Paulus scriba Spiritus sancti fuit, si in morum, & fidei doctrina errauit? etunt ne isti cacangelici Euangelij buccinatores, qui Euangelistarum, & Apostolorum doctrinam euertunt?

#### *Oppositiones eorundem.*

**A**rguitur I. lex noua plagas adjicit addenti, vel detrahenti libro legis: si ergo Euangelicæ legi Paulus suas adidit epistolas, tatum abest, vt ipso scribente diuinitus fuerit afflatus, vt maledictionem potius reportarit.

Confirmatur primò, quia satis superque Euangeliū perfectum est, continens quæcumque necessaria sunt ad salutem: non ergo opus fuit Epistolas superaddere.

Confirmatur secundò, quia vel idem est Euangeliū Pauli cum alijs, vel diuersum: si diuersum abijciendum, si idem superfluum est.

Confirmatur tertij, quia aut sunt scriptæ epistolæ istæ ad tradendum præcepta, aut consilia, sed virūq; in Euangeliō præstitum est, nam de præceptis scriptū est Matt. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata.

& de consilijs. Si vis perfectus esse, vade, & vende quæ habes, & da pau. eribus. Matt. 19.

Confirmatur quartò, quia non est electus Paulus ad scribendum, sed ad portandum Christi nomen coram gentibus, & filijs Israel, ergo.

Secundo videtur manifesta pugnantia in litteris Pauli: nam Rom. 1. dicitur, Christus esse filius David secundum carnem. 2. vero Corinthiorum cap. 5. dicitur. Nos neminem nouimus, secundum carnem, eti cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus, vel ergo manifesta pugnantia est; vel si fas non est dicere Apostolum, quæ ædificauit destruisse, Epistolas suis corruptas argumentamur. Faustus lib. 11. c. 1. apud Aug.

Confirmatur primò, quia Rom. 3. per legem docet cognitionem peccati habeti: at Rom. 7. ait: Quod enim operor, hoc est peccatum, non intelligo; nam ibidem postea subdit. Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habuiat in me peccatum. Rursus Rom. 3. peccatum docet non cognoscendi per legem. alibi vero c. 5. dicit. Peccatum erat in mundo usque ad legem. Rom. 7. legem commendat. 2. Cor. 3. eam destruere, & calcare manifestum est.

Confirmatur secundò, quia vbi alibi commendasset opera; Rom. 4. Abraham sine operibus iustificatus ostendit, opera damnans. Quem locum urget Lutherus cum suis.

III. 1. Cor. 9. ait Apostolus: Omnia me seruum feci, & plures lucrifacerem. Et factus sum Iudeis tanquam Iudeus, vt Iudeos lucrarer, & his que sub lege sunt, quasi sub lege essem, &c. vi eos qui sub lege erant, lucrifacerem, & ius, qui sine lege erant tanquam sine lege essem, &c. factus sum infirmus, vt infirmos lucrifacerem, &c. Quin? Quod c. 2. 1. Corinth. Sapientiam, ait, loquimur inter perfectos: multa ergo in gratiam eorum, quoru personas assumperat, loquitur Apostolus illis se accommodans, fingens quod non erat, fecus ore loquens, quam quod corde sentiret. Et Anonymi Fabricij discipuli apud Augustinum contra aduersarium legis, & Proph. lib. 2. c. 2.

IV. Apostolus eti interdum Spiritu afflatum se dicat 2. Cor. 13. An experimentum queritis eius, qui in me loquitur Christus? tamen vt communis homo loquebatur de pertinentibus ad cibum, & alijs pertinentibus ad humanæ vite necessitatem, vt cum 2. Tim. 4. dicit: Penitam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens, tecum offer. Similiter libros, & membranas. Ad Philemone ait: Para mihi hospitium.

V. Affectibus humanis subiectu probatur Gal. 5. dum clamat: Vtinam & absindantur, qui vos conturbant. & Rom. 7. vbi ait: Scimus enim, quia lex spiritualis est; ego autem carnalis venundatus sub peccato. & infra: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee, & captiuatorem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Amplius, quod damnarat, nempe circuncisionis ritum, quem Petrus seruabat in Iudeis, qui conuertebantur ad fidem, ipse facto seruauit, nā assumens Timothēū, vt dicitur Act. 16. circumcidit eum.

VI. quia non est maior ratio cur hæ solum quatordecim Epistolæ scriptæ à Paulo diuinis assertamus, reliquas vero, vt eam quæ ad Laodicenses, & alias quas ad Senecam scriptis abijciamus, & ceteras quas toto spatio prædicationis suæ verisimile est scripsiisse, & ad diuersas Ecclesiæ destinavit.

Con-

Confirmatur, quia Colos. 4. de epistola ad Laodicenses missa fit mentio; circumfertur etiam epistola tercia ad Corinthios.

VII. quia si à Spiritu sancto dicta esse oīs iste Epistolæ, non diuerso ordine ab eo, quo scriptæ sunt, ab Ecclesia fuisse collocatae, at certū est seriem Epistolarum Pauli modo hoc recenseri ab aliquibus, ut primò geminas scriperit ad Thessalonenses, secundo duas ad Corinthios. Quinto ad Timotheum. Sexto ad Titum. Septimo ad Romanos. Octavo ad Galatas. Nono ad Philippenses. Decimo ad Ephes. Undecimo ad Colossens. Duodecimo ad Philemonem. Tertiodecimo ad Hebreos. Postremo ad Timotheū, ita recenset Theodoretus præf. in Epist. Pauli, & alij aliter, & dissimiliter easdem recensent, in eo tamen conueniunt, ut nunquam Epistolam ad Romanos præponant.

### Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed cōtra est primò authoritas S. Petri, 2. Petri 3. Epistolas Pauli commendantis, supposita autoritate Ecclesie, Charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis. Porro nisi illas Petrus legisset, eas approbare nequisset, vt pōderat Greg. hom. 18. in Ezech.

II. probatur ex decretis Summorum Pontificum Innocentij, Gelasij inter canonicas scripturas Epistolas Pauli recensentium, quod etiam effecerunt Concilia Laodicense, Carthaginense, Florentinum, Tridentinum.

III. probatur ex omnibus Patribus ab ipsis Ecclesiæ nascentis exordio, qui tam aduersus hæreses, quā pro informatione morū innumera ex Epistolis Paulinis testimonia citarunt: signanter autem ex illis, qui catalogum scripturarum prætexentes easdem canonii inferuerunt, ut patet ex Athanasio, Nazianzeno, Augustino, Rabano, &c.

Eiusdem quoque doctrina mirificè commendatur à Concil. & Patribus, in Conc. Ephes. in definitione Cyrilli, Paulus, dicitur, ipsum habens Christum in se loquentem, &c. Passim in Concilijs testimonia Apoit. afferuntur ad firmando dogmata.

S. Ignatius Martyr frequētissimè in suis epistolis, dicta ex Epistolis S. Pauli interserit.

S. Dionys. Areop. lib. de diuin. nom. c. 3. Diuinum Paulum vocat, c. 4. loca, quæ ex Epistolis eius adducit, scripta diuina vocat.

Clemens Alex. s. stromatum multa de sapientia Apostolorum, & Pauli docet, Tertull. similiter contra Marcionem.

Chrysostomus hom. 10. ad Hebr. Pauli non hominis verba sunt, sed Spiritus sancti, qui loquebatur in eo. & hom. 1. dicit, ore Pauli Spiritum sanctum fuisse loquutum, & passim in hom. in Acta Apost. & alibi.

Basilius in proœmio de iudicio Dei, Paulum, dicit, Christum habuisse in se loquentem, quod etiam docuit lib. 2. contra Eunomium.

Aug. lib. 1. de anima c. 8. dicit, quod Deus nos per Apostolum docet. idem lib. 5. contra Faustum, veteris testamenti autoritatem cum Apostolica autoritate exæquat.

Theodoreus præf. in Epist. Pauli: Quemadmodum sacros quidem psalmos diuinus David suscepit sancti

Spiritus operatione conscripsit: eos autem quidam alii postea vt voluerunt inter se cōcinnarunt: & spirituale quidem bonum odorem emittunt, sed temporis ordinem non habent: ita etiam has Epistolas Apostolicas fuisse compositas inneniri potest.

S. Thomas in prologo expositionis in Epist. Pauli, ait, Sicut inter scripturas veteris testamēti maximē frequentantur in Ecclesia Psalmi David, &c. ita in nouo testamento frequentantur Epistolæ Pauli, & rationem assignat, Quia in vitaque scriptura ferè tota Theologie continetur doctrina.

Quantum verò attinet ad Pauli personam honorifice à scripturis commendatur, dum Vas electionis nūcupatur, &c. & miris laudibus, & encomijs à Sanctis extellitur, vt apud ipsos est videre, præsertim Chrysostom. hom. 12. in Genesim, & de laudibus Pauli luculenter, 2. ad Cor. cap. 5. & alibi frequentissimè. Coronidis loco illud ex eodē Chrysostom. 4. hom. de laudibus Pauli libeat affirre: Paulus architypus honorū, cui omnem prædicationem, res orbis, mysteria cuncta, uniuersamq; dispensationē Deus concessit. Ipse calum Solem habens iustitiae, ipse mare sapientiae purissimum, & profundissimum. & hom. 1. Siue enim Prophetæ, potentius aliquid in se ostenderint magisq; mirabile, siue Patriarchæ, siue iusti, siue Apostoli, siue Martyres: hec omnia simul colligens Paulus habet cum tanto cumulo, cū quo nūl us eorum: bonum quo excellebat, implevit, Audebunt ne ergo Calvinicola, mūdi fæces, Paulum temeritatis, & Epicuristini insinuare? necesse est, vt tanquam scarabæi, in prato florido omnium virtutum, emortiantur.

VI. probatur rationibus, nam omnis scriptura diuinitus inspirata esse cognoscitur, quod vñlis sit ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiēdum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei: vnde Ambrosius scriptit: Scriptura sacra ad hoc data est, vt proficiat imperitis, & instauraret deformes, atrahens iniquos ad iustitiam, vt homo Dei in omni opere bono perfectus sit; cum hæc omnia abundè præstentur in his Epistolis diuinum Spiritum redolere manifestum.

V. probatur ad hominem; sic n. Lutherus scriptit præf. in noui testamēti versionē ante annū 1545. Sancti Ioannis Euangelium, & prima eius Epistola, S. Pauli Epistola, præserit ad Romanos, Galatas, Ephesios, & S. Petri prima, q; sunt libri, qui tibi Christum monstrant, & omne id docent, quod tibi scitu necessariū, & beatum est, etiam si alium librum ullum, neque doctrinam unquam audias, vel videoas. Sed hæc non inueniuntur hodie in editione Frankofurtensi, aut Feyerabatiana anni 1560. vt videoas hæreticam inconstantiam.

### CONCLVSIO CATHOLICA.

Epistole Sancti Pauli Apostoli diuinitus sunt inspiratae.

R espōdeo dicendum, vt scribit Hieronymus in proœmio commentatori in omnes Epistolas Pauli ad Heliodorum: Non dubitandum esse, quæ scientia prædicationis, & iusta iustitia tam magna, & prædicando, & docendo testimonio Spiritus sancti prolata, atque dilatata sunt [ à Paulo] veteri testamento, atque Euangelica doctrina coequanda esse. ex parte quidē authoris, nam ibidem subditur: Ipse enim reuelante, sibi Spīritu

*ritus sancto, cognouit, dum se raptū esse usque ad tertium cælum in corpore, aut extra corpus afferit, &c. Insuper nec ab homine, neque per hominem, Euangelium accepisse, sed per reuelationem Iesu Christi didicimus. Ex parte materiæ; nam, ut dicit idem, propterea scriptit, ut scilicet initia nascentis Ecclesiæ nouis causis existentibus præueniret, & ut præsenta, atque orientia res ecclæsias resecaret vitia; & post futuras excluderet questiones exemplo Prophetarum, qui post editam legem Moysi, in qua omnia mandata Dei legebantur; nihilominus tamē doctrina sua rediuita semper populi cōpressere peccata, & propter exemplum vivendi libris ad nostrā etiam memoriam transmiserunt: continent autem hi libri paranæticam, & dogmaticā doctrinam, illam ad instruendos mores, hanc ad roborādam fidem, nedum quantum ad propositionem, & dilucidationē præcipuum articularum fidei, incarnationis, mortis, & resurrectionis, indicij venturi, &c. sed etiam quantū ad rituum, & Sacramentorū, & consuetudinis Ecclesiæ intelligentiam, & traditionem, quæ in Euangelijs nō sic expressæ habentur. Talis autem materia sicut & author, probabile argumentum, ut supra dictum est, suppeditant ad afferendum Epistolas Paulinas esse diuinæ, ac canonicas; necessarium vero argumentum ex sola Ecclesiæ Catholicæ autoritate has, ut diuinitus dictatas esse docentis desumitur, ut in omnibus alijs libris supradictum est.*

#### Solutiones oppositionum.

**A**D I. argumentum respondetur non addidisse Paulum aliquid contrarium, vel extraneū scripturæ (quod mereatur plagas) sed explications, & declaraciones quasdam eiusdem, quod est tandem dilucidare, & vitam eternam prometeri. Vnde ne diuersum Euagelii prædicare putaretur, Apostolos adjicit, ex Terrull. 4. contra Marcion. c. 2. ad agnoscendos, & consuliados Apostolos, ne foris in vacuum cucurisset, id est ne non secundum illos credidisset, et non secundum illos euangelizaret.

Ad confirmationem dicitur, quod ad perfectionē alicuius aliquid pertinet dupliciter, uno modo ad constitutandam rei essentiam, sicut anima requiritur ad perfectionem hominis; alio modo tāquam ad bene esse ipsius, ut pulchritudo, velocitas ingenij: primo modo satis est historia euangelica; sed ad eiusdem accidentalem perfectionē superaddita est Pauli doctrina, ubi plenius consilia, ritus, ceremoniæ, & præcipua mysteria fidei enucleantur, hæreses debellantur, disciplina statuitur, &c. Vnde Eusebius 3. Hist. c. 24. Paulus, qui inter ceteros Apostolos eruditior etiam in verbis videtur, & in sensibus præpotens, non amplius, quam parvulum Epistolarum suarum corpus reliquit, quod utique immensa continet intra se, atque innumera sacramenta, ut pote qui tāque ad tertium cælum raptus, quæ gererentur inspicerat, &c. Accedit, ut dicit Basil. ep. 55. quod Deus in mysteriis fidei largitus est duplēcē cognoscendi modum, unum per præsentem coniunctionem, & congreſsum; alterum per consuetudinem litterariam; ut ubi præsentes non essent Apostoli viuā voce docentes, edocerent Epistolas, quæ ad absentes pertinere poterant, & in omnem posteritatem trāmitterentur. Et tandem ut ad imitationem Fideles provocarentur, ait Chrysost. propositæ sunt Epistola D. Pauli, in quibus admirabiles inspiciuntur virtutes, &c.

Ad secundam confirmationem. Secundū substantiam idem est Euangelium, quod continetur in historiâ Euangelista rū, & Pauli prædicatione, nam Euangelium, bonum, faustumq; nuncium significat. Vnde donum significabat apud veteres, quod lætum nuncium afferenti offerri consueuerat: item sacrificium pro læto nuncio. Et in scripturis nostris 2. Reg. c. 18. ubi dicitur: Non eris boni nuncii baiulus, Græca Septuaginta habent ἐάντει εὐαγγελίον. i. nō dabitur tibi boni nuncij merces: cum ergo res lætā, quæ nunciatur, possit aptari Christi aduentui, historiæ de Christo, & prædicationi, & doctrinæ Christi, & etiā æternā felicitati, quæ per Iesum Christum tribuitur. Euangelij nomē his omnibus adaptari potest latiori ista significatione. Ceterum si pressius vocabulum Euangelij, pro historica enarratione nativitatis, mortis, & resurrectionis Christi, &c. usurpetur, solum Euangelij notio scripturis Euagelistarum competit, quibus nihil diuīsum in subiecto, sed solum explanationem addidit Paulina doctrina.

Ad tertiam confirmationem, ut patet intuenti, tā in præceptis, quām consilijs, & distinctius loquuntur Paulinæ Epistolæ, quām ceteræ scripturæ: similiter de mysterijs fidei, Trinitate, Christi Domini economia, Sacramentis, prædestinatione, reptobatione, gratia cœlesti, & ecclesiastica Hierarchia vberius, & apertius; omnes similiter hæreses destruunt, & configunt, ut non mirum sit si eas profligare, nonnulli voluerint, alij subdole sub Paulinis verbis venena propinarint.

Ad quartā. Portare nomen, stat dupliciter ad præsentes, & ad remotos. Primo modo faciebat Paulus discurrens. Secundo modo per Epistolas scribens, unde S. Th. in prol. Epist. Pauli dicit merito Apostoli quoque dici vas in usu portationis. Traditur. n. hæc doctrina per modum Epistolarum, que per nuncios portari consueuerunt. secundum illud 2. Paral. 30. Perrexerunt cursores cum Epistolis ex Regis imperio. Vel dicendum primario fuisse electum Paulum ad prædicandum, quam scribendum. non tamen inde fit consequēs ab Apostolico eius munere rationem scribendi esse seiunctam.

Ad II. principale respondetur, nullam esse ibi pugnantiam. Concilationem sic Manichæus adducebat, quod Apostolus quandoque erat huius opinionis; quod fuerit ex semine Dauid, & verum corpus habuisset; sed postea mutauit sententiam dicendo, Et si cognouimus secundum carnem Christum i. si fuerimus aliquando huius opinionis, quod Christus habuisset veram carnem: sed nunc iam non nouimus, id est modo mutauimus illam opinionem. Sed contra ait Augustinus. Primo, quia de eo, quod falso putamus nullus dicit novimus, sed opinamur. Secundo, quia cum ibidem Apostolus dicit, neminem nouimus, etiam oporteret dicere Apostolum intellexisse neminem, seu nullum hominum habere verum corpus, quod est falsum. Eryches eodem abutebatur loco, non nouimus Christum, secundū carnem, quia incarnatione caro (siebat) absorpta est à diuinitate; contra quæ militant verba sequentia Apostoli. Quoniam Deus erat in Christo mundum reconcilians. sibi. i. ex Ambros. 3. ad Grat. Semperna diuinitas erat in Christo. i. Christus erat Deus reconcilians mundū, nō reconciliasset autē, nisi Deus homo passus esset. Iconomachi, quos sequitur Calu. admonit. de reliquijs, extor-

quendo, dicebant: Quicquid est in Christo carnale, mortis, &c. missum est faciēdū post resurrectionē, & omne studium ponendū est, ut Christum queramus secundū spiritum, etiam debacchantes in cultum reliquarū, & imaginum Christi. Sed contra est, quia nec mortis suā voluit Christus nos obliuisci quando in memoriam passionis instituit sacram Eucharistīā 1. Cor. 11. Vide Concil. Nic. 2. act. 6. ex Epiph. & Cyrillo. Catholicē ergo dicitur sensū esse: Aliquādo cognouimus Christum secundum carnem i. habere carnem corruptibilem ante passionem. Sed nunc iam non nouimus, nempe habere carnem corruptibilem, cum resurgens ex mortuis iam non moriatur. ita septima Synodus generalis interpretatur act. 6. & Chrysostomus, & Theodor. Oecumenius, &c.

Vel secundum Glossam, vt prima illa verba [si aliquid secundum carnem Christum nouimus] referuntur ad statum Pauli ante conuersionem, sequentia verba ad statum eiusdem post conuersionem. Lege S. Th. in hunc locum lect. 4. vt sensus sit, & si carnaliter opinati simus de Christo eum esse tantum hominem, & venisse propter obseruantias legales atque carnales, iam nunc nō nouimus, cessavit ista opinio. & credo, quod etiam sit verus Deus, & non sit carnalibus obseruationibus colendus. Et tandem, & si nouimus Christum secundum carnem, i. Christum Dominum, secundum carnalem generationem esse de stirpe Abrahæ contributum nostrum, & nos esse Hebreos Christi cognatos, secundum carnem (de qua rādeo pseudo apostoli gloriantur) iam nunc non nouimus, quia ipsis terrenis affectibus mortui sumus. Vel voluit Apostolus alludere per ea verba, Si nouimus Christum, secundum carnem, ad affectionem carnalem quando erat cum Apostolis præsentia corporali, sed nūc dicit, iam non nouimus, insinuavit celsa se hunc affectum ex missione Spiritus sancti. Legendi interpres in hunc locum.

Ad primam confirmationem nulla est contradic̄tio inter illa loca Rom. 3. & Rom. 7. stat enim cum cognitione peccati per legem, vt aliquis intelligat aliquid esse peccatum, & id quod operatur intelligat, non esse operandum: hoc autem dupliciter contingit, uno modo putante aliquo peccatis subiecto, non esse fornicādum, v.g. in vniuersali, quod tamen ex passione, suggestione, &c. operatur; altero modo de operante malum etiam si sit in gratia constitutus, non opere exequendo fornicationem, vel mente illi consentiendo, sed secundum concupiscentiam, vel somitem, præueniendo intellectum, & iudicium rationis, vt videtur velle S. Aug. mox citandus, quem sequitur S. Thomas, Rom. 7. lect. 3. Vel dicendum cum S. Aug. serm. 5. de verbis Apostoli, & 1. contra epist. Pelag. c. 11. & serm. 43. de tempore, loqui ibi de simplici notitia, hoc loco vero de notitia per approbationem, vt sensus sit, ex Aug. quod operor, non intelligo non approbo, non consentio, & faveo tex. Græcus dicens, οὐ τινῶ, non approbo. Illud etiam Rom. 3. non contradicit loco illi, qui assertur ex Rom. c. 5. nam dicit in hunc locū S. Th. lect. 4. quod quantum ad aliqua peccata, quādam erant specialiter prohibita ex lege, quæ homines peccata non reputabant, vt illud c. 10. 20. Non concupisces, verē tamen peccata erant in reputatione Dei; alia erāt peccata, quæ imputabantur etiam prout erant contra legem naturæ, sic propter adulterium impositum Io-

seph in carcerem coniicitur: quamvis ergo sine imputatione hominum essent prioris generis peccata, usque ad legem exclusiū, adueniente lege hominibus peccatum innotuit, quod cum superari non posset vi legis, maiora suscepit incrementa. Quod si inclusiū, vt Origenes, & alij dixerūt, illud verbum accipiatur: sensus est, quod peccatum fuit usque ad legem, tam naturalem, quam scriptam, quia non potuit auferri per illam. In eo autem, quod Rom. 7. lex commendatur tanquam mandatum sanctum, & bonum, non euertitur per id, quod in 2. Corin. 3. lex appellatur ministratio mortis; hoc enim dicitur non secundum legis naturam, sed hominis infirmitatem: occasione enim accepta, ostendente lege scripta peccati naturam, non reprimitur, sed magis concupiscentia generans mortē, augetur, propterea occasio mortis dicitur; & ideo necessarium fuit dari legem spiritus, quæ est vitæ, vt ibidem demonstrat Apostolus.

Ad secundam confirmationem, non est contradictione, quod opera bona commendentur, & dicitur Abraham non ex operibus iustificatum; hoc enim dictum est, vt dicit Aug. lib. 83. qq. q. 7. vt nemo arbitretur meritis priorum operum ad iustificationem peruenisse: opera ergo fidem præcedentia, iustificationem excludit, non ea, quæ comitantur, vel sequuntur opera ad salutem necessaria.

Ad III. respondetur ex Augustino 3. contra aduers. legis c. 2. Non putandum Apostolum ista fecisse, vt alios, & alios fingendo falleret. Factus ergo est omnibus omnia non fallentis aīs, sed compatiens affectu, diuersis animarum morbis diuersimodè subueniēs, & iuxta capacitatem vtriusque se accommodans, vt parvulis nutritoria, non peremptoria, hoc est prima fidei rudimenta, perfectioribus grandiora mysteria traderet, eundem tamen Christum annunciendo.

Ad IV. in ipsis scribendis, quæ ad vitæ sustentationem necessaria erant, quibus plerique vī sunt in filios Dei adoptati, non est negandum astitisse Spiritum sanctum, præfertim cum eo factō rectē viuendi Apostolicum præberetur exemplum, neminem in prædicatione grauandi. Ex petitione ergo penulae, vestis, non quidem Senatoriæ, vel Cōfularis (quæ præsigno dabatur, vt quis se probaret Romanum ciuem, vt dicunt quidam apud Ludouicum nostrum de Soto maior) sed vilis, & hyemalis, de qua legendus Philo de victimis t. 2. initio. Tertull. in Apol. c. 6. &c. quæ erat illi maximè necessaria in carcere, & ad frigus expellendum, Paulus maximè paupertatē Apostolicam commendabat. Item studiositas Apostoli commendatur ex petitione librorum sacrorum ex quibus ait Lactantius 1. diu. instit. c. 6. ne dum paupertas Apostolica, sed etiam Philosophia Apostoli co. amendatur, qui paucis rebus sua lōrte contentus, usque ad mortem vixit, paucis s. libris sacris. Sed ab amico, & discipulo hospitium petendo, & amplam ædem, id petiit non in sui gratiam dicit Hieronymus, sed prædicationis. Sciebat plurimos ad se conuersuros, & necesse erat primum, vt celebri esset urbis loco, ad quam facile conueniretur. Deinde, vt ab omni importunitate vacua, vt ampla, quæ plurimos caperet audientium; ex quārum petitione, non potuit à Paulo discedere Spiritus sanctus, qui non vitæ huius ministerij, & Euangelici munieris, sed immundis ab anima operibus ejicitur. Vide quæ dicta hunc supra controuersia 1. a. 1. ad 2.

Ad V. r. non esse in ijs verbis c. 5. ad Galatas, affectum maledictionis, cum preceatur illis magnum bonum, nempe, ut qui circuncisionem suadebant, non solum circunciderentur, sed & castrarentur, seruando spiritualem castitatem, & fierent, ut dixit Aug. spirituales spadones, cassando ceremonialia, vel sterilitatem prolixi haberent, non generando filios erroris, ut dicit S. Thomas ibi lect. 2. Quod si maledicendo hæc verba dixisse contendatur, sciendum (dicit Anselmus, si ipse est author eorum Commentariorum) quod cum sancti viri maledictionis sententiam proferunt, non ad hanc ex voto vltionis, sed ex iustitiæ examine erumpunt. Vnde Tertull. de anima c. 16. citans hunc locum Apostoli, laudat eius indignationem, dicens: *Rationalis est indignatio, quæ ex affectu discipline est.* Chrysost. iuitam Dei vltionem significari dicit. Quod vero Rom. 7. vocet se carnalem venundatum sub peccato, non id dixit ad significantum carni, & sanguini voluntati subditum, & factum seruum peccatis, sed propterea quod nondum corpus spirituale, sed carnale, & mortale haberet (qua ratione etiam dicere poterat, Ego autem mortalis sum) quod adhuc non erat redemptum à corruptione, & venundatum aliquando in prima transgressione precepti, ut haberet corpus corruptibile, ut dicit Aug. 1. contra 2. epistolas Pelag. c. 10. Quod si hoc respectu animæ dicatur carnalis, dicitur etiam sub gratia constitutus, & peccato patiter venundatus, non affectu consentiendi, sed ex motu concupiscenti, qui carnalitas dicitur ex rebellione carnis ad spiritum, ratione cuius venundatus, sub peccato dicitur, nempe primi parentis, ex quo talis corruptio fomitis deriuata est, ut ait S. Th. in hunc locum, & Cassian. coll. 23. c. 12. vnde nedū Apostolas loquutus est in persona hominis peccatoris nondum liberati per gratiā à peccato, ut innuunt Chrysost. & alij Græci in hunc locum, & Aug. lib. 1. ad Simpl. q. 1. Hieron. ad Algas. q. 8. Basil. in reg. breu. ad 16. interrog. sed etiam loquutus est in persona iustorum, & suipius luctam carnis cum spiritu sentientium, ut idem Aug. lib. 1. retrahit. c. 23. 6. contra Julian. ibique citat multos Sanctos, Hilar. Nazianz. & alios. Si autem in persona eorum Paulus loquutus est, qui peccato consentiunt, &c. nulla est contra Apostolum difficultas, qui de eorum erat numero, qui cum carnis affectione sine consensione configebat.

Quod autem Paulus circuncidit Timotheū, quod factum prius reprehendit in Petro, nihil proposito obstat; nā, ut scriptit Tertull. de præscriptionib. c. 20. Petrus, Paulusque qui vīsi sunt inter se dissidere, pro temporibus, & personis, & causis quedam reprehendērunt, in quæ & ipsi & quæ pro temporibus, & personis, & causis committiebant. Causa autem rationabilis assignatur à S. Gregorio 28. moral. c. 6. alias 12. Nam nisi Paulus mandata litteræ seruare ostenderet, Iudeorum rabiem etiam in his, qui sibi comites aderant excitaret, assertionis sue vim posseposuit, & sine damno fidei se suos, comites à persecutionis inumanitate custodivit. Damnum autem fidei non fuisse pater, quia legalia, etiæ essent ante promulgationem Euangelij mortua, non erant tamen mortifera ex doctrina Sanctorum Augustini, & Them. 1. 2. q. 103. a. 4. quare seruari poterant donec synagoga cuim honore sepeliretur.

Ad VI. quantum attinet ad epistolam Laodicen-  
sium, quidam putarunt epistolam ad Laodicenses

ea esse, quæ ad Ephesios scripta esset, sic sensit Mar-  
cion apud Tertull. lib. 5. contr. Marc. c. 11. 17. &  
S. Epiph. hæc. 42. contra Marcionem, ex epistola ad  
Laodicenses ipsum confutat, affectando illa verba,  
*Vnus Deus, una fides, &c.* Sed non potest stare, nam  
S. Ignatius Epistola ad Ephesios sic dicit. *Eritis, sicut  
Paulus vobis scripsit, unum corpus, & unus spiritus,*  
quæ verba sunt in Epitola Pauli ad Ephesios c. 4.

Alij dicunt nullam ab Apostolo talem Epistolam  
scriptam, ita S. Chrysostomus in Epist. ad Coloss. quæ  
sequitur Theoph. in princ. eiusdem Epist. vide Baro-  
num anno Christi 60. nu. 13. sequitur hæc sententia  
Philastr. de hæres. c. 90. & alij adnotantes, quod cum  
in textu græco habeatur *καὶ τὸν ἐν Λαοδικείᾳ,* hoc  
est illam, quæ ex Laodicea scripta est, non habetur  
ex hoc loco ullam ab Apostolo Epistolam datam ad  
Laodicenses: non enim dicit illam, quæ ad Laodicē-  
ses: sed eam quæ ex Laodicea scripta est: sed in edi-  
tione vulgata aperte habetur hæc verba ad Coloss. 4.  
*Cum lecta fuerit apud vos Epistola, hac facite, ut & in  
Laodicenſium Ecclesia legatur: & eam qua Laodicenſium  
est, vos legatis, quibus verbis ait S. Thomas ha-  
betur, quod Paulus scripsit alias Epistolas, ista, de qua  
hic fit mentio, scilicet Laodicenſum, & unam aliam, quæ  
ad Corinthios, præter primam, & secundam, ad eosdem  
descriptas. Nihilominus, ut ait Hieronymus in cata-  
logo script. ecclesiast. in Paulo, et si circumferretur  
inter fideles, in Ecclesijs tamen nō legebatur, Legūt,  
ait, quidam, & ad Laodicenses epistolam, sed ab omnibus  
exploditur, cuius rationem attinat Philastrius,  
quia addiderunt in ea, quidam impi, quædam non bene  
sentientes. Sed & Anselmus, qui hanc Epistolam ad  
Laodicenses recenset in fine 4. ad Colosens. alia redi-  
dit causam, quod solum quatuordecim Ecclesia  
Epistolas acceptauit, nam in numero quaternario  
quatuor Euāgelia, in denario decalogus designatur,  
volens ostendere omnem sapientiam, vel perfectio-  
nem veteris, ac noui testamenti breuiter in his Epi-  
stolis comprehendit, ideoque numerum, qui hæc si-  
gnificabat excedere noluit. Verum cum hæc mysti-  
ca sit ratio, melior est prima responsio, videlicet,  
quod ab hæreticis sint depravatae, vel quod de earū  
authoritate non plenè constaret, vel quod tempore  
iniuria petiſſent, vel quod cōinerēt ea, quæ in alijs  
Epistolis continentur. Hæc autem epistola ad Lao-  
dicenses, quæ sub nomine Pauli scripta repertit in  
Anselmo, &c. ut dicit noster Senensis, quæ reperta est  
Luteriæ in vetusto codice Sotbonico, se spuriam  
prodit, & longè diuersam ab ea, quæ legebat ut tem-  
pore Hieronymi. Potest etiam dici cum Chrysost.  
Oecum. Gloss. Interlin. Paulum significare his ver-  
bis epistolam scriptam non à se ad Laodicenses, sed  
quæ Laodicenses scriperat ad ipsum Paulum; quod,  
ut aduertit Gagneius, græca verba citata innuunt,  
*ἐν Λαοδικείᾳ.* i. quæ ab Laodicenis est.*

Epitola 3. ad Thessalonicēs manifeste ficta est,  
teste Origine apud Russinum, lege Senensem lib. 2.  
verbo Paulus Apostolus. Similiter nullam scriptisse  
Epistolam aliam à duabus ad Corinthios, luculentem  
Sixtus ostendit.

Circa epistolulas Seneca Hieron. in catalog. script.  
eccles. eas cognitas, atque probatas habere videtur;  
loquens. n. de Seneca, ait: *Non ponere cū in catalogo  
Sanctorum [intellige Scriptorum ecclesiasticorum]  
nisi illæ epistole me provocarent, quæ leguntur à plurimi-*

*mis Pauli ad Senecam, & Seneca ad Paulum.* Et Ang. epist. 14. ait de Seneca, quod temporibus Apostolorum fuit, cuius etiam quædam ad Paulum leguntur epistole: sed cum dicat lib. 6. de Cuit. c. 11. quod Iudeos reprehendisset, Christianos vero Iudeis inimicissimos in neutrā partem commemorare visus sit: satis secundum mentem Augustini liquet dictas epistolas Senecæ apochryphas esse, vbi de Christianis, & Christiana religione sepe agit ad Christianū hominem scribens. Hoc autem commētum Epistolatum ex Baronio anno 66. num. 13. & Sixto nostro lib. 2. verbo Paulus, oriū est ex quibusdam actis passionis Pauli, Lini nomine signatis, vbi stricta necessitudo Pauli, & Senecæ enarratur, quæ tāta fuisse ibi describitur, ut si Seneca ore ad os Paulum alloqui non valeret frequenter datus, & acceptus epistolis ipsius dulcedine, & amicabili colloquio, atque consilio frueretur. Et per hæc patet solutio ad confirmationem addētes, quod cum sint tales epistola præter illas 14. ignotæ, aut suspectæ, etiam si extarent, non valere ad faciendam fidem, cum non sint per Ecclesiam determinatae, & ad credendum propositæ.

Ad VII. quamvis scire multum conducat ordinē, quo Paulinæ Epistolæ sunt editæ, ut perpendit Chrysostomus in Epistolas Pauli in præfatione, nihilominus ordinem ab Ecclesia præscriptum inuertere temerarium est, & vt in simili causa temerarios iudicauit Hieron. qui ausi sunt Epistolatum Catholicarū, siue canoniarum ordinē mutare præponentes alijs, D. Petri Epistolas. Non temere autem ab Ecclesia talis ordo digestus est; attendere enim voluit ordinē doctrinæ, non naturæ, vel temporis. Talis ordo est in erudiendo homine Christiano, vt prius necessitas gratiæ demonstretur, & hoc fit in Epist. ad Rom. est ratio S. Aug. epist. 105. ad Sextum. Mox quod primū est ad salutem necessarium, & à diuina gratia habet originem traditur, nem p̄ unitas fidei, in qua Christianus eruditur, & roboratur, vt eam contra hæreticos, & schismaticos tueatur, quod præstatut in Epistolis ad Corinthios, & in prima de Sacramentis fidei: in secunda de Ministris pariter tractatur. A fide seductos Galatas per pseudoapostolos ad eandē unitatem reducere conatur Epistola ad eos transmissa. In eadem fide, et si nō per Apostolum fundati essent Ephesi, ab ipso tamen roborantur. In medio autem Epistolarum locata est, ait Hieron. præf. in Epist. ad Ephes. quia sicut cor est in medio animalis, & occulto loco reconditū, sic ea Epist. profundis est quæstionibus inuoluta, medio loco posita est. Philippenses deinde, quod in fide fortes, et si multa passi perstiterint in exemplū seruanda unitatis Ecclesiastica proponuntur: de eiusdem conservazione admonet Colossenses contra hæreticos, qui eos depravari fūt seducendo: contra tribulationes præsentes in prima, contra futuras Antichristi tempore munit Thessalonicenses, vnde & de patientia, quæ spe munitur, & charitate, pertractat. Quantum vero ad particulares status attinet, Episcopos instruit, & sacerdotes, Episcopos in Epistolis ad Timot. & Titum, vbi vitam Hierarchicam, & Episcopalem in typo, & exemplari exactissimo adumbrat. Ad sacerdotem, nempe Philemonem de re ad economiam pertinente scribit, serum fugitiuum illi commendando. Ultimo loco, vbi de gratia, fide, Sacramentis, &c. quæ omnia pertinent ad corpus mysticum Ecclesiæ, de capitib[us] ipsius

Christi Domini excellētia tractat in Epistola ad Hebreos. Vnde admirabili ordine doctrinæ ab Ecclesia tales Epistolæ sunt ordinatae. Vel dicendum, quod cum Epistolarum, Pauli quædam sint ad Ecclesias gentium, quædam ad Iudeos scriptæ, meritò quæ ad gentes scriptæ sunt antecedunt eam, quæ est ad Hebreos, qui in plenitudinem intrabunt post gentium conuersiōnem, omnes autem præcedit Epistola ad Romanos habitā ratione eius Vrbis, ex auctoritate, & primatu Ecclesiæ Romanæ, ita Catherinus in Epist. ad Rom.

## ARTICVLVS QVARTVS.

*Vtrum Epistole Catholice diuinam quoque habeant auctoritatem: & primò queritur de prima Epistola Petri, & prima Epistola Ioannis.*

### Positio Hæreticorum.

Circa Epistolas Canonicas, vel Catholicas numero septem à Catholicis pro diuinis scriptis receptas, errarunt pariter Nouatores, non omnes admittentes, sed solum eas, de quibus nunquam exxit dubitatio, quales sunt 1. Epistola Petri, & 1. Ioannis: ceteras, de quibus olim apud quosdam Ecclesiasticos dubitatio fuit, libenter expunxerunt ē sacro canone. Verum etsi fateantur Nouatores primam Ioannis, vt ipsi dicunt, esse Protocanonicam illam tamē ex integrō non admittūt ex c. enim v. delent illa verba: Quoniam tres sunt, qui testimonij dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres unum sunt. Et Erasmus in prima translatione noui testamenti videtur huius positionis author, seu potius Arianorum veteris erroris restitutor, & fautor (eos enim similiter talia verba Coccius de sacris Scripturis a. 25. expunxisse cum multis tradidit) in editione siquidem noui testamenti talia verba non posuit, quod in Græcis, inquit, versionibus non legerentur. Lutherus huius malioui pullus in sua versione Germanica eadē verba exterminavit. Anabaptista apud Senensem lib. 7. heres. 9. hanc Epistolam propter ea verba, ad scititij additionibus falsatam, & reclamantibus codicibus Græcis à fautoribus Trinitatis adiectam clamant. Bullingerus singit, ē margine eadem verba in textū irrepsisse. Ioannes Bugenghagius in c. 3. Ionæ calco-graphos hortatur, vt pristinæ integritati restituētes nouum testamentum græce excudendum illa verba omittant, sic Neariani, vt Georgius Blandrata a. 2. diei disput. 15. Albana dicit, Apud nullum codicē græcum haberi nisi in Hieronymo, qui parum prudens fuit. Ioannes Sommerus Trinitarius lib. contra Petrum Carolium c. 10. f. 155. dicit. Quomodo irrepserint illa verba de tribus testibus, videat Carolius, nobis nihil obfūct, etiam si retineamus. Ut autem omni dubitationi via præcludatur, arguetur in genere contra Epistolas, deinde in particulari, & pouissimum, quæ afferunt Nouatores, argumenta proponentur.

### Oppositiones eorundem.

A Rguitur I. nam Epistolæ istæ superflua videtur, cum satis doctrina Euangelica à Pauli scriptis clu-

elucidetur: ergo in superfluis non ministrasse Spiritum sanctum suam operationem credendum est.

II. Ista Epistolæ, Canonice ab aliquibus, ab alijs Catholicæ vocantur. Sed hic titulus communis est cum Epistolis Pauli, nec enim minus Catholicæ illæ, atque canonice, quam istæ afferuntur.

III. Quia ordo conuincit nō esse à Spiritu sancto; cum enim primus omnium Apostolorum Petrus re- censeatur, nō erat illius Epistolis præponendus alias, cum tamen proponatur ei Iacobi Epistola.

IV. Specialiter, & 1. cōtra Epistolam 1. Petri c. 3. ibi. n. habetur, quod spiritus Christi, bis qui in carce- re erat, Græci ἐν τῷ ἀδηνί: in inferno, πνεύματι, ut Græci habent. i. spiritibus veniens prædicauit, qui incre- duli fuerant aliquando, quando expeclabant Dei patien- tiā in diebus Noe cum fabricaretur arca. At aſſer- re, quod Christus apud infertos predicariſt, est dogma Marcionis apud Iren. lib. 1. c. 29. Epiph. hēt. 24. & occasionem dare dicentibus Christum apud infe- rōs prædicantem, multos impios liberasse.

V. circa illa verba Ioannis v. Quoniam tres sunt, qui testimonium dant in cælo, arguitur, quia neque in quibusdam Græcis, neque in Syro, neque in aliquibus codicibus Latinis ea habentur verba.

Confirmatur, quia & in multis exemplaribus hęc verba defunt, & à multis & Græcis, & Latinis Patri- bus ista verba omittuntur, vt Ambrosio 3. de Spiritu sancto c. 12. & in Luc. c. 22. Cyril. 14. thesaur. c. pe- nult. Leo. ep. 10. c. 5. Aug. etiam 3. contra Maxim. c. 22. Oecumenio, & Beda hic. Erasmus.

#### *Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.*

**S**ed contra est I. authoritas Ecclesiæ, vt patet ex decretis Pontificum, & Concilijs citatis supra, afferentibus, septem esse Catholicas Epistolas.

II. probatur ex Patribus, Orig. hom. 7. in Iosue, Epiph. hēt. 76. Philastr. 3. p. hēt. 40. August. 2. de doctrina Christiana.

III. probatur ex multis exemplaribus Græcis simili- ter, & ex textu Syriaco; vnde legendi sunt Vvitmanstadii initio, ante Epistolas istas Syriacas, Boderianus præfatione in Syriacum testamentum. Biblia Regia ante secundam Epistolam Beati Ioannis. Licet enim in exemplaribus, que isti sequuntur sunt, extēt Iacobi, 1. Petri, & 1. Ioannis, nihilominus omnes Syriacè descripte pariter reperiuntur; vnde men- titur Beza dicens, Syros tantum tres Epistolas agnoscere.

IV. probatur ex innumetis Patrum testimonijs, qui ex his Epistolis testimonia sumperunt, vt patet intuenti. Legendus Hieronymus prefat. in Epistolas canonicas.

V. specialiter quantum attinet ad D. Petri primā Epistolam, tanta semper apud omnes fuit authorita- tis, vt nec olim sicut nec de Epistola 1. Ioannis teste Eusebio lib. 6. c. 19. Niceph. 3. Timot. 3. hist. Eccl. c. 3. & 4. fuetit dubitatum.

VI. quantum attinet ad illa verba. Tres sunt qui testimonii, &c. probatur ex varijs editionibus pri- mo vulgata, Ecclesiæ auctoritate, recepte in Græcis quam plurimis, & citat Erasmus Hispanicum, & An- glicum cod. m.s. Græcum, &c.

Confirmatur, hic. n. versus ab Ecclesia Dominica

in Albis, festo S. Trinitatis, singulis Dominicis cani- tur, & in Missalibus antiquis reperitur.

Confitmatur, quia hoc testimonium citant Pa- tres, vt Athanasius de vnitate Trinitatis lib. 1. Cyril- lus Alex. de recta in Deum fide ad Reginas. Cyprianus de vnitate Ecclesiæ, Idacius aduersus Varian- dum Arianum, Eugenius Carthaginensis in confes- sione fidei ad Hunnericum Regē, Fulgentius respon- sione contra Arianos, 10. Bern. ser. 1. & 2. in oct. Pa- schæ, Ansbertus in c. 1. Apocal. Rupertus Abbas de operibus Spiritus sancti lib. 3. de sap. lib. 2. c. 4. Hu- go. 1. de anima c. 10.

Confirmatur fortius, quia à Summis Pontificibus eundem locum citatum inuenimus, Higynio Epist. ad omnes Christi fideles, Ioanne XI. ad Valeriu Episcopum, Alexandro III. Epistola ad Soldanum Iconij, Innocentio III. serm. 2. de festo Pentecostes, & simili- ter à Concilio Lateranensi, cui Græci Patriarchæ interfuerūt: cuius decretalē exponit S. Th. opusc. 24.

VII. probatur ad hominem; nam Erasmus in 2. editione ex Græco Brittanico eadem verba restituit, Hispanensem etiam codicem citans, de qua addicio- ne, & restitutione Erasmus reprehendit Ioannes Bugenghagius loco citato.

Germanicæ quædam Lutheri versiones hunc ver- sum restituerunt, sic in Biblijs habetur, quæ Herbo- nae prodierunt anno 1598. idem appetit in Biblijs Zuinglianis, Calunianis, latinè, germanicè, gallicè, anglicè, italicè, & hispanice scriptis.

Calinus in hunc locum ait: Eundem versum in optimis, ac probatissimæ fidei codicibus haberi; Beza vero, Illyricus, & Aretius dicunt, quod hunc versum deleuerunt ex Syriaco testamento indubie Ariani.

Sed & Tubigenſes contra Schererum dicunt, Lutherum si uno anno vixisset, obsequuturum Stephanii exemplari, haberi autem hunc versum in exemplaribus Roberti Stephani habitis ē Biblioteca Regia Galliarum, patet ex editionibus Bibliorum corun- dem anno 1546. in 16. & 1550. in folio excusorum. Tigurini in corpore Bibliorum tam latinè, quam germanicè verborum, omiserunt prius ea verba: sed postea separatim excusso testamēto nouo, eadem apposuerūt. Et in editione 1538. Germanicè sic ver- terunt [Vnd dise diei dienni eins]. i. & hi tres fer- uiunt in unum, qua translatione impia postea Ana- baptistæ in colloquio Frankenthalensi, ad suorum er- rorum defensionem vni sunt.

#### *CONCLVSI O CATHOLICA.*

*Supradicta Epistola quoad omnes sui partes  
sacrae sunt, & diuinitus inspiratae.*

R Espondeo dicendum, modestis Ecclesiæ filijs, Ecclesiæ authoritatem (quæ cum omnibus suis partibus has recipit Epistolas canonicas) sufficere ad eas pariter recipendas; vt autē plausibilius accipiatur, authorū nomen, & materia probabile ministrat argumētum: authores enim omnium, sunt Iacobus, Petrus, Ioannes, Iudas: sed Protocanonicarum, de quibus modò est quæſtio, sunt Petrus, & Ioannes; vnde in Syriaca versione dicitur apud Vvitmansta- dium: In nomine Domini sigillamus tres Epistolas Iaco- bi, Petri, Ioannis. Iſti sunt, qui testes fuerunt super re- uelatione Domini nostri, quando immutauit ſeipſum eo- ram

ram oculis ipsorum in monte Thabor. Et apud Tremelium ex Beza, Syriaca in scriptio non dissimilibus verbis habetur: *Tres Epistole trium Apostolorum, ante quorum oculos Dominus noster se transformauit.* Quia vero constat ex Matth. 17. Iacobum, qui adfuit transfigurationi, fuisse filium Zebedaei, & apud Patres, ut dicitur scriptor huius Epistolæ, dicitur Iacobus filius Alphei illa posteriora verba Syriacæ interpretationis, videlicet, *Ipsi sunt, qui testes fuerunt non ad omnes, sed ad duos posteriores referuntur Petru, et Ioannem.* Materia autem omnium istarum ab Aug. traditur lib. de fide, & ope. c. 14. cum enim peruersa orta esset opinio temporibus Apostolorum, solam fidem sufficere ad salutem, *Epistola Petri, Ioannis, Iacobi, Iude contra eam maximè dirigitur intentionem,* ut vchementer adstruant, fidem sine operibus nihil prodeſſe. Materia autem omnium Epistolarum, ut dicit S. Th. præf. in has Epistolas (si eius commētarij author est) est contēptus humanae prosperitatis. In canonica Iacobi, sustinētia aduersitatis, in canonica Petri, amor supernæ, & diuinæ charitatis: in canonica Ioannis fuga carnalis voluptatis: in canonica Iudea deletio veterum litterarū, i.e. peccatorum, et superscriptio nouarum, i.e. gratiarū, etc. Peri etiam prima Epistola, de qua præcipue est nūc quæſtio, nedum ad fidei constantiam, sed & morum etiam integritatē sectandam, præsertim tentationibus agitatos Christianos exhortatur: vnde paranætica est Epistola. Ioannis vero partim paranætica est, docens manendum in recta fide, & charitate, quā tantopere commendat, partim didascalica, quæ de diuinitate Christi Domini agit, & de Christi humilitate. Quare nec in uerisimile esse debet, quod etiā tractarit de personarum diuinarum Trinitate, & diuinæ naturæ unitate, quod perperam aduersarij inficiantur, malentes Arianis dare manus, quācum cum Catholicis dexteras miscere.

### Solutiones oppositionum.

**A**D I. utilitas, & necessitas ex doctrina Augustini apparet, imo re vera ut scripsit Aretius hereticus doctrina ista, contra solam fidem, omnibus modis necessaria est. Petri autem Epistole in particulari propter sublimem illam doctrinam mirabiliter pascunt Ecclesiam, ut dicit Damianus tom. 2. serm. 21. ut merito eas in auro transcribi petierit S. Bonifacius Moguntinus Ep. 28. tom. 2. ser. 28. ad Eadburgam; Ioannis vero mirabiliter eandem erudiunt intellectu, & affectu: intellectu, semper n. sibi similis in diuinitatē, & Trinitatem oculos figit, charitatis encomio voluntatem inflammas. vnde merito Theologi, & dilecti vndique dilectissime spiratis nominibus insignitur.

Ad II. respondet quidam Nouatores, ut Beza, Catholicas, non canonicas dicēdas, eidem Illyricus subscribit. Sed contra, quia licet ab Athanasio, Amphionio, Nazianz. Clem. Alex. Catholicæ nuncupentur; tamen easdem quoque canonicas vocant Hier. prol. in has Epist. Anaclet. Ep. 2. Iunil. de part. diu. legis lib. 2. c. 6. Idactus aduersus Varimundum. Concil. Rom. sub Gelaf. Papa, &c. cur autem canonice, & catholicæ dictæ sint, non conuenit inter Catholicos. Oecumenius hic, & alij, catholicas dictas. i. vniuersales, aiunt, ut distinguerentur istæ à Paulinis Epistolis, quæ certis Ecclesijs, & personis destinatae sunt. Canonice autem, quod in Ecclesiastico canone registratur.

Sed hoc nō potest stare: nā ad certas personas sunt directæ, & tam hę, quā canonica Epistolæ, quæ sic inscribuntur, quam Paulinæ in Ecclesiastico canone recente sunt. Accedit, quod Epistola prior ad Corinthios nedum illis, sed & omnibus, qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum, & nostro, (quæ verba vniuersalitatem quādam redolent) scripta est, ut dicitur 1. Cor. 1. Respōdent alij, ut Carthusianus, &c. quod quamvis Paulinæ canonice dici possint, nihilominus hætalem sibi vendicarunt appellationem, vt sicut vnu suas author Paulus, ita nomen vnum illas designaret; quod est dicere, secundum aliquos, etiā omnibus alijs Epistolæ Catholicæ, & Canonice nomen conueniat; his tamen per appropriationem, & accommodationem tale nomē attributum sit, sicut fieri solet cum proprium nomen res nō habet, communī nomine nuncupatur. Et hęc est probabilis responsio. Alij dicūt Canonicas, & Catholicas dictas eo sensu, quo Epistolæ antiquitas à Concilij, & Episcopis missæ ad Ecclesijs, quæ & formatae etiam vocabantur, & à pacificis, seu commendatitijs litteris distinguebantur, de qua re lege Baronium 2. tom. annual. Canonice similiter dici solebāt, atque Catholicæ i. generales, alias Encyclicæ i. circulares; quia enim vniuersaliter destinabāt Catholicæ, quia vero canones Ecclesiasticos tradebant, Canonice dicebantur, vel quia in canones relati erant. Vnde Hugo exponit Canonicas dici, quia regulates; Catholicas, quia vniuersales. Hugonem alij sequuntur. Sed generalis causa ab istis assignatur non minus Epistolæ Paulinis conueniens, nisi ad appropriationem, & accommodationē recurratur, & ferè cum responsive præcedenti coincidit, quæ est probabilis responsio, & illi, & huic postrem sic explicatae subscribimus. Vel dicendum à maiori parte vniuersalitatis denominatas Catholicas, etiā Ioannis 2. & 3. ad vnum, vel vnam aliquam sint destinatae, Canonicas per appropriationem solo generis vocabulo expressas, ut de multis proprijs nominibus scribit Isid. 7. etym. c. 6.

Ad II. Philastrius p. 3. hęresi 40. numerat hoc ordine, Petri duas, Ioannis tres, Iude vna, Iacobi vna. In Germanicis Biblijs (quæ Lutherana videri voluerunt) putantes nouum afferre aliquid, Herbonenses, Caluinistæ hunc Philastrij ordinem recensent. Eusebius 2. hist. c. 22. & Niceph. 2. c. 38. Nazianz. carmine de sac. lib. Athanasius in synopsi hoc ordine enumerant, Iacobi vnam, Petri duas, Ioannis tres, Iude vna. Sed & Hieronymus hoc, quod in vetustioribus Latinis hoc modo dicendi disponebatur (vt quia Petrus primus erat Apostolorum, prius eius Epistolæ locarentur) iuxta codices Græcos correxit, sequens Eusebium, ut in prologo patet, quod ipsi attribuitur in Biblijs, his Epistolis Catholicis præfixo. At Innocentius I. primò tres Epistolas Ioannis, secundò duas Petri, mox Iude, ultimo loco Iacobi recēset Epistolā. Augustinus etiam, & Concil. Tridentinū illum ordinem, qui Hieronymo displicet, recensent, numerando primò duas Petri, secundò tres Ioannis, tertio Iacobi vnam, quartò Iude vna. Biblia vero Sixti V. primo loco Iacobi Epistolam, secundo Petri duas, tertio loco Ioannis tres, quarto loco Iude Epistolam connumerant; nec vulgata Cœcilijs authoritati derrahit; Concilium enim personarum dignitatem attendit. Nec quicquā obstat Hieronymus, Petrus enim Apostolus primus est dignitate, quē sequitur Ioannes dilectus, quem

quem Iacobus, qui & frater Domini, quem Iudas ultimo loco comitatur. Vulgata verò non quidem ea ratione, ut quidam putat primo loco Iacobum, mox Petrum, &c. ordinant, vt Lyranus, & alij, quod Iacobus primus omnium scriperit Epistolam hanc; nam hoc non est certum, sed oppositum est probabilius; nam saltem Epistola prima Petri scripta creditur anno Christi 45. licet secunda anno 67. Iacobus verò minor mortuus est anno 63. quare non propterea quod prius Petro mortuus fuerit, colligi potest prius scripsisse, sed ea ratione, quia Iacobus peculiaris Iudæorū Episcopus, & doctor duodecim tribubus descripsit. Petrus verò Proselytis. Ioannes immediate cōuersis ex Gentibus; quare seruata est dignitas personarum, ad quas Epistolæ sunt directæ, vt bene annotauit noster Hugo Cardinalis.

Ad IV. Quidam dixerunt factam esse prædicacionem illā in loco damnatorum, sic quidā apud Aug. ep. 99. Philastr. 3. p. h̄r. 73. Nazianenum orat. 42. de resurrect. ita vt omnes liberaret: sed hæc est hæresis manifesta. Alij temperarunt hanc sententiam, vt speciem Christi non viderint, sed prædicatis vocem illi increduli audierint, sic Clemēs Alexand. in com. extat tom. 1. Bibliot. veterum Patrum in hunc locū: hi autem fuerūt, vt dicit idem lib. 6. stromatum, qui ex lege, & philosophia benē, & moraliter vixerunt, eti fide destituti. Sed hoc est cōtra doctrinam Ecclesiæ, docētis, nulli aditum datum ad salutem, nisi ante quam ex hac vita discederet, credidisset, & legem Dei seruasset. Alij similiter, vt Isidorus Clarus hic, Carthus. 3. d. 22. q. 6. id temperant, ad inferos damnatorum descendisse, vt illos tantum argueret, atque conuineceret. Quidam verò tenent factam prædicacionem istam in melioribus inferorum locis, vt Purgatorio, vt dicit Turrianus 4. pro Epistolis Pontificijs, vel Limbo, vt dicit Catharinus, quem sequuntur Bellarm. l. 4. de Christo 13. cap. & alij, eamque prædicacionem nō ad conuersionem, vel exprobationē factam dicunt, sed ad lætam annunciationem afferēdam: vnde eo loco ista prædicatio Euangelismus dicitur, hoc est bona, & læta nunciatio. Incredulos autem dicitur facta, non vt Caluinus dicit, quod inter incredulos essent versati: sed quia ipsi increduli fuerunt, vel negatiuè habendo solum fidem implicitā, vt dicunt Oecumenius citans Gregorium, vel positivè non credentes Noe, vel Deo per illum iustitiae præconem loquenti; quos tamen ante quam mergebentur peccatorum pœnituit: vnde & in tex. dicitur: *Qui increduli fuerant aliquando; propter quod Hilarius in ps. 118. vocat eos sanctos in inferno quiescentes;* quos ab ijs locis liberari à spiritu, seu anima Christi fuit valde conueniens. Si verò prædicacionem istam in hoc mundo factam afferamus, tunc spiritus nomine non animam Christi oportet exponere, sed cum Augustino, Oecumenio deitatem intelligere necesse est, quia secundum nostrum modum intelligēdi pēgens, & veniens ad eos, qui tunc erant in corpore tāquam in carcere, & tenebris ignorantiae temporibus Noe, illi non credentes prædicauit interius arguendo, &c. sic docet S. Augustinus Epistola 99. quem sequitur fidus Achates S. Th. noster 3. p. q. 52. a. 2. sequitur etiam Payua lib. 2. pro Conc. Trid. Quare Beda indicat duplēcēm fuisse hielectionem: *Qui in carne conclusi erant;* vel qui in carcere conclusi erant; conclusos autem (vt notat Gagnavius) in carne, vocat

carnalibus desiderijs vehementer aggrauatos, conclusos in carcere, qui in hoc corpore tanquā in carce re concluduntur, de quo cupiebat erui Psaltes, dicens: *Educ de carcere animam meam.* Vnde hæc expositio præferenda est, cum c. sequenti S. Petrus iterū dicat: *Propter hoc & mortuis euangelizatum est, vt iudicēt ut quidem secundum homines in carne: viuant autē secundum Deum in spiritu, quæ verba melius secundæ, quā prioribus expositionibus cōueniūt: non enim spiritu viuere tunc cōperunt, qui vt bono Christi nuncio digni essent, ex hac vita viuificati iam discesserunt.* Voluit autē S. Petrus ostendere, quod sicut qui temporibus Noe, in spiritu per Noe prædicanti Christo, non crediderunt, aut pœnitentiam egerunt, ita qui nunc venienti ad nos in carnem Christo, non sunt baptizati, peribunt, propterea subdit: *Quod & vos nunc similis formæ facit baptisma.*

Ad V. Potius tot Patribus, & exemplaribus incorruptis credendum, quam quibusdam corruptis Græcis exemplaribus, vel Syriaco, quæ malunt sequi No uatores, vt vulgatam accusent: consultò autem ab infidelibus translatoribus omissa sunt, quia videbant eo testimonio unam Patris, & Filii, & Spiritus sancti diuinitatem comprobari, vt scripsit Hieronymus prolog. cit.

Ad confirmationem. Omessa à Patribus illis ea verba: sed in citando, vel disputando, quia alia testimonia, quæ maximè etiam contra hæreticos Arianos faciebant adduxerunt, vel quia illorum menti tunc non occurserent: signanter autem ad Augustinum respondetur, ea omessa, quia inutilem repetitionem obici cauebat; nam dicens: *Testes vero esse Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, quis Euangelio crediti, & dubitat, dicente Filio, Ego sum, qui testimonium perhibeo de me?* &c. Ioan. 8. & subiungens: *Hi sunt tres testes. & tres unum sunt, quia unus substantia sunt,* ne loca multiplicaret, locum de quo controverti mus, tantum innuens disertis verbis, omisit.

#### CONTROVERSIA VI. SPECIALIS.

*An etiam Deus sit author earum partium quorundam librorum sacrorum, & aliorum aliquot librorum, qui inter Deuterocanonicos, modo à Nouatoribus recensentur.*

D Einde conséquenter tractādum est de nonnullis partibus Euangeliorum, & nonnullorum librorum, de quibus olim apud quosdam Ecclesiasticos est dubitatum, & propterea in ordine Deuterocanonicorum olim à quibusdam relati sunt, & pertinaciter hodie à Nouatoribus recensentur.

Primo queritur de quibusdam capitibus Marci, Lucæ, Ioannis, an sint omnia Spiritu edita.

Secundo de Epistola ad Hébreos.

Tertio de aliquibus Epistolis Catholicis, secunda Petri, secunda Ioannis, Iacobi, & Iudæ.

Quarto de libro Apocalypsis.

# De verbo Dei scripto.

157

## ARTICVLVS PRIMVS.

An vltimum caput Marci, & historia sudoris sanguinei Christi Domini, Luc. 22. descripta, & historia mulieris adulterae, quæ habetur Ioan. 8. sint diuino Spiritu editæ.

## Postio Nouatorum.

**A**nabaptistæ caput vltimum Marci expungunt ex Euangeliō secundum eudem Marcum descripto, apud nostrū Sixtū Senensem lib. 7. h̄c. 3. 4. & 5. Similiter ex Luca inter cætera historiam sanguinei sudoris c. 22. descriptam, & ex Ioanne historiam mulieris adulteræ tanquam supposititia explodunt. Eadem historiam adulteræ Theodorus Beza in annotationibus super nouū testimoniū anno 1556. apud Robertum Stephanum reiecit, dicendo: *Ad me quidam, quod attinet, nō dissimulo, mibi meritū suspectum esse, quod veteres illi reiecerint.* Ineptè ergo Lambertus Dançus apud Andream Cidenium lib. 1. castigationis Dançanæ c. 7. ait: *Neminem saltem suorum, de partibus prædictis dubitare, ac proinde frustra questiones agitari, quæ nullam hoc tempore dubitationē habent;* præter enim manifestum mendacium, ignorantiæ arguitur; nec enim semper in tractatibus aduersus hæreses sole questiones agitantur, quæ cōtrouerruntur: sed & alia, quæ talium sunt appendices, & declarationes, & quæ ad docendum faciunt, ne difficultates, quæ magna torserunt ingenia, simplicibus possint esse offendiculo.

## Oppositiones eorundem.

**A**rguitur I. contra Marci partem: apochrypha enim ibi inserta videntur; nam Hieron. lib. 2. adu. Pelag. c. 6. ait: *In quibusdam exemplaribus Græcis iuxta Marcum scribuntur.* Postea cum accubuisserint undecim Apostoli, apparuit illis Iesus, & exprobavit incredulitatem, & duritatem cordis eorum, &c. & illi satisfaciebam dicentes: *Seculum istud iniquitatis, & incredulitatis substantia est, quæ non sinit per immundos spiritus veram Dei apprehendi virutem, idcirco iam nunc reuelata iustitiam tuam.* quas periodos, apochryphas esse cōstat. Et Euthymius in explicatione huius capituli statim post ea verba: *Nemini quicquam dixerunt: timebant enim, &c.* ait: *Quidam interpreum asserunt hoc in loco completum esse Marci Euangeliū: quæ verò sequuntur recentiorum, additionem esse: oportet tamen hæc explicare, cum veritati nihil repugnent.* Supposititia ergo in hoc capitulo ex his Patribus apparent inserta. Caietanus etiam super hoc cap. scribens, dubius esse videtur autoritatem Hieronymi ad Hebdibiam q. 3. scribentis sequens, ibi enim dicit Hieronymus: *Non recipimus Marci testimonium, quod in raris fertur Euangelijs, omnibus Græcia libris penè hoc capitulo non habentibus.*

II. Contra historiam sudoris sanguinei arguitur, nam Hil. 10. de Trinit. sic scribit. *Nec sanè ignorantum nobis est, & in Græcis, & in Latinis codicibus quæ plurimis, vel de adueniente Angelo, vel de sudore Christi sanguineo nihil scriptum reperi.* Ambigentibus igitur utrum hæc in libris variis aut defint, aut superflua sint, incertum hoc nobis relinquitur de diuersitate

librorum. S. verò Hieronymus lib. 2. adu. Pelagianos c. 6. ait, *In quibusdam exemplaribus tam Græcis, quam Latinis eandem historiam descriptam reperi, quem Caietanus sequens, ait. Aduerit, quod Hieronymus in cap. 22. Lucæ non reputat omnino certam hanc Angeli apparitionem, eò quod non inuenitur in omnibus codicibus Euangeliū secundum Lucam. Sed in quibusdam.*

III. probatur contra historiam adulteræ, quia Eusebius lib. 3. c. 33. sic scribit. *Papias aliam narrat historiam de muliere, quæ cum multorum criminum apud Dominum cōfessæ insimulata, &c. quæ quidem Euangeliū secundum Hebreos complectitur, &c.* Hieronymus in lib. 2. contra Pelag. c. 6. in Euangeliō, ait, secundum Ioannem. *In multis & Græcis, & Latinis codicibus inuenitur de adultera muliere, quæ accusata est apud Dominum. est Anabaptist. & Beza sic dicuntis.* Hieronymus quoque 2. contra Pelag. dicit hanc historiam in nonnullis codicibus non fuisse descriptam.

Confirmatur primò, quia hæc historia nec est apud Chrysostomum, neque Theophilactum. est Beza. Quin, & Nonnus Panopolitanus in paraphrasi Euangeliū Ioannis, hanc historiam, vt suspectam nullo carmine transtulit; & Euthymius ait. *In exactioribus exemplaribus, aut non inueniri, aut obelo confossa in eodem capitulo, eo quod illegitima videatur, & addita;* & huius argumentum est, inquit, *quod nullus eam sū interpretatus: inter hæc autem recenset historiam adultere.* Idem.

Confirmatur secundò, & est argumentum Beze; nam narratur in hac historia, Iesum solum fuisse relictum cum muliere in templo: nescio, ait, quam sit probabile, & quod digito in terra descripsérit nouū, & insolens videtur.

Tandem lectionis varietas facit, vt de totius historia fide dubitetur. Hæc ille.

## Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed cōtra est autoritas Ecclesiæ in Concilio Tridentino manifesta, dum integros libros cū omnibus suis partibus prout in Ecclesia Dei legi cōsuerūt, suscipit, & veneratur. Caput autē vltimum Marci legi solitum est ab antiquissimo, & immemorabili tempore, nempe diebus resurrectionis, & ascensionis; historia sudoris sanguinei fer. 4. hebdomadæ maioris; historia adulteræ Sabbathi post Dominicam tertiam Quadragesimæ.

II. probatur ex Patribus Græcis quantum attinet ad cap. vltimum Marci, Clemens Romanus lib. 1. constitut. Apost. c. 1. citat illud. *Signa autem eos, qui crediderint hæc sequentur,* idem testimonium citare Cassianus de Incarnatione lib. 7. c. 20. Gazæus in c. 12. Esaiæ. Prochorus illud. *Euntes in mundum uniuersum prædicate Euangeliū,* &c. idem citat Anastasius Synaita, Tatianus in Hist. Ioannis Apostoli c. 1. in Harmonia Euang. cap. 105. Illud, & predicauerunt. Iræneus lib. 3. c. 11. illud, *Et quidem Dominus Iesus postquam loquutus est.* Ammonius Alexandrinus in harmonia quatuor Euangeliorum de Apostolis dicit, quod Dominican opem semper circa se, ad eum modum quo prædixerat ille præsentem senserunt. Marci 16. Dionysius Alexandr. Epistola de tempore, quo Christus resurrexit, citat illud, *Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, &c.* Eusebius

bius lib. 10. c. 8. hoc idem testimoniu citat, similiter & Athanasius in Synopsi lib. 2. de Euangelio, secundum Marcum, & Cyrilus Hierosolym. categ. 14. & Nyssenus de Christi resurrectione oratione 2. & Victor Antiochenus in c. 16. Marci, Theophilactus in c. 26. Marci.

Ex Latinis verò Gregorius Primus totum hoc caput, vt diuinam scripturam duabus homilijs exposuit, similiter & Beda, atque Bernardus serm. 1. de ascensione Domini: ante ipsum Hieronymus idem caput à ceteris Euangelistarum dictis non discrepare mōstrauit. Petrus Chrysologus illud afferit serm. 83. *Recumbentibus illis undecim apparuit illis Iesus, &c.* Greg. lib. 6. in Iob c. 8. illud, *euntes, &c. predicate Euangelium omni creature.* Similiter & Prosper 2. de vocat. gentium c. 3. similiter Concil. Parisiense primum, Philippus presbyter ad cap. 37. Iobi, similiter Ambros. ad c. 2. Lucæ, & de Spiritu sancto lib. 2. Arnob. in ps. 36. Leo 1. Epistola 61. ad Theodoreum citat illud, *qui crediderūt, & baptizatus fuerit, saluus erit,* similiter & Hugo lib. 1. de sacram. fidei lib. 2. p. 6. c. 7. Tertull. de præscript. c. 30. dum dicit, *Apostolis dedisse Christum, virtutem eandem edendi signa quæ T ipse, ad illa verba allusit eiusdem capit. quæ sequuntur. Signa autem eos, quæ crediderint hec sequentur. ad quæ verba allusit Concilium Carthaginense Cypriani tempore sent. 37. vbi dicitur. Christū Apostolis mandasse. Ite in nomine meo manum impone, dæmonia expellite: sed clarius, & expressius citant Primasius in Apoc. lib. 4. c. 13. Hugo etiā serm. 5. institut. Monast. Fortunatus in vita S. Medardi c. 19. Petrus Cluniacensis lib. 2. contra Iudeos c. 4. Illud verò quod sequitur, *Et Dominus quidem Iesus postquam loquutus est discipulis, assumptus est, &c.* citat Hidelphonius Toletanus de virginitate cap. 7. & Rupertus lib. 10. de diu. offic. c. 8. Illud tandem, *Illi autem profecti predicauerant ubique,* citant Ruffinus in psal. 75. Alcuinus in c. 6. Ioannis, Ansbertus lib. 3. in Apoc. Angelomus 1. Reg. 2.*

Q V A N T V M verò attinet ad caput 22. Lucæ de sudoris Christi historia, vt diuinam agnoscunt sexta Synodus Constantinopolitana Act. 9. & Græci, & Latini Patres: Græci sunt Dionysius Areop. de cœlesti histori. c. 4. de Angeli confortatione meminit: sudoris sanguinei Iustinus Martyr dialogo cum Triphone, Tatianus harm. Euangelice c. 16. Hippolytus in ps. 2. Ammonius Alex. in harmonia, Athan. de beatitud. filij c. 6. negant Christum manducasse, & bibisse, sanguinem sudasse, anathema dicit Nazianzenus orat. 4. de Theologia, Epiphanius in Ancorato, Chrysostomus serm. Pater si possibile est, qui extat in 6. Synodo Constantinop. act. 10. Cassianus c. 25. collat. 5. Theodoreus dialogo 3. Basilius Episcopus Seleuciae oratione 3. de Lazari exsuscitatione, Titus Bostrensis in c. 22. Lucæ, Theophil. ibidem, Euthymius in c. 26. Matthæi, & p. 2. Panopl. tit. 20. Oecumenius in c. 2. Epistolæ ad Galatas. Latini autem sunt Hieron. lib. 2. contra Pelagia. c. 6. Ruffinus ad ps. 54. Aug. de consensu Euagelij. lib. 3. c. 4. Philippus presbyter lib. 1. in Iob. Eucherius Lugdunensis serm. Dominicæ infra octauam Nativitatis Domini, Prosper epigrammate 69. Cassiodorus in psal. 90. cum Remigio ibidem, Beda in c. 23. Lucæ, Anselm. in specul. Euangeli serm. c. 7. Rupertus Tuitiensis lib. 5. de diu. offic. c. 13. Bernardus de passione Domini c. 37.

Q V A N T V M ad historiam adulteræ, citant il- lam vt diuinam Græci Patres, Clemens Rom. lib. 2. const. Apostol. c. 24. Tatianus (cum erat Catholicus) harmon. Euang. Ammon. Alex. in harmon. Euang. Athan. in synopsi lib. 4. de Euangelio secundū Ioannem, Chrysost. hom. 60. in Ioannem. Latini Patres similiter eadēm vt diuinam allegant Calixtus ep. 2. Ambr. c. 1. posterioris apolog. David, & lib. 7. ep. 38. Hieron. in psal. 38. & 2. contra Pelag. c. 6. Ruffinus inuest. 1. in Hieronym. August. de adulter. coniugij. lib. 2. c. 6. & c. 7. & in ps. 50. & tract. 33. in Ioannem, Idacius adu. Varimandum Arianum, Chrysologus serm. 115. Leo I. serm. 10. de Passio. Euch. Lugdun. Sabbato post 3. Dominicā Quadrag. Prosper de voc. Gentium lib. 1. c. 8. Sedulius lib. 3. Paschali. Gelasius ad Andromach. Senatorem, Greg. Magnus lib. 1. in Iob c. 5. Ifid. Hispalensis de allegorijs noui testam. Beda in c. 31. Prosp. Alcuinus, Rupertus in c. 8. Ioan. Rabanus 3. in Exod. Nicolaus I. ep. 40. ad Carolum Regem, Bernard. in annuntiat. Dominicā serm. 3. Hugo de claustro animæ lib. 4. c. 33.

III. probatur ad hominem; nam Caluinus c. 17. §. 47. Institut. hoc vltimum caput Marci, vt par tem Euangeli admittit. Idemq; Caluinus in Ioannem, Bezan suū corculum, & hædillum, aliosq; congerones his verbis confudit: Constat, inquit, Græcis ignoratam fuisse. Non omnibus, Caluine. Itaque nonnulli conciūm aliunde assutam esse: sed quia semper à Latinis Ecclesiis recepta fuit, & in pluribus vetustis codicibus reperitur, & nihil Apostolico spiritu indignum continet, non est cur eam in vsum nostrum accommodare recusemus. Hæc ille.

Alter Caluinista Franciscus Nansius in notis ad c. 7. Paraphraseos Nonni super Euagelium S. Ioan. suos quoque Symmistas Bezan, & Daneum redar- guit, dū Eusebium, quem pro se allegabat Erasmus, explicat quomodo sit intelligendus, vt postea dice- tur in responsione ad authoritatem Eusebij.

Caluinus vt prober impie Christum in horto do- luisse, & mortem fuisse non de mortis temporalis timore, sed æternæ horrore, sic dicit: *Mox huius diri, & insoliti horroris certum argumentum fuisse sudorem Christi sanguineum.* Ut canonico, & legitimo ergo testimonio vitetur hoc loco, vt impietatem suam suaderet.

Erasmus, et si initio dubitare videatur de historia adulteræ, demum sic concludit: *Ex veris igitur hanc historiam adiectam esse, que iam authoritatem habet, non quod in apocryphis scripta fuerit, sed quod eam Papias à suo Doctore audierit. Quodque hanc Ecclesiæ consensus. vt Euangeli digna comprobauerit. Promde nos, quoniam iam ubique recepta est, præsertim apud Latinos, noluimus suo mouere loco, maximè cum & nos in uno quodam exemplari Gr.eco partem hanc scriptam reperimus, &c.*

#### CONCLVSIO CATHOLICA.

*Omnes supradictæ scripturae Euangelicæ partes, diuinitus inspiratae sunt.*

R Espondeo dicendum, sicut dicit Aug. lib. 11. c. 2. contra Faustum: *Si nihil aliud est, quod heretici affirant, scripturarum authoritate cōmici, nisi aliud di- cere, quam codices esse falsatos, quæ autoritas litera- rum*

rum aperiri, quis fater liber euolui, quod documentum cuiuslibet scriptura ad cōvincendos exeri potest; si hæc vox admittitur, si aliquius ponderis estimatur. Sicut autem, ut alicuiuslibet sacri recipie di, ad authoritatem Ecclesiæ configendi est, quæ ab ipsis fundatisi mis sedibus Apostolorum usque in hodiernū diem succedentib[us] sibimet Episcoporum serie, & tot populorum confessione firmatur, ut dicit Aug. ibidem, ita ad cōvincendos illos, qui dicunt: *Iste vir sanctus omnia vera scripsit, & liber eius hic non est. sed in eo hoc eius est. hoc eius nō est, superej[us]t recurrendum,* ut dicit ibidem Aug. vel ad exemplaria veriora, vel plurium codicum, vel antiquorum, vel linguam præcedentem, hoc ordine, ut plures paucioribus, vetustiores recentioribus præferantur. Et si abduc in illis est incerta varietas præcedens lingua unde codices trāslati sunt consulātur [vel quod maius est, ipsam] Ecclesiæ authoritas, cuius iudicium æquum est de toto libro, & omnibus partibus eius.] Cum ergo antiquiores codices, & plures has partes contrineant, omnes Ecclesiæ illas legant, omnes linguæ consentiant in illarum receptione, & Ecclesiæ decreto sint receptæ, hæresis manifestissima est eas repudiare.

### Solutiones oppositionum.

**A**D I. verum est in multis codicibus admixtas quasdam periodos apochryphas, & adulterinas, inter quas est illa obiecta in argumento ex autoritate Hieronymi; tamen illas non recipit Ecclesia, nec in emendationibus habebantur, quas meritò ex illis expungit: sic diuino sermone expurgato, integrum nunc illud caput Catholica recipit Ecclesia, quod tanquam diuinum plerique etiā ex hæreticis agnoscent recentioribus, ut Caluin. 1. instit. c. 17. ut dictum est supra. Ad aliud dictum Hieronymi, quod assertur ex Caiet. dictū est supra cōtrou. 5. speciali ar. 1. ad 7.

Ad II. non est mirum, si multi sancti Patres in multis corruptis, & mutilatis exemplaribus non videntes sanguinei sudoris historiam, nihil de illa statuere ausi sint: vnde et si propter hoc quoad illos minus notæ traditionis fuerit pars ista scriptura, non assertur præiudicium Ecclesiæ, quæ ex antiquioribus, & numero pluribus exemplaribus traditionem explorans, non à sacris libris resecandam, sed suscipiendam præcipit.

Ad III. Quidam apud Rogerium opus. de can. script. c. 27. (quos sequitur Bellar. lib. 1. de verbo Dei c. 16.) respondent, diuersam esse narrationem, quæ habetur in Ioānis Euāgelio, ab ea historia, quæ apud Papiam adulteræ cuiusdam factum narratur; & Eusebium non loqui de ea, quæ est apud Ioannem, sed de alia apochryphā muliere, cuius argumētum evidens, ait quidam, est, quia in Eusebio non habetur nomen, Adulteræ, vt patet in textu Græco, secundum versionē Christoforoni, qui sic vertit: *Aliam porro (Papias) narrat historiam de muliere, quæ multorum criminum apud Dominum esset insimulata, quam quidem Euāgelium secundum Hebræos complectitur, vbi nulla sit adulteræ mentio;* & hæc responsio probabilis est, & placuit quibusdam etiam Nouatoribus: Iunius de hac distinctione loquens, dicit: *Hæc vera, certaque distinctione est:* & Franciscus Nansi supra ad eandem distinctionem probandam, ponderat ex versione Christoforoni mulierem illam apud Papiam non

dici adulteram; verū licet ibi adulterij non fiat mentio, sed quod apud Dominū fuerit delata, & accusata multorum criminum, parum differt ab eo, quod legitur in Euāgelio: Magister, hæc mulier modò in adulterio deprebenſa est, & quæ adulterij rea accusabatur, multorum criminum quoque rea esse potuerit. Alij dicunt, Euāgelium ita secundum Hebræos, non esse illud Tatiani apochryphum, de quo apud eundem Eusebium lib. 1. Hist. c. 25. fit mentio (sic Senensis noster lib. 7. hæres. 5.) sed aliud, de quo idem scribit lib. 4. c. 29. quod olim in primiū Ecclesiæ in magna auctoritate fuit, eoq; vños Iudeos ad Christum conuerſos, etiā in canone nō esset constitutum; & de hoc Papiam meminisse, ac proinde nihil veritati obstare ex tali Euāgelio secundum Hebræos, hanc historiam haberit ut authenticam, quia Tatiani Euāgelium solū ut apochryphum reiicitur: sed hoc nō sufficit, nam de hoc Euāgelio secundū Hebræos, præter illud Tatiani, communis sententia est esse apochryphum, vel ad minus apud saniore partem DD. dubitatur: vnde incerta esset ex hoc cap. adulterij historia. Quare aliter respondendum est, Eusebium citantem illud Euāgelium, siue eadem, siue diuersa sit adultera, non propter ea negare nō esse veram historiam adulterij à Ioanne decriptam, imo ex hac citatione talis Euāgelij dicimus, Eusebium videntem fortè in multis exēplaribus Latinis, & Græcis deesse historiam hanc hæreticorum fraude, vel etiam priorum quorundam incuria, Papiam tanquam Ioannis discipulū allegante in eo Euāgelio, quod recipiebatur saltem à Iudeis conuerſis, ut eadē historiam comprobaret saltem ad hominem esse recipiēdam.

Hieronymi verba non sunt ea, quæ afferuntur à Beza, sed ista: *In Euāgelio secundum Ioāmem in multis & Græcis, & Latinis codicibus inuenitur de adultera muliere, quæ accusata est apud Dominum;* nunquā tamē dixit Hieron. multa fuisse Græca, & Latina exemplaria, quæ historiam istā nō haberent: licet autem hoc verum sit, non inferatur ex verbis Hieronymi: facero enim hanc consequentiā ex isto antecedenti, in multis Græcis, & Latinis codicibus inuenitur de adultera, &c. ergo multa sunt Græca, & Latina exēplaria, in quibus historia ista non habetur, est arguere pueriliter à particuliari affirmatiua ad negantem particularē, quod est ac si dicereatur, historia hæc in multis voluminibus est, ergo in multis voluminibus non extat.

Ad primam confirmationem. Si in Chrysostoma expositio talis non habetur: vel abrāsa est ab impījs, vel aliqua ratione perīj; nam Chrysost. hom. 60. in Ioan. ostendit malitiā Iudeorum, ut cum rogarunt, an liceret censum dari Cæsari, an lapidāda esset adultera, &c. vnde non videntes illā homiliā in suo loco, Theophila etus, Euthymius (qui compédiarij Chrysostomi fuerunt) non est mirum, si ipsi pariter omiserint. Sed dato, quod omiserint hi talē historiam tanquam minus perspectā traditionis rationem habentem, ideo omiserunt, non quod ex traditione nō esset, cum ex vetustissimis tām Græcorum aliōrum, quām etiam Latinorum Patrum monumentis satis abundē monstretur. Signanter autem Euthymio respondet, negando, quod non reperiatur ea pars in exactioribus exemplaribus. Nec quod fint obolo confossa, certitudinē infirmat, cum tantū arguat ista cōfossio, minus perspectā eius particulae traditionē.

Nec ex eo, quod nemo sit interpretatus, aliquid con-  
ficitur, alias multas non interpretatas partes oportet  
dicere non canonicas. Ad authoritatem Nonni etiā  
eodem modo respondeatur, quomodo ad preceden-  
tes Patres respondimus.

Ad secundam confirmationem. Non relatus est  
Christus solus cū muliere sola; verba. n. Euangelistæ  
sunt, Remansit solus Iesu, & mulier in medio stans,  
significatur autem exclusione illa, solum Iudicem, &  
reā mansisse, delatoribus, & accusatoribus Pharisæis  
abevintibus, remanserunt autem auditores, & specta-  
tores, in quorum medio adultera erat. Quod si pro-  
pter hoc non facit Bezae fidē hęc historia, quod solus  
Christus remansit cum muliere, iam historiā Samari-  
tanæ infirmat, in qua legimus, quod cum muliere  
sola loqueretur, Apostolis dimissis: si vidisset suam  
Candidam, vel sūm Audabertulum solam, vē solū  
loquētem cum solo, poterat aliquid salacissimum iste  
ex zelotypia suspicari, at Sanctum sanctorum solum  
cum muliere loquentem, admirari reverenter tantā  
maiestatem, ut Apostoli fecerunt in factō Samarita-  
næ debebat. Nec insolens fuit in terra describere  
illum, qui in tabulis lapideis primō descriperat.

Ad ultimam. Varietas codicum non debet dubi-  
tationem iniucere infringēd̄ veritatem historiæ, cum  
ex Augustino promptum sit remedium, nimitem, vt  
ex aliatarum regionum codicibus dubitatio adiudice-  
tur, quod si ibi codices variarent, plures paucioribus,  
veriusiores recentioribus præferrentur: et si adhuc  
esset incerta varietas, præcedens lingua vnde illud in-  
terpretatum est consuleretur, quod remedium ante  
vulgatę editionis promulgatam correctionem, Apo-  
stolica autoritate opus erat adhibere: nunc autem  
illam velle exigere ad alia exemplaria, vel ad fontes  
ipos, insignis est audacia acta agere, & iudicij Iudi-  
cem, & correctoris correctorem, atque censem  
constituere.

#### ARTICVLVS SECUNDVS.

*An Epistola ad Hebraeos sit diuinitus a Paulo  
Apostolo descripta.*

*Positio Hæreticorum.*

Scribit Epiphanius hær. 69. primū huius Epistolæ  
hostem fuisse Marcionem, qui eam cum Episto-  
lis ad Titum, & Trimotheum ē canone sacro truncav-  
it. Eadem teste Eusebio 3. hist. c. 29. Tatianus adhæ-  
rit. Rursus Arius, Aetiani, & Ariomaniti cum vide-  
ren (teste Hieronymo in præfat. Epist. ad Hebraeos,  
& Theodoreto) non posse resistere ijs, quæ de  
diuinitate Vnigeniti aperte dicta fuerant, ausi sunt  
totam Epistolam reiūcere. Erasmus Retorodamus  
nouitatis cupidus, vt viam sterneret ad infirmādam  
authoritatem huius Epistolæ, de authore cœpit du-  
bitare: hoc autem ante præstiterat Tertullianus lib.  
de pudicitia c. 20. qui etiā Epistolam accipiat, tamen  
non Paulum, sed Barnabam facit illius authorem.  
Ex veteribus hæreticis vim nouandi auditate deten-  
tus Lutherus in prima noui testamenti germanica  
editione subscripsit hanc Epistolam, dicens: Neque à  
Paulo neque à quoquam Apostolorum scriptam esset sed  
à docto quodam viro ex multis Patribus contexta, quam  
quam vere fidei fundamentum non ponat, tamen aurū

argentum lapides pretiosos commode superadificare.  
Igitur non debet impedire nos, inquit, quod ligna, frā-  
num stipula una miscantur. In posteriori vero editio-  
ne noui testamenti expressius separat hanc Epistolā  
à ceteris canonice scripturæ libris, sic præfando.  
Hactenus canonicos, & præcipuos scripturæ libros ha-  
bimus. Qui sequuntur, nō eandem, quam nunc, semper  
obtinere auctoritatem; & deinde assert hanc Episto-  
lam nec Pauli esse, nec alterius Apostoli, quod con-  
traria Apostolica doctrinæ tradat. Lutherum sequi-  
ti sunt sui, Brentius in confess. Vvitemberg. c. de sacr.  
scrip. Martinus Kempnius in examine sess. 4. Conci-  
lij Trident. Centuriatores centur. 1. lib. 2. c. 4. col. 55.  
& alij usque ad nouissimū Hunnum lib. contra Bel-  
larm. Sed & Anabaptiste, & Seruetani Lutheri col-  
laterales rami, eā pariter repudiarūt; testis est Senē-  
sis noster lib. 7. Bibli. c. 8. Caluinus vero in institut.  
impressa 1554. §. 8. 3. & c. 16. §. 25. et si cum Lutherū  
conueniat non esse Pauli, in numero tamen sacroru-  
librorum recenset cap. 8. vnde & in confessione Pos-  
siacensi a. 3. Caluinistæ, vt diuinam scripturam se re-  
cipere profitentur. Idem faciunt nouissimi Caluin-  
icolæ. sic Vvitakerus lib. cōtra Bellarm. cōtrou. 16. c.  
lib. primi exprimens suorum de hac re sententiam,  
inquit. De auctoritate nullius libri, qui pertinet ad nouū  
testamentum dubitamus, nec vero de auctore, præterquā  
Epistolæ ad Hebreos, de qua subdens ait. Cum auctore  
huius Epistolæ Spiritum sanctum intelligimus, & super-  
uacaneum est, tam anxie, ac curiosè de calamo quærere,  
& sine certo arguento aliquid affirmare temerarium.  
& ibidem ait. Si Lutherus, aut qui Lutherum sequi-  
sunt nonnulli alii et senserunt, aut scripserint, de quibus-  
dam libris noui testamenti nihil ita res ad nos pertinet,  
qui in hac re Lutherum nec sequimur, nec defendimus,  
quique meliori ratione ducimur: cum Vvitakero idē  
dicunt Franciscus Junius, & Danæus, quia tamen cō-  
tra Ecclesiæ sententiam veniunt, illam nō esse Pauli  
fatentes, et si ex parte in canonica auctoritate fatēda  
conuenient nobiscum, contra nos tamen sentiunt,  
Apostolum esse auctorem eiusdem denegantes.

Ex orthodoxis Caietanus vir alias de Catholica  
Ecclesia bene meritus, Erasmi nouitatibus nondum  
detectis (quæ est humana conditio deceptus) docet  
Epistolam ad Hebraeos non esse Pauli, & consequen-  
ter nec esse tanquam canonicanam recipiendam.

#### Oppositiones corundem.

A Rgitur I. quod ista epistola non sit canonica,  
& diuina. Prima ratio, quia nec Cypritanus, nec  
Arnobius, nec Lactantius ad Ecclesiastica dogmata  
probanda Epistolam istam citant. Quod si dicas esse  
argumentum negativum, & satis esse eos non con-  
tradicere, vel negare esse canonicanam. Contra, quia  
Eusebius lib. 3. c. 33. & 22. assertit. Epistolæ ad Hebraeos  
a nonnullis, & maximè in Romana Ecclesia contradici.  
& Hieronymus in c. 6. Esaiæ dicit, quod eam latina  
confuetudo non recipit, & in c. 9. idipsum repetit. at  
Hieronymum (ait Caluin.) nacti sumus regulam di-  
scretionis canoniconum librorum.

II. ratio, quia in Epistola huiusmodi multa contra  
fidem afferuntur, ergo non est canonica, antecedens  
multis medijs probarur. Primo, & est argumentum  
quorundam apud Philastrium de hęref. c. 89. quia in  
exordio eius Epistolæ Filius Dei vocatur, splendor,  
imago

imago substantię Patris, quorum neutrum certè substantia est: hoc autem esset ostendere Filium diuersum à Patris substantia. Quin, quod ibidem creatura filius dicitur cum expresse habeantur hæc verba. Heb. 1. *Tanto Angelis melior effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditauit.*

Idem antecedens secundò probatur à Luthero in processio in hanc epistolam, & à Magdeburgensis supra, quia c. 6. & 10. aperta verba habentur, quod semel ad Christum cōuersi, iterum si labantur, per se tristam etiam pœnitentiā non possunt recuperari, cap. enim 6. sic dicitur, *Impossibile est, eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cælestis. & participes facti sunt Spiritus Sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum. Viri tuesque facti venturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam.* & cap. 10. *Voluntarie. n. peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia.* & c. 12. dicitur, *Esa quæsiusse pœnitentie locum, & non inuenisse. idem argumentum à vetutis hereticis obiectum dicit Philaletrius.*

Idem antecedens tertio probatur, & est Caiet. arg. nam c. 9. huius Epistolæ dicitur. *In arca fœderis Iudaorum fuisse vnam quādam auream cum manna, & virgā Aaron, quæ frōderat, & tamē 3. Reg. 8. dicitur in arca fœderis non fuisse aliud, nisi tabulas lapideas, quas posuerat in ea Moyses in Oreb.*

III. ratio, quia in tali epistola multe sunt scripturarum extortiones, ergo non est canonica, & diuina; antecedens probatur à Caietano; nam Heb. 1. illa verba. *Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium, Christo adaptatūr, ita ut ex illis filius esse Deus probetur.* At hæc verba de Salomone, nō de Christo prolatæ sunt per Nathan Prophetam 2. Reg. 7. ita loquē tem, *Suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabore regnum eius, ipse adiudicabit domū nomini meo, &c. & ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium.* Quod argumento vniuntur etiam Anabaptista, & Seruetani apud Senensem supra. Quod si dicas sub vna littera esse plures sensus. Contra occidunt Prædicantes, vnum esse verum, & genuinum sensum scripture: fluctuū, ac dubio opus esse varijs interpretationis, ut ab uno deiectus, ad alterum se recipiat, secundum illud Paulinum. *Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes.* Hæc sunt initiantiae Hunnianæ.

Idem antecedens secundò probatur ab Erasmo, & Caiet. nam c. 9. locus ex 24. cap. Exodi legitur. *Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus, qui tamen non de testamento intelligendus est, sed de pacto, & fædere: nam in Hebreo illa vox Κατά pactū, non testamentum significat, cuius nominis vim author Epistola ad Hebreos non percipiens, vnum pro altero usurpanit, pactum nempe pro testamēto proprio dicto, de quo toto illo cap. loquitur.*

Secundum caput argumentorum, quod non sit Pauli; & primo, quia Tertullianus de pudicitia Barnabæ eam attribuit. Clementi, vel Lucæ, Clem. Alexander apud Eusebi. s. hist. c. 11. Origenes apud eundem lib. 6. c. 19. Hieronym. descript. ecclesiast. Theodoretus hic. Et idē Hieronym. docet satis esse asserere canonica esse, & nihil interesse cuius sit, *Cum si, inquit, Ecclesiastici viri, & quotidie Ecclesiasticæ lectione celebretur, ut dicit Epistola ad Dard. de terra promissionis. & in epist. ad Titum c. 2. Relege; ait, ad*

*Hebreos, Epistolam Pauli, sine cuiuscunque alterius eā esse putas, quia inter Ecclesiasticas iam est recepta. Satis ergo est asserere illam canonicam, et si de authore dubitetur.*

II. arguitur, quia ipse, vt assolet, nec epistolam suo nomine prenotauit, nec illud in eam quomodolibet inseruit. est Erasmi, Lutheri Magdeburgensium instantia. Quod si dicas, consultò à Paulo suppressum nomen, ne Hebreis scribens legem veterem abrogatam nominis mentione deterteret, vel inuidiam excitaret. Contra clamat Hunnius, qui nō est affigendum Paulo, quod occultādo nomen suum in falsam opinionem eos voluerit inducere, vt putarent esse alicuius alterius. Quod si dicas, fugisse tituli Apostolici appellationē, ne putaretur se velle æquari Dei Filio, quem Apostolam confessionis nostræ debebat appellare. Contra saltem debebat ponere nomen Pauli, titulo omisso. Amplius nomē Apostoli, vt potest iam diuulgatum, & per orbem celebre, non poterat finistram æquationis cum Dei Filio suspicionem Hebreis conuersis cōcitat. Vnde sicut cæteri Apostoli liberè vtebantur Apostoli appellatione, nec Paulus abstinere debebat; & tandem non debebat Paulus summum Sacerdotem in Actis Pontificem vocare, quia Christum Pontificem erat appellaturus. Hæc Hunnius.

III. arguitur. Omnes Epistolæ Pauli fuerunt notatae peculiari signo, quo cognoscerentur à Paulo dimanasse. Epistola ad Hebreos non fuit notata tali signo, ergo non est Pauli Epistola. Maior extat 2. Thessal. 3. *Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omnī Epistola.* Est argumentum commune eorum, qui hanc Epistolam à Paulo editam fuisse negant, & in hanc formam ab Hunnio proponit.

IV. Author huius Epistolæ plausibili sermone Rhetoticæ scribit, & splēdidiōri stylo, quā quod Paulus scripsit, aut loquutus fuerit, ipso de se testante 2. Cor. 11. imperitum esse sermone, nō autem scientia. Est argumentum eorum hæreticorum apud Philastrium, & commune Nouatorum. Insuper non Hebraico sermone, sed Græco descripta fuit, ergo si Hebreus Paulus ad Hebreos descripsisset, Hebraica potius lingua, quam Græca scribere debuisset. Antecedens patet, quia semper sequitur in citationibus locorum veteris testamēti editionē Septuaginta Interpretum, nec curē illi fuisse, voces illas Hebraicas Melchisedech, & Salem interpretari; signū est ergo Græcæ scripsisse, nam alias interpretationes Hebraicæ nugationes fuisse, perinde ac si diceremus, Salem, ipsum Salem significare.

V. arguunt communiter supradicti, præsertim Magdeburgenses; nam author huius Epistolæ à discipulis Domini edictum se fatetur, dicens cap. 2. *Quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem, quæ cum initium accepisset enarrari per Dominum ab eis, qui audierunt, in nos confirmata est;* & tamen Paulus Gal. 1. *Se neque ab homine, neque per hominem accepisse Euangelium profitetur, sed per reuelationem Iesu Christi.*

Quod si dicas, Apostolum nō de se, sed de sui temporis hominibus loquentem, non se exceperisse modeſtia causa, generalem enunciationē profetans, sicuti Isaia quoque fecit, dicens cap. 64. *Facti sumus ut immundus omnes nos.* & iterum: *Non est qui inuocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te.* Contra insurgit

Hunnius. Quia disertissimè loquitur, author Epistolæ de se quoque dicens: *In nos confirmata est, vocula illa nos*, seipsum comprehendens, & Hebræos, ad quos scribit.

Quod si dicas secundò, confirmatum quoque Paulum miraculis, quæ ab alijs Apostolis patrabantur, & sensus est, salutis prædicationem, & apud se, & apud Hebræos illis confirmatam: non autem in doctrinâ, & verba, seu fidem, quemadmodum erât iij, ad quos scribebat, qui instituti, & eruditæ, & confirmati sunt doctrina eorū, qui audierunt. Contra insurgit idem, quia Paulus non plus confirmatus est miraculis reliquorum Apostolorum, quam hi per ipsius miracula, Act. 15. & 21.

VI. arguitur, quia ultimum cap. huius Epistolæ dicitur: *Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum, cum quo (si celerius venerit) video vos;* non est autem verisimile, Paulum clapsurum è manibus Hebræorum, & forum eorum declinantem, & Cæsarem appellantem, de reditu ad eosdem cogitasse, aut (maxime) Agabo prophetante illi afflictiones obuenturas in Hierusalem, &c.) vt ostenderet per hanc reversionem se clapsurum ab hostium manibus, quasi persecutionem timeret.

Ultimo non est verisimile, Paulum ad Hebræos litteras misisse, qui non Hebraeorum, sed Gentium erat Apostolus destinatus, & cō magis, quod erat illis infensus, tanquam Synagogæ eversor: si ergo Paulus non est huius Epistolæ author, cui tribuatur incertum etiam erit, ac proinde inter apochrypha numeranda veniet.

#### *Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.*

**S**ed contra est I. authoritas scripturæ, 2. Petri 3. *Et Domini nostri longanimitatem, salutem arbitrenni, sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis;* certum est autem ex Patribus multis (vt Hieron. de scriptor. Athanas. in Sinopsi, Dydi. in commen. Euseb. 13. hist. c. 3. & 4. Oecumen. in hunc locum, quos sequuntur Catharin. Caiet. Arias, Titelm. Salmeron.) Petrum Apostolum fidelibus ex circuncisione, seu Hebrais dispersis Christianis, tam primam, quam secundam Epistolam descripsisse: in prima autē dicitur: *Petrus Apostolus Iesu Christi electis aduenis dispersionis Ponti, &c.* In secunda dicitur c. 3. *Hanc ecce vobis charissimi secundam scribo Epistolam;* idē ergo Hebreis scripsit Petrus ipso testate, quibus scripselat Paulus: Si vero cum alijs Interpretibus Epistolam Petri scriptam tam ad Gentiles, quam Iudeos dispersos, sive nativos, sive proselytos Iudeos factos, sed postea conuersos ad Christum asserimus: Epistola quoque Pauli ad Hebræos satis indicatur per distributionem accommodam, & respectiuē.

Dices ad Gétiles solos esse has Epistolas Petri scriptas; nam S. Petrus illos, ad quos scribit aduenas vocat, quod vocabulum aduenæ non potest competere dispersis Iudeis per Pontum, &c. præsertim cū S. Petrus periphrasim aduenarum Gentibus accommodet Act. 2. & Paulus Eph. 2. dicens: *Iam non eritis hospites, & aduenæ.*

Sed hoc nihil est: nam re vera Iudei illi conuersi, sicut electi dicebantur ex vocatione ad Christum, ita

aduenæ dici poterat ex dispersione, & peregrinatione ad alias Provincias propter odium, & persecutionem Iudeorum. Periphrasis autem illa, quod gentes aduenæ vocentur, propositum confirmat; nam sicut illæ iam conuersæ non dicebantur amplius aduenæ, sed ciues sanctorum, ita & Iudei quoque ex conuersione infidelitatis ad Christum, non aduenæ, sed ciues dicti sunt: sed ita vt pro Christo, patrio solo pulsis, corporaliter aduenæ fierent ex dispersione.

Dices rursus, non potuisse has epistolas Hebrais esse descriptas, quia ad quos scribit, dicit redemptos à vana conuersatione paternæ traditionis, quæ qualis fuerit, describitur 1. Petri c. 4. *Sufficit enim præteritū tempus ad voluntatem gentium consummandam his,* qui ambulauerunt in luxuriis, &c. & subditur. Et illicitis idolorum cultibus; at qui fuerunt dediti idolatriæ, gentes fuerunt.

Sed hoc nihil est: nam & Iudei quoque idolatriæ quidē fuerūt: vel respectuē ad Gentiles loquebatur, vel proselytos dictos, quibus ex tex. Graeco dicente, [Sufficit nobis ημεῖς, præteritum vitæ tempus, &c.] Petrus se annumerat, vt reprehensio, & admonitio eius libentius recipereatur, vt dicit noster Caietanus. Vel ea verba Petri referri possunt nō quid fecerint illi, ad quos scribebat, sed quid facere consueverint, qui habendas delectationibus corporalibus laxant, vt etiam in idolatriam incurvant. Dici potest tandem, cultus idolorum nomine intelligi omnem idolorum venerationem veram, vel putativam; de qua dixit etiam Paulus 1. Cor. 10. *Fugite ab idolorum cultura,* taxans illas idolatriæ superstitiones, quibus vel sapientes Iudei ad Gentiles conuersi comedentes de idolothytis, offendiculū erant infirmis, vt essent idolatriæ putatiū; vt indocti, & infirmi verè idolatriæ erant, edendo in idoli veneratione, &c. vt in eo loco dicit S. Th. & hoc optimè S. Petri proposito quadrat, qui talem idolatriam fungit commissationibus, &c.

Quod si dicas tandem eos, ad quos scribit Petrus 1. Epist. c. 2. vocari genus electum, &c. eosque de tenebris vocatos in admirabile lumen suum, illisque adaptat illud Osea 2. *Vocabo non plebem meam, plebem meam, dicens, qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei,* &c. quæ omnia ex communi Patrum sententia solis Gentilibus conueniunt.

Sed hoc nihil est: nam si ea verba tantum pro Gétibus dicta restringamus, faciunt distributionē accommodam, vt dictum est: si vero extendamus ea ad Iudeos, virisque conueniunt, & nulla est difficultas. Posse autem ad Iudeos extendi, patet ex prophetia Danielis, nam c. 9. dicitur, *Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est.* & Apocalyp. 2. dicitur. Blasphemaris ab iis, qui se dicunt Iudeos esse, & non sunt: sed sunt synagoga satanae. Igitur cum desierit populus Iudeus esse Dei populus, qui conuersus est populus ex non populo factus est populus, & è tenebris vocatus est in admirabile lumen veritatis, non minus quam cœca gentilitas; & utrique populo descripsit Petrus in unum populum coalescentem, cuius Princeps constitutus à Christo fuerat; quamvis specialiter ad Hebreos Apostolus destinatus eos principaliter alloquatur.

II. probatur ex decretis Summorum Pontificum, & Conciliorum, vt diuinam, & Pauli partum agno-

agnoscentium. Pontifices sunt Innocentius I. Epistola ad Exuperium: enumeras enim libros canonicos, ait. *Noui testamenti libri. Euangeliorum libri quatuor. Pauli Apostoli Epistole quatuordecim, &c. idem Gelasius Papa supra Epistola, inquit. Pauli numero quatuordecim, ad Romanos una, &c. ad Hebraeos una. Sed & multi alijs Pontifices ex h: c Epistola testimonia tanquam diuina citarunt.* Clemens Rom. ep. 1. illud citat, *Sine fide impossibile est placere Deo. Hebr. 11. Euaristus ep. 2. illud, Non est creaturaulla inuisibilis in conspectu eius. Heb. 4. Hyginus illud Heb. 2. In eo enim, in quo passus est ipse, & tentatus, potens est & eis, qui tentatur auxiliari. Soether ep. 1. illud Heb. 1. Multifariam, multisq; modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis. Vigilius epist. ad Auxanum illud Heb. 5. Nec quisquam sibi sumit honorem. Gregorius 1. lib. 9. mōr. c. 10. illud Heb. 1. Nonne omnes sunt administratorii spiritus. Martinus I. illud Heb. 11. Credere enim oportet accedenter ad Deum, &c. Gregorius III. ad Germanum Constantinopolitanum illud Heb. 9. Cherubim gloriae obumbrantia propitiatorum. Adtianus I. epist. ad Constantiū & Irenen. illud Heb. 11. Adorauit fastigium virginis eius. Nicolaus I. epist. 1. illud eiusdem cap. Est autem fides sperandarum substantiarerum. Leo IX. ep. ad Michaelm Imperatorem illud Heb. 12. Pacem sequimini cum omnibus, &c. Innocentius III. in ps. 6. Pœnitent. illud Heb. 4. Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris.*

Concilia expressè id ipsum definiunt, vt Florentinum, & Tridentinum, sed & antiquiora Concilia ex hac Epistola tanquam diuina assumunt testimonia. Cœciliū Nicenū videtur innuere (vt dicit S. Th. prologo in hanc Epistolam) hanc Epistolā pro canonica habuisse, dum ait, *Ante Concilium Nicenū quosdam dubitasse an ista Epistola esset Pauli: sed & in eodem Concilio in responsive quadam Episcoporum, Philosopho cuidam cōtradicēti per Leontium data, illud citatur Hebr. 4. Vbius est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, &c. Concilium Ephesinum in declaratione primi Anathematismi Cyrilli illud Heb. 2. citat, Nunquā enim Angelos apprehēdit: sed semē Abrabæ apprebendit, &c. Concilii Constantinopolitanū Aet. 1. illud Heb. 13. Obedite præposuis vestris. Nicenū 11. act. 6. illud Heb. 1. Qui cum sit splendor gloriae, & figura substantiae eius. & illud Heb. 11. Fide intelligimus apta esse secula verbo Dei. Concilium Lateranense consult. 5. illud Heb. 5. Exauditus est pro sui reuerentia. Concilium Laodicenū c. 58. inter quatuordecim Epistolas canonicas Pauli eam pariter ad Hebraeos enumerat, sic & Concilium Carthaginense 3. sic & Arausicanū, Fidem, inquit, quam in ipsorum laudem prædicat Apostolus Paulus 1. Heb. 11. Non per bonum naturæ, sed per gratiam Dei credimus suisse collatam.*

Kespondeat Hunnius, testes istos non moramur. Sed si proceres spernuntur, æquius est, vt mirionum istorum voces prædicanticas, & ampullosa verba, multò minus appendamus.

III. probatur ex Patribus Græcis, & Latinis. Dionysius Areopag. Epistola ad Titum ad cap. 5. ad Hebraeos respexit, dicens, quod beatissimus Paulus solidi veraciter cibi à sapientia accepti consortium, & participium tradit. Iustinus q. 99. dicit de lephte, quod in Epistola ad Hebraeos ab Apostolo in piorum

recensetur catalogo.

Clemens Alex. lib. 6. strom. c. 2. vt Pauli testimonium citat illud Hebr. 5. Rursus indigetis, vt doceamini, que sint elementa exordii sermonum Dei. & lib. Hypotyposeon, Manifeste, inquit, est Pauli hæc Epistola, scripta quidem Hebreo sermone tanquam Hebreis, sed à Luca in Græcum interpretata.

Origenes hom. 9. in Exodum citat, vt Paulinum testimonium illud Heb. 9. Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra. Hom. 2. in Leuit. illud Hebr. 5. Omnis namque Pontifex ab hominibus assumptus. Hom. 7. in Num. illud Heb. 7. Nihil enim ad perfectum adducit lex. Apud Euseb. lib. 6. cap. 19. dicit, quod nō temere veteres eā Pauli esse tradiderūt.

Dionysius Alex. epist. ad Fabium Antioch. de quibusdam narrat, quod rapinam bonorum suorum similiter cum illis, quibus Paulus illustre testimonium dat, cum gaudio suscepserunt.

Euseb. Cœsar. lib. 3. c. 32. expresse dicit, quod cum Paulus Epistola ad Hebraeos erudiendos patro sermone litteris mandauisset, eam alij quidem Lucam Euangelistam, alij istum ipsum Clementem Græcis litteris interpretatum esse affirmant.

Alex. Alexandrinus Epist. ad Alexadrū Episcopum Cœstantinopolitanum illud citat Heb. 1. Quem constituit heredem uniuersorum, &c. Athanasius illud. Qui cum sit splendor gloriae. & dial. 3 de Trin. a. t. Ex quo annunciatum est Euangelium Christi credita est Epistola ad Hebraeos esse Apostoli Pauli.

Didymus Alexand. 1. de Spiritu sancto. Paulus, inquit, in Epistola quam ad Hebraeos scripsit de Psalmorum volumine testimonium proferens à Spiritu sancto id dictum esse commemorat.

Ephrem Syrus lib. de patientia illud Heb. 12. citans dicit. Rursus que Apostolus dicit. Quod si extra disciplinam effis, &c.

Basilius de Spiritu sancto c. 6. ait. Et Paulus Spiritu sancto afflatus testificatus est de Christo, quod est in dextera Dei & Patris, &c. Heb. 1. & illud quod sit splendor gloriae in epistola 43. quia est ad Greg. Nisanum. & psal. 109. de sacerdotio secundum ordinem Melchisedech, ait, Quod nec finem, sicut Paulus dicit, nec initium habuit.

Amphiloch. carmine Iambico de canonis scripturis, ait, Que verò ad Hebraeos nostra esse dicitur plerisque, sed male, nam germana grata est.

Nazianzenus carm. de script. libris ait, Deinceps bis septem Pauli numerato libellos. & idem oratione 21. quæ est in laudem Athanasij, citat illud Heb. 4. Habentes ergo Pontificē magnum, qui penetrauit cœlos. & orat. 36. quæ est 2. oratio de Filio illum locū, quæ Eunomiani adducebant Heb. 7. Semper viuens ad interpellandum pro nobis, acceptat, & exponit.

Nissen. orat. 2. de Christi resurrectione dicit, Quapropter etiam Paulus Hebreis scribens dicebat: Non enim in manuacta sancta Iesus introiuit. Heb. 9. & lib. de vita Moylis, quod de propitiatorio exponit Paulus, Heb. c. 9. allegat.

Epiphanius hæres. 59. Et propterea etiam per ipsum Apostolum hic rursus dixit, eum verò qui paululum immutatus est infra Angelos, &c. Heb. 2. Theophilact. Alex. ep. 3. Paschal., vt Paulinum testimonium illud assumit, Quorum considerantes exitum conuersationis imitamini fidem. Heb. 13.

Chrysost. in comm. in Epistolam ad Heb. vt Pauli Epi-

Epiſtolam agnoscit ſubdens, Papè quanta eſt Apoſtolica ſapienția, imò verò non Pauli, ſed Spiritus ſancti eſt admiranda gratia? oratione 4. contra Iudeos ex cap. 1. eiusdem Epifolæ ſumit teſtimoniu[m] illud, Multifariè, &c.

Cyrillus Alex. de recta in Deum fide ad Theodoſium, illud Hebr. 2. citat, Quia ergo pueri communicauerunt carni, & ſanguini. & de recta in Deum fide, ad Reginas, illud Heb. 1. Cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, Et adorent eum omnes Angeli eius.

Theodoreſus q. 6. in Gen. Cum diuinus ille Paulus dicat (de Melchizedech) ſine patre, ſine genealogia, qui veritatē huius rei noſſe potest? & in argumento Epifolæ ad Hebraos dicit, Ariano morbo laborare, qui aduersus litteras Apoſtolicas furiant, & Epifolam ad Hebraos à reliquis ſeparant.

Procopius in Leuit. fol. 340. Quapropter haud immerito Paulus in Epifola ad Hebraos inquit, Deus eſt ignis consumens.

Maximus de virtute, & vitio centur. 2. c. 1. Diuinus, & ſummus Apoſtolus definiens quid ſit fides, ait, Fides eſt ſperandarum, &c.

Ioannes Damasc. orat. de Transfiguratione, ait, Vmbram (ut ex Paulo audire licet) futurorum lex habens, &c. & orat. de natu. Verè enim, etiam ut diuino Paulo placet Heb 6. Abrahæ promittens Deus, quando neminem habebat, per quem iuraret, &c. & oratione de imaginibus dicit, Adverte diligenter non mea verba, ſed Spiritus ſancti, qui per S. Paulum dixit, Multifariam, multisque modis, &c.

Theophyl. in argumento commentarij in Epif. ad Hebr. Etiam ſi Paulus ad gentes emandatus eſt preceo ad Hebraos, tamen etiam ſcribit.

Ex Latinis Lucifer Caralitanus, adhuc Catholicus, antequam pernicioſo ſchismate, à reliquo Ecclesiæ corpoſe ſe ſepararet, lib. de non conueniendo cum hæreticis, illud citat, Et Moyses quidem fidelis in tota domo ſua, mox ſubdens, Quis tam ſtultus, ut cum hec legerit, hæc acceperit ab Apoſtolo, diſerens fidem Apoſtolicam, fuſcipere temet hæretim?

Hilarius in pf. 129. illud Heb. 1. quod Angelii ſunt administratorii ſpiritus miſi propter eos, qui hæreditatem captiū ſalutis.

Ambros. de fide c. 7. illud citat Heb. 2. Nunc autem ne cdum videmus omnia ſubieclā ei. 4. de ſacr. c. 1. citat cap. Heb. 9. vbi dicitur, quod Sacerdotes frequenter in primum tabernaculum intrare conſueuerant, in ſecundum ſemel in anno ſummus Sacerdos.

S. Hierony. epift. 126. testatur, quod Epifola ad Hebraos omnes Græci recipiunt, & nonnulli Latinorum, & 129. ad Dardanum hæc Epifola, inquit, Que ad Hebraos inſcribitur, non ſolū ab Ecclesiis orientiis, ſed ab omnibus Ecclesiis, & Græci ſermons scriptoribus quaſi Pauli Apoſtoli fuſcipi, &c. deinde iſerente quorundam Latinorum oppoſita ſentētia, subdit, pari ratione argui à Græcis, nec debere fuſcipi Ioannis Apocalypſi. Quid verò ipſe ſentiat referens subdit, Et iamen nos viraque fuſcipimus, nequaquam huīus temporis coſuetudinem, ſed veterum ſcriptiorum auhoritatē ſequentes, qui plerumque viriusque abutuntur teſtimoniis, non ut interdum de apochryphis facere ſolent (quippe qui & gentilium litterarū raro viuntur exemplis, ſed quaſi canoniciſ, & Ecclesiasticis. Epifola ad Euagrum. Quamquam ait Apoſtolas in Epi-

ſtola hæc ad Hebraos apertissime definiat, non Abrahæ fuſcepiffe à Melchizedech decimas diuitiarum eius, ſed de ſpoliis hoſtium partem accepiffe Pontificem.

Ruff. in ſymbol. Apoſt. quatuordecim Pauli Epifolas numerat, &c. ibidemque vt Pauli dictum citat teſtimoniu[m], Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt, &c. Heb. 11.

S. Auguſt. de doctriña Chriſtiana lib. 2. c. 8. quatuordecim quoque Epifolas Pauli numerat ad Romanos vnam, &c. ad Hebraos vnam de reſtituſione cath. cōuerſat. illud citat Heb. 13. Fornicatores enim, & adulteros iudicabit Deus. In Enchirid. ad Lau. c. 8. teſtatur, quod Epif. ad Hebr. viſi ſunt illuſtres Catholice & Eccleſie deſenſores, & ex eadem fidei deſenſionem aſſumit. Heb. 11.

Eucherius de qq. noui teſtam. illam quæſitionem diſſoluit. Quid eſt, quod fide Iacob moriens ſingulos filiorum benedixit, & adorauit fastigium virgæ eius? Heb. 11.

S. Prosper de promiſſio. & prædictio. p. 2. c. 7. illud citat, Offeramus ſacrificium laudis ſemper Deo. i. fructum labiorum, &c.

Vigilius Tridentinus 5. contra Euthy. illud citat Hebr. 3. Conſiderate Apoſtolum, & Pontificem confeſſionis noſſra Iefum. & illud Heb. 2. Tanto Angelis melior effectus, quanto differētius præ illis nomen accepit.

Fulgentius lib. 1. ad Monimum c. 9. illud Heb. 13. Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium, &c. & respon. contra Arianos, illud Hebr. 6. Abrahæ namque promittens Deus, quoniam nemine habuit, per quem iuraret maiorem, &c. & lib. 2. ad Traſimundum Regem c. 8. illud Heb. 4. Viuus enim eſt ſermo Dei, & efficax, &c.

Eandem denique, vt Pauli agnoscūt Iſid. 6. etym. c. 1. Hidelphonsus Tolet. de virgin. S. Maria c. 10. Beda, Haymo, & Hugo in præfationib. Epifolæ ad Hebr. Rabanus de Institut. cler. cap. 53. idem de vniuerso lib. 5. cap. 3. Petrus Damianus epift. 5. Rupertus Tuitiensis de diu. off. lib. 5. c. 15. & lib. 3. c. 2. Bernardus in psal. Qui habitat ſerm. 9. & in partibus sermonibus 57.

IV. probatur rationibus. Prima, & eſt Oecumenij in argumento Epifolæ ad Hebraos, Teſtatur in ſequētibus Epifola quoque quod Pauli ſit, ex eo quod dicit, Etiam afflictionum, que ex vinculis meis contigerunt, participes fuſtis. & cum dicit, Magis preceſſimi, quoniam celeriū reſtiuar vobis. Præterea, cum ait, Fratrem noſtrum Timotheum dimiſi, cum quoſi celeriū veneſit, videbo vos: certum eſt autem, & eſt eiusdem, quod nemo præter Paulum dimiſerat Timotheum in miniftrium, atque hunc celeriū expectans ſuum, ac illius pollicetur illis aduentum, quemadmodum frequenter facere ſoleat. Hac ex Oecumenio.

Secunda, & eſt Theodoreti, quia ſi nulla alia eſſet ratio temporis diuurnitas ſufficere deberet, quo hæc Epifolam in Ecclesiis perpetuò legerunt alumni veritatis: ex quo enim litterarū Apoſtolicarū Ecclesiæ fuerunt participes, ex illo etiā Epifolæ ad Hebraos utilitate percipiunt. Et conſirmatur hæc ratio ex eo quod post Theodoreti tempora vniuersalis Eccleſia ſub nomine Pauli legit illam Epifolam in nocte Natiuitatis Dominica: in communi Martyrum, &c. uſque in præſentem diem.

Vltimo arguitur ad hominem. Nam Hunnius in excuſione Fracoſarti apud Ioannem Spies 1586.

idem

Idem in exegesi Epistole ad Hebreos sic scripsit, Quanquam in primitiva Ecclesia dubitatum fuit per quē ex Apostolis, vel Apostolorum discipulis hoc Epistola esset scripta: tamen ipsius rei, ac materie sublimitas, & tractationis modus, atque ratio luculentier arguit eam à spiritu Dei dictatam, inspiratamq; esse cum nullus sit in novo testamento liber, in quo Christi officium, & sacerdotium solidius docetur, & splendidius illustratur. & paulò post, Nihil igitur vspiam in hac Epistola est, quod non ad Apostolicā veritatem pulcherrimo consensu quadret. Porro sufficiat nobis, quod eam à Spiritu sancto profectam scimus, etiam si de mediotate auctore non perinde constet, quemadmodum neque certo nobis constat, quibus auctoribus libri Regum, & Paralip conscripti sint, nec tamen eorundem auctoritati quidquam detrahitur.

Sed Franciscus Junius sic dicit, Evidentia & sententias, & verba Pauli esse non dubitauerim: stylum vero respectu eorum variari, ad quos scriebatur, eodem consilio, quo & nomen dissimulari modo dicebamus; dixerat autem supra hac sui nominis dissimulatione infirmis consultum voluisse.

### CONCLVSIO CATHOLICA.

*Epistole Sancti Pauli ad Hebreos diuinitus est inspirata.*

R Espondeo dicendum sicut dissetebat August. lib. 32. contra Faust. c. 21. cum Manicheis, Hic iam si queratis à nobis, nos vnde sciamus Apostolorum esse has litteras: Breuiter vobis respondemus, inde & nos scire vnde & vos scitis illas litteras esse Manichaei. Lutheri, Caluini. Si enim & hinc vobis aliquis moueat questionem, & scrupulum contradictionis impingat, dicens, Libros, quos profertis Manichei, Lutheri, Caluini, non esse Manichei, Lutheri, Caluini. quid facturi estis? nonne potius eiusdem deliramenta ridebitis, qui contra rem tanta connexionis serie confirmatam impudentiam huius vocis emitat? sicut ergo certum est, illos libros esse Manichei, Lutheri, Caluini, & omnino ridebodus est, qui ex transuerso veniens tanto postnatus litem vobis huius contradictionis intenderit, ita certum est Manicheum, Lutherum, Caluinum, vel Manicheos, Lutheranos, Caluinianos, esse ridebudos, vel detebudos, qui tam fundit & auctoritati a temporibus Apostolorum usque ad hæc tempora certissimis successionibus custoditæ, atque perductæ, audeant tale aliquid dicere: cum ergo inter tales litteras Apostolicas Epistolam ad Hebreos à primæuo Apostolorum tempore certa successionis serie, ut patet ex dictis, sit perducta, & à Paulo editam fuisse semper successores Apostolici testati fuerint, nedum diuino spiritu edita: sed Paulum quoque eiusdem scriptorem exitisse dicendum est, vnde Aug. de peccatorum meritis, & remissione c. 27. sic scribit. Ad Hebreos quoque Epistola, quamquam nonnullis incerta sit, tamen quoniam legi quodammodo huic nostræ de baptismo parvulorum contraria sentientes, etiam ipsa quibusdam opinionibus teste adhibere voluisse, magisque me mouet auctoritas Ecclesiastis orientalium, quæ hanc etiam in canonice habent. & primo in eodem capite præmisit, Iam nūc attende ad hanc rem Pauli Apostoli testimonia, tanto utique plura, quanto plures Epistolas scripti. & de singulis ex ordinata assumentibus testimonia, ultimo loco ex citata Epistola ad

Heb. testimonia assumit. Sed ut ex materia huius Epistolæ authorem cōprobamus, sic ex auctore materia ostenditur, & esse diuina: dicit enim Theophilactus in huc locum, Velim tamen non esse hos nescios Epistolæ huius, & sensum profunditatem: & vim illam inconfutabilem nullius esse alterius posse, quam Pauli, qui Christum in se haberet loquentem, & ibi dē concludit, Non possum equidem non admirari multorum hominum impudentiam, qui cum intelligent per Epistola exordium fuisse tot hæreses confutatas, hanc tamen desistunt asserere hanc Epistolam haud Paulo conuenire, ceu à ceteris Epistolis alienam.

### Solutiones oppositionum.

**A**D I. illud argumentum negativum est, sufficit quod hi non contradicant, & alij Patres de ea testimonium assumant. Ad instantiam nec Euseb. nec Hieronymus dicere potuerunt ab Ecclesia Romana, vel Latina vniuersa contradictum, cū tot Latinorum, & doctissimorum Patrum ante ipsos extēt testimonia clarissima, vt ijdem referunt; sed quod in ipsa Romana Ecclesia existentium quorundam inscribia ausa sit talem auctoritatem inscriari, quos ijdem reprehendunt, atque confutant. Sed eandem usque ad tedium canunt cantilenam. Legatur S. Hieron. epistola ad Euagrium, & epist. ad Dardanum, vbi expresse docet esse Pauli, & esse canoniam. Sed quis dedit Hieronymo virgulā censuram ad probandos libros canonicos, & pseudigraphos expungendos? cum Ecclesia à Christo constituta sit infallibilis regula probatarum, & improbandarum scripturarū.

Ad II. sicut dicit Chrysost. homil. 2. in hanc Epistolam, Hoc religiosè dehemus accipere. & si quid absurdum fortassis occurrit ab acie mentis accipere, dictus ergo est splendor gloriæ ipsum Verbum, ad significandum, quod ex ipso Patre, quod impasibliter, quod neque diminuens sit, neque minoratus: vel, vt dicit Occumenius, ad significandum coeternitatem, dum splendor à luce nunquam est separatus, ex quibus dum coeternus Pater, &c. demonstratur unus esse substantia, cum eo perdoceatur. Figura vero, & character substantiae dicitur, ait Chrysost. vt omnimoda similitudo, & propria exemplaris imago ostendatur quomodo in persona sua per seipsum ipse quoque Filius subiicit. Similitudo namque, vt ait S. Thomas, attenditur *nedum in representando, sed etiam in essendo*: vnde Filius dicitur imago Patris, Genes. namque 5. dicitur, quod genuit Adam filium ad imaginem. & similitudinem suam, &c. Quod dicitur, tanto Angelis melior effectus, idem est ac dicere, ait Chrysost. quod declaratus, vel, vt dicit S. Thomas, hoc non refertur ad diuinam personam (secundum illam namque non dicitur factus, sed genius) sed ad unionem humanæ naturæ ad diuinam personam, secundum quam factus dicitur, in quantum per illius unionis factiōem peruenit ad hoc, quod esset melior Angelis, &c.

Ad II. probationem eiusdem antecedentis respondeatur, quod (sicut respondet Augustinus, quem sequitur S. Thomas in hunc locum, & etiam est responsio Amb. 2. de penit. c. 3.) nō dicit ibi Apostolus impossibile est pœnitere: sed rursum renouari, id est baptizari: Baptismus enim renouatio dicitur, Tit. 3. vnde ex antecedentibus verbis, quod de baptismate loquuntur,

tur, patet: it enim; **Impossibile est illos, qui semel illuminati.** i. semel baptizati, rursus renouari ad pœnitentiam. i. baptizari, Baptismus enim ex Patribus vestigatoribus illuminatio dicitur. vnde in consequentibus verbis ratio redditur, **Rursum crucifigentes sibi met ipsi Filium Dei:** cum enim baptisma sit imago mortis Christi, qui iteratè baptizatur, rursum Christum crucifigunt, ut dicit ibidem S. Thomas. Vel si hoc extendamus ad pœnitentiam, responderet Ambro. vel quicūque sit eius libri author, illud verbū impossibile se tenere ex parte nostra, non Dei, secundum illud Matth. 19. **Quæ impossibilia sunt homini, possibilia sunt apud Deum:** quod enim nobis impossibile imperatu videtur, Deo donare possibile est. Hęc ex Ambro. Quod autem adducitur, **Voluntariè enim peccantibus, &c.** per hęc, ait Theodoretus, non prohibuit pœnitentiam, sed dixit noua esse secundam hostiam: semel enim pro nobis immolatus est Christus: ante enim reparationem, quæ facta est per Christum, ait S. Th. ibidē, **Relinquebatur hostia ista, quæ expectabatur: sed iam nunc non expectatur alia mors eius,** &c. consultò autem dixit, **Voluntariè peccantibus,** ad differentiam eorum, quæ præter animi sententiā sunt, dicit Theodoretus; verius ad differentiam peccantium ex passione, & fragilitate, ait S. Thomas, ut denotentur voluntariè peccantes iij, qui sunt in voluntate permanendi in peccato: talibus enim non prodest hostia, quam Christus obtulit: ijs enim dimittuntur peccata, quos eorum pœnitent. Quod de Esau dicitur, quod non inuenit locum pœnitentia: hoc ideo fuit, ait idē Theodoretus, quod non fleuit agens pœnitentiam, sed fratris felicitati inuidens; fleuit autem non peccatum, sed prosperum Iacob successum, idque testantur eius verba, **Venient dies luctus patris mei, et occidam Iacob fratrem meum.** Gen. 27.

Ad III. probationem antecedentis. Istam difficultatem olim proposuit Theophilactus super hoc cap. & respōdet, omnia, quæ hic recensentur, **Apostolum,** qui optimè institutus erat in rebus Iudaicis à Gamalielle, ex traditione habuisse. & sicut, **Visque hodie Phariseorum scētā ex Hebreis tuentes assentiunt rem ita se habere.** Facta est autem mentio de solis tabulis, ait S. Th. hic, quia Arca fuit facta principaliter, ut poneretur tabule, vnde Exodi 25. cū iussisset Arcā fabri can, dixit ei, **In qua pone testimonium, quod dabo tibi,** idest tabulas, **vide Eucherium in 3. lib. Regum.** Vel dicendum, quod in Arca erant solum tabulae: ceterū in divisione illius, quæ vocabatur latus Arcæ, erant virgā Aaron, & manna, nec tale latus fictitium est, nam Deut. 31. dicitur, **Tollite librum istum, & ponite illum in latere arcæ.** In loco ergo allegato lib. Reg. Arca strictè accipitur, & ibi solum tabulae erant, in loco autē Heb. 9. sic sermo de Arca latius, ut comprehenditur etiam latus Arcæ, & sic nulla est contradictione. Est responsio Abulensis in c. 8. 3. Reg. q. 6. Vnde obseruatum est, cum Caietanus Thomam Aquinatem sequutus est, nihil solidius, nihil acutius scripsisse: quando verò à vestigijs S. Thomæ deflexit, à trahite veritatis aberrasse. Sed quid mirum? nam aquila, leo, homo, cum bouis facie coniuncta in Ezech. planta pedis vituli incedebat, ut significaretur sublimia ingenia in aquila, leone, & homine denotata, tuto tunc incedere cum planta vituli, idest Thomæ Aquinatis (qui bos mutus appellabatur) incedit; nec enim possunt tunc offendere ad lapidem pedē suum.

Non est ergo mirandum: **Caietanum lapsum, cum à sapientissimo Præceptore S. Thoma discesserit.** Vel dicendum, ex eo tex. haberi, aliquando in Arca virgā, & vnuā fuisse, aliquando non; vnde 2. Reg. 8. postquam de vestibus sermo factus est, quod fuerant ibi vñque in presentem diem, subditur, **In arca autem non erant nisi duæ tabule,** illo scilicet temporis articulo, nō autem significatur, quod nō antea fuerint. Dici etiam potest, ut innuit Theophilicus quæ afferit Apostolus non prius extitisse, quando tabule in Arca locatae sunt; sed quando erant occultanda, hęc temporibus Hieremia, tūc & hęc in Arca recordita sunt. Ad III. rationem olim respondit S. Th. in eum locum dicens, quod in veteri testamento quedam dicuntur de eo, quod est figura, non in quantum quedam res est: sed in quantum figura, & tunc non exponitur de illo, nisi in quantum refertur ad figuratum, v.g. in psal. 71. quedam dicuntur de Davide, vel de Salomonē in quantum figurabant Christum tantum; quedam vero etiam secundum, quod sunt homines quidam, & istorum dicta exponi possunt etiā de Christo, sicut illud psal. 71. **Deus iudicium tuum Regi da;** quia illud potest conuenire Salomoni. Illa vero, quæ de ipsis dicuntur in quantum sunt figura, nunquam de ipsis possunt exponi, sicut illud psal. 71. **Et dominabitur à mari, &c.** quia illud nullo modo verificari potest de Salomone: sic & in proposito, licet ista dicta sint de Salomone, tamen exponi possunt de Christo, qui præfigurabatur per illum. Lactantius autē 4. inst. c. 13. nullo modo Salomoni secundum litterā conuenire posse ea verba contendit, cum regnum Salomonis, quod in transmigratione Babylonis defecit, perpetuum dici nequeat, quod tamen loco citato promittitur, quare restat, ut hęc completa sint in Christo. Sed quia postea dicitur, **Qui si iniquè aliquid gesserit,** quod de Salomone verificatur, non de Christo Domino, dici posset cum Augustino in ps. 88. ea verba non ad Christum in se ipso, sed suū corpus. i. ad filios suos aptari. Planiot tamen est prima responsio: nam ex regula Tertull. 3. contra Marcionem, & Hieron. in c. 11. Daniel. & Aug. de vnit. Eccl. c. 8. ea quæ dicuntur, quæ Salomoni non possunt conuenire, ad Christum simpliciter referenda sunt; ex parte autem quasi in umbra, & imagine præmissa sunt, ut in Domino Salvatore perfectius implerentur. Quæ vero Salomoni etiam adaptari possunt, non est cur in sensu litterali etiam de Salomone illa dicta esse dubitemus: quod n. Deus illi fuerit in patrem, vera intelligentiae litera est, quod fuerit ei pater secundum adoptionem: licet ijs verbis potuerit Paulus (volens probare diuinitatem Christi) sublimiore paternitatē eo testimonio comprobare, eā videlicet, **Ex quo omnis paternitas in cælis, & in terra nominatur,** Ephes. 3. & sic quæ naturaliter Filio Dei competit filio diuina, Salomoni vere competit, per adoptionem. Vnde & multi hunc locum numerant inter eas scripturas, quæ sub una littera plures sensus etiam litterales includunt, de quo loco aliás.

Ad alia probationem eiusdem antecedentis: non solum Paulus hic, sed etiam Rom. 11. Galat. 4. quin & Evangelistæ illam hebræam vocem, **testamentum** verterunt, nunquam nomine federis, vel pacti, & tamen hęc loca nō negantur, nec negari possunt, cuia viderint arcana verba, & optimi fuerunt scripturarum Interpretes. Significare autem Berith nedū ferdus,

dus, sed testamentum appetet ex 70. qui semper sic viderunt, & Iesu filio Sirach, qui vertit perpetuo *diabóly*, idest testamentum Ecclesiastici 16. 17. 29. idem appetet Apocalyp. 11. Philo etiam, antequam Iudæi, vel hebraizantes aliquam de hac re tragediā excitassent, lib. quem inscripsit de his, quæ obtulerūt Cain, & Abel, similiter Berith vertit, testamentum sive *diabóly*, quod verò Aquila, Symmachius post hos aliter viderint id in odium rerum, & vocū nostratum factum est. Quare non est mirum si Nouatores hebraizantes, & Caietanus ab his deceptus potius noua cōmenta, quam editionem 70. sequuti sint. Sed de hac re plura supra dicta sunt controuersia 1. articulo 2. in responsione 1. ad 6. vnde non est opus eadem inculcare.

Ad II. caput argumētorum. Ad primam rationem quamvis multi Patres de authore dubitarint, omnis tamen fermè chorus Patrum eam Paulo attribuunt, qui cum erudiendos Hebræos patris sermone litteris scribi mandauisset, eam alij quidem Lucam Euāgelistam, alij Clementem Græcis litteris interpretatum esse affirmant, vt dicit Euseb. lib. 3. c. 32. & lib. 5. c. 11. idem Euseb. Clemētem Alexandr. citat in libris *πετριτώσεων* hoc expressè afferentem, cum hac differentia, quod Eusebius interpretationem istā Clementi Romano tribuat; Clemens verò interpretationem eandem Luce attribuat. Quod si non patro sermone, sed Græco à Paulo ad Hebræos scriptū sit, vtrumque nempē sensum Epistola, & elocutionem, ac dispositionem Paulo tribui probabilius est, præsertim cum hac Epistola, Pauli sit subscriptione notata (vt dicetur) quam ut notam suarum epistolarum constituit, vt habetur 2. Thess. vltimo. Nec fuit decens alterius ope vt ad suos carissimos scribentem vti, quie etiam Græcē alias dictarat, Græcē quoque ad Hebræos scribere non fuit absurdum. Et quamvis olim impunē, ab aliquibus, ob nō perspectam traditionem, author eius ignoratus fuerit, nunc ex tot Patrum, & Conciliorum, & Ecclesiaz auctoritate dubitare non licet num sit Pauli: quamvis autem nō sit anxiē laboradum de facris voluminib⁹, qui sint eorum scriptores, dummodo Spiritus sancti opera affe rentur: tamen vbi ex eadem Ecclesiaz auctoritate constat quis fuerit author, nec de libro, nec de authore licet dubitare, vt patet de Euangelij, &c. quod idem dicendum de hac Epistola.

Ad II. rationem respondetur verbis S. Hieron. si non est B. Pauli, quia nomen eius prescriptum non habet; ergo nullius erit, quia nullius alterius prescribitur nomen. Prudentius ergo dicimus cum PP. esse Pauli, quia suppressionis nominis multæ rationes assignantur ab ijsdem. Prima est Hieronymi, & ante ipsum Clementis Alex. apud Euseb. 5. hist. c. 11. ne sui nominis inuidia, sequentis utilitatem excluderet lectionis: infensus enim erat Paulus Iudæis, quos præ ceteris Apostolis disputando veterem legem abrogatim impugnabat. Nec hoc erat eos in errorem inducere, vt putarent esse alterius, vt ventosè obijcit Hunnius; arte enim, & industria initio occultato suo nomine opus erat, vbi ē lectione affecti essent, in fine poterat se insinuare, & etiā familiarem se exhibere; periti Medici more, amara pharmaca dulci obuoluta liquore, vt deglutiuntur infirmo propinantis. Alia similiiter ab eodem Hieronymo assertur, quam ab antiquiori Presbytero apud Euseb. lib. 5. c. 11. acce-

pit, quod se Apostolum Hebræorum non inscripsit propter honorem, quem Domino Hebræorū Apostolo tribuebat. vnde & c. 3. Christum Dominū Apostolum erat vocaturus. Nec valet instantia saltem debuisse ponere nomen suum, titulo Apostoli omiso. Nam etiam consequenter titulum innuisset, & solo Pauli nomine nec adhuc inuidiam effugisset. Nec valet alia instantia quod ceteri Apostoli libere titulo Apostolico vtebantur, &c. non enim erat æquale periculum, vt non audirentur: nou enim, vt Paulus ita erant infensi ipsi Iudeis: stante ergo inæquali periculo, inæquali opus fuit industria, vt suppresso nomine, & dignitate illos ad auditum, vel lectionem alliceret. Præsertim cum sciens quoque superbiam Iudæorum, suamque humilitatem demonstrare intendens, vt ait Beda hic, æquum fuit meritum officij sui non anteferre. Nec quod tandem obijcitur est alicuius momenti: nam dispar est ratio: nec enim ex communione nominis Sacerdotis illius cū Christo summo Sacerdote æquatio concipi sinistrè poterat, cum hoc argumentum præcipue Apostolus inculceret, quod Sacerdotium Christi vetustum illud Sacerdotium in infinitum excedat: de Apostolatus verò officio nihil edisserat.

Potest similiter dici cum Theodoreto, quod cum Gentium Apostolus specialiter sit designatus ipso dente Rom. 11. *Quandiu quidem ego sum gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo.* ea de causa cum scriberet ad eas appellatione adiecit, & Apostolicam dignitatem addidit, vt doctor, & magister scribens ad discipulos: ad Hebræos autem scribens, quorum non erat sibi credita cura (nempē principaliter) meritò nuda dignitate doctrinam tradidit: aliorū enim Apostolorum curæ subdeabantur: incumbebat autē Apostolo illis scribere, nam cū audissent discessionem à lege, docere eas oportebat, & consensum prædicationis eisdem ostendere, vt dicit Oecum. Dixi principaliter, nam Iudæorum, & Gentium Apostolum constitutum constat ex Actis c. 9. & 26. sed durante conuersione, vt Petrus Iudeis, Paulus cum Barnaba gentibus prædicarent, sicut ille Iudeis, sic iste gentibus operam impendebat: vnde potuit istis, vt Apostolus, illis vt sociis describere. Vnde non relinquitur locus ventoso Hunnio in hanc Theodoreti rationem debacchandi, quasi negauerit, Paulum non esse Apostolum Iudæorum.

Apparet ergo, quod nulla est obiectio, nempe quod propterea Epistola hæc Pauli non est, quia nomen eius scriptum non habet.

Ad III. rationem negatur minor. in fine namque huius Epistolæ habetur, *Gratia cum omnibus vobis:* sicut in fine Epistolæ ad Colossenses habetur, *Gratia vobiscum.* & 2. Timot. vltimo. *Dominus Iesus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum amen.*

Quod si velit aduersarius in actu signato in omni Epistola Pauli posita hæc verba 2. ad Thessalonicenses vltimo: *Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni Epistola,* paucissimæ, imo nullæ erunt Apostoli Pauli Epistolæ, cum hac forma non sint subsignatae. Habet ergo hunc intellectum illud dicatum, si rigide exponatur, secundum Anselmum. Hoc est signum in omni Epistola, vt non significetur vniuersitas, sed multitudo, scilicet, vt non in unaquaque sit scriptum, sed quia in multis, nam etiā Gal. 6. dicitur. *Videte qualibus litteris scripti vobis manu*

*manu mea*, & ad Philemonem, *Ego Paulus scripsi manu mea*. vel, vt dicit idem, si salutatio illa, quā sua manu in omni Epistola pro signo se testatur scribere, sunt ea verba, *Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis*, vt verba textus ostendunt, tunc veraciter omne, potest vniuersitatem designate, quia hoc reperitur in fine cuiuscunque Epistolæ.

Ad IV. quod elegantior hic appareat Apostolus, quam in cæteris, nihil mirandum, cum vnusquisque fecundior, & elegantior in sua, quam in aliena, & peregrina lingua appareat, vt dicit Origenes in ps. 1. scripsit autem sermone Hebraico. Quod si græcè descripsit, nihil mirum si de sublimioribus tractando, Spiritu sancto dictante, & suggestente otnatiorem cæteris Epistolam scripsit. Vnde Chrysostomus lib. 4. de fæcerdotio, maiori eloquentia præditū Paulum fuisse, quām Barnabam docet, *Nam quod Barnabam, ac Paulum Deos esse crederent, id à signis editis siebat, quod autem Paulum Mercurium esse vellent id iam non à signis, sed ab eloquentia nasciebatur*. Quod si ornator stylus infirmare debet hanc Epistolam, pariter liber Iob ex ornatori styllo Pentathecum excedens, infirmari poterit, & tamen, teste Hieronymo, vtrumque à Moysè scriptum testata est antiquitas. & Actus Apostolorum, quia compitores Euangelio Lucæ, illud Euangelium non obscurant, vel infirmant. Quām verò infirmum argumentum ex solo defumatur styllo experientia ipsa testatur; si quis n. leget regestum S. Gregorij, & cum reliquis eiusdem sancti viri scriptis conferat, vt Caietanus fatetur, *Si, inquit, ex stylo arguendum esset, negareur esse Gregorij*.

Ad aliud, quod subiungitur nō Hebraicè, sed Græcè scripsisse, sub iudice his est, hinc inde authoribus controvenerintibus, vtrumque autem probabiliter sustinendo, si asseratur cum Clemente Alex. & Eusebio supra, hebraicè scripsisse, facile solvit nodus, ab interprete illa nomina explicata, vt plerumque in multis locis factum reperitur, vt cum illis verbis, Eli, Eli, Lamma Sabacthani additur ab interprete. *Quod est interpretatum Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me*. Si dicatur Græcè Paulum scripsisse, nullum incoueniens fuit nomina hebraica, quæ Regis, & regni erant propria, Græca interpretatione explicasse, vt quod in illis latebat, plenissimè explicaretur, & ex etymologia argumentareretur, atque discurreret. Vnde tam ex aliena, quām in propria lingua idem facimus: nam si dicamus Hierusalem significare visionem pacis, & quod Philosophus sit amator sapientiæ, rectè ex etymologia procedimus ad definitionem venandam.

Ad V. respondet per responsonem ibi datam, quām quidem assignarunt Iulius Rogerius de lib. can. c. 29. Bellar. & alij. Ad instantiam: aduersarius syllabarum potius est venator, quām argumentator: nam illa particula, *nos*, per *κοινωνον* dicta sunt, & in aliorum persona.

II. responsio ibi data pariter admittitur, & est nostri Senensis, quem sequitur Bellarminus. Ad instantiam dicimus, quod ipse Paulus confirmatus est magis: ferò enim conuersus fuit, maximis iam per Apóstolos patratis miraculis, per quæ mirificè initio suæ conuersionis in fide solidatus est, imo, & sacramentum fidei accepit, non sine signis, & portentis, baptizatus enim ab Anania recepit visum. Per ipsius au-

tem miracula cæteros firmatos, imo Apostolis maximo suis se solatio, & firmamento nullus inficiat. Sed detur aduersario, quod etiam sit sermo de doctrina, dicimus cum nostro Senensi hanc quoque per eos, qui videbantur columnæ esse Ecclesiæ confirmata est, vnde & ipse testatus est confirmationē Euangelij ab Apostolis, cum quibus illud contulit acceptis, *Ne in vacuum curreret*, Gal. 1. aliud ergo est, quod recepit doctrinam à discipulis Domini (quod verum non est) aliud quod ad iisdem confirmationē accepterit, ne in vanum curreret, aut cucurisset.

Ad VI. Qui pro salute animarū optabat fieri anathema, pro Christo, pro Israëlitis, quos adeo diligebat, nihil mirum si de reditu cogitat, nihil timens, nihil suspicans, quin & Hebreos potius rogans, vt profecitionem precibus adiuvent, *Orate*, inquit, *pro nobis quo celerius restituar*. Insulta ergo est obiectio, Apostolici pectoris charitatem ignorans. Sed & ex Christi Domini doctrina didicerat, horas duodecim habere diem, & tempus esse fugiendi, & tempus se ad crucem offerendi; etiam ex scripturis præfinita erat mors Christi, & nolebat in Iudeam ambulare, quia quærebant eum Iudei interficere. & iterum eorum furem declinat, quia nondum venerat hora eius. Non est autem seruus maior Domino suo.

Ad ultimum, qua ratione etiam ad Iudeos scripsit, etiam si infensus illis esset; charitatem inuidam admiramus, sicut enim, vt dicit Theodoreus, non fuit illi commissum baptizare, sed ex abundantia ministerio baptizabat: ita Hebreis quoque scribit, cum ad gentes missus fuerit. adeo vt etiam diceret. *Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis*. Romanorum 9. & iterum cap. 15. Nunc igitur proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis.

#### ARTICVLVS TERTIVS.

*An Epistola secunda Petri, secunda, & tertia Ioannis; Iacobi, & Iude, diuinitus sint inspiratae.*

*Positio Nouatorum.*

**O**lim de his quatuor Epistolis dubitatum esse constat ex Euseb. lib. 3. c. 25. & Hierony. in catalogo script. in Petro, Ioanne, Iacobo, Iude. Eadem sententia placuit Erasmo in annotationibus super has Epistolas. Sed etiam Caietanus in commentarijs corundem, de istis authoribus dubitans, minoris else authoritatis voluit easdem Epistolas.

Lutherus in Germanicis suis Biblijis incerti authoris esse asserit secundam Petri, qui fetus suos alieni nominis splendore illustrare voluerit. de 2. & 3. Ioannis videtur sentire cum Catholicis, dum indefinite loquens de Epistolis Ioannis prefat. in primam dicit, *In illis Apostolicum esse spiritum*, tamen de iisdem etiam dubitat, vt est videre apud Senensem lib. 7. hæc. 9. de Epistola autem S. Iacobi dicit in prefat. noui testam. in germanica versione editionis primæ, & ante annum 45. (nam in multis posterioribus id est erasmus, vt dicit Serarius in Ep. Iacobi) *D. Iacobi verè straminea est Epistola, si ad alias (Petri, & Pauli) comparetur: non enim habet Euangelicū genium*. De captiu. Babyl. c. de extremaunctione. Hanc Epistolam dicit, *Non esse Apostoli, nec Apostolico spiritu dignam* Valde

valde probabilitate afferunt. In c. 22. Genes. afferit delirare Iacobum: dicens. *Abraham fuit iustus fide, antequam cognosceretur à Deo talis.* Igitur male concludit Iacobus, quod nunc demum iustificatus fuit post istam obedientiam, &c. & postea. Non autem sequitur, ut Iacobus delirat, igitur fructus iustificant. Eum laudat Illyricus dicens in sua prefat. graves causas adduxisse Lutherum, cur pro Apostolicæ authoritatis scripto haberi nequeat. De Epistola Iudee dicit prefat. in Epistolam Iacobi: *Etsi, inquit, hanc Epistolam non improbo, non tamen opus est, ut in canonem referatur, ex qua fidei sacramenta probentur.*

Brentius in confess. Vvitemberg. c. de sacr. script. easdem inter apochryphas recenset. Similiter & Kemnitius exam. sess. 4. Concilij Trid. & Centuriatores lib. 1. c. 2. c. 4. de scriptura noui testamenti. Specialiter autem, præter dictos in Epistolâ Iacobi, omnes isti inuehunduntur. Vitus Theodosius in summaris Bibliorum, dicens, quod est reprehensibilis, non solum ubi aduersus fidem opera nimium extollit, sed etiam per omnia est doctrina cōsuta de multis partibus, ubi nulla alteri cohæret. Eandem Epistolam Iacobi Ioannes Bugenhagius Pomeranus in cap. 4. Epist. ad Rom. in c. 3. Ionæ, Ridiculam vocat, quod scripturam contra scripturam citat: quod spiritus ferre nequit. &c. In ea esse quedam Ebtonitis similia. Vuolfangus Musculus in locis communibus, ait, quod ille quisquis fuerit frater Christi, & inter Apostolos columna, magnisque supra modum Apostolus, veritati tamen fidei solus præjudicare non potest. In eodem errore sunt moderni Lutherani Hannius, & cæteri, qui eorum patrocinium suscipiunt, scribentes contra orthodoxos. Aretius etiam pro apochrypha habet secundam S. Petri.

## Oppositiones eorundem.

**A**rguitur I. & principaliter contra secundam Epistolam S. Petri. Prima ratio, quia de illa secunda Epistola Petri multi dubitabant ex antiquis Patribus, & clare (sub commentarioli sui finem) Didymus dicit, ab hereticis adulteratam esse; & quamvis publicata sit, in canone tamen, inquit, non est.

Adulteratio autem probatur ab eodem, quia in hac Epistola Petri ex illis verbis c. 1. *Cœli erant prius, & terra de aqua, & per aquam consistens Dei verbo, per que ille tunc mundus aqua mundatus pergit, introducendum est dogma illorum hereticorum plures mundos, mundorumque creationes, & revolutiones introducendum: quare ab ijs confungi hæc verba potuerunt.* Amplius Thaletis phantasia introducitur, ponentis aquam omnium rerum principium. Tandem cœlos natura incorruptibiles, corruptibiles facit eadem. Epistola, dum subditur, *Cœli autem, qui nunc sunt, & terra eodem verbo repositi sunt igni reservati, &c. & infra, Adueniet autem dies Domini ut surinquo cœli magno impetu transient.*

Secundo ex diuersitate styli non videtur esse Apostoli Petri, si cum prima conferatur, ut patet ex Hieronymo. Erasmus, & alij.

Tertio, quia in Syriacis testamentis hæc Epistola non reperitur. Est argumentum, quod inculcat Aretius.

II. principaliter contra secundam, & tertiam.

Ioannis arguitur primò, quia author huius Epistolæ Presbyterum, seu seniorem se nuncupat: vnde non Ioannes Apostolus, sed Ioannes quidam Presbyter has scriptis Epistolas, ac proinde sunt minoris authoritatis. Est argumentum Erasmii, Kem. Centuriatorum. Confirmatur, nam Papias apud Euseb. lib. 3. c. 24. & 25. & Hieron. in catal. Ioannis, & Papie, duos Ioannes recensent, ambos Ephesi commorantes, Apostolum unum, Presbyterum alterum; vnde ex inscriptione coniectura non leuis coniicitur, author potius esse senior, quam Apostolus.

Confirmatur secundò, nam author iste scribit ad priuatas personas, ad Electam, & Caium, cū tamen illæ, quas scripsit Ioannes, inter catholicas Epistolas, hoc est vniuersales recenseantur. Accedit dissimilitudo, quod præscriptionem non fecit iuxta priorem Epistolam: non enim in illa ita inchoauit. Hæc quidam apud Oecumenum.

III. principaliter aduersus Epistolam Iacobi arguitur primò, quod nō sit Iacobus Apostolus author: nam citantur in hac Epistola testimonia desumpta ex Petro, & Paulo: vnde euidēter coniicitur scriptorem illis fuisse tam ætate, quam auctoritate inferiore: certum est autem Iacobū Apostolum illis fuisse tum auctoritate parem, tum ètate coæcum alteri, ergo nequaquam ipsi Epistola tribuenda videtur.

Confirmatur, quia si alicuius Iacobi Apostoli prohibetur: certè illi tribui debet, qui fuit Hierosolymorum Episcopus, de quo & in Actis, & Epistola ad Galatas fit mentio: at hic, ut ex Hieronymo cōstar, non annumeratus est inter Apostolos: sic enim ait super Epistolam citatā c. 1. Grauiter errare eos, qui dicunt, Iacobum istum unum esse ex duodecim. est Erasmī.

Confirmatur secundò, nam phrasis eiusdem non refert maiestatem, & grauitatem Apostolicam, defictaque est Hebraismis, quos non est credendum Hierosolymorum Episcopo defuisse. Antecedēs probatur quantum ad primam partem à Luthero; nam præponit illam vocem salutationis Gentilibus visitatam, *Iacobus Dei, & Domini nostri Iesu Christi seruus duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione salutis. c. 1.*

Confirmatur tertio salutatio Epistolæ ethnico more descripta est, non Iesum Christum, non gratiā, non spiritū spirans, ut spirant cæteræ Epistolæ Apostolicæ, nec scriptor seipsum Apostolum nominat, solummodo seruum Christi se atitulans, scribit enim: *Iacobus Dei, ac Domini nostri Iesu Christi seruus, & licet in quibusdam Latinis codicibus scriptum reperiatur, Apostolus, hoc nō reperitur in codicibus Græcis.* Est Erasmī.

Confirmatur quartò, quia Eusebius illam vocat adulterinam, est Magdeburgenium.

IV. principaliter ex parte materiæ primo, nam in hac Epistola maledictionem legis veteris iam per Christum solutam iterum fidelibus intentat imponere dicens, cap. 2. *Qui in uno offendit, factus est omnium reus: quod si verum est, falso Christus dixit, Matth. 11. Iugum meum suave est, & onus meum leue.* Amplius dum dicit Iacobi 3. *In multis offendimus omnes, per omnem vitam nos reos facit vniuersalæ legis,* ut post illam non supersit, nisi à vita æterna excludi. est Lutheri.

Confirmatur, nam præterquam quod ea sibi ipsi, & Apostolo contradicunt, vbi enim austерum, & amarulentum se monstrauit, seuerissimam legem

Moysi imponere statuens, ut probatum est, sui oblitus cap. i. vocat legem veterem, legem perfectam libertatis, cum tamen Apostolus illam vocavit legem, iugum seruitutis, vt patet Galat. 5. non ergo Apostolica dici potest.

Confirmatur secundo ex alia pugnantia cum doctrina Paulina: nā in hac Epistola dicitur c. 2. Abraham iustificatum ex operibus. at Paulus Rom. 4. dicit, Non ex operibus Abraham iustificatus; sed ex fide, vt habetur Genes. 15. vbi dicitur, Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, cū ergo ab Apostolo Paulo, & ab analogia fidei dissideat, Apostolica non est dicenda.

Quod si communis responsio dicatur, Paulum Apostolum loqui de prima iustificatione, quæ sit absque præcedentibus meritis: Iacobum verò de augmēto iustificationis, & gratiæ, quæ sit per opera meritoria.

Contra instat Hunnius, quia totum, inquit, est nūgatorium, & hoc commentum evenerit Genesis historia in præcedentibus capitibus ante cap. decimum quintum, siquidem tunc Abraham iustificatus est, cū vocatus est, vt regredetur de terra sua, & cognatione sua. Vnde Genes. 15. nō est iustificatus Abraham, sed pronunciatus, & declaratus iustus sola fide, sine operibus.

II. ratio, quia Christianos vult instruere, nec tam in tam prolixa instructione meminit Passionis, Resurrectionis, & spiritus Christi, nihil docet de Christo; sed loquitur de communi fide in Christum: solū vrget legē, & opera legis; omnia inordinatè miscet, atque confundit, & volens occurrere illis, qui in fide sine operibus spem ponebāt, nimius fuit ad hoc perficiendum infirmis viribus, sic Lutherus in posterioribus editionibus.

Confirmatur, quia semper solēt Apostoli aliquid intermiserere in suis libris de doctrina fidei: at cum hæc Epistola non contineat opera Christi, nec fidei doctrinam, & solum author de operibus concionetur, superest dicendum non esse Apostolicam.

V. principaliter contra Epistolam Iudæ, primo, quia de hac Epistola à veteribus dubitatum est, vt patet ex Eusebio, & Hieronymo vbi supra.

Secundo, quia hic author nō videtur esse Apostolus: sed Apostolorum discipulus, vt patet ex sua forma loquendi: scribit enim, Memores estote verborum, quæ predicta sunt ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in nouissimo tempore venient illūsores, &c.

Confirmatur, quia Iudas in Persicè predicauit; si ergo scripsit Epistolam, non Hebraice, sed Persicè scribere debuisset.

Tertiò ex parte materiæ, continet. n. apochrypha, referens, & approbas historiā altercationis de Moysi corpore facta inter Michaelem, & Diabolum, & librum Enoch, ex quo sumitur vaticinium in hac Epistola Iudæ, quæ omnia apochrypha esse grauiissimi, & antiquissimi Patres docuerunt. Hęc Lutherus, Magdeburgenses, & alii.

#### Confutatio corundem ex orthodoxorum firmamentis.

Ed contra pro Epistola 1. Petri est authoritas decretorum Romanorum Pontificum, & Conciliorum supra allatorum, additur Conciliū Parisiense

se lib. 1. c. 9. citans illud 2. Petri 2. Melius erat illis nō cognoscere viam iustitiae. & Synodus Francfordiensis epistola ad Præfules Hisp. Qui enim ait, peccatum facit, seruus est peccati. Sunt & alij Pontifices ex eadem Epistola citantes testimonia. Anacletus epistola 3. illud 2. Ep. Petri 3. citat. Propter quod carissimi fratres expectantes satagite immaculati, & inuolati, ei inueniri in pace. Cornelius Papa Ep. 2. illud 2. Petri 3. Vnus dies apud Dominum, sicut mille anni. Leo I. Epistola 102. ad Presbyteros Alex. id 2. Petri 3. Non tardat Dominus promissionem suam, sed patienter agit propter vos, nolens aliquem perire, &c. Pelagius 2. Epistola 1. illud 1. Petri 3. Si quid patimini propter iustitiam, beati. Gregorius Magnus lib. 8. moral. c. 11. illud 2. Petri 2. Si enim Deus Angelis peccantibus non percipit. Leo 9. Epistola ad Michaelem, & Leonem Episcopos illud 2. Petri 1. Non enim indoctas fabulas fecuti, &c. Innocentius III. in ps. 7. pœnitentialem, illud, Quasi lucerna lucenti in caliginoso loco, donec dies illecebat, &c.

II. est auctoritas Patrum, Patres Græci ex eadē sumunt testimonia, Iustinus dialogo cum Triphone citat illud quod dies homini sicut mille anni 2. Pet. 3. Hippolytus de consumatione saeculi, illud. Hoc primum scitote filii, quod ventent in nouissimis diebus in deceptione illūsores, 2. Pet. 3. Origenes illud 2. Petri c. 4. in Leuit. Efficiamini consortes diuinæ naturæ, & illud hom. 10. in Iesum Naue illud. Qui facit peccatum, seruus est peccati, & hom. 7. in eūdem ait. Petrus enim duabus Epistolarū suarū personat tubis. Athanasius oratione 2. contra Arianos illud 2. Petri 1. Ut efficiamini consortes diuinæ naturæ, & oratione 3. ait à Ioanne quidem dictum. Verbum caro factum est, à Petro vero, Dominum, & Christum eum fecit. Cyrilus Hierosolym. cath. 4. Noui testamenti Iacobi, Petri, Iohannis, & Iude Epistolas suscipe. Ephrem Syrus de varijs tormentis Inferni citat illud 2. Pet. 1. Dies Domini sicut fur de nocte ita veniet, &c. quod testimonium etiam citat Chrysostomus in Acta Apostol. hom. 2. & illud, Dabo operam, &c. post obitum meum, ut horum memoriam faciat. oratione encomiastica in SS. Petrum, & Paulū. Cyrilus, epistola ad Presbyteros, &c. in solitudine vitam agentes illud 2. Pet. 1. Curam omnem subinferentes, ministrare in fide vestra virtutem, in virtutem autem scientiam, &c. & lib. 9. de adoratione illud, ut ipse legit, Quales inueniri nos oportet sanctos, & immaculatos. Isidorus Pelusiota 1. Ep. 92. & Theodor. in 3. oratione Danielis illud 2. Pet. 2. Canis reuersus ad suum vomitum. Procopius Gazeus illud, Gentes permisit Deus in viis suis ambulare, Isichy. lib. 2. in Leuit. citat illud 2. Petri 1. Habeamus firmiorem propheticum sermonem. Damascenus in parallilis lib. 1. c. 6. illud 2. Pet. 2. Angelis peccantibus non percipit. Ioannes Hierosolymitanus de institutione Monachorum cap. 10. illud 2. Pet. 1. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia. Theophyl. in cap. 1. Habacuch illud, Cui benefacitis attendentes tanquam lucernæ lucenti in caliginoso loco. Sed & Athanasius, Nazianzenus, Damascenus catalogum scripturarum attexentes, secundam Petri inter canonicas scripturas enumerant.

Latini Patres ex eadem Epistola desumunt testimonia. Cyprianus ep. 68. Apostolorum voce in nouissimis temporibus predictos illūsores offendit, alludens ad testim. 2. Tim. 4. & 2. Petri 2. Ambrosius lib. 1. de fide,

fide, & in c. 1. Epist. ad Philippenses illud, *Vt suis cōsortes diuinæ naturæ*. Hieronymus aduersus Iouin. lib. 1. cap. 15. illud citat, *Venient in nouissimis diebus illusores seducentes, &c.* & ad Paulinum de diuinæ historiæ libris ait, *Iacobus, Petrus, Ioannes, Iudas Epistolæ ediderunt breves in verbis, longas in sententijs.* Ruffinus in psal. 68. citat Petrum dicentem de hæreticis peruertere scripturas ad propriā perditionem. Augustinus de fide, & operib. c. 22. illud citat 2. Pet. 2. *Hi sunt fontes sine aqua, &c. quibus caligo tenebrarum reseruata est. & de Ciuit. Dei lib. 11. c. 33.* illud, quod Deus Angelis peccantibus non pepercit. Prosper. de promiss. & prædictionib. p. 3. c. 10. illud, *Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia.* Vigilius Trident. lib. 5. contra Euthyc. citat Petrum de Christo dicentem esse lapidem ab hominibus reprobatum, à Deo autem electum ac pretiosum. Fulgentius ad Thrasimundum Regem lib. 2. c. 2. *Angelis peccantibus Deus non pepercit,* & lib. 2. de remiss. pecc. c. 2. illud, *Non tardat Dominus promissionē suam.* 2. Pet. 3. Iunilius Africanus illud 2. Pet. 1. *Quia cœli erāt prius, & terra de aqua, & per aquam consistens Dei verbo.* Eucherius 3. Reg. 22. illud 2. Pet. 2. *Et habemus firmiorē propheticū sermonem.* Eligius hom. 8. illud 2. Pet. 2. *Canis reuersus ad vomitū, et sus lota in volutabro cani.* idem testimonium citat Alcuinus de virtutibus, & vitijs c. de pœnitentia. Sed & catalogum scripturam prætexentes, eam pariter ut diuinam venerantur, vt Philastrius, Augustinus, Cassiodorus, Isidorus, Rabanus alias supra citati.

III. probatur ratione S. Gregorij homilia 18. in Ezechielem, nam cū in hac Epist. 2. Petri scriptū reperiatur, *Voce delapsa ad eum huiscemodi à magnifica gloria, Hic est filius meus dilectus, &c.* & ibidem subiungatur, *Et hanc vocem nos audiuiimus, cū essemus cum ipso in monte sancto,* subdit Gregorius, *Legant itaque Euangeliū, & protinus cognoscant, quia cū vox ista de cœlo venit.* Petrus Apostolus cum Domino stetit: *ipse ergo hanc Epistolam scripsit, qui hanc vocem in monte de Domino audiuit.* Hanc rationem Gregorij mutuatus est Beda. Certè si Petrus non est auctor, nō nisi insignis impostor posset afferi auctor, tingendo fuisse in monte sancto, appellado Paulum fratrem carissimum, se Petrum seruum Iesu Christi, & Apostolum attingendo: non eit autem credibile apud cordatos impostorem pro Apostolo suæ Ecclesiæ obtrudi permisisse diuinam prouidentiam, ergo &c.

Accedit, quod nedum Ephrem Syrus citavit testimonia ex hac Petri Epistola, sed Syri, Alexandrini, Æthiopes, Maronitæ, Rutheni; hæc Epistolæ hodie, post Concilium Trid. amplexi sunt, quamvis olim corum lingua Syra descripta non esset.

IV. ad hominem, nam Lutherus præfat. ad Hebreos, locum dat dictæ Epistola inter alios libros, quos acceptat tanquam canonicos. Caluinus etiam sic scripsit, *Cum in omnibus Epistolæ partibus spiritus Christi maiestas se exerat, eam prorsus repudiare mihi religio est.* Caluinum sequuntur Aretius Bulingerus, & Vitakerus, qui liberaliter hæc duo axioma statuit, *Quos libros noui testamenti canonicos esse statuant Papistæ, hos ecclesia nostra omnes, & solos recipit. Quos Tridentina Synodus noui testamenti libros recensuit, hos ecclesia nostra omnes, & solos recipit:* sed & generalis ista censura registratur in Poiliacensi confessione a. 3. à Caluiniana synagoga edita.

§.

**Q** uod autem secunda, & tertia Epistola Ioannis sint diuinæ, probatur ex ijsdē decretis Pontificum, & Cœciliorū. Ex ijsdē Pontifices alij desumunt testimonia. Gregorius Papa hom. 9. in Ezech. tāqā Ioannis, citat illud lo. Epist. 3. *Is, qui amat primatum gerere in eis, Diotrephe, non recipit nos.* & illud eiusdem ibidem, caritatem noli imitar i malum, sed quod bonum est. Ioannes VIII. epistola 234. illud Epist. 2. Ioan. v. 10. *Nec aue ei dixeritis, vetans communio nem cum hæreticis.*

II. ex Patris Græcis. Dionys. ad 3. Ioannis alludēs dixit, *Est omnium diuinius, ut sacra eloquia aiunt, Dei cooperatorem fieri, & ostendere diuinam in seipso actionem re lucentem.* Clemēs Alex. in 2. Epistolā Ioannis, eidem Ioanni illam attribuit, dicens: *Secunda Ioannis Epistola, que est ad virgines scripta, simplicissima est.* Origenes scribit hom. 7. in Iosue, Ioannem canere tuba per Epistolæ suas, & Apocalypsim: tres vero Epistolæ scripsisse recenset lib. 1. coment. in Matth. Alex. Alexandrinus (apud Euseb.) lib. 6. c. 8. Epistola ad Ecclesiæ ministros de Ariani docet, non cum hæreticis communicandū esse, sicut præcipit, inquit, B. Ioannes, vel aue dicamus. Athanasius tres Epistolæ Ioannis agnoscit ep. 39. in Synop., in 2. & 3. Epist. Ioan. Ephrem Syrus oratione quod ludicris rebus abstinentiam sit Christianis, illud citat Ioan. Epist. 2. *Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Dei, Deum non habet.* Didymus Alex. sic eas agnoscit Ioannis, ut in eas egregios scriperit commentarios. Theophyl. Alex. epistola ad Hieronymum illud citat Epist. 2. Ioannis, *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, &c.* idem testimoniū tanquam Ioannis citant Chrysost. hom. 19. ex 7. cap. Matt. Cyrill. 8. de adoratione in spiritu, & veritate, & lib. 14. & Isichius Hierosolym. in Leuit. lib. 7. c. 25. Damasc. lib. 1. paralell. c. 19. illud lo. Epist. 3. *Maiorem horum non habeo gratiam, quam ut audiam filios meos in veritate ambulare.* & lib. 2. c. 93. illud lo. Epist. 2. *Videte vosmetipos ne perdatis, quæ operati estis, sed ut mercedem plenam recipiatis.*

Ex Latinis vero Tertullianus de præscript. c. 33. dicit, quod *Ioannes in Epistola 1. c. 2. & 4. eos maximè Antichristos vocat, qui Christum negarent in carne venisse.* idem dicit lib. de carne Christi c. 24. hoc autem habetur in 2. Epistola Ioan. Lucifer Caralitanus lib. de non conueniendo cum hæreticis, ad Constantium Imperatorem citat illud Epist. 2. *Rogo te Domine non tanquam mandatum nouum scribens tibi, &c.* Ambros. in c. 16. ad Romanos, citans illud Pauli, *Salutat vos Caius hospes meus,* dicit, *Hic est Caius, ut arbitror, ad quem scribit Ioannes Apostolus.* Hieronymus epist. ad Ageruchiam de Monogamia c. 4. *Electæ Domine, & filiis eius scripsisse testiatur.* & epist. 85. ad Euagrium nedū ipsi, sed & Caius scripsisse profitetur. Ruffinus in explicatione Symboli tres agnoscit Ioannis Epistolæ, sic & Aug. 2. de doctr. Christiana c. 8. & in lib. expositionis inchoatae in Epistolam ad Rom. ex 2. & 3. Epistola testimonij citat. Vincentius Lyrin. contra proph. vocum nouitates c. 63. illud affert lo. 2. *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinā non affert.* Beda Ioannis esse docet in eorundem cōmentarijs. sic & Anselm. in c. 16. ad Rom. & in c. 5. primæ ad Timoth. Rupertus Abbas de operibus Spiritus sancti lib. 5. de cōsilio c. 13. illud ex 2. Epist. citat, *Si quis venit ad vos, & hæc*

doctrinam non afferit, nolite accipere eum in domum. sed & Augustinus, Rabanus, Isidorus, Cassiodorus loc. supra citat. catalogum scripturarum prætexentes, has inter canonicas recensent.

III. probatur ratione: nam, ut dicit Beda, meritò generalis Ecclesia consensus habet, quod has Epistolas Ioannes Apostolus scripsit. Quia re vera multū verborum, & fidei similitudinem cum prima eius Epistola ostendit. & simili zelo detestatur hereticos, vt non tam ouum ovo sū simile, et h̄e precedenti, sicut dicit Oecumenius, & deducit Baronius. Quod argumentū efficax est, supposita Ecclesiæ auctoritate: nullus enim impostor est, qui non posset similitudinem stylū in suis operibus fabrefactis mentiri.

IV. probatur ad hominem: nam Lutherus præfatione in t. Ioannis dicit, In his Epistolis Apostolicum esse spiritum, & eas non cum apochryphis, sed cū canonicas cæteris collocat. Lutheranus Hunnius similiter dicit, Ioannis Epistole due posteriores planè videntur Euangeliste Ioannis exaratae stylo, & de secunda quidem res tam clara est, ut meo iudicio negari non possit: siquidem penè singula, quæ in eo occurunt totidē fermè verbis in prima canonica monstrari queant.

§.

**Q**uod autem Epistola Iacobi diuinitus sit inspirata, probatur ex decretis Conciliorū, & Pontificium citatorum, quibus accedit Concilium Milevitani c. 7. probans enim illud dogma contra Pelagium, iustos non carere peccatis venialibus, illud afferit Iacobi 3. In multis offendimus omnes. & Concilium Arauficanum secundum c. 25. ad diuinis adiutorijs necessitatem probandam contra eosdem illud afferit Iacobi 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum defusum est descendens à Paire lumen, & Concil. Toler. 8. c. 8. illud eiusdem cap. 2. Iudicium sine misericordia illi, qui non fecerit misericordiam. Concilium Cabilonense c. 33. illud. Confitemini alterutrum peccata vestra. Concilium Parisiense c. 13. Agite nunc diunes. Alij Pötifices ex eadem Epistola testimonia sumunt tanquam diuina. Anacletus Papa Ep. 1. illud cap. 2. Diliges proximum tuū sicut te ipsum: benefacitis. Alex. I. Ep. 1. illud c. 5. Multum enim valet deprecatione iusti assidua. Urbanus I. Epist. ad omnes Episcopos citat illud Iacobi 2. Quid proderit fratres mei si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? &c. Innocentius I. Epistola ad Decennium Eugubinum c. 8. Sacramentum Extremæunctionis confirmatijs verbis Iacobi 2. Infirmatur quis in vobis, &c. Sixius III. multa congiobat ex c. 1. & 2. & 3. huius Epistolæ tract. de malis doctoribus; & operibus fidei. Leo Magnus serm. 2. de Quadrages. c. 4. illud c. 1. Si quis vestrum indiget sapientia, postulei à Deo. Gelasius aduersus Pelagianam hæresim illud c. 1. Beatus vir, qui suffert temptationem. Greg. Magnus lib. 33. moral. c. 7. illud c. 1. Apud quem non est transmutatio, nec viciisitudinis obumbratio. Zacharias Epistola ad Bonifacium illud c. 5. Qui cōuersti fecerit peccatorem ab errore viae sue, &c. Nicol. I. Epist. 9. illud, In multis offendimus omnes. Innocentius III. illud c. 1. Omne gaudium existimat fratres mei cum in tentationes varias incidit. Clem. lib. 2. constit. Apostol. lib. 2. c. 8. scripsit. Aut enim scriptura vir reprobis non tentatur à Deo. Iacob. 1.

Sed & Patres Græci eidem Epistolæ testimonium perhibent illam citantes. Ignatius Epistola ad Eph-

sios illud c. 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Dionysius Areop. ait, Omne datum optimum, &c. vbi Maximus eius commentator aduertit ex Epistola Iacobi desumptum. Clemens Alexand. apud Cassiodorum lib. 1. diu. lect. c. 8. Epistolam huiusmodi Attico sermone declarasse recensetur Hippolytus de cōsummatione mudi. Origenes homil. 3. in Exod. citat illud Iacobi 4. Resistite autem diabolo, & fugiet à vobis. & hom. 8. illud cap. 1. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis, in Leuit. hom. 2. illud, Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viae sue, &c. & in c. 5. ad Rom. illud Iacob. 4. Quicunque ergo voluerit amicus esse huius saeculi, inimicus Dei constituitur. Euseb. apud Damasc. lib. 1. paralell. c. 9. illud citat c. 1. Nemo cum tentatur, dicat quia à Deo tentatur. & illud c. 5. apud eundem lib. 3. c. 45. Qui conuerti fecerit hominem ab errore viae sue. Antonius Eremita Ep. 1. illud c. 1. Si quis autem putat se religiosum esse, non refrānctus linguam suam, sed seducens cor suum, huius vanæ est religio. Athanasius Epistola de Nicæna Synodo de hæreticis dicit tales esse, Quales D. Iacobus duplices corde, & instabiles in omnibus viis appellat. Et ad Episcopos Africæ illud c. 1. Apud quem non est transmutatio, nec viciisitudinis obumbratio. Sed & Didymus Alex. in c. primum Iacobi dicit, quod Beatus Iacobus Apostolus his, qui ex circuncisione sunt, scribit. Cyrius Hierosolym. cath. 4. inter canonicas septem, Iacobi Epistola suscipiēdam docet. Ephrem de vita spirituali c. 91. illud citat c. 2. Vis autem scire ò homo inanis quoniam fides sine operibus mortua est, &c. & de pœnitentia, & conuersione illud citat c. 4. Quæ est via vestra? vapor est ad modicum parens, &c. Basilius in Alceticis illud c. 2. Fides si non habet opera, mortua est, & rursus ibidem, Tu credis quoniam unus est Deus, bene facis, & Demones credunt, & contremiscunt. Gregorius Nazianz. orat. 28. & Chrysost. sermone adhortatorio in Eucharistia in Encænijs, fidem solam non sufficere eodem Iacobi testimonio vitetur. Fides si non habet opera, mortua est. idem Chrysost. hom. 22. ad populum Antiochenum illud citat. Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Cassianus 12. institut. c. 6. illud, Deus superbis resistit. Cyrius Alexandr. 4. in Io. c. 4. illud Iacobi 2. Si introierit in conuentum vestrum vir aureū annulum habēs. & lib. 14. thes. c. 5. Omne datum optimum. lib. 6. de adoratione in spiritu, & veritate, illud, Infrmatur quis in vobis. Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 93. illud cap. 3. Nolue plures magisiri fieri, fratres mei. & lib. 2. epist. 158. illud cap. 3. Lingua constituitur in membris nosris, qua matulat toum corpus: Vnde se auditorem Iacobi super hanc Epistolam esse gloriatur. Procopius Gazeus eod. c. 7. Etatq; idem testimonium citat c. 3. In ipsa benedicimus Deum. & Patrem, in ipsa maledicimus homines, &c. Damascenus lib. 4. cap. 4. illud, Fides enim si non habet opera, mortua est.

Latinī verò ex eadem testimonia desumunt. Tertull. de orat. c. 8. ad illud Iacobi c. 1. respiciens, Ipse autem neminem tentat, ait, ceterum absit, ut Dominus tentare videatur. & ad cap. 2. eiusdem respiciens, vbi dicitur, Abraham nonne ex operibus iustificatus est? ait, vnde Abraham amicus Dei deputatus si non de equitate, & iustitia legis naturalis? intellige cū adiutorio diuinæ gratiæ. Cyprianus lib. ad Nouat. quod lapsis venia nō est deneganda: illud citat c. 4. Deus superbis resistit. Hilarius lib. 4. de Trin. illud, Apud quem non est transmutatio. & Ambrosius tract. de 42. mansiōibus

nibus, mans. 18. illud c. 1. *Omne gaudium existimat fratres, cum in variis temptationes incideritis.* Hieron. 1. contra Iouinian. c. 24. illud c. 1. *Omne datum optimū, & omne donum perfectum.* Chromatius ad 5. Matth. illud c. 1. *Concupiscentia parit peccatum.* August. ep. 29. ad Hieron. illud cap. 2. *Quicunque totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.* & de gratia, & lib. arbitrio c. 7. illud c. 2. *Et demones credunt, & temeriscent.* Philippus Presbyter in c. 22. Iob, illud, *Iudicium sine misericordia illi, qui non facit misericordiā.* Arnobius Romanus in ps. 32. illud c. 1. *Omne gaudium existimat fratres, &c.* Prosper de promiss. & prædict. temporum, illud c. 5. *Sufferientia Iob audiuit, & finem Domini viduit.* & lib. 1. de vocat. gentium c. 24. illud, *Omne datum optimum, & omne donū perfectum.* Saluianus lib. 3. de prouid. illud c. 2. *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & heredes regni?* Fulgentius lib. 1. ad Moniūnum c. 11. illud c. 1. *Omne datum optimum, &c.* Eucherius in 4. Regum, illud c. 2. *Fides, si non habet opera, mortua est.* Eligius hom. 15. illud c. 5. *Multum enim valet deprecatione iusti assidua.* Petrus Damianus ep. 5. illud cap. 1. *Omne gaudium existimat fratres, cum in temptationes varias incideritis.* Anselmus Cantuariensis in c. 3. Epistolæ ad Rom. illud citat c. 2. *Fides, si non habet opera, mortua est.* Rupertus illud c. 5. *Confitemini alterutrum peccata vestra in Deut. c. 31.* Bernardus serm. 65. in Cantica, illud cap. 5. *Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore via sue, &c.* Hugo lib. institut. monastica c. 6. illud citat c. 3. *Linguam autem nullus hominum domare potest,* &c. Richardus Victorinus illud cap. 4. citat, *Resistite diabolo, & fugiet a vobis.* Huc referuntur omnes, tam Patres Græci, quam Latini, qui catalogum canonorum librorum præxentes, Epistolam Iacobi inter canonicas numerant.

III. probatur ratione: nam hæc Epistola Apostolicum Iacobi characterem satis insinuat ob similitudinem styli illius Epistolæ factæ in Concilio Hierosolymitano, cui Iacobus interfuit in decis. questionis de legalibus non seruandis, ad Ecclesiam Antiochenam descriptæ, si fiat collatio inter vtriusque Epistolæ salutationem. Ex fine etiam apparet; vigente enim hæresi Simonis, de qua Iren. lib. 1. cap. 20. bonorum operum necessitatem excludentis, nonnisi Apostolico spiritu describi potuit Epistola ista, quæ operum necessitatem tantopere requirit, profluui carnis libertate defluenti aggerem bonorum operū opponendo, & murum, & antemurale fidei hostium incursum obijciendo. Vnde & Augustinus, vt supra dictum est, contra eos potissimum directam docet, qui solā fidem sufficere putabant, vt dicit lib. de fide, & operibus c. 14. Quam hæresim cum renouauerit Lutherus infinitus locis sua impiæ doctrinæ, præseruimus tom. 1. epist. Latin. epist. 238. vbi ait, sufficere, quod agnouimus per diuinias gloriae Dei Agnum, qui tollit peccatum mundi, etiam si millies millies uno die fornicemur, aut occidamus. & tom. 1. operum nouoru Islebiæ ab Aurifabro collectorum, & nouissime Lypsiæ editorum 1603. in ea verba, *Attendite a falsis prophetis, vbi dicit, Nullum amplius esse peccatum, nisi non credere,* mirum non est, si ad sui instituti accommodationem machæra vñs est, ad truncandam hanc scripturam è diuinorum voluminum libro, vt sibi similes alii hæretici, Tertulliano teste, efficere consueverunt.

IV. probatur ad hominem. Lutherus enim præfatione in hanc Epistolam eam laudauit vt bonam, & utilem, seq; permittere ait, vt qui volet, in canonarum scripturarum numero habeat. Vnde & propter hoc putatur à Francisco Gommaro in suo Anticostero cap. 9. pag. 488. dixisse, Lutherum mutasse sententiam. Caluinus pro eadem sic scripsit, *Ego quia nullam eius repudiad. e causam satis iustam video, libenter eam sine controvërsia amplector.* Beza, & Vitakerus lib. 1. q. 1. c. 16. & contra Christi Martyrem Edmundum Campianum eandem amplectuntur. Bullingerus, *Nimis, ait, quidem procaciter Epistolam D. Iacobi quidam cōtempserunt, tractaruntque scurriliter, cui pepercissent meritum vel propter antiquitatem, vel propter salubria, que in ipsa continentur vita precepta.* & in argumento huius Epistolæ ait, *Nostræ æculo mirè utilis est, laborat enim iisdem morbis, propter quos D. Iacobus hanc edidit.* Sed & Erasmus, qui hanc tragœdiam innouauit, sic etiam scripsit, *Spiritum sanctum eius auctorem osculemur.*

§.

**Q** uod verò Epistola Iudeæ sit diuinitus inspirata probatur primò ex dictis Concilijs, & Pontificum decretis, & omnibus Patribus tam græcis, quam latinis texétabus catalogū scripturarū.

II. sed & ijdem Patres ex eadē Epistola testimo-nium assumunt tanquam diuina. Græci quidem, vt Clemens Alex. 3. Strom. ait, *Ex istimo Iudam propheticè dixisse in Epistola, similiter quidam hi quoque somniantes, &c.* vnde Euseb. lib. 6. c. 11. dixit. Clemens in suis scriptis vitetur testimonij Iudeæ. Hippolytus de consummatione mundi citat illud. *In nonissimo tempore venient illi fore secundum sua desideria ambulantes.* Origenes in c. 5. ad Rom. illud, *Angelos quoque, qui non eruauerunt principatum suum, sed dereliquerunt domicilium suum, &c.* quod testimonium citat etiam super Matth. tract. 9. & in Matt. c. 13. Iudea Epistolam scripsisse, plenam efficacibus verbis gratiæ cœlestis, assertit Ephrem Syrus libro de ijs, qui animas ad impudicitiam pelliciunt, cum dicant nihil mali esse. Integræ Epistolæ Iudeæ contra illos citat Epiphanius contra Gnosticos hær. 26. ait, *Ostendit Spiritus sanctus per vocem Iudeæ, quod ad brutorum similitudinem corruptantur, & corruptunt, &c.* Palladius Diaconus dialogo de vita D. Chrysostomi illud citat. *Hi sunt in epulis suis macule coniuantes, sine timore semetipos pascentes, nubes sine aqua, &c.* Cyril. I. Alex. de recta in Deum fide ad Theodosium Imperatorem illud citat. *Vos autem carissimi memores esto e verborum, quæ prædicta sunt ab Apostolis Dominis nostris Iesu Christi, &c.* & ad Reginas illud assunit. *Hi sunt, qui segregant semetipos, animales, spiritum non habentes.* Ioannes Cassianus coll. 8. c. 8. & Damasc. in paralell. lib. 1. c. 6. illud citant, *Angelos, qui non seruauerunt suum Principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei, &c.*

Latini similiter ex eadem sumunt testimonia. Tertull. de habitu muliebri c. 3. ait, *Eo accedit, quod Enoch apud Apostolum Iudam testimonium possidet.* Cyprianus lib. ad Nouatianum, quod lapsis spes vniæ non sit neganda, assunit Enoch testimoniū scriptum in eadem Epistola. *Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis facere iudicium.* Lucifer Caralitanus de non conueniendo cum hæreticis, ex eadem testimoniū profert, insinuans causam scriptoris eiusdem.

dem Epistolæ, ut in suscepta fide usque ad mortis extum maneremus. Ambrosius in 6. cap. Lucæ, illud citat à Michaelo Archangelo in Epistola Iudæ dictū. Imperet tibi Dominus. Hieronymus ad Pamphachiū de erroribus Ioannis Hierosolymitani c. 45. illud citat. Angelos quoque, qui non seruauerunt suum principatum. & Ep. 17. sub nomine Pauli, & Eustochij c. 5. illud citat, Commonere autem vos volo, scientes semel omnia, quoniam Iesus populum de terra Aegypti saluans, secundo eos, qui non crediderūt, perdidit. August. de fide, & operibus cap. 25. illud. *Ii sunt* (prout ipse legit) qui in dilectionibus vestris maculati epulantur. & in expositione inchoata Epistole ad Rom. initium huius Epistole citat. *Iudas Iesu Christi seruus, &c.* Philippus Presbyter lib. 2. in Iob illud, *Hi sunt nubes sine aqua, &c.* Prosper de vocatione gentium lib. 1. c. 19. illud, *Hi autem quaecunque quidem ignorant, blasphemant, &c.* Fulgentius 2. ad Monimum c. 11. illud. *Hi sunt, qui segregant semetipos, animales, &c.* Greg. 18. moral. c. 13. illud, *Iesus populum de terra Aegypti saluans, secundo eos, qui non crediderunt perdidit.* Remigius Altisidior. illud, *Soli Deo Salvatori nostro per Dominum nostrum Iesum Christum, gloria, magnificentia, imperium, &c.* Rupertus de operibus Spiritus sancti de intellectu c. 16. illud, *Va illis, qui in via Cain abierunt.* Bernardus ferm. 1. in feito S. Michaelis. *Hi segregant semetipos, animales, spiritu non habentes.* Idem Patres Græci, & Latini citati catalogum diuinorum scripturarum texentes, hanc Iudæ Epistolam inter eas commemorant.

III. ad hominem arguitur; nam idem Lutherus in præfatione eadem illam laudat, imo & notationibus explicavit. Apostolicam similiter, & authenticā putat Calvinus in eandem Epistolam, & Beza, Daneus in lib. 1. Bellar. c. 18. & Iunius, & alij Calvinistæ.

#### CONCLVSIO CAT HOLICA.

*Omnes supradictæ Epistolæ sacrae sunt,  
& diuinitus inspiratae.*

R Espondeo dicendum sicut dicit August. de moribus Ecclesiæ lib. 1. c. 29. *Si de scriptura aliqua dubitandum est, de illa dubitari debet, que diffamari non meruit, unde potuit sub alieno nomine tota mentiri.* Si verò, ut dicit idem contra Epistolam fundam. c. 19. scripturis credendum, *Illæ potius credenda sunt, que robustissima auctoritate firmatae sunt, quæ cù ipso Evangelio, & alijs scripturis innotescere populis, & commendari posteris, prædicarique meruerunt.* Cum ergo omnes Epistolæ prædictæ per Ecclesiarum omnium per totum orbem dispersarum contestatione firmentur, necessario dicendum est, ut verbis Augustini in similiter lib. 23. contra Faustum c. 9. quod ipse diuinæ sunt, quas recepit, & tenet Ecclesia toto orbe diffusa, quæ per illas est prophetata, et quemadmodum promissa, sic reddita. Econtra verò cum in oppositū nihil proferatur præter inanissimas voces temeritatis plenas, non est putandum usque adeo genus humanum esse peruersum, & diuinæ prouidentiæ ope desertum, ut suis scripturis, non prolatis alijs rationibus, & argumentis quibus redarguantur, inania hæc verba aduersariorum præponantur. A posteriori autem rationabile sumi potest argumentum, quod sint diuinæ ex ipsa materia, quæ tractatur in his Epistolis. Petri

namque Epistola secunda paranœtica est, hortans ad bonorum operum studium, fidei constantiam, hareritorum fugam. Similiter 2. Ioannis adhortatoria est ad mandatorum obseruantiam, & perseuerantiam in accepta fide, & doctrina: tertia est hortatoria simili liter ad charitatem. Iacobi verò Epistola similiter paranœtica est, hortans ad eandem fidei constantiam, vita honestatem, & operum bonorum fructū. Iudæ verò argumentum est redargutio blasphemantium Christum, & impudicè viuentium, pro quibus, ut dicit Rabanus de vniuerso lib. 5. c. 3. admonet Ecclesiam, ut eos arguat, & ad pœnitentiam cohortetur. Cumque, ut suo loco, ijdem fuerint auctores earundem Epistolarum, quibus sua nomina præfiguntur, Petri, Ioannis, Iacobi, Iudæ, organa Spiritus sancti, & sacros scriptores extitisse non est dubitandum.

#### Solutiones oppositionum.

A D primæ classis argumenta respōdetur. Ad primum quidam respondent, quod illa sententia Didymi, ut aduertunt nōnulli, ab impostore inserta est eius libris, unde non assertur, inquit, in talis sententia, in qua falsata fuerit, & adulterata Epistola Petri, ne tantus vir in eam Epistolam commentaria edidisset. est responsio Lorini in huc locum. Sed quia in c. 3. talium commentariorum exp̄tesse Didymus ponit fundamenta, quæ mox soluemus, propter quæ reiçit hanc Epistolam; dicendum aliter, deceptum fuisse Didymum, nec eius auctoritas est tanti momenti, ut præiudicium generet Ecclesiæ Catholice sententia, cō magis cum fuerit Origenista, & cum suis Symmictis, Euagrio, & alijs fuerit damnatus in v. synodo.

Ad primam probationem adulterationis per ea verba, *Cæli erant prius, & terra de aqua, &c.* Qui tenet cœli nomine, secundum scripturæ morem aërem intelligi, ut dicit August. 20. de ciuitate c. 18. exponunt sic istam sententiam, cœlos hoc est aërem, & terram, quoad accommodatam statui viuentium dispositionem, esse de aqua, quia ab aquis segregata, & denudata sunt, & per aquam, quia aer humidus per aquā consistit, tanquam per materiam, & terra per eandem tanquam per glutem. Sic Beda, Oecumenius, Hugo, Lyranus, Caiet. Qui tenet nomine cœli, & terræ intelligi degentes in terra, & in aere, ut sunt volucres, & bestiæ, plantæ, &c. ex aqua, & per aquam sunt ex humido constâta, quod voluit dicere Thales, & per humidum, ut omnium alimentum, consistentia. Qui verò sustinent cœlos propriè accipi, sed aquam impropriè pro materia prima, secundum doctrinam Augustini, & communem Scholasticorum, variè respondet. Quidam enim dicunt cœlos, & terram esse de aqua, & per aquam nedium quantum ad materiam, sed etiam quantum ad formam saltem accidētalem, nempe diaphaneitatem, perlucidi siquidem sunt cœli, & transparentes, sic Salmeron in hunc locum. Sed non est verisimile esse tantam æquiuocationem, ut aqua significet materiam primam, & formam illam externam. Quare alij respondent cœlos esse ex aqua non tanquam parte componente, sed tanquam in teugmento, & per aquam, quod posse verti, dicunt, & in aqua, ex 1. Petri 3. & tunc solum significatur cœlos esse per aquam, idest in aqua: verè enim cœlum in medio aquarum est, ut Oceano, & tot fluminibus in

in superficie concava circumambiantur. Alij tandem planum faciunt sensam proprię quidem cœlos, & terram intelligendo, sed quæ dicuntur, quod sint de aqua, & per aquam ad solam terram, pertineant. Vnde Hieronymus conformiter ad vulgatam sic legit in Eccl. c. 69. *Cœli erant ab initio, & terra de aqua, & per aquam Dei sermone subsistit, & nostra vulgata, 3. Pet. 1. Cœli erant prius, & terra, &c.* Nullas autem mundorum revolutiones, & creationes per hæc asserere voluit Petrus, sed ostendere futurum iudicium contra impiè agentes, vt sicut quantum attinet ad terram mundus inundatus (acciendo totum pro parte) periret, concurrente cœlo. i. aere, aqua, & terra ipsa in fontiū eruptionibus (quod aperie dixit ibidē subdens, per que tunc mundus inundatus periret) sic cœli periret, & elementa arsura, quæ in hac parte subsistunt procellosa, & turbulentia, in qua eosdem cœlos dicit esse depositos (nempè aerem) saluis illis superioribus, & in sua integritate manentibus, in quorum firmamento sunt sydera constituta, vt dicit Augustinus 20. de Ciuit. c. 24. Vnde cœli semper incorruptibles erunt, & aer erit, qui exuretur, magno impetu transiet ex ardoris celeritate: quamvis ipsos cœlos asteramus magno impetu etiam transituros ex velociori motu multo maior, quam ante. Quare harum omnium expositionum primam, vt probabiliorēm complector, vt cœli pro aere accipiantur ex ista Petri intentione, de iisdem enim cœlis loquutus est, quos dicit esse depositos in die iudicij ad peregrinas impressiones, de quibus dixerat paulo ante, *Cœli erat prius, certum est autem non esse cœlos proprię dictos expositos dictis impressionibus, sed aerem, & sic patet responsio ad obiecta.*

Ad secundū de diuersitate stylī respondet noster Caietanus; infirmum argumētum assumi, cum vnu, & eundem hominem diuerso stylo quandoque scribere experientia testetur, & ista ratio non minus inferret hanc secundam, quam primā Epistolam Petri non esse diuinam; nam tantum dissonat prima à secunda, quantum secunda à prima. Ratio verò huius stylī arguit Petrum diuersis vsum esse interpretibus, vt dicit Hieron. ad Hedibiam.

Ad tertium respōdetur, etiam Syriacē haberi hāc Epistolam secundam S. Petri, & è Syriaco codice in linguam latinam vertit Balthasar Ezelius, eamque omnes Syri, Alexadrini, Aetiores, Maronitæ, Ruthenii, qui Concilium Tridentinum recipiunt venerantur. Eam antiquus Syrorum Doct̄or S. Ephrem citat in serm. ad pietatis certamen, & serm. contra impudicos, & paranasi 9. & 41. Sed de hac Syra interpretatione alias tractabitur.

Ad II. principale. Ad primam rationem respondetur ex Amb. ad Ps. 36. quod cum Ioannes refugere Apostolum se scribere, seniorem se scripsit; nec minor est existimatus, cui cygnæa quædam suppetaret gratia: fugit autem se scribere Apostolum, vt Paulo deferret, qui primus in Asia prædicauit Euangelium, vt dicit Oecumenius.

Ad confirmationē respondetur concedendo duos fuisse Ioannes, nec defuisse aliquos (minus perspecta traditione) qui eas Presbytero illi, non autem Apostolo adscripserint Epistolas. Reclamante autē nunc Patrum Choro, & Ecclesiæ decretis, nefas est modo dubitare. Mirum autem est quomodo aduersarius arguat pueriliter, duo fuerunt Ioannes, Apostolus,

& Presbyter, vt scripsit Papias, ergo qui scripsit has Epistolas fuit Ioannes Presbyter; nesciēs esse sophisma ex copulata propositione determinata ad disiunctam descendere quasi determinatam, vt si dicatur duæ sunt manus, dextera, & sinistra necessariae ad operationes humanas, ergo manus, quæ fecit homicidium fuit sinistra. Sed si vnum, & eundem dicamus fuisse Ioannem; idem, qui Apostolus dictus est, senior quoque appellatus est: ætate enim, & auctoritate maiores in Ecclesia, vt dicit Hieronymus epist. 85. & habetur c. legimus d. 93. Presbyteros se appellare solebant, vel quia tunc verè senior erat, vt dicit Oecumenius. Dato autē alterius discipuli Apostolorum esse istas Epistolas, nullus inficiari posset, eas non esse authenticas, vt dicit Origenes in psal. 1. & apud Euseb. lib. 6. c. 19.

Ad secundam confirmationem dicitur, quod scribens ad definitas personas, probat non scripsisse ad Ecclesias certorum locorum, vt fecerat in prima scribens filiolis suis, nempe ijs à se conuersis, quos Higinius epist. 1. & August. lib. 2. quæst. Euang. cap. 39. Parthos fuisse existimat, in quorum regno maxima erat Iudeorum multitudo, vt colligitur Act. 2. & Iosepho lib. 14. c. 12. & lib. 16. c. 4. & lib. 18. cap. 12. tam autem illa, quam iste posteriores Catholicæ meritò nuncupantur propter rationes superius assignatas. Dissimilitudo stylī in inscriptione nihil concludit pro aduersarijs, si in illis esset, vt dictum est supra, cum de Epistola 2. Petri. Sed si recte inspiciatur, non tam ouum ouo est simile, quantum haec Epistola sunt assimiles Ioannis Euangeli, & alteri Epistolæ, vt recte dicebat Oecumenius.

Ad argumenta tertiae classis. Ad primam respondeatur, negatur illa consequentia prædicantica, citantur in Epistola Iacobi testimonia desumpta ex Petro, & Paulo, ergo Iacobus fuit illis ætate posterior, nā in Michæa Esaia testimonia de Christo expressa nedum in sententijs, sed & ijsdem penè verbis descripta reperimus, vt patet, cum capite 2. dicat Isaías, *Eterit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini, quod testimonium habetur Mich. 4.* & tamen non valet inferre, ergo Esaia fuit Micheas ætate posterior, cum vterque in diebus Iothan, Achaz, & Ezechie Regū Iuda legantur prophetasse. Sed nunquam reperiit opponens vnum Apostolum expressis verbis ab alio citari, nā quod in margine citationes huiusmodi inspiciantur, denotatur eadem vtrobique Spiritus sancti esse cōspirans, sibiq; similis sententia.

Ad primam confirmationem respondeatur, quod cum sint duo Iacobi, frater Ioannis vnu, Alphæi alter, primum negavit Hieronymus, esse huius Epistole authorem, nunquam admittens non fuisse Apostolum, cum expressè hoc ostendat lib. 1. contra Heluidium, secundum verò authorem agnoscit in catalogo scriptorum Ecclesiasticorum. Sed de hoc latius infra, cum agetur de authore huius Epistolæ a. 6. controv. 2. speciali generalissimæ controvrsiæ de causa instrumentalis sacræ Scripturæ.

Ad secundam confirmationem, mendacium pro ratione assumitur: vndique enim gratuitatem spirat Apostolicam, & Apostolico ipiritu dignā, vt Patres prædicat, & dum seruum Dei, & Domini nostri Iesu Christi se appellat, quid dignius, & christianius dici poterat? Quod verò salutem ijs, ad quos scribit impariatur, nō gentilitum est, sed Apostolicum, cum æternam

æternam salutem preceatur, quæm gentilitas temporalem solum agnoscebat. Quod si è canone propter illam salutationem eradenda est hæc Epistola, illa quoque in Actis Apostolicis, descripta à Concilio Hierosolymitano, vt supra eradenda erit. Quod Hebraismis destituitur, non est mirum, cum Græcè scripsi: nam etiam in Oriente propter Macedonum imperium, quod non multò ante extiterat, ea lingua maximè florebat.

Ad tertiam cōfirmationem, negatur, quod Christum non redoleat, & spiritus gratiā. Sed non mirū, quod hæc assumantur ab aduersario, nec vlo modo probētur: talis enim est hæretica audacia, vt sibi minimè probāti, quod assumit, credi velit. Apostolum verò ideirco fortassis non se attitulauit, quia sicut in simili dicit Oecumenius, Ioānes Apostolus, eo quod non primus in Asia prædictauit Euangelium, sed post Paulum propterea nec se Apostolum nominauit, ita à simili Iacobus deferēs Apostolo Petro, quod Apostolus erat eorum, qui ex circuncisione crediderant, eosdem dispersos volens consolari, à titulo Apostolico abstinere voluit. Quanquam nec ea esset firma collectio, scilicet, Apostolum non se nominauit Iacobus, ergo nō est Epistolæ istius author: nam oportet quoque expungere à numero canoniarū Epistolā Epistolas ad Philippenses, ad Thessalonicenses, ad Philemonē, &c. vbi Paulus non se Apostolum attitular. Sed quicquid missit aduersarius, vetustissimi Latinorum codices, & multa exemplaria Greca in salutatione huius Epistolæ cognomen Apostoli habuerunt: vnde in quibus desunt, casu, vel malitia intercederunt, vt dicit Senensis noster.

Ad quartam confirmationem respondetur, Eusebium mendaciter citari ab aduersarijs, sic nāque scribit Eusebius: *Sciendum, quod vt spuria, & adulterina arguitur: non multi igitur veterum eius meminerunt, sicut neque eius, quæ Iudea dicitur, quæ & ipsa una est ex sept̄ catholicis.* Sed quid subdit Eusebius? *Nihilominus scimus et has cum reliquis, in plurimis Ecclesijs publicè receptas.* Debebāt aduersarij aduertere aliud esse spuriū, aliud argui, & accusari tāquam spuriū: accusari enim tāquam adulterinum, potest accidere legitimè proli: esse verò spuriū nō potest accidere eidem: primum dixit Eusebius, dicens, quod vt adulterina, & spuria arguitur: secundū negauit, ostēdens à plurimis Ecclesijs receptam. Potest etiam dici ex versione Ruffini illud *vōθos, & vōθv̄d̄a,* sēpē in Eusebio idem significare, quod non recipitur, seu ab omnibus nō agnoscitur. Vnde in oratione Cōstantinus, seu potius Eusebius ad sanctissimū cōtum c. 11. fol. 162. græcē editionis apud Eusebium, Christi natuitatem vocatam cernimus *vōθv̄*, inusitatam, non acceptā, vel consuetam: voces verò illas adulterinum, & spuriū, libris, & voluminibus ab hæreticis confictis attributa, de quibus idem Eusebius lib. 3. c. 25. Græcē editionis scripsit secundum versionē Christophorsoni, ne in eo quidem scripturarū genere, quæ falso inscripta, minimaq; germana dicuntur, babēda sunt, seu secundam aliam versionem, ne inter illa quidem, de quibus dubitari diximus, collocanda sunt. Dixit ergo Eusebius de hac Epistola non agnitam, acceptam ab omnibus, nunquam tamē adulterinā nominauit.

Ad III. principale, non de quacunque offense loquitur Apostolus, sed de mortali contra charitatem, dicente Aug. serm. 4. de tempore, non esse aliud, illud

unum, nisi quod Apostolus dixit, quod omnis lex in uno sermone compleetur, *Diliges Dominum Deum tuum, & c.* qui autem contra charitatem facit, omnium fit reus, faciendo contra eam, ex qua omnia pendent, vt idē dicit ep. 29. ad Hieronymum, vel, vt dicit S. Th. p. 2. q. 7. a. 1. ad 1. quia incurrit pœnæ reatum, faciendo cōtra eum, nempe Deum, omniū præceptorū authorem, quem contemnit, ex cuius contemptu prouenit omnium peccatorum reatus. Vnde suauissimum iugum Christi remanet. Quod dicat nos in multis offendere, similiter non de mortalibus, sed venialibus peccatis loquitur, de quibus dicitur Proverb. 24. *Septies enim cadet n̄fusus, &c.* pro quibus etiam non solum humiliter, sed & veraciter Deo dicunt etiam Sancti, *Dimitte nobis debita nostra,* Matth. 6. vt docet frequenter Augustinus cum Concil. Milenit. c. 7. Falsò ergo assumitur, iterum per hunc Apostolum legem veterem abolitam instaurari.

Ad primam confirmationem respondetur, Apostolū Iacobū loqui de lege noua, non veteri, Paulum verò de lege veteri: illa est amoris, ista timoris, ista enim, vt dicit Aug. de natura, & gratia c. 57. t morem incutit, non tribuit charitatem, & propterea lex noua, lex libertatis dicitur, quia charitatis utique, non timoris.

Ad secundam confirmationem respondetur per responcionem ibi datam, quæ magis supra explicata est. Ad instantiā Hunianam desideratur probatio ad euincēdū tum esse Abraham iustificatum, cum de Vr Chaldæorū in Haram translatus est. Admisso tamen (quod est probabile) iustificatum exisse ex illo loco, nullam esse consequentiam video, ergo non est iustificatus Abraham cap. 15. sed pronūciatus iustus, reclamat siquidē Apostolus c. 4. ad Romanos, citans hunc locum, quādo Deo promittenti fidē adhibuit, dicit, *Credit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam,* vbi confitetur etiam aduersarius de vera iustificatione coram Deo agere Apostolum. Quin, quod id, textus ipse Apostolicus per se demonstrat: intentio enim Apostoli erat tractare de vera iustificatione, ad quam euincendam ad suum institutū tale Genesios 15. testimonium adaptauit, in quo adducitur Abraham Deo, hæredem, & filium pollicenti firmiter credidisse. Accedit, quod secundum eundem aduersarium, fides non est acceptæ iustificatiois declaratio, sed opera per fidem edita. Manifestè ergo sibi contradicit aduersarius.

Ad secundam rationem, impia illa potius sunt epiteta, & mendacia aduersariorum, sic soluit etiam Iunius Caluinista hoc Luthericū delirium. Falsò etiā asumitur mutā esse hanc Epistolam, nihil loquendo de Christo, passionis nam que meminit, dū c. 5. dicit, *Addixisti, & occidisti iustum, & non reflitit vobis.* Iudicij meminit ibidem, *Fatiētes igitur estote fratres usque ad aduentum Domini, &c.* & iterum ibidem, *Ecce index ante ianuam assilīt;* nec solum de Christo loquitur, sed de spiritu eius, qui nobis per Sacramenta tribuitur, dum de Sacramento Extremæ uincionis apertissimè loquitur, dicens ibidem. *Infirmatur quis in vobis, &c.* dum de lege Euangelica, quæ principaliiter consistit in spiritu ejusdem dicit, *In mansuetudine suscipite insiuum verbum, quod potest saluare animas vestras, &c.* vnde nec solū hanc legem, & opera legis inculcat, quæ etiam si sola uerget, non meretur ex hoc excludi à canone eius Epistola; pari enim ratio-

ne Prouerbia, & Ecclesiastes inter sacros libros habendi non essent, cum in eis de moribus præcipue agatur, vnde & iij libri sunt dicti Paranætici. Adeò autem acriter propugnat necessitatē honorū operum, cum hoc fuerit eius institutum præcipuum aduersus tunc insurgentes hæreses, sola fide contentas, vt si æquis oculis legatur Epistola, fortissimis rationibus asperga videatur; infirmæ verò appareant lippienibus oculis blaterorum nucagissimorum, qui in sola nuda fide salutem collocarunt.

Ad secundam confirmationem negatur assumptū, nempe Apostolum nihil miscere de doctrina fidei in sua Epistola, vt patet ex dictis.

Ad quartæ classis argumenta respondeatur, quod primum illud argumentum probat hanc Epistolam propter minus notam traditionem ab aliquibus inter deuterocanonicos computatam, quæ ut canonica recepta est postea ab Ecclesia vniuersali.

Ad secundum respondeatur post alios Apostolos Iudam scripsisse, non tamen propter ea verba à numero se exemit Apostolorum, sicut nec Paulus cum dicit ad Hebreos c. 13. *Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis loquuti sunt verbum Dei.*

Ad confirmationem negatur consequentia, nam nec Matthæus degens apud Ägyptes Ägypticè scripsit, vel Petrus apud Romanos latina lingua, imo scribens ad exercitas nationes, non erat congruū Apostolos illa lingua describere, qua utrebantur nationes, apud quas morabantur: litteræ namque ad absentes mittuntur, ea que lingua scribenda sunt, quæ ab ijs, ad quos destinātur intelligi possunt: talis autem erat lingua Græca tunc toto terrarum orbe recepta communiter. Ex Rogerio de lib. can. c. 30.

Ad tertium quidam receperūt hunc librū Enoch, vt canonicum, sic Tertull. lib. de habitu mulierum: sed hoc non potest stare, quia, vt dicit August. 15. de Ciuit. c. 23. in eodem libro continentur de gigantibus fabulae, quod non habuerunt homines Patres, vnde rectè à prudentibus non sunt credita ab Enoch descripta, & quod maius est iam ab Ecclesia ille liber inter apochrypha computatur, vt patet in decreto Gelasij c. Sancta Rom. Eccl. d. 15. Alij dicunt, verè scripsisse, Enoch liberum cù hoc dicat Iudas, vt dicit Aug. loco cit. tamen vel germanus libellus, qui ad manus Iudei Apostoli peruenit (vt dicit Beda) intercidit adulterino alio conficto sub nomine Enoch, quem Ecclesia postea reiecit: vel ob interruptā traditionem, & nimiam vetustatem, propter quā multa fuerunt illi fabulosa admixta, etiam viuēte Iuda, & suspecte fidei habitum esse dicit Aug. ibidem. Potuit tamen Apostolus diuino spiritu actus germana verba Prophetæ ab adulterinis diiudicare, & ad suū institutū assumere, nam, vt scripsit Origenes hom. 1. in Cantic. potuit fieri, vt Apostoli, & Euangelistæ sancto Spiritu repleti, sciuerint quid assumendū ex apochryphis esset scripturis, quidue refutandum. Nec propterea, vt dicit Hieronymus, totū librū debemus sequi, quod libri parte vñus est, nam, vt idem ibidem exemplificat (& etiam docuit Augustinus lib. 4. q. 9. super Num.) nec Propheta ille Cretensis, cuius mentionem facit Apostolus, nec Græcorum scriptores, vel Philosophi, vel Poetæ, quos idem citat, canonica meruerunt auctoritatem. Et si enim liceat diuinæ auctoritati, vnde voluerit, quod vetum inuenierit te-

timonium sumere; sed non ideo omnia, quæ ibi scripta sunt, accipienda confirmat.

### ARTICVLVS VLTIMVS.

*An liber Apocalypsis sit diuinitus inspiratus.*

#### *Positio Nouatorum.*

**A**ntiqui hæretici librum hunc, & Ioannis esse negarunt, nec vt diuinum voluerunt agnoscere. Cerdon, teste Tertulliano de præscript. c. 51. Apocalypsim hanc tanquam falsam reiecit. Idem lib. 4. contra Marcionem asserit, Marcionitas negasse hūc librum esse diuinum, Alogiani ex Epiphanius lib. 2. aduer. hæreses, hæresi 51. & 54. Philastrio in catalogo hæret. & Aug. arbitrati sunt, hunc librum à Cherrinto confictum, & innumeris figmentis, atque præstigijs refertum. Hos sequutus est, teste Epiphanius lib. 2. hæresi 54. Theodorus Bizantius Theodotianorum princeps. Erasmus, vbi in fine comment. in eiusdem librum adduxisset friuolas cōiecturas ad illum eludendum, tandem sic concludit. *Verum ut de his interim nihil dicam, me mouerunt cum alię cōiecture, tum ille, quod reuelationes scribens tam sollicitè nomen suum inculcat. Ego Ioannes, Ego Ioannes, pertinde ac si singrapham scriberet, nō librum. Martinus Lutherus, & sui, vt dicit noster Senensis lib. 7. c. 10. quāquam non ausus sit librum hunc per seiplos dampnare, callidè tamen sub aliorum persona vituperant, & multis ratiunculis, quas indissolutas relinquent, labefactare conantur, dicentes eum ab eruditissimis viris olim explosum ceu fabulosæ, & confictæ rei narrationem, cui nihil inesset Apostolici pectoris. Verum expressè dānasse per seiplos librū hunc, patet ex Luthero in Apocalypsim prioris editionis, vbi sic dicit. Quæ ego in hoc libello desidero, non sunt unius generis, vt nec Apostolicum, nec Propheticum esse putem. & postea. Neque ullo modo deprehendere possum, quod à Spiritu sancto confessus sit. & concludit. Sentiat de hoc libro quilibet quicquid ipsi spiritus suus ingerit, meus spiritus ad eum se accommodare nequit. Atque ea mihi causa sufficit, ne eum magnificiam, quod in eo Christus neque docetur, neque agnosciatur. & lib. de abroganda missa priuata. Liber Apocalypsis (ait) veterum calculo non est plene authoritatis. Bullingerus in Apocalyp. refert de Zwinglio, quod non multum tribuerit ei lib. & quod illius author non fuerit author Ioannes, sed alius, quem appellavit Theologum. Vitus Theodorus in summarijs Bibliorum eundem librū dedita opera à numero diuinorum librorum explodit. Brentius in confess. Vitemberg. c. de sacr. scrip. excludit inter cæteros Apocalypsim, Quos inquit, Pontificij obrudunt nobis pro verè canonicas libris. Ioannes Bodinus in methodo hist. c. 7. dicit de Caluino, quod rogatus de sententia libri Apocalypses, responderit, se penitus ignorare, quid velit ī obscurus scriptor, & quod quis, qualisve fuerit, non constet inter eruditos. Miricus in suo catalogo testium aucto, & impresso Genevæ 1597. subscriptis hæreticis supra relatis.*

## Oppositiones aduersariorum.

**A**rguitur primò, quia Concilium Laodicenum, & Gregorius Nazianzenus recensentes catalogum sacrarum scripturarum, nullam mentionem faciūt libri Apocalypseos. Amphilochius etiā in Iābis ad Seleucū de sacre scripture libris. At Apocalypsim, inquit, *Alii iis inferunt: rursus sed longe plurimi adulterinam dicunt.* Sed Hieronymus epīt. ad Dardanum aperte testatur Gr̄ecorum Ecclesias eundem librum non recipere, dicens, *Nec Gr̄ecorum quidem Ecclesiæ Apocalypsim Ioannis eadē libertate suscipiūt.*

Secundo Gaius Catholicus, & veterus scriptor in dialogo disput. suarū c. 28. huius libri authorē facit Cherintum: & Dionysius Alex. apud Euseb. 4. hist. cap. 24. & 26. & lib. 7. c. 23. dubitat, an author huius libri sit Ioannes Euangelista, an alter Ioannes cognomēto Theologus, Ioannis Euangelistę auditor: vnde & in omnibus Gr̄ecis codicibus habetur, *Reuelatio B. Ioannis Theologi.* Eusebius cum Dionyso prædicto videtur consentire lib. 3. c. 29. vbi cum duos Ioannes distinxisset, subdit, *Fortissim secundus hic erat Ioannes, si ille non creditur primus, sub cuius nomine reuelatio habetur, quæ appellatur Ioannis.*

Tertio rationib⁹ id evincitur in primis, quod Cherintiana dogmata contineat, continentur siquidem ibi terrena Hierusalem instauratio. c. 21. cum dicitur. *Ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem, ciborum satietas permittitur, & poculorum abundantia, cū dicitur. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, cap. 2. & iterum c. 7. Non esurient, neque sitient amplius, &c. & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, nuptię promittuntur c. 19. Venerant nuptię agnū, & uxoris eius præparauit se. Tempus regni Christi duraturum per mille annos in terris adstruitur, dum dicitur c. 20. Et vidi animas decollatorum propter testimonium Iesu, &c. & vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis: ceteri vero mortuorum non vixerunt, donec consumentur mille anni, ob cuius peruersitatem dogmatis, sub Chiliastrarum nomine tale regnum statuentes ab Ecclesia explosi sunt.*

Confirmatur primò amplius. Ibi omnia vana, & ridicula inspiciuntur, nullius utilitatis, ac fructus, vt cum recensentur septem Angeli, septem tubæ, &c. quæ sub inuolucris somniorum, ac visionum tecta, ne reuelationis, sed obumbrationis, & obuolutionis nomine digna sunt.

Confirmatur amplius secundò. Insigne mendaciū deprehendit: nam c. 2. scribitur. *Et Angelo Thyatiræ Ecclesiæ scribe, &c.* Thyatira autem est Mysia ciuitas, in qua quidem nullam fuisse Ecclesiam vivente Apostolo Ioanne certum est. Non ergo potuit ad non extantem adhuc Ecclesiam scribere.

Quartò, quod non sit Ioannes author probatur primò ex verbis Dionysij Alexadrini, nam Ioannes Apostolus de libris suis, vel tanquam à seipso, vel tanquam ab alio quopiam scriptis nullo in loco mentione facit: iste autem qui scripsit Apocalypsim, statim initio nomen suum ponit. Deinde in eadem Apocalypsi tanquam Epistolam quādam scribit. *Ioannes septem Ecclesiis, que sunt in Asia, gratia vobis, & pax, &c.* Verum Euangelista ne in Epistola quidem catholica nomē prefatur. Insuper iste Apocalypseos auctor nō satis esse putabat semel se nominare, & ita in reliqua oratione progredi: sed nomē iterū, atq; iterū ponit.

Confirmatur primò nedum ex stylo, sed ex verbis, eorumq; cōpositione, nam in Euāgelio, & Epistolis, quæ concinna elocutionis dispositione conscripta sunt, nulla vox aliqua barbara, aut imperitus, & rudis sermo in eo reperitur: at in isto, qui scripsit Apocalypsim, deest sermonis proprietas, & lingua non adeo limata, & polita animaduertitur, modis planè barbaris vtens, & interdum etiam solecismis.

Confirmatur secundò, quia hunc librū attribuentes Ioanni Euangelistæ adeo discordant de loco, & tempore, vt Ioannem esse authorē difficile persuadere possint. Nam quātū attinet ad locum, Eusebius in Chron. & Hieronymus de viris illustribus, dicunt, eam fuisse descriptam in insula Pathmos; Dorotheus verò perhibet scriptum quidem Euangeliū in ea insula, at Apocalypsim nequaquam. Circa tempus Irneus dicit lib. 5. c. 26. sub exitū Imperij Domitiani scriptam, cui adstipulantur idē Eusebius, & Hieron. At Epiph. Aretas, Andreas Capadociæ Episcopi sub Claudio Nerone, hoc est 40. annis ante, defendant descriptam. Author demum huius libri die domino has reuelationes exceperit dicit c. 1. at appellatio, & institutio huius diei longe post à Patribus statuta legitur. Hęc omnia Alogiani, quos imitatur hæretici Neoterici, & quidam ex antiquis, quamvis Catholicis, hunc librum non esse Ioannis existimarent.

Quintò amplius specialiter arguit Lutherus, quod nō sit Apostolicus (addit) nec Propheticus. Quod non sit Apostolicus probat, quia Apostoli nō occupantur circa visiones, sed claris, atque apertis verbis vaticinantur, vt fecerunt Petrus, Paulus, imo & Christus in Euangelio: nā inquit Apostoli munera est clare, & sine imaginibus, aut visionibus de Christo, eiusq; rebus loqui. Quod non sit propheticus probat, nullus Propheta est in veteri testamento, qui ita planè, & per totum imaginibus, & visionibus agat sicut libellus iste, vnde assimilatur lib. 4. Esdræ. Confirmatur, quia cap. 1. & ultimo dicitur. *Beatus, qui audit, & qui legit verba prophetie, libri huīus, & seruat, &c.* conīstat autem neminem intelligere quid sibi velit hæc prophetia.

## Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primò auctoritas Conciliorum, & decretorum Romanorum Pontificum Innocētij, Gelasij, de quibus supra, Apocalypsim inter ceteros sacros libros enumerantum. Conc. Nicen. 2. ait. Benedictus Deus, qui per sanctum Apostolum dixit. *Ego sum A, & Q. Apoc. c. 1.* In Concilio Ancyran. vlt. huius libri habetur auctoritas. Concilium Tolet. 4. c. 16. sic dicit. *Apocalypsim librorum multorū Conciliorum auctoritas, & synodica sanctorum Tr̄. x. fulum Romanorum decreta Ioannis Euangelistę esse præscribunt, & inter diuinos libros recipiendum constituerunt, & ibidem mox illud nō recipientes excommunicationis sententia feriuntur.* Concilium etiam Fortoliui nō in præfatione, tanquam Ioannis citat illud 2 t. *Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illū plagas scriptas in libro hoc.* Pr̄ter decreta Rom. Pontificū, sunt & alij P̄tifices, qui ex hoc libro testimonia desumunt. Sixtus enim 3. lib. de castit. illud citat c. 14. *H̄i sunt, qui cum mulieribus non sunt coquinari.* Leo magnus epistola 52. c. 5. illud c. 3. *Tene, quod*

*quod habes, &c.* Zacharias epistola 11. illud c. 9. *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo meo.* Nicolaus Epistola 8. ad Michaelem Imperatorem illud. *Vicit Leo de tribu Iuda, &c. c. 5.*

II. probatur ex Patribus, & primo ex Græcis. Dionys. de Eccles. Hierarch. c. 3. Apocalypsim vocat, *Arca-nam, & mysticam visionem dilecti discipuli.* & de diuinis nominibus c. 2. citat illud Apoc. 1. *Hæc dicit, qui est, qui erat, & qui venturus est.* Legendus est Maximus eius scholasticus in hunc locum id ipsum cōfītendo.

Iustinus martyr Dialogo cum Tryphone. *Quoniam apud nos vir quidam Ioannes, unus ex duodecim Christi Apostolis in revelatione sibi facta prophetauit, Christianos mille annos peracturos esse,* &c. de eodem Iustino refert Euseb. in chronicis, & de virtutis illustribus etiā Hieronymus, iam credidisse Apocalypsim esse Ioannis Apostoli, & eam exposuisse, sicut etiā refert idem Eusebius, idem præstasse Melitonem Sardensem lib. 4. hist. c. 25. Theophilum Antiochenum eod. lib. c. 23. & Apollonium ex eodem lib. contra Cataphrygas testimonia citasse dicit lib. 5. c. 17.

Irenæus lib. 1. c. 27. dicit quod *Nicolaiti plenissime per Apocalypsim Ioannis manifestantur qui sunt, & lib. 4. c. 37. Sed & Ioannes discipulus in Apocalypsi salutarem, & gloriosam regni eius vindens aduentum, conuersus sum, inquit, videre vocem,* &c.

Clemens Alex. lib. 6. Strom. c. 5. ait, *Et licet hic in terris talis presbyter non fuerit prima sede honoratus, sedebit in quatuor & viginti thronis, ut dicit Ioannes in Apocalypsi, & lib. 2. pedag. c. 19. citat testimonium Apocal. 22. dum dicit, Ex sanctis lapidibus supernam Hierusalem fuisse constructam accepimus.*

Origenes hom. 1. a Exod. scribit, quod *Ioannes in Apocalypsi de populo hoc qui Christo credidit, scribit: dicit enim c. 7. quia ex tribu Ruben duodecim millia signati, ex tribu Simeon duodecim millia signati.* hom. 7. in Ezech. citat illud Apoc. 1. *De incenso, quod sint orationes sanctorum.* & lib. 1. Periarch. Audi, inquit, hoc modo Ioannem in Apocalypsi dicentem. c. 1. *Hec dicit Dominus Deus, qui est, & qui erat,* &c.

Dionysius Alex. apud Euseb. lib. 7. c. 20. sic dicit, *Ego librum ipsum Apocalypsim, nullo modo audeo abrogare, præsertim cum adeo multi fratres cum tam magni extimenter: sed hanc mecum de eo opinionem concipi, longe abstrusorem esse in illo materiam, quam mens mea facile consequi queat.* & in singulis propè sententijs sensum quendam mysterijs inuolutum, & valde admirabilem delitescere planè existimo, &c.

Eusebius 3. lib. histor. c. 19. loquens de manifestis scriptura libris ait. *Inter istas si placet Ioannis Apocalypsim coniiciamus, de qua quicquid veteres statuerint, aliud erit tempus exponendi.* Atque hec sunt, inquit, que omnium aſſueruione conſtanter appobantur. Et in chronicis Ioannem Evangelistam in Insula Pathmos Apocalypsim vidisse expressè testatur.

Athanasius in Synopsi diuinæ scripturaræ, in Insula dicta Pathmos Ioannem Dominicæ die, vidisse testatur, ex ea testimonium illud sumit cap. 1. *Qui est, qui erat,* &c. ad probandam consubstantialitatem.

Didymus Alexandr. lib. 5. de vniueſta substantia Trinitatis, in Epistola Iude, de heresi Nicolitarum docet, mentionem factam in Apocalypsi per Iezabel, quæ super fornicationem esse describitur, &c.

Ephrem Syrus de apparitionibus Crucis in tempore Iudicij, Regem Regum venturum scribit cum

*potestate, & maiestate multa, sicut Ioannes predicauit Theologus dicens, ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus.* Apoc. 1.

Nazianzenus orat. 32. (quæ fuit habita in praesentia 150. Episcoporum) *Angelos vocari Presides Ecclesiastarum, dicit, quemadmodum in Apocalypsi Ioannes docet me.* & oratione 35. tanquam scripturæ testimoniū citat illud c. 1. *Qui erat, qui est, & qui veniurus est,* &c. ad probandam filij consubstantialitatem cum Patre.

Epiphanius hæresi contra Alogos, hunc librum ut diuinum, & à Ioanne editum agnoscit, Alogianorum rationes egregie dissoluens, atque confutans.

Ioannes Chrysostomus de natu. S. Ioannis Baptiste de virginibus loquens, ait. *Hi sunt, de quibus in Apocalypsi dictum est. Qui vestem suam non inquinaverunt, id est, qui carnem suam inuolatam custodierunt.*

Nilus de orat. c. 69. scribit. *Quod in Apocalypsi dicit beatus Ioannes ferre Angelum thymiam, ut daret in oratione sanctorum, exissimo esse gratiam Dei, quam ipse per Angelum operatur.*

Ioannes Cassianus coll. 4. c. 29. de tepidis locutam scripturam afferit, illud adducens. *Vitam calidus essem, aut frigidus.* Apoc. 3.

Cyrillus Alex. de adorat. & spiritu, lib. 6. dicit, quod *Ioannes ille sapiens Apocalypsim descripsit, qui Patrum iudicio comprobatus est.* & lib. 1. thelau. c. 5. ante secula extitisse probat Verbum Dei, illud adducens. *Qui est, qui erat,* &c.

Andreas Cesariensis in Apocalyp. de authoritate huius libri differens, ait. *Superuacaneū esse differere, contra namque beatos illos viros Patres nostros Gregorium Theologum, Cyrill. Alex. multisque his vetustiores Papiam, & Ireneum, Methodium, & Hippolytū diuinum fidemq; dignū esse non in uno in loco tradere.*

Procopius Gazeus in c. 47. Esa. tanquam diuinum testimonium assumit illud. *Ego sum primus, & nouissimus.* Apoc. 1.

Atetas Cesariensis in Apocalyp. ait. *Quidam veterum librum hunc alienum dicunt à dictione, & lingua Ioannis dilecti, ipsum ad alii referentes: sed non est ita. Siquidem Gregorius Theologus hunc inter germanos, et legitimos libros connumeravit, sicut me docet, inquit, Ioannis Apocalypsis.*

Simon Metaphrastes in martyrio S. Antipæ ait, quod *Ioannes Apostolus præstantissimus in Patmum insulam relegatus est, ubi dum magnum Christi martyrum cætum iis, que de septem Ecclesiis scriptis, confirmaret: Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, ubi Satanus habitat.*

Ex Latinis. Tertull. de præscriptionib. c. 33. dicit. *Ioannes in Apocalypsi idolothyta edentes, & stupra committentes, iubet castigare.* cap. 46. ait, quod istam hæresim Nicolitarum Apocalypsis Domini grauissime sententia auctoritate damnavit, dicendo, cap. 2. *Odiisti facta Nicolitarum, que & ego odi.* Legendus etiam adu. Marcion. lib. 3. c. 13. & lib. 4. c. 5.

Cyprianus ep. 63. *Aquas namque, inquit, populos significare, in Apocalypsi scriptura diuina declarat, dicens, c. 17. Aque, quas vidiisti, super quas sedet mere-trix illa populi, & turbæ Ebniorum sunt & linguae &c.* De exhortatione ad martyrium illud citat c. 3. *Tene, quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* De disciplina, & habitu virginum illud. *Et venit unus ex septem Angelis, qui habebant septem phialas.* c. 17.

Victor

Victor Pictaviensis cōmentatio in Apocalyp. ait, quod quando hoc vidit Ioannes, erat in insula Patmos, &c. ibi ergo vidit Apocalypsim, &c.

Iulius Firmicius Maternus de errore profan. religionum c. 20. in Apocalypsi, ait, idest reuelatione, quis sit sponsus inueniens: ita enim scriptum est. Veni ostendam tibi nquam nupiam uxorem agni.

Hilarius Pictaviensis prolog. in psal. Nequaquam, ait, Psalmorum librum, nisi per fidem aduentus eius posse intelligi, ita beati Ioannis Apocalypsi, c. 3. docemur. Et Angelo Philadelphia Ecclesiae scribe. Hec dicit Sanctus, & Verus. & in psal. 3. Eſſe autem, ait, huius infernae regionis, vastaque abyssi incolas plures Beatis Ioannis Apocalypsi docemur, cū nullus neque in caelo, neque super terram, neque infra terram, obsignatum librum dignus repertus est aperire.

Ambroſius in ps. 41. Et ideo, ait, fortassis Ioanni Euangeliſta caelum apertum, & albus equus demonstratur, ſuper quem ſedebat habens in capite diadema, & in ſemore ſuo ſcriptum nomen: Rex Regum, &c. lib. 1. de pœnit. c. 9. illud citat, Apoc. 1. Habet illic tenentes doctirinam Balaam.

Pacianus Episcopus 1. contra Nouatianos, illud citat. Memento unde excideris, & age paenitentiam, & opera priora fac. Apoc. 2.

Hieronymus epift. 129. Nos Apocalypsim, ait, Ioannis ſuſcipimus, nequaquam buius temporis confitudinem, ſed ceterorū ſcripторum authoritatē ſequentes, qui plerunque buius vuntur testimonis, non utinam de apocryphis facere ſolent.

Raffinus in ſymbolum Apoltolorum, illud Apocalypſis citat tanquam Ioannis. Et requiem non habebant die, ac nocte, dicentes, Sanctus, &c.

Augustinus de virginitate c. 27. Virgines figurari in Apocalypſi ait, quæ ſequabantur agnum quocunque ierit. ſerm. 181. de tempore illud aſumit, c. 2. Memor eſto unde excideris, & age paenitentiam, & prima opera fac. & lib. 2. c. 8. de doctr. Christiana, inter alios canonicos recenſet Apocalypsim.

Prosper de promiſſionibus p. 1. c. 38. dicit, Hos etiam Apocalypſis Ioannis Apoltoli designat, dicens. Vidi turbā multam, quā dinumerare nemo poterat, &c. Apoc. 7. & p. 2. c. 12. admonetur, ait Ioannes Apoltolus in Apoc. ſcribere Angelo, idest rectori Ecclesiæ Pergami.

Fulgentius lib. 1. ad Monimum, cap. 27. tanquam Ioannis citat illud Apoc. 20. Diabolus, qui ſeducebat eos, missus est in stagnum ignis, & ſulphuris. & lib. 2. ad Traſmundum c. 15. illud. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, &c. Apoc. 1.

Primasius in Apoc. vocat illum librum Ioannis multis mysteriis opacatum, quem & commentarijs illuſtravit.

Gregorius Magnus 1. Moral. c. 4. citat illud teſtimoniuſ c. 5. Dignus est agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, &c. & c. 4. dialog. c. 42. Nemo poterat neque in caelo, neque in terra, neque ſub terra aperire librum, &c. Apoc. 5.

Hidelphonsus Toletanus de virginitate S. Mariæ, c. 11. citat illud. Vidi, & audiui vocem Angelorum multorum in circuitu Throni. Apoc. 5.

Ambroſius Ansbertus. Quam magna ſunt, inquit, authoritatis, quæ in hac historia narrantur, hinc liquidò colligitur, quod is, qui ſe cuio venturum annunciat, idest Dominus Iesu Christuſ, teſtimoniū perhibere probatur.

Mirandum valde eſt, cur apud Orientales ſecundū quorundam ſententiam de hoc libro dubitetur, ac nequaquam plene auſoritatis putetur, maximè cum & fidelis hifloria ſcriptor Ioannes retineatur, & locus, in quo viſa fuerit, à quo, & per quem miſſa, à quo, & per quem reuelata, cuiusq; teſtimonio robora a aperte ſimē declaretur.

Rabanus 2. de instit. cleric. c. 14. Apocalypſim, ait, Ioannes Euangeliſta ſcripſit eodē tempore, quo ob Euangeliū prædicationem in insulam Patmos traditur relegatus.

Petrus Damiani ſerm. 5. de Ioanne Euangeliſta, quod cum hic liber septem Asia Ecclesiis mittitur, omni vniuersali Eccleſie, que ſub ſepiformi Spiritu ſancti magiſterio regitur, diſtinatur. Vnde conſequens eſt, ut omnes Eccleſie per orbem terrarum circumfulge non dubitent, beatam Ioannem communem ſe habere Doctorem.

Bernardus de Epiphania Domini. Si enim, ait, offerimus & thuris odoramentum, quo nimur, ut in Apocalypſis Ioannis legimus ſignificantur orationes Sanctorum.

Hugo de Sancto Victore de Sacramentis, lib. 2. p. 16. c. 1. ſcribit. Scriptura ait, Beati mortui, qui in Domino moriuntur. & lib. eruditioſis Didascal. lib. 4. c. 6. de Auctoriis noui testamenti, ſic ait. Apocalypſim ſcripſit Ioannes Apoltolus in Patmos insulā relegatus.

Richardus de Sancto Victore, vi Ioannis agnoscit Prophetiam, & in illam commentaria edidit.

Tertia classis ex rationibus. Prima ratio, nam non eſt inferioris conditionis nouum testamentū, quā ſit vetus, ſed in veteri fuſt ſcriptum prophetia ad prænunciandum Christi aduentum, & Eccleſiam ſibi ex gentibus copulandam, vnde dictum eſt Amos 3. Non faciet Deus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad seruos ſuos prophetas. Ergo in ijs, quæ diuerſos eiuldem Eccleſiae ſtatus coſcernebant, ab eius primo ſtatu ad nouiſſimum, congruum fuit prophetica, & canonica authoritate deſcribi. Sed nulla alia in nouo testamento eſt ſcriptura prophetica, quā Apocalypſis: ergo. Confirmatur, nam, ex Act. c. 21. famē in terra futura ab Agabo Prophetā prædicta, ut Christianis conſuleret, Paulo ab eodem perſecutiones annuciatae. Ergo conſentaneum ſuit, vi ſpiritu Propheticō vniuersalis Eccleſiae calamitates, & perſecutiones ſcriberentur.

Secunda, quia partitio librorum veteris testamēti eſt in Historicos, Legales, Paranēticos, Propheticos. ergo præter Legales, Euangelicos, Historicos, eodē cum Actis Apoltolicis, Paranēticos nempe Epistolæ, debebant eſſe Propheticī. at non eſt aliud liber niſi Apoc. ergo.

IV. principaliter arguitur ad hominem. Nam ſaltem Nouatores conſentunt hunc librum non eſſe recenter à Catholicis conſictum, ſed ante triumphatam ab Eccleſia Christiana Romam veterē Idolorū cultricem, ſed omnium, quæ narrantur, & prædicantur in hoc libro ſi diligenti trutina expendantur, coueniunt cum ijs, quæ Rom. Eccleſia profitetur, ergo ex libri antiquitate, cum ijs euentibus, qui prædicti ſunt, vel dogmatibus, quæ in Eccleſia Rom. prædicantur, ſumma eius libri auctoritas eſſe deprehenditur. Sed & Magdeburgenses cent. 1. lib. 2. c. 4. col. 56. à Lutherō degenerantes, Apocalypſim non ſunt auiſi respuere. Moderni Hunnius, & Iunius respondent, hunc fuſile Lutheri perſonale errorem, poſtea à Lutherō

thero correctū. Frustra ergo iactat Lutherus se certiorem esse suam doctrinam habere de cœlo. Verbum Dei pro se stare: nam si error erat dicere Apocalypsim esse commentitium, non poterat ē cœlo, sed ex Diabolo sua dogmata accipere: quod si de cœlo subministratum est illi, ut errorem agnosceret de sua palinodia triumphatus. Nec valer effugium Hunniū dicentis, in Luthero non reperiri Apocalypsis negationem: nam verba citata in positione hæreticorum supra expressissimè habentur in antiquis editionibus Lutheranis. Ex quarum numero vna est Norimbergensis apud Iodocu Guttnecht anni 1527. præfatione in Apocalypsim. Calvinistæ vero Apocalypsis librum authenticum fatentur, sed eo fine illum in auctoritate recipiunt, ut eius libri figuris, & ænigmatibus abutantur, & aduersus Romanam Ecclesiam linguis acuant, & propterea multas elucubrationes in Apocalypsim descripsere. Sed ad Romanæ Ecclesiæ principatum, & multa dogmata, quæ ab istis impiè negantur, stabilienda liber iste præstat argumenta firmissima, & irrefragabilia.

## CONGLVSIO CATHOLICA.

*Apocalypsis S. Ioannis est diuinitus inspirata.*

R Esondeo ex eodem libro vaticinium haberi futurorum Hæreticorum, qui hunc librum truncare tentarunt, dum dicitur c. 21. *Si quis diminuerit de verbis libri prophetæ huius, auferet Deus partem eius de libro vite, &c.* Marcionistas, & sequaces posteriores Hæreticos designando, & multo in agis exsufflando, qui totum integrum librum corrodere ausi sunt. Vnde & Marcion merito à Tertulliano lib. 1. contra Marc. c. 1. *Mus Ponticus*, appellatur, quod Euangelia corrosit, & etiam, ut idem refert 4. lib. c. 5. quia negavit Ioannis Apocalypsim: sed, ut dicit Tertullianus, etsi Apocalypsim eius Marcion respuit, ordo tamen Episcoporu ad originem recensus, in Ioannem stabit authorem. Habebantur siquidem Ioannis alumnae Ecclesiæ etiam Tertulliani tempore, quæ à præcedentibus Pastoribus, & illi à prioribus usque ad Ioannem sibi hunc librum confignatum fatebatur. Sed supposita traditione petuntur argumenta etiam ab autore, vel materia. Christus est author principalis, Ioarnes instrumentalis. Vnde Apocal. vi. lumen dicitur. *Ego Iesus misi Angelum meum testificari vobis in Ecclesiis*, ac si dicatur, ait Rupertus Abbas in illum locum. *Si huius libri auctoritatem queritis, ego sum Iesus author, & dator Apocalypsis.* Non est scriptura hac à Ioanne principaliter, non est ab homine, neque enim ab homine accepit illam Ecclesia, aut didicit: sed me reuelante, qui sum Iesus, & mittente per Angelum meum, ut sicut omnes scripturæ, diuina sunt auctoritatis, ita & scripta hac testificantur, & recitentur vobis in Ecclesiis, atque in canonico apice sint. Ex parte vero materiae, continentur bella, & incendia intestina, & persecutions quas ab initio per omnes decurrentes ætates usque in finem passa est, & patietur Ecclesia, nec non & triumphos de hostibus reportatos, & reportados, ut communiter dicunt interpres, signanter Beda in prologo super Apocal. & tantis inspicitur redundare mysterijs, ut recte dixerit Hieronymus, tot habere sacramenta, quot verba, ut meritò diuina censeatur. Vnde notat

Rupertus (interpretando ea verba. *Ego sum A, & Ω*) quod ut caput, siue principium, ita & finem libri huius voluit Deus esse galeatum, quatenus munitionem esset totum corpus revelationum istarum, ne quis audeat, quasi contemptibilem refutare, vel abijcere quid pia eorum, quæ in hoc libro scripta sunt. *Curus corrupcionis, quicunque ille fuerit, pari cum hæreticis damnatione percutit*, ut dicit Rup. in Apoc. c. vlt.

## Solutiones oppositionum.

A D primum respondetur. Esto de Apocalypsis auctoritate veteres aliqui Patres addubitarint, potius id firmat, quā infirmat eius libri auctoritatē, sicuti n. eos coegerit impostorū quorundam audacia, qui ementito titulo Apostolorum tanquam scripturarum canonicas virgebant multa ab ipsis conficta deliria, ut suspenso iudicio, re nondum eliquata apud omnes, inter apocrypha collocarent: ita aliorū Patrum solertia celebranda, qui solerissima indagine, quos inter apocrypha priores, vel coetanei recentuerat, extra apocrypha collocarunt. Quare eti, ut dicit Niceph. 2. hist. c. 46. controversi quondam habiti sint, post tamen in omnibus, quæ sub cœlo sunt Ecclesijs auctoritatem sacrosanctam, & irrefragabilem obtinuerunt, & tanquam principia, atque elementa pietatis nostræ semper permanserūt. Vel dicendum, quod aliud est reijcere eos libros, aliud omittere, aliud à catalogo expungere, aliud non recensere: certè non primum, sed secundū præstatum est à Patribus citatis, tanquam minus ab illis perspecta traditionis. Quod vero Hieronymus dixerit Græcorum Ecclesijs illam non recipere: non ad omnes alludere potuit, sed ad alias: nec ad omnes Patres Græcos siue anteriores, vt Iræneum, Hippolytum, & ceteros citatos, vel suos coetaneos, quales erant Epiphanius, Chrysostomus, & alii: sed fortasse alludere voluit ad negatiā auctoritatem Nazianzeni, Amphilochij, Basilij, Nisseni, qui prætexentes catalogum scripturarum diuinatarum, Apocalypsim omiserunt, aut ab ea abstinuerunt, ita respondet Baronius anno 97. nu. 6. Sed quoniam supra recensimus auctoritatem Andreæ Cæsariensis (quem sequitur Aretas Andreæ successor) & etiam disertissimis verbis c. 1. & cap. 2. citat in specie Grægorium Nazianzenum, (qui Nazianzenus oratione 35. Apocalypsim citat) insanæ est dubitare à Gregorio Nazianz. non fuisse agnitus pro canonico. Idem dicimus de Basilio, Nissenio, &c. Quare non potuit Hieronymus nec ad istos Patres respicere, cum dixit, Græcorum Ecclesiæ Apocalypsim non suscipiunt. Nec enim bona esse posset illatio Hieronymi, Græcorum Ecclesiæ non recipiebant Apocalypsim, ergo Nazianzenus, Basilius, Nissenius non acceperunt Apocalypsim, nam idem Hieronymus subdit, Latinos eadem libertate non suscipere Epistolam ad Hebreos. & mox subdit. Tamen utrāque suscipimus, non huius temporis consuetudinem, sed veterum scriptorum auctoritatem sequentes. Quare non est legitima ista collectio. Plerique Latini, vel aliqua Latinorum Ecclesiæ non habuerunt ut canonicas Epistolam ad Hebreos, ergo recusasti, & doctrina spectabilis Latini Patres, v.g. Augustinus, Hilarius, &c. de illa dubitarunt. ita consequentia ista, Græcorum Ecclesiæ aliquæ non recipiunt Apocalypsim, ergo Nazianzenus, Nissenius, &c.

de illa dubitareunt: inanis, & nulla esse deprehēditur. Ad secundum dicunt quidam, ut Didacus Payua, de script.can.lib.3. quod Caius Cherintum fecit auctorem huius libri, quia introduxit hunc errorem de terreno Christi regno futuro post resurrectionē, teste Eusebio 3.hist.cap.22. & alijs scriptoribus. Sed nonnulli, ut Viegas in Apoc. & Baronius merito mirantur, cur Caio Catholico affixus sit talis error, cum apud Irænum lib.1. c.25. Tertull.de præscri. c.48. Epiph.hēr.28. & antiquiores numerentur isti errores Cherinti, quod Deus non sit conditor huius mundi. Iesum natum more ceterorum hominum, & in eum Christum descendisse in specie columbae, & Iesum mortuum, Christum vero perseverasse immortalē. Insuper Cherinthus fuit propaginator legaliū, blasphemator Marryrum, &c. quæ omnia in Apocalypsi libro expressè confutantur, & verisimile nō est Cherinto fuisse tributum talem librum, ex quo tot infanæ eiusdem refutantur, solum enim vnicus Cherintiano errori addispulari videret locus male intellectus Apocalypsis c.20. infra dissoluendus. Sed etiā si Cajus verba diligentius expendantur, solummodo indicant, Cherintum hæresim suam introduxisse per revelationes quasdam ab Apostolo magno descriptas: vnde non afferuit, vñquam Cherintum illarum revelationum fuisse auctorem; sed quod ex revelationibus Apostoli magni perperam intellectis falsitate sui dogmati introduxerit. Quod vero dubitatū sit à Dionysio, num author fuerit Ioannes, nihil officit autoritati canonice, cum Spiritum sanctum afferat eius libri auctorein. Potuit autem impunè tunc de auctore dubitari, an esset Ioannes Apostolus, an alius similis nominis, cum nō adhuc illa Ecclesiæ iudicio terminata esset, modò autem nefas est, propter posteriora Concilia, & Ecclesiæ sensum dubitare. Eusebius autem adeo perspicuis verbis in chionicis (ut monstratur est) Ioanni Apostolo tribuit eundem librum, ut nullum lectori de sua sententia det locum ambigendi. Nec obstat inscriptio, quod sit Ioannis Theologi, idem enim Apostolus, & dilectus, per antonomasiā Theologus similiiter dictus est, ut patet ex Patribus, Athanasio orat. cōtra idola, Cyrillo 3. de Trin. Aug. tract. 36 in Io. In vnde & in Dionysij Areopagiæ epistola hoc titulo reperitur pranorata, Ioanni Theologo & Euāngelistæ in Pathmo insula relegato, intus vero inter cætera habent hæc verba. *Nos autem nulla procolla, nulla aduersitas priuabit Ioannis clarissimo radio, id quidem consecuturos memoria, ac renovatione tua verissimæ theologæ.* Eit autem hæc epistola numero 10. in ordine epist. Dionysij, cuius esse legitimū fœtum monstrat Metaphrastes apud Oecum. in Ioannem.

Ad tertium, sicut dicit Epiphanius hēre. 51. quæ in lege, ac Prophétis obscura erat, & in enigmate dicta, ea Dominus dispensauit, ut per Spiritum sanctum ad nostrā salutem seruo suo Ioanni revealarentur, quæ illuc obscura erant; hic enim spiritualia, ac manifesta prædicans spiritualiter autem nobis eadem dispensauit. Non ergo illa omnia de ciuitate terrena, cibis, &c. Iudaico more intelligenda sunt, sicut à iudaizante Cherinto, à sua prosapia Iudaica non degenerante, intellecta sunt; sed secundum allegoriam, & spiritualem sensum de cœlesti Hierusalem, de qua dicitur ibidem cap. 21. *Non videt in ea templum, quia Dominus Deus omnipotens, & agnus templum illius erant.* Porro locus ultu-

mus de regno mille annorum, sic cum August. lib. 20. de ciu. c.7. & S. Thom. 4. contra gent. c.87. & 4. sent. d.43. q.1. a.3. quæstiuncula 1. resp. ad 4. intelligatur nedum præsens Ecclesia militans, sed & triumphans, planissimus est sensus verborum Ioannis, quod regnat cum Christo iusti, & electi, isto iam tempore prioris aduentus per millenarium, vniuersitatem significantem, sic autem regnant in eo, ut sint etiam regnum eius. Martyrū autē, & pro Christo decollatorum animæ, etiā cum corporibus nondū vnitæ sint, iam tam en regnāt cum illo, dum mille isti anni, hoc est præsens tempus, usque ad iudicium decurrit: sic ergo regnat cum Christo nunc Ecclesia in viuis, & in mortuis. Describitur autem ista regnatio post primā resurrectionem non quidem corporum, qua nondū facta est, sed animarum per resurrectionē spiritualē, per quam homines à peccatis dono gratiæ resurgunt. Quod si solum referatur ad tempus futuræ æternitatis, in qua regnaturi prohibentur ij, qui non receperunt charaetem bestiæ (de ijs enim erat sermo) regnaturi dicuntur mille anni, eo numero perfectionē indicante, æternitatem demonstrando, quæ perfectissima duratio est. Sed cum subdatur. *Et cū consummari fuerint mille anni, soluerit Satanás, dicendum, non referri ea verba ad eos annos, quibus sancti post iudicium extremum cum Christo regnabunt: siquidem ij non consummabuntur; sed ad periodū præcedentem, in qua Lucifer ligatus prohibebatur mille annis in abysso, hoc est à tempore passionis usque ad Antichristi aduentum, cui periodo veluti parenthesis interposita, de felicitate sanctorum, eorum præsertim, qui Antichristo non consenserunt, illa verba necuntur sine difficultate.* Vide Castrius de heres. lib. 3. hēr. 2. de Beatis. Alias expositiones Neotericorum scriptorum super Apocalypsim legere ne graueris.

Ad primam confirmationem patet responsio ex dictis, cui singillatim respondet Epiphanius hæresi 51. dicens, per tubas significari non areas illas, aut argenteas Iudaicas, sed spirituales; nimis Ecclesiæ prædicationem. Per 7. Angelos, Custodes regnum intelliguntur, vnde & in Daniele regna illa sub Angelis posita legimus. & Exodi 32. legimus, Constituit terminos gentium iuxta numerum Angelorum, alias filiorum Dei. Vel dicendū intelligi per se pte Angelos, septem Episcopos Ecclesiæ, ad quos Ioannes iussu Dei scribit. Per 7. tubas, septenarium docentū ordinem. Per 7. ventura tempora usque ad Antichristū tuba prædicationis Euāngelicæ buccinantum, &c. vnde mirifica huius libri utilitas ex talibus prædictionibus demonstratur.

Ad secundam confirmationem, cum prophetia etiam futura tempora respiciat, non ad iā tunc fundatā, sed dilatandā Ecclesiæ sermonem, & litteras direxit, eique denunciasse erraturam illam particularem Ecclesiæ post tempus Apostolorum, quod etiā ipsiusmet Ioannis patet testimonio: nam 93. anno post Saluatoris ascensionem Phrygastatum hæresi maculata est per falsas prophetias Priscillā, & Maximillam, quæ sub Iezabelis nomine sunt à Ioanne prænunciatae. Est responsio Epiphanij hæresi 51.

Ad quartum responderetur, quod Ioannes cum scriberet Euāngelium, & Christi gesta, rationabiliter suū nomen omisit; hic autem suas visiones enarrans, in quibus persona loquens, & per quem loquitur, & litteræ scriptæ mittuntur, interseruntur, ut singulorum fer-

sermones, & gesta, ut personæ discernerentur, suum nomen interseruit. Sed & assumptum negari potest; nam in Euāgeliō Ioannis, habetur eius nomen, dum scribitur. *Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit h̄ec, & in Epistolis etiam, senioris nomine se nuncupauit.* Parcissimè autem se nominauit vix tertio necessitate coactus; etiā Daniel Prophetā in breuiori sermone propheticō octies suum interposuit nomen. Esaiam multories reperies suum nomen inculcare, pluries Hieremiam. Hic autem est fermē Prophetarū character, qui ne sua vendere extimarentur, edicentis Dei, & enunciantis, & scribentis nōn s̄epiū exprimebant, ut maiorem dictis fidem conciliarent. Quod etsi Paulus de suis visionibus loquens nomen suum non expresserit, nō mirū, cum non propheticam scripturam enarraret, sed paratēticam doctrinam traderet, vbi per transennam de visionibus sermonem habuit. Abeant ergo isti tot minutiarum pensulatores, qui nec temporis, vel muneris, vel subiectæ materiæ rationem aduertere noluerunt.

Ad confirmationem primam. Styli diuersitatem (quam magni faciunt Nouatores) imbecillem dicimus ministrare arguendi rationem: alius enim describendā historiæ, alius epistola, alius prædictionibus, & vaticinijs debetur. Nec scriptura sacra Grammaticorum regulis alliganda est, cum sit satis, ut sensus per illas exprimantur. Vnde Gregorius in Iob. *Non metacismi collisionem fugio, non barbarismi collisionem deuito, situs, motusque, præpositionem casus seruare contemno, quia indignum vehementer exfimo, ut verba cœlestis oraculi refringā sub regulis Donati, &c.* Legendus in epistola ad Leandrum cap. 5. in expositione Iob.

Ad secundam confirmationem. Parum refert, si sit de loco dissensio, cū in inscriptione Doctores citati conueniant, illam Ioanni attribuentes. Vnde & de Homeri Iliade loco, vbi scriperit, etiam num certatur, nulla de ipso authore existente dubitatione. Verum circa locum nec Dorothēus Hieronymo contrariatur: nō enim negat fuisse scriptam Apocalypsim in Pathmo, sed sub silentio præterit, quod diuersum est ab expressa negatione. Quantum attinet ad tempus, magis standum est sententię Irēni ei, & aliorum Patrum maximē antiquissimi Dionysij, qui ad eundem scripsit in Insula Pathmos relegatum, eiq; prædictis finem exilij sui, dicens epist. 10. *Ex Pathmi custodia dimisendus es liber, & in Asiaticam terram reuersurus, illicque perages boni Dei imitationes, easq; posteris trades,* quę liberatio proximē contigit post obitum Domitiani, qui sequenti anno est occisus. Vnde sententię Irēni Apostolorum temporibus vicino magis standum est. Ad id, quod obiicitur de die Dominica, longē post mortē Ioannis cœpisse in Ecclesia celebrati, impudens est aduersariorum mendacium. Clemens 7. constit. Apostolic. c. 31. diem resurrectionis, diem Dominicam suo tempore celebrari solitam affirmat, & S. Ignatius epistola 3. eandem diem Dominicam regalem eminentissimā omnium dierum vocat: fuerunt autem hi duo Patres Ioannis Apostoli coetanei.

Ad quintum, quod est Lutheri, respondetur, quod propriam vocem ignorat: non enim munus Apostolicum, tanquam sibi contraria respuit, reuelationes scilicet, & visiones, cum Apostolis datæ sint primitiç

spiritus ad utilitates Ecclesiæ, inter quas reuelationes pariter recensentur, ut colligitur ex 1. Cor. 14. Secundum verò opportunitatem illis vñi sunt: quia autem gesta Christi Domini Euangelistæ recensere debebant, & Paulus, & Petrus, Ioannes, Iacobus, & Iudas paratēticas litteras Ecclesijs scribebant, non opus fuit illis visione prophetica: quia vero Ioannes etiā prædicare debebat, quę Ecclesia passura erat usque ad finem mundi, quæ nonnisi reuelatione prophetica in visionibus consistente cognosci poterant, propterea eius Apocalypsis visionibus imaginarijs est respersa. Vnde quicquid obganniat aduersarius, propheticus liber appellādus est: dissent autem propheetia huius libri à prophetia veteris testamenti: siquidem, ut dicit Haymo in Apocal. in prefat. *Tanta distantia est inter seruum, & dominum, inter legē, & Euāgeliū, inter Deum, & hominem, quia quod illi cernebant à longe venturum, hoc iste iam ex parte maxima factum, & in præsenti faciendum ostendit.*

Ad confirmationem respondetur, verē difficultē esse intellectū istum librum, dicente Hieronymo in prol. galeato, quod tot habet sacramenta quot verba, & in singulis verbis multiplices lateant intelligētię, nihilominus præterea multa facillima intellectu logimus, quę pertinent ad correctionem morum, &c. habetur etiā totius libri argumentum, in ipsa enim, ut dicit Beda, *bella, & incendia intestina Ecclesiæ sua Deus verbis figurisque reuelare dignatus est, diuiditq; illud in septem periodas.* Causę vero huius obscuritatis rationabiles fuerunt.

Primo ne sacra mysteria darentur canibus, & margarite ante porcos apponenterunt: vnde & propterea Christus Dominus s̄epissimè in parabolis loquutus est. Et Gentilibus Romanis sub nomine Babylonis Romam tunc idolatrię mancipatam velut sub veamine ipse Ioannes voluit designare, ad crudelitatem Romanorum Imperatorum vaticinandam.

Secundò, quia cum præcipue rerum futurū, præsertim quę sub finem mūdi euenturę sunt, prædictiōnem diuinus liber iste contineat, mirum non est si obscurus sit, sicut & ceterę prophetię ante euentum erant obscurissimę, & clausę remanserunt usque ad tempus statutum, ut dicitur in Daniele, & subditur, *Per iransibunt plurimi, & multiplex erit scientia.* Vnde cum Ecclesia n̄ ingruentibus malis Dominus consolabitur extremis temporibus, per Doctores eandem illustrabit, & de interpretibus iudiciū fiet, & quę sit vera interpretatio, etiam ex rebus, & euentibus ipsa cognoscetur, & prophetia plenē tunc intelligetur. Si ergo pondus auctoritati, & rationum, quae supra allata sunt, & futile hereticorū ratiunculæ appéndantur, nihil amplius obijci potest, ut de hoc libro cōtra decreta Conciliorum, Patrum sententias, Christianorū consensum, cordatus quisque valeat dubitare.

#### CONTROVERSIA VI. SPECIALIS.

*An Deus sit auctor eorum librorum sacrorum, qui aliquando perierunt, et quinam sint illi.*

D Einde considerandum est de alijs libris, qui in diuinis voluminibus quibusdā citātur, sed inter ea numerati non sunt, vel quia perierunt, vel quia postmodum falsati perhibentur, etsi à Spiritu sancto olim fuerint dictati, de qua re synicus formatus

articulus. Num olim alij fuerint libri diuinitus inspirati, præter sacros libros superius enumeratos, qui iam non extant.

## ARTICVLVS VNIVRS.

*An præter enarratos sacros libros, alii fuerint à Spiritu sancto editi, qui postea perierunt.*

*Pro parte affirmativa.*

**V**Idetur quod sic, ex authoritate sacræ scripturæ.

Primo. Numerorum 21. scriptum est. Vnde dicitur in libro bellorum Domini, sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon.

Secundo. Exodi 24. scribitur. Scripsit autem Moyses uniuersos sermones Domini, &c. assumensq; volumen fæderis, legit, audiente populo, qui dixerunt, omnia quæ locutus est Dominus, faciemus, & erimus obedientes.

Tertio. Iosue c. 10. dicitur. Nonne scriptum est hoc in libro iustorum: stetit itaque Sol in medio cœli, & non festinauit occumbere, &c. idem liber citatur 2. Regum c. 1.

Quarto. 1. Regum 10. scribitur. Locutus est autem Samuel ad populum legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram Domino. 3. Reg. 11. citatur liber verborū Salomonis, & c. 4. dicitur, quod locutus fuerit tria millia parabolæ, & fuerunt carmina eius quinque, & mille. Et 3. Regum c. 6. & 2. Paralip. cap. 3. & 4. descriptionis templi summa cōtinetur, quam David diuinitus scriptam, & dictatam refert lib. 1. Paralip. c. 28. his verbis. Dedit autem David Salomonis filio suo descriptionem porticus, & templi, &c. & postea. Omnia hæc venerunt scripta manu Domini ad me, ut intelligerem uniuersa opera exemplaris.

Quinto. 1. Paralip. cap. vltimo scribitur. Gesta autem David Regis priora, & nouissima, scripta sunt in volumine Samuelis videntis, & in libro Nathan Prophetæ, atque in volumine Gad videntis. & c. 4. citantur verba vetera, in quo libro recensetur historia eius, qui post Iosue stare fecit Solem, quam in vulgata editione habemus.

Sexto. 2. Paralip. 9. dicitur. Reliqua autem opera Salomonis priorum, & nouissimorum scripta sunt in verbis Nathan Prophetæ, & in libris Abiae Salomonis, in visione quoque Addo videntis contra Hieroboā filium Nabat. cap. 12. scribitur. Opera vero Roboam prima, & nouissima scripta sunt in libris Scepeia Prophetæ, & Addo videntis, & diligenter exposita. & c. 20. dicitur. Reliqua autem gestorum Iosaphat priorum, & nouissimorum scripta sunt in verbis Iehū filii Hanani, quæ digestæ in libros Regum Israël. c. 21. dicitur. Allatae sunt autem ei litteræ ab Elia Prophetæ, in quibus scriptū erat, hæc dicit Dominus Deus David patris tui. cap. 26. dicitur. Reliqua autem sermonum Crie priorum, & nouissimorum scriptæ Isaías filius Hamos. c. 33. de Manasse scribitur, quod oratio quoque eius, & exaudito, et cum ea peccata, atque contemptus, &c. scripta sunt in sermonibus Hozai. & cap. 35. citatur liber quidam Salomonis, dum dicitur. Et præparate vos per domos, & cognationes vestras in diuisionibus singulorum, sicut præcepit David Rex Israël, & descripsit Salomon filius eius. Ibidem de libro lamentationum Hieremias in funere Iosiae fit mentio, dum dicitur, quod Iosiam luxerunt, Hieremias maximè, cuius omnes cantores,

atque cantatrices usque in presentem diem lamentationes super Iosiam replicant.

Septimo. David scripsisse psalmorum tria millia, ex quibus amici Regis Ezechie solum quinquaginta & centum collegere, cæteris absconditis, ne ad notitiam vulgi perueniret; testatur Athanasius in Synopsi.

Octavo. Hic enim. 36. de alio volumine Hieremias fit mentio, dum dicitur. Tolle volumen libri, & scribes in eo omnia verba, quæ locutus sum tibi aduersus Israhel, & Iudam, & aduersum omnes gentes à die, qua locutus sum ad te ex diebus Iosiae usque in diem hanc, &c. quod volumen cum à Ioakim Rege Iuda combustū esset, Hieremias tulit volumen aliud, scribente Baruch, de quo ibidē dicitur, quod scripsit in eo ex ore Hieremias omnes sermones libri, quem combusserat Ioakim Rex Iuda igni, et insuper ad diti sunt sermones multo plures, quam antea fuerant. cap. verò 32. libelli emptionis, & venditionis agri, quorum unus apertus, alter sigillis obsignatus erat, recer sentur, qui ab eodē Hieremias scripti sunt, de quibus Dominus dixit. Sume libros istos, librum emptionis hunc signatum, & librum hunc, qui apertus est, & pone illos in vase fictili, ut permanere possint diebus multis, in testimonium reuelationis in patriam post Babylonicas captiuitatem: vnde in fine eiusdem capituli dicitur. Quia conuertam capiuitatem eorum, dicit Dominus. cap. 51. scriptum est. Et scripsit Hieremias omne malum, quod vñetur erat super Babylonem in libro uno, &c. & dixit Hieremias ad Saraiam. Cum veneris in Babylonem, &c. & postea. Cumq; compleueris legere librum istum, ligabis ad eum lapidem, & proicias illum in medium Euphratēm.

Nono. 1. Machab. vlt. dicitur. Cætera sermonum Iohannis, & bellorum eius, & bonarum virtuum, &c. ecce hæc scripta sunt in libro dierum sacerdotii eius. 2. Machab. c. 2. dicitur. Iudas ea quæ deciderant per bellum, quod nobis acciderat, congregauit omnia, et sunt apud nos: si ergo desideratis hæc, militi qui deferant vobis. In initio eiusdem capituli citatur alius liber Hieremias Prophetæ, dum dicitur. Inuenitur autem in descriptionibus Jeremie Prophetæ, quod iussit eos ignem accipere, qui transmigrabant, ut significatum est, & ut mandauit, transmigratis. Circa finem verò scribitur de alijs libris. Item quæ ab Iasone Cyreneo quinque libris comprehensa, tentauimus nos uno volumine breuiare.

Dacimo. Matthæi 27. citatur illud testimonium sub nomine Hieremias. Appenderunt mercedem mēam triplex argenteis, quod ex Hieremias quodam volumine habetur, quo vi sunt Nazarei, ut dicunt Hieronymus, & Origenes supra citati.

Vndecimo. Epistolam alia ad Corinthios, præter duas, scripsisse Paulum, appareat 1. Cor. 5. Scripti vobis in epistola. Nec commisceamini fornicariis, &c. Similiter ad Laodicenses epistolam scripsisse, appareat ex dictis supra, ubi adductus est locus Coloss. 4. ubi dicitur. Facite ut & in Ecclesia Laodicensem legatur, &c. & eam, quæ Laodicensem est, vos legatis.

Duodecimo. Sunt multi Patres, qui ex multis libris tanquam sacræ sumunt testimonia, ut libelli inscripti prædicationis Petri, ex quo Clemens Alex. 6. Strom. sumit testimonium dicens. Petrus in predicatione dicit, cognoscite unum esse Deum, &c. Iosephi Patriarchæ narratio, vel disputatio, quam Origenes non contemnendam scripturam vocat, & alibi 4. contra Celsum, Altercatione Iohannis Thessalonicensis (cuius memi-

meminit Paulus Rom. 16. & Papisci defendit: Hermen-  
tis libros nedium Clemens Alex. 6. Strom. & Origenes  
hom. 8. in Num. 10. in Ios. & lib. 10. in Epistola  
ad Rom. 35. in Luc. 2. & 4. Periarch. sed & Athan.  
Apol. 2. decretorum Nicenae Synodi venerantur, &  
citant eos in confirmatione nō iurorum dogmatum.  
Tertull. etiam lib. de oratione. Et olim in Ecclesijs  
quibusdam Græcie publicè legebantur ad institutio-  
nem eorum, qui prima tūdimenta fidei edocebātur.  
Vnde Ruffin. in expl. Symboli inter Ecclesiastica  
volumina numerat eos cum libris Tob. & Pius Papa  
appellat eum Doctorem fidei, & scripturatum, quod  
sua aetate affulserit, cuique Angelus Domini in habi-  
tu pastoris apparuerit. Legendum Damascenus in  
vita Pij.

Decimotertio probatur expressè ex autoritatibus  
nonnullorum Parrum dicentium, multos libros  
scripturæ interisse: Chrysostomus namque hom. 7.  
in 1. Cor. 2. inquirēs, vbi illud allegatū ab Apostolo,  
*Oculus non vidit.* &c. scriptum reperiatur. Credibile  
esse, ait, alicubi scriptum fuisse: siquidem magna librorum  
copia perire, & prout ex priori captiuitate volumina  
extuerunt, quod ex rel. quis captiuitatis planè con-  
stat. Etenim inquit Apostolus Act. 3. quod à Samuele,  
& qui fecerunt Prophetæ omnes locutis sunt de eo que  
tamen non certò feruntur. &c. & potea. Ante verò  
captiuitatem subdit, multa abolita sunt librorum vol-  
mina, cum Iudei in ultimam prolapsum impietatem:  
quod in calce 4. Regum manifestè deprehenditur. Liber  
enim Deuteronomi vix maiorum nostrorū temporibus  
inuentus est in luto obrutus. Hac ille. & hoī. 9. in  
Matth. explicans illum locum. Quoniam Nezechetus  
vocabitur, ait, quod multa ex prophetis periisse monu-  
mentis, quod Dei historia Taralipomenon probare pos-  
sibile est: deinde enim cum essent Iudei, nec desiderio mo-  
dō, sed & impii alia quidem perdiderunt negligenter;  
alia verò tum intenderunt, tum conciderunt. & de pro-  
phanitate quidem tali Hieremias referit: de negligentiā  
verò in 4. Regum libro legimus. Quoniam post multum  
temporis vix Deuteronomi sit volumen repertum de-  
fossum quodam in loco, ac penè deletum: sic autē absque  
ulla incensione templi, ab quo vilo impugnante ciuitatis  
tumultu, sacri tamen libri varie deperibant. Quis iam  
istud inter illas depopulationes, vastationesque hostium  
inter illa templi, ac totius urbis incendia contigisse mi-  
reatur?

Eucherius Lugdunensis in extremo lib. 3. Regum  
ait. Multa volumina, quæ scriptura quidem probat, con-  
stat bodie non esse. Vastata namque à Chaldeis Iudea,  
etiam bibliotheca antiquitus cōgregata inter alias Pro-  
vinciæ opis hostili igne consumpta est, ex qua pauci, qui  
nunc in sancta scriptura sunt libri, postmodum Esdræ  
Pontificis, & Prophetæ sunt industria restitutati.

Vtumq; arguitur, quia scriptores multorum præ-  
dictorum voluminum deperitorum Prophetæ dic-  
untur, & videntes, ut supra dictum est, eorumque  
scripta prophetæ, & visiones, & monumenta pro-  
phetica appellata sunt: necessariò ergo sacri, & diui-  
ni extiterunt.

### Pro parte negante.

**S**ed contra est primo authoritas S. Augustini, qui  
in 18. lib. de civ. Dei c. 38. expressè docet, hos li-  
bros dictos non fuisse diuinitus inspiratos: sic enim

dicit, quod in ipsa historia Regum Iudei, & Regū Israhel,  
quæ res gestas cōtinet, de quibus eidem scripture cano-  
nia & edimus, commemorantur plura, quæ non  
explicitur. & in libris aliis m̄eniri dicitur quos Pro-  
phetae scripserunt, & alicubi eorum quoque Prophetarum  
nomina non tacentur, nec tamen inueniuntur in canone,  
quem populus Dei recepit. Cuius rei facta causa melat-  
ter, n̄ si quod existimmo etiam psos, quibus ea, quæ in au-  
thoritate religionis esse debent, sicut & utique Spiritus reuelabat, alia sicut homines hæritaria diligenter, alia se-  
cunt Prophetas inspiratione diuina scribere posse: atq;  
hec ita fuisse distincta, ut illa tanquam ipsis ista vero  
tanquam Deo per ipsis loquenti indicetur esse tri-  
buenda, ac sic illa pertineat ad ubertatem cognitionis,  
hæc ad religionis auctoritatem, in qua auctoritate cu-  
stodiuntur canon.

Secundo videtur contra diuinam prouidentiam  
asserere, permisisse, ut sermones, & libri sui perirent,  
præsertim cum nullus fisius huius modi permissionis  
commodè assignari possit: nam quod dicat Origenes  
in Can. hom. 1. idcirco deperire permisso, quia ca-  
ptum humanum superabant, sicut contra eiusdem prou-  
identiae rationem, cuius est donorum in Ecclesiæ uti-  
litatem datorum non premitere, sed potius eoru dem  
esse conseruare, & accretorem. Nec rursus, sicut  
idem dicit, propriez permisissim deperire, quia  
multæ corruptæ ibi inserente continebantur contra  
fidem, propter quod apochryphi illi libri habiti sunt:  
nam ad diuinam prouidentiam pertinebat, suos li-  
bros semel diuinitus dictatos, ab huius modi corru-  
ptis preservasse, ut factum est in libris alijs, qui ca-  
nonici sunt.

Confirmatur primo, quia inter argumenta, quæ  
faciunt eundem credibile, Bala sacra esse diuinis  
inspirata, ut dictum est supra controv. i. generalissima  
a. i. ratione 8. & ultima, illud est, quod sacri codi-  
ces inter tot exustiones, & turbines, & oppugnacio-  
nes, nunquam excederint, & quod à corruptis pre-  
seruerint, puniente diuina ultione, qui eos adulter-  
are tentassent.

Confirmatur secundo, quia si de uno solo apice  
scripturæ dixit Christus Matth. 5. iota unum, aut unus  
apex non peribit à lege, &c. multò magis dicendum est,  
integros codices non perire, nisi dicamus, potiorem  
prouidentiam fuisse apicam, quam ipsorummet ver-  
borū Domini, de quibus dictū est Matth. 24. Cælum,  
& terra transibunt: verba autem mea non preteribunt.  
& apud Esaiam cap. 40. scriptum est. Verbum autem  
Domini manet in æternum.

Confirmatur tertio fortius, quia iactura ista, siue  
negligentia hominum, siue malitia facta fuerit, in  
Spiritu sanctum refundetur auctoritate, qui cum  
potuerit, scuerit, & quodammodo sibi debens, tene-  
retur præseruare tales libros, eorundem iacturam  
fieri passus sit, nullo eiusdem iacturæ rationabili fine  
existente.

Tertio id in Ecclesiæ sponsæ redundant etiam incu-  
riam: cum enim sit, & fuerit in omni tempore omniū  
factorum dogmatum, & regulæ fidei, quæ ex magna  
parte in scripturis cōtinetur, fidelissima custos, Pa-  
ulo hortat. Timot. 6. O Timothee depositum custodi.  
Si aliquis liber deperitus esset, sua culpa deperitus  
esset, & si vi aliorum deperitus esset, magna fuisse  
iactura, amittere regulam credendi, & agendi, quæ  
magna ex libris in arte canonis repertur.

Confirmatur, quia maxima incuria esset Ecclesiæ, si vnum è Sacramentis amitteret culpabiliter, & maxima iactura si inculpabiliter, ergo maxima incuria, vel iactura Ecclesiæ fuisset, vnum aliquem è sacris libris deperdere.

Quarto, quia in novo testamento nec ab Evangelistis, nec Apostolis citantur tales, qui iam non extant libri.

Vltimo, quia antiquissimus fuit canon Iudeorum alphabeticò numero duos, & viginti libros continente, & in tali canone nūquam facta est mentio talium librorum, quorū ex nō interrupta Sacerdotū successione, maximè ante captiuitates ad posteros aliquis cognitio potuit peruenire: & si post captiuitates, & exustiones libri sacri per Esdrām instaurati perhibentur, omnes quotquot sacros, & diuinos agnouissent, pariter instaurasset.

### C O N C L V S I O .

*Problema est utrinque disputabile, quod sacri libri, prater enumeratos, interciderint, vel existant.*

R Esondeo dicendū sicut dicit Origenes hom. 1. in Cant. versus finem, quod operosum est procul ab opere proposuo (vbi de controvēsijs ad fidem attinentibus disputamus) si velimus nunc inquirere, quam multorum librorum commemoratione fiat in scripturis diuinis, quorū lectio nulla nobis omnino est tradita: vnde modestè de hac questione suspendēs iudicium, subdit, supra nos esse pronunciare de talibus: quia tamen non inutile est, etiam de his probabiliter ad libertatem intelligentiae dicere, quid probabilius dici possit, endandum est. Completa autem combinatione facta, multiplex fuit opinandi modus. Quidam, vt Chrysostomus, quē sequuntur Bellarm. lib. 4. contr. 1. c. 4. Serarius prologo Bibliac. c. 8. q. 14. Escalantes de sac. script. lib. 1. c. 5. & ex hæreticis Beza in Ep. Iude, Vvitach. controu. 1. q. 3. c. 4. dixerunt fuisse sacros, & etiam canonicos. Alij in extremo, nec fuisse sacros, nec canonicos; sic August. supra, quē sequuntur Staplet. lib. 2. contra Vvitach. Salmeron proleg. 9. can. 4. & ex hæreticis Iunius lib. 4. in Bellarm. c. 4. & Hugo Brugthon in conceptu. Quidam aiunt, esse sacros, sed non fuisse canonicos, ita Ioannes Drusius ep. 101. Quidam aiunt, fuisse canonicos secundū se, non quoad illius temporis Ecclesiā, nēpe aliquos canonicos, qui sub nomine Prophetarum citantur, ita Serarius loc. cit. Aliam combinationem nullus somniauit, vt fuerint canonici, nullo autem modo sacri. Quod fuerint sacri, & canonici, ex multis argumentis pro parte affirmatiua talis sententia roboratur: sicut & opposita in extremo sententia ex alijs in oppositū allegatis, multis argumentis probabiliter suadetur, & maximè ob solius Augustini autoritatem. Inter hos dicendi modos, ille plausibilis est, & facillimè suaderi posset, & Chrysostomum, & Augustinū concordaret, vt non omnes citati libri sacri fuerint, & diuini, sed solum ii, qui cum elogio Prophetarum citantur, vel à Prophetis manifeste in populo receptis, & ad scribendum ex officio, & instinctu Dei destinatis, quos vt tales recipiebat, & agnoscebat Synagoga, descripti sunt. Sed quia August. lib. 18. de ciuit. c. 38. exp̄s̄ dicit, Forum quoque Prophetarum nomina,

qui illos libros scripserunt, non tacentur, nec tamen, subdit, inveniuntur in canone, nisi quia historicā diligentia, & non diuinitus conscripsi sunt, ab ipso Aug. pro non sacris, nec canonicas habentur. Vnde talis quæstio apud Catholicos problema remanet, & hinc inde possunt dissolui rationes. Apud hæreticos verò eos, qui Augustinum sequuntur, frustra quæstio ista intentatur, & disseritur, cum pro crititio habeant illum librum esse sacrum, & canonicum, qui vel alio libro canonico memoratur, vel citatur. Quale sibi manifeste contradicunt, Augustini sententiam sequentes; nullo autem modo sibi contradicentibus orthodoxis, qui sine tali crititio probabilem, & rationabilem Augustini sententiam defendant.

### Solutiones oppositionum pro parte affirmante.

A D primū in oppositū multipliciter resp̄detur. R. Manachen, quem sequitur Aug. Eugubinus Chisamensis Episcopus, Oleaster, Cajetanus, dicētes fuisse narrationem quandam Dei, quæ reuelata erat Moysi, Hebræorum voce, & ore decantata, vbi huiusmodi bella recensēbantur: vox enim illa, sepher, narrationem etiam significat, non solum materialem librum, idem tenuit Rupertus Abbas in hunc locum. Sed obstat vulgata editio, quæ sepher, pro libro usurpauit, Aben Ezra putat hunc librum esse librum Iudicum, vbi multa bella aduersus Amorrhæos facta leguntur. Sed hoc non potest stare; nam liber Iudicū multo post totius Pentateuchi descriptionē, editus est, vnde non potuit in Numerorum libro citari, nisi dicatur propheticē futurum, pro præterita re gesta usurpatum. Alij Rabbini, quos sequitur Lyranus, putat esse librum ipsum Numerorum; nam sepher, etiā numerationem significat: idem tribuitur Hugoni Victorito in annotatiunculis lib. Num. Sed hoc non potest stare: non enim verisimile est, Moysen potuisse citare illummet librum, quem tunc litteris mandabat, & præterea in toto Numerorum libro non legitur hoc testimonium. Alij dicunt, vt Abulensis, hūc librum esse eundem cum libro iustorum, in quo narrabantur multa gesta temporum fuiuorum toto tēpore status Iudeorum, aliquali er prophetice, & aliquiliter historicē, assimilatiq; libro Apocalypsis, in quo scribuntur notabiliora Ecclesiæ gesta a tempore, quo scriptus est, & eueniunt usque ad consummationem saeculi, usque à Moysi scriptū ante volumina legis. Sed grauis unus liber cum alio confunditur, cum tanquam distincti libri allegentur à scripturis citatis, gratis etiam de tempore, quo scriptus est, diuinatur. Dicendum ergo cum Augustino in qq. super Num. q. 42. negandum non esse fuisse iam libros siue Chaldaeorum, vnde egredies est Abram, siue Agyptiorum, vbi didicerat Moyses omnē illorum sapientiam, siue cuiusque gentis alterius, in quorum librorum albo potuit esse scriptus liber iustorum, qui tamen non ideo sit assumendus in eas scripturas, quibus diuina commendatur authoritas, sicut nec Propheta ille Cretenis cuius mentionem facit Apostolus, nec Græcorum scriptores, vel Philosophi, vel Poete, quos idem ipse Apostolus magnū fanē aliquid, & veraciter promptum apud Athenienses loquens dixisse confirmat. Hunc librum adhuc cerni, & extare apud Aethiopes, dicit Genebrardus

in Chronicis. Vel dicendum cū Masio præsat. in Iosue, apud veterem Ecclesiam fuisse diaria, & annales, vbi genere populi Dei continuata serie descriebantur, & corūdem gestorum scriptores, סִלְעָנִים subtiles scilicet, & elegantes scriptores partim ligata, partim soluta oratione sribentes. Inter hæc scripta recensentur supradicti libri qui intercederunt.

Ad secundum respondetur non fuisse illam scripturam volumen aliquod distinctū à Pentateuco, sed vel fuit decursus totius Mosaycæ narrationis ab initio Genesis vsque ad finem 19. capituli Exodi, vt dicit R. Salomon; vel vt dicit D. August. fuit liber solum continens iudicia, & ceremonialia manda-ta, quæ à 20. cap. vsque ad 24. Exodi recensentur; vel vt dicit Caiet. liber, qui in primis decem præcepta, ac deinde cæteras iudiciorum, & ceremonialium leges ante promulgationem legis in tabulis à Moysi promulgatas, continebat.

Ad tertium. Quidam dicunt illum librum fuisse annales custoditos in templo, vbi recensebatur, quæ tunc agebantur in populo illo Iudaico annotati digna, & ex illo testimonium desumptissime Iosuè, ita Andreas Masius in comm. Iosue. Sed nō videtur verisimile aliquibus, ad evidens miraculum factum coram populo, qui viderunt solem stetisse, testimonium humanum adductum à Iosue scriptore diuino, vt ijs, quæ scribebat, posteri fidem adhiberent: sed hæc instantia nulla est, vt dicetur. Theodoreius in qq. in Iesum Nauè dicit hunc librum fuisse vetustissimum, & esse commentarium, ex quo historia Iosuè ab incerto authore per compedium collecta fuerit. Sed non potest stare; nam cap. ultimo dicitur, Scriptis Iosuè omnia verba hæc in volumine legis Domini. Author. qq. super libros Regum (qui a quibusdam Hieronymus existimat) existimat hūc librum esse pri-mum, & secundum librum Regum, in eo enim in-florum gesta scribuntur Samuelis, David, &c. Sed hoc non potest stare; nam 2. Reg. 1. expressè dicitur: Precepit David, vt docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in libro iustorum: nō est autem verisimile, eundem librum se ipsum citare. Quidam Hebræi dicunt hunc librum esse librum duodecim Prophetarum, inter quos est Abacuch, in cuius oratione factū Iosuè recensetur. Sol, & luna steterunt in habitaculo suo. Sed non potest esse, cum liber Prophetarum 12. post tempora Iosue scilicet, post 800. vel mille fermē annos conscriptus sit. Alij putant esse librum Exodi, nam Exodi 17. dicitur, Scribe hoc ob monumentum. Et trade auribus Iosue. delebo n. memoriam Amalech sub cælo. Rabbi vero Salomon extendit ad totum volume legis, vbi iustorum Abraham, Isaac, &c. gesta recensentur; vbi admonitiones illæ cernuntur, vt se exercerent in arte bellica, &c. iuxta præceptum illud Gen. 49. Manus tua in cœri cibis inimicorum tuorum. Sed hæc est nimis generalis expressio, in particulari non continens factum Iosuè de retardatione cursus solatis. Vel ergo dicendum est, vt dicit hic Caiet. quod nūc hic liber non extat, sicut & multi alij sacri Prophetarum libri non extant, qui perierte, vel si sequamur sententiam Augustini, hic liber descriptus est non propheticè, sed historica diligentia, potuit autem factum illud propheticā prædictione traditiū, ab aliquo annalium scriptore in ijsdem annalibus recenseri, vnde Iosue testimonium assumens, non simpliciter humanum testimonium assumpit, sed

divinum, historica diligentia tamen descripsum, nec inaniter, sed vt posteri hæc firmius crederent, quando multò ante prædictione diuina factum illud annunciatum esse, cognoscerent.

Ad quartum respondetur ad illam autoritatem 1. Reg. c. 10. certum est, illam legem regni, vt nota-uit Abulensis in eum locum, non fuisse legem Mo-saycam, nec n. ibi ritus vngendi Reges tradebatur, hæc enim nouiter à Samuele scripta perhibetur: nec lex regni poterat esse illa, quam superioris in petitio-ne Regis populo enarrat; illa enim tyrannica erat, indigna quæ à viro sancto, & Propheta tradiceretur; sed erat lex regni continens institutiones dominij regalis, non tyrannici, circa populorum rectam gu-bernationem, quæ cum esset reposita corā Domino in tabernaculo, non leue argumentum assumitur ab aliquibus, vt fuerint sacræ institutiones, ac proinde propter hoc cum cæteris libris sacris consulto re-pofitus talis liber illas continens, qui postea intercidit. Verum pro S. Augustino responderi potest politicas illas, & regias institutiones non peculiari instinetu Spiritus sancti descriptas, sed humana, & politica sa-pientia compositas.

Ad autoritatem 3. Reg. c. 4. de libro verborū die-rum Salomonis. Quidam apud Theodoreum 3. Reg. q. 37. dicunt esse librum Paralipom. Sed non potest stare, nam liber Paralip. est liber prætermissorum in libris Regū, vnde oportet esse illis posteriorem. Alij dicunt esse illos, qui intitulatū liber Nathan Abiq, Addo, & c. 2. Paralip. 9. ita Abul. 3. Reg. 11. Sed non potest stare, quia illi libri multi sunt, at liber dierum Salomonis, vt vnicus traditur, & ab illis diuersus. Alij cœsent esse partem diatiorum, & annalium Re-gum Iuda, & Israel, & peculiari volumine, propter historię Salomonis magnitudinem, contineri; qui liber à libris Regum diuersus est, vt notat Senensis lib. 2. verbo. Regum Israel. Hæc autem diaria non ab autore canonico poruerunt describi, sed à seniori-bus, vel notarijs, vel Chronicis, quibus res gestas scribendi demandabatur cura. Et hoc verisimilius est, nam apud Reges consuetum est suorum tempo-rum, habere chronicas, qui dicuntur à Commenta-tijs, vnde 3. Reg. cap. 4. dicitur de Salomone, quod erat ei Iosaphat filius Abilud à commentarijs. Quare quod dicit Lyranus hunc librum à Salomone scrip-tum, sed à Nabuzardan combustū, nō potest subsi-stere, nam libri Regum scripti sunt post capiuitatē Babyl. vt patet ex 4. Reg. c. 25. non potuit ergo hic liber, qui in libris Regū citatur, cōburi à Chaldæis. Quidam dixerunt, quod parabolæ sunt illæ, quæ sunt in lib. Prou. Cantica vero sunt illa, quæ scripta sunt in libro Cantici cantorum. Sed hoc non potest sta-re, quia parabolæ, quæ habentur in libris Prou. non sunt tria millia parabolatum, cum versus tamen (in quibus nec est integra parabola) sint nongenti, & quindecim. In Canticis nō sunt trecenti versus, quo-rum quilibet non continet vnu carmen. Alij dicunt, quod cōsulto dicitur. Loquutus est quoque Salomon tria millia parabolæ, &c. non enim ipse aliiquid scripsit, sed alij audientes excipiebant, & scribabant, & ex his omnibus, nec omnes parabolæ, nec omnia Cantica, sed quædam tantum descripta. Iosephus lib. 8. c. 2. testatur, Salomonem composuisse libros oda-rum, & carminum quinque mille, & parabolæ, ac similiūdinem libros ter mille, & cūlibet species plan-

tarum suam adhibuisse parabolam . idemque fecisse de pecoribus , & ceteris terrestribus animantibus . Sed difficultas et a esse in hac positione , cur maior pars sit omissa , & cur Esdras reparator scripture , tam maximum partem incompletam reliquit non reparauit . Sed melius respondet dictas alias parabolas , Cantica , & disputationes de arboribus , volueribus , &c. quæ Salomon ipse descripsérat , minime ad sacrâ Scripturam pertinere , vnde nec per Esdram reparata ; cum enim Omnis scriptura diuinitus inspirata , vt dicitur 2. Timot. 3. sit utilis ad docendum , arguendū , &c. hæc alia , quæ loquuntur est Salomon , & torte in magnis libris scripta sunt , curiosa erant , & magnitudinem ingenij ostentantia potius , quam utilia , propterea non sunt dictata diuinus , vt in casto scripturarū canone locarentur ; ita Abulens , & fortassis S. Theophylus lib. 3. ad Autolicum id insinuavit , cum dixit , præter librum sapientiæ canonicum aliud librum sub eodem titulo à Salomone descriptum (quem sequitur Magister doctissimus Fr. Paulus Minerua lib. 1. Neom. c. 11.) allusit . n. ad sapientiæ , & doctrina Salomonis alios libros descriptos , à canonicis distinctos . sed hoc ad communiter receptos libros Proph. Eccl. Sapientiæ refertur , quod Ecclesiastici 12. testimonio comprobatur ubi dicitur . Conscripti sermones rectissimos ; & veritate plenos . Alij libri ab ipsis falsò Salomonis attribuuntur , vt exorcismi , & adiurationes Salomonis de quibus meminit Ioseph. lib. 8. antiquit. c. 2. similiter incantationes eiusdem , Clanicula , & horumodi . Præstat Origenis iudicium in hac re audire , sic in scribit in Mart. c. 35. à Salomone scriptis adiurbationibus solem adiurari ; sed ipsi qui utuntur adiurbationibus illis , nec idoneis constitutis libris utuntur : quibusdam autem Hebrei acceptis viuntur tibris . Difficultas est de Epistolis Salomonis ad Hiram , & Regem Tyri , de quibus 3. Reg. 5. quos refert Ioseph. lib. 8. antiquit. c. 2. & ad Vaphrē Aegypti Regem , quæ recenset Euseb. 9. de præp. c. 4. similiter de questionibus enigmaticis inter Hiram , & Salomonem , de quibus Ioseph. 1. contra Appio . an scilicet pertineant ad sacras Scripturas . Et certè nō est cur adstringamus ad id fatendum , quare ad œconomicam , & physicam sapientiæ Salomonis pertinent . Idem dicendum de Neomenijs , quas noster P. F. Paulus Minerua defendit , de hac re edito libello , à Salomone descriptas , ad Astronomiam pertinere , & non Spiritu sancto dictante conscriptas .

At auth. lib. 1. Paralipomenon c. 28. dicitur à Rabbiniis , quod Samuel ex revelatione Dei docuit David de omnibus ipsis . Alij dicunt per semetipsum David hoc habuisse per revelationem à Deo , & ex hoc textu probatur opinio opposita . Sed pro altera sententia responderi potest cum Hugo , & ante ipsum Rabbano , illud Exo. 25. intelligi de exemplari , quod Moysi in monte monstratum est , quod per Moysem peruenit usque ad alios , quod Moses in scripto rededit ; dicitur autem scriptum manu Domini , quia Moses ex ore Domini illa scripta fecit . Hæc ex Hugo , qui citat magnam quandam glossam , quæ patiter docet illud exemplar referri posse ad visionem Ezechielis ; sed probabilius est , quod dicit Hugo , nā Ezechiel prophetae cœpit anno 5. post transmigrationem Joachim , & cum eodem in Babyloniam capiuitatem translatus ; captiuitas autem multa post tempora David , & Salomonis extitit . Sed certè si ad-

mittatur primā , David nouam scriptiōnem dedisse Salomonis , vt innuit vulgata , & septuaginta Interpretes id etiam clare explicant , dum vertunt , Paramini iuxta scripturam David , & p̄ manum Salomonis filij eius , non est consequens fuisse sacram scripturam , non enim quicquid dixerunt Prophetæ , vel scripterunt , canonicum est , sed quicquid à facto Prophetæ , vel scriptore scriptum est , secundum motionem Spiritus sancti , ad publicam instructionem , & informationem Ecclesiæ , & vt norma credendorum , & agedorum , ex determinatione Spiritus sancti id sacru , & canonicum est . Vnde nulla scriptura , aiunt , nouiter David tribui debet .

Ad quintum illud argumentum , probabilem facit eam sententiam , quod fuerint prophetici , cum sint à Prophetis scripti . Eam mordicus defendit Pineda de rebus Salomonis c. 1. v. 8. Verum pro S. Augustino dici potest conscriptos potius historica diligentia , quam inspiratione diuina , & propter hoc nō relatos in canone , nec vt sacros habitos , &c. vt dixit etiam Abulensis , multa in eo libro curiosa scripta sunt : continebantur . n. ibi multa , quæ non pertinebant ad intentionem sacrae Scripturae ; recensebatur enim scripta omnium regnum , & Regum usque ad David : scriptura autem diuinitus inspirata utilis est , non curiosa . Ad c. 4. vbi citantur verba vetera respondent quidam esse librum Ruth . Alij melius dicunt esse librum particularem continentem historiā particularem progenitorū David . Legendus est Author qq. sive traditionum Hebraicarum , & Sixtus Senensis 2. Biblioth. vers. Verba vetera . Quæ ibi recensentur de statione Solis , qua occasione , & quomodo id factum sit , idem Author traditionū Hebr. demonstrat , cum Lyrano . Consulatur idem Sixtus , ad quem lectorē remitto .

Et per hæc patet responsio ad sextum de verbis Nathan , Ahig , Addo , &c. Quod verò obiicitur ex 2. Paralipomenon c. 25. dicitur , quod illis litteris exprimebatur eadem diuina sententia , que in sacra Scriptura hoc loco registratur ; non autem significatur aliquis liber ab Elia descriptus . Lege Salmer. proleg. 10. Quod verò dicitur Ozia gesta ibidem . c. 20. ab Esaiā scripta , respōdet Lyranus , non in libro Esaiæ , quem habemus , sed in alio , qui non fuit per Esdram reparatus , ea gesta descripta . Ut autem Augustini sententia probabilis appareat , non est inuerisimile dicere , ea recenseri , quæ sub Ozia prophetauit Esaias , nimirum ea , quæ cōtinentur per quinque capita . Sicuti etiam cum Paralip. 32. commemoratur visio quædam Esaiæ cōtinens sermones , & misericordias Regis Iuda , procul dubio intelligi potest , quod à 36. usque ad 40. caput longo sermone descriptus . Quod verò adducitur de sermonibus Hozai , responderetur vt supra de libris Nathan , &c. Quod obiicitur de libro Salomonis 2. Paralip. 35. solui potest ex dictis ; sermo enim est , & allusio ad scripturam illam porticus , & templi , & ministrorum , quā David per manus accepit , & sic inchoatam tradidit Salomonis , quam opere , & executione perfecit . Sed quamuis author , & descriptor fuerit David , non sit consequēs fuisse sacram scripturam , vt supra dictum est . Quis autem fuerit liber ille lamentationum Hieremias , Hieronymus , & quidā Rabbini , inter quos est Rabbi Salomon , apud Senensem lib. 2. censent hanc lamentationem esse postremā partē libri Threnorum , sub

sub quarto, & ultimo alphabeto comprehensam. Hugo Cardinalis Lyranus, & ante hos Magister historie Scholastica de toto Threnorum libro loqui videntur indistincte.

Ad septimum, alij Patres nonnisi 150. Psalmos Dauidis agnoscent, quos post captiuitatem Babylo-nicam hinc inde dispersos, Esdras in vnum digessit volumen, vt dicit Chrysostomus. Sed an fuerit omniū author Dauid, inter Patres quæstio est: affirmatiā partem tenent Augustinus, & Chrysostomus, & alij, nempe omnium authorem fuisse Dauid; sed cantoribus destinatis traditos esse, qui eos describerent, & ad cantus adaptarunt; vnde & multos horum cantorum nominibus scriptos videmus. Negatiā partem tenent Hierony. epist. ad Sophron. Athanasius in Synopsi. Sed bene scripsit Theodoreetus in Psal. parum hoc interesse, cum Spiritus sanctus omnium perhibeat afflato, & subdit. *Vincat plurium sententia: plures enim Dauidis esse afferunt: præsertim cum Ecclesia Dauidis esse pronunciet, vt dicit Cassiodorus in Psalmos.* Sed de hac re suo loco.

Ad octauū, Rabbi Salomon apud Senensem lib. 2. putat illum librum esse librum Threnorum, quem exustum rescripsit Hieremias, quartum superaddēs alphabetum, quod in priori volumine nō posuerat. Quam responsionem sequitur Lyranus. Cartæ verò illæ, vel libelli emptionis, & venditionis illius, conti-nentes prophetiam consolatoriam, non distinguntur à libro Prophetæ integræ Hieremiacæ, in quo de libellis illis, & prophetia in illis cōtenta apertissima mentio fit. Malum verò illud, quod in libro uno de-scripsit Hieremias, non fuit aliquis distinctus sacer liber, sed quinternus quidam, vt dicit Hugo, in quo quæ dicta erant de onere Babylonis scripsit, & tradi-dit Saraiæ, vt illum legeret in flumine Babylonis, ipsumq; colligatum lapidi, ne supernataret, proijec-ret in Euphratem, signans, quod ita Babylon destrue-retur.

Ad nonum responderi potest, eos libros non fuisse sacros, sed annales quosdam, vel diarios, vbi recense-bantur gesta Ducum, & egregiorum virorum anno-tatu digna. Sic responderi potest ad authoritatem c. 2. lib. 2. Machabæorum, & cum in eodem capite allegatur liber descriptionum Hieremiacæ Prophetæ, quamvis aliqui dicant, vt Dorotheus in Synopsi, & Epiphanius in vita Hieremiacæ, potuisse olim haberi tanquam sacræ historiæ supplementum à Hieremiacæ, vel Baruch conscriptas, quæ nunc nō habentur: tamē Hugo noster dicit, descriptiones has descriptas ab his, qui scripserunt gesta Hieremiacæ, sicut sit in chro-nicis: vel esse epistolas, & admonitiones, quas forte ipse fecit. Et quia prophetæ non erant, sunt inter apochrypha deputata apud Hebreos. Noster Senensis lib. 2. Biblioc. in Ieconia, Esdram earum rerum scrip-torem facit.

Ad decimum, librum illum, è quo dicunt dicti Pa-tres defumptum illud testimonium, apochryphum pariter appellant: fuerunt autem soliti Apostoli ex huiusmodi libris testimonia aliquādo proferre: poterat enim seligere vera, vt idem Origenes hom. 1. in Cantica exp̄ressè testatur. Quanquam non desint qui Hieremiacæ prophetiam citari existent, nō qui-dem scriptam, sed traditam, vt illud quoque per tra-ditionem habetur de Turri Siloe, à Christo Domi-no citatum Luc. c. 13.

Ad undecimū, de Epistolis tribus ad Corinthios, & Epistola ad Laodicenses quid sit respondendum, satis supra dictum est.

Ad duodecimum, illi libri inter apochryphos computantur, obscuros scilicet, & ambiguos, de quorum authoritate, & veritate dubitatum est, quamvis à nonnullis Patribus in cōtibus communib; ad plebis edificationem legerentur, eorundemq; testimonijs ad fidei confirmationem interdum vte-rentur: sed de his infra.

Ad decimumtertium, authoritas illorum Patrum facit sententiam illā probabilem, sed opposita suam ex alijs probabilitatem habet.

Ad ultimum respondet S. Augustinus, à Prophe-tis quidem illa conscripta, sed non tanquam Prophe-tis, historica scilicet, aut epistolari diligentia, non prophetica inspiratione.

### Solutiones pro parte negatiua.

**A**d primum respondet, S. Augustinum in ea, quae fuisse sententia, vt diceret aliquos libros à Prophetis editos, non fuisse dictatos à Spiritu sancto, vtpote cum ab illis non tanquam Prophetis diuino instinctu, sed humana diligentia, & tanquam ab hominibus scribebantur. Verum hæc distinctio Augu-stini ab oppositæ sententiæ authoribus vim non ha-bere existimat: quicunque enim libri Prophetarū eo ipso, quod à Prophetis dignoscet, esse descrip-ti mox inter diuinos ab Hebreis ante captiuitatem, & ab ipsa Synodo Hierosolymitana post captiuitatē facta (cui prefuit Esdras) annumerabantur: non secus ac si nunc aliquis liber constaret ab aliquo Apostolo-rū editus mox inter diuinos annumeraretur ab Ec-clesia. Et sicut idem Aug. 18. de ciuit. c. 33. librum at-tributum Enoch aliquando fuisse canonici cōcessit, licet ob nimiam vetustatem à canone excidisse non diffitetur, ita eosdem libros conformiter ad eiusdem Augustini doctrinam, quia Prophetis attribuuntur, canonici dici possent, licet ob varios casus exciderint. Vnde Eucher. 3. Reg. Multa, ait, *eiusmodi volumina scriptura quidem probat, sed bodie constat non esse.*

Ad secundum, non est contra Dei prouidentiam iacturam factam esse aliquorum librorū sacrorum, sicut nec est contra eandem, multas reuelationes ex-cidisse, necnon & traditiones multas, & vberiorem illam cognitionem factam primis nostris Ducibus, & Hierarchis, solummodo relinquēs eas scripturas, & reuelationes, quæ utiliores, aut necessariores erant. Accedit (dicunt quidam) socordia, & negligentia Iudæorum, quæ potuit esse motiuum diuinę permis-sionis, vt iacturam paterentur sacri libri, sicuti com-bustio Arcæ, & alia mala illata ab Antiocho, peccatis tribuitur Iudæorum recessentium à testamento sancto, vt habetur clarè 1. Machab. c. 1. Sed cum illa fue rit vera Ecclesia, nō est rationabile dicere, quod fue rit indiligens diuini depositi custos. Melior ergo est prima responsio. Vnde etiam pro temporum, loco-rum, gentium varietate potuit quantum ad explicatio-nem plura, vel pauciora credenda proponere.

Ad primam confirmationem optimum argumen-tū est, quod sacra Biblia edita sint diuino spiritu, ob conseruationem librorum sacrorum, si nō omnium, saltem eorum, quos utiliores, & necessariores ad per-manendū iudicauit prouidentia diuina: nihil tamen officit,

officit, aliquos perisse: nec enim omnia, quæ Deus facit, conseruat. Et quid Christi Domini verbis, & factis pretiosius? & nihilominus nec ea omnia voluit describi, & in nostram notitiam peruenire, sed necessaria, & quæ expedite iudicavit, ut patet Io. 20. & 21. *Multa & alia fecit Jesus, quæ non sunt scripta in libro hoc, hæc autem scripta sunt ut credatis, &c.* Vnde & pueri illi dicebant Nabuchodonosori. *Ecce enim Deus noster, quem colimus, potest nos eripere, &c.* *quod si noluerit, notum tibi sit, o Rex, &c.* Dan. 3.

Ad secundam confirmationē. Ea verba intelliguntur non de sensibili sono, aut scriptura: sed de rebus significatis per illas quantum ad impletionē eorum, quæ prædicta sunt; nullus ergo apex præterit quantum ad promissionem, & impletionem, vnde subditur, *donec omnia fiant:* at nihilominus multæ membræ, nedum apices excidere potuerunt.

Ad tertiam cōfirmationem. Etsi Spiritus sanctus sciverit, & potuerit membranas deperditionē libro-rū illæsas seruare, noluit altissimo suo consilio, quod scrutari nequimus: potest autem aliqualis ratio assignari demeritoria ex parte humana, incuria scilicet, & desidia Iudeorum (sed hoc supra refutatum est) vel nostræ curiositatis repressione utiliora, & necessaria riora relinquens volumina, vel alia causa, quæ nos latet, & scientiæ diuinæ, eiusque altissimo iudicio satiis innotescit.

Ad tertium principale respondetur, quod is fideliter depositum custodit, qui depositi naturam nullo modo permutat, ut auro plumbum impudenter, aut fraudulenter eramenta supponat, ut docet Vincentius Lyrinensis lib. cōtra Prophet. vocum nouitates, hoc modo Synagoga seruauit libros sacros, ut nullo modo eos permuraret, suppositios pro eis obtrudēdo. Ceterum quod vi, vel fortuitò pereant, absque lata culpa depositarij, nulla infidelitatis nota taxari potest, & sic accidere potuit, ut ex varijs calamitatibus populi Iudaici (maximè tempore Manasses, eo enim tempore, sanguine occisorū Deum verum colétiū impleta est Hierusalem usque ad os. 4. Regum 21. & ludibrio Prophetæ, & religio habebatur) ut omnes sacros codices, quos idololatræ delere conabantur, illæsos, & intactos usqueaque seruare non potuerint, vel abscondere, sicut ex volumine legis patet, quod intra parietes templi absconsūt fuisse, non est creditu inuerisimile. Quod si is fidelis est custos, qui tanti seruat depositum, quandiu dominus depositi custodiendum præscribit; certe tantum Synagoga libros eos seruauit, quandiu Deus seruari voluit. Nec aliquid ex tali amissione deperditum est ex regula fidei, quippe qui in alijs libris, & traditione continebatur expressè, sufficientissima ad dogmatum cognitionem, & motum directionem. Fuit ergo semper Ecclesia depositi custos, cum nō sua culpa aliqua volumina perdidit, sed Dei prouidentia id acciderit. Nec sufficienti credendi regula, & re necessaria priuata est, cum aliorū librorum lectione compēsetur.

Ad confirmationem dicitur, quod est dispar ratio, non enim est tanta iactura unius libri sacri, quanta unius Sacramenti Euangelici: nam per unum Sacramentum, sic confertur peculiaris gratia, quod per aliud, per se, & ex vi suæ institutionis nō suppletur. Ceterum doctrina fidei, quæ in uno volumine sacro habetur, per alios suppletur residuos libros, maximè per libros Euangeliorum, & Apostolicæ doctrinæ.

Verum cum sacramēta illius legis fuerint figuralia, & mera signa gratiæ, par fortè ratio extitit in deperditione aliquorum librorum, & abolitione omnium signorū. Vnde sicut non curamus Synagogam, quod sacramenta perdidit, sic nec quod aliqui libri exciderint, vitio verti debet, & in culpam veteris Ecclesiæ redundare.

Ad quartum, nec omnes libri sacri veteris testamenti ab Apostolis, & Euangelistis sunt citati, & ramen diuini sunt.

Ad ultimū, nec in illo canone Hebræo reperiuntur alii libri, quos supra dicimus esse diuinitus inspiratos. Infirmum ergo argumentum ex illo canone deducitur. Cur verò alii libri diuini in tali canone non sint numerati, supra dictum est. Quod vero Esdras non omnes instaurat, superius causa assignata est.

### CONTROVERSIA III. SPECIALIS.

*An Deus eorum librorum, qui apochryphi dicuntur, sit inspirator, & author.*

D Einde cōsiderandum est de libris apochryphis, num illorum Deus sit author, & inspirator. Valde enim confert huius rei cognitio, docente Ireneo lib. 1. c. 17. quod heretici confinxerunt inenarrabilem multititudinem apochryphorum, & perperarum scripturarum, quas ipsi finxerunt, & adferunt in stuporem insensatorū. Quæ sunt veritatis nesciēti litteras. Vtius est etiam horum cognitio ad redundā Protestantium calumnias, & in scitiam collocantium libros Deuterocanonicos inter apochrypha, & sacros libros diuidentes in canonicos, apochrypos, & antilegomenos, quibus scilicet cōtradicuntur, solos sacros libros vocates Protocanonicos, Deuterocanonicos, apochryphos, antilegomenos reiectitos, exufflatos à Patribus, qualia sunt Euangelia falsa conficta sub nomine Apostolorum. Sed à Patribus addiscet Catholicus, qui libri fuerunt in apochryphotum ordine collocati.

Primus ergo articulus erit, Num libri, qui apochryphi à Patribus dicti sunt, à Spiritu sancto editi sint.

Secundus, qui sint hi libri in speciali.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Num libri, qui apochryphi dicti sunt à Patribus, sint sacri, & diuini.*

*Pro parte affirmante.*

V Idetur, quod sic. Primo, nam sacri habentur libri Deuterocanonicali, & nihilominus dicit Hieronymus hos inter apochryphos collocari. Vnde tantum 22. idem Hieronymus in prologo Galeato non apochryphos agnoscit, cum Iosepho lib. 1. contra Appionem, & Philone lib. de egressu filiorū Israel.

Secundo. Liber tertius Esdræ, qui inter apocrypha computatur à Patribus Græcis, inter sacros computatur, & primus in ordine librorum Esdræ statuitur, qui vero primus, & secundus scribitur apud nos sub uno alio volumine, coque apud illos secundo, com-

pre-

prehenduntur: unde apud 70. tres, nostri duo libri Esdræ numerantur.

Confirmatur, quia hic liber citatur à Clem. Alex. lib. 1. Strom. Cypriano epist. ad Pomp. Chrysostomo hom. 1. imperfecti, Athan. oratione contra Arian. Augustino c. 18. de Ciuit. c. 36.

Tertio, liber quartus Esdræ inter apochrypha pariter recensetur, & tamen illum citat tanquam sacrū Ambrosius lib. de bono mortis. 2. in Luc. epist. 21. & quidam Doctores Moderni canonicum vocant, ut Genebrard. in chro. pag. 90.

Quarto, tertius liber Machabæorum inter apochryphos recensetur, & tamen in 84. canone Apost. inter sacros recensetur: ibi enim dicitur, quod inter ceteros canonicos sint venerandi sancti libri, *De Machabæorum gestis tres.*

Quinto, de libro Enoch dicit Augustinus de Ciuitate Dei, ob nimiam vetustatem inter apochryphos reiectum, & tamen à Iuda, ut sacer liber citatur. Similiter ex libro attitulato Mortis ascensio, idem sumpsit testimonium Archangeli Michaelis altercas cum Diabolo de Moysi corpore, ut scribit Origenes 3. Periarchon c. 3. & tamen hic inter apochryphos recensetur. idem tract. 35. in Matt. dicit illud testimonium. Oculus non vidit, à Paulo citatum 1. ad Corin. sumptum esse à libro inscripto Ascensio, vel Assumptio Eliae, vel Apocalypsis Eliae. Similiter & Paulus dum dicit, quod Ioannes, & Mambres restiterunt Moysi, librum apochryphum citavit, dicit Origenes tract. 35. in Mauth. quem non citasset, si pro sacro non habuisset.

Sexto, Dionysius Areopagita alludens ad Euangeliū Bartholomæi, dixit, multam esse in eo Theologiam, & minimam, & Euangeliū latum, & magnum. Et iterum angustum, & tamen Bartholomæi Euangeliū, ut apochryphum rejecitur.

Septimo, Euangeliū Nazarenorum inter apochrypha recensetur, & tamen ut sacram venerati videntur Clemens Alex. 2. Strom. Euseb. 3. histor. ecclesiast. indicans hinc desumptam historiam adulteræ: constat autem hoc esse apochrypha. Origen. tract. 8. in Matt. & 2. tom. in Ioannem, Hieronym. in catal. & in pref. Epistolæ B. Iacobi, & lib. 3. contra Pelagianos, Beda proœm. in Lucam.

Octauo, Hermetis liber, qui & Pastor dicitur, olim in quibusdam Ecclesijs Græcis legebatur ad institutionem eorum, qui fidei elementis instruebantur, & multi Patres eiusdem libri testimonijs vñi sunt ad dogmata firmando, ut supra obiectum est: sacra scripturam eūdem librum vocat Irén. lib. 4. c. 37. Athanasius lib. de decretis Nicenæ Synodi eiusdem testimoniū vñtut.

Nono, in Græcis psalterijs reperitur psal. 151. cuius etiam meminit Athan. in synopsi, rursus in libris Paralip. annexitur oratio Regis Manasse, & in Græcis codicibus similiter annexitur appendix libri Job. A quibusdam inter sacra scripta refertur prefatiuncula in Threnos Hieremij, & ut apochrypha à nonnullis omittitur: idem accidit in prologo Ecclesiastici, quod quidam ut sacre scripture partem vñrantur, cum tamen à nonnullis, ut apochrypha excludatur, ut à Delrio in annotationibus in Threnos, & alijs.

Decimo, multa circumferuntur sub nomine Apostolorum edita Euangelia. Itē a præter Euangeliū,

quod tribuitur Petro à Serapione apud Euseb. lib. 6. c. 10. sunt & alia Petri opera Actus Petri, quos citat Origenes tom. 20. in Ioannem: item doctrina Petri, cuius meminit idem lib. 1. Periarch. Item prædictio Petri, quam citant Clemens Alex. lib. 6. Strom. & Orig. hom. 13. in Ioann. item Apocalypsis Petri, quā legi solitam in die Parasceues, scripsit Sozomenus 7. hist. camq; recipi solitam à multis fidelibus, sicut & Barnabæ epistolam scripsit Clemens Alex. apud Euseb. lib. 6. c. 11. ergo & cetera.

### Pro parte opposita.

**Q** uod vero libri, qui apochryphi dicuntur, non sint diuino spiritu editi probatur sequentibus authoritatibus.

Primo ex authoritate Innocentij Papæ epist. ad Exuperium Tholos. qui cum sacros, & canonicos libros supra à nobis defensos numerasset, subdit: Cetera autem, quæ vel sub nomine Matthie, sine Iacobi Minoris vel sub nomine Petri, & Ioannis, quæ à quodam Leucio scripta sunt, vel sub nomine Andreæ quæ à Neoxcharide, & Leonide Philosophis, & sub nomine Thomæ, & si quæ sunt alia non solum repudianda, verum etiam noueris esse damnanda.

Gelasius Papa in Concilio 70. Episcopotum post recensitos libros sacros, & diuinos, inter apochrypha multos computat, ut infra recensebitur. & libros cuiusdam Manichæi damnat his verbis. *Libri omnes, quos fecit Leucus discipulus Diaboli apochryphi.* Hunc scripsisse quendam librum attitulatum, Actus Apostolorum, dicit Augustinus de fide, contra Manich. c. 4. & 38.

Ex Concilijs. Nicæna Synodus actiore 6. sic dicit. *Inter Epistolas diuini Apostoli, quedam fertur ad Lao-dicenses, quam Patres nostri, tanquam alienam, reprobarunt. Ad hæc Manichæi Euangeliū secundum Thomam inuixerunt, quod Ecclesia Catholica merito, ut impium auerſatur.*

Tertio ex Patribus, præter testimonium Iræni supra Athanasius in synopsi ait. *Nam quatuor nobis Euangeliorum libros sacros sanctæ, & Catholicæ Ecclesie canones sanxerunt. Præter ista non est ullum altud.*

Eusebius lib. 3. c. 19. tales libros penitus nothos, & suppositios pronunciat, quia inquit. *Nemo ex scriptoribus Ecclesiasticis, qui cōtinuata temporum successione, ab Apostolis hucusque vixerint usquam in suis scriptis in memoriam ea redigere dignatus sit.*

Augustinus multis in locis, sed præsertim lib. 15. de ciuit. c. 23. ait. *Multa sub nominibus Prophetarum, & Apostolorum ab hereticis proferri, que omnia sub nomine apochryphorum, autoritate canonica diligenter examinatione remota sunt.* & lib. 2. contra Creico. c. 35. ait. *Non sine causa tam saluber vigilante canon Ecclesiasticus constitutus est, ad quem certi Prophetarum, & Apostolorum libri pertineant.* & lib. 1. c. 38. de sermone Domini in monte obijcītibus Manichæis Euangeliū Thomæ respondet. *Huic scripturæ licet nobis non credere, quia non est in catholicō canone, & iterum contra Faustum lib. 22. c. 79. ait, Has scripturas canon Ecclesiasticus respuit.* & tract. 90. in Ioann. de Apocalypsi Pauli scribit, *Illam fabulis plenan à vanis quibusdam confictam Ecclesiam sanam nō recipere, 18. de ciuit. c. 38. de lib. Enoch. & quibusdam sub nomine Prophetarum scriptis ait, Quod ea castitas*

*tas canonis non recepit. & 1. de consens. Euang. c. 9. & 10. dicit, quod apochrypha scribentes sub Christi, & Apostolorum, nomine fallacissima audacia sic excusat iuntur, ut etiam à pueris, qui adhuc pueriliter ingradu Lectorum, christianas litteras norunt, merito rideantur.*

Epiphanius h̄er. 47. de Encratitis scribit, quod videntur, & scripturis primo loco, quæ dicuntur Andrea, & Ioannis actiones, atque Thomæ, & de Ebionis scribit h̄er. 30. *Actus verò Apostolorum alios esse dicunt, in quibus habentur multa impietate ipsorum referita.*

Hieronymus in c. 64. Esa. ait. *Apochryphorum deliramenta contineant, que ex occasione huius testimonij desumpti ex lib. Ascensionis Isaiae, & Apocalypsis Eliæ ingeruntur Ecclesis Christi, de quibus verè dici potest, quod sedeat Diabolus in insidijs cum diuitiis in apochryphis, ut in erficiat innocentem, &c. & rursus. Insidiatur in apochryphos quasi leo in spelunca sua, insidiatur, ut rapiat pauperem.* *Ascensio enim Isaiae, & Apocalypsis Eliæ hoc habent testimonium, ut per hanc occasionem, multaque huiusmodi Hispaniarum, & Lusitanie deceptæ sint mulierculæ, onerate peccatis, quæ dicuntur desiderijs variis, semper addiscientes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes, ut Basilidis, Balsami, atque Thesauri, Barbelonis quoque, & Leusiboræ, ac reliquorum nominum portenta suscepserint.*

Leo Papa ep. 93. c. 15. ad Turribium Episcopum Asturicensem sic scribit. *Apochryphæ autem scripturæ, quæ sub nominibus Apostolorum multorum habent seminaria falsitatum, non solum sunt interdicenda, sed etiam penitus auferenda sunt, atque ignibus concremandæ.* *Quamvis sint in illis quedam, quæ videantur habere speciem pietatis, nunquam tamen vacue sunt venenis, & per fabularum illecebras hoc latenter operantur, ut mirabilium narratione seductos, laqueis cuiuscunque erroris inuoluant.*

Quarto rationibus: nam receptio librorum sacrorum, & diuinorum quoad nos pendet ab Ecclesiæ iudicio, & auctoritate: sed ex illa omnes libri apochryphi remouentur: non ergo sunt sacri, & diuni. Hanc rationem attigit Tertull. 4. contra Marcionem, dicens, *Si sub Pauli ipsis nomine Euangelium Marcion intulisset, non sufficeret ad fidem singularitas instrumenti destinata patrocino anteceßorum, quem sequutus August. lib. 13. contra Faust. c. 4. sic dicit. Si alios, quos dicat Apostolorum nostrorum codices protulerit, quomodo eis ipse auctoritatem dabit, quam per Ecclesias Christi ab ipsis Apostolis constitutas non acceptit, ut inde ad posteros firmata commendatione transcurerent?*

Confirmatur, quia si antiquæ Ecclesiæ innotuisset quod sacri essent, & diuni eiudem testimonium perhibuisset, vnde Augustinus lib. 22. contra Faustum c. 79. hoc nomine quosdam apochryphos libros reiicit. Legunt, inquit, scripturas apochryphas Manichei à nescio quibus sutoribus fabularum sub Apostolorum nomine scriptas, que suorum scriptorum temporibus in auctoritatem S. Ecclesiæ recipi merebentur, si sancti, & doctri homines, qui tunc in hac vita erant, & examinare talia poterant, eos vera loquitos esse cognosceret.

Secundo, quia si paſſim proprio iudicio, & dele&tū speciosis titulis Apostolorum, aut Prophetarum titulis libros decoratos reciperemus, ad innumera figura, & hæreses inueniendas, & dileminandas sterneretur via: facile enim possent impostorum opera

multa tanquam ab Apostolis, & Prophetis edita, in lucem prodire ad illaqueandas animas. Vnde Hieronymus in c. 64. Esaïæ inconuenientia narrans susceptionis librorum Ascensionis Isaiae, & Apocalypsis Eliæ, ait, quod per hanc occasionem multæ Hispaniarum, & Lusitanie mulierculæ onerate peccatis, quæ ducuntur desiderijs variis, semper discientes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes ut Basilidis, Balsami, atque Thesauri, Barbelonis quoque, & Leusiboræ, ac reliquorum nominum portenta suscepserint.

Quinto ad hominem, nam Lutherus in suis colloquijs scripsit. *Tertium librum Esdræ in Albim proiecito. In quarto verò, qui continet Esdræ somnia sunt pulchræ, & altoqui bona nenia.*

#### CONCLVSI O CATHOLICA.

*Multi libri sunt, quos Ecclesia tanquam dubia auctoritatis inter apochryphos recenset, multi quos nedum ut apochryphos, sed ut pseudigraphos rejicit.*

R Espondeo dicendum, quod hoc nomen apochryphi deriuatur ab ἀποχρύψει. id. celare. Quidam dicunt, ut Scaliger in animad. Eusebian. pag. 99. propterea dictos apochryphos, quia certis in locis absconsi fuerint. Sed hoc non potest stare, quia liber Deuteronomij, qui tandem delituit, non esset facer, nec multi alij, qui tamen in captiuitatibus olim, & postea in persecutionibus occultati sunt, ne in manus hostium peruenirent, sacri non essent. Amplius per hoc olim synagoga sacros à non sacris discrevit, quia sacri intra arcam recondebantur; apochryphi vero extra, ut docet Epiphanius, quem sequuntur sunt Damasc. lib. 4. c. 18. Aug. de Ciuit. 15. c. 23. & tandem multi hodie apochryphi, & pseudigraphi tales non essent, si omnium manibus tenerentur, & euulgarentur. Alij in extremo dicunt apochryphos dictos, quia ἀπὸ τῆς κρυπτῆς, id est extra cryptam, hoc est (avint) extra arcam erant: sed hæc etymologia insulta est, & sannis digna: nam tunc libri, de quibus est sermo non ἀποκρύψαι, sed ἀποκρύπται, id est à crypta seiuanti, & separati, aut ἀποκρύπται, dicendi essent, è cōtrario vero canonici dicendi essent ἐγκρύπται, vel ἐγκρύψαι, illudque inconueniens sequitur, quod cum libri apochryphi dicantur à crypta seiuanti, & separati, i. publici, & manifesti, in omnium luce positi, canonici dici deberent κρύπται, seu κρύπται, occulti, absconditi à luce, & conspectu hominum semoti. Sed dicendum cum August. de Ciuit. lib. 15. c. 23. Quod apochrypha nuncupantur eo quod eorum occulta origo non claruit Patribus, à quibus usque ad nos auctoritas veracum scripturarum certissima, & notissima successione peruenit, sed quia origo occulta esse potuit, vel quantum ad authorem, seu scriptorem occultum, vel quantum ad sententiam occultam, & abstrusam, vel quantum ad usum Ecclesiæ occultatum, & non manifestum; videndum est, ex quo istorum capitum apochryphi dicti sunt. Quidam dicunt apochryphos idcirco dictos, quia eorum author ignoratur, ita gl. Canones d. 16. Sed hoc non potest stare, nam tunc multi libri sacri eliminarentur à canone, de quibus, (etsi non omnibus) cum Greg. diximus, parum referre scire quis author huius, vel illius libri fuerit; dummodo

modo Spiritus sanctus author esse credatur. Alij dicere possent, dici apochryphos propter occultam, & ignotam sententiam in illis contentam: sed nec hoc dici posset, quia primum caput Genesis, Cantica Canticorum, primū caput Ezech. Apocalypsis inter apochrypha essent connumerāda. Alij dicunt apochryphos dictos, quia nō publicē, sed occulte in Ecclesijs legebantur, Scaliger supra, Couarrun. lib. 4. variarū resolut. c. 17. Et quidem cum tales fuerint nonnulli Deuterocanonici, de quibus apud quosdā dubitatum est, non tamen apud omnes Ecclesias, & si ijs, quibus eorum perspecta traditio non erat apochryphi viderentur, Patribus tamen, ijsque doctioribus, & principalioribus Ecclesijs semper sacri, & diuinī visi sunt. Vnde simpliciter apochryphi dicendi non sunt. Dicendum ergo est originem occultam Patribus non innotuisse dupli ratione, vt dicit Augustinus lib. 18. c. 38. vel quia utrum eorum sint, quorum esse dicūtur, Prophetarum scilicet, & Apostolorum, vel à Spiritu sancto inspiratorum scriptorum, incertum est, aut quia in ijsdem contra fidem librorū canonorum quædā leguntur, propter quod ea prorsus illorum non esse apparet. Primo modo apochryphi solum dicendi sunt. Secundo modo non tā apochryphi, quam pseudographi appellandi, illi scilicet, quos certō cōstat ab hæreticis malitiōsē sub nomine Prophetarum, & Apostolorum confictos. Rursus primo ordine enumerati ab Ecclesia negatiū se habente, non sunt inter sacros adscripti. Secundo ordine recensiti à sacris eliminati sunt, atque proscripti.

### Solutiones oppositionum.

**A**d primum. Etsi apud quosdā Patres, & aliquas Ecclesias illi libri apochryphi habitū sint: à maiori tamen parte inter sancta scripta relata sunt. Vnde iuxta regulam Augustini, paucioribus plures Ecclesia præferendā sunt; nunc vero absque dubio inter canonicos relati sunt, vt supra dictum est.

Ad secundum respondetur, Ecclesiæ Latinæ iudicium, & censura præferenda est Græcorum prepostere illi talium librorum dispositioni, vnde tam Gelasius, quām Concilia, & Patres duos postremos tertium, & quartum Esdrę pro apochryphis habuerūt, dum duos tantum recipiunt, vide Hierony. pref. in lib. Esdrę. Accedit, quod Hebrei tertium hunc librū non habent, quare mirum est, quod Græci tertium nostrū pro primo eorum Nehemias, vel Esdrę libro supputarint. Pro secundo verò duos nostros, uno alio volumine comprehendenterint. Quamuis autem Gelasius vnum Esdrę librum ponat in canone, supputationem hebreām sequutus est, apud Hebreos enim ex Hieronymo, Esdrę, Nehemiasque sermones in vnu volumen coarctantur, quod volumen duos nostros includit; per hoc tertium Græcorum prepostere primo loco supputatum excludens. Nec censenda est talis supputatio facta à 70. nam etsi in quibusdā Græcis codicibus tertius cum duobus nostris libris Esdrę cernantur, in correctioribus tamen alijs non habetur, & dum in Hebreo fonte nō recensetur, nec apud 70. vñquam lectus esse credendus est.

Ad confirmationem, quamuis ex tertio isto libro testimonia desumpserint dicti Patres, dum nusquā sacram, & diuinum appellant; sola utilitas eius non canonica, & sacra authoritas demontratur. Dato,

quod tanquam sacrum quidam citarint, non præjudicat hoc vniuerso sanctorum choro.

Et per hēc patet responsio ad tertium, licet enim vnu Ambrosius illum citet, Concilia nō agnoscunt, alij Patres non suscipiunt, somnijs, & fabulis scatet, vt notat Hieronymus, & patet legenti cap. sextum, vbi de pisce Henoch, & Leviathan, quos maria capere non poterant, narratur. Apud Hebreos quoque non recensetur. Multo minus modesti Ecclesiæ filij Genebrardi obstat authoritas, plurimis consentientibus non esse canonicum, sed apochryphum, maximè accidente vniuersalis Ecclesiæ sensu, & iudicio, hunc cum tertio in sacrum canonem non locante. Quam tamen verò vim habeant citationes testimoniiorum ex tertio, & quarto libro Esdrę sunt, qui dicant, tantam habere, quantam vnu, aut alter Sanctorum Patrum authoritas.

Ad quartum absoluta responsio est, illum canonē supposititum esse, qui ordine 84. enumeratur: germani enim canones Apostolici 70. vel 60. vt alij legunt à Zepheryno Papa ep. 1. numerantur, qui Apostolorum temporibus proximus, eorundem doctrine, & canonum conscius esse poterat: evidens autem istius supposititij fœtus argumentum est, quod quidam libri certissimè canonici in eodē canone omituntur, vt Esdrę, Iudith, Tobiae, Sapientiæ, Ecclesiastici, Apocalypsis, quos canonicos esse Apostolica traditione cognovimus. Lege nostrum Melchiorem Canum lib. 5. de locis c. 5. Impossibile ergo est illum esse canonem Apostolicum, traditioni Apostolice manifestè contradicentem: vnde merito Gelasius d. 15. canones Apostolicos ob nonnullorum corruptelam, aliorumque suppositionē inter apochryphos posuit. Qui etsi numero 85. in sexta Synodo approbari videantur, non ab illa, sed à nonnullis Patribus, qui illi interfuerant, & in Trullano conuenticulo conuenerunt, approbati sunt, qui postea merito à Sergio sunt reprobati, vt dixit Beda lib. de sex aetatibus. In Iustiniano. Sed de hac re infra.

Ad quintum, vt dicit August. lib. de ciuitate Dei lib. 15. c. 23. in his apochryphis etsi inueniatur aliqua veritas, tamen propter multa falsa, nulla est in eis canonica authoritas, aut quia utrum hæc essent ab illis, quorum esse perhibentur, seu scriptorum diuinitus afflatorum per successionis seriem cognosci non potuit. Sine tamen erroris periculo potuerunt ab Apostolis talia testimonia proferri ex similibus libris, vt pote instruti spiritu Dei, quo pretiosum à vili poterant discernere, vt diximus cum Origene hom. 1. in Cantica. Lege de hac re Hieronymum in comment. ad Titum.

Ad sextum dicunt aliqui, quod Dionysius ex Euāgeliō apochrypho Bartholomei depropemptit sententiam illam, nec propterea colligitur liber talis esse canonicus, non enim liber canonicus censendus est, quod vnam, aut alteram contineat veritatem, multis erroribus, & mendacijs, aut fabulosis admixtam: potuit enim fieri, vt pseudoevangeliæ spurious Apostolorum titulis sua euangelia adornantes, multas veritates ex traditione, & doctrina Ecclesiastica susceptas suis figmētis attexerēt, vt plausibilius recipientur falsi, dum multa vera proponerentur. Sed re vera, vt annotauit Baronius anno 44. n. 45. incertum est vnde desumptum sit hoc testimonium. Potuit etiam tale testimonium in Ierotheo, aut alio Patre,

R. Dio.

Dionysio ipso vetustiore tale testimonium ex alia traditione suscepimus, fuisse descriptum, & Bartholomaeum non in Euangelio scripto, sed in euangelica doctrina citari.

Ad septimum, talia Euangelia, ut suspectæ fidei patiter teiciuntur, cum ab Euangelij veri æmulatöribus pseudoenangelistis, & simijs veritatis, Satanæ instinctu fuerint descripta, in quibus cū ex traditione alias acceptis multæ reperiuntur veritates, nihil mirum si propter eas ab ijs, tanquam ex iniustis professoribus auferendas, talium Euāgeliorum testimonio vñ fuerint veritatem transribentes, eamque ut granum eligentes, paleis, & quisquilijs nęqiarum relictis.

Ad octimum, quantum attinet ad Græcarum Ecclesiastū autoritatem, opponimus vñiuersalem Ecclesiam talem librum non recipientem: vnde à Gelasio inter apochrypha numeratur: potuerūt autem talis libri testimonij, & lectione vñ tāquam vtili ex reuelatione diuinitus accepta, non tanquam sacra, & canonica autoritate descripta, quo sensu dixit Origenes ad Rom. c. 16. scripturam libelli Pastoris valde vtilem, & diuinitus inspiratam sibi videri, sicut & Hieron. in catalogo, in Hermete. Ad autoritatem Irenæi. Lyncæi Magdeburgenses, talpæ demonstrantur, dum testimonium citatum Irenæi, de quo etiam facit Eusebius mentionem lib. 3.c. 3. dicunt in operibus eius non reperiri, cum præter Eusebij autoritatem, Origenes Iræneum imitatus, eandem sententiā, qua vñtitur Iræneus c. 3. 1. h. Periarchon inseruerit. Admittentes ergo testimonium Irænei dicimus, quod sacram scripturam appellauit Iræneus latiori vocabulo, nempe pro omni diuinitus suscepta reuelatione, quæ in scriptis redacta est, quo sensu reuelationes S. Brigitæ possent dici latissimo vocabulo scripture sacra, & diuinitus inspirata. Sed pressiori vocabulo Scriptura sacra tantum est, que diuinitus inspirata est publicis à Deo deputatis amanuensibus, ad commune Ecclesiæ bonum: vnde non priuata, sed publicæ scripture, sunt à publicis ministris ad publicam populorum Ecclesiæ instructionem descriptæ, secundum quod scriptum est ps. 86. *Dominus narrabit in scripturis populorum, &c.* quibus verbis priuatae scripture, et si diuinirus acceptæ, excluduntur. Athanasius vero (in Epistola, quod Nicæna Synodus) etiā dicit Arianos eodem libro vsos, & tanquam ex libro non canonico testimonia petiisse, quod etiam dicit in Synopsi, & Theodoreus 1. hist. cap. 18. id ipsum confirmat.

Ad nonum, psalmus ille 151. à nullo alio, nisi ab Athanasio recensetur, cui opponimus omnium Sanctorum cœtum, mysticas rationes talis numeri 150. assignantem. Oratio Manasses, & appendix libri Iob à Romana Ecclesia cum scripturatum canonarum libris non connumerantur. Præfatiuncula autem Threnorū adhuc controvèrtitur num sit pars sacræ scripture. Gretse. lib. 1. c. 14. Deltrius citatus supra, dicunt, quod sic; alij. s. Maldonatus, Agellius in Threnos, Lyranus, Carthus. Burgensis. dicūt, quod non, quod est verisimilius, tum quia talis præfatio nec est in tex. Hebræo, vel Chaldaeo, tum etiam quia omnes commentatores Hieremie, tam antiqui, quam moderni nihil de ea meminerunt, vel circa illam annotarunt. Sed & Eusebius ab Agellio relatus eandem rejicit, & Sixtus V. in prefatione operum S. Bon-

nauenturæ expresse ait, non esse talem præfationem, quæ in quibusdam libris antepofita inuenitur, de veritate textus. De prologo Ecclesiastici dubitatum fuit à quibusdam, & inclinantibus in partem negatiuā, quæ sententia atridet Iansenio ea ratione, quod hic prologus in quibusdam manuscriptis omittitur. Verum cum in alijs reperiatur, & sub titulo Iesu filij Sicach, & in nonissima editione vulgata Sixti V. per Clementem VIII. publicata, in qua solum prologi S. Hieronymi, tanquam ad textum non attinentes, omittuntur, & in eiusdem vulgatæ præfatione nihil nō canonicum relictum, aut adscitum repositum, disertis verbis, Romanus Pontifex, vel Romani Pontificis nomine afferatur, dicendum est, illum prologum partem esse diuinæ scripture.

Ad ultimum, et si illa à quibusdam sint recepta, nō rāmē ab vñiuersali Ecclesia sunt probata, sed partim reiecta, partim circa alia negatiuē se habendo, nullo modo approbando, sed in sua quam merentur fide relinquendo, quorum omnium vtilitati legentium cōsulentis in sequenti articulo in speciali fiet mētio.

#### ARTICVLVS SECUNDVS.

*Quinam sint libri in speciali, qui inter apochryphos, seu pseudigraphos recensentur.*

P ost sacrorum librorum enarrationem, meritò delibris apochryphis in specie tractatur, ut sciamus, quæ sint nostre fidei principia, & ne libros, quos impij nostrorū authorum inscriptione, aut alio perte grino titulo prænotatos euulgaretur, approbemus. Nam, vt docuit S. Clemens lib. 6. confit. Apost. c. 16. *Scimus Simonem, et Cleobium venenatos libros nomine Christi, & discipulorum eius composuisse, quos ad decipiendum eos, qui Christum, & nos seruos eius, dilexerunt, circumferunt.* Atque etiam priscis temporibus quidam libros Moysis, Enoch, Adam, Esaiæ, David, Eliæ, & trium Patriarcharum, libros dico pestiferos, & veritatis inimicos (quorum omnium catalogum hic in gratiam lectorum subiiciamus) promulgarunt.

*Adam reuelatio*, inter apochrypha numeratur tanquam à Gnothicis cōficta, ab Epiphano in Panario.

Augustinus scribēs contra Faustū, ad Manichæos, librum inscriptum, *Genealogia Adam*, refert, qui rejicitur dist. 15. c. Sancta Rom. cum alio libro, qui Pœnitētia Adæ inscribitur. Vide Sixtū in Biblio. l. 2.

*Abraham Apocalypsis*, à Sethianis hæreticis conficta, ab Epiphano in Panario, & Origene hom. 35. in Lucam, vt apochrypha rejicitur. Assumptio item Abrahæ ab Athanasio, inter reiecta computatur. Liber, qui circum fertur inter Hebraeos sub nomine Abrahæ, cum inscriptione Iezira, idest de creatione, à peritoribus Rabbini non Abraham, sed R. Akibe attribuitur.

*Cham prophetia*, qua vñsus est Isidorus discipulus Basiliidis, vt refert Clemens Alex. lib. 6. Strom. damnata est. Item alijs liber attulatus, Cham scripture, in qua elementa, & praxis Necromantia traditur, cuius voluminis, vt refert Sixtus Senensis lib. 2. verbo Cham filij Noe scripture. Meminit eius Ciccus Ausulanus, qui fuit insignis necromanticus, in commentarijs suis in sphæram. Hic liber ab impijs descriptus est, occasione sumpta, quod Særenus Abbas in collatione 8. c. 21. apud collatorem Cassianum de Cham

Cham loquens, dicat, quod fuit magicis artibus refertus, & non potens librum conscribere, qui in arca reponeretur, magia lapidibus durissimis insculpsit. Porro haec, & omnia alia ad magiam superstitionem pertinentia, que in Actibus Apostolorum, teste Chrysostomo, Augustino, Beda, curiosorum librorum titulo denotata sunt, que combusta fuerunt, ut habetur c. 19. Act. & comburenda quoque veniunt.

*Danielis somnalia*, hoc est scripta quædam, in quibus traditur superstitionis somniorum interpretatione, qualis est ea, quam Arthemidorus author scripsit: talia enim superstitionis interdicuntur 26. q. 7. c. Ne obseruetis, expressè autem hunc librum damnavit Athanasius in Synopsi.

*Esdra quartus liber*, tanquam fabulas Iudaicas redolens, summo consensu ab omnibus reiectus, cum omnibus alijs voluminibus centum viginti sex, quos passim Esdras euulgasse dicitur, & alijs septuaginta, quos, ut secretiori scientia elaboratis, sapientibus legendos tradidisse fertur, in quibus Picus q. 15. sua Apologia dixit, secretiorem legis interpretationem, hoc est Kabala contineri, quosve magno labore conquisitos, sibi coemisse idem testatur. Nam licet in libris Kabalisticis ex decreto Inquisitionis Romanæ damnatis, tales libri non comprehendendi dicantur à nostro Senensi lib. 2. Biblio. verbo Esdras: nihilominus propter incertitudinem, inter apochryphos merito rejiciendi sunt. Esdræ tamen somnium confictum de fatis Monarchiæ Romanæ, liber ab hereticis modernis descriptus, apochryphus est, & damnatus à supremo Inquisitionis Tribunalí Romano.

*Ezechiel's Propheta* quidam liber apochryphus citatur ab Athanasio in synopsi. Forte, ut docet Senensis noster, alter est è duobus vaticiniorū libris, quos Iosephus o. antiquit. cap. 5. refert ab Ezechiele de scriptos.

*Heldad, & Medad vaticinia*, uno libro ab incerto authore collecta sunt, de quo libro sumpsit testimonium Hermas in lib. 1. Pastoris cap. 2. Sed Athanasius expressè hunc librum inter apochryphos cœset. De Heldad, & Medad fit mentio lib. Num. c. 5.

*Eliae*, liber dictus *Ascensio, vel Assumptio, vel Apocalypsis, vel secreta Eliae*, de quo meminit Origenes tract. 35. in Matth. à Hieronymo in c. 64. Esaiæ, & ab Athan. inter apochryphos recensetur.

*Henoch*, librum, et si Tertull. lib. de habitu mulierum non reiectendum existimet, verum à Patribus reiectum tanquam apochryphum patet ex Hieronymo catalogo scriptorum ecclesiasticorū in Iuda, & commentarijs Epistolæ ad Titum, Origene homil. 28. in Numeros. August. 15. de ciuit. c. 23.

*Iacob Patriarchæ Scala*. Liber Ebionitis, teste Epiphanius primo Panarij, familiaris fuit. Eiusdē Iacob Patriarchæ testamentum à Gelasio Papa dist. 15. inter apochryphos libros numeratur.

*Iannis, & Mambres*, liber, de quo meminit Origenes tract. 35. in Matth. inter apochryphos reiectus est à Gelasio, & ante ipsum ab Ambrosio in explanatione 2. Epist. ad Timoth. super illa verba, sicut Iannes, & Mambres resistebant Moysi, pariter expulsus est.

*Ieremias* volumen, quoddam apochryphum circūfertur, ex quo Origenes putat illud testimonium, quod habetur apud Mattheum. Et appendunt mercedem meam triginta argenteis, desumptum. Hoc vo-

lumine Nazaraos vsos dicit Hieron. in c. 27. Matth.

*Ioseph oratio* sive sermo, vel narratio, vel disputatio, liber tunc, quem non contemnendum Origenes putauit: sed non mirum, cum in illo legerit multa suis placitis congruentia, ut pater in 2. tom. explanationum in Ioannem, & in tomis explanationum in Genesim. Sed Athanasius inter apochrypha scripta illum reiecit.

*Moysis Ascensio*, de qua meminit Origenes 3. Patriarch. c. 2. & de qua sumpsit testimonium Clemens Alex. lib. 6. Strom. ab Athan. in synopsi, cū alia huic affini scripture, cuius titulus est, *Testamentum Moysis*, inter apochrypha numeratur. Moyū nomine alias libros à Sethianis confictos testis est Epiph. in Patriarch.

*Og Regis Basan*, de quo fit mentio Num. 21. & Deut. c. 3. à Gelasio supra, inter damnatos ponitur. Liber inscriptus, *Patriarcharum 12 filiorum Iacob testamentum*, de quo meminere Origenes 15. in losue, Gazetus in c. 38. Genesis inter apochrypha recensendum docet Senensis noster lib. 2. Biblio. littera P.

*Salomonis Precautions ad levandas ægritudines*, de quibus fit mentio apud Ioseph. 8. lib. antiquit. Similiter & eiusdem, *exorcismorum, seu coniurationum liber*, de quo idem ibidem meminit, & Origenes in Matth. tract. 35. similiter & Epistolæ enigmatis eiusdem ad Hyranum Tyriorum Regē, de quibus meminit Ioseph. 1. contra Appionem, & Theophilus Antioch. 3. libro ad Autholicum: similiter & alius liber *sapientia attitulatus*, non ille, qui nūc est in scripturarum canone; sed alius secretiori lingua compitus, de quo meminit Picus in prefatione sui Hepatapl. vt incerti, & apochryphi habendi. *Clavicula vero Salomonis*, & alius liber *contradiccio Salomonis attitulatus*, in decreto Gelasij Papæ, inter damnatos recensentur.

*Seib filij Adam libri septem*, conficti sunt ab Hæreticis, Gnosticis, qui & Sethiani, & qui Acrontici nuncupati sunt alios septem, quos alienigenas appellavunt, ut est videre apud Epiphanius. Author operis imperfecti in illud Matth. c. 2. Vidimus Stellam eius in oriente, scripturam Seth de tali stella apparitura loquentem citat. Sed inter apochryphos recentendi sunt.

*Sophoniae Prophetæ assumptio*, ab Athan. in synopsi, inter impia scripta recensetur.

*Stephani Protomartyris apocalypsis*, qua vtebantur Manichæi, ut testatur Serapion, à Gelasio Papa proscribitur.

*Tobie iunioris liber*, continens incantationes, quibus Dæmon à Sara expulsus est, tanquam à maleficiis confictus, Senatus Inquisitionis iudicio, dñatus est.

Sicut autem tanquam veteris testamenti libros multos pro veris, & à Deo reuelatis Hæretici obtrudere sunt conati, sic & alios sub nomine Apostolorū, & Evangelistarum, & Apostolicorum virorum tanquam Simiæ veritatis euulgare tentarunt, de quibus ordinatè pariter dicendum est.

§

*A Cetus Apostolorum sub nomine Matthiæ, sive Iacobi Minoris, vel sub nomine Petri, & Ioannis, quæ à quadam Leucio scripta sunt, vel sub nomine Andreæ, quæ à Nexocharide, & Leonide Philosophis, & sub nomine Thomæ, & si quæ sunt alia, nō solum repudianda, sed etiam damnanda veniunt, ut*

definit Innocentius Papa, & post ipsum Gelasius in decreto de libris apochryphis, qui expressè actus dicitur nec non & Philippi, & etiam Pauli, & Tertullus actus proscribit, de quibus meminit Hieronymus in catalogo sub nomine Lucae, & Tertull. apud Senensem à Presbytero Asiano amore Pauli esse confitit dicit. Actus Thomae reprobant Innocentius supra, Aug.lib. 1. serm. Domini in monte, lib. cōtra Adimantum. 22. contra Faustum c.79. Porro Encratitas vlos esse actis Andreæ, Ioannis, & Thome scribit Epiph. h̄t. 47. & hæreticos alios ijsdem vlos scripsit Augustinus 2. contra aduers. legis, & prophet. c.20. & contra Faustum lib. 22. c.79. Priscillianistas vero falsis Apostolorum actis vlos scripsit Orosius epist. ad Aug. de Priscillianis: in specie Manichæos vlos actis Andreae scripsit Philastrius h̄t. 48.

*Apostolorum duodecim vitæ*, ab Abdia Babylonico primo Episcopo, Apostolorū discipulo scriptæ perhibentur à quibusdam, (vt à Iacobo Archiepiscopo Iauen. lib. annuarum solemnitatū, & Equilino lib. 9. catalogi sanctorum.) Verum incertum est an legitimæ illæ sint, certum est, quod liber in Germania excusus sub titulo huius Abdiae, nempe de historia certaminis Apostolici decreto Pauli IV. fuerit proscriptus, vt est videre apud Senensem nostrum lib. 2. verbo *Apostolorum duodecim vita*.

*Apostolorum itinerarium*, repudiatur in secunda Synodo Nicæna Act. 5. *Apostolorum scripta* à Dictinio hæretico ementita, damnantur in Concilio Bracar. c. 17. *Apostolorum sortes*, & *Apostolorum laus*, in decretis d. 5. *Apostolorum memoria* liber Priscillianistis familiaris, similiter damnatus est, de quo vide Orosium epistola ad Augustinum. *Apostolorum doctrina*, liber est reiectus iam pridem ab Euseb. 3. hist. c. 25. & Athanasio in synopsi. *Apostoli magni reuelationes*, liber à Cherinto confititus est, vt scripsit Caius Origenis discipulus in dialogo disputationum. *Apostolicus liber*, est à Marcione hæretico confititus est testimonij Pauli adulteratis, & mutilatis. *Apostolorum passiones*, liber à Seleuco, seu Leucio hæretico descriptus perhibetur. *Libellus Natiuitatis S. Mariæ*, Hieronymo adscriptus, reiectus est.

*Apocalypsis Pauli*, ab hæreticis Caianis confitita est, ex Epiphano lib. 1. quam reiectam ab Ecclesia scripsit Augustinus tract. 98. in Ioannem.

*Apocalypsis Thomæ*, reijicitur à Gelasio Papa.

*Apocalypsis Ioannis*, iuxta Cherintum alio titulo prænominatus, videlicet, *Apostoli magni reuelationes*, ab Ecclesia reijicitur.

*Apocalypsis Petri*, reijicitur ab Eusebio lib. 3. c. 3.

*Christi Redemptoris nostri librum de Magia*, ad Petrum, & Paulum scriptū, mentita est ceca Gentilitas, apud Augustinum lib. 1. de cons. Euang. c. 9. & 10.

*Canones Apostolorum*, inter apochryphos ponit Gelasius, non quidem falsos, & pseudigraphos, sed vt dubios, num ab Apostolis sint editi, propter eos forte, qui non circumferebantur sub titulo Clementis, vt ait Baronius: vel quia non ab omnibus recipiebantur, vt scripsit Cassiodorus, & Epiphanius in hæresi Audianorum, vel quia multi corrupti sunt, vel ab hæreticis editi. Qui vero in autoritatē recipiuntur à Synodis, & Patribus, meritò authentici dici debent. Sunt autem secundum Zepherynum epist. 1. numero 60. licet Leo IX. 90. numeret Epistola contra Nicetam, forte capitula decem non multiplicās.

Nam quod sexta Synodus 85. numerat, authoritatē non habet, cum non sexta Synodus eorti fecerit mentionem, sed cōciliabulum in Trullo celebratū, quod à Sergio reprobatum diximus supra ex Beda lib. de sex ætat. mundi, in Iustiniano.

*Evangeliū secundum Hebreos*, vel Syros triplex asserit noster Senensis lib. 2. littera N. fuisse, nempe Hebionitarum, Encratitarum, & Nazareorum. Primum, teste Epiphano contra hæresim Hebionitarū in Panario, & S. Iræneo lib. 3. c. 21. cuius initium est, *Factū est in diebus Herodis Regis*. & *Caiphæ Pontificis*, ab Hebionitis fabricatum est per veri Euangelij mutationem, adulterationem, transmutationem. Secundum ex Theodoreto lib. 1. hæret. fabularum à Tatiano Encratitarum Principe compositum est, Diatesseron, hoc est vnum ex quatuor Euangelij conficiens per vnius continua narrationis seriem: fuit autem vñā cū Christi genealogia olim à Victore Episcopo Capuano translatum, cuius initium est. *Quoniam quidem multi conati sunt*, &c. Eo etiā, compositionis fraudem non agnoscentes, multos Ecclesiasticos vlos, idem refert Theodoreetus ibidem. Tertium Nazareis erat in vñā, qui sic appellati sunt, quod legalia cū Christi doctrina seruāda docuerint. Huic Euangeliō olim in Ecclesia fuisse contradictū, scripsit Eusebius 3. hist. c. 5. tamen Clemens Alex. 2. stromatum citat hoc testimonium, dicens. *Hac ratione scriptum est in Euangeliō secundum Hebreos*, qui admiratus fuerit, regnabit, & qui regnabit, requiescat. Otigenes tract. 8. in Matth. illud Matth. 9. *Dileges proximum tuum sicut te ipsum*, ex eodem Euangeliō secundum Hebreos sumptum dicit. Idem Eusebius loco cit. historiam adulteræ ex eodem Euangeliō defumptam scripsit. Hieronymus 3. lib. contra Pelagianos, ex eodem libro desumit hoc testimonium. *Et ecce mater Domini*. & frates eius dicebant ei: *Iohannes Baptista baptizat in remissione peccatorum, eamus, & baptizemur ab eis*: dixit autem eis. *Quid peccauis, vi vadam*. & baptizer ab eo? De eodem etiam sumit testimonium, cum in catalogo de Iacobo fratre Domini, & de Ignatio loquitur. *Ægesippum quoque multa ex hoc Euangeliō enarrasse dicit idem Euseb.* lib. 4. hist. Beda autem expressius ait initio commen. in Luc. Euangeliū iuxta Hebreos, quo vtuntur Nazarei, non inter apochryphas, sed inter ecclesiasticas numerandū historias. Verum cum illud Gelasius inter damnatas scripturas recenseat, omnis dubitatio tollitur, & in promptu iusta damnationis ratio est, quia Euangeliū Hebraicē editum à Mattheo, aliquando incorruptum, & illibatum apud Nazareos permanxit (ex Baronio tom. 1. anno 41. num. 120.) cum autem postea in multis accretum, vel diminutū repertum sit, cum veritas non nisi vna esse possit, nec verum esse, quod diuersum est, manifesta depravationis apparet indicium, imo euīdēs signū. Amplius, quia in hoc ipso Euangeliō quādam reperiuntur sapere hæresim Valentinianoru, & aliorū quorundam Gnosticorum, qui dixerunt, Spiritum sanctum esse matrem Christi: tale namque testimonium profert Origenes 2. tomo in Ioannem. *Dixit Christus, modò me accepit mater mea Spiritus sanctus uno capillorum, & me in montem magnum Thabor portauit*. Scribit autem Hieron. 3. lib. aduersus Pelagianos vnum, & idem esse hoc Euangeliū secundum Hebreos, quod sub nomine duodecim Apostolorum circumfertur,

quo

quo nomine nuncupatur ab Origene, & Ambrosio, scribentibus in proœmium Lucae. Prodiit nuper, ut testatur Euardentius in Ireneum lib. 3. c. 1. Euāgeliū Hebraicum nouiter descriptū opera Sebastiani Musteri, quod cum ipso execrabilē iudicandum est.

*Euangelium Aegyptiorum*, hereticis familiare fuit: nam, ut scripsit Clemens Alex. 3. Strom. eo vtebantur Valentini ad sua dogmata, & Sabelliani, ut dicit Epiph. in hæresi Sabell. lib. 2. ex eodem suum errorē stabilire conati sunt. Idem Epiphan. hæres. 26. docet Gnosticos confinxisse librum de stirpe Mariæ, immanibus mendacijs referunt.

*Euangelium Matthei*, ut apochryphum explodunt Ambrosius, & Origenes in proœm. Lucae. Cū Euseb. 3. hist. c. 25. scripsit Clemens Alex. 7. Strom. Marcionem, & Basilidem eo vsos ad suas ineptias confirmandas. Quin etiam ijdem Clemens 2. & 3. Strom. & Euseb. 3. hist. cap. 23. eidem Matthie quasdam traditiones attribuunt.

*Euangelium Bartholomæi*, à Gelasio inter damnata scripta recensetur, nō quidem illud, quod Hebraicis litteris descriptum, Indis tradidit: illud enim fuit Matthie, ex Dorothæo, Hieronymo, &c. quod & Pantenus apud Euseb. lib. 5. cap. 10. illic relatum, opera Bartholomei, ibidemq; custoditum vidit. Nec illud est, ex quo (ut dicunt Sixtus Senen. lib. 2. & Salmeron prolog. 30.) Dionysius de propria testimo- nium, ut supra diximus; sed aliud, quod ementito Bartholomæ nomine, sicut in ceteris Apostolis hæretici confinxerunt.

*Euangelium, vel Protoeuangelium Iacobi*, alias sermo historicus de nativitate Mariæ, usque ad aduentum Magorum, ab hæreticis nostrorum temporum in lucem emerit: sed falsum esse illud solū probat, quod fingat beatissimam Virginem, & Ioseph stupro, & adulterio accusatos, decreto Sacerdotum compulsoz zelotypiæ ceremonia Num. 5. descripta se parare. impressum est Basileæ, & habetur lib. cui titulus est, *Orthodoxographia PP.*

*Euangelium Iudei, Caiani*, Iude laudatores, quod Christum tradidere venerantur, & recipiūt, ut scripserunt Ireneus lib. 1. c. 35. Epiph. lib. 1. in hæresi Caianorum. Theod. lib. 1. hæretic. fabularum.

*Euangelium Iudei Tadei*, Apostoli à Gelasio, ubi supra inter pseudigraphos recensetur.

*Euangelium Petri*, iam olim à Serapione Episcopo Antiocheno scribente ad fratres Rhosicilicæ apud Euseb. lib. 3. supra, qui eiusdem Euangeli occasione in hæresim declinarant, explosum est.

*Euangelium Philippi*, Gnostici venerabantur, & recipiebant, à quibus etiam confitum est, ex Epiph. 2. Panarij contra hæreticorum.

*Euangelium Barnabæ*, à Gelasio damnatur, non illud, quod Matthie manu Barnabæ ex Hebreo in Græcum traductum est, & in Cypro inuentum, de quo meminit Theodorus Lector collectaneorum lib. 2. sed quod sub ipsius nomine est ab impiis euulgatum.

*Euangelium Thomæ* attributum, quod Hæreticis Manichæis familiare fuit, à Gelasio reicitur. Fertur eius author quidam Maneris discipulus nomine Thomas, ex Cyrillo Hierosolymitano cate. 4.

*Euangelium Nicodemi*, quod repertum est à Theodosio Imperatore Hierosolymis, in Prætorio Pilati, cuius initium. *Annas enim, & Caiphas, Passionis, &*

Resurrectionis Domini tantum gesta complectens, inter apochrypha computatur dist. 15. à Gelasio tanquam antiquis Patribus ignotum, qui tantum quatuor Euangelia descripta tradiderunt. Reperitur in tom. 2. orthodoxographiæ tom. 2. historiæ sacræ pag. 623. impress. Basileæ incipit. Annas. n. & Caiphas.

*Mariæ Virginis interrogations magnæ*, & eiusdem interrogations parvæ à Gnosticis, & Stratoticis editæ sunt, de quibus meminit Epiphanius in Panario, in quibus adeo horrenda scribuntur, quæ illi faciebant in cœna dominica, ut vel euulgare sit pudor.

*Mariæ quoque stirps*, liber est ab iisdem Gnosticis confictus apud Epiph. hæres. 26. *Mariæ ortus*, liber cōfictus à Seleuco, de quo lege Hieronymum tom. 9. lib. de nativit. Mariæ.

*Mariæ Epistolam ad Ignatium*, et si Bernardus ferm. 7. in psal. 9. M. Michael Carnotensis tract. de viris illustribus, Carthu. in com. de diu. nom. Senesi, Petr. Canis. lib. 5. de Maria; & alii, ut germana agnoscant, Martialis tamen Mestrus in notis ad Epistolas Ignatii eam inter apochrypha recenset.

*Mariæ transitus* sub nomine Ioannis in vulgus prodit ex August. ferm. 25. de Sanctis.

*Infantiæ Salvatoris liber*, iam olim tanquam apochryphus à Patribus, & demuth à Gelasio reicitur est. A Valentinianis hæreticis conscriptus creditur ex Iren. lib. 1. c. 17.

*Pastoris siue Hermetis liber*, et si à multis receptus sit, ut videre est apud nostrum Senensem lib. 2. verbo *Hermes*, demum à Gelasio inter apochryphos reicitur est.

*Pauli acta*, seu commentaria suorum gestorum, de quibus meminit Orig. 27. in Io. apochrypha.

*Pauli ascensus liber*, quo visi sunt Gnostici apud Epiph. hæres. adu. Gnosti. scriptus ea occasione, quod Paulus dicat se ascendisse in terrum cœlum, apochryphus est.

*Pauli revelationes*, seu Pauli Apocalypsis liber, condictus ab hæreticis, qui denuo reuixit temporibus Theodosij Imperatoris, sed rursus obliuioni traditus est, ex Sozom. lib. 7. c. 19. apochrypus. Item Pauli Euangelium prodigijs, eo prætextu, quod Paulus quādoque suum Euangelium nominat (cum tamen, ut dicit Hieron. de script. ecclesiast. ad Lucem volumen plerique existimant pertinere) à Gelasio Papa prescriptum est tanquam apochryphum.

Similiter περὶ τοῦ Παύλου, ὁ Τεκλή, ὁ τὸν βαπτιστὴν Λεωνίδα fabulam, ait Hieronymus, inter apochryphas scripturas computamus, &c. & subdit. Sed & Tertullianus vicinus eorū temporibus refert, Presbyterū in Asia σπεῖρας τῷ Απόστολῳ Παύλῳ, coniunctum à Ioanne, quod author esset libertas, & confessus, se hoc Pauli amore fecisse, & ob id loco excidisse.

*Pauli epistole ad Laodicenses*, ad Corinthios tertia, & ad Thessalonicenses tertia, meritò non fuerunt in canone aliarum epistolarum, & sanctorum librorum recentitæ, ut superius diximus. Similiter eiusdem *Pauli ad Senecam*, & *Seneca ad Paulum*, ut incertæ exploduntur, ut aliæ diximus.

*Petri Apostoli iudicium liber*, de quo Ruffinus in explan. Symboli scripsit, legi solitus; non tamen ad confirmanda dogmata, pariter ut nō facit recipiuntur; & similiter liber alius inscriptus, *Doctrina Petri*, ab Origene lib. Periar. affirmatur, quod inter Ecclesiasticos libros non recipiatur. *Itinerarium vero Petri*,

sub nomine Clementis damnat Gelas. d. 15. Sed & Hieron. lib. de script. eccl. in Petro sic dicit. *Libri autem, è quibus unus Actorum eius inscribitur, alius Euāgelii, tertius Prædicationis, quartus Apocalypses, quintus Iudicii, inter apochryphas scripturas reputatur.* Eosdem libros recenset Euseb. 3. hist. c. 3. Clemens tamen Alex. 6. strom. & Origenes c. 13. in Ioannem fragmenta quædam, ex prædicatione, & Apocalypsi Petri recitant: &, vt dicit Sozom. 7. hist. c. 19. in quibus Ecclesijs Palæstinæ legi consueisse ex Apocalypsi Petri. Sed hi authores, & priuatae Ecclesiæ, non præjudicant iudicio vniuersali Ecclesiæ, & aliorum Patrum, qui eos libros vt apochryphos respuunt. Petri vero Euāgeliū, teste Euseb. 5. hist. c. 10. à Serapione Antiocheno Episcopo, tanquam hæreticab̄e conspersum, ab hæreticis confitūm, proscriptis omnium primus.

*Pilati acta*, à Christi hostibus cōficta sunt, ex Orig. t. 20. in Io. & 1. Periarch. in quibus omne mēdaciōrū genus contra Christum congeserunt, quæde Maximiī Imperatoris mandato, vt testatur Euseb. lib. 9. hist. c. 4. in totū regnum, quod eius ditioni parebat, transmissa sunt, vt in quibusuis lōis, agris, & ciuitib⁹ hi palam omnibus ponerentur, vt ludimagistri pro alijs disciplinis pueros in hisce sedulo exercerent, eaque memoria mandanda traderent. Hæc meritò Eusebius manifesta falsitatis coarguit, ad quem Lectorum remittimus. Legantur etiam noster Senensis lib. 2. Bibliot. & Baronius anno 34. nu. 229. Sunt & alia acta Pilati, vt est videre apud Epiphan. quibus Quartadecimani vii sunt ad suum dogma adstruendum de celebratione Paschæ 14. die Lunæ mensis Martij. Aduerte certa quædam acta de Christo à Pilato descripta, quorum meminit S. Iustinus Apologia apud Antonium Pium, dicēs [h]æc ita gesta esse cognoscere ex actis, quæ sub Pilato sunt scripta potestis [h]æc autem à prædictis diuersa sunt.

*Responſa Iesu ad Abagaram* Principe per Anatolian cursorē missa, quæ incipit. *Abagare, beatus es,* sicut & eiusdem *Abagari epistola ad Christum* milia, quarum exempla recensentur ab Eusebio lib. 1. hist. c. 18. quarum etiam meminerūt Theodorus Studira in epistola ad Paschalē Papam, vt habetur in Cod. Vat. post epistolā Hostmidæ Papæ, & Darius Comes epistola ad Augustinum missa, quæ habetur in 263. editionis Louaniensis, & ante omnes istos apud Ephrē diaconum Edissenum in eo opusculo, quod dicitur *Testamentum Ephrem*, inter apochrypha scripta recenset à Gelasio, non quidem, vt notat Baronius anno 31. nu. 58. quod aliquid damnatione dignum contineat, sed vt ab Hagiographis separaret.

*Sortes Apostolorum*, liber sic inscriptus, & alius, *Laus Apostolorum*, de quibus supra, tanquam à Cherronianis, Ebionitis, Manichæis compositi eliminantur à Patribus. De Manichæis affirmanit Cyrill. Hierosol. catech. 6. de illuminat. & S. Leo serm. 4. de Epiphania dicens, quod confinxerunt sibi sub Apostolorum nominibus, & sub verbis Saluatoris multa volumina falsitatis, quibus erroris sui commenta munirent. & decipiendorum menibus mortiferum virus infunderent. & ep. 93. c. 15. *Apochrypha autem scriptura*, quæ sub nominibus Apostolorum multarum habent seminarium falsitatum, non solum interdicenda, sed etiam penitus auferenda sunt, atque ignibus concremandæ.

Alius liber dictus *Doctrina Apostolorum*, ab Athanasio proscriptus est, & vt precedentibus positi, merito à Gelasio Papa sunt eliminati.

*Transitus S. Mariæ*, liber confictus ab impostore quodam, cui spacio sum titulum Melitonis Sardensis Episcopi affixit, vt & Beda annotauit in lib. retractationum Apostolorum actuum, cum multa ibi continentur, quæ Actis Apostolorum repugnāt, vt idem Beda annotauit, merito à S. Gelasio Papa proscriptus est. Vnde immēritò Abbas Trithemius hunc librum inter Melitonis scripta computauit.

*Verborum Domini*, liber, vt dicit noster Senensis, à quibusdā exigitur ille, à quo B. Paulus depromit testimonium Act. 20. *Memorē verbi Domini Iesu*, quoniam ille dixit, *Beatus est dare, quām accipere.* & illud Luca 6. *Omni petenti te da.* & illud. *Mutuum dantes, nihil inde sperantes, apochryphus.*

*Reuelationes S. Ioannis* circa finem mundi, quas S. Cœilius D. Iacobi discipulus commētauit, repertæ in turri Turpiana, in monte S. Granatēsi: item liber *Fundamenti Ecclesiæ*, Salomonis characteribus descriptus in lingua Arabica per manus D. Ctesiphontis, & Cœiliij discipulorum Iacobi: item liber de essentia Dei, à B. Ctesiphonte descriptus Arabica lingua, & in laminis plumbeis, & charta pergamenæ exarati, quos tanquam de cælo lapsos efférunt P. Pineda in Iob c. 19. & de rebus Salomonis; P. Salazar, & Villalpando lib. 1. de Magia operatrice cap. 12. & Ludouicus Tena lib. 3. Isagog. diff. 8. cum non sint ab Ecclesia Catholica probati, inter apochrypha locum tenent, hoc est non authentica scripta, vt notat etiā P. Lorinus in Num. c. 21. nu. 14. & mordicus defendit Maroto de iure quæsto, lib. 3. c. 49. Et suaderi potest nō esse authentica, tum ex characteribus, qui dicuntur Salomonis, quibus descripti asserūtur, tales .n. characteres Salomonis nescio quid apochryphū redolent, vt Clauicula, &c. vide Senen. lib. 2. Bibliot. verbo Salomon. tū ēt quia Arabica lingua phibetur descripta à S. Ctesiphonte: certū est autē, lingua illa non potuisse describi ab Apost. discipulis, cū ea circa annum 800. Hispanias penetratit. Amplius in vna laminatum dicitur, quod S. Cœilius prophetias S. Ioannis commentauit; si ista prophetia est Apocalypsis, implicat in tempore, nam Apocalypsis descripta est sub Domitiano, Cœilius commentator passus est, vt dicitur in laminis, secundo Neronis anno, nisi dicamus, prius fuisse commentum, quām textum. Accedit, quod cum prophetia tali, repertum pariter est caput primum Euāgeliū S. Ioannis, at cum ex S. Hieron. Cat. script. eccl. Iraneo lib. 3. cap. 1. & alijs Patribus, scriptū sit sub Nervia, dum in Asia moraretur, vt colligitur ex ep. Dionysij Areop. ad Ioannem in exilio agentem, vel saltem post redditum, ex Euseb. lib. 5. cap. 8. Isid. de vita, & morte SS. cap. 73. Athanas. in Synop. Epiphan. hæref. 51. tunc idem argumentum recurrit ac de reuelatione S. Ioannis, seu Apocalypsi, quod posterius descripta sit cū Euāgeliō, & Cœilius passus est multo antea. Quod si dicatur alia esse reuelationem S. Ioannis, &c., vt refert Madera in historia sancti Montis Granatenis 2. p. c. 21. fol. 80. Ioannis Euāgeliū bis esse descriptū, semel in principio Neronis, & sic potuit in membrana asserare aliquā partem S. Cœilius, vbierat exaratu caput primum Euāgeliū: altera vice tēpore Nervie, quando Ioannes rediit ex exilio. Contra, quia nullam

Jam aliam Apocalypsim, seu reuelationem recepit Ecclesia, præter eam, quæ à PP. recepta est, & legitur in populo Christiano; & cum palam facta sit seruis suis (prophetia siquidem datur ad utilitatem) mirum est, quod in antro Granaten si tam diu delituit. Sed quid opus erat, ut bis Euangelium S. Ioannes describeret? si semel loquitur Deus, & bis idipsum non repetit, cur bis dictauit Euangelium per Ioannem? Et tandem cum in uno horum librorum volumine asseratur in Concilio Hierosolymitano aliqua definita, quæ Ecclesia nunquam definiuit, & inter dogmata noluit recenseri. Dicemus ne (quod in grauem iniuriam Ecclesiae cedit) quod Ecclesiae fides depositum fideliter nō custodierit? absit, ait S. Vincentius Lyrinensis, nam tenacissima dogmatum custos, sicut non usurpat aliena, non amittit sua. Melius ergo cū Petri successore tales libros non recipit Ecclesia, & præstat Petrum audire in Romano Pontifice loquenter, qui vocem meruit audire in mōte sancto Thabor, quām Petrum Archiepiscopum Montis sancti libros probantem, quos utique probasset, vt in similibus docet Aug. lib. 28. c. 4. si ab Apostolis succedentibus sibimet Episcopis usque ad nostra tempora clarecerent: quare patrocinio successionis, & antiquitatis destituti, noluit eos Ecclesia, vt inconcussos hucusque approbare.

## CONTROVERSIA II. GENERALIS.

*De causa efficienti instrumentalī  
sacræ Scripturæ.*

**D**einde considerandum est de causa efficienti instrumentalī sacræ Scripturæ, quod licet in aliis libris parum conduceat ad fidem scire quis in particulari fuerit scriptor, dummodo Spiritus sanctus author esse credatur, ut dixit Gregorius; quia tamen etiam in dubium multi scriptores corundem à Nouatoribus sunt vocati, secundum institutam methodum non est inutile de singulis inquirere per duas controvērsias speciales, unam, in qua de libris veteris instrumenti, alteram per quam de novi testamenti libris tractabitur: circa primā ergo controvērsiam quæretur de libris legalibus, secundo de historicis, tertio de Paranaticis, quarto de prophetis.

## CONTROVERSIA I. SPECIALIS.

*De causa efficienti instrumentalī librorum veteris instrumenti, & primo de legalium librorum scriptore.*

## ARTICVLVS PRIMVS.

*An Moyses scripsit Pentatheucum.*

**V**identur quod non: Nam in Deuteron. in fine Moysi mors describitur, mortuusq; est Moyses, &c. non potuit autem à Moyses scribi: ergo, &c. Secundo, nam cap. 21. libri Numerorum multa recensentur scripta post tempora Moysis, citatur liber bellorum Domini; & ver. 15. 16. 17. cantica recensentur, & hymni, versic. 27. proverbiū illud: Venite in Hesebon, quod est Epinicion, vel thytmus, qui ca-

ni soler deuictis hostibus. & Gen. 14. ver. 15. ciuitas Lais vocatur Dan, quæ diu pott tempora Moysis sic vocata est.

Tertio incertum est, quo tempore scripsit Moyses eos libros; ergo, &c.

§.

**R**espondeo, quod quidam dixerunt, hunc librum Pentatheuchi non esse scriptum à Moysè, sed dictatum ab ipso, per Iosue exceptum. Sed hoc non potest stare: nam lo. 1. dicit Philippus Nathanaeli. *Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetis, &c.* Alij Moysen scriptisse omnia, dicunt, præter ultimum, & primum caput, quæ ab Esdra descripta sunt. Sed contradicunt Patres, præsertim Augustinus 12. confess. illud caput primum Moysi præcipue tribuendo. Alij dicunt, maximam Pentatheuchi partem à Mose descripsam, nō autem omnia, vt nunc sunt, ita quidam apud Pererium, quos ipse sequitur prefat. in Genes. Sed dicendum, quod Moyses fuit scriptor librorum legis, præter ultimi capituli aliqua verba, vbi mors Moysis describitur: sicalij probabiliter docet. Vnde volumen eos libros continens legis Moysis, sive legis Domini nomine attulatur, ab Hebreis autem Thorà תורת, à Græcis Pentatheucus, hoc est, quintuplex volumen nominatur. Hanc sententiam tenet S. Hieron. lib. contra Heluidium, & auctor mirabil. sacra scripturæ lib. 3. c. 33. & est Patrum, & DD. communis. Legem autem scriptam à Moyses, dicunt quidam probari Exod. 24. *Scripsit autem Moyses unius sermonis Domini. &c. affimensque volumen saeferis legit, audiante populo.* Sed illa probatio non convincit; etenim potest illud dictum referri ad sermones habitos in monte Sina. Ergo efficacius probatur ex Deuter. 31. vbi dicitur. Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huic in volumine atque compleuit, præcepit Leuitis, qui portabant arcam fœderis Domini dicens: Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcae fœderis Domini Dei vestri. Hoc autem non potest referri ad solum Deuteronomium. Nam cum Rex iubetur legis Deuteronomium scribere, Hebraicè, & Chaldaicè exemplum legitimus, quod non ad quintū solum librum, sed ad totam legem Moysi referendū est, quæ secunda lex dicitur respectu tabularum, tanquam legis ibidem contentæ expositio. Et Salvator noster Luc. 24. Quoniam necesse est, ait, impli omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi. & Prophetis, & psalmis de me, & Ioh. 5. dicit, de me enim ille scriptus. Legendi Senensis lib. 1. Bibliot. & Ostia lib. 2. de antiquit. scripturæ. Gloss. ord. initio Deuter. Georgius Ederus lib. 2. Oeconom. tab. 56.

§.

**A**d argumentum in oppositum ad primū respon dent quidam, Moysem iam moritum scipsum propheticō spiritu in sacris voluminibus scripsisse mortuum, ne Iudei propter eius excellentiam putarent à Deo raptum, sic Iosephus lib. 4. c. vlt. Origenes 2. contra Celsum, Abul. in Ios. q. 11. Sed hoc aliquibus videtur difficile, cum enim hic historicam rem tractet, historicè videtur esse eiusdem suscipienda narratio. Et cum dicatur. Non cognovit homo sepulchrum eius usque in praesentem diem: non ad mortuum Moyses, qui nec viuebat, nec eo die scribebat, sed ad alium referatur. Sed nec instantia adstringit, nam sicut primum caput est etiam propheticū, res præteritas enuncians, recensendo creationis dies, potuit

tuit quoque futurum diem, tanquam præsentē enunciare. Alij putarunt post mortem Moysi, Iosue lumine divino Deuteronomio finem imposuisse, & ultimum caput ab eodem Iosue descriptum; cætera vero Moysem descripsisse, sic Hebrei, quibus Abul. adstipulatur. Alij tandem, quod Esdras finem imposuit in reparatione legis, & est valde rationabile, ea enim verba Deuter. vlt. *Et non cognouit homo sepulchrū etc.* & *Non surrexit ultra propheta in Israel in domo Domini*, maiorem intercedinem monstrat, quam sit inter Moysem, & Iosue recentem successorem. Sed quicunque horum fuerit, nonnisi propheticè scribere potuit, nam quodd sepulcrus sit à Domino, non nisi propheticè sciri potuit: & iterum quod non surrexit ultra Propheta in Israel, sicut Moses. Potuit autem Moyses eodem spiritu, quo agnouit non surrexerunt talis Prophetam, describere mortē, & uti præterito pro futuro, secundum Prophetarum prædictiones ob certitudinem revelationis, si sententia Iosephi aliquis vellet defendere; lege Tostatum in hunc locum. Et hoc dicere probabile est, cum ex hoc principio similes objectiones dissoluemus.

Ad secundum. Quidam dicunt illud librum bellorum Domini prius esse descriptum, libro Pentateuchi, fuisseque propheticum, prænunciando victoriā sub Mose contra Amorhaeos, ita S. Aug. q. 42. & 18. de ciuitate Dei c. 1. Rabban. &c. Alij dicunt posterius descriptum, & illud verbum *sic faciet*, idem sit, quod *sic fecit*, & esse addita ab eo qui Moysis diaria digesti, sicuti de proverbiis, & parabolis Salomonis factū dicitur. Sed non est cur id affirmemus: nam potuit Moyses, certam futuram victoriā prædicere, & sic indicare librum conscribendum, qui liber postea excidit, ita Delrio in *Adagii sacris* t. 1. n. 10. Cetera vero cantica, & proverbia, vel rythmi afferuntur esse scripta (ait Pererius) cum sint arguta, & elegantia ab ijs, qui dicuntur Hebraicē Moschelim, hoc est Parabolantes, seu Proverbiantes, qui figurata oratione gesta populi Dei describebant. Sed nec id est necesse, nam Moyses cum fuerit eruditus in omni sapientia Ægyptiorum, hec eadem describere potuit. De Dan vero quoque dici potest, quod vt gloscanda spiritu propheticō Moysi, prævisa fuit; sic quoque illi nōmen *Dan*, tanquam impositum assertur, quod certitudine prophētica imponendum videbatur. Vel si teneamus eam probabilem sententiam, quod non omnia scripsit Moyses, sed maximam partem, dicendum ea, quæ post Moysi tempora gesta sunt ab aliis prophetis, & præcipue ab Esdra adiecta esse.

Ad tertium supposita divisione ætatis Moysi in tres quadragenas, mortuus est enim anno 120. suæ ætatis (quarum prima transacta est in Ægypto in domo Pharaonis: Secunda cum profugus fuit, & exul ab Ægypto: Tertia in deserto, dimissa Ægypto) certum est apud omnes librum Genesis non scriptum in prima quadragena; eo enim tempore cū in omni sapientia eruditetur, Act. 7. potius discipuli, quām magistri partem obibat. Difficultas vero est de secunda, & de tertia quadragena. Euseb. tenet lib. 7. de præparat. Euangel. c. 2. in secunda quadragena scriptum ante legem: Theodoretus vero quæst. 1. in Genes. & Beda tenent in tertia: sed quicquid horum dicitur, probabiliter dicitur: ceteros vero libros in tertia quadragena descriptos, vt scilicet tanquam testis ocularis scriberet, que legis scriptæ tempore acci-

derunt, satis rationabiliter à nonnullis assertur. Fuit autem quadragena prima Moysis anno à creatione mundi bis millesimo sepringentesimo nono, à diluvio vero millesimo quinquagesimo tertio, ex Genebr. pag. 71. sive chronolog. ex quo annus, in quo hæc scripsit elici potest.

#### ARTICVLVS SECUNDVS.

*An libri Iosue, ipse met Iosue scriptor extiterit.*

§.

V Idetur, quod Iosue non fuerit auctor. Primo, nā in fine huius libri ponitur mors Iosue; hoc autem fieri non potuit à Iosue, ergo.

Secundo, quia gesta Iosue descripta, & prænuntiata reperiuntur in libro Iosuorum, dū dicitur cap. 10. huius libri: *Nonne hæc, nempe gesta Iosue, scripta sunt in libro Iosuorum?* Amplius c. 15. fit mētio de Axa Calebi filia, & alijs, quæ post mortē Iosue gesta sunt, sicut & expeditio filiorum Dan cōtra Iesem. Tertiō, quia hic liber ponitur inter historiales, at Iosue fuit Propheta, Eccles. 46.

§.

R Espondeo dicendum, quod quidam dixerunt propter hæc non à Iosue, sed à quodam alio à Iosue antiquo commentario, cui titulus est liber Iosuorum, hinc librum esse conscriptum, irà videtur sentire Theod. q. 13. in Iosue. Alij dicunt fuisse Samuel, Esdramque vel aliū, vt Athanasius in synopsi, aliij ab Eleazaro Pontifice: fuisse vero enim in more Iudeorum Sacerdotibus, quæ scribebantur commētaria, atque Prophetis consignari, docet Joseph. 1. cōtra Appionem. Moderniores Abul. in Iosue 1. q. 1. Magellanus p̄f. in Iosue sect. 3. & Masius in Iosue defendant quoque non fuisse Iosue eiusdem libri scriptorem propter argumenta posita initio, sed Samuelem, aut Esdram, vel alium: his subscribit non semel Torniellus eadem, & similia loca adducens. Sed hæ sententia non possunt stare, nam in c. vlt. dicitur, *Scriptis Iosue omnia verba hæc in volumine legis Domini;* quod et si, vt dicunt expositores, referatur ad scriptiōnem fœderis initi inter Iosue, & populum, vt in eodem cap. scribitur, inde tamen sumitur argumentum, quod sicut eorum verborum scriptor fuit Iosue, sic potuit esse reliquorum gestorum; & textus verba hunc sensum patiuntur: volumen enim legis Pentateuchus potest intelligi, cui quæ scripsit Iosue coniuncta sunt. Rabbini etiam hunc librum Iosue attribuerunt apud Genebrardum in Chronol. & Thalmudistę in c. Baba Batra fol. 14. edit. Basil. & fol. 15. citantur etiam in glossa ordinaria noua. Eandem sententiā sequitur Magister historię Scholasticę. Patres veteres adstipulantur, ita Junilius 1. de partibus diu. legi c. 8. Dorotheus in synopsi. E recentioribus vero Driedo lib. 1. de catal. sac. scrip. c. 1. Vatabl. in scholiis c. 1. Brito Minorita in prolog. Hier. super Iosue, & alii. Quare à communī ista sententia non existimo esse recedendum.

§.

A D primum, sicut fuit scriptor Iosue illorum verborum Deuteron. *Et mortuus est Moyses,* sic aliquis successor Iosue, vel (vt dicunt aliqui) Esdras potuit esse scriptor. Et quando Patres dicunt alium à Iosue scripsisse hunc librum, intelligi possunt quantum

tum ad ultimum complementum, & quod ultimum caput adiecit. Sic dicendum etiam est quantum ad alia, quae post mortem Iosue contigisse obiciuntur (nisi ad propheticum spiritum recurramus enunciatum tanquam factum, quod futurum erat) & hoc videntur Athanasij verba insinuare dum dicit de libro Iosue. Deinceps quae sequuntur usque ad Esdras voluntina, non prorsus scripta sunt, quorum scriptiones preferuntur, & de quibus tractant. Vbi particula prorsus non significat integrum librum Iosue fuisse, quoad omnes, & singulas partes à Iosue descriptas, praesertim illas quae post mortem Iosue acciderunt, ut obijicitur quoque in secundo argumento.

Ad secundum. Nullum fuit inconveniens illud testimonium à Iosue desumi ab illo libro, quicunque ille fuerit, & à quocunque scriptus fuerit, in quo propheticè traditum, vel inspiratum fuerit illud factū, quod tempore Iosue evenit. Vel respondendum est sicut dictum est de citatione libri bellorum Domini in Pentateuco in responsione ad secundum præcedentis articuli. Ad alia loca scripturæ responderetur sicut ad primum.

Ad tertium etiam Moyses propheta fuit: nec quia historias recensuit in libris legalibus, Pentatheucus ponitur in ordine librorum prophetalium: ita & in nostro proposito. Fuit autem iste liber descriptus ultimo tempore vitæ Iosue, nam cap. 26. dicitur *Scriptus quoque hæc, & subditur. Et post hæc mortuus est, à quibus verbis usque in finem à Samuele, vel aliquo alio scriptus creditur, vel ut alij probabiliter assertunt, ab Esdra reparatore.*

#### ARTICVLVS TERTIVS.

*A quo sit descriptus liber Iudicum cum libro Ruth.*

**V**identur, quod à Iudicibus diuersis scripta sint eorum gesta. Primo, nam res gestas ab ipsis, vel ipsorum temporibus in commentarijs, & annalibus commodè redigere potuerunt, ut de gestis Machabæorum legimus.

Secundo, non potuit esse Samuel scriptor, nam dicitur Iudic. cap. 1. *Habitauitque Iesus cum filiis Benjamin in Ierusalem usque in præsentem diem: nomen Ierusalem recentius est etate omnibus Iudicibus, quorum unus fuit Samuel, ergo non potuit hunc versum, nec hunc librum scribere. Igitur Iudices fuerunt authores huius libri.*

Tertio in c. 18. eiusdem libri fit mentio captiuitatis filiorum Israel, quae tam longè post tempora Samuels accidit.

#### §.

**R**espondeo dicendum, quod Dorotheus in Synopsis dicit, hunc librum non à Iudicibus, vel scribis eorum, sed ab ijs, qui in tabernaculo versabatur fuisse descriptum. Alij conueniunt fermè ab uno quoque Iudicum facta suorum temporum in scriptis redacta fuisse, aut ab eorum actuariorib; sed postea ab aliquo Propheta in unum volumen collecta. Ita quidam apud Ianuenium in concord. c. 11. Pineda pref. in Iob c. 3. n. 3. Maldonat. Matt. 2. n. 23. Sed quis Propheta fuerit incertum est. Quidam dixerunt collectorem fuisse Ezechiam: sic Scholastica historia, quam sequitur Hugo Carenensis. Alii apud Tostatum

pref. in lib. Iad. q. 4. dicunt fuisse Hieremiam. sed hoc nullo fundamento probant. Alii tradunt fuisse Esdras, ita Mastus in Iosue 6. & verisimile est, cum reparator legis asteratur. Alii tandem, quod Samuel fuerit scriptor, ita Hebrei lib. Baba Batra c. 1. & Abulensis c. 1. Iudic. q. 22. & 25. cap. 15. q. 11. & c. 17. q. 4. Dried. 2. p. de scrip. c. 3. Arias Montanus Isa. 5. & Iudic. 8. Ioannes Benedictus, & Seratius prolegom. 4. in Iudices, vide Caiet. in Iudic. c. 3. Sed hoc verisimilius existimatur: nam Samuel post tempora Iudicū immediaius Prophetæ præcedentibus succedens reperitur. Idem patet ex cap. 3, ubi antequam de singulis Iudicibus in particulari tractet, epilogantur alterna bona, & mala totius temporis Iudicū: non potuit ergo esse scriptus tempore quo hæc res gereretur, sed post tempora Iudicū completa. Et cum non fuerit necessarium in longum protrahi istam scriptiōnem, & redactionem ab alijs Prophetis post tēpora Samuelis, verisimillimū est, Samuelem fuisse collectorem. Non potuit autem nullus ante Samuelem esse collector: nam c. 18. dicitur, quod Idolum Michæ mansit semper in Tribu Dan quandiu manuit tabernaculum in Silo: Samuel autem inuenis erat, quādo tabernaculum motum est in Silo post mortem Heli, & in ipso tabernaculo idem tunc puer ministrabat coram Heli, ut habetur 1. Reg. c. 3. oportet ergo à Samuele esse descriptum, aut ab aliquo post.

Eundem fuisse authorem libri Ruth patet ex calce illius libri: nam solus David filius Ioseph, in descriptione genealogie Pharez usque David, nominatur, qui cum ibidem Rex describatur, & à Samuele unctus fuerit in Regem, ipse potuit scriptor esse huius libri, qui unctione titulum Regis Davidi dedit, in cuius gratiam nempè, ut sciretur eius progenies, de qua nasciturus erat Messias, præstítit ut ab exordio texetetur, quæ postea pariter ponitur 1. Paralip. 2. & Matthei 1. Et per hæc patet responsio ad argumenta in contrarium.

#### §

**A**d primum. Cöcedimus à singulis Iudicibus, vel saltem actuariorib; eorum scripta esse, quæ eorum temporibus contigerunt, vnde multi putant illud testimonium Matt. 2. *Quoniam Nazareus vocabitur, dum ibidem dicitur, tale testimonium dictum per Prophetas in plurali, allusionem factam esse ad eos autores, à quibus liber ille descriptus est: habetur autem tale testimonium Iud. 13. sic sentiunt Chrysost. homil. 3. in Matth. Euthym. lib. 3. in Genesim explicans benedictiones Iacob, quos sequitur Hieronymus de la Ruua controu. 4. Castrius in Es. 11. sed alijs infirma videtur probatio ex hoc cap. nam nomen Nazaræi Sampsoni tributum, in lib. Iudicum scribitur cum Zain, at cum tribuitur Christo, scribitur cum Tsade, & vide Euseb. 7. dem. Hier. lib. de opt. genere interpretandi.*

Ad secundum respondetur, negando assumptū de nouitate nominis Ierusalem. Vel dicendum, quod ea verba spirito propheticō à collectore, vel ordinatore eorum, quæ sub Iudicibus contigerunt, & ab illis descripta sunt, addi potuerunt.

Ad tertium, nunquam ibi facta est mentio captiuitatis Israel, vel Babylonicae, sed obsidionis, & incendiij civitatis Lais à filiis Dan, quæ ab illis postea ædificata, tale nomen fortita est.

## ARTICVLVS QVARTVS.

*Quis fuerit scriptor librorum Regum,  
& Paralipomenon.*

**V**Idetur, quod à personis diuersis scripti sunt libri isti, sìmō singula facta Regum: nā frequentissimē in lib. Paralipomenon 2. c. 16. 24. 27. & 28. citantur verba dierum, quæ diaria sunt Regū Iuda, & Israel, in quibus quæcunque responsa, & facta à Regibus illis singulis diebus patrata registrabantur. Qui mos Ptolomeiis Regibus Ægyptiorum fuit quoque familiaris. Vnusquisque similiter Rex suos annales describi per chronistas curabat: vnde à commentariis, dicebantur tales scriptores, vt dicetur.

Secundo videtur, quod primus, & secundus Regum descriptus sit à Samuele: nam tali titulo prenotantur in hebræo. vnde Greg. prolog. in lib Regum ait, quod hic liber primus, & secundus eiusdem historie ad hoc Prophetæ Samueli adscribitur, ut ex authoris titulo sentiatur historia, quam scribit, non tam historia, quam prophetia.

Tertiò dicitur in fine libri 1. Paralipomenon. gesta David Regis priora, & nouissima scripta esse in libro Samuelis videntis, & in libro Nathan Prophetæ, & in volumine Gad: plures ergo librorum primi, & 2. Regum videntur fuisse scriptores.

Quartò videtur, quod Hieremias fuerit author reliquorum librorum Regum, & conjectura est non leuis, nam similis finis est vltimi librorum Regum, & libri Hieremiac; & cum captiuitas Babyloniac in Threnis Hieremiac deploretur, & historia librorum Regum ad captiuitatem eandem protendatur, non est inuerisimile ab eodem authore descripta. Accedit authoritas Isidori 6.ethimol. dicentis, tertium, & quartum Regum in vnum volumen congestos à Hieremio.

Quintò in lib. 2. Paralipom. c. 9. dicitur. Reliqua autem Salomonis operum priorum, & nouissimorum scripta sunt in verbis Nathan Prophetæ, & in libris Abiae Silonitis, & in visione quoque Addo videntis contra Hieroboam filium Nabath. at hæc 3. lib. Regū enarrantur: ab his ergo Prophetis ea gesta descripta sunt. Similiter sequentium Regum historia, quibus tribuenda sit appetet: nam 2. Paralip. 12. dicitur: opera vero Roboam prima, & nouissima scripta sunt in libris Semeia Prophetæ, & Addo videntis. & 2. Paralipom. c. 20. Gestæ Iosaphat peribentur scripta in libris Iehes filii Hanani. & c. 26. dicitur, Reliqua Oziae priorum, & nouissimorum scriptis Isaías filius Amos Prophetæ. Hi ergo Prophetæ potuerunt esse scriptores tertij, & quarti Regum, qui eorum Regum de quibus ibidem fit mentio gesta descripterunt suis particularibus libris.

## §.

**R**espondeo dicendum non esse incredibile quin rex omnibus libris etiam diarijs, & annalibus supradictis à sacro aliquo scriptore Spiritus sancti, qui scripturarum est author, inspiratione, & interiori illustratione, eos libros fuisse collectos, & postea in ea, quæ nunc cernuntur volumine digesta. Qui vero fuerit sacer hic scriptor in particulari controuersum est. Quidam dicunt fuisse collectorem Isaiam, ut refert Abulensis in præf. lib. Reg. q. 19. Sed hoc

non potest stare: nam etsi fuerit nonnullorum generum Regum scriptor, non potuit esse omnium: nam Isaías prophetauit tempore Ioathan, Oziae, Achaz, & Ezechia Regum Iuda. Post hos alij fuerunt Reges usque ad captiuitatem Babyloniam, ut patet ex lib. 4. quæ tempora non vidit Isaías. Quare alij dicunt probabiliter, quod Samuel descriptis primum librum usque ad cap. 15. ubi Samuelis interitus enarratur, quem librum usque ad calcem Daudis prosequutus est. sic Isidorus 6. ethim. Cætera vero usque ad regnum Salomonis ab aliis producta dicit Talmud c. Baba Batra c. 1. at Genebrardus 1. chron. pag. 103. hos dicit, cū Rabbi Daudis Kimhi, fuisse Nathan, & Gad videntes. Vnde horum scripta citantur 1. Paralip. c. vltimo. Alii dicunt, subsequuntur esse Salomonem suorum factorum scriptorem. Verum de reliquis gestis Regum post Salomonem scriptis difficultas est. Dicunt quidam, à reliquis Prophetis supra recentis descripta secundum successionis seriem. Alij vero à Hieremio dicitur descripta, sic Rabbanus 2. de instit. cleric. c. 54. & Hieronymus citatus à Cardinali Hugone in prologo suorum comment. in lib. Regum, Procop. Gazetus, Isid. Kimhi, quos sequitur noster Senensis lib. 1. Biblio. & glossa in epist. Hierony. ad Paulinum. Alij tandem, quod ab Ezechia, ut dicit idem Hugo. quod non potest intelligi de omnibus gestis usque ad calcem quarti libri Regum, sed de gestis usque ad suū tempus, vel de gestis Salomonis altem, cūiis parabolæ viri sui pariter in vnum collegerunt (nisi Salomon sua gesta descripsit) certum enim est multa scripta in 4. Regum, quæ post Ezechia mortem acciderunt, quæcum Hieremias viderit, probabilius dicitur à Hieremio descripta, vnde vltimum caput quarti Regum, & vltimum Hieremiac idem videntur. Alij dicunt etiam probabiliter ab Esdra compilata, sicut & omnia in his libris contenta, & in ea, quæ inspiciuntur volumina accommodata simul cum libris Paralipomenon. Sed si dicamus Hieremiam fuisse collectorem, dicendum fuisse hæc volumina conflata per compendium partim ex scriptis Samuelis, Daudis, Nathan, Gad, Salomonis, & subsequentium Prophetarum, usque ad tempus Hieremiac; partim ex libris dierum Regū Israel, &c. addita sui temporis Regū historia, quod postremi capituli 4. Regum cum vltimo cap. suæ prophetiæ stylus similis monstrat. Si vero defendamus Esdram collectorem ex dictis Prophetis, & Hieremiac additione; dicendum, quod conflauit Esdras omnes 4. libros Regū, similiter duos Paralipomenon, qui sunt præcedentium epitomen, & chronicon omnium aliorum librorum factorum à Genesi usque ad quarti Regum c. vltimum, ita dixerunt Rabbi Salomon c. 7. 1. Paralip. & Rabbi Moyses, Kimhi. Vide Dried. de script. c. 3.

## §.

**A**d primum respôdetur: probari eo argumento, hos libros à citatis libriss transscriptos, qui tamen in compendium redacti postea sunt per Esdras, vel Hieremiam.

Ad secundum. Prænotantur iij libri nomine Samuelis, non quod integri à Samuele descripti sint: nec enim Daudis omnia gesta videre potuit, sed quoniam, ut aduertit Isidorus, initium eorum à Samuelis sacerdotio incepit. Vel quia Samuel vitrumq; Regem inunxit, Saulem, & Daud.

Ad tertium, quartum, & quintum, ijs argumentis probatur ea gesta Regum à dictis Prophetis descripta. Verum per compendium ab iisdem collectos libros doceamus per Esdras, vel Hieremiam, & sic variae sententiae hac via conciliantur.

## ARTICVLVS QVINTVS.

## De scriptore primi, &amp; secundi Esdrae.

**V**Idetur, quod utriusque libri Esdras fuerit scriptor, nā uterque sub Esdræ titulo prænotatur. Respondeatur breuiter primum librum ab Esdra conscriptum communiter teneri, & pater ex tituli inscriptione: hic autem Esdras, ut notauit S. Aug. lib. 20. de ciuit. Dei c. 25. Malachiel, siue Malachias dictus est, & citat Hieronymus hoc ipsum ex Hebreorum sententia dicentem. Ab alijs etiā Iosephus sacerdos etiā dictus assertur, ut à Sixto Senen. lib. 1. biblioth. Sed verius appetet fuisse quendam Sacerdotem, quem scribam velocē vocat scriptura primo Esdræ cap. 7. Quicunque vero fuerit, canonicus scriptor huius primi libri author sine controvrsia habitus est.

Secundi vero libri author non Esdras, sed Nehemias extitit. Vnde sic incipit liber ille: Verba Nehemias filii Helchiæ, ita Athanas. in synopsi: licet autē dicitur iste secundus liber, Esdræ liber, idcirco factū est, quia in his voluminibus gesta, & verba Esdræ cū Nehemias gestis, & dictis copulantur, vel quia apud Græcos, & Hebreos. vnicō volumine hi duo libri cōcluduntur ex Hieron. in prologo Galeato. Tertius vero, & quartus liber Esdræ tanquam apochryphi à sacro canone separātur. Tempus vero, quo primus liber scriptus est, fuit antequam ex Babylone ascenderet Nehemias, qui consolator à Domino interpretatur. Secundus post reedificationem urbis scriptus est à Nehemias, de quo Ecclesiastici 49. dicitur, *Erexit nobis muros eversos, &c.*

## ARTICVLVS SEXTVS.

## De scriptoribus librorum Esther, Tobiae, Iudith.

**R**espondetur dicendum, quantum attinet ad librum Esther, quod quidam dicunt scriptorem eius libri fuisse Ioachim Pontificem Iudaorum, sic Philo in chronol. eo quod adhortante Mardochæo litteris mandauit, instituitq; solemnitatem Phurim, idest sortium, in memoriam Iudaicæ liberationis. Sed hoc non cogit, nam scribere solemnitatem munus erat Sacerdotis summi, at non scribere librum canonum, nisi(de quo non constat) ad id munus assumptus esset. Alij dicunt, ut Isidorus in chronicis, hanc historiam Esdram scripsisse. Sed hoc nō potest stare, quia ex temporum supputatione hæc historia scripta est post mortem Esdræ; nam hæc historia sub Artaxerse III. scripta fuit, ut dicit Eusebius. Esdras autem fuit tempore captiuitatis Babylonicae, & certè si tempore Esdræ hæc quæ in historia Esther recensentur, accidissent, proculdubio de ijs Esdras mentionem fecisset. Quare verisimilis est, Mardochæum patrem adoptiuum Esther hæc historiam scripsisse, ut dicunt alij, & probatur: nam in c. 9. scripturæ huius

dicitur. *Scripsit itaque Mardochæus omnia hæc, & litteris comprehensa misit ad Iudeos, & summa cum primo scripta est: vnde verisimilium cætera descriptissæ; deinde ab alio copiosius edita est hæc scriptura, ut supplementum prætermisorum, vnde & primæ inscriptioni multa annexa, quæ Græcis, & Latinis exemplaribus continentur, veteri exemplari historiæ copiosioris abolito, & desperditio.*

§.

**Q**vantum vero attinet ad Tobiam, Rabanus de institut. cler. c. 45. dicit non constare de authore. Sed vt dicit Senensis noster lib. 1. Bibliot. idem Tobias iubente Archangelo Raphaele, scriptor fuit eorum, quæ hoc libro recensentur, ut colligitur ex c. 12. Vnde initio Tobiae, secundum versionem 70. hæc scribuntur. *Ego Tobias in viis veritatis ambulauis, &c.* quibus verbis se ipsum scriptorem indiget, & in codice græco tale est initium, *Liber sermonum Tobiae, filii Tobielis,* à quo non discrepat initium cuiusdam hebreici voluminis, quod vidit Senensis, ubi taliter exorditur libri eius author. *Hic est liber Tobie filii Tobiel filii Hannanael, &c.* non potuit autem Tobias senior esse author totius historiæ, nam c. 13. eius mors narratur, vnde ea, quæ à morte Tobiae in eodem libro scribuntur à Tobia filio Tobiae superaddita creduntur. Sed quoniam in hoc eodem libro iunioris pariter mors recensetur, dicendum patrem scriptissæ usque ad 13. cap. vbi eius narratur mors, filius deinde scriptis usque ad versum illum, ubi eius similiiter mors recensetur; quis vero ultimam manum, & ultimos versus apposuit, compertum non est.

§.

**Q**vantum vero ad Iudith, Philo dicit à Ioachim Sacerdote summo Iudaorum descriptam hæc historiam, quam sententia sequuntur Rabbi Azarias lib. 3. Moor Hennaim c. 12. Senensis lib. 1. biblioth. Driedo de scrip. can. c. 3. p. 2. Genebr. lib. 2. chron. Probabile etiam dicunt quidam, ut Escalant. lib. 4. c. 41. &c. ipsam metu potuisse eius historiæ conditricem, quæ Spiritu sancto impulsâ canticum cecinit admirabile; sed non est verisimile mulieres assumptione Spiritum sanctum, ut scriptores canonicos, qui sunt præcipui Magistri, & Doctores fidei, nō eligentes eisdem ad docendum, sed ad discendum, & tandem. Nec firma collectio est, totum librum Iudith scriptissæ, quia canticum cecinit, cum Beatissima Virgo spiritu propheticō cecinerit, & non ipsa, sed Lucas eius gesta descripsit. Verior ergo est prima sententia, quia summis Sacerdotibus consimiles historias describendi opus iungebatur. vide Senensem nostrum loc. cit.

## ARTICVLVS SEPTIMVS.

## An David fuerit scriptor Psalmorum.

§.

**V**Idetur, quod non. Primo, quia multi nomine eius non attuluntur, sed Asaph, Idithum, Ethan, &c. filiorum Chore, Moysi, &c. alij vero nomine Davidis insigniti sunt: si ergo David esset author, omnes nomen Davidis præferrent. Confirmatur, quia si omnes essent David, non diceretur absolutè, Liber Psalmorum, sed Liber Psalmorum David.

Secundo 2. Paralippomenon 29. scriptum est,

Præ-

*Præcepit Ezechias, & Principes Leuitis, vt laudarent Deum in sermonibus David, & Asaph videntis; tam ergo David, quā Asaph fuerūt auctores Psalmorū.*

Confirmatur ex S. Hieronymo in Ps.77. vbi illud Matthæi, vt impleretur, quod dictum est per Prophetam dicentem: *Aperiam in parabolis os meum, per Prophetam Asaph intelligit.*

Confirmatur secundo, nam Psalmi Asaph post Psal.71. collocati, non tam faciliter, leniq; vena fluunt, vt Psalmi Davidici.

Tertio in psal.72. habentur hēc verba: *Defecerunt psalmi David, vel, vt alia versio habet: Consummatæ sunt orationes, vel petitiones David, filij Iesse: omnes ergo, qui sequuntur, Davidis non sunt.*

Quarto multa continentur à misericordia, & mititate David aliena in multis psalmis, vt psal.34. *Expugna impugnantes me. psal.54. Veniat mors super illos, &c.*

Et confirmatur, quia septagesimus sextus Psalmus eti si titulo Asaph prænotetur, tamē tanqñā Davidis citatur à Patribus. Naziāz. oratione in Encen. & ad ciues Nazianz. & 88. Ab Epiphanius contra Origen. similiter, & 38. & 61. vtroque nomine prænotatur David, & Idithum, vt David auctor, Idithum cantor appareat. Idem ergo dicendum, cum legimus psalmus Asaph, &c. vi hi sint cantores. Vnde 1. lib. Esd. c. 3. stabat Sacerdotes, & Leuiti filii Asaph in cymbalis, vt laudarent Deum per manus David filii Regis, vbi innuitur per manus Regis compositus. Et tandem Davidi multi tribuūtutur psalmi in genitivo, qua formula indubie denotatur David esse auctor: at reliquis in dativo, qua formula non significatur, vel denotatur auctor libri, ergo solus David censetur auctor, & ex dativo illo significantur iij quibus demandatum est, vt illos canerent, vide Chrys. in prolog. ps.

§.

Sed contra est, quia psalmus secundus nomine David non attitulatur, at esse Davidis habetur Act. 4. Similiter nec in psal.94. habetur nomen David, & illius esse, habetur ex Epistola ad Hebreos c. 4. psalmus similiter 104. carent Davidis titulo, sicut & psal. 105. & 106. & tamen ille esse Davidis habetur ex 1. Paralipomenon c. 16. & istos similiter ex 1. Esdræ c. 3.

Secundo, quia psalmus 71. non esset Davidis, sed Salomonis, cum Salomonis titulum deferat, & tamen appendix monstrat esse Davidis, dum dicitur.

*Defecerunt laudes David filii Iesse.*

Tertiō, quia Christus Dominus Luc. 20. librum Psalmorum Davidi tribuit, dicens. *Ipse David dixit in libro Psalmorum dixit Dominus Domino meo, &c.* Similiter, & Apostoli, nec alium faciunt auctorem, quām David, vt notat Chrysostomus in procēm. psal. nec tota Ecclesia, ait Cassiodorus vnde in Concil. Trid. in sels. 4. psalterium David vocat. Hec etiam est communis via agnoscendi librorum auctores, si corundem titulo p̄notentur. §.

Respondeo dicendum circa hoc quēstum nō esse adeo pugnandum, vt possit esse charitatis dispensandum, vbi nō est fidei periculum. Nihilominus, quia aliquam cognitionis virilitatem afferre potest indesta discussio, amicabiliter discutienda est. Sciendum ergo in hac re duplē circumferri sentētiā, prima est Athanasij in synopsi, Hilarij prol. in psal. Eusebij, Hieronymi epistola 144. & 159. quos sequuntur

Lyran. in 1. Psal. Abulen. in 22. Matth. q. 340. Senensis 1. Biblioth. Rodericus Olina lib. 2. de auctoritate sacr. script. c. 3. David non esse omnium Psalmorum auctorem, sed eorum, vbi titulus David præfigitur; ceteros esse eorum, quorum nomina in psalmis pronuntur. Alij sunt in extrema sententia sic Chrysostomus 1. & 2. prolog. in psalm. Basil. August. lib. 17. de Ciu. Dei c. 13. Ambrosius in ps. 43. & 47. item Ruffin. Cassiod. Beda, Euthym. Caer. Theoph. in c. 10. Ioannis, Salme. tom. 1. quinquagena. 2. & alii. Dicendum ergo breuiter, quod in psalmis tria considerantur materia, forma, pronūciatio. Si loquamur quantum ad materiam, omnes composuit David, & hoc probant argumenta secundo loco adducta. Si loquamur quātum ad formam, id est poesim, & metrum armonico concentui accommodatum, tūc quo rūdam Psalmorum auctores dici possunt iij scilicet, qui præfiguntur in Psalmorum titulis. Si denique loquamur quantum ad pronunciationem, quē humanae vocibus, aut instrumentis musicis caneabantur, pauci David tribuendi sunt: vnde & Augustinus in psalmum primum, nouem tantum psalmos hac ratione tribuit David, David tamen omnes esse etiam secundum has duas acceptiones perhibentur, vt denominatio fieret à nobiliōrī; & quia nedum auctores Psalmorum prius fuit David etiam quantum ad metrum, sed quantum ad vsum psallēdi priuatum, vnde egregius psaltes Israel describitur 2. Reg. c. 23. Propterea melius dicendum est, David esse omnium Psalmorum psaltem, & auctorem, vnde Theodore tus præfat. in psal. Quid enim refert sine huius omnes, sine illorum aliqui sint, cum constet diuini spiritus affatu uniuersos esse conscriptos? & subdit. Vincat tamen plurium sententia; plures enim scriptores David asserunt esse.

§.

Ad primum responderetur ex S. Augustino lib. 17. de Ciu. Dei, quod David illos psalmos composuit, variè autem eosdem inscripsit ob alias causas nobis ignotas, quas tamen assignat Beda prol. super psal. nempe quia cantorum (qui ad millenarium ascendeant) præfectos esse voluit, & choragos, Asaph Etham, Idithum, & Ethan, qui & in compositione metrica David fuere adiutores, vel quia (vt præter Bedā dixit Ruffinus in prologo psal.) horum quatuor nomina mysticē intellecta, & interpretata, Psalmis, quibus præfixa sunt, mirabiliter conueniāt. Dici etiam potest Idithum fuisse instrumenti genus, vnde in ps. 38. translulerūt interpretes super Idithū. Quod autē assignatur titulus psal. Pro torcularibus filiis Core, id factum est in ps. 83. vbi id positum est. Elegi abiectus esse in domo Dei mei. Hēc autem vox conueniebat filiis Core, quibus conueniebat abiectos esse in domo Domini, seu ad limen stare 1. Paralip. c. 9. Psalmus vero 90. cuius titulus est Oratio Moysi non refertur ad Moysēm Prophetam, sed ad cantorem eo nomine appellatum, vt etiam scripsit R. Abenzra.

Ad confirmationem responderetur non omnes libri sunt nomine auctorum insigniti.

Ad secundum. illud argumentum probat Asaph fuisse saltem compositorem in metro, numeris, &c.

Ad primā confirmationē, illa cōmentaria non esse Hieron. muli existimāt, eis Marianus Victor. contrariū asserat; sed esto sint Hieron. eo loco sequitus est sentētiā Eusebij, ex quo illū discursū desumpsit.

Ad

Ad secundam confirmationem. vicissitudo metri varius effectus, & concitationes diuersas potius aruit, quam diuersitatem auctorum.

Ad tertiam. quidam apud Hieronymum in cōm. psal. 71. dixerunt quinque fuisse volumina, & secundum eorum finiri psal. 71. sed hoc non potest stare, ait Hieronymus, cum Act. 1. dicatur scriptum est in libro psalmorum vnum volumen designando. Alij dicunt, vt Caetan. psalmos prius inordinatos, & dispersos ab Esdra collectos, & reuera illum psalm. 71. vltimo loco positum, ceteros verò postea repertos post illum collocatos. Alij dicūt esse illum psalmum vltimū non simpliciter, sed eorum in quibus rogaue rat pro salute Salomonis filii sui. Alij vt Euthymius dicunt negari illa appendice [defecerunt] non psalmorum digestionē à Davide à quo quidē reliqui sequentes compoſiti sūt, sed eorundem decantationē. Sed obstat, quod à Patribus, & Ecclesia non agnoscitur ille psalmus pro vltimo. Quare dicendum est illis verbis appendicis defecerunt, &c. Significari in voto, & desiderio Messiae defuere psalmos, & consumatas orationes David, sic multi è recentioribus recte afferunt.

Ad quartum, quod est argumentum Anabaptistum, respondeatur cum Augūstino similia verba esse non optant, sed prænunciantis. Quod si imprecations vera sint, & interitum sonent, intelliguntur conditionatē. i. si non agant pœnitentiam, ita Theoph. Alex. lib. 2. paschal. vel si absoluē intelligātur ex charitate etiam procedunt, vt de medio tollantur peccatores, vt tollerabiliter sit damnatio, vt dicit Andreas Hierosolym. (quem refert Turrian. lib. 1. de dogmat. character. verbi Dei) in comment. super Apocalyp. & Sancrus Thom. 2. 2. q. 25. art. 6. ad 3. item dicit, quod huiusmodi verba etiam intelligentur per modum optantis, quod tale desiderium referatur non ad pœnam hominum, sed ad iustitiam punientis, vel ad remotionem culpæ, non ad ipsam pœnam, scilicet vt peccata destruantur, & homines maneat.

#### ARTICVLVS SEPTIMVS.

*An Iob fuerit suorum gestorum scriptor.*

**V**Idetur, quod non Iob fuerit scriptor: nam loquitur author libri de Iob in tertia persona, non ergo ipse fuit scriptor, sed amici Iob tanquam testes oculati eius historiae. vnde cap. 19. ipse Iob, qui dicit, *quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei,* &c. satis insinuat, se non fuisse scriptorem, cum alium postuleat, quod eos describat.

Secundo, quod fuerit Salomon non leuis coniectura est: nam Athanasius in synopsi, & Concilium Laodicenum librum Iob cantoris subnectit. Cantorum autem Salomon est auctor, ergo & libri Iob.

Tertio; quod fuerit Moyses, vel aliquis Propheta, probatur arguento Origenis, quia nullus nisi diuina revelatione agnoscere poterat, quo modo diabolus à Deo postularet, vt affligeretur: & communiter dicitur à Moysi eam descriptam historiam ad consolandum Hebreos, cum sub Aegyptiis affligerentur exemplo patientiae Sancti Iob.

**S**ed contra est, quia consolatio, & leuamen est labores transactos enarrare, multò autem iucundius scribere, vnde Seneca scriptis, quod acerbum fuit, retulisse iucundum est, & reddit rationem, quia naturale est malis sine fine gaudere. Quare conueniens, & rationabilius fuit, vt percussus Iob percussum exponeat: nam vt dicitur Ecclesiastici 34. *Vir in multis expertus cogitat multa.* & quia multa didicit ea rabit intellectum: & nullus poterat esse diligentior, & fidelior enarrator pœnarum, quām ipsem, qui patiebatur, & colloquiorum, quae in eo libro enarrantur, nisi qui colloquiorum fuit conscientis: fuit autem conscientis Iob colloquiorum Dei cum Diabolo, qui permissionem afflictionis diuina revelatione cognovit, necnon, & colloquij sui cum Deo, & colloquij ad amicos suos: ipse ergo descripтор esse potuit.

Confirmatur, quia liber iste Arabicis, & Syris sermonibus mixtus est, à viro ergo prope Arabiam degente, qualis erat Iob, non leuis coniectura est fuisse descriptum.

**S**pondeo dicendum, quod licet ad auctoritatem infallibilem sacræ alicuius scripturæ non sit necessarium cognoscere quis sit auctor ex sententia Gregorij Papæ, nisi alius de ex Patribus, & Ecclesiæ traditione constet certior de auctore, nihilominus ad intelligentiam historię pleniorē, & aliarum circumstantiarum id valde conductit. S. Thomas mouet hoc quæsumus in prologo super Iob. Vtrum ipse Iob hunc librum conscriperit de se quasi de alio loquens, an alius de eo ista retulerit, & indecisam relinquat dubitationem, dicens non esse præsentis intentionis discutere, compendiosè intendens litteralem sensum eius libri, qui intitulatur Beati Iob, expōnere. Quia verò ad præsentem nostram intentionem pertinet, aliorum placita referenda sunt, & quod rationabilius est præelligere. Auctor catenè dicit quosdam auctorem eius libri fuisse amicos Iob aliquem sapientem ex H̄brais, diuinitus tamen nō afflatum. Sed hoc non potest stare: nam si auctor nō esset diuinitus afflatus, consequenter non esset sacer, & canonicus scriptor, & liber non esset canonicus, quod est hereticum. Alij dicunt Salomonem esse eius libri auctorem, sic Nazianzenus oratione ad Julian. Tributorum exequatorem, vt tribuit illi Nicetas, idem tenet Polychronius Apameę Episcopus, qui scripsit commentaria in Iob, qui Moyse, vel Salamoni tribuit. Sed quod non fuerit descriptus à Salamone probatur, quia cum Arabicis, & Syriacis sermonibus sit aspersus, vt notat Hieronymus (quæ adeo à Salomonis libris sunt aliena) non est verisimile illum scripsisse, cum nec ipse regni negotijs diffenctus omnes parabolas, suoque sermones collegerit; quo modo ergo alienos adunauit, & in vnum volumē cōgessit? præterquā quod David pater Salomon sex lib. Iob quę sā citare videatur, tale est illud psal. 146. qui dat iumentis escam iporum, & pullis coruorum, &c. quod repertur Iob 38. & illud psal. 48. Cum interierit non sumet omnia, desumptum est ex cap. 12. Alij dicunt colloquia amicorum Iob Syriae ab ipsis descripta, sed à Moysi postea hebraicē translata in consolationem afflicti populi Iudaici: sic Rabbi Moses Kimhi. Isid. 1. off. Philippus in cap. 3. Abul. super prol. Hier. cap. 7. & in Iosue q. 4.

S. Eugub.

Eugub. in præfat. sed quod amici ea colloquia describerent, non est verisimile, quia unus amicorum Job vult ostendere cap. 4. aduersitates nemini contingere, nisi propter peccata, & ad roborādum hoc dogma dicebat se id ex diuina reuelatione accepisse: non ergo est verisimile somniantibus per somnia commissum esse à Deo scriptiōnem diuini, & canonici libri. Rabbini communiter, quos sequitur Origenes tenet scriptorem fuisse Moysēm, idem tenet Hieronymus, seu verius Beda in commentario super Job. Albertus vero Magnus, quem sequuntur noster Hugo, & alij recentiores dicunt fuisse Job, & sic utraque sententia potest concordari, nimis, quod Job author fuerit eius libri, & ex Syro, vel Arابico eloquio fuerit translatus hebraicē, eum que secum attulisse Moysēm, vt populo suo gementi sub Aegyptijs, ex Iobi patiētia patiendi præberet exemplū ex Seuero Sulpitio in sacra historia. Nō potuit aut̄ Job esse author extremorum verborum, vbi dicitur. *Vixit autem Job post hec 140 annis, &c. & mortuus est senex, & plenus dierum.* Quare verisimile est à Moyle coronidis loco esse apposita diuina instigatione. Satis autem probatur hæc sententia ex argumentis, sed contra.

## §

**A**d primum respondetur infirmam esse illam collectionem: nam Moyses scripsit Pentateu-  
cum, & Num. 12. de se tanquam tertia persona, lo-  
quitur dicens: *erat enim Moyses vir mitissimus, &c.* ac si de alio scriberet. Matthæus etiam suam voca-  
tionem, quasi de tertia persona loqueretur, descri-  
bit, sic & Ioannes tanquam tertia loquitur persona  
dicens. Hic est discipulus ille, vnde & Job dicere etiā  
potuit. *Vir erat in terra Hus nomine Job.*

Ad secundum. Desiderabat eo loco sanctus Job suarum calamitatum descripторem, nullus autem eas diligenitus, & fidelius enarrare poterat, nisi ipse qui eas patiebatur.

Ad tertium. Iam dictum est, inuerisimile esse asse-  
rere Salomonem huius libri scriptorem: quod verò canticis iuxta suppurationem Concilij Laodiceni, & etiam Hebreorum alphabeto adiunctus sit liber Job non evincit Salomonem esse auctorem. alioquin, iuxta eandem suppurationem oporteret dicere, Da-  
nielis, qui sequitur Job, à Job esse descriptū: sed quid dicent si sequamur suppurationem Damascenī 4. de fide orthodoxa, & Gregorij Theologi, in qua liber Job præfertur psalterio? dicendum esset psalterij quoque Job esse auctorem.

Ad quartum. satis fallax argumentum est ex uniuersali particolare determinatum inferre, solum namque eo argimento probatur, auctorem eius libri fuisse Prophetam, vel propheticō instinctu præditum; non tamen in speciali fuisse Moysēm.

## ARTICVLVS OCTAVVS.

*An Salomon fuerit author Proverbiorum, siue Parabolarum, & librorum Ecclesiastes, & Cantici Canticorum.*

*Pro parte negativa.*

**T**almudistæ hos tres libros descriptos esse ab Ezech. vel familiaribus Salomonis tradunt in

tract. Baba Bathra. vel à seruis, & familiaribus Sa-  
lomonis, vt dicit Ferus. Non ab eodem auctore col-  
lectos licet à Salomone exceptos defendit Canus 2.  
de loc. cap. ii. & idem dicunt Lyr. Hugo, Carthus.  
Iansen. 25. Prou.

Fundamentum. Primo, quia ex 3. Reg. c. 10. fami-  
liares Salomonis erant sapientissimi. Ipse quoque  
Salomon secundum morem Regum viros habebat  
à commentatijs: isti ergo describere potuerunt. præ-  
sertim cum ex Ecc. 12. Salomon esset supremus po-  
puli doctor, & ad grauitatem eius non scribere per-  
tinebat, sicut nec Christo, cuius figuram exprime-  
bat, quare eadem scriptura, Salomonem locutum  
inuenisse, compoſuisse, nunquam tamen scripſisse  
commemorat. cumque absque ordine, & nexo mul-  
ta in his libris scripta sint, non est verisimile tumul-  
tuariam compositionem à Salomone emanasse.

Secundo, quia in ceteris libris sacris auctores non  
posuerunt sua nomina, vt patet in Pentatheuco: at  
Prou. 1. dicitur. *Parabolæ Salomonis, & cap. 25. Ha-*  
quoque *Parabolæ Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechiae Regis Iuda.* Quibus verbis etiam insinuat  
eas Salomonē non scripſisse, sed viros illos Ezechiae:  
vnde septuaginta, & Chaldaicus Paraphrastes, ver-  
bum illud, transtulerunt, vertunt, scripferunt, addo  
quod 3. Regum 4. dicitur. *Locutus est quoque Salo-*  
*mon tria militia parabolarum, quo loco conitat dixi-*  
*se, non scripſisse.*

Tertio. In principio libri Ecclesiastes dicitur,  
*Verba Ecclesiastes filij David Regis Ierusalem,* non  
tamen exprimitur nomen proprium huius filij: cer-  
tum est autem David habuisse plures filios: non er-  
go sequitur hunc filium, esse Salomonem.

Quarto, quia liber Cantici Canticorum apud 70:  
non habet in scriptum Salomonis nomen, sed tantū  
ibi dicitur canticum. in Hebreo autem nomen Salo-  
monis non ponitur in genitiuo, sed dativo: sic enim  
dicitur Canticum Canticorum Salomoni, vbi signi-  
ficatur potius, cui liber dicatus sit, vel in cuius gratia  
sit descriptus.

*Pro parte opposita.*

**S**ed contra primo, dicitur Prou. 25. *Ha quoque pa-*  
*rabolæ Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechiae*  
ex illa particula copulativa (quoque) præcedentes pa-  
rabolas Salomonis esse aperte significatur. Verbum  
autem illud, transferri, hoc loco idem est, quod tran-  
scribi: hoc autem supponit priorem scripturam, ex  
qua fiat translatio, seu transcriptio, nec tam schedas  
indicat, quam librum, communiter enim dicitur,  
transferri, seu transcribi codex in forma libri, non  
schedæ.

Secundo, nam Ecclesiastes 12. dicitur de Salomo-  
ne, quod inuestigans composuit parabolas multas, que-  
suit verba utilia, & conscripsit sermones rectissimos,  
ac veritate plenos.

Tertio, in editione 70. Sixti V. satis exprimitur au-  
ctor, dum in genitiuo casu dicitur Canticum Canti-  
corum, quod est Salomon.

**R**espondeo dicendum communiter apud omnes  
cōstanter teneri, Salomonem dictorum libro-  
rum esse auctorem. vnde Iosephus 8. antiquit. c. 2.  
ait de Salomone, *Composuit libros de Canticis, &*  
*modus.*

## Solutiones oppositionum.

modulationibus quinques mille parabolarum, atque similiudinum, &c. Et S. Aug. 17. de ciuit. c. 20. dicit. Prophetasse ipse etiam reperitur in suis libris, qui tres recepti sunt in auctoritatem canonorum. Proverbia Ecclesiastes, & Canticum Cantorum, cui subscribens Isidorus 6. etym. c. 2. ait, quod iuxta numerum vocalorum suorum tria edidit volumina, & Hieronym. in comment. Eccle. c. 1. scribit quod Salomon in Proverbiis parvulum docet, in Ecclesiaste mature virum etatis instituit, ad extremum vero iam consummatum virum. & calcato saeculo preparatum in Canticis Cantorum sponsi iungit amplexibus: id quoque alij Patres communiter assertunt Basil. in Prou. Ambros. proem. in Luc. Isid. 2. etym. cap. 2. Damas. 4. de fide cap. 18. Saloni in Eccles. tres tantum libros Salomini assignat, & communiter interpres in hos lib. comedentes. Verum difficultas est an sicut Salomon est auctor ita immediatus collector, aut scriptor, nam etiam Homer est author Iliados, non tamen ab ipso descripta ex Ioseph. 1. contra Apio.

In specie de Ecclesiaste, quod fuerit immediatus scriptor patet ex prima sententia primi capituli, *verba Ecclesiaste filii David*. septimum ipse Salomon loquitur de se ipso. *Ego Ecclesiaste fili Rex. Vidi, dixi loquutus sum, & ecclesiastis, & declamatoris munus est, quæ declamat scribere, imo profusiores solent esse oratores scribendo, quam orando ex Plinio 1. epist. 20. & quasi ultimam manum imponens Ecclesiastes, sic in fine descripsit. faciendo libros nullus est finis. ad suam quoque scriptiōnē alludens.*

De libro Proverbiorum, etsi aliqui dictationem tribuant Salomoni, seruis vero vel seruis Ezechiae ordinationem, & collectionem omnium parabolarum ex Cano supra, Pamelio in Cyp. de mortalitate, Lyrano in Prou. Engub. in cap. 1. Genes. rationabilius est dicere oppositum cum Beda in commentarijs huius libri attributis Hierony. Iansen. in cap. 25. titulus n. huius libri indicat. & dum in cap. 25. dicitur, quæ apponuntur ea verba [hæ quoq; parabolæ Salomonis, quas trāstulerunt] significatur eas, quæ sequuntur, esse Salomonis sicut, & præcedentes, & solam esse differentiam, quod subsequentes per illos viros sint ordinatae, & collectae. Canticum vero Cantorum à Salomone descripta abude constat nedum ex auctoritate Ecclesiæ, sed etiam ipsius synagogæ testimonio. Solum circa tempus difficultas est, quando fuerunt cōpositi. Quidā eos libros dicūt scriptos ante depravationem, alij post depravationem, & pœnitentiā, sed parum refert ad propositum quodcunque horum dicatur. si dicatur primum non tollitur auctoritas scriptoris: est enim scriptio gratia gratis data, quæ cum peccato mortali reperi potest. si dicatur secundū præterquam quod Ioseph 11. antiquitatum, & Iten. 4. adu. hær. c. 45. id asseverant, rationabilius esse probatur ex grauitate sententiarū, & mysteriorum, quæ in illis libris continentur, quos impurum cor eruētare non satis erat congruum. post peractam pœnitentiā eos libros descriptos probat S. Bonaventura, vt experto de rerum temporalium contemptu crederetur, quod etiam probabiliter dicitur.

**A**d primū quamvis illi fuerint sapientissimi, &c. non potuit impediri, quin Salomon fuerit dictator, aut descriptor, nec obstat dictationi aut scriptiōni officium doctoris, aut quod dicatur locutus, potuit enim ea quæ docendo protulit, dictare, dictataque suo ordine collocare, vel ordinare: idemque qui & inuenitor descriptor dicitur etiam si sua manu non exaret, & dispositio, & ordinatio eidem auctori potest tribui, sicuti duci ordinatio exercitus etiam si immediate non disponat acies. Nec fuit necessarium in omnibus Salomonem figuram esse Christi-ordo vero, & series non cohærentes monstrat Ecclesiastes ardorem, & impetum dicendi, imo propheticum spiritum, nam teste Hieronym. in Es. 16. *Omnis prophetia enigmatibus inuoluta*, & *præcisissimæ sententias*, dum de alio loquitur, transit ad alium, nisi ordinem scriptura conseruat, non sit vaticinium sed narratio.

Ad secundum. Multis in alijs libris canonis auctorum nomina legimus, unde Caiet. in 3. Reg. 4. ve. 34. ait, *nisi laudabile esset auctorem libri in principio manifestare, non fuissent Salomonem imitati Prophetae posteriores Isaías, Ieremias, &c. incipientes suos libros à suis nominibus proprijs*. Quod vero obiectur ex cap. 25. illud verbum, translulerunt, non solum significat translationem de pagina in paginam, vel de lingua in lingua, sed etiam traditionē de manu ad manus. sed esto illi fuerint descriptors, Salomon fuit auctor, dictator, & ordinator, ut explicatum est ad primum.

Ad tertium ex Hieronym. ille genitius Regis Ierusalem, non tam patris quam filij, vel etiam virtusque dignitatem exprimit, cum vterque fuerit Rex Ierusalem, ex Regno autem ab aliis fratribus secessit Salomon atque distinctus cognoscitur.

Ad quartum ex 70. versione habetur clare, quod sit Salomon, dum dicitur Canticum Cantorum, quod est Salomon; in hebreo autem legitur Canticum Cantorum, quod Selemoh, & propter affixū (le) quod etiam habere solet interdum vim genitivi propositum nostrum potius probatur, quam infirmatur. Quod si in dativo accipiatur fit quidem sensus Canticum Cantorum, ipsi vero Salomoni ex Domino Regi pacifico, tale opus dicatum, & ad eius cum Ecclesia epitalium præsignandum, idem opus descriptum, sed prior sensus ob 70. interpretum, & etiam veteris Synagogæ testimonium restinendus.

## ARTICVLVS NONVS.

*An Salomon fuerit author librorum Sapientiae, & Ecclesiastici.*

## Pro parte negativa.

**V**identur, quod Salomon non fuerit author horū librorum Primo de sapientiæ libro, quia Hieronymus dicit eum græcam redolere eloquentiam, & à Philone compositum, vt referunt Iudæi, non quidem, quod sit Philonis illius iunioris post Christi mortem, sed qui 160. annis Christum præcessit, & August. 2. retract. cap. 4. & 8. dicit plures vocare sapientiam Salomonis, ibidemque retractans, quod

dixerat, Sirach fuisse authorem libri Sapientiae affirmat, nō verò Salomonem. est argumentum Curiel. controv. 2. in lib. sapientiae dicit enim, quod dixi de auctore libri, quem plures vocant Sapientiam Salomonis, quod ipsum etiam sicut Ecclesiasticum scripsit Iesus filius Sirach, postea dicti non ita constare, sicut à me dictum est, & omnino probabilius compéri non esse hunc libri illius authorem.

Secundo, nam eis à Patribus communiter dicitur Iesus pater Sirach, libri Ecclesiastici auctor (qui hebraicè editus, à Iesu filio Sirach grecè translatus est ex Damasc. lib. 4, fidei c. 18. & alijs) tamen liber Sapientialis dicitur, & sub titulo libri Sapientiae legitur in Ecclesia. vnde Salomoni non videtur tribuendus.

### Pro parte opposita.

**S**ed contra est, quia in Concil. Carthag. 3. cap. 43. liber uterque dicitur Salomonis, cui decreto subscriventes Innocentius, & Gelasius, eundem librum cum canonis scriptoribus inseruerunt, & Ecclesia cum legit aliquid ex Ecclesiastico, legit illum sub nomine libri Sapientiae.

**R**espondeo dicendum quantum attinet ad libri Sapientiae auctorem nullo modo fuisse Philonem iuniorem, quoniam Philo iste fuit post Christi Passionem, vt dictum est, at in libro sapientiae cap. 2. continetur yaticinium de coniuratione contra Christum Dominum ijs verbis. Circuumnamus iustū, &c. Nec dicendum est fuisse alterum seniorem, vt dixerunt nedum Lutherani, sed & quidam è Catholicis, vt Michael Medina, Driedo Iansen, in Prou. Cour. lib. 4. variarum resolut. cap. 14. Curiel. in lib. sapien. controv. 2. nam verba quæ dicuntur cap. 9. Tu eleg sti me Regem populo tuo. non possunt Philoni competere, nec etiam dicitur recte introduci Salomon in hoc libro tanquam loquens: non. n. dialogi more liber iste scriptus est, vt scriptus est liber Philonis, vel Xeno phōtis, &c. nec cōstāti fundamēto fingit, alter Philo, à Fino l. 6. flagelli Iudeorum c. 13. Salomoni familiaris eidemque assistens descriptor, nullus enim hujus rei auctorem citat, nec rationē grauem adducit. Vnde Eusebius meritò dicit c. 21. 4. historiæ, quod oppositum uniformiter tenuerūt Patres Greci, vt Orige. lib. Peria. cap. 2. Clem. 6. strom. Epiph. de ponder. & mensur. Basil. 5. contra Eun. Nazianz. oratione 49. Tertull. contra Valent. cap. 2. Damasc. 4. fidei cap. 18. August. 2. retract. cap. 4. & 8. & latini alij. Quorum testimonij satis equincimur, nedum quoad sententias, sed prorsus quod omnia prout sunt in canone biblico, à Salomone dictatum atque fuisse editum. Vnde Ecclesia absolute librum Salomonis appellat: & cum controvērtatur quis fuerit iste Philo, pro Salomone meritò præsumitur, quod fuerit auctor. Quamuis forte dici possit, quod primarius auctor sit Salomon, Philo vero ordinator, vel compilator, aut quod est verius Grecè Philone sit traductus, qua ratione græcam eloquentiam redolere dictus est; vide quæ diximus, cum de libro sapientiae supra tractatum est, & sic aliorum dicta possunt concordari.

Quantum verò attinet ad Ecclesiasticum, librum illum hebraicè fuisse conscriptum patet ex prologo

Ecclesiastici, & obseruarunt Damasc. 4. orthod. fid. cap. 18. Rabanus in hunc locum, & Hieron. ad Chro matum hebraicè scriptum se reperisse affirmat (quidquid reclamat Genebra. in chronicis pag. 199. licet oppositum dixerit pagina antecedentia afferens auctoritatem S. Hieronymi) Iesum verò filiū Sirach grecè eundem librū transtulisse habetur, ex codē prologo, & ex cap. 50. & 27. & ex Interpretibus patet communiter, licet quidam aliter sentiant, vt Isidorus 6. ethymol. aperte. Difficultas autem est an Salomon fuerit author sententiarum eius libri, & alter postea eundem sententiarum collector, & compilator. Ad quam difficultatem respondetur cum distinctione, quod vel est sermo de omnibus sententijs, vel de aliquibus, si quoad omnes non fuit Salomon auctor, quia aperte per modum historiæ, & nō per modum prophetiæ cap. 50. laudatur Simeon filius Onias Pontificis; claruit autem iste Onias post Salomonem 644. annis, vt ex chronologis deduci potest. Si verò loquamus quoad aliquas, verisimile est multa ex Salomonis doctrina desumpta, & in vnum collecta, vnde S. Cyprianus epistola ad Rogatianum li. 3. ep. 9. citans locum Ecc. 7. vers. 32. & 33. In tota anima tua time Deum, & sacerdotes illius sanctifica, & iterum. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes. præmittit hæc verba Cyprian. Salomon in spiritu sancto constitutus testatur, & docet, quæ sit sacerdotalis auctoritas, &c. vnde August. pro pret hoc dicit 2. de doctr. christiana cap. 3. iibrum Ecclesiastici dici de quadam similitudine esse Salomonis. Auctor igitur fuit avus Sirach, vt dicit Athanasius in synopsi, qui sic dicit, Liber sapientiae Iesu Sirach. Fuit autem unus ex 70. Interpretibus, vt scripsit Genebrardus 2. cronol. pag. 284. & 189. translator verò fuit Iesus filius Sirach, quod Vatablus in prologo huius libri, ex exemplari quodam græco monstrat, & ex prologo ipso Ecclesiastici habetur intentum, & docent expressè Interpretes Lyranus, Hugo, &c. & alij.

### Solutiones oppositionum.

**A**d primum. A Salomone hebraicè primum scriptus est liber sapientiae, vt inter ceteros docent Ceruantes in Isagoga quæst. 3. & Castro cap. 7. Sed quia ab alijs græce translatus est, propter eam translationem græcam sapientiam redolere dictus est. Quod verò neuter Philo fuerit auctor, monstratum est in corpore. Et S. Hieronymus (vt patet ex eius verbis) nō suam, sed Hebreorum refert sententiam, dicens, Inde Philonis esse affirmarunt, vel putarunt. Ad Augu. verò dicitur ibi retractare, quod dixerat, Sirach non fuisse auctorem libri sapientiae, & nihil aliud de Salomonis libro dicit. vnde satis appetet eam sententiam non refellendo, nec retractando probasse.

Ad secundum. probatur eo argumento auctorem eius libri fuisse unum Sirach, licet aliquas sententias à Salomone accepit, & in unū collegerit propter quod secundum quandam similitudinem Salomonis dicitur, & sub titulo sapientiae legitur in Ecclesia propter eandem rationem.

## ARTICVLVS DECIMVS.

*Qui sunt scriptores sacri librorum  
Prophetarum.*

**P**rophetarum quidam dicuntur maiores, quidā minores, non quidem, vt aliqui dixerunt, quod maiores agunt de corpore Christi vero, minores de mystico; cum contrarium experientia appareat, & de viroque in omnibus Prophetis testimonia reperiantur: vel quia vt alij dixerunt, maiores agunt de regno duarum Tribuum, nempe Iuda, minores vero de Regno Israēl, seu decem aliarum Tribuum; cum maiores multa de hoc, minores multa de illo regno tractasse oculariter appareat. Sed dicuntur maiores, vel minores pro numero versuum, vel sententiarum (ex Hieronymo in proœm. in Esaiam, Aug.lib. 18. de ciuit. cap. 29. Russino præfat. Oſeæ) hoc est, quia maiores maius volumen, minores minus volumen descripserunt. Inter maiores desumitur ordo ex temporibus captiuitatis, quæ quinque à Doctoribus communiter assignantur nempe, comminationis, executionis, transmigrationis, destructionis templi, reductionis à captiuitate, quibus temporibus populo Iudæorum quatuor primi Prophetæ Esaias, Hieremias, Ezech. Daniel destinati sunt.

Tempore ergo comminationis scripsit Esai. sub Ozia, Achaz, & Ezechia 4. Reg. 19. Hieremias in diebus Iosia, & Ioachim, vt Iudeos auerteret à peccatis, qui nolens, captivus ductus est in Aegyptū 4. Reg. 23. In transmigratione Babylonis Ezechiel missus est ad consolandum eos. In destructione vero templi Ierusalem, & cum omnes captiui ducerentur in Babylonem, missus est Baruch ad populum consolandum, scripsitque librum, qui inter maiores Prophetas recensetur, propter quæ Hieremias à nonnullis attribuitur, ita sentiunt multi Patres, Cyrillus Alexandr. 1. p. 7. cap. 2. Hil. 4. de Trinit. Basil. contra Eunom. Ambros. 1. de fide ad Grat. & alij apud nostrum Cano 2. de loc. cap. 11. licet Hieronym. in pref. huius libri. Athan. serm. 3. contra Arianos dicant esse à Baruch conscriptum, & colligitur ex eodem libro cap. 1. vbi dicitur, & *haec verba libri, quæ scripsit Baruch.* Sed dicendum, quod de hoc libro, vel loquuntur quantum ad prima quinque capita, & sic licet multæ sint sententiae, quæ ex Hieremias collectæ sunt, absolute tamen liber est Baruch, vt dicimus de libro Ecclesiastici. Si vero loquamus de secunda parte, in cap. 6. habetur epistola Hieremias, quæ certè eius est, vt auctor, Baruch vero, vt scriptoris. Vide nostrum Senensem lib. 1. pag. 21. & nostrum Carensem in prologo Baruch. In reductione vero prædicenda missus est Daniel prædicens destructionem Regni Chaldeorum, introductionem Medorum, & postea Græcorum, &c.

Quamvis autem nullus dubitare ausus sit de his Prophetis, quod fuerint auctores librorum, qui sub nomine, & titulo eorum prænotantur; soli Anabaptisti in dubium vertunt, quod Daniel non sit auctor libri, quorum fundamētum supra positum est, & solutum controversia 3. art. 6. in resp. ad 6. vt non opus sit modò repeterē.

Nonnulli vero Catholici dixerunt, non eundem esse Danielem, qui Susannam liberauit, & Bel destru-

xit, ita Bellarm. t. 1. lib. 1. cap. 9. ad finem, item alij dicunt unum Danielem fuisse de Tribu Iuda, qui fuit author huius libri vsque ad cap. 12. alterum de Tribu Leui scripsisse historias Susannæ, Bel, & Draconis, vel vt alijs placet, historiam prædiij Habacuch. Fundamētum ell., quia in editione 70. Interpretum in initio historiæ Belis ponitur iste titulus. *Prophe-tia Habachuch filij Iuda de Tribu Leui,* post quem titu-lum sic exordium libri incipit. *Homo quidam fuit Sa-cerdos, nomine Daniel coniua Regis Babylonis.* Sed quia nec synagoga, nec Ecclesia Christi agnouit duos istos Danieles, sed unius tantum fit mentio. & unum, eumque de Tribu Iuda, & semine regio extitisse testetur antiquitas (vt Hieronym. præfat. com-ment. in Daniel. Isid. de vita, & morte SS. cap. 40. Epiph. libro de vita, & interitu Prophetarum) non-est ab hac sententia communi recedendum. Nec fun-damentum desumptum ex auctoritate 70. alicuius est momenti: nam codices illi 70. ipso Hieronymo teste depravati fuerunt, necea verba in aliquo græ-co codice reperiuntur, nec in opere 70. quod iussu Sixti Quinti emendatum prodijt quicquam istorū reperitur: sed tantum ibi dicitur, & erat Daniel coniua Regini, & honoratus super omnes amicos eius, vt est videre in c. 12. paulo post principium, vbi histo-riæ Belis, &c. enarrantur.

Alij vero Prophetæ minores eti unum volumen constituunt, dicente Hieronymo epistola ad Paulinū quod sunt duodecim Prophetæ in unius voluminis an-gustias coarctati, nimisrum propter eorum breuitatē vt quod singuli non poterunt omnes iunctim iustum volumen efficerent, tamen, vt dicit Abul. in epist. Hieron. expositione fol. 2. quilibet de illis suum li-brum singulariter compositur.

De libro vero Baruch est quæstio quantum ad quinque capitula priora, nam de 6. non est difficul-tas, quin sit Hieremias, an fuerit auctor illius libri. Athanasius in synopsi, & Euseb. lib. de appellationibus Prophetarum Hieremias eum librum attribuit, & fauere videtur patres illi, qui Baruch sub nomine Hieremias citant eundem librum. Titulus quoque idipsū præferre videtur, habet enim [Verba libri, quæ scripsit Baruch] non autem, quæ vidit Baruch, scriptor ergo non auctor ostenditur. Hanc sententia mordicus defendit Castrius in principio Baruch.

Sed Hieronymus præfatione in hunc librum & Cyrill. 10. in Iul. & fauet Athan. serm. 3. contra Arianos, absolute vocant hunc librum Baruch. idem te-nent Hugo, Lyran. Carthus. & probatur aperiè, nam nullus liber ab amanuensi, vel collectore, sed à di-ctatore sententiarum nomenclaturam sortitur, & pari ratione si à scriptore denominatur hic liber possent libri Hieremias intitulari Baruch, quia di-ctante Hierem. scripsit Baruch. Accedit quod quando hic liber scriptus est, Hieremias mortuus fuit in Aegypto: non ergo sicut libros alios Hieremias scripsit, hunc librum ex ore Hieremias accipere potuit, nisi dicatur bis fuisse scriptum semel in Aegypto vi-mente Hierem. iterum in Babylone post mortem Hieremias, quod est gratis dictum, aut fuisse verbo traditum à Hieremias, & postea à Baruch descriptū, quod probationem desiderat.

Author ergo Baruch probabilius creditur, & si fortasse aliquas Hieremias sententias colligere po-tuerit, vt dictum est de auctore libri ecclesiastici,

quod Salomonis quamplurimas sententias colligit, & in hunc sensum oppositæ sententiæ auctores hūc librum Baruch, Hierem. attribuunt, & ea etiam ratione, quia discipuli acta, magistro solent tribui, fuit autem Baruch discipulus Hieremiæ, à quo didicit vaticinia Christi Domini, vt innuit Aug. 18. de ciuit. cap. 33. dicens prophetiam Baruch celebratius haberi. Nec obstat, quod non dicatur videns, sed scriptor, sicut etiam ab Aug. scriba Hieremiæ nuncupatur. Nam cum Ioánes Euangelista subtiliter suam personam, & in tertia persona loquens dixit. *Hic est discipulus ille, quem diligebat Iesus.* Et scriptus hæc, ita quoque Baruch non de reuelatione facta, humilitatis ergo meminit, sed de scribendi labore.

## ARTICVLVS VNDECIMVS.

*De scriptoribus librorum Machabæorum.*

**A**uthor primi libri à quibusdam perhibetur esse Flavius Iosephus Græcus scriptor. Sed hoc non potest stare, nam certum est hebraicè, vel chaldaicè descriptum ex Origene apud Euf. lib. 6. cap. 25. unde & hebraica inscriptio tributa est, & phrasis indicat, & etiam Hieronymus in prologo Regum fatetur se illum vidisse hebraicè scriptum: iste autem Flavius Ioseph alterius libri, qui ad Machabæorum causam inscribitur, nempè de imperio rationis (de quo Hieronymus 2. contra Pelag.) auctor extitit, quare satis insulse Vitak. 1. contra Bel. cap. 14. & Reinecius Lutheranus tom. 3. Hierony. pro se citant. Alij Iosepho Gorioni idem opus attribuunt, sed id non potest stare, nam lib. 4. cap. 2. edit. Basileensis idem Goronides, libros Machabæorum citat. Alij dicunt fuisse aliquem scribam Concilij (quod Sanhedrim dicitur) vel à toto Concilio, quod annales describendi curam habebat, fuisse editum, sic Michael Med. lib. 6. de recta in Deum fide cap. 12. & hoc non est verisimile, nam non poterat concilium scriptorem canonicum designare, & præterea author huius libri in singulare de se ipso loquitur. Alij vero, quod Hincanus Pontifex hebræorum fuerit auctor, qui ex Iosepho lib. 13. antiquit. cap. 17. prophetandi munere claruit, sic Osma. Sed probabilius videtur dicendum cum alijs, quod fuerit Iudas Machabæus, qui bellorum sui temporis texuit commentaria, vt patet 2. Mach. 2. Similiter, & Iudas ea, que didicerat per bellum, quod nobis acciderat congregavit omnia, & sunt apud nos: si ergo desideratis hæc, mittite qui perferant vobis. Ex quibus commentarijs magnam partem desumptus Iason Cyrenæus in suis quinque libris.

Ex his quinque postea per quādam abbreviatiōnem, & epitomen secundus liber descriptus est, cui ad breuitatem compendiosa adiuncta est epistola ad fratres Hebreos in Ægypto existentes, vt solemnia pro beneficijs à Deo acceptis celebrarent. Quanquam non ab vnius Iasonis libris, sed etiam ab alijs compilatus idem secundus liber manifestè appareat: ait enim auctor eius libri cap. 2. lib. 2. veritatem de singulis auctoribus concedentes, &c. Auctor vero huius secundi libri à quibusdam perhibetur Simon Machabæus Sacerdos Maximus, qui in modum epistola descriptus, ita Medina vbi supra cap. 11. Honorius vero Augustodonensis lib. de luminaribus Ecc. c. 11. putat esse Philonem. Alij quod Iudas Machabæus

auctor fuit, à quo Iason, vt dictum est, qui libros quinque colligit, ex quibus per abbreviationem postea secundus editus est Machabæorum liber. Sed quantum atrinet ad Philonem, non est verisimile potuisse haberi scriptorem canonicum eo tempore quo legalia cessarunt, & gratia noui testamenti reuelata. Sed nec Simon, aut Iudas Machabæus, vt dictum est sup. potuit esse auctor epistolæ, quæ habetur in 1. cap. lib. 2. vt sup. ostensum est, cum de lib. Mach. egimus. Alij vero synodus Hierosolymitanam diuinum assistente Spiritu sancto collegit ex quinque illis libris Iasonis docent, quod etiam probabiliter asseri posset, & curiositati humanæ satisficer. Nisi obstaret, quod auctor huius libri de se loquitur in singulari, vt supra dictum est. Dicendum ergo cum Isidoro lib. 6. originum cap. 2. quod quibus auctoribus scriptis sint, minimè constat. & quantum (in specie) attinet ad secundum librum, si aliquid coniectando dicere possumus, & cœlamus cum Geneb. in chron. pag. 112. secundum librum scriptum in modum epistolæ, à Iuda illo Eleno describi potuit, à quo Epistola illam cum Ruperto scriptam esse defendimus supra.

## CONTROVERSIA II. SPECIALIS.

*De scriptoribus sacris noui testamenti.*

**D**inde considerandum est de scriptoribus noui testamenti, & primo de Euangelijs, secundo de Actibus Apostolorum, tertio de Epistolis S. Pauli, quarto de alijs epistolis catholicis, & canonicis, ultimo de Apocalypsi.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*An quatuor Euangelia à quatuor Euangelistis sint descripta videlicet Matthæo, Marco, Luca, Ioanne.*

**R**espondeo dicendum affirmatiue, licet circa partes alias aliquorum Euangelistarum, nū sint ab illis addubitatum sit, quorum deliramenta sunt superius refutata. Quare, qui hæc Euangelia non receperunt, vt hæretici habiti sunt, videlicet Cerdon, qui a ceteris reiectis, solum Euangeliū Lucae recipiebat; ex Tertul. de præscript. Cherintus, qui solum Mattheum venerabatur, ceteris explosis, ex Philastrio lib. de hæresibus. Alij retento Marco, ceteris vale dixerunt, vt Faustus, ex Augustino libris contra Faustum, & Cherinthiani. Alij solum Ioannem Euangelistam, vt Valentini ex Irén. lib. 3. cap. 2. quorum fundamenta inania supra dissoluta sunt, & Mattheus quidem, & Ioannis testes oculares, Marcus, & Lucas ex traditione dicuntur. Vide August. lib. 1. de consensu Euangeliſt. & Marci Euangeliū Petri auctoritate firmatum habetur ex Clem. 6. Hippotyp. & Hieronymo de viris illustribus, Euseb. lib. 2. cap. 15. Lucae vero Euangeliū sicut iussu Petri, vt dicit Dorotheus in synopsi Prophetarum scriptor, sic & Petri auctoritate firmatum est: vnde & propter hoc apud Ecclesiæ laudem meruit. Sic scripsit Paulus 2. cor. 8. *Cuius laus est in Euangeliō per omnes Ecclesiās,* nō laudassent autem doctrinam sine

sine capitulis approbatione. Quod si prius ab Ecclesijs communi consensu postea à Paulo, tacitè verò à Petro confirmatum sit, hoc satis est ad indubitatem scriptoris fidem. Idem dicendum de Euangelio Matthæi, & Ioannis, quod saltem tacitè ex communi consensu Ecclesiæ, summi Pastoris calculo, sint comprobata ea Euāgelia, & Euāgelista pro veris, & indubitatis auctoribus, atque scriptoribus, ab incunabulis ecclesiæ usque ad præsens recepti sunt, qui & postea in decretis Rom. Pontificum, & Conciliorū expresse cū alijs scriptoribus canonici annumerati.

De sufficientia numeri quaternarij, loco, tempore, & lingua, qua fuerunt descripti consulendi sunt Interpretes.

## ARTICVLVS SECUNDVS.

*An Author Actuum Apostolicorum  
sit Lucas.*

Post videtur author eius libri Lucius ille, de quo Paulus ait Rom. vltimo. *Salutat vos Timotheus adiutor meus, & Lucius: sed bene notat Origenes lib. 10. cap. 16. in epistolam ad Rom. hunc Lucium esse eundem, ac Lucam, dicens. Sed & Lucium quidam perhibent esse Lucam, qui Euangelium scriptit pro eo, quod soleant nomina interdum secundum patriam declinationem, interdum etiam secundum græcam, Romanamque proferri.* vide Baronium anno Christi 58. num. 57. & 60. num. 9. quamvis alij existimat huc Lucium esse illum Cyrenensem, de quo fit mentio Aet. 13. & S. Thomas in citatum locum ad Roma. existimat fuisse Iudeum, at Lucas noster fuit Antiochenus. Sed esto fuerit alius, hic Lucius, alias Lucius Cyrenensis, certum est ex cōsensu totius Ecclesiæ, & antiquitate Lucam fuisse authorem eius libri, sic habetur ex titulo præfati. Syriacæ. *Liber actorum, seu historia beatorum Apostolorum, quam collegit Sanctus Dominus meus Lucas Euangelista.* idem afferit Hieronymus de script. Eccles. in Luca, & ante ipsum Chrysostomus homil. 1. in Acta Apost. Niceph. 2. lib. histor. cap. 45. vide nostrum Senensem lib. 1. sua biblioth. pag. 18. & interpretes eiusdem libri.

## ARTICVLVS TERTIVS.

*An omnium epistolarum, quæ sub Pauli nomine leguntur in Ecclesia, sint ab ipso editæ.*

Constanter semper retentum est, omnium epistolarum Paulum esse authorem, licet à quibusdam olim fuerit dubitatum de epistola ad Hebreos, quam Tertullianus Barnabæ, alij Lucæ, vel Clementi Romano attribuerunt, quam sententiam fecuti sunt Erasmus, & Caietanus, fundamentum huius dubitationis ex triplici capite desumitur; tum quia Pauli nomen in hac epistola reticetur, tum quia extera lingua ad hebreos scripta est, nempe græca: tandem quia ceteris est elegantior. Sed constanter Ecclesia agnoscit illam, vt Pauli genuinam, cui tota antiquitas testimoniū perhibet. Nec obstat primū motiuū, quod iampidem solutum est à Clem. Alex. apud Euseb. lib. 6. histor. cap. 11. Niceph. Cal-

xto lib. 4. cap. 34. nam idcirco id factum est, quia prædicatum erat ubique de Pauli nomine, idcirco ad declinandum inuidiam, ut dicta eius suscipiētur suum nomen occultatur, quam rationem etiam S. Hieron. de viris illustribus assignat. Nec obstat, quod lingua græca scripta fuerit hæc epistola, tunc quia ad Iudeos dispersos scribebat, notiorque erat lingua græca quam hebrea. eoque vel maxime quod in synagogis græca iam lingua scripturæ legeretur. Vnde in eadem epistola ex 70. versione proferuntur testimonia non ex hebraico textu. vide de hac re S. Hieronymum in ca. 6. Esiae. Alijs autem videtur, quod hebraico sermone descripsit, & non est mirum si hebraicè scribens eleganter in suo sermone descripsit. Nec officeret si lingua græca descripsit elegantia stylī, cum de sublimioribus tractando maiori elegantia ab ipso Spiritu sancto potuerit exornari, lege quæ supra dicta sunt cum de auctoritate epistolæ ad hebreos tractaretur. Adde quod multi etiam sancti auctores tractatus edidere, sed non omnes pari elegantiā, nec pari concinnitate sermonis.

## ARTICVLVS QUARTVS.

*An epistola Iacobi à Iacobo Apostolo  
fuerit edita.*

Inter Catholicos nulla est hodie controvērsia, quin Iacobus fuerit author epistolæ huius, & si olim ab aliquibus fuerit dubitatum, quos fecutus est Caietanus apud Canum 2. de locis cap. 31. Inter hæreticos verò Erasmus annotatione in hæc epistolam de auctoritate quoque huius epistolæ dubitauit, dicens [superuacaneum arbitror anxiè] de auctore digladiari] quod dictum Bullingerus approbat, sed Beza in proleg. in Apocalypsim eundem Erasmus de inconstantia taxat, quorum fundamenta supra relata, & dissoluta sūt. Difficilius verò est à quo Iacobo fuit edita hæc epistola. Isidorus lib. de vita, & morte sanctorum cap. 72. dicit fuisse editam à Iacobo filio Zebedei. sed hoc non potest stare ait Hieronymus in lib. contra Heluid. hic enim iampidem ab Herode interemptus erat, nec vñquam Iacobus Zebedei fuit vocatus frater Domini. Quidam verò tertium, alium Iacobum fuisse authorem huius epistolæ dicunt, non quidem Apostolum, sed vnum ex discipulis Domini, & hunc esse dictum fratrem Domini diuersum à Iacobo Alphæi, & à Iacobo filio Zebedæi: hanc sententiam præter Caietatum tenent Turrianus lib. 6. constit. Apost. qui eundem Clementem citat lib. 5. constit. Apostolic. cap. 4. vbi dicens in honore debere haberi Mariyres, subdit, ut abud nos fuerunt Iacobus, & Stephanus, & Christophorus à Castro lib. 1. de Beata Virgine cap. 1. §. de Iacobo. Fundamentum eorum est, primum, quia hoc insinuare videntur Dorothæus in synopsi, Cyrillus Hierosolymitanus cath. 14. Epiph. heresi 66. Nissenus oratione 6. de resurrectione, Chrysost. hom. 13. in Matt. Nicol. Primus ad consulta Bulgarorum cap. 92. & videtur fauere Hieronym. ad Galat. 1.

Secundo, quia fratres Domini seorsim ab Apostolis nominantur Matt. 12. Io. 2. & 7. Iacobus ergo iste Episcopus Hierosolymitanus dictus est frater Domini.

Ter-

Tertio , quia expresse videtur contradistingui  
¶ Co. 15.hic Iacobus ab alijs Apostolis, dum dicitur,  
deinde *vñsus est Iacobo. deinde Apostolis omnibus.*

Quarto , quia Apostoli fuerunt ordinati Episcopi  
à Christo: at Iacobus fuit ordinatus ab Apostolis, ex  
Anacleto epistola ad Episcopos Italæ, Chrysost.ho.  
87.Eusebio 2.hist.cap.1. §

Sed dicendum est hunc Apostolum fuisse filium  
Alphæi, & Mariæ sororis matris Domini, qui & co-  
gnomento Iustus, & primus extitit Hierosolymitanorum  
Episcopus, quam sententiam tenet S. Hieron-  
ymus catal.script.ecclesiast. & traditio Ecclesiæ la-  
tina suffragatur celebratis duos Iacobos Apostolos.  
dicit etiam Apostolus Gal. 1. *Alium autem Apostolo-  
rum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini;* cum  
ergo nomen Apostoli accipiatur stricto modo, se-  
cundum regulam de exceptiis intelligenda est illa  
particula, *nisi Iacobum fratrem Domini,* de Apostolo  
presse sumpto. vnde & cap. 2. Iacobus inter colum-  
nas connumeratur, vnde ad ipsum Paulus commu-  
nicaturus mysteria religionis accessit, quod dictum  
non potest applicari alicui Apostolorum, qui secun-  
dum latam significationem Apostolus dicitur. In  
Concilio Act. 15. suam quoque dixit sententiam im-  
mediate post Petrum: non ergo tantum Episcopus  
Hierosolymitanus, sed & Apostolus demonstratur.  
Patres eiusdem fauent:nam Clemens Rom. ep. 1. hunc  
vocat Episcopum Episcoporum, non solum Hiero-  
solymitanam, sed & reliquas regentem ecclesias (in-  
tellige quantum ad fundationem Ecclesiarum, &  
Apostolatus officium) quod non dixisset nisi Aposto-  
latus gratia prædictus esset, & quia haec sententia com-  
muni or est, illam amplectendam ducimus.

§ Ad primum ergo dicitur, admittendo libros illos  
esse à Clemente editos (etsi alij apochryphos, & sup-  
positios dicant, vel ab hereticis vitiatos) & Clemens  
non excludit Iacobum à numero Apostolorum, sed  
seorsim ab illis eum nuncupat, ut specialem præro-  
gatiuam sui Episcopatus designaret. Vnde sicut etiā  
dicitur 3. Aeneidos. *Reliquias Danaum. atque immittit Achillis,* non significatur, quod Achilles non sit Danaus, sed quod inter illos fortissimus haberetur. ita  
voluit ostendere Clemens prærogatiuam Episcopatus, & prærogatiuam eiusdem inter Martyres. vel  
fortasse in lib. 5. cap. 4. locutus est de Iacobo Ze-  
bedæi , qui primus Apostolorum fuit martyrio  
decoratus.

Ad secundum , distincti sunt fratres Domini ab  
Apostolis, & discipulis Christi , non quod non esset  
Apostoli, aut discipuli, ex pressè.n. Matt. 13. dicitur,  
*& fratres eius Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas:*  
sed in quantum ex cognatione carnis distingueban-  
tur ab ijs, qui pure Apostoli, & discipuli erant absque  
tali cognatione .

Ad tertium, ijs verbis non excluditur Iacobus fra-  
ter Domini à numero 12. Apostolorum, sed tantum  
signant apparitionem singularem factam Iacobo, si-  
cūt etiam cum dicitur Cephæ apparuisse, non exclu-  
ditur Apostolatus Petri, sed singularitas insinuat  
apparitionis .

Ad quartum , etsi simul omnium Apostolorum à  
Christo fuerit facta consecratio : tamen quoad de-  
putationem Ecclesiæ specialem , postea fuit Iacobus  
ab Apostolis deputatus Episcopus Ecclesiæ Hiero-

solymitanæ , vnde Nicephorus lib. 2. histor. cap. 3.  
citat Clem. Alexandr. 6. Hypotyposeon dicentem ,  
sed Iacobum Iustum Episcopum Hierosolymitanum  
elegerunt .

## ARTICVLVS QVIN TVS.

*An epistola Petri nomine descriptæ, verè sint  
ab ipso compositæ.*

D E prima epistola nullus vñquā dubitauit quin  
sit à Sancto Petro edita. hoc disserit Eusebius  
lib. 3. histor.c.3. & 4. Hierony. de viris illustr. & de-  
creta Pontificum , & Conciliorum catalogum  
attexentia diuinarum scripturarum apertissime  
tradunt .

De secunda dubitatum fuit à nonnullis , primò  
propter stili diuersitatem à prima, & multorum ve-  
terum auctoritatē de illa dubitatiū, præsertim Dy-  
dimi: vnde nec in Syriaca editione circumfertur.  
Accedit, quod nunquam se Summum Pontificem  
attulat, quod necessatio fieri debebat, ponēdo cum  
titulo Apostolatus apicem Pontificatus .

Dicendum tamen est, nihilominus cā epistolam  
agnosci à Petro editam, tam ex Patribus , quam ex  
Concilijs, quæ superius allegata sunt, cum de au-  
toritate huius epistola tractaretur. Accedit, vtrobique  
idem titulus, idem salutandi modus, eadem verbo-  
rum sententia , periodorum ratio , idem scribendi  
character , cēdem personæ , ad quas epistola diri-  
gebantur.

Nec stili diuersitas obijci vlo modo potest, cum  
vt mox dictum est, tanta similitudo appareat in pro-  
cedendi modo, &c. quod si aliqui dubitatint, nihil  
mirum , quod re nondum plene discussa de ea dubi-  
tatint, quam modo velle in contiouet siam adduce-  
re post tot Patrum , & decretorum Ecclesiæ senten-  
tiā nefas esset. vnde nunc in translatione Syriaca  
etiam reperitur in Biblijs Regijs, Petri nomine atti-  
tulata, & cum S. Ephrem fuerit Syrus natione, eam  
que vt canonicam veneretur ; Syro idiomate quoq;  
translatam suo tempore verisimiliter asseritur . Cur  
ergo se Pontificem non appellari compertum est,  
primò , vt ostenderet se , vt Apostolum habere  
ius condendi scripturam, quod munus Pontificibus  
non est demandatum, vel ob humilitatem. vnde &  
Abraham Patriarcha summus se cinerem, David  
pulicem vnum nominavit. Vel saltē implicitē Pō-  
tificem se declarauit, dum dixit, *seniores qui in vobis  
sunt, obsecro consenior. Et. Pascite, qui in vobis est gregem,*  
quod nomen senioris ex Caietano in hunc lo-  
cum, non ætatis, sed officij, & gradus nomine est, &  
ad pasturam exhortans, illius erat gregis sollicitus,  
cui à Domino repetitis sermonibus cōcreditus erat,  
& ob vniuersalis Ecclesiæ custodiam, optabat habe-  
re Pastores sollicitos, qui in partem sollicitudinis la-  
borare debebēt. Etiam Sūmi Pontificis munus exer-  
cuit, Apostoli Pauli scripta commendans contra  
depravatores ; quæ commendatio fuit pectoris  
calculo obsignatio .

## ARTICVLVS SEXTVS.

*An omnium trium epistolarum, quae sub Ioannis nomine leguntur in Ecclesia, Ioannes Author fuerit.*

**D**E prima epistola Ioannis nullus extitit hucusque, qui dubitauerit Ioannis esse scripturam. De secunda, & tertia dubitarū olim qdā, an fuerit Ioannes Euangelista, an Ioannes ille senior, qui in numero discipulorū habebatur, vel alius ille Mariae filius cognomento Marcus, de quo Act. 12. quia autem in his duabus epistolis Ioannes se seniorem vocat, dubitatio orta est, quod non Euangelista, sed senior ille dictarit.

Sed nihilominus constans est Ecclesiae consensus, quod has tres epistolas scripsit Ioannes Euangelista, vnde Beda in commentarijs eorum initio secundæ post allatam dubitationem subiungit. *Et nunc generalis Ecclesiae consensus habet, quod has ioannes Apostolus scripsit, quem consensum Concilia roborarunt, &c.* & certè si ex facierum similitudine filios ex patre conjecturamus, eas epistolas ex verbis sententijs, stylo, charactere, vnam, eandemque imaginem preferunt, nihil enim per singulas verborum periodos, nisi amorem, & dilectionem spirant, ut à dilecto descriptas quiuis possit intelligere. Qui cum omnium posterius scriperit, & 99. anno Christi, & iuxta Genebrardum cum Ephesi ab exilio reuocatus degeret, senior iure dici poterat, nec est, quod ob hanc leuem conjecturam nominis, senioris, seniori illi præsbytero, non seniori Ioanni Euangelista relictis Patribus, Concilis, vniuersalis Ecclesiae consensu easdem epistolas tribuamus.

## ARTICVLVS SEPTIMVS.

*An epistola illius, qua dicitur Iude, ab ipso vel alio sit edita.*

**O**lim à nonnullis de Authore etiam epistolæ Iude dubitatum est, à quo esset conscripta, imo quia de libro Enoch apochrypho, assumebat testimonium, propterea reiecta est à plerisque, vt dicit Hieronymus lib. de script. ecclesiasticis, quo fundamento ex Nouatoribus, Erasmus, Lutherus, Centuriatores, & Anabaptistæ moti sunt, vt nedum de auctore, sed de authoritate quoque eius epistolæ dubitarent.

Accedit altera dubitandi ratio, quod iste author, nec se Apostolum nominat: dicit enim. *Vos autem charissimi memores esote verborum, que predicta sunt ab Apostolis Domini Nostri Iesu Christi,* quibus verbis etiam seipsum excipere videtur ab Apostolorum numero; si enim esset Apostolus, vel inter eos, se nominasset, & non ita locutus esset, ac si esset extra Apostolorum chorum.

Nihilominus Patres, Concilia allegata (cum de auctoritate huius epistolæ ageretur) illam tribuunt Iude.

Nec mirum fuit si aliqui veterum dubitarint de auctore cum res non apud omnes Ecclesias esset perspecta, & postea in notitiam totius Ecclesiae pervenerit. Et inane fundamentum erat eorum, qui

illius auctoritatem repudiabant, quod de libro apochrypho testimonium sumeretur, neque enim totus liber apochryphus canonicus factus est, quia testimonium ab illo desumptum est, & canonicō libro insertum, alioquin apochrypha erunt Acta Apost. & nouullæ epistolæ Pauli, quia Aratus, & Epimenides in testimonium assumuntur, vt supra alias dictum. A traditione etiam tale Enoch testimonium descendisse dicere, non est inuerisimile, quod etiam Beza, & Calu. e Nouatoribus non difficiuntur.

Quod verò non se attularit Apostolum: liberum fuit illi, vt eo titulo, quem assumere volebat, nempe Apostoli, vel serui Iesu Christi, sicut & Paulo, qui in epistolis ad Philipp. & vtraque ad Thessalonici. & Philemo, non se vocat Christi Apostolum, sed aut seruum Iesu Christi (vt hic quoque facit Iudas) aut nihil addit. quz re non est mirum, si dignitatem Apostolicam humilitatis causa occultans, sic loquitur, ac si in Apostolorū collegio nō esset cooptatus. Fuit autem hic Iudas, qui & Iacobi dicitur Luc. 6. & Matth. 10. Taddæus vocatur, de qua re eleganter Baron. anno 68. nu. 6. S. ripis autem hanc epistolam, sicut & Petrus 2. cap. 2. fecit, ad debellandos spurcissimos, & luxurijs deditos Gnosticos, quæ cum pariter Neognosticorum libidines insecentur, nihil mirum, si obliterate satagunt hanc epistolam, ne eorum mala opera arguantur ex lumine.

## ARTICVLVS VLTIMVS.

*An libri Apocalypsis author fuit S.Io. Euangelista.*

**D**E auctore huius libri magna olim fuit dissensio. Quidam Episcopi Alexadrini, inter quos Caius, alias vir pius, & doctus, Cherintum auctorem fecerunt, qui vt hæresim millenariam statueret, de terreno Christi regno, hunc librum sub Ioannis nomine (dicebant) descripti. Sed hanc phantasiam Dionys. Alexandrinus confutauit ex Eusebio lib. 7. cap. 25, ostendens esse Ioannem auctorem, sed cum ea etate multi fuerint Ioannes, vt supradictum est, incertum est, ait, qui Ioannes fuerit.

Petrus Bulengerus prolegom. in Apocalyp. tribuit hunc librum Ioanni, qui dicitur Marcus, de quo fit mentio Act. 15, vnde stylus Marci cum Apocalypsi ait valde videtur assimilis.

Alij inter quos Diony. Alexandr. Ioannē præsbyterum Ephesi degentem faciunt auctorem apud Eus. lib. 3. cap. vlt. & probant hanc conjecturam, quia Ioannes non se nominat dilectum, &c. sicut fecit in Euangeliō. Amplius nomen suum pandit. Ecce ego Ioannes, &c. cum tamen in Euangeliō nomen suum nunquam inscribat, & tandem ait Dionysius ibi in Euangeliō summa verborum elegantia, maximo orationis pondere scripta sunt; hic verò in Apocalyp. modis plane barbaris vtritur. Hanc nouitatem fecuti sunt nouatores, Erasm. & alii eiusdem farinā sola nouandi cupidine, contra vetustatem sopiales controuerrias excitando.

Nihilominus tota antiquitas, vt fætum Ioannis Apostoli, & Euang. listæ venerata est, quorum sententias supra iam retulimus legendi Dionys. 3. par. ecc. hierar. cap. 3. Iustin. dial. cum Triph. Iren. lib. 1. cap. vlt. Origen. præfat. in loan. Tertull. consensum Eccle-

Ecclesiæ; & successionem pro firme arguento statuit 4. contra Marcionem dicens. *Habemus & Ioannis alumnas Ecclesiæ: nam et si Apocalypsim eius respuit Marcio, ordo tamen Episcoporum ad originem recensus in Ioannem stabit auctorem.* Antiquis titulus vulgate faveat dum dicitur, *Apocalypsis B. Ioannis Apostoli*, sub quo titulo in Ecclesijs decantatur ex Cyp. de habitu Virginum, & Hieron. in catal. & in cap. 18. Mat. Epiph. heres. 51. & 54. Aug. de heresib. cap. 30. Damasc. 4. fidei cap. 18. & heres. 51. vnde in Toler. 4. cap. 16. *Apocalypsis inquit librum multorum Conciliorum auctoritas, & synodica sanctorum Præsum Romanorum decreta, Ioannis Euangelista esse prescribunt, & in Concil. Carrth. 3. cap. 47. Florent. Tridentino sess. 4. de Apocalyp. sub nomine Ioannis Apostoli recensetur, quod negare nedum temerarium, & erroneum, sed vel fermè hereticum affero, cum ad tollendam omnem dubitationem additum sit nomen illud (Apostoli) à Concilijs, & Patribus. Et qui Ioannem negat fuisse auctorem, non negant illā tātum historiam, qua recensetur Ioannes in Patmos relegatus, sed id quod pariter scribitur. Quod vides scribe in libro, & mitte septem Ecclesiis, que sunt Asia cap. 1. ex qua re virtualiter aliquid contra fidem infertur, & per consequens erroneum ad minus debet adiudicari.*

§

Nec argumenta in contrarium aliquid cogunt; nō enim nisi gratis exidentitate nominis potest colligi, quod Ioannes, qui dicitur Marcus eius libri fuerit auctor. Et Euangelium Marci cum Apocalyp. ratione cælo differunt in stylo, cum illud planus iste liber obscurus sit.

Nec aliquid efficiunt, qui Ioanni seniori tribuunt librum Apocalypsis, nam cum expressè se nominet Ioannem, non opus erat circuitu, vel descriptione verborum ad seipsum indicandum.

Porro scribens Euangelium implicitè se nominavit, dum dilectum se nuncupauit cap. 21. *Dixit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, & infra. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit haec.*

Sed & vocabula barbara si in aliquibus codicibus reperiuntur, librariorum incuria, vel priuatis trascitoribus tribnenda sunt, & dato quod reperirentur aliqua, Spiritus Sanctus noluit afflare Ioannem in elegantia sermonis, sed ad veritatem sententiatum. vnde & Paulus quoque dixit 1. Corin. 2. *Sermo meus; & predicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis.* Firmiter ergo, & inconcussa contra nouitios istos remaneat sententia, quod Ioannes Euang. fuerit auctor, quā tot proceres, & Ecclesia roborant, ut sola eius auctoritate rāquam tintura Sardonica eorum genē suffundi debeant.

### CONTROVERSIA III. GENERALIS.

#### *De causa materiali sacrae scripturae.*

**D**einde considerandum est de materiali causa scripturae: materia autem bibliorum sunt ipsi biblii libri, ex quibus integrantur: vel generatim est ipsum verbum Dei scriptum, quo ipse Bibliorum paginae replete sunt usque ad ultimum iota, & apicem. Sed quia materiam accipiunt Philosophi pro

objecto, seu arguento, circa quod scientia aliqua versatur. Primo querendum est in generali: an Christus Dominus sit materia sacrae scripturae. Secundo an sit obiectum. Tertio in specie de particularibus argumentis differetur singulorum librorum.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*An Deus, vel Christus Dominus sit sacrae Scripturae materia.*

#### *Postio aduersariorum.*

**I**udicij (cum eis de Christo Domino adimplata in scripturis noui testamenti in veteribus prenunciata ostenduntur) infirmare hæc conantur, sed inaniter, extorquendo veteris testamenti scripturas ad inanæ fabulas, & portentosas expositiones confundendo.

Theodorus Mopsuestenus afferuit nihil esse in veteri testamento de Christo reuelatum, sed omnia dicta esse de alijs personis, aut rebus, & secundum quandam adaptationem, & accommodationem Christi ab Ecclesiis assignari.

#### *Argumenta aduersariorum.*

**A**rguitur primo, quia illa verba Gen. 3. *Inimici tias ponam inter te, & mulierem: semen tuum, & semén illius, per accommodationem ad Christum, & Virginem attribuuntur, non autem in aliquo sensu litterali, ergo.*

Secundo rursus, scriptura illa *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum tuorum.* Deut. 18. & illa rursus. *Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium,* 2. Reg. 7. & illa. *Ex Aegypto vocavi filium meum.* Osœa 11. & rursus illa. *Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in unum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius Ps. 2.* Et diuiserunt sibi vestimenta mea, &c. Ps. 71. Tandem & illud. *Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio,* Psalm. 77. ad litteram non possunt de Christo vérificari.

#### *Confutatio corundem.*

**S**ed contra est primo authoritas scripturæ Mat. 26. *Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo Luc. 24. Et incipiens à Moyse, & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis, que de ipso erant.* Ioan. 5. Si crederetis Moysi, crederetis forsitan, & mihi. De me enim ille scripsit Ioan. 5. vnde S. Aug. Sed ait de me ille scripsit, ut omnem scripturæ illius intentionem, nonnisi ad intelligendum Christi gratiam scrutando consulseremus. Act. 3. *Omnes Prophetæ à Samuel, & deinceps qui locuti sunt annunciarerunt dies istos, ibidem, Deus qui prænunciauit per os omnium prophetarum pati Christum, sic impleuit, & iterum. Huic Christo testimonium perhibent omnes prophetæ Act. 10.* vnde Terrull. ad hoc alludens 3. carminum contra Marcionem sic dixit.

*Omnia de Christo: per Christum cuncta loquuntur.* Rom. 10. finis legis Christus appellatur, vnde Hieron. & alij titulum psal. illorum in finem, ad Christum Dominum referunt.

Secundo

Secundo probatur ex definitione Ecclesie, nam in S. Synodo generali damnatus est Theodorus Mop-suetenus, & in Synodo Rom. sub Vigilio PP. subscri bentibus, 25. Episcopis, in quo ea testimonia Esaie 7. Ecce Virgo concipiet; & illud psal. 21. Foderunt manus meas, & illud psal. 15. Non derelinques animam meam in inferno, non nisi de solo Christo intelligi posse definiuntur sub anathemate. Habetur hoc Concilium in Bibliot. Vatic. ut refert Hierony. de Prado Societas Iesu.

Quarto, rationibus, quæ data illa positione, Iudeorum pertinacia solidatur, nam nihil aliud contendunt Rabbinizantes, nisi quæ de Christo scripta sunt, aliò extorquere. Rursus argumentum ad hominem contra Iudeos eneruatur: non enim nisi è scripturis veteris testamenti, eos possumus conuincere ad suscipiendum nouum. Inaniter ergo laborauit Apollo per scripturas veteres demonstrando, quod Christus esset verus Messias, ut legitur in actibus c. 18. frustra Paulus per sabbata scripturas veteres legebat confundendo Iudeos. Iam ergo Apostoli essent mendaces, & similiter Euangelistæ, qui scripturas veteres citarunt, testificando iam esse impletas. Sed hæc sunt absurdæ. ergo, &c.

Vltimo ad hominem, nam veteres Hebrei, & inter eos R. Salom. in Zachar. expressè fatentur prophetas vniuersos, non nisi de Christo Domino vaticinari.

### CONCLUSIO CATHOLICA.

*Christus Dominus est materia sacre  
Scripturae.*

R Esondeo dicendum, quod Apostolus dicit, quod finis legis Christus est, quod si finis idem est, ac signaculum, scopus, Christus est meta, & scopus, ad quem omnium Prophetarum dicta diriguntur. vnde Terull. aduersus Iudeos cap. 8. quoniam adimpleta est prophetia per aduentum eius, propterea signari visionem. & prophetiam dicebat [Daniel] quoniam ipse est signaculum omnium prophetarum adimplens omnia: quæ reirid de eo Prophetæ nuntiarunt. Quia verò finis habet rationem boni, & mouet in iudicio desiderium sui, ut ad finem tendant, hoc ipsum præstat Christus Dominus, ut ad ipsum festinemus per media Scripturarum. vnde Bern. tract. de diligendo Deo, sic ait. Ambulant naturaliter appetentes, unde finiant appetitum, & insipient responderes, unde propinquenter fini: fini dico, non consumptionis sed consummationis, & perfectionis, hic autem Christus est, finis, it August tract. 55. perficiens, non interficiens, finis quoque eamus non ubi pereamus. quare sicut ignoratio scripturarum: ignoratio Christi est, ut dixit Hier. prol. in Esaie, ita ex intellectu scripturarum, Christum inuenimus, qui per easdem innitat, ut ad ipsum curramus tanquam finem, & terminum. Nec obstat, quod Christus dicatur Via, nam non propter hoc excludit rationem termini, & finis, sed denotatur esse finis sub fine, ut per eius cognitionem perveniamus ad Patrem. Imo ex hoc propositionem demonstratur. nam sicut omnes semitæ in unâ tâdem viam publicam, & regiam terminantur, ita omnes Prophetæ in Christum collimantur, vnde Theodoret.

in Iere. c. 6. Multæ quidam viæ sunt SS. Prophetæ. via autem veræ bona est Dominus noster. Ad hanc dicit unaquæque viarum propheticarum. singuli Prophetæ viam hanc ostendunt, quemadmodum enim una est via quæ dicit ad maximas urbes, quæ regiam appellare sollemus: ad hanc porrò semitæ quedam à pagis, & agris desuenties dirigunt: si una est via, qua dicit ad Patrem, nempe Unigenitus Filius Dei, & BB. Prophetæ, veluti semitæ quedam ducunt ad hanc eos, quibus per has iræ libuerit: licet autem in rebus naturalibus idem non possit esse efficiens, vel finis, vel materia, quia materia, vel subiectum in quantum huiusmodi sunt ens in potentia, finis, & efficiens actualitatem dicat, vnde impossibile est idem esse in actu, vel potentia; & finis à materiali causa cù realiter secernatur, non potest cum illa coincidere: quia tamen in aliqua facultate obiectum, seu subiectum tale dicitur secundum nostrum modum concipiendi, prout cognitionem nostram dicitur terminare, non implicat idem esse efficientem, & materiam, seu subiectum, ut si scientia versetur, verbi gratia circa intellectum ageret. Similiter finis cum materia potest coincidere, ut in scientia morali, quæ tractat de ultimo fine hominis. Cum ergo scripture veteris finis dicatur ipse Christus, materia quoque est circa quam scripture versatur, idem Christus erit: vnde ut idem sicut principium, & finis scripture habetur, & in hac re coincidunt similiter nedum ut finis, sed ut obiectum, seu materia dici debet. Quare ipsa scripture liber viæ meritò dicitur, quia finis, & scopus totius scripture Christus est: vnde idem metu dicit. In capite libri scriptum est de me quem locum Arnobius, & Augus. et si exponant de libro psalmorum, Tertullianus tamen libro contra Praxeam, & Hilarius in expositione secundi psalmi, per caput libri initium totius diuinæ scripture intelligunt, vnde & Hier. in cap. 29. Isai. In capite, ait, libri scriptum est de me, non Ieremias, non Ioseph, sed in omni scripture sacra, quæ unus liber appellatur. Veruntamen sciendum est, quod diuersimo de scripture loca adaptantur ad Christum; quædam secundum sensum litteralem tantum, quædam secundum sensum mysticum, quædam tñm vtrumq; quædam per accommodationem. primo modo proferuntur quædam loca, quæ litteraliter intellecta non possunt nulli, nisi Christo adaptari, ut cum dicitur. Non afferetur scriptum de Iuda, nec dux de femore eius donec veniat qui multedus est. Secus quædam in sensu mystico sic multi putant secundum sensum mysticum intelligi illud Osee. Ex Aegypto vocavi filium meum; ut & quædam in sensu litterali, & mystico, ut cum dicitur. ego ero illi in patrem: & quædam per accommodationem, ut cum dicit Dominus in die iudicij se dicturum reprobis, discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem, & per hæc patet responsio ad obiecta.

### Solutio argumentorum.

A D primum respondet illum locum significare in sensu litterali, ut dicit Leo Papa ferm. 2. de nativitate Mariæ, quod noxiæ capitii elationem Christus sua virtute contereret, qui natus ex Virgine violatorem humanæ propaginis incorrupta nativitate damnaret. Vnde S. Cyprianus aduerit, quod dicit. Ponam inimicities inter te, & mulierem, non dicit ponat Cypr. ne ad Euam pertinere videretur, &c.

Ad

Ad secundum respondetur loca illa intelligi, vel in dupli sensu litterali, & myſtico, vel in ſenſo myſtico ſolum: locus vero ultimus non potest intelligi per accommodacionem: quando quidē citatur ab Evangelista, & dicitur *tunc impletum eſt, quod dictum eſt per Prophetam, dicentem.* Aperiam in parabolis oſ meum, eructabo abſcondita, per illam autem notam, non potest intelligi ſenſus ex ſola accommodacione, ut dicetur infra cum tractabimus de ſenſibus ſacrae Scripturae.

## ARTICVLVS SECUNDVS.

*An Christus tantum fit obiectum ſacrae Scripturae.*

*Pro parte affirmante.*

**T**otam narrationem Scripturae eſſe de Filio Dei multi Scholastici dixerunt, ſed diuiniſi ſunt, qui-dam dixerunt eſſe narrationem de filio Dei ſecundū ſpecialem rationem filij, & ad intra; alij vero dixerunt Deum eſſe ſubiectum ſub ratione respectiva ad creaturem, nempe Deum ſub ratione instauratio-nis. primum defendant quidam apud Battolum q.3. ar.2. §. ex p̄dictis in 1. ſentent. ſecundum Hugo de S. Victore dum dixit opera restaurationis eſſe obie-ctum, hoc eſt Deum ſub ratione reuſtaratoris, & ſequitur Dur. q.5. prol. à nu. 16. uſque ad 20.

Arguitur primo pro hac tentia, quia Apoc. 1. dicitur. *et omnia principium, et finis Scripturae reuelatae,* & Ioan. 20. dicitur, *hac autem scripta sunt, ut credatis, quia Iesus eſt filius Dei.* tota ergo narratio Scriptu-re eſt de Filio Dei ſecundum rationem filiationis.

Confirmatur, quia ratio motuа fidei, quę eſt verbum exte-num ſumitur a verbo Dei interno. ideo enim exte-num eſt infallibile, quia conformatur interno: vnde in cap. 1. ecclesiastici habetur *fons sapientiae verbum Dei in excelsis, ratio ergo filiationis verbi eſt, quę per ſe attendiuit in ſacra Scriptura.*

Secundo, quia Christus Dei Filius eſt, & Deus: ac omnia quę in ſcriptura tractantur referuntur ad Deitatem: ergo.

Tertio, idem eſt obiectum Theologiz, & pri-ci-piorum fidei, inter quę eſt ſacra Scriptura: at obie-ctum fidei non eſt Deus; vt ſic, ſed ſub ratione Salua-toris, & Trinitatis mysterium implicitè continentur in ratione Saluatoris propter determinationem personae Redemptoris.

Confirmatur, nam in primo, & uniuersalissimo principio illo. *Accidentem ad Deum oportet credere, quia eſt;* continetur redemptio. ex S. Th. 2.2. q. 1. a. 5. cum enim eo principio prouidentia credenda proponatur; in prouidentia continetur dispensatio ſacramenti Incarnationis; vnde quia hoc principium creditum fuit in lege natarę, & ſcripta ſecundum hōchabitā fuit implicita fides Incarnationis.

*Pro parte oppofita.*

**S**ed contra eſt, quia dicitur Ecclesiastici 47. *con-ſummatio sermonum ipſe eſt.* hoc eſt ipſe eſt ſco-pus, & obiectum doctri-nę reuelatae, ipſe nempe

Deus ſub ratione deitatis, cuius agnitus per ſe pri-mo intenditur.

Secundo, quia non ſolum filij: ſed & aliarum per-ſonarum cap. 3. tradita eſt notitia in ſcriptura. vnde de Patre fit mentio Ioan. 17. *Pater manifestauit nomē tuum hominibꝫ.* de Spiritu sancto Io. 15. *cum vene-rit paraclitus, quem mittam vobis a patre spiritum ve-ritatis,* &c. & in actibus Apoſtolorum, ex i[n]ſtituto tra-dit[us] Spiritus sancti notitia.

Tertio, quia cetera reuelata in ſcriptura non di-cunt attributionem ad Filium, prout eſt diſtincta persona ab alijs, imo potius, ut habet communem virtutem creatuarū cum alijs: attributio ſiquidem creature fundatur in aliqua ratione causalitatis, quę vna eſt, & indiuidua, & communis omnibus diuinis personis, ergo, &c.

Quarto, alie diuinæ personæ non habent attribu-tionem ad Christum, cum Deus ſit absque illa de-pendentia, & attributione ad unionem hypostaticā: per ſe ergo pertinent ad theologia[m] absque attri-butione ad Christum.

Quinto, quia in ſacra Scriptura maior eſt contem-platio de Deo ſecundum ſe, ſecundum quod perfe-ctus eſt, quam in ordine, & habitudine ad aliud, v3. ſecundum rationem redemptoris, & huiusmodi, imo haec omnes habitudines ſunt potius veluti propriæ paſſiones, vnde tandem in primam ſubiectum quaſi reſoluuntur, vnde nec in his ſitit noſtra fides tan-quam principale, & primarium obiectum, ſed in Deum figit obtutum, ut dum viſibiliter Deum co-gnoſcimus, per hunc in inuſibilium amorem ra-piamur.

## CONCLVSIΟ ORTHODOXORVM.

*Deus ſub ratione deitatis eſt obiectum ſacrae Scripturae adæquatum: Christus autem Dominus ſubiectum principale.*

**R**espondeo dicendum, quod aliud eſt querere de materia ſacrae Scripturae, aliud de obiecto ade-quato ſacrae Scripturae: materia ſiquidem scientiæ alicuius dici potest quicquid cadit qualitercumque ſub consideratione Scientiæ. Subiectum vero, vel obiectum Scientiæ eſt illud, de quo per ſe primo, & principaliter conſiderat Scientia. Si loquiamur de materia Scientiæ ſic ab Hugone in principio de fa-cramentis dicitur. *Quisquis ad diuinorum ſcriptura-rum lectionem erudiendus accedit, primum conſiderare debet, quę ſit eorum materia, circa quam versatur eorum tractatio, ſabdens, quod ſicut ſecularium ſcientiarum eſt mundus cum ſuis elementis, materia autem iſtius doctrinae eſt Verbum humanatum, cum ſuis ſacra-mentis.* Vnde ſicut etiam dicit August. de doctrina Christiana p. li. c. 1. *Totius ſacrae Scripturae tractatum versari circa res, & ſigna,* quia ſcilicet ſunt eius ma-teria, ita & Christus Dominus dici potest materia doctri-næ ſacrae Scripturae, cuius ratio inde accipi po-test. Si vero loquiamur de obiecto adæquato, Deus ipſe ſub ratione deitatis eſt obiectum: nam ad ratio-nem obiecti adæquati requiriuntur, ut omnia con-tinent nō ſolum per modum attributionis, ſed etiam per modum inclusionis: Christus autem non inclu-dit omnia, quę tractantur in theologia, neque vt Filius

filius est, nequè ut est compositum inestabile, neque quatenus caput corporis mystici: personæ enim diuinæ, et si habeant relationem ad ipsum, tamen non includuntur formaliter in ipso, vnde & Theologia à Deo denominatur sub ratione absoluta, non ab eodem, vt instauratore, vel ut redemptore, aut alia ratione determinata, aut respectuua. Verum est, quod Christus est subiectum principale, quia ferme omnia, quæ tractantur ad Christum reducuntur. vnde dicitur Eph. 1. *proposuit in eo. Et. instaurare omnia in Christo,* quo loco græcè est ἀνεφάλαιωσαι recapitulare; ducta metaphora à Rerorum epilogis, in quibus tota causa summarie continetur, ac si dicat in Christo tanquam in summa recapitulata sunt omnia. Quia vero hæc omnia tendunt in Deum, dicente quoque Apostolo 1. Cor. 3. *Christus autem Dei, in quem sit ultima resolutio,* Deus est adæquatum subiectum: Christus autem Dominus principalis materia. Et per hæc patet responsio ad obiecta.

Ad primum enim respondetur, dici Christum principium, & finem, sed in ratione principij, & finis creaturarum, in quo etiam includuntur omnes diuinæ personæ, & sic attributio creature in ratione effectus ad Deum refunditur in ratione causalitatis efficientis, & finalis. vnde quæ tribuuntur vni personæ, non tribuuntur ad alias excludendas, sed dum ad vnius Deitatem ostendentiam assumuntur, alias in eiusdem personæ consortium adiscuntur: & sic respondetur ad locum de signis, quæ facta sunt ad manifestandum Christum esse Deum. non autem sequitur propterea filiationem esse rationem termini nativam totius scripturæ, aut diuini verbi reuelati, quod non tam à Filio, quam ab alijs personis reuelatum est: vnde interdum dicitur, vt Matt. 16. *Caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus,* interdū nemo nouit Patrem, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et c. Matt. 11.

Ad secundum, Deus est Filius, sed etiam & Pater, & Spiritus sanctus, & propterea non Filius sub ratione Filii, sed sub ratione deitatis, quæ communis est alijs personis terminat cognitionem sacrae Scripturae.

Ad tertium negatur minor, vt patet ex ijs, quæ dicta sunt. Ad confirmationem, omnia illa attributa, & quasi passiones, instauratoris, glorificatoris, cum sint respectuæ, tandem in absolutam resoluuntur, & sic potius Deus sub ratione deitatis est obiectum adæquatum, quam sub ratione instauratoris.

### ARTICVLVS VLTIMVS.

*In quo ostenditur quomodo in Christo recapituletur quicquid in veteri, nouoque testamento tractatur.*

**C**VM ergo Deus in se trinus, & unus sit creator mundi, gubernator, liberator hominis à peccato, &c. ac demum glorificator, de Deo tāquam preceptu obiecto agere merito diximus, de creaturis autem omnibus in ordine ad Deum. Similiter cum Christus sit principia materia, & obiectum, de Christo Redemptore primò, & per se tractant sacrae litteræ, de populo vero redempto, vt suscipit beneficium redēptionis, & vt illi per spem, fidem, & charita-

tem copulatur, & de observantijs mandatorum, in ordine ad beatitudinem capessandam secundario agit. Hinc est, quod omnia, quæ in scripturis dieuntur, & credenda proponuntur, sive de Deo, ut creatore, sive creaturis, de Deo, vt instauratore, aut de instauratis, sive de medijs redēptionis, vt sacramētis, & aetibus virtutum, quibus gloriam promerentur; etiam dicta, vel facta particula rium personarū, quæ afferuntur in exemplum virtutum, & fugam virtutum, omnia sint in Christo recapitulata, vt plures dixerit Christus Dominus (vt supra dictum est) Moysēm, & Prophetas de illo testimonium perhibuisse. vnde incipiens à Moysi, & omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant.

Genesis ergo argumentum est, mundi creatio ex qua creator innoteſcit. Specialis etiam in Genesi Christi cum Ecclesia coniunctio designatur in formatione Euae, cum dictum est Gen. 2. *Hoc nunc os ex ossibus meis.* ibidem Messias promittitur Gen. 22. Benedicentur in semine tuo omnes gentes. Abraham, Christo testante Ioh. 7. *Exultant ut videret diem nunc, vidit, & gauisus est.*

Liber Exodi tractat de Deo Redemptore populi Iudeorum à servitute Pharaonis, & promissio, & pactum primum, quod subintravit, fuit agnus, & phase Domini, quo mediante eductus est populus de Aegypto. fuit autem hoc figura Christi veri agni immaculati, cuius sanguine erexit sumus de durissimo Pharaonis imperio. Tractatur insuper de institutione Reipublice Israelitice declarando ordinem magistratum, & publicarum legum, &c. Rursus à cap. 19. vsque ad 20. dedit præcepta moralia, à 20. vsque ad 24. dedit præcepta iudicialia, à 25. vsque ad finem ceremonialia, quæ erant figura Christi Domini, qui datus erat nouam legem, &c. Vnde ab aliquibus Exodus dicitur *Christianus catechismus.* vnde Ederu 2. p. Oeconom. initio exodi pag. 108.

Liber Leuitici peculiaria continet præcepta ceremoniali, ibi ponuntur leges sacrificiorū, initiando rum, & aliorum &c. sive autem sacrificia vetera figuræ Christi Domini in ara crucis immolati docet Patres Origenes in Leuit. Isidorus, Hugo, &c. vide S. Thomam p. 2. quæs. 1. 102. Si c Ecclesia sub Patriarchis in Genesi, in Exodo sub Dicibus, sub Sacerdotibus, & Leuitis in Leuitico propagabatur.

Liber Numerorum continet aliqua spectantia ad institutionem populi quoad politiam, & humanum coniunctum, quæ valde necessaria erant populo illi; qui proficisci debebat, & de profectione etiam dantur præcepta necessaria populo illi, in profectionis actu, & alia ad terminum accedenti. Ibi illustre testimoniū habetur de Christo cap. 24. *Orietur stella,* &c. & cap. 27. Serpens eneus figura Christi ex c. Ioha. 4. in deserto exaltatur. Cōtinet vero hic liber historiā 39. annorum vsque ad decimum mensē 40. anni egressionis ab Aegypto.

Deuteronomium, quod secunda lex interpretatur, veluti epilogus legem exponens, sī Augustinum de mirabilibus sacrae script. cap. 35. & q. 45. in Deuteron. Hierony. ad Fabiolam, & ad Paulinum, cap. 7. Isidor. 8. etimolog. Euangelium representat, quod est secunda, & æterna lex, cui altera non succedit, ibi Christus expresse promittitur cap. 18. *Prophetam de gente tua,* & de fratribus tuis suscita

*bit sicut me Dominus Deus, &c.* complectitur autem historiam duorum mensium anni 41. egressionis ab Aegypto, vide Ederum 2. lib. suæ Occonom.

Liber Iosue agit de Deo veraci, & fidelis in præmissionibus suis, dum per Ducem suum Iosue introducit populum Dei in terram promissionis, & ad euertendam Hiericho, aliasque inuaderet hostium plagas, & terram diuidere, & spolia in funiculo distributionis: fuit autem expressa figura Christi Domini Iesu Saluatoris, quem nedium nomine Iosue, sed & rebus gestis indicauit fore, quod Christus Iesus introducturus esset fidelem populum in sempiternam felicitatem.

Liber Iudicum continet historiam tredecim Iudicum, qui fuere à morte Iosue usque ad Regem Saul, qui populum suum à nationibus incircuncisis vexabantur: vnde quot habet Præcipites, & prelia, tot continet de Christo, eiusque mystico corpore sacramenta. expressæ est ibi prophetia de vellere Gedeonis, descensum in uterum virginalem, ad umbras, & victoria de Madianitis reportata typus est victoria, & triumphi crucis quando sceptrum exactoris eius superauit, Esaiæ testante, sicut in die Madian. Esaiæ 9.

Liber Ruth prouidentiam paternam Dei ostendit, in opitulatione Elimelech peregrinantibus, in reversione Noemi, in desponsatione Booz cum Ruth, desponsatione Christi cum Ecclesia præsignante, in fine eius libri attextitur catalogus generationis Saluatoris: quem Mattheus cap. 1. secutus est, ut aliás diximus.

Liber primus, & secundus Regum, de Deo tractat, vt sublimatore populi sui tempore David, & Salomonis, ibi mystico sensu confirmatur veteris Regni Hebreorum cum sacerdotio antiquo reprobatio; noui Regni, quod est Ecclesiæ erectio. In tertio vero, & quarto libro de populi eiusdem ultione propter idolatriam, vnde regnum diuolum est, & in captiuitate ductū est, q[uod] fuit figura euersionis, & captiuitatis ultimæ rebellis populi Iudaici, tractatur.

Libri Paralipomenon subsequentes sunt epitomen librorum Regum præcedentium, quibus tanta laudem Hieronymus tribuit ep. 103. vt dixerit absq[ue] illis. si quis scientiam scripturarū sibi voluerit arrogare: se ipsum irrideat, per singula quippe nomina, uncturasque verborum, & prætermissa in libris Regum iunguntur historiæ, & innumerabiles explicantur questio[n]es Euangeli.

Libri Esdræ docent, quomodo sub Eliab Pontifice, & sub Dario Rege facultatem à Rege obtinuit reedificando muros Hierusalem prout præstitit. Portas obserauit, Civitatem populosam reddidit, eadēm conseruauit, ministerio Sacerdotum, genealogiam, descripsit, mala correxit, quæ ob eius absentiam contigerunt. item ibidem habetur Sacerdotium leuitarū Israelis, ac proselytorum, & operum diuisa ministeria, quæ omnia mysticas habent significaciones, nimirum foundationis Ecclesiæ, & Ecclesiastice Hierarchiæ.

Liber Tobiae non tam hominis vitam in iustitia pietate, & tolerantia erudit, sed & sua mysteria in cortice seruat, agit etiam de Deo protectore sub capititate facta per Assyrios.

Liber Hester, atque Iudith præterquam quod continent protectionem diuinam in liberatione populi sui per Esther, & Iudith, per illam cum populus, qui

remansit sub ditione Persarum, & Medorum ab Assueris edicto liberatus est; per istam cum Holofernem à Rege Assyriorum ducem validissimi exercitus missum ad depopulandum varias regiones, & regna, obtruncauit: sub quarum fæminarum typo Sanctissima Maria Deipara præfigurata est, cuius maternitate dæmonis caput contritum est, & eius intercessione populus Dei liberatur à diaboli insultibus.

Iob liber præter singularis patientiæ exemplum, peccati originalis deplorationem, diuinæ prouidentiæ commendationem, prophetiam de Christo continet: nam vir sanctus in carne sua se visurum Christum Salvatorem (cuius figuram in suis plagiæ expressit) apertissimè prænuntiat.

David in psalterio virtutum omnium emporium producitur, vt meritò omnibus horis in Ecclesijs personæ, illiusque verbis horas statas, sacrasque Domino decâtemus: de Christo, & Ecclesia tot sunt expressa testimonia, vt ferè nihil factum sit circa Christum, & Ecclesiam, quin futurum esse divinus psalmes in spiritu non pronunciarit. vnde Hieronym. in prefatione in psal. dixit, *Omnes psalmi in persona Christi loquuntur.*

Libro Proverbiorum diuina sapientia tanquam cœlestis pedagogus introducitur, nos instituens, & expressæ cap. 8. vbi dicitur, *Dominus possebat me in initio viarum suarum*, prophetæ de Christo, seu de sapientia incarnata intellexerunt Clem. Rom. 5. constit. Apostolic. cap. 19. Concil. secundum Hispan. cap. 13.

Ecclesiastes vanitatem mundi, omnium quæ sub sole sunt contemptum prædicat, affectus componit, Deum pro ultimo fine ostendit, futurum iudicium, præconizat, typus expressæ Christi Domini, qui ex omnibus gentibus populisque duabus vnam sibi fecit Ecclesiam, cui euangelizavit dicendo, in ipso impletum, quod scriptum est. *Spiritus Domini super me, &c. ad annunciatum mansuetis misit me.* Esaiæ 61.

Canticorum epitalamia Christi, & Ecclesiæ, Christi, & Virginis Christi, & animæ expriment. Liber Sapientia ipsum Christum Dei virtutem, atque Sapientiam proponit, & assert. Iudeotum cōspirationem contra Christum, lignum crucis, & turpissimam mortem apertissimè continet, sapientiæ eiusdem mirabiles effectus declarat, & ligni illius virtutem, sat manifeste insinuat, & per locum à contrarijs effectibus, & exitibus mortalium, quantum præstiterit sapientiam dilexisse, declaratur.

Ecclesiasticus liber pro obiecto Deum habet, vt doctorem erudientem genus humanum. de Christo testimonium habetur expressum, *Ab initio, & ante secula creatum*, Ecclesiastici 24. quæ locum de Christo intelligendum, Patres aperte describunt. vide S. Th. 4. contra gentes cap. 8.

Prophetæ maiores Isaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, sic expresse mysteria Christi Domini, & Beatusimæ Virginis, & Ecclesiæ, & vocationis gentium, aduentus Antichristi, & futuri iudicij continent, vt ceci palpantes in meridie miseri Iudei habeantur, qui vel suos codices intelligere non valent, vt verum sit, quod aduertit Augustinus, dum non credit scripturis nostris impletatur, quod in codicibus eorum scriptum est, ex ea eorū populi huius, &c. Esaiæ 6.

Qui

Qui eos insecuri minores Prophetae, quos Deus, vel ad consolandum, vel ad renunciandum à peccato, vel exhortandum destinabat, in his consolationibus Comminationibus, & huiusmodi Christum Dominum praesignabant; sic testatur S. Petrus Actorum 10. dicens: *Hui omnes Prophetæ testimoniū perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum.* Vnde & R. obi Salomon apud Lyram utrius commentarii, in Ezechiel offendit, omnes Prophetas non fuisse locutos nisi ad tempora Christi resipiendo.

Machabæorum libri illustrium virtutum confessorum, ac martyrum ad pietatem, fortitudinem, religionem, certe asque virtutes nos prouocantium facte continent: dominationē desolationis in templo futuram iuxta Danielis Prophetiam ostenduntim pletam in erectione statuæ Antiochi, & alijs indigne gestis in templo, quæ omnia typus erant futurorum malorum circa tempora Antichristi. Ibidem piorum religio erga defunctorum animas sacrificium, intercessio sanctorum commendantur, quæ cù Aristarchi nostri temporis displiceant, mirum non est, si cum pietatem, & religionem a cordibus eorum eliminant, quod libros sacros detraxerint e sacro canone.

Quantum vero attinet ad nouum testamentum, Iuce clarius constat, agi in Euangelij de Incarnatione, Nativitate, Circuncisione, infantia, baptisme, doctrina, miraculis, passione, morte, resurrectione, Ascensione Christi Domini.

Liber Actuum Ecclesiaz initium, progressum, ac propagationem ostendit.

Epistole autem omnes, tam Pauli, quam Petri, Ioannis, Iacobi, Iude, ad iam fundatas Ecclesias, ex prædicatione Apostolorum destinabantur, vbi dogmatibus retinendis, moribus informandis, Dei, & proximi dilectione fideles instruebantur.

Apocalypsis vero Christum respicit Ecclesias Asie corridentem, & uniuersalem Ecclesiam erudiantem circa futura; ut penè quot verba sint, tot mysteria resonent. Vnde ibidem Christus principium, & finis describitur, in quem totius scripturæ libri terminantur, qui est super omnia benedictus.

#### CONTROVERSIA IV. GENERALIS.

##### De causa formalis sacre Scripturae.

D einde considerandum est de causa formalis sacrae Scripturae per tres controversias. Et primo qua forma nobis tradita sit diuina scriptura, neque qua lingua, quo charactere, quo stylo. Secundo, qua ipsa scriptura unum est ex medijs, quo controversiae explicantur; ac deciduntur (& est regula norma quæ credendi, et si non integra, & totalis, & de ratione normæ est, ut sit primum, & mensura regulandorum in eodem genere, habeatque rectitudinem in se formaliter, & alia quasi efficienter rectificet) agendum est de eadem scriptura, prout est canon. & mox de libris sacrae Scripturae, prout sunt canonici in tertia controversia.

#### CONTROVERSIA I. SPECIALIS.

C itea primum quæritur primo. An hebræa lingua scripta sit uniuersa veteris testamenti scriptura. Secundo quo lingua scripti sint libri noui testamenti. Tertio, quo charactere libri veteris testamenti scripti sint, & an hodie perseveret. Quarto, an libri veteris testamenti olim sine punctis loco vocalium, & accentibus, & sine finali versum distinctione fuerint exarati. Quinto, an omnes libri sacrae oratione soluta sint descripti. Sexto, an illa pars soluta oratione descripta sapientiam tantum, an etiam eloquentiam redoleat.

#### ARTICVLVS PRIMVS.

An Hebræa lingua scripta sit uniuersa veteris testamenti scriptura.

##### Pro parte negante.

V idetur quod non, quia cum Spiritus sanctus sit author sacrae Scripturae, eam linguam debet assumere, quæ ab æquiuocatione maximè distabat, cum æquiuocatio sophismatum, & errorum sit causa. At hebræa lingua multò plures habet voces æquiuocas, quam uniuocas, quod in nulla alia lingua cernitur; non ergo debuit Spiritus sanctus tali lingua in scripturis loqui. Confirmatur: nam lingua hebræa concisa est, brevis, & diminuta, quod indicat verborum, & nominum primitiorum paucitas, & modorum, per quos inflectentur raritas: item varia eiusdem per multas coniugationes inflexio, & significatio, quod in alijs linguis non appetit; non decuit ergo Spiritum sanctum hanc linguam assumere, quæ tam difficilis est ad conceptus exprimendos, cù dona Spiritus sancti sint ad utilitatem Ecclesiaz per diuinarum rerum manifestationem.

Secundo, nam in Genesi c. 11. linguarum confusio describitur, tūc ergo hebræica lingua potuit extingui. Quid si dicas eam, quæ prius erat, remansisse in domo, & familia Heber. Contra: quia talis lingua in uniuersam gentem suam Heber transfundere debuisset. Amplius cum tempore Phalech filij Heber confusio linguarum acciderit, ab eius nomine potius talis lingua ab initio communis, attulanda erat, vel à Noe, quem verisimile est multas linguas caluisse tanquam omnium patrem, ut qui multas orbis partes peregraturus erat, ut leges, & normas viuendi posteris daret; vel à primo parente Adam, qui rebus omnibus nomina propria imposuit. Confirmatur, quia Augustinus 16. de ciu. cap. vlt. dicit, quod à Noe usque Abraham cepit pueritia populi Dei, & ideo subdit, prima lingua inueniāt est, id est hebreæ a pueritia namque homo incipit loqui.

Tertio, ista lingua saltet in Abraham potuit detrimentum pari, cum Chaldeus esset, & in terra Chaldeorum educatus, & sicut Thare pater eius religionem exuit idolatrando, sic & religiosam linguam. Amplius in captiuitate Babylonica idioma Hebraicum similiter in Chaldaicum deflexit, sicut & post redditum ab illa deflexit in Syriacum. certum est autem post captiuitatem, & in captiuitate mul-

tos libros sacros descriptos , vt Danielis librum. Esd tñ, &c.

Quarto , Sapientiæ liber, Ecclesiasticus , & secundus Machabœorum pertinent ad libros sacros veteris testamenti , & tamen grecè perhibentur descripti , & propter hoc celebratur liber Sapientiæ præsertim, quod græcam eloquentiam redoleat, eadem ergo lingua ceteros præstasset describi .

Quinto, lingua Phrygia omnium linguatum prima afferitur ab Ethnicis: vnde Herodotus apud Ludouic. Viues 16. de ciu. cap. 11. narrat puerulos duos in sylvis enutritos primam vocem lingua Phrygia emisisse Bac, quod panem significat : vnde propter hoc eam linguam primorum hominum extulisse, & Phrygas primos homines , pronunciatum est , hac ergo prima lingua scripturæ scribi potuerunt.

Sexto, Philo de vita Moysis cap. 2. ait legem Moy si scriptam chaldaea lingua, & hebream linguam eadem esse , ac chaldaicam , quia Abraham de Chaldeis fuit. ergo.

### Pro parte opposita.

**S**ed contra est authoritas sacrae Scripturæ, qua primam linguam hebraicam fuisse tradit, Gen. 2. vbi dicitur , quod Adam omnibus animantibus terra nomina sua imposuit, & subditur . Omne enim quod vocavit Adam anima viventis , ipsum est nomen eius, insuper uxorem suam Euam vocavit , insuper nomen ipsius Adæ Cain, Abel, Seth, &c. antiquitatē eiusdem linguae ostendit, hæc enim nomina non fuerunt nisi hebraica , cum significationem in nullo alio reperiamus idiomate , & lingua, quam in hebreæ, vide Abul. in cap. 4. Gen. & Eugub. in cosmopoeia super Genesim, Salmeron proleg. 14.

Secundo , Genesis cap. 11. dicitur, quod ante divisionem linguarum terra erat iaby vnius, & sermonum eorundem , hanc autem fuisse linguam hebreæ duplex coniectura est ex Caietano . Vna quod hæc ante diluvium fuerat, quod nomen יהוה Iehohah Grecè tetragrammaton testatur. Altera, quod Babylonis nomen apud omnes gentes perseverasse videtur, & hæc Ciuitas non Heber, sed Nembrod extiterit: utrumque autem nomen hebraicum esse certissimum est.

Confirmatur , quia ceteræ aliae linguae orientales, vt Syriaca, Aethiopica, Indica, Chaldaea, Arabica ab hac originem suscepisse videntur, quod attestatur in primis harum linguarum alphabetum clementis vigintiduobus conclusum, totidem enim Hieronymus Syris, & Chald, assignat in prologo Galeato. Similiter consimilis incepit ab A. & autem est primum hebræorum elementum . Ipsorum elementorum nomina simillima sunt, vt patet in Arabicæ, & ceteris ferme orientalibus linguis præser- tim græca, vnde in signum, quod græci characteres ab hebreis fuerint desumpti, illud est argumentum efficax , quod Samaritanum alphabetum inuersa charta ad lucem si inspicatur maiusculas litteras græcas representare videatur, vt Salmeron proleg. 14 notat. Rursus (quod commune est orientalibus linguis) primam literam & alphabeti hebrei ponere solent pro prima persona temporis futuri, & secundum loco propositionis, h loco datini casus, γαph loco similitudinis, vt valeat sicut latine; Dini-

tio, loco ablatiui, &c. & tandem quod aduertit Hieronymus in cap. 3. Sopho, in ea verba , *Nugas, qui à lege recesserunt congregabo.* dicit, quod si uerat in hebreo translit. , *¶ vi sciremus, inquit, hebreas lingua omnium altarum matricem.* Hoc ergo supposito, quod ab ipsa traxerint originem, & non ē controverso, eo quod terra ante diuisionem linguarū erat labij vnius , cum unitas sit prior multitudine, & radix ramis, patet quod ipsa hebreæ ceteris antiquior extiterit, & omnium prima.

Confirmatur ex ipsis Gentilibus: nam Plinius 7. histor. natur. cap. 56. initio Chaldais, & Phænicibus (per quos Syros intelligit) litterarum inuentionem attribuit: Chaldaei autem, & Syri lingua, Hebraica est, vario modo corrupta. Ab iisdem Hebreis sapientia profluxisse diximus supra ex Patribus . ergo, &c.

Tertio , quia tabule lapideæ proprio digito Dei sunt descriptæ, & hebraico idiomatico, vt patet ex eurundem tabularum reseruatione in arca tot annorum curriculis. vnde & post mille fere, & quadringentis annis ab earum inscriptione, asportata sunt in montem Nebo 2. Machab. 2. per Hieremiam, ibidemque absconditæ, & secundum aliquos in triumpho Titi cum alijs spolijs eandem Arcam cum tabulis, & aureo candelabro sunt Romam adueniæ. vnde & in fornice portæ in arcu marmoreo hodie sculptæ certunntur. Lege Senensem li. 2. Biblioth. Ultimo, vt nō nullorum sententia est hac lingua beatos Deum in celis laudatores. ergo, &c. antecedens probatur ex Haymon in comment. cap. 3. p. ad Cor. Remigio ibidem, Ioan. Dominico nostro Cardinali, Georgio Veneto t.8. Harm. Mundi, Bonau. in prefat. ad comparationem aramçam , & à nostro Hugone Cardinali, Beati ipsi in celo, hebraico nomine vocabuntur יהוּה, idest saluator, & hoc esse illud nomen, quod promittitur Apocalypsi. 2. cap. 2. Vincenti, dabo mā, na absconditum , & dabo illi calculum candidum , & in calculo nomen nouum scriptum , &c. consequentia probatur, nam verba Dei decens erat nobis, iori lingua explicari.

### C O N C L U S I O.

Maior pars librorum veteris testamenti hebraica lingua descripta est.

**R**espondeo dicendum, sicut dicit Augustinus lib. 16. de Ciui. cap. 11. quod cum unam legatur fuisse linguam primitus omnium, & ante omnes filios Sem, commendetur Heber (à quo hebrei, in cuius domo lingua reserata fuit) quod hæc, hebreæ fuerit lingua, quam vt subdit Augustinus, Patriarcharum, & Prophetarum non solum in sermonibus suis, verum etiā in litteris sacrī custodiunt authoritas, & quum enim fuit vt quorum erat una, & eadem religio, eadem est, & lingua, quæ sicut verbum Dei traditum per Patriarcharum successiones exprimebatur, ita quoque & scriptum exprimeretur, & ad posteros transmitteretur, eademque loqueretur populus Dei ad inuicem, qua Deus cum populo suo loqueretur, eademque scriberentur religionis cuncta mysteria, quæ decalogi præcepta diximus esse descripta. Merito ergo hebraica lingua diuina veteris testamenti volumina descripta afferuntur, exceptis, secundo lib. Macha-

Machabœorum, qui Græcè scriptus est. Libri autem Danielis, Esdræ, Nehemias, Iudith, Thobie chaldaico sermone descripti afferuntur à Patribus, iam enim post captivitatem Babyloniam non Hebrea, sed chaldaica lingua videntur usque ad imperium Alexandri. Sub Alexandri verò Monarchia nobiliores Græca, vulgus mixto ex Græco, & Chaldaico sermone vtebantur. Vnde secundum temporum diuersorum Monarchias, diuersitas fuit linguarum, & iuxta illas à scriptoribus sacris libri descripti, ut ad nationes sub ipsorum idiomate peruenirent. Similiter liber Job, partim Arabico, partim Syriaco, partim Hebraico sermone fluit ex Hieronymo in prolog. in Job, quia auctor eius libri, è diuersis regionibus profectos amicos, suis quoque linguis loquentes introducit.

### Solutiones oppositionum.

**A**d primum respondetur non omnia verba hebreæ & quiuocæ esse, nisi omnium infelicissimum idioma dicamus, & confusionem maiorem esse in lingua hebraica, quam in Babylonice turris adificatione. Ea verò, quæ multa significat, à Spiritu sancto assumptæ sunt, ad plura significanda mysteria, quæ cum non possent explicari per unam dictiōnēm; voluit Spiritus sanctus in una voce, aut dictione multa significari, easdem voces ad significandum plures res accommodādo, & accommodatiōnēm istam ad verbētatem sensuum plurim litteralium reuelando: vnde omnis amphibologia, & deceptionis occasio tollitur. Ex hac response satis Abulensi in cap. 36. Genesis, & Goropio lib. secundo Hermat. fol. 25. contendentibus, hebraicam linguam non esse omnium nobilissimam ex allegato argūmento.

Ad confirmationem, in nulla lingua sunt tot tropi, schemata, figurataque locutiones, quam in lingua hebraica, à qua ceteræ linguae ea suffirantur sunt. Nec in alia tantæ est libertas simplicium verborum, tam quoad significationem, quam modū significandi, ut est videtur in Isagoge, & thesauro hebraico nostri Sanctæ Pagnini, & in Aria Montano p̄fatione ad Biblia hebraica, vnde non est adeo ieiuna, ut à quibusdam existimat, & si concisa sit, & Laonica ob eius maiestatem, ne sensus vilescat in aperta, & manifesta intelligentia; quam ex abditis sacrarum litterarum phrasibus, idiotismorum observatione, & exterarum linguarum administriculo venari oportet, propter quod & de hebreica Grammatica prouisū est, & ijs Rabbinis doctissimis, qui edocti à Patribus, & Prophetis eorum verborum interpretationes, & significaciones tradiderunt. Nihil modo dicimus de elementari scripturæ exponendæ ratione (de qua infra) vnde & humanitus ad intelligendas legislatorum mentes, hominumque contractus, & testimonia iurisperiti, titulos inscriperunt de verborum significations, & de verborum obligationibus. Ad secundum dicitur, quod lingua hebreæ remansit in domo Heber annis secundis 130. quæ non in totam gentem suam transfusa est, sed solum in eam, ut dicit Augustinus, cuius generationes perducuntur ad Abraham: vnde consulto alia serie generatio texitur Phalech filij Heber primogeniti pertinens ad Civitatem Dei, alia serie numeratur generatio lecti fratris Phalech pertinens ad terram civi-

tatem. Nec à nomine Phalech attulanda erat talis lingua: non enim tunc incepit, cum antea communis esset, licet tunc nomine Phalech iste fuerit appellatus, quod interpretatum est diuisio: tunc enim quando per linguas, diuisa est terra, Phalech natus est, antè quam diuisiōnem unitas linguae erat, quæ cum de peccato venerit, præter hanc debuit esse populus Dei, ut dicit idem August. Potius autem ad Heber, quam Noë, vel Adam denominationem accepit, quod mirum fuit in tanta confusione linguarum in unica familia illibatam custodiri. Ab Augustino verò dicitur tempore Noë inuentam linguam hebraicā nō absoluē, sed respectu populi multiplicauit, & in dies multiplicādi, quæ populu respectu pcedētiū hominū ante diluvium pueritia infantię succedēti comparauit, ea analogia, quod sicut etatē primam demergit obliuio, sic etatē prima generis humani deleta est diluvio; nec alia fuit intentio Augustini, nisi etatē analogia, & similitudine hoc declarare.

Ad tertium, sicut in familia Abrahæ religio conservata est, ita (etsi apud Chaldaeos ille moraretur) lingua hebraica apud eundem asservata est; imo & multò post in Iudeis diuersa fuit semper à Syrorum, & Phœnicum lingua, & ab alijs, vnde Origenes dixit 3. contra Celsum, quod hebrei suam patriam linguam habebant priusquam in Aegyptum descendenter, & hebraicæ litteræ diuersæ erant ab Aegyptiacis: quibus subdit, *Moysis usus, scripsit quinque illos codices apud Indeos habitos.* Verum per captiuitatem non nihil deflexit lingua eorum, vnde cum Assyria, & Chaldaica affinitatem habuit, & è contra non discrepantibus inter se essentialiter, sed solum accidentaliter (ex Georgio Michaeli in pludijs syriacæ grammaticæ) per earundem vocum mutationem, hoc est accessionem, transpositionem quandam, & sic hac lingua Danielis liber, Esdræ, Nehemias, ut dicit S. Hieronymus ep. 113, & 120. descripti sunt. Est verò huius variae deflexionis ratio, quia idioma Mænachias insequitur: quare sub Nabuchodonosor, sub quo tempore vixerunt Daniel, & Esdras, longè latèque propagatum fuit Chaldaeorum imperium. Vnde tunc cum floraret chaldaica, eaque opus esse tibi propter leges, statuta in magistratibus, iudicijs, & coniunctu humano, hebreæ cum chaldaea se miscuit: postea verò cum floraret Græcorum Imperium sub successoribus Alexandri, græca lingua longè lateque propagata est in tota Asia, in Aegypto, &c. magisque hebreæ imminuta est. Succedēte verò Imperio Romano latina lingua propagari cepit, hebreæ, & græca labentibus, sed multò magis hebreæ post Vrbis euersionem, ut iam non alias voces habeant Iudei, quam eas, quas in scripturis legunt: quarum nec omnium habent interpretationes, & commixti inter varias orbis nationes, non hebraicæ, sed earum idiomaticis loquuntur. Quare non est mirum si non præ hebreicæ, sed chaldaicæ, & etiam græcæ non nulli scripti sint veteris instrumenti libri, habito respectu temporum, in quibus scripti sunt. Florente enim Monarchia Chaldaeorum, scripti Daniel, scripti Esdras: florente vero Græcorum Monarchia liber secundus Machabœoru descriptus est. Tobias verò, & Iudith ex Medina lib. 6. cap. 12. chaldaico sermone descripti sunt, non quia tunc exciderit lingua Hebreica, sed quia ob Babyloniorum regum pontiam, cum in pretio haberetur Chaldaicus

sermo eodem Hebrei auctores sacri conscripserunt. Neq; oēs hi libri in toto, externo sermone, sed partim quoque hebraico descripti sunt secundum quod pro temporum opportunitate sunt editi.

Ad quartum negatur, quod liber Sapientiae cum Ecclesiastico, initio non fuerint grecè descripti. Salomon enim author fuit Sapientiae; certum autem esse debet nonnisi hebraico sermone descriptum: Author verò Ecclesiastici, ut dictum est, fuit aius Iesu filij Syrach, qui consequenter hunc librum hebraice scripsit, & à Iesu in grecum sermonem trāslatus est. Solus liber secundus Machabœorum sub Grecorum Monarchia descriptus est grecā lingua.

Ad quintum, non est mirum si talis fabula à Gentilibus descripta sit de linguarum primatu se iactantibus, cum & suis pariter arrogant artium, & scientiarum inuentionem, cum tamen eas ab hebreis accepisse constet. Vnde ab hebreis pariter lingue eoruū tāquam à matrice pariter effluerunt. vnde Plinius li. 7. c. 56. gentium scriptor sic, ait: *Litteras arbitror semper apud Assyrios fuisse, sed alij apud Aegyptios à Mercurio, vt Gellius, alij apud syros repertas volunt, de ijs loquens aperte, quibus vtebantur, qui circa Assyriam, & Mesopotamiam degebant veteres Patriarchæ (quorum sermo Hebreus erat) easdem quē postea Syris, & Aegyptijs trādiderunt, vnde, & aliarum gentium Alphabetā Hebraeam linguam, omnium fontem esse demonstrat, lege Petrum Victoriu in paradigmate de quatuor linguis Orientis, Arabica, Armenia, Syra, Aethiopica.*

Ad ultimum respondetur, quod lingua hebreæ latius accepta, non tantum puram hebraicam significat, sed eam, quæ chaldaicæ linguae mixta est, & hoc modo, Assyria, Chaldaea, &c. Hebreæ vocatur Ioan. 5. ac. 19. quare sicut Chaldaica lingua Hebreæ dicta est, vt & Syra, ita Hebreæ Chaldaica vocari potuit à Philone, in rigore autem, & stricto modo Hebraica, & Chaldaica distincte sunt linguae, vnde idem Hieronymus secundum aliquorum sententiam in eodem cap. Abraham duas linguas, & Hebreorum, & Chaldaeorum calluisse dici posse docet.

**ARTICVLVS SECUNDVS.**  
Qua lingua scripti sint libri noui testamenti, an solum Greca, vel etiam Hebraica, & Latina.  
**Positio Nouatorum.**

**N**on inutilis est quaestio ista, tum ad questiones multas, & lites de vocibus dirimendas, quæ in dictis scripturis reperiuntur, tum ad argutiam nouitatem, Erasmi, & aliorū qui eū imitati, vt Caiet. retundendam. Pretendunt ergo omnes libros noui testamenti lingua græca descriptos. Addit Hunnius apud Greiz. cap. 15. lib. 2. desensotij non posse ostendi Matthæum Hebraice scripsisse, & quidem de maiori parte non est controvergia. Apud orthodoxos solum de Euangeliō Matthæi, Marci, & epistole ad Hebreos exigitur quaestio à nouis catholicis. Caiet. initio Euangeliū in Matth. ait non fuisse scriptum Hebraice à Matthæo, Leo à Castro lib. 4. Apolog. cap. 10. nēdum Hebraicē, sed Græcē quo-

que descriptū à Matthæo perhibet. Syriacē scriptum dicit Bellar. similiter & epistolam ad Hebreos t. 1. lib. 2. cap. 4. alios citans. Marcum latine scripsisse aiunt Geneb. lib. 3. chton. Baron. in anno 45.

*Oppositiones pro parte affirmante, quod omnes sint scripti græco idiomate.*

**A**rguitur primo, quantum ad euangelicas scripturas, quod omnes scriptæ sint lingua græca, vel latina, quoniam eo tempore maximè istæ duæ linguae floreabant, ergo his linguis describi potuerūt. de lingua græca dicit Cicero oratione pro Archia. Græca leguntur in omnibus fere gentibus latines suis finibus sane exiguis contenta.

Secundo arguitur, nam si hebraicē Matthæus (hic enim excipitur) scripsisset non interpretatus esset sua vocabula hebraica, at cap. 1. scribitur. Et vocabulū nomen eius Emanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus, quæ interpretatio græcē est reddita, vel latine. est argumentum Caiet. Confirmatur, nam omnia alia græcē scripta à quibusdam dicuntur, ergo, & Matthæi Euangeliū.

Tertio, Hieronymus ad Damasum in prefatione Euangeliū scribens testatur se correxisse Euangeliū Matthæi non ad hebraicam veritatem, sed ad græcam: vnde si habuisset, vel vidisset Euangeliū hoc hebraicē descriptum iuxta illud emendasset, est Erasmi. Confirmatur, quia hodie tale exemplarū inspiceretur, si hebraicē esset descriptum.

Quarto, stylus Marci cōuenit cum stylo Matthæi, si ergo Marcus græcē scripsit. græcē etiam scriptit Matthæus, est eiusdem.

Quinto, videntur alijs, quod Matthæus non pūre hebraicē scripserit. Nam Christus Dominus, & Euāgeliste plurimis dictiōibus Syriacis vñi sunt, vt Ephpheta, Cephas, Raca, Māmona, Beyhsaida, Hacelde-ma, ita Salmeton proleg. 33. in ip̄simet Etangeliā plerumque suas voces exponunt hōc modo, vt Ioannes 19. Hebraicē autem Gabbatha, vel, hebraicē autem Golgotha, quæ sunt vocabula syriaca. Ex quo intelligitur aiunt syram linguam, & Iudeorum vernacula, hebream appellari. Confirmatur primo, quia de Paulo dicitur Act. 22. Cū audissent autem, quia hebraicā lingua loqueretur ad illos magis præsternit silentium: ea autem non potuit esse, quia in scholis edocebatur pūre hebraica, sed syriaca, quæ vernacula erat, & ab omnibus intelligibilis, propter quod dixit Apostolus velle in Ecclesia quinque verba, hōc sensu loqui, quam decem millia verborum in lingua; p̄ter rationem sermonis significans in Syrorum lingua, quæ erat hebreæ vernacula, vt colligitur ex Ambroso hunc locum exponente 1. Cor. 14.

Confirmatur secundo, quia lingua pūre hebraica eo tempore non erat in usum. Matthæus scripsit iam enim pliis, tanquam eruditus, erat in templis & scholis restringita. vnde Ioan. 5. de Christo admirati Iudæi dicebant. Quomodo hic litteras fecit cum non didicerit, Ioh. 7.

Confirmatur tertio, quia ea lingua descriptum erat ex quatuor vñam saltem Euangeliū, vi non solum à Scribis, & Pharisæis, sed ab infirmis multiitudine, & discipulis ex idiōtatum numero delectis, intelligeretur.

Con-

Confirmatur quarto, quia Matthaeum litterati sermonis nescium fuisse verisimilium est, cum esset publicanorum ordinis vir, alioquin non constasset opinio de tarditate, & imperitia Apostolici regis, quam etiam Christus sibi obiecta non curauit, quæ in gloriam eius redundabat.

Confirmatur quinto, erat consentaneum diuinæ prouidentiæ, ut cœstantibus legalibus ab aliis, & sacris nostris, paucis vocibus exceptis, purè hebraica lingua alegaretur, & nouus sermo disciplinæ cœlestis eius loco substitueretur.

Confirmatur sexto, si purè hebraicè Matthæus scripsisset Euangelium, non potuisset esse usi Indos, quibus illud Bartholomæus prædicavit, paucos enim hebraica pura ibidem auditores inuenisset, syriaca vero omnes: poterat enim ad eos ex Mesopotamia, vel vicinis regionibus emanare. Vnde Petras Syrorum litteris vii solitos scribit Epip. her. 66. qua lingua, impia sua mysteria Manes Persa descripsit. Accedit, quod cum floreret lingua purè hebraica intra limites 12. Tribuum restringebatur, sicut Iudaicè loqui, cum alijs gentibus tempore Ezechiae passim sciebant, ut patet 4. Regum 18. interpellatus enim est à nuntio Ezechiae Rabaces nuntius Regis Assyriorum, ut Azotice, hoc est syriacè non Iudaicè loqueretur, ut illū intelligere posset, & multò magis, Assyrijs victoribus, lingua hebraea defluxit, & Christi tempore vix in scholis, & templo retinebatur, quomodo ergo ab Indos poterat permeare? Accedit etiam quod reliqujs Christianæ pietatis, qua in his partibus orientalibus delitescunt syriaca lingua invita est, non purè hebraica.

Confirmatur septimo, quia Aegyptum, euangeli ex Hebræo, & Syro usum, testantur Euseb. 4. histor. cap. 22. Niceph. lib. 4. cap. 7. quod non nisi de Euangeliō Matthæi verificari potest. Hoc autem vestimentile est nedum ad Indos: sed ad alias nationes talis lingua descriptum peruenisse, nam Pantenus Stoicus in Aegyptum illud detulit, teste Nicephoro; nonnullæ Ciuitates, ut dicit Hieronymus in cap. 29. Esai. lingua syra vtebanur, idemque potuerunt Aethyopes intelligere, & in suam linguam pattiam Arabosyram vertere, sive Aethyopicam.

Confirmatur ultimo, quia si illud purè hebraicum à Matthæo descriptum esset, iuxta illud Hieronymus multa comprobasset, quæ tamen rejicit in comment. super cap. 12. ut patet de historia apparitionis Christi ad Iacobum iustum facta de clementario postolante sibi restitus manu manu atidam, ne mendicaret, & tractante Hieronymo expositionem docit illius, panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie, non correxit iuxta Euangeliū hebraicum (panem crastinum).

**S**ecundo principalius quantum ad Apostolicas scripturas, videtur quod omnes etiam epistola ad hebreos, græcè scriptæ sint, quia tunc notior erat græca, quam hebreæ, cum etiam quia Paulus græco termino descriptas scripturas in Synagogis legebat: & tandem quia non ex hebreæ sed 70. editione testimonia proterrit idem Paulus,

*Pro parte negante.*

**S**ed contra est quantum attinet ad Euangelicas scripturas. Primo est, authoritas Patrium, Papias

namque apud Euseb. lib. 3. cap. ultimo id docuit, dicens, Matthæus itaque Hebraica dialecto librum suum composuit, exposuerunt autem illum sicuti quisque potuit.

Irenæus lib. 3. contra heres. cap. 1. sic ait. Ita Matthæus in Hebreis, ipsorum lingua scripturam edit Euangeliū, cum Petrus, & Paulus Romæ euangelizarent, & fundarent ecclesiam.

Eusebius lib. 5. cap. 10. scribit Pantenum in India Euangeliū Matthæi hebraicis literis scriptum, & opera Bartholomæi illic relatum, & custoditum recessisse, quod & in Cypro in tumulo Barnabæ ipsius manu exaratum, postmodum repertum fuisse Theodorus lector lib. 2. collect. afferit.

Athanasius in synopsi. Euangeliū secundum Matthæum ab ipso Matthæo hebraica dialecto conscriptum, & editum est Hierosolymis, & interpretante Iacobō fratre Domini secundum carnem expositum.

Epiphanius heresi. 51. contra Alogianos ait. Hic quidem igitur Matthæus hebraicis litteris scribit Euangeliū, & prædicat, & incipit non ab initio, sed recentier genealogiam ab Abraham, &c. & heresi 30. contra Hebionitas Iudeum quendam nomine Joseph ad fidem conuersum quandam Gazophilacij domū aperuisse, ibidemque reperiisse Euangeliū secundum Ioannem de græca lingua in hebræam translatum: inueniebat etiam actus Apostolorum. Quin & Euangeliū secundum Matthæum, hebraicam plantam, & heresi 29. ait loquens de Nazareis, qui exemplar Matthæi nacti erant. Habent autem Matthæi Euangeliū perfectissimum hebraicè. Apud ipsos enim hoc clare quemadmodum ab initio scriptum est, hebraicis litteris adhuc seruatur.

Chrysostomus homil. 1. in Matt. Matthæus ait, accedentibus his qui ex Iudeis Christo crediderunt rogantibus, ut quæ verbis docuissent, hec eius in litteris servanda dimittentes; Hebreo dicitur Euangeliū scriptisse sermone.

Hieronymus multis in locis, sed præsertim in comment. super 12. caput Matthæi in commentatijs Eccl. cap. 6. & Osee cap. 11. & ad Damasum Papam. De novo testamento nunc loquor, quod Græcum esse non dubium est, excepto Apostolo Matthæo, qui primus Euangeliū Christi in Iudea Hebraicis litteris edidit. Et lib. de viris illustribus ait. Pantenum ex India Matthæi Euangeliū hebraicis litteris scriptum Alexandriam attulisse: ibique afferuari in Bibliotheca Pamphilii Martyris, his verbis. Porro ipsum Hebraicum habetur eque hodie in Cesariensi Bibliotheca, quam Pamphilus Martyr studiose confecit. Nazianzenus sub finem operis metrice scriptit.

*Iam vero pereurre nouæ mysteria legis  
Matthæus dedit Hebreis miracula Christi.*

*Ita Marcus scriptus tibi Achæia Lucas.  
Cæliagus sparsit cunctis suascripta Joannes.*

Augustin. 2. de consensu Euangelist. cap. 2. ait. Horum sane quatuor solus Matthæus hebraicè scriptisse prohibentur eloquio, ceteri græco. Odo Treverensis in martyrologio suo scribit Euangeliū hebraicis non græcis characteribus ipso Barnaba reuelante, fuisse repertum, licet Theodorus lector 7. collaganeorum, & Niceph. lib. 16. cap. 17. manu ipsius Barnabæ scriptum characteribus græcis insinuare videantur; sed primum verius, milius est, & verius, ut ostendit Baronius in annalibus.

bis. Idem probatur ex Syris, quos Græci sequuntur: tradunt enim Marcum Italicè scripsisse, unde Græci decantant Matthæum scripsisse: *βασις*: Marcum *πόμπη*: Lucam autem, & Ioānem *ελληνιστι*, quod asserit Guntachuzenus lib. contra Iudeos.

Secunda classis rationum: primo, nam, ut dicit Hieronymus in prologo super Matthæum, *vbi ceteri Euangeliſtæ editionem sequuntur 70. folius Matthæus ex hebraico fonte citat testimonia*, ergo evidens signum est, quod ut ceteri græci scriperunt, sic Matthæus hebraicè scriperit.

Secundo, quia sicut conueniens fuit figuram nempe vetus testamētum hebraicè scribi, deinde per 70. in græcum transferri; sic decens fuit, ut figuratum, hoc est Euangelium hebraico primò, mox græco describeretur eloquio.

Tertio, quia æquum erat, ut Euangelium tribus linguis describeretur, qd omnibus gentibus tradebatur: quare sicut latine scriptum fuit Marci Euageliū, & Luce, & Ioānis græcè, hebraicè Matthæus scribere debebat, propter quam causam, ut omnes lingue in his tribus præceptis sanctificaretur, titulus Crucis Christi tribus his linguis scriptus est.

Quantum verò attinet ad Apostolicas scripturas, nulla est controversia epistolas Pauli græco sermone descriptas: excipiunt autem Patres epistolam ad Hebreos, quam volunt hebraico sermone conscriptam, nam si priorum etatū testimonia exquiramus, inter alios adest Clemens Alexandr. qui lib. *Hy potyposeon* Lucam, vel Clementem interpretem epistola ad Hebreos fatetur apud Niceh. lib. 4. c. 34. cuius sententiam sequitur ipse Nicephorus.

Origenes in psalm. 1. ait. *Si requiratur per quem sit eius sermo compositus pro certiori quidem Deus viderit, opinio tamen, que ad nos peruenit est, vel quod Clemens Apostolorum discipulus, & Episcopus Vrbis Romæ, græco etiam sermone nō sensibus explicuerit, vel quod Lucas, qui Euangelium scriptus, & Actus Apostolorum exornauerit, evidens ergo signum est ex hebreo fonte conuersam in græcam linguam.*

S. Hieronymus catal. script. ecclesiast. ait. *Vel certe, quia Paulus scribebat ad Hebreos, & propter iniudiciam sui nominis titulum in principio salutationis amputauerit. scripsit autem, ut hebreus hebreis hebraicè, id est suo eloquio disertissimè, ut ea, quæ eloquenter scripta fuerant in hebreo, eloquentius verterentur in græcum.*

Quantum attinet ad canonicas, & catholicas epistolas, & Ioannis Apocalypsim, & actus Apostolorū non est cur laboremus.

### C O N C L V S I O.

*Etsi in maiori parte græco idiomate sunt scripti supradicti libri, non tamen omnes.*

R Epondeo dicendum, quod quantum attinet ad Euangelicas scripturas, certum esse debet, non omnes græco sermone esse descriptas: nam si locum, vbi scriptæ sunt attendamus, Remigius allegatus in catena S. Thomæ ait, quod Matthæus quidē scripsit in Iudea tempore Caij Caligula Imperatoris, Marcus in Italia Romæ sub tempore Neronis, vel Claudijs secundum Rabbanum, Clemens Alexandrinus

tradid apud Euseb. lib. 2. cap. 15. Marcum ad Italos, & in vrbe Roma scripsisse. Lucas vero in Achaia, Boetii &que partibus rogatus à Theophilo, & Ioannes Ephesi in Asia minori sub tempore Neruæ Principis. Ea ergo lingua consentaneum scribi fuit Euangelia secundum idioma locorum, in quibus scribabant, & ad quos, seu in quorum gratiam scribebant, ut dulcius, & suauius proprio quam peregrino sermone Christi dogmata perciperent. Vnde Act. 22. cum audissent Paulum hebreæ lingua loquentem magis præstiterunt silentium, propter quod quantum attinet ad scripturas Apostolicas, omnino dicendum est epistolam ad habreos hebraicè scriptam: sicut verisimile est epistolam ad Romanos per Tertium alias Teruntium latinum scriptorem latine ad latinos descriptam; sicut ceteras græce utpote ad græcas scriptas Ecclesias.

### Solutiones oppositionum.

A D primum respondeatur, quod et si eo tempore lingua græca maximè florceret apud ceteras nationes, hebreæ tamen in Iudea paribus personabat, pura quidem in templo, & scholis, Syraica vernacula sermone apud vulgus: harum duarum primam, consentaneum fuit, Euangelistam assumere ad scribendum diuina mysteria, ne omnibus essent peruria, & margarita ante porcos proijicerentur: vnde purè Hebraica fuit, non Syriaca quæ vulgaris erat.

Ad confirmationem, difficultas est inter Patres, num alia omnia Euangelia græcè scripta sint, nam de quibusdam non est quæsto de Luca, & Ioanne, solum de Marco controvexitur. Augustinus de consensu Euangeliſt. cap. 2. & Hierony. in prefat. græca lingua Marcum scripsisse docent, cum latius lingua græca pateret, & communior esset, & Marcus in latine lingua non esset instruētus, & Alexandria codicem Euangeliorum secum duxerit ad prædicandum, ex eodem Hieronymo de viris illustribus. Sed præter Nazianzenum, & alios citatos alij contendunt Italicè scripsisse. Hanc sententiam teneat Armacan. in lib. 9. qq. cum Armenorum, Iacobus Ianu. serm. de S. Marco. id quoque dicit Damasus in vita Petri, & verisimilius existimat, tum quia et si multi Romæ græcam linguam callebant, multo plures ignorabant, tum etiam quod illud Euangelium Marcus in scripta rededit, quod Romæ Petro prædicante audierat. Quod si Petrus latine lingua prædicabat, latine scribere debebat. Si vero græcè, in gratiam Romanorum, quibus scribebat latini interpretis officio fungi debebat, quam etiam pariter scire propter donum linguarum, vel ex tunc mundum occupante latino sermone, dictu non est incredibile; & tandem cum græcum Euangelium semilatinas quasdam dictiones contineat, non verè græcas, ut vocem *denarij* cap. 6. 16. 14. *census* cap. 2. signum est è latino fuisse translatum.

Accedit quoq; ut dicit Baronius anno Domini 45. n. 39. quod eo tempore cum est descriptum Marci Euangelium sub Claudio, non fuit permisso Romanis ut Græca lingua apud Sueton. in Claudio cap. 16. & in Vrbe penè exoleuerat, quare scripturus Marcus Euangelium Romanis, Romana lingua potius quam Græca usus est: & si traditioni Venetorum credimus lingua latine descriptum Euangelium Marci usque ad presentia

Sentia tempora cernuntur. Nec ullum incommodum est, quod Alexandriam pergens lauum codicem asportauerit; nam ut grecè illud vertierent ipso procurante fieri potuit, & sic omnia consonant. Quibus explicatis responderetur in forma ad confirmationem negando antecedens; negatur etiam consequentia propter rationes dictas.

Ad secundum. illa interpretatio vocum hebraicorum non est scribentis, sed interpretantis, simile etiam appareat Gen. 31. vbi Galaad ab interprete exponitur cumulus testis Ex. 16. Manhu: quid est hoc: quare consimiles interpretationes sunt adiectiones ipsorum Interpretum: vel dicendum in loco allegato ipsum Euangelistam talem interpretationem addidisse: cum enim Ἰησοῦς, multa significet nomen Deū, tum fortē, iuxta variam punctionem, ut ergo intelligeretur, quod Esias non fortē, sed nobiscum Deū significauerit, vocis illius ambiguitatem sua interpretatione declarauit. Similiter cum non pure hebraicē, sed syriacē, vel chaldaicē Christus Dominus exclamauerit in cruce dicens, elbos, elboi lamma sabachhani, consultò suam explicationem posuit anti quo idiomate hebreo, eli, eli, lamma sabachhani, quod postea versum est, Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me.

Ad tertium. correxit iuxta Damasi mandatum Hieronymus nouum testamentum ad grecam veritatem, quia fermē totum testamentum grecē scriptū erat, & quia hoc illi Damasus ininxerat, non tamē sit consequens, non fuisse hebraicē scriptum Euangeliū Matthæi, cuius etiā authographum excidisset, tantam obtinuerat in Ecclesia Christi autoritatem græcus codex, ut satis putarit Damasus ad normam græcam, latina exemplaria tunc vitiatā castigari.

Ad confirmationem. non necesse fuit ipsa authographa sactorum scriptorum conseruata fuisse, nec quia non reperiuntur in lingua, qua scripta sunt, negari debet non esse tali lingua descripta, alioquin Pentheucum oporteret dicere non esse descriptū hebraicē, cum authographum non reperiatur. Nam quod Munsteri opera vulgarum sit Euangeliū hebraicum Matthœi nostris temporibus, suspecta fidei reddit hæretici hominis labor, unde ab orthodoxis rejicitur, vñ. Andrea Masio, Gerardo Veldonico, Io. Alberto Vvidimunstadio, & Feuardentio in notis ad Irneum.

Ad quartum. convenientia stylī arguit, quod fuerint eiusdem nationis, seruantes idiosismos, & phrasēs hebraicas, quod & Lucas etiam obseruavit, cum tamen grecē scripsisse nulli sit dubium.

Ad quintū, dicēdū illas dictiones syriacas, purū sūt prolatæ à Christo, & vt erāt in vsu, salua syriacē linguae proprietate, & voce, & accentu: repositas esse in Euangeliō, tum vt illi linguae, qua Christus loquebatur honor etiam deferretur, tum vt etiam à vulgaribus hominibus sua vernacula in aliquibus dictiōnibus, in auribus eorum insonaret; nam nunc eo dem modo in honorem lingue sanctæ multæ dictiones hebraicæ, vt Amen, Halleluia relictæ sunt in codicibus græcis, & latini. Quod Euangelistæ dicant, hebraicē autem Gabatha, vel Golgotha, vt hebream vocem strictè sumptam per hebream latè sumptam hoc est syriacam vulgarem exponeret, author ipse, vel interpres usurpauit.

Ad primam confirmationem, eo loco syra, vel sy-

rochaldæica lingua, quod est dicere, hebreæ latè acce pra. Paulum locutum esse illud facit verisimile, quod ad populum erat verba facturus, ceterum in synagogis, hebreæ pressè sumpta de scripturis disservisse certissimum est, & idem dicendum cum ad Hebreos scriptis, altissima mysteria. Non fuit autem necesse describere Euangelistam omnibus peruvia, & aperta, qualis erat vernacula syriaca, ne mysteria propalarentur etiam auribus oppletis sordibus. Et æquum erat distinctionem esse inter Ecclesiasten, & scriptorem canonicum, & catechistam, & Euangelistam, nam Ecclesiasten, vel cathechistam vulgari lingua loqui, & sua vernacula, æquum est, vt dum instruit intelligatur. Quod in scriptore canonico, & Euageliō conueniens non fuisset, scribente mysteria, quæ non omnibus propalanda erant.

Ad secundam confirmationem, quia non erat insu, & tantum in scholis, & templo restringebatur hebraica lingua, eo aprior erat ad Euangeliū scriptō nem, cum in scholis, & templis decantandum esset Euangeliū, quamvis vernacula lingua ad populum in concionibus exponendum; non tamen vernacula lingua passim in manibus imperitæ multitudinis euulgandū erat, ne vilesceret. Et sic soluitur tertia confirmatio.

Ad quartam. verisimile etiam est, vt qui computus didicerat in teloni negotio, litteras hebraicas callet cum eadem litteræ, quæ computui deseruunt, pariter ad legendum inseruant. Satis autem fuit ad Christi potentiam ostendendam, quod maiori parte illiteratos elegerit, alioquin, nec in eius gloriam cederet, quod Lucas sapientiam secularem apprimē eductus voluerit sui Euangeliū descriptorem.

Ad quintam. sicut non fuit inconveniens verba multa Hebreæ retineri, quæ hodie in Ecclesia decantantur; sic nec indecens, quod per aliquot secula, hoc integrum Euangeliū retinereetur hebraicum, satis fuit quod tanquam trophyū hebreā lingua in Christi Ecclesia asportaretur, vt tripli lingua loqueretur in Euangeliis hebraicē, latine, & grecē, quæ filios per Euangeliū instruendos ex omni natione, & lingua, quæ sub cœlo est, in suo gremio concludebat. Verum est, quod propagata latina Ecclesia, sicut & græca exemplaria non habent tantam fidem, sic nec hebraicum quodcumque illud circūferatur ullius est pôderis, vt per hebraicā, vel græca exemplaria corrigendi modo nō sint latini codices.

Ad sextam, satis erat Ecclesijs Euangeliū pure hebraicē descriptum tragi legendum; vel in gratiam illius gentis syriacē verti potuit idem Euangeliū, vt omnes possent intelligere, solis sapientibus hebraicum legendum in scholis, & templis. Vnde nō fuit mirum, si Aegesypus legerit Euangeliū ex Hebreo, & Syro, quia præter authographum hebraicum purum alię erant versiones, quas consecere Apostoli, vel viri Apostolici; unde multi putat Marcum syriacam versionem edidisse, sed de his postea, & per hæc patet responsio ad septimam confirmationem.

Ad ultimam confirmationem responderetur, quod multo tempore, vt annotauit ejam Baiouius, purū illud hebraicē Matthæi descriptum Euangeliū seruatum est, vt patet ex autoritate Epiph. quod tamen postea hereticorum fraude in multis adulteratum est, & corruptum, vt supra cum de libris

epochryphis ageretur dictum est.

**S**ed ad secundum argumentum principale, licet notior esset quoad reliquias orbis partes lingua græca, quam hebreæ, non poterat esse notior eadem in parte Iudeæ, ad quam scribit Apostolus, nec græcæ tantum interpretatas dicimus scripturas, quam hebreas Paulus in synagogis Iudaorum volutabat: fieri etiam potuit, ut interpres vertendo hanc epistolam in græcum, iuxta 70. versionem, tanquam sibi notiore, & familiariori, ut dicit Sixtus Senensis noster, remonstra scripturæ veteris explicarit.

### ARTICVLVS TERTIVS.

*Quo charactere libri veteris testamenti conscripti sunt, & num bodie perseveret.*

*Positio quorundam Nouatorum.*

**M**ultiplex traditur character hebraicus, quare operæ pretium est scire, quoniam horum, sacra libri veteris instrumenti conscripti sunt maximè ad refellendas Nouatorum aliquorum argutulas nouitates; ne autem à vero aberrare contingat. Scidum ex Abraham de Balmis apud Ludouicum Franciscanum lib. 1. in suo globo lingua sanctæ, ex Francisco Blancorio in gramm. hebr. & Arias Montano tom. 3. Appar. cap. de Siculo, quod triplex forma characterum (qua apud ipsos inspici potest) assignatur. Vna antiquissima dicta transiit fluuij ante Noe, & diluvium. Secunda ante Zerobabel. Tertia moderna, qua hodie est in praxi.

Negant aliqui Nouatores immutatos esse priscos characteres, eosque adhuc perseverare contendunt, & Hieronymum exprobant, quod dixerit in prologo galeato Estdam reperisse nouas litteras hebraicas, & antiquas reliquias Samaritanis, nouisque tradidisse Iudeis, quibus nunc viuntur. Rursus illum exuflant, quod in cap. nonum Ezechielis scribēs asseruerit litteram antiquam τ (Tau), crucem exprimere. His sunt Frācis Iunius in primum caput. 2. lib. Bellarm. Hugo Brugthonus in concensu sub annum ante Christum 3380. & in cap. 9. Danielis. Burdo Scaliger in animaduersionibus Eusebianis, & si assertat pagina 103. alias esse litteras hebreas nūc, quam tunc, tamen ridet Hieronymum, in eo, quod dixerit Tau, crucis signum exprimere, ut patet pagina 109. Ionij expilator Pappus Argentinensis thesi. 12. de sacræ Scripturæ linguis, idem dicit, quod Iunius, & Scaliger etiam 7. de emendat. temporum. Et Rabbinis negant quidam, sic Rabbi Simeon apud Genesiodum.

**S**E Catholicis Baronius negat expresse, nec discrepare videtur Malus tenens Syriacæ istorum dierum esse antiquas hebraicas, quarum usum ob captiuitatem Babyloniam amiserant. Pro eadem sententia Theodoretus à quibusdam refertur.

### Oppositiones eorundem.

**A**rguitur primo, nam quod docuit Hieronymus à Iudeis præceptoribus didicit audacissimis cōmictorum magistris, & à Samaritanis, sicut ergo Michaelis fabula, est Iunius.

Secundo, nulla fuit occasio remouende scriptio nisi illius ab ipsis Patribus, & Prophetis sanctificata: ergo, &c.

Tertio, suaderi potest hæc positio authotitate Philonis lib. 2. de vita Moysis dicentis, illa ipsa lingua, & charactere, qua antiquitus scripta lex est, sic permanisse semper absque villa mutatione usque ad Ptolemaum Philadelphium, est à Baronio suffratum argumentum.

Quarto, quia secundum veriorem sententiam non sunt deperditi omnes libri scripturæ in captiuitate, ut proinde non fuerit necessarium Esdræ novos characteres inuenire.

Quinto, argui potest contra Hieronymum, nam dicit litteras hebraicas sono eisdem esse cum Chaldeis, & Samaritanis, solummodo ab illis in figuris, & apicibus discrepans: ergo chaldaeorum, & Samaritanorum eisdem sunt litteræ, sed haec immutatae ab initio perseverarunt: ergo & hebreæ. Confirmatur, quia Chaldaea lingua, & forma antiqua fuit hebreæ, & dicunt quidam, sed chaldaea remansit immutata, ergo & hebreæ.

Sexto, nullam cum cruce similitudinem habet Tau Samaritanorum: inanis ergo est Hieronymi coniectura. Confirmatur, quia hodie Alphabeti Hebreæ litera vna quoque patibuli, seu crucis figuram habet, ad forcam alludens hęc Iunius. Confirmatur, quia et si hoc dicat Origenes, ait Scaliger, hoc tamen non vidit, sed ex aliena fide recitat, & hoc Origenes satis Hieronymo, qui si Samaritanum confulisset alphabetum, alter pronunciasset.

Septimo, & est argumentum Pappi Christus Mater 18. solempni iuramento testatur [amen dico vobis], donec transeat celum, & terra, iota unum aut unus apex, non præteribit à lege] ergo est incredibile. Eisdam fuisse ausum characteres Hebreicos mutare, cum Christus tanta prouidentia, vel minimo iota hebraico cauerit.

### Confutatio eorundem.

**S**ed contra est primo authoritas S. Hieronymi non uno tantum in loco: nam in prologo galeato, id expresse significat, & super Ezechielem c. 9. sic dicit, & ut ad nos veniamus. Antiquis hebreorum literis, quibus usque hodie viuntur Samaritani, extrema Tau litera crucis habet similitudinem, que in frontibus Christianorum pingitur. & frequenti manus scriptura signatur, quod ab Origene est inutuatum, ut Eusebius in chronicō dicit.

Origenes enim hom. 9. in diverso ante Hieronymum dicit illos tantummodo reseruatos, quos Tau litteræ: i. crucis picturas signauerat.

Rupertus Abbas 3. de victoria Verbi Dei c. 25. ait ac per hoc recte dixerim, quia literarum authorem, siue inuentorem primum non hominem quempiam, sed Deum esse docuit, cuius hoc tertium esse minus ad cognitionem valens verbi sui, quod homini literas dedit, & subdit visibilibus signis sub istis signis primū illi populo credita sunt eloqua Dei, &c. cap. vero ultimo 7. libri dicit de Esdra, quod litteras sive characteres veteribus commodiores, atque faciliores iste reperit, & conscriptam legem populo tradens, &c.

Isidorus 1. ethymol. cap. 3. art. hebreorum literas à lege capisse per Moysēm, Syrorum autem, & Chaldeorū por-

per Abraham, unde cum Hebreis numero, & sono concordant, solis characteribus discrepant, certum est autem literas tertiae forma à Syro dialecto derivatas. legendus Beda in cap. 8. & 9. Esdræ.

Secundo probatur ex testimonio Rabbinorum: hoc enim scripsierunt Rabbi Bahal, Rabbi Moyses Basselah in itinere ad terram sanctam, Rambum in c. 29. Exodi, & alij, quos citat Rabbi Azarias in lib. meor Hennijm. trac. 3. cap. 56. fol. 171. c. 58. & 59.

Thalmudistæ idem fatentur, ut probatur ex libro Sanhedrim cap. 2. Dixit Morzotra. In principio lex data est in Israel in charactere hebreo, idest quo vtuntur in Mesopotamia ex lingua sancta, postmodum data est in charactere Syriaeo, & lingua Chaldea: Hebrei autem doctiores elegerunt characterem Syriacum, quo scilicet hodie vtuntur, & linguam sanctam, indoctorioribus vero, & idiotis. i. Samaritanis, ut exponit Rabbi Hista reliquerunt characterem Hebreum, & linguam Chaldaem.

Et lib. Meghila refertur quinque litteras duplicatas in alphabeto, quæ finales dicuntur post Moysem inuenientas: non ergo eadem litteræ antiquæ conservatae sunt.

Et communiter omnes Rabbini dicunt literas, quibus hodie vtuntur Hebrei, sunt illæ, quas ab Assyriis receptas attulerunt Hierusalem post transmigrationem, quarum adeo aliqua inter se sunt similes in figura, sicut quedam aliæ in voce, ut sâpe vel in legendō, scribendoque, vel loquendo errare continet: sic etiam Thalmud. loc. cit.

Tertio probatur ex Doctoribus, qui Sanctorum Patrum sententiam secuti id affirmarunt. sic noster Hugo Cardinalis, Lyranus, Tonstatus prologum galeatum exponentes. Hos secuti sunt Genebrardus in chronologia, Arias Montanus libro de Siclo, Bodianus in dictionarium Syrochaldæum, Masius in gramm. syriac. Picus Mirandula. epistola, quæ incipit, quisquis, Salmeron. prol. 4. Bellat. 2. cōtrou. 1. t. c. 2. & in fine grammāt. Villalp. in apparatu vrbis lib. 2. disp. 4. Pradus in Ezech.

Quarto ad hominem: nam Symmicta Iunij cum nostris Doctoribus sentiunt, sic Vvitakerus, & Burdo in comm. Eusebiano dicit fol. 103. vbi post scriptum alphabetum Phœnicium. [Habes exemplū literarum Phœniciarum vna cum figuris diuersis Graecarum: ex quatum comparatione per te ipse colligere potes id quod secundo loco posuimus, græcas litteras ē Phœnicijs natas &c. quibus olim Chananei, & Hebrei vsi sunt, & adhuc usque Samaritani vtuntur.] sequitur.

Nam & e. e. quibus hodie Iudei sacros libros, & omnia acta sua conscribunt, nuper e. ac nouitie sunt ex syriacis depravatae, illæ autem ex Samaritanis: quod cum luce clarius sit, tamen quidam semidocti semitheologi, & vi signantur loquar, semihomines non solum iudaicas litteras, vere hebraicas esse priscas audent deierare, sed etiam impios putant, atque adeo palam vocant, qui aliter sentiunt: ibidem ait. Visuntur hodie scilicet, qui quotidie Hierosolymis effodiuntur, & sub Regibus Iuda in usu fuerunt, in illis nummis eadem litteræ incise sunt, que in scriptis Samaritanorum leguntur sine villa, vel exigua mutatione.

## C O N C L U S I O.

Secundum veriorem PP. sententiam non sunt eadem Hebraeorum litteræ moderne, ac illæ antique, quibus sacri libri de scripti sunt.

R Espondeo dicendum omnino sequendam tot Patrum sententiam, quam posteriores Doctores secuti sunt, nempe litteras hodiernas Hebreas non esse easdem cum antiquis: sed in assignanda ratione est difficultas. Quidam dicunt, ut Salmeron prole. 4. propterea petiisse veteres characteres, quia libri sacri exciderunt: sed haec ratio infirma est apud tenentes oppositum, quia assumitur, quod cadit in controvèrsiam: nam sub Indice lis est, an omnes codices in excidijs, & captiuitatibus perierint. Sed hoc concessione non est valida consequentia, libri sacri perierunt, ergo & litteræ, & characteres hebraici; poterat enim seruari litteræ in syngraphis, epistolis, & quod magis est in hominum memoria, sicut idioma reseruabantur. Alij dicunt propriea mutatas esse litteras, ut characterum forma esset facilior, & elegantior (& hinc est ratio Hugonis, quam suffratus est Vvitakerus, vbi supra) Sed hoc non potest stare, nam facilitas, & elegantia maior esse in modernis characteribus gratis singitur, & præjudicat usui iam pridem ab initio mundi inueterato in ea forma scribendi, quem rigidiorem taxare, est tot Patres, & Sanctos veteris testamenti deserere, & repudiare, ut incultos, & asperos. Dicendum ergo est, quod causa diuersitatis characterum fuisse dissidium religionis Iudeorum, & Samaritanorum: cum enim Hebrei ab illis se segregassent causa religionis, & cultus, nec in litteris, & characteribus communicare voluerunt, quibus nec cum locutione communicare volebant, ne schismatis opinionibus propter litterarum, aut sermonū communicationem imbuerentur, ita Rabbi Moysis Gerundensis sub finem Pentateuchi.

Quo autem charactere scripta sit primitus scriptura, dicendum est, quod potuit esse ille vetustissimus ante transitum Iunij, vnde quod Isidorus, & alij apud Ludovicum Lusitanum in suo globo c. 1. aiunt, sub Mose cœpisse litteras hebraicas describi non potest subsistere, ut enim lingua ex August. 18. de ciuitate Dei cap. 39. fideliter custodita est, ita & litteræ, vnde & iisdem litteris precepta suæ familie Abraham Patriarcha forte descriptæ, & continuatus est idem character per manus aliorum Patriarcharum: subsequentium (sicut per præcedentes ab Adam acceptus erat) usque ad Moysen. nec enim fortasse character iste oblitteratus erat Moysis tempore, cum S. Hieronymus suo tempore viderit litteram Tau, sub figura signum crucis exprimente. Quod si eo tempore, quo Moyses scripsit, oblitteratus erat, dicendum est consequenter alia forma, qua vtebantur Hebrei ante Zerobabel Moysen, & Prophetas scripsisse, & litteram Tau, quæ prima esse videtur in eo alphabeto quam vidit Hieronymus dolo ab Hebreis suo loco diuulsam, & primo loco positam. Talis autem forma Samaritanus character dictus est, quia hunc antiquum retinuerunt, qui usque ad tempus Zerobabelis, Hebrei pariter fuit communis, ut ait Hieronymus. Inuenisse vero sub Zerobabele,

bele, Esdras alias litteras, quibus nunc videntur Hebræi secundum formam terræ tabule descriptæ, supra quas à dialecto syriaco deriuatas probabile est, ut ex Genebrardo, habetur.

*Solutiones oppositionum.*

**A**D primum plus credendum Hieronymo dicitur, quā verbo Caluiniano, plus homini inter Iudeos versato, quorum veras traditiones scire poterat, & fabulosa eorundem commenta ab illis discernere, quām impudentia ministelli, tam sanctum, & doctrinæ virum de imperitia taxanti; non sunt ergo quas docet Hieronymus Milesia fabulæ, cū tanta assueratione ex veteri traditione pronunciet dicens, certum est Esdras scribam, legisque doctorem, &c. alias litteras reperisse, quibus nunc videntur.

Ad secundum, vera illa potest esse conjectura, si reliquias esse antiquas characterum formas Samaritanis, vt in litteris quoque inter ipsos, & hebreos esset discretio, inter quos in religionis cultu nulla erat concordia.

Ad tertium, verum est, quod dicit Philo quantum ad res, lingua, & charactere hebraico descriptas semper mansisse incorruptam, & illibatam legem; non tamen sit consequens eundem characterem permansisse, ita ex his Philonis verbis colligimus nostrum propositum, cum enim dicat legem antiquitus lingua chaldaica scriptam fuisse alludit, vt lingua quidem hebreæ fuerit, sed chaldaicis litteris fuerit descripta etiam verbum antiquitus non ad tempora Moysis, & anteriora, refertur, sed ad tempus Esdræ videtur alludere, qui eos, quibus nunc videntur, characteres adinuenit ne diuina abolerentur oracula, unde licet, quibus nunc videntur Hebraici characteres dicantur, reuera Babylonici, & Chaldaici sunt, lingua vero Hebraica est sub alienis characteribus expressa.

Ad quartum, etiam si nulli libri sacri perierint, videntur tamen Esdras ex noua forma characteris hebraicis, populum Dei à Samaritanis discerni, felicitis antiquis à tempore latæ legis in monte Sina, aut alijs antiquioribus characteribus, nec cum illis communicaudo, psaui, & schismaticis Samaritanorum opinionibus imbuereuntur.

Ad quintum, inanem consequentiam dicit illam esse Tonatus, scilicet, ergo Chaldeorum, & Samaritanorum eadem sunt litteræ, a quibus discrepant hebreæ figuris, & apicibus: non enim identitas characterum in Chaldeis, & Samaritanis colligitur ex discrepancia hebraicarum litterarum ab utrisque, sicut non colligitur identitas soni gallici sermonis, & Italici, quia sono ab utrisque lingua Hispana differt: quare in hoc est differentia, quod Chaldaea lingua, vel Syria, suos habebat antiquos characteres, a quibus vt discriparet Dei populus, Moyses alia litterarum forma vñus est, qua vñi sunt Samaritani usque ad tempus Esdræ, qui vt à Samaritanis etiam in scribendo, & legendō discederet, nouam formam adinuenit à dialecto Syro deriuatam, vt dicunt quidam. Sic Chaldaei characteres, & Syri antiqui, ab hebraicis differunt antiquis, quos reginuerunt Samaritæ, & ab utrisque etiā Syro dialecto deriuati, characteres hebræi hodierni differunt manifestè, quare non recte dixerunt quidam litteras Syriacas nunc esse antiquas hebraeorum, quarum vñus amiserunt Iudei

ante captiuitatem Babylonis cum etiam ab antiquo etiam lingua Hebræorum à Chaldaica, & Syriaca fuerit distincta, nedum ab iisdem in fono, sed & characteribus differens.

Ad confirmationem, licet quidam illud admiserint apud Bedam tractatu de linguis gentium, inuerisimile idem existimat; nam si eadem linguae fuisset, non laborassent pueri illi apud Danielem ad linguam Chaldaicam addiscendam, nullus enim laborat ad discendam linguam, in qua natus est.

Ad sextum negatur assumptum si inspicatur prima figura, & si aspiciatur secunda, apparet (vt dicunt quidam Iudeorum) dolo ex propria sede Tau sub motum fuisse, & positum eius loco Aleph, quod tempore S. Hieronymi non erat factum, vnde plus est credendum Hieronymo veraci, quām Iunio Doctori mendaci.

Ad confirmationem, non cuicumque cruci-lata sumptæ hoc est patibulo Hieronymus assimilat Tau Samaritanorum, sed ei, quæ in fronte pingitur, & scribitur frequenti manus signatione. Verum est, quod n̄ hebraicum hodie refert figuram furcæ, qua furcifer aduersarius tanquam impostor, & calumniator Hieronymi dignus esset.

Ad secundam confirmationem. Nō est verisimile sine fundamento Origenem ita scripsisse, si hoc non vidisset, vel à viris fide dignissimis accepisset, nec est inuerisimile Hieronymum sequutum Origenem hoc vidisse, vel traditione maiorem nedum auctoritate Origenis hoc pronunciasse, cum omnes ferent Bibliothecas orientis lustraverit, & magnam partem in Iudea sub optimis magistris consumperit, & diuitem suppellectilem etiam ab hostibus Christi hebreis subripiens ad ditandum Ecclesiam Christi asportauerit.

Ad vñnum, de infallibilitate legis, & rei significatae per illam Christus Dominus loquebatur, non de characteribus, quibus lex illa scripta est, alioquin Euangeliū Matthæi excidisse dicendum est, cum hebraicè non extet, nec esset recipiendum, vt sacra Scriptura. Quod si de characteribus locutus est Christus Dominus Iod dicere debebat, non iota, quod si dicas iota Gracum esse idem cum Iud. Syriaco, qua lingua locutus est Christus, vel hinc probatur nouitas linguae Syriacæ, & characterum Syriacorum, quibus nostrum probatur intentum, velit, nolit aduersarius.

*ARTICVLVS QVARTVS.*

*An libri veteris testamenti olim sine punctis loco vocalium, & accentibus, & sine finali versuum distinctione fuerint exarati.*

*Positio quorundam Rabbinorum, & Hæreticorum.*

**Q**uidam Rabbini apud nostrum F. Sextum Senensem lib. 2. verbo iora, tenent partem affirmatiuam dicentes à Moysi quinque libros, vel saltem ab Esdra cum alijs synagogæ magna, libros omnes veteris testamenti fuisse cum punctis, accentibus, versuum distinctione exaratos, sic referuntur

tur in libro dicto Rabbinus cap. 12. & Massoretarum peritissimus Doctor filius Chaym apud Brugtonū, ait, veritas est Deum dedisse sc̄ i p̄t̄rām compunctām, sed oblitos Iudeos usque ad Esdrā aduentum.

Hos secuti sunt Cevalerius cuiusdam Iudæi gener dicēs, originem effigiem picturam, sonum à Deo dicitur haberi à primis seculis, & puncta simul cum lege data, sic refert Poilevius lib. 2. Bibliot. cap. 18. Capnio lib. 1. & 3. de Kabala. Munsterus pr̄fat. in vetus testam, Pappus Lutheranus thes. 17. Brugthonus in Danielem cap. 9. pag. 45. 48. 49. Alij Rabbini in lib. 3. Menhenajm cap. 59. tenent hæc puncta ce pisse cum litteris à prima hominis conditione: sic Rabbi Azarias; nonnulli etiam ex latinis, vt refert Sixtus noster, eiusdem fuere sententiæ inter hos quo que recensetur Galatinus lib. 1. aduersas Iudeos cap. 8. p. 26.

### Oppositiones eorundem.

**A**rguitur primo, quia Christus Dominus Matt. 5. ait, Donec transeat cælum. & terra iota unum, aut unus apex non præteribit à lege donec omnia siant: idē dicitur Luc. 17. sufficienter ergo ex verbis Christi talia pūcta indicantur. est argumētū Brughtoni.

Secundo, nulla memoria lectionis multiplicem significationem admittentis ali poruit absque punctis, imo erroris materia potuisset subministrari, variata siquidem vna vocali, & vna pro alia posita sensus variatur, quod non solum accidit in lingua hebreā, sed alijs: vnde insignis variatio est dicere amorem pro amore, mandere pro mandare, amentes pro amantes, & diuinatio esset interpretis, eam quā requirit littera consonans, vocalem accommodare. vnde si latine conscriberentur hæc solæ consonantes S R P N T M. difficile esset discernere an appositis vocalibus E, E, E, legere deberemus serpentem, an serpentum ponendo, V, loco ultimi, E.

Tertio, quia non solum quidam Rabbini hoc dicunt, sed etiam alijs Christianis, vt Petrus Victor à Caieta oriundus in paradig. orientalium linguarum pag. 8. & alijs Doctores, ergo, &c. Confirmatur ex Hieronymo epist. ad Euagriū dicente, punctis, atque compendijs infinita significari. Philo etiam dicit Essenos habuisse hymnos cum accentibus. Confirmatur secundo, nam D. Cyrilus 7. contra Julianum ait à Moysi editam grammaticam, ergo & tunc pūcta inuenta sunt.

### Confutationes eorundem.

#### Primo ex Patribus.

**S**ed contra est primo authoritas S. Hieronymi in Es. 26. ibi, mortui enim vitā non videbunt. aduertit illud verbum רְפָאִים alios legisse Raphain medicos, vt 70. alios Rophaim, idest gigantes. Rursus illud זָכָר 70. legisse zacar masculū, alios zecher, idest memoriam. c. 55. illud בְּרִרִים si vertatur roim Pastores significare, si reim pessimos, hoc autē, quia solis consonantibus scriptæ sunt diuinæ scripturæ, & pro diversitate, & ab arbitrio lector, varia puncta esse addita, & ex translationibus intelligitur, quam vñusquisque interpres sit secutus. In Hiere. cap. 25. differens de nomine בְּרִירָה ait, voca-

les autem li eræ inter בְּרִירָה וְבְּרִירָה iuxta idioma lingue hebreæ in hoc volumine non ponuntur, vide etiam eundem in cap. 3. & in Ezechiele cap. 27. ait, in eo quoque quod dixerunt filii tui, verbi ambiguitate decepti sunt. Scriptura & similitudinem dum pronunciatione diuersa e edem literæ clementiorum, & filiorum: בְּרִירָה leguntur. Idem in cap. 15. in princ. pio ait, Verbum hebreum tribus consonantibus scribunt sine vocalibus si legas Sene duos significat, si sane annos. Idē H.e. in cap. 13. Os. notat quod illud verbum hebreū נַדְרָח quod alij transtulerunt locutam, alij veterunt fumotum.

In cap. 3. Amos, ibi, propterea hæc dicit dominus. pro Tyro, quod 70. interpretes legerunt duas consonantes נַדְרָח Sar, præceptor suus legit Sar, tribulatiōnem, Theodor. Sur. i. petram.

In cap. 1. Aggæi illud בְּרִירָה si legatur Chereb gladium si Chereb siccitatem aut significat, manifestè ergo tempore Hierony. hebream lectionem consonantibus solum, sine vocalibus scriptam, & in epistola ad Euagrium non refert, ait, utrum Salem aut Sa lim nominetur, cum vocalibus in medio litteræ perraro uttantur hebrei, & pro voluntate lectorum atque varietate regionum diuersis sonis, atque accentibus profrantur.

Secundo probatur ex Iosepho lib. antiquitatum 12. c. 11. dicente, scripturam hebraicam non exacte, sed negligenter conscriptam. Accidit autem h.e. negligenter, quam habent, esse significata, quia non habent curā regiam; est autem necessarium hæc apud te esse exacta, hæc ille, loquens in persona Demetrij ad Ptolemeū, idem scripsit Aristæas in commentario de 72. Interpretibus.

Tertio, ex Rabbini. Elias in proœmio 3. Massoreth expresse testatur tempore Prophetatum, & scriptorum, qui sacra biblia descripsérunt non fuisse huiusmodi pūcta, & ait, quod Magistri Cabalistici asserunt totam legem esse quasi Pasch vnum, atque periodum unam secundum alios, vt dictionem unam exceptis nominibus diuinis, vt tradit Rabbi Moyses filius Maymon, & adeo sacrosanctum hoc erat ex ijsde Cabalitis, vt si vna dictio inuenta esset in lege cum aliquo puncto, aut accentu talis liber, vt prophanus abiiciebat. Multo minus erat capitum distinctio: vnde tempore S. Augustini, nec in libris latinis facta erat huiusmodi capitum diuisio, vt patet ex 2. retractat. cap. 24. dicens se 12. libros scripsisse à principio Genesios usque ad primorum parentum ē paradiseo expulsionem: non autem citat primum, vel secundū caput, sed virūq; tanquam vnum & integrum citari videtur, quod alijs Patres non fecerunt. Tituli tamen distincti erant, vt patet ex novo testamento Act. 3. dum citatur liber psalmorum, vt à ceteris distinctus, & Lucæ 24. fit distinctio legis, Prophetarum, & psalmorum, & psalmus secundus Act. 13. citatur tanquam ab alijs distinctus; nunquam tamen capitum, vel capitulorum vlla fuit facta distinctio, quam Genebrardus in chronic. nostro Hugoni Cardinali tanquam inuentori tribuit. Fortasse vt aduertit Tor niellus 3610. nū. 24. si non punctis saltem spatio aliquo, & interuallo distingui poterant. Sed opportunius Epimenidis aut potius mortuorum somnum dormiissent Mosereth, quam, quādo Tyberiadem Palestinæ, vt Elias Leuita dicit, conuenerunt, vt ex uno legis Pasch multos versus conficerent accentu.

bus partem distinguentibus, partim continuantibus scripturam vniuersam incidenter, litteras punctis, similibusque minutis afficerent.

Ex Thalmudistis idem apparet: nunquā enim pūctorum huiusmodi sit mentio, per quæ proculdubio multa difficultia componere poterant exempli gratia illud Esaiæ 54. Et multitudinem pacis filiis tuis בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וּבְנֵי יַעֲקֹב שָׁלוֹם ipsi volūt legi בְּנֵי יִשְׂרָאֵל cum cholem... ædificatoribus tuis, cū legendum sit cum Cametz בְּנֵי יִשְׂרָאֵל idest filiis tuis. Sed & iudem in tractatu Bababathra refertur Iob interfecisse præceptorem suum, quod illum locum Deuteronomij 25. delebo אֶמְלָח, &c. docuisset legendum Zachat. idest masculum, cum legi debuisset Zecher. i. memoriam. vnde si puncta extitissent, aduertere potuisset ille præceptor legendum cum duplī segol נָנָן non per duplex cametz כָּבֵד, quæ narratio licet sit fabulosa exprimit propositū, quod tunc non essent puncta. Sed Senensis noster lib. 3. dum agit de stigmatis exponendi modo sacræ Scripturæ, refert Iudeos quosdam magis pī quām verē hinc quoque captasse occasionem excusandi Saul de inobedientia, quod cum esset ei iustum iuxta hoc oraculum, ut deleret Amalechitas deceptus ex eodem vocabulo, putauit sat esse illi masculos delere retenta præda auri, argenti, & armentorum Abimelech, cum memoriam funditus delere præceptum esset.

Tertio, ratione idem probatur evidenter: nam nomina punctorum ipsorum non sunt Hebreæ, sed Chaldeæ, vt Cametz, Patach, Tzere, Segol, Hirich, Holem, & Surech. nouum ergo fuit inuentum, & nō ab initio cum editi sunt libri consonantibus affixi: nescierunt quoque veteres Hebrei P. durum dicente Hieronym, in Danielē cap. 11. Notandum autem quod cum P. Hebreus sermo non habeat, sed p o ipsa utatur בְּנֵי יִשְׂרָאֵל cuius vim Græcum φονατ, in isto tantum loco apud Hebreos scribatur quidem בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, sed legatur P. quæ diuersitas non est nisi ex puncti additione, quæ duram facit pronunciationem.

Quarto, probatur ad hominem ex ijsdem Novatoribus Zuuinglii in prefat. super Esai. ait Hebreorum litteras aliquando caruisse vocalibus notis, quas parum ciuiliter ipsorum Rabbini, & sinixerunt, & supponuerunt.

Conradus Pellicanus Zuingleii discipulus dicit, olim notis vocalium, & diphthongorū hebreos caruisse magni viri existimant, & Iudeorum authenticos libros adorandæ vetustatis etiam reperire est litterarum solum, non vocalium characteribus exaratos.

Vvitembergenses, & Tubingenses Lutherani Theologi libro contra Scheterum sic scribunt. Initio Biblia non habuerunt puncta vocalia, & postea. Si ea tempore, quo latina translatio, qua vitius facta est, habuissent puncta, Biblia non potuisset latinus interpres in vocalibus quicquam mutare. ideoque non est, quod negotijs quicquam facessant puncta, cum vera in veteris testamenti libris sententia queritur.

Scaliger in notis Eusebianis sic ait, abortiuua ingenia eos esse, qui apices cum lingua natos ariolantur, & ibidem ait, quod Daghes, non erat in vsu tempore Hieronymi.

Brughto verò in Danielē sui oblitus pag. 45. fatetur tandem 70 Interpretū libros istos caruisse pūctis.

### CONCLVSIO ORTHODOXORVM.

*Ab initio vocales extiterunt ad litterarum pronunciationem necessariae, sed not.e. quibus sacrorum codicum litteræ denotarentur non apposita sunt, nisi à Masoretis post D. Hieronymi tempora.*

R Espondeo dicendum impossibile esse dicere antiquitus ab Hebreis pronunciatas dictiones absque vocalibus, vnde de ortu vocalium non est quæstio, sed de notis, quibus vocales significantur. Pati ratione accentus extiterunt semper, quibus syllabæ corripiebantur, vel producebantur; sed de his similiter non controvèrtitur: sed queritur an extiterint ab initio horum signa accentuum. Et quidem quicquid alij supra relati dicant, necessariò dicendū est non esse scripta ab initio puncta; nam si velimus (vi inimici nostri Hebrei sint Iudices) etiam num in synagogis nō licet habere libros sacros cum eiusmodi punctis, & vsque in hodiernam diem ex suo armario, quod Hecal vocant, thora hoc est legem sine punctis ostentant, ut nihil humani admixtum habere gloriètur. Nec in toto Thalmud istorum punctorum sit mentio, nec apud Hieronymum, aut aliud, vel illo verutiorum, aut equalē, vnde & alphabetū hebreum solum habet 22. litteras, quæ per se sonantes sunt, absque alterius adminiculo vocem impletentes, quales sunt apud nos A. e. i. o. u. & litteræ Ehhei אֵהֶן hebreorum, quæ vocalem sonum præferre videntur, mutæ sunt, & vix quicquam per se auribus exhibent. Potest autem huiusmodi rei ratio redi, ex fecunditate ipsa scripturæ, quæ ex varia punctuatione fecunditatem quoque sensuum subministrat; etenim vi dixit quidam Rabbi Recanensis apud Genebrardum in chronol. ad ann. 485, certum est hoc quando litteræ absque punctis sunt, ijs inesse facies multas (hoc est significations multas) quando autem litteræ compunctæ sunt, ijs tantummodo inesse sensum secundum ipsum punctum rationem, seu formam. Verum à quibus inuenta sunt non est leuis difficultas inter Cabalisticos grammaticos. David Kimhi in psalm. 60. ait, quod Rabbi Ben Aser. & Rabbi Ben Neptalin fuere punctatorum Principes, seu vt dicunt alij apud Ludovicum Lusitanum lib. 1. capit. 9. R. Jacob filius Nephtali, alter R. Aaron filius Aser. Hi & duplice punctuandi rationem reliquerunt, quarum vna Iudei Occidentales sequuntur, aliam Orientales præcipue Babylonici. Hi Massoreth הַסּוּרָה dicti sunt magistri, hoc est traditionis (accepit per manus Esdræ, Gamalielis, &c.) sive concordantiarum: non tamen, vt dicit Genebrardus, omnem quam habent punctuandi rationem ijs inuenient (cum septem em motionibus, seu vocalibus, & accentibus 23. pe deceem puncta, quinque pro breuibus, quinque pro longis vocalibus, & accentus Grammatici præter musicos, & Rhetoricos triginta, & vnuus numerentur. Vbi verò inuenta sunt controversia est quidam dicunt apud Genebrardum inuenta in Babylone,

ne. sed hoc non potest stare: nam ante Hieronymum non erant talia puncta. Alij dicunt in Tyberiade, ex eodem Kimhi in ps. 60. vnde & inuentores earum litterarum dicti sunt ansae Teuaria וְתָבֵרִיאַנָּא. i. habitatores Tyberiadis. Sed non conuenit inter omnes, quæ sit illa Tyberiadis. Ait Munsterus in Tyberiade Moesiae inuentas. alijs ut Hieronymus Vallen-sis lib. de accent. cap. 1. in Tyberiade Paphagonia, alijs in Paphagonia Moesia, vt Vvouesius Polymathic cap. 18. Sed decepti sunt legendo Pomponium Melam lib. 1. c. 21. vbi eam, quam scripsit Thebarensis Paphagonia, ipsi vocauerunt Tyberiadē Paphagonię. Sed ex Euangelijs satis constat Tyberiadē esse Vrbem Palestinæ, in qua, vt scripsit Epiph. her. 30. Iudeorum erat Gazophilacum, & multi libri & synagogæ, vt etiam scribit Hieronymus in Prolog. in Paralip. Hoc loco, dicit Elias in p̄fatione libri Masoreth Hammasoreth, Rabbini Vtbis Tyberiadis præ ceteris in lingua sancta exercitatores puncta inuenientur, & legi addiderant. De tempore diuersitas est; quidam enim ab initio, quidam à Moyse, quidam ab Esdra innenta dixerunt, vt supra dictum est: sed propter rationem assignatam non potest hoc vlo modo stare. Dicendum ergo inuenta esse tempore Zenonis Isauri Imperatoris, sub Simplicio Papa, Christi anno 476. olimpiade 313. post secundi templi desolationem 436. ne linguam tota- liter dediscerent, aut intelligentiam textus amitterent ob variam punctuationem, aut ignorantiam, vel malitiam textum corrumperent. Lege Senessem nostrum lib. 2. Bibliot. verbo, iota, diserte hoc cum Elia citato probantem, & verisimilibus conjecturis moraliter demonstrantem, & præter Hieronym. in qq. heb. in Gen. cap. 23. & 41. in ep. ad Euagrium, consulendi sunt Martinus Gilbertus de lit. heb. cap. de vocal. antiq. Raphael Egius cit. sup. c. 5. & Ludo-vicus Lusitanus in globo sancto, & Michael Medina lib. 7. de recta in Deum fide cap. 14. qui subinde Cabalisticam artem in punctuatione, & litteris hebraicis consistentem, quæ tamen ad morem referre contendunt Cabalistæ, satis superque ex nupera inven-tione reuincentur.

### Solutiones oppositionum.

**A**d primū. Augustinus de serm. domini in monte per apices exponit particulas in summo litterarum positas. Isidorus lineas dicit in cacuminibus litterarum locatas. S. Thomas virgulas in summitate litterarum deducatas, quæ litteras assimiles hebraicas, distingunt. Quæ sententia S. Augustini, & S. Th. ex textu Syriaco maximè probatur: nam apex dicitur וְיַהְיֵה, quod non punctum, sed fastigium rei significat, vt sensus sit, quod nedum iota, quod hebreo iod' correspondet, non potest excidere, sed ne fastigium eius, aut minima eius particula. Alij per puncta intelligunt non vocalium, nec accentuum cha-racteres, sed ea, quæ dicunt, singularis observationis, quibus quindecim tantam veteris testamenti vocabula compunguntur, vt dicit Rambam p̄fatione in Pentateucum. Sed hæc Christus dominus non intendit tum quia pleraque istorum, & penè omnia maiora vel non minora sunt, vt inepta esset ad maiorem, vel æqualem apicem gradatio: quare melior est S. Thos. & Augu. responsio.

Ad secundum. Ex consuetudine, discētum studio, atque docentium, & traditione sapientum, maxi-mè quomodo legendū esset, quælibet dictio satis cō-stabat antiquitus: vnde deceptionis occasio nulla es-se potuit. verum est quod procedente tempore, vt multi tenent, malitia Hebræorum multa corrupta sunt, & per ignorantiam oblitterata, vnde huiusmodi punctorum subsidio eguerunt: sed quid de hac corruptione sentiendum dicetur infra suo loco.

Ad tertium. Aliquis Rabbinis, & aliquibus orthodoxis opponimus Rabbinorum, & orthodoxorum tortentem. Ad prīmam confirmationem nomi-ne punctorum accentus intelligit Hieronymus, qui cum scriptura sonorè efferebantur, non qui in scriptura scribebantur. Vel dicendum quod pronuncia-tionem insinuat breuem de re breui, secūdum quod hodie quidam dicunt se puncta dicere, id est brevia, breuiter, & sic patet ad Philonem.

Ad secundam confirmationem. Addit consultò Cyrillus, per grammaticam, qualis tunc habebatur, vt à punctuata grammatica recenter, distingueretur antiqua. Vnde fit, quod cum sacer toxtus sit ab initio sine ipsis vocibus seu punctis vocalibus exaratus, magis in intelligentia standum est antiquitati, quam nostra ætatis versoribus imo inuisoribus, qui Masoretarum potius iudicium quam 70. interpretum, & S. Hieronymi, imo totius Ecclesie, sequi maluerunt, cum fidei præiudicio nouas, & peregrinas opiniones, imo & prauorum dogmatum portenta in mundum inuehendo, & satis insolvi sunt, cum ad fontes non pueros, sed Masoreticos nos provocant.

### ARTICVLVS QVINTVS.

An omnes libri sacri sint oratione soluta  
descripti.

### Positio Hæreticorum.

**I**ulianus Apostata apud S. Cyrrillum lib. 7. contra ipsum Julianum descripto, eo nomine Eusebium Cefariensem incusat, quod multas carminis species in scripturis sanctis reperiunt, falsò, ait, persuaserit.

Anabaptistæ apud Sixtum nostrum Senensem lib. 8. her. 2. et si affirment olim multos sacrae scripturæ libros metro exatatos, nunc non reperi metrum aliquod, sed omnia soluta oratione legi, ac proinde scripturam dicunt corruptam, & depravatam; perti-naci animositate defendunt.

### Oppositiones aduersariorum.

**A**rguitur primo, poetica vititur metaphoris, & similitudinibus, quia non capiuntur sine illis rerum natura, & facta, quæ exprimuntur: vnde plerumque in metris est defectus veritatis, & propter hoc infinitum locum tenet poetica: ut sacra scripture primus locus attribuitur in scientijs, & facultatibus, à poësia ergo stylo debebat recedere.

Secundo, ante Poetas omnes, Moysen scripsisse docent Patres Iustinus, Tertullianus, Theodoreus 2. de principijs, sed poetica à gentilibus sumpsit originem: ergo. Minor probatur ex S. Gregorio Nazianz. or. 3. contra Julian. (idemque testimoniū

**e**x Gregorio citat Anastasius Sinaita in questionibus super sacram Scripturam qui cum inuentores poesis suos Græcos iactare deprehenderet ait, *tua sunt poemata, & ostendens inuentorem, subdit. Quid tan non potius anus illius, que cum quidam concitatiore gressu ex aduerso incedens, ipsius humerum concusisset (sic enim narrant) ipsaque postea in conuicijs incesseret, impetus vehementia carmen effudit?* non ergo potuerunt scribi carmine scripturæ, que hoc facto mulieris sūt vetustiores. narrat Elias in comm. Nazianz. hanc mulierem secundum aliquos vocatam Sybillam secundum alios Phimoneam, vel Phyliram. Confirmatur, nam ut dicit Theodoreetus sup. ipse Orphæus poetarum primus perhibetur, qui generatione una præcessit Troiana tempora, sed plusquam mille annis præcessit Moyses, ut ibi ostendit idem Theodoreetus, ergo.

Tertio ait Orig. 3. Periarc. cap. 3. quod principes tenebrarum harū operantur sapientiam huius mundi, ut sit inquit, *propria quedā energia, & virtus, que inspiciat poeticam, alia qua Geometriam, & ita quasq; singulas huiuscmodi artes, disciplinasq; commoneat.* Denique subdit, *quamplurimi graecorum opinati sunt artem poeticam sine infania non posse constare, ergo ne existimarentur propheticæ scriptores à malo Genio, acti, vel insani, aut arreptutij metro scribere non debebant.*

Quarto, nam Poetæ à Platone (ut refert Iustinus oratione ad gentes) relegantur à ciuitate, quam finxit Plato, & pictoribus comparat, tanquam qui sint virtutis imaginum imitatores, nequaquam veritatem attingentes. non ergo decebat poesi diuinos cōscribi libros à sacris scriptoribus.

Quinto, nam nunc nullum genus carminis intuemur in sacris scripturis, nullū siquidem Hexametrū, vel Pentametrum, aut Iambicum, vel alia genera inspicimus: nō ergo carmine aliquo scriptura aliqua descripta est.

Vltimò, quia dum vno Pasuch, tota lex exarata est, nulla metri conditio reperiri potest in illa.

#### Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

#### Prima classis ex Patribus.

**S**ed contra est authoritas Patrium, Dionysius 3.c. Eccles. 1. Hierarchia dicit de Episcopo incensante altare: *quod illud circundans, & ad illud rediens Psalmorum incipit melos concinnentibus sacra carmina omnibus Ecclesiastici ordinis gradibus.* Ibidem eleganter appellat Cantica Cantorum, dulcia carmina diuinorum amorum.

Origenes homil. in Deuter. *Multa cantica (ait) esse antiquitus facta legimus in sacris litteris, omnium tamen primum est cantum Moysi.*

Gregorius Nazianzenus oratione in dictum Euāgilij eundem libum Cantorum, *drama sponsale, seu nuptiale appellat.* Basilius in Esaiam cap. 5. ea exponens verba. *Cantabo dilectio mea canticum patruellis mei, ait, Canticum Cantorum nuptiale est carmen dramatico opere prætextum.* Quid sit autem dramatica scriptit Orig. homi. 1. in Cant. Catic. dicens, [Libellus hic, seu epitalarium, id est nuptiale carmē

vel canticum in modum mihi videtur drammatis à Salomone conscriptus, quem cecinit in star nubentis sponsæ, & erga sponsum suum, qui est Verbum Patris coelesti amore flagrantis] & postea [Drama enim dicitur multarum personarum cantilenæ, ut in scènis agi fabula solet, ubi diuersæ personæ introducuntur] vnde idem lib. quinto suorum carminum dividit sacros libros in tres classes, in historicos, Poeticos, Propheticos, idē docet Chrysostomus in 1. 2. & 3. proœmio in psal. Athanasius in synopsi, Isid. Cassiod. Euāthim. super psalm.

Eusebius 1. 1. de preparat. cap. 3. sunt etiam apud eos Hebreos [Artificissima carmina, ut Moysis cantus ille magnus, & centesimus decimus octauus Psalmus David heroico metro, quod hexametrum dicitur, componuntur. Sunt alia quoque trimetra, sed quæ ad dictiōnem pertinent elegantissimè, grauissimè, iucundissimeq; composita sunt.] Légendus idem Euseb. lib. 12. c. 16.

Ambrosius sequens Origenem in præfat. super psalm. dicit, *Moyses plano gesta maiorum sermone descripsit, sed post uitioriam, canticum domino tecum triumphale.*

Hieronymus epistol. 1. 13. in lib. Job, sic dicit. [A principio itaque voluminis usque ad Job apud Hebreos prosa oratio est. Potro à verbis Job, in quibus ait. Preat dies, in qua natus sum, & nox, in qua dictum est, conceptus est homo, usque ad eum locū, ubi ante finem voluminis scriptum est. Idcirco ipse me reprehēdo, &c. Hexametri versus sunt, Daūylo, Spondēoque currentes, & propter lingue idiomā, crebrō recipientes, & alios pedes, non eorundem Syllabarum, sed eorundem temporum. Interdum quoque Rythmus ipse dulcis, & tinnulus fētus or numeris lege solutis, quod metri magis, quam simplex lector intelligunt. A supradicto autem versu usque ad finem libri parum comma, quod remanet prosa oratione contextur. Quod si cui videtur incredulū, metra scilicet esse apud Hebreos, & in morē nostri Flacci, Grēcique Pindari, & Alcej, & Sapphus vel psalterium, vel lamētationes Hieremiac, vel omnia fermē scripturarum cantica comprehendendi, legat Philonem, Iosephum, Origenem, Cæsariensem Eusebium, & eorum testimonio verum me dicere comprobabit.]

Et epist. 1. 17. ad Paulam, & Eustochium ait. [Nemo cum Prophetas versibus viderit esse descriptos, metu eos existimet apud Hēbreos ligari, & aliquid simile habete de psalmis, & operibus Salomonis, sed quod in Demosthene, & in Fullio fieri solet, ut per colla scribantur, & commata, qui utique prosa, & nō versibus conscriperunt] ergo saltē psalmos & Salomonis opera versu descripta fateut.

Et epist. 1. 17. ad Paulam Vrbicam. [Verum debes scire in prioribus psalmis, singulis litteris singulos versiculos: quos trimetro iambico constat esse subnechos, inferiores vero tetrametro iambico constare, sicut & Deuteronomij canticum, scriptum est] & postea [Habes, & in lamētationibus Hieremiac quatuor alphabeta, è quibus duo prima quasi sapphico metro scripta sunt, quia tres versiculos, qui sibi conexi sunt, & ab una tantum littera incipiunt heroicī comma concludit. Tertium verò alphabetum trimetro scriptum est, & à ternis litteris, sed eisdem terni versus incipiunt. Quartum alphabetum simile

est primo, & secundo Prōn. Salomonis extremum claudit alphabetum, quod tetrametro iambico suppuratur ab eo loco, in quo ait. Mulierem fortē quis inueniet? ]

S. Augustinus lib. 2. de ordine cap. 14. afferit à Musica progenitam poēsim. portio constat ex scripturis, Tubalchaim fuisse patrem Canentium cithara, & organo, lege de hoc Theod. in Gen. q. 47. Damascenus lib. 4. ca. 18. imitatus Epiphanius lib. de partici diuinæ script. diuidit eam in quatuor quinarios, legalem, agiographum, carmineum, propheticum. Tertius porrō librorum quinquenio versibus constat, nempe liber Iob, Psalterium, Proterbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum. Vnde hinc quoque possumus antiquitatem Poēticæ colligere, & quodante Moysem quoque fuerit sicut lingua H̄ebraica, clare potest colligi ex Clem. Alex. 1. Strom. imo ex illo Actorum 7. quod Moyses eruditus est omni sapientia Aegyptiorum, vnde & poeticam calluisse verisimilium esse debet, ac proinde Poēta nomine eum honestarunt multi Patres, vt Cyrius tom. 2. lib. 1. Iustinus Martyr oratione ad Anton. Pium & oratione ad Gentiles, Eusebius 10. de præp. cap. 3. & in oratione Constantini Magni. Tatianus oratione contra Gracos, vt patet in tom. 8. biblioth. Theophilus Antiochenus ad Autolicum 10. 5. bibliot. Poēsim exercuisse traditur aperte à Doctribus exteris, vicinis Apostolicæ ætati, & alijs Rabbiniis. Vnde Philo Apololis coquus lib. 3. de vita Moysis dicit. Ob tantam dilectionem Prophetæ Moyses celebrauit authorem tanti beneficij: distributa enim omni gente in duos choros, alterum virorum, & alterum mulierum, ipse viris carmē prauit, &c. & postea dum certatim canūt suis vicibus, Carmen miscetur ex sonis acutis, atq; graibus, &c.

Iosephus ad illum alludens lib. 2. antiquitatum scripsit; Moyses vero carmen laudis Dei, & ob præsentem fauorem grattiarum actiones continens, hexametrū versum composuit.

Ex Rabbiniis similiter idem probatut legendus Kimhi id ē Thalmudicis acceptum referens, apud Genebrardum anno mundi 3106.

Secūda probatur, à nostris modernis authoribus: hoc enim docent Bocacius lib. 14. de Genealog. Deorum cap. 7. Genebrardus loco citato, Masius in illud Iosue 10. Sol contra Gabaon ne mouearis, vbi contendit in illis verbis esse iambicos tetrametros, catælecticos, quibus Comici vtuntur. Rutilius Benzonius in Magnificat cap. 3. lib. 1. Bellarm. in Grammatica institut. lingua Hebraicæ, Sixtus noster Senensis lib. 1. biblioth. & Blancucius in institut. Hebraica, Pineda in Iob, idipsum apertissime demonstrant.

### C O N C L V S I O .

Nedum prosa, sed & metro conuenientissimè sacra Scriptura edita est à Spirito sancto.

R Espondeo dicendum decuisse Spiritum sanctum nedum prosa, sed versu quoque sua verba describere. Primo, quia si hoc, & scribendi genus ad Deorum suorum naturam explicandam conueniens existimatum fuit à Gentilibus, vt referunt Augustinus 8. de Ciuitate. 14. & Laetantius 1. instit. cap. 5.

vnde & Poetas diuinos, & Theologos, & Poësim nomine plenum, & rem sacram appellarent Plato, Ari storeles, Proclus; multò magis ad veri Dei naturam tradendam, & explicandam, huiusmodi scribendi genus assumi debebat. Secundo, quia si finis scripturæ quoque est, isquè non insimus, nempe affectuum concitatio, certe hoc præstat, inquit Chrysostomus homil. in psalm. 41. Versus modulatus, & diuinum tantum numero compositum. Tertio, quia si vñ dixit Plato 6. de Repub. & Euseb. 12. de præpar. euangelica aptissimum medium est ad instruendam vitam iuueniū, heroum præclata facinora carminibus decantare ad imitationem, & exemplum; hoc multò magis decens erat in scripturis, vbi veris virtutibus præditos vitios in exemplar proponuntur. Quarto, vt versibus tanquam stimulis ad recte viuendum instrueremur, vt docuit Nissenus tract. 1. in ps. cap. 3. Curatio enim naturæ est vita concinnitas, quam mibi tacite per enigmatum umbras suadere videtur melodia, &c. monens videlicet, vt in moribus eorum, qui virtutem colunt, nihil sit inconcinnum, & à recto abhorrens, aut dissonum. Quinto, ad maiestatem ipsius scripturæ, vt paucis verbis plurima ex metri ratione comprehendenterentur: constat namque, quod metra, vt scripsit ille. Comprehendunt plurima paucis. Sexto, vt iugis memoria esset legum diuinarum: certum est autem poetica circa memoriam mandari vnde & Arist. sect. 19. prob. 18. scripsit veteres, leges canere solitos, quæ & propriea dicta sunt Græcæ r̄uas, vnde & Prophetæ scripsit, Cantabiles misericordia iustificationes tue in loco peregrinationis meæ. Septimo, quia si totus mundus, & ipse homo minor mundus concentu harmonico constitutus videtur, omniaque facta numero pondere, & mensura illius artificis opera, qui dedit carmina in nocte, rationabile erat, vt metro hæc omnia pariter ex parte saltem decantarentur.

### Solutiones oppositionum.

**A**D primum sicut in soluta oratione etiam Spīritus sanctus metaphoras, & similitudines, atque parabolas humanae intelligentiae accommodatas assumpit ad explicandum sacra mysteria, sic non fuit inconveniens versus a summ. vbi tropi, similitudines, & huiusmodi insereruntur. Nec propter hoc poësis ex se insimum sibi vendicat locum, sed solum propter fabulas, quæ interseruntur, vnde Plato in Phædone scripsit. Poetarum animos magis ad fabulas sermonem, quam ad verum intendere. Non est autem de poësis essentia, tales interseri fabulas, quæ fictionem continent, & à vero recedunt, cum secundum præcepta illius artis, nedum fabulosa, sed solidioris materia obiectum possit esse poësis argumentum.

Ad secundum quidam dixerant (vt Vairus Puteolanus Episcopus apud Benzonum lib. 1. cap. 3) Nembrod, alias Belum Hini patrem in Chaldæa regnante summum idololatriam, qui ignem vt Deum collendum proposuit sacerdotes consecratis, preces exquisito eloquio concinnandas adinuenit. Sed supra dictum est, quod et si apud Chaldæos, & Aegyptios poësis floruit cum alijs facultatibus, nihilominus antiquior exstitit. Tubalchaim, qui psalterium & cytheram inuenit, & tunc fortè poësim ex numeris adinuentam colligimus, & sic nec illa mulier, nec

Orpheus(nisi Gétium extimatione, & Græciorū dicacitate) primi inuenient poesim, & per hæc patet ad confirmationem.

Ad tertium cautè legendus est Origenes in eo loco, si de ipsis humanis facultatibus loquatur, quod sint ex demonum instinctu, nisi de illis relatis ad finem extrinsecum, Dei ordinationi aduersum, loquatur. Verum est, quod cum oracula multa ore demoni, & suorum poetarum sint decantata ( propter quod Epimenidem Prophetam vocavit Apostolus ad Titum cap. i. vt exponit Hieronymus) & que in causis determinata noscebant demones; futura prænunciarint, & futura descripterint, ideo furore agitati merito vocantur. Vnde & Plato in Ione scripsit. *Omnis Poeta supremi non arte, sed furore percitum est s, diuino afflato ista insignia carmina canunt, vt Corybanes, &c. subditque. Nam quandiu mente quis vallet, neque carmina fingere, neque oracula dare potest.*

Ad quartū . Propterea relegatos Poetas dicimus, & merito, quia multa mentiti sunt, vñ dixit Horat. in Poetica. *Pictoribus, atque Poetis quælibet audendi semper fuit æqua potestas, maximè quod suorum deorum irratoria pandebant in theatris, & Principibus non parebant; vnde Martialis eosdem in suis carminibus perbelle perfirxit.*

Ad quintum respōdetur ex Augustino ep. 131. ad Memorium Episcopum idcirco factum esse: non n. [Potuit interpres noster numeros carminum exprimere, eorumque mensuram seruare, aut omnem metri formam, & rationem in versione effingere, sicut etiam accidit in Græcis carminibus translati, atque in omni genere linguarum, si translatio adhibeatur] Quo autem metri genere nunc in originali ista carmina habeantur descripta discurrendum est. Circa hoc muti sunt Hebræi hodierni: solus autem Rabbi Moses Habib. apud Genebrard. poesis antiquæ rationem, quæ in sacris litteris habetur attigisse videtur dicēs. [Carmina veterum sacra, vt in psalmis, Job, Proverbijs sunt disticha. Alia autem mensurantur certo syllabarum numero, ita vt prior versus posteriori nunc sit longior, nunc brevior, prout genius cōponent tulerit. Alia mensura constat æquali, nisi quod interdum versus prior à posteriori differt numero quidem syllabarum, sed non temporum. Nam illud discriben suppletur per aurum consonantiam, & gutturalium motiones, aut absorbent inæqualitatem vocis lenocinio, & melodia, vt cum apud Latinos, & Græcos pro Iambo Tribarchus, pro spondeo dactylus, vel Anapestus pro dactylo Procelematicus ponitur] quod & exemplis illustrat Eugubinus in præfat. super psalm. & Marianus Vicet. in ep. 113. Hieronymi loco citato ait [Non attendi in scripturis carmen pentametrum hexametrum, Iambicum, & cetera, quæ ab ipsis authorum nominibus denominationem sumpserere, sed solum coordinationem quandam, variamque carminis dispositionem. Deletabilemque syllabarum intercisionem quodam elegantia sale respersam, esseque in illis potius velut italicum modum versificandi, in quo nulla temporum ratio, sed numeratio tantum syllabarum attenditur cum dictione similiter cadenti. Vnde cum Hieronymus, & alii dicunt psalmos dactylo, spondeo: decurrere, nō hos præcisè, ait, pedes designat, vt cernuntur in carminibus Græcis, atque Latinis, sed simile quippiam, & quale etiam Barbatī diuersis ritus

bus canere solent.] Sed neutrum dici posse ostendit Hieronymi, & Eusebij authoritas, qui in locis ci-tatis veram, non similitudinariam pedum rationem in hebræis carminibus disertè pronunciant. Expressè namq; dicit Hieronymus versus Job, aut psalmos esse hexametros dactylo, spondeoque currentes, & non ad numerum syllabarum tantum, sed ad mensuram pronunciationis attendit, vt vno tempore breuis, duabus longa syllaba mensuretur. Quare licet modo sit ignota hæc sacra poesis tempore S. Hieronymi apprimè sciebatur, vt scripsit Andreas Masius ad cap. 10. Iosue, post cuius tempora noua poesis inventa est. Scripsit autem de metris hebraicis R. David Sahaias, cuius libellum transtulit Genebrardus, & de ijsdem carminum hebraicorum generibus eleganter scripsit, vt supra dictum est, Benedictus Blan-cucius de arte poetica Hebræorum in suis institut. hebraicis. Benzonius lib. 1. cap. 1. in magnificat, Pineda in Job, & alij, lege Alphonsum Mendoza quæstio-ne peculiari de hac re: & Ludouicu Lusitanum in suo globo lib. 8. de poesis dignitate cap. 1. eruditissime differentem.

Ad ultimum, vno Pasuk id est versus descripta est scriptura apud hebreos ob indistinctionem capitum vt supradictum est, cum qua indistinctione sunt distincti versus, vt intuenti, & discurrenti patet.

#### ARTICVLVS SEXTVS.

*An illa pars sacra Scriptura prosa, seu oratione soluta descripta, solum sapientiam, an etiam eloquentiam redoleat.*

#### Positio Nouatorum.

**G**entiles diuina non capiētes, & verborum folia attendentes diuinam scripturam, vt incultam, & barbaram, aspernati sunt, referente Clem. Alex. in exhortat. ad gentes versus finem, Orige. 4. 6. & 7. lib. contra Celsum, Lactan. Firmia. lib. 3. de falsa sap. cap. 2. & Theodoreto lib. 1. de fide: inter hos Celsus, Porphyrius Julianus fuerunt antesignani.

Veteres hereticos insecuri videntur Nouatores de quibus noster F. Ambrosius Catherinus in libro doctissimo, attitulato, Claves scripturarum. §. cathalogus diuinarum, & canonica rum scripturarum in errore octauo sic scribēs. [Octauus error quorundā, qui eloquentiā nescio quam, in ipsa scriptura desiderant, qua ipsi plus nimio delectantur, & gloriāntur, & infra ait. Nonus error eorū, qui descendentes ad particularia circa ipsam elocutionem scripturæ plurima, vt existimant, corrigunt vitia, sic Erasmus de Epistola Pauli ad Romanos censet in ea esse confusum ordinem, Hyperbata, & crebria auandopodata, vnde oratio pcedit hiulca, & inabsoluta. Alij (subdit Catherinus) offenduntur ab extimata superfluitate, vt in genealogiarum tam operata, ac frequenti descriptione, in frequētibus battilogijs, seu vt inquiūt, nugationibus, vt cum saepius cedem voces repetuntur. Alij autem obmurmurant, quod sit inabsoluta, & defectiva oratio, &c.

## Oppositiones eorundem.

**A**rguitur primo ex auctoritate Apostoli 1. Co. 2. *Veni non insubtilitate sermonis, aut sapientiae annuntians vobis testimonium Christi.* & paulo post, *sermo mens, & prædictatio mea non in persuasibus humanæ sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis, &c.* Cor. 1. t. aperè dicit, *et si imperitus sermone, sed non scientia, quæ ultima verba perpendens.* S. Hieronymus q. 10. ad Algoziam ait, *id Paulum non de humilitate, sed de conscientiae veritate dixisse.* idem dicit in epistola ad hebreos cap. 1. & ad Ephes. cap. 2. & 3. & ad Gal. cap. 6. & S. Chrysostomus epistola ad Cor. hom. 3. propugnatores eloquentiarum Pauli deridet: idemque lib. 4. de sacerdotio assert Basil. dicentem, quod nedum eloquentiae quidem inopiam dissimulat, sed aperte idiotam esse profitetur, idque cum maxime cum ad Corinthis sribit, *viros ab eloquentia, in qua magnopere sibi placet, claros, atque illustres.* unde Origenes lib. 6. epistola ad Rom. concludit, *superfluum est in Paulo ornamenta querere sermonis, & passim Patres alij ostendunt in Paulo non esse cultum sermonis, nec dicendi eloquentiam legendus Nisenus tractatu de quibusdam verbis Apostoli.*

Secundo, de scriptore Apocalypsis (quem certò conitat fuisse Sanctum Ioannem) scribit Dionysius apud Eusebium lib. 7. histor. cap. 20. [Hunc, qui scripsit Apocalypsim scientiam, & prophetiam animo cepisse non equidem inficior. Eius tantum sermonis proprietatem, & linguam non adeo limata, & politè eloquentem Græcæ animaduerto, sed modis loquendi plane barbaris videntem, & interdum etiam solacismo.]

Tertio. De ceteris autem Prophètis, Euangelistis, & Apostolis, sic dicit Origenes 6. contra Celsum. *Hoc autem ideo dico, quia Celsus, aliquis criminatur scripturarum nostrarum in eloquendo simplicitatem, quam ad se allatam splendor cultoris orationis obseruare videtur, cum Prophetæ nostri, & ipso Iesu, eiusque Apostoli attenti fuerint potissimum ad orationis modum, non solum veracissimum, sed etiam ad attrahendam multitudinem maxime comodum, ut singuli tam conuersi, & attracti proximi percipient arcana sub sermonis simplicitate latenter. Et Theodoretus de martyribus. Quia eadē apostolica documenta, non solum carent artis eloquentiae fausto, verum etiam ea, quæ nobis tradunt eius sunt generis, ut nihil inde magnificum nostris oculis, ac perspicuum proponatur, & de natura hominis omnes, ait, veritatis præcones, Prophetæ inquam, & Apostoli Græcæ eloquentiae fuerunt prorsus expertes.]*

Quarto, S. Hieronymus epistola ad Eustochium de custodia Virginitatis, testatur quod cum legere capisset Prophetas, sermo illi videbatur incultus. Indignamque etiam existimabat August. ex 3. confess. cap. 5. scripturam quam Tullianæ dignitati, compararet. auctor homilia de nativitate Domini in 2. tomo Petri Damiani dicit quod *lex Prophetæ Euangeliū, respectu Tully, Poetarum, & Philosophorum aurororum verborum parva videbantur, aut nulla.*

Quinto probatur, nam demissus sermo, & simplex narrandi modus scripturam maxime decebat: nam

vt Hieronymus in proem. epistole ad Gal. [Omnino Rhethorice artis fucata mendacio, quasi quædam meretricula procedit in publicum, non tam eruditura populum, quam fauorem populi quæsitura, & vt dicit Theodoreetus, quanto enim ingenua pulchritudo posterior est ea, quam succus margarita, artis medicavit, tanto est melior simplex ille veritatis decor acri oratione, leridoque verborum concentus] & Aug. 4. contra Crescon. Gramm. cap. 2. [Eloquentia censetur veritatis inimica, patrona falsitatis, adeo ut propter hoc sophistæ, & heretici tanquam proprio munimine, & satellicio se ipsos eloquentia armauerint; ut sic facilis, & melius expugnarent veritatem.] Vnde merito Lactant. 3. de falsa sap. 1. [Deus voluit hanc esse rei naturam, ut simplex, & nuda veritas esset luculentior, quia satis ornata per se est; deo in ornamentis extrinsecus exhibitis fucata corrumpitur, &c.] vnde propterea ait Origenes 7. contra Cels. ante finem. [Communia dogmata, multo melius inornata, & simplici, quam eleganti, & culta oratione traduntur.] & propterea subdit, quod sicut græcus apud Ægyptios locuturus, non sua, sed illorum lingua (quoniam barbarizaret) loqueretur, ut illis esset utilis [ita divina potentia præuidens, non solum eruditis Græcis (ut existimantur) sed etiā reliquis, condescendit ad idioticum captum, audituræ multitudinis, ut consuetis verbis apud eos videnti, imperitos ad auseulantum aliceret.] Accedit quod ne existimaretur facundia non vi spiritus persuasos esse homines, & ad fidem Christi attractos simplici verborum apparatu voluit Spiritus sanctus scripturæ conditor eam vestire: unde Chrysostomus hom. 3. in p. ad Cor. dicit quod scum Euangelijs prægnat humana sapientia, & subdit. Hæc enim causa, fuit ne Apostoli sapientes fierent, non gracie imbecillitate, sed ne prædicatio offendetur. Si quidem illi Verbum Dei non corroborarunt, sed imbecillius reddiderunt. rudes autem, & indocti id confirmarunt.]

Sexto arguitur, quod in ipsa scriptura reperiuntur Hyperbata, confusus ordo, oratio hilca, & similia, legendus Hieron. in ep. ad Eph. cap. 2. Amplius superfluitas inspicitur batrachologia, ut est illa in Daniele descripta, Tubæ, fistule, ytharæ, sambucae, psalterij, symphonie, usque ad naufragia toties repetita.

## Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

## Prima classis ex scripturis.

**S**ed contra est primo, quia Act. 14. dicitur de Lycanis, quod vocabant Barnabam Iouem; Paulus vero Mercurium; quoniam ipse erat dux verbi, quod exponens S. Ioannes Chrysostomus lib. 4. de sacerdotio sic ait. [Cum igitur Paulum confitetur tum ante miraculorum editionem, cum in medijs ipsis miraculis magnam adhibuisse eloquentiam, qua fronte iam sustinebunt idiotam illum vocare, cuius magna fuit apud omnes admiratio? Quamobrem enim Lycanis ipsum Mercurium esse suspicati sunt. Nam quod Barnabam, & Paulum Deos esse crederent, id à signis editis fiebat: quod aut Paulum Mercurium esse vellent, id iam non à signis, sed ab eloquentia nascetur. Ex

**E**x cap. 18. dicitur, quod erat quidam Iudeus, *Apollo nomine*, *Alexandrinus genere*, *vir eloquens deuenit Ephesum*, *potens in scripturis*, & *intra subditur*, *quod contulit malum his*, *qui crediderant*: *vehementer enim Iudeos renincebat*, *publicè ostendens per scripturas esse Christum Iesum*, *vnde sicur decuit verbum agraphum*, *hoc est*, *nō scriptum eloquentia ornati*, *pari ratione*, & *scriptum*, *quod pariter cum tradito erat diffundendum*.

Quod si valde conductit eloquentia ad finem aliquem obtinendum Salomone testante Proverb. 16. *Qui sapiens est corde*, *appellabitur prudens*. & *qui dulcis est eloquio maiora percipiet*, non debuerunt eloquentia destituta esse diuina eloquia, quae ad altorem finem ordinata sunt. P. Cor. 1. dicitur. *Divites facti estis in omni verbo*, & *sciencia*, & ex Cic. particul. orat. definitur eloquentia, *ut sit copiosa loquens sapientia*, et si eloquentia iterum definitur à Quintil. 5. instit. cap. 4. *ut sit locuplex*. & *speciosi oratio*, quid dulcius scriptura? ps. 1:8. *Quam dulcia fauibus meis eloquia tua*. Heb. 4. *Vniuersus est sermo Dei*, & *efficax*, & *penetrabilior omni gladio anticipit*, *at finis eloquentia ex Tulio in Bruto*, & 3. de oratore, & Quintil. lib. 7. instit. cap. 2. est ut auditor non solum doceatur, & delectetur, sed etiam ut moveatur. Et ne quis dicat, aliam esse diuinæ aliam humanæ eloquentia rationem, sciat satis esse in unitate analogica ambas conuenire, vnde idem Cic. loc. cit. *Vnde est eloquentia sine de celi natura loquatur*, sive de terra, sive de diuina vi, sive de humana. sive ex inferiori loco, sive ex aequo, sive ex superiori sive ut impellat homines sive ut doceat sive ut debeat, &c. Accedit, quod ex Cic. 2. de orat. c. 4. & 3. de orat. nu. 31. non solum cum sapientia, sed cum prudentia, & probitate eloquentia iungitur, at scripturæ nostræ a fonte bonitatis, & virtutum securiunt, a Deo scilicet reuelante, maximam ergo eloquentiam continent. Quod si eloquens dicitur ex Cic. qui *huiusmodi subtiliter*, & *magna grauitate*, & *mediocria tempera* dicere posset. certe ex Marcellino ad Aug. ep. 4. *Sermonis diuini gratia humilius tumet facile*, ut placere emeruit.

Secundo, ex Patribus S. Clemens Rom. 5. lib. 1. constit. Apostolic. cap. 6. ait. [abstine ab omnibus libris Gentilium. Quid enim tibi cum alienis sermonibus, aut legibus, aut falsis Prophetis, quæ quidem homines leues à fide recta detorquent. Nam quid in lege Dei desideras, ut ad illa Gentilium scripturam velis appellare? sive enim historias legere cupis, habes libros de Regibus, sive sophistica, quæ argute ad sapientiam referuntur; & Poetica, habes Prophetas, Job, Proverbia, in quibus plus acuminis, quam in omni poesi, & sapientia sophistatum reperties, &c.]

S. Chrysostomus homil. de paradiso, & scripturis; vbi scripturas cum illo horto comparasset subdit illuc spirat Fauonius, hic aura Spiritus sancti, illuc spinæ pro muro obsepient hortum; hic Dei prouidentia tutum reddit lectorem, illuc cicadae stridore suo obsecrantes, hic Prophetæ suavi iubilo personantes, &c. hortus utique pro temporum qualitate seruit necessitatibus: scripturæ autem tempore hiberno perinde, atque aestivo perennant comitantibus vndique folijs, & fructuum pondere prægabantur.]

S. Ambrosius ep. 44. [Sunt & sermones boni, v3.

in scripturis, sicut fauum mellis, & grata sententia, quæ animos audientium spirituali quodam potu irrigant, & præceptorum mortalium suauitate mulcent.]

S. Hieronymus in prol. 147. de dulcedine, &c deliciis sacræ Scripturæ edifierens, ait. [Pinguissimus sermo diuinus est: omnes in se habet delicias: quicquid volueris ex sermone diuino nascitur, sicut trahunt Iudei quando manna comedebant secundum voluntatem vniuersusque, sic sapiebat in ore.] Et ad magnum oratorem. Vbi quærenti Magno, cur Hieronymus secularē sapientiam, & eloquentiam suis libris admiseret, respondit. [Nunquam hoc quærens nisi te totum Tullius possideret, si scripturas sanctas legeres. si interpres earum (omisso Vulcano) evolueres: quis enim nescit in Moysi, & in Propheticis voluminibus quædam assumptæ Gentilium libris, & Salomonem philosophicis vti, & proposuisse multa, & aliqua respondisse? & in fine epistolæ ait de interpretibus scripturarum. Nescias quid in illis primum admirari debebas eruditioem facili an scientiam scripturarum. Et idem sanctus Iohannes de libro sapientiae dicit, quod Graecam redole eloquentiam. prefatione in Esaiam, ait quod in sermone disertus sit, quippe ut vir nobilis, & virilis Sapientia non habet quicquam in eloquio ruficitatis admixtum.]

S. Augustinus 4. de doctrina Christiana cap. 7. vbi grauem eloquentiam, quæ scripturarum maiestatem decet, commendat et exempla ex diuinis litteris defumit in illo loco Apostoli. [Gloriamur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio vero spem: spes autem non confundit, agnouit ibi repetiti figuram, quæ gradatio dicitur subdens, & tamen agnoscitur hic figura, quæ κλίμαξ grecè, herinè vero à quibusdam est appellata gradatio, quoniam scalæ dicere noluerunt, cum verba, vel sensa connectuntur, alterum ex altero sicut hic ex tribulatione patientiam, &c. assert exemplum aliud 2. Cor. 11. vbi dicitur, libenter enim suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes sustinetis. n. si quis vos in seruitute redigit, si quis devorat: si quis accipit, si quis extollit, si quis in faciem vos cedit, &c. & subdit Augustinus quanta sapientia ista sint dicta vigilantes vident, quanta eloquentia cœcurrerint flumina, & qui sterit aduentum, porrò autem, & qui nouit agnoscit, quod ea cesa, quæ commata Graeci vocant, & membra, & circuitus, de quibus paulo ante differui cum decentissima varietate interponerentur, totam istam speciem dictionis, & quasi eius cultum, quo etiam indocti delectantur, mouenturque fuerunt, de eloquentia Prophetarum, loquens dicit quod quanto magis translati verbis videntur operiri, tantò magis cum fuerint aperta dulcescant, exemplum ostendit loci illius. Ve vobis qui opulentii estis in Sio: &c. Amos 7. & concludit in fine cap. 7. &c. Quapropter & eloquenter quidem non solum sapientes canonicos nostros autores, doctoresque fateamur, tali eloquentia, qualis personis eiusmodi congruebat.

Quarto, ostensione oculari prosequendo doctrinā S. Augustini, nam multa schemata oratione expresse cernimus in multis scripturæ locis Prolepsis, quæ præoccupatio dicitur, habetur expresse psalm. 86. cum dicitur, *fundamenta eius in montibus sanctis diligit*

*igit Dominus portas Syon, hoc est diligit Dominus portas Syon, cuius fundamenta in montibus sanctis. Zeugma, quæ est multorum coniunctio pendentia, quæ uno verbo, aut sententia terminatur, ut cum dicitur Eph. 4. *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à verbis, &c.* Hypozeuſiscum singula verba, vel sententiæ singulis qui busq; clausulis subiectūtur, ut cum dicitur 1. Co. 13. Siue Prophetie eracabantur, siue linguae cessabant, siue scientia deſtruetur. Anaphora in eiusdem dictio nis initio ſepiuſ repetita cernitur in psalm. 26. *Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo Dominus defensor vita mea a quo trepidabo.* Epizeuſis frequentiſſime elucer: confiſſit autem illa in congeſtione verborum in eodem versiculo, ut cum dicitur Eſaiæ 51. *Conſurge, conſurge, induere, &c.* & huiusmodi. Honeste leucon, cum medium, & finis sententiārum, vel verſiculorum ſimili forma terminātur, frequentiter in ſacra Scriptura deprehenditur, ut dum dicitur Eccles. 6. *Melius eſt videre, quod cupias, quam deſiderare quod neſcias, &c.**

Tropi etiam elegantissimi in eadem Scriptura paſſim reperiuntur. Catechēſim habes in psalm. 39. *In chamo, & freno maxillas eorum conſtringe. Metaleptism, & Metonymiam, ibi. Labores manuum tuarū manducabis.* Antonomasiā Eſa. 51. Nunquid non tu percussisti superbū. Hyperboleū 3. Reg. Tanta erat argemi copia in Hieruſalem quanta & lapidum. Antiphralim legis Matt. 26. *Amice ad quid venisti, &c.* De his plura eruditissimus noſter P. F. Sanctes Pagninus noſtrorum temporum Hieronymus in ſua doctiſſima Iſagoge cap. 26. & 27. à quo moderni ſatis ſunt locupletati: lege Genebrardum in psalm.

Ex quibus omnibus appetet non esse cur Græci, nec de eloquentia poſſint gloriari ſe obtinere pri matum, ſicut nec de poesi, nec de alijs facultatibus, hæc enim omnia à ſacra Scriptura deſumpſerunt, vnde fures, & latrones à Clemente Alex. vocantur. De hoc argument. lege Roa. lib. 5. cap. 6.

Vltimo, ad hominem, nam Erasmus in 1. Cor. cap. 12. ait. Totus hic ſermo Pauli diſtributionibus diſtiorum, earundem iterationibus, idque nunc in principio, nunc in fine, membris inciſis, comparibus, ſimiliter cadentibus, ac deſinentibus, periodiſque floridus eſt.

### CONCLVSION ORTHODOXORVM.

*Sacra Scriptura eloquentia ſumma prædicta eſt, ad finem qui eſt perſuafio accomodatissima, & ſi in multis partibus etiam in tropis, & figuris forenſem etiam eloquentiam exuperet.*

R Espondeo dicendum, quod hanc quæſitionem mouet in terminis S. Auguſti lib. 4. de doctri na christiana cap. 6. dicens. *Hic forſitan aliquis que rit, virum auiores noſtri, quorum ſcripta diuinitus in ſpiritu a canonem nobis ſaluberrima auctoritate fecerūt ſapiētes tantummodo an eloquentes etiam nuncupandi junt?* Quæ quidem quæſitio apud me iſpsum, & apud eos, qui mecum, quod dico ſentient, facillimè ſolutur. Nam vbi eos intelligo, non ſolum nihil eiſ sapientius, verum eu-nibij eloquentius mibi videri potest, &

audeo dicere omnes, qui recte intelligunt, quod illa loquuntur ſimul intelligere non eos aliter loqui debuſſe. Sicut eſt enim quædam eloquentia, quæ magis etatem iuueniem decet, eſt quæ ſenilem, nec iam dicendi eſt eloquentia, ſi perſone non congruat eloquentis; ita eſt quædam, quæ viros ſumma auhoritate digniſſimos plane que diuinos decet. Hoc illi locuti ſunt, nec ipſos decet alia, nec alios ipſa, ipſis enim congruit; alios auem quāto videtur humilior, tantò altius non auctoritate, ſed ſolidatione tranſcendit. Vbi verò eos non intelligo, minus quidem mihi appetet eorum eloquentia, ſed eam tamen non dubito eſſe tamē qualis eſt, vbi intelligo. Pro quo ſciendum eſt, quod aliud eſt loqui de eloquentia ſecundum ſe, & ex natura ſua, aliud de ipſa in ordine ad quædam conditiones extra ſuam naturam poſtas, cuiusmodi eſt perſonarum, loci, temporis, modi, argumenti, circa quæ versatur. Eloquentia etenim lecundum ſe ex fine ſpectatur. Eſt autem finis perſuafio, eloquentia autem attentis conditionibus adiacentibus attendit, an ſit dicendum in foro, vel Academia, coram doctis, vel rudibus, ſapientibus, vel inſipientibus, hoc, vel illo luſtro, vel ſeculo, Attice, vel Laconice dicere, in genere demonstratio, deliberaſio, vel iudiciali. Sed quia unaquæque rei principalitas primariò attendit ex parte finis, ſecundariò autem ex parte conditionum adiacentium, ideo illorum ſcriptorum eloquentia præminet, que finem magis attendit, quam illa, quæ versatur circa adiacentes conditiones; prior enim, quæ eſt ſecundū finem absolute, cum finis propter ſe queratur: posterior eſt respectiva, quæ non propter ſe queritur, ſed propter finem: imo etiam ſi tam hæc posterior, quam prior eloquentia eundem finem ſpectet, illa eſt nobilior, & eminentior, quæ non in qualitate, ſed ex proportione instrumenti finem aſequitur. vnde dixit Cicero de lib. de genere opt. orator. Non enim quaerimus quid ſit Attice, ſed quid ſit optimè dicere, optimè autem dicere eſt aſſumere tamē modum, vnde ſiat perſuafio eſt ſi minus nobile instrumentum, ſeu genus dicendi aſſumatur: non enim ex medijs finis, ſed media ex fine conſtituenda ſunt. Vnde Auguſtinus lib. 4. c. 12. de doctri na Christiana ſic ſcribit. Dixit ergo quidæ eloquēs, & verū dixit, ita dicere debere eloquentiæ, vt doceat, vt delectet, vt ſelectat: deinde addidit, dicere necessitatibus, delectare ſuavitatis, ſelectere vi torię, vna harū conditionum dicit Aug. ibid. c. 13. Eſſe in rebus, quæ dicuntur, duæ in modo dicēdi. Etenim propter fatidientes, quibus veritas non placet, datuſ eſt in eloquentia non paruus delectationi locus: & quia non ſufficit duris interdum ex doctri na delectatis, niſi præbeant, conſenſum, Oportet non ſolum ait Auguſtinus docere, vt inſtruat, & delectare, vt te neat, verum etiam ſelectere, vt vincat. Quod ſi ad victoriā ſine delectatione pertingat, magis eloquentiæ fine aſequitur, quam ſine victoria delectans. Vnde Cicero 1. de orat. refert, quod allatam Socratis quandam orationem pro ſua deſenſione, repudiavit exemplo repudiij non ſibi aptorum calceorum dicens ſimiliter, Orationem diſertam ſibi, & orationem videriſſimè, & vriſimè non videri. Si ergo conſideremus in ſacra Scriptura eloquentiam ſecundum ſe, dicendum eſt, quod omnia in ſacra Scriptura eloquentiæ ſunt, cu finem, & ſcopum attingant, nempe ſuadere, & ad amorem cœleſtium, terrenorum contemptum, virtutum inſuſionem, vitiorum extirpationem imitan do,

do, & per obsecrations, increpationes, concitatrices, & quæcumque alia valeat ad commouendos affectus, id nob̄ lius ceteris facundijs præstanto, ut propterea (vt verbis Augustini utr cap. 13.) sit ista. Eloquacia tanto terribilior, quanto purior, & quanto solidior, tanto vehementior, & verè securis concidens petras. Certum est autem in omni genere illud dici simpliciter, & absolute tale, quod secundum naturā suam (quæ ex fine specificatur) tale est, & omnis res potius denominatur ab eo, quod illi essentiale est, quam ab adiacentibus. Si vero spectemus illam secundum conditiones temporum, locorum, &c. (quales nimirum habet eloquentia forensis stylum comprum, & phaleratum, & elegantem, & huiusmodi) tunc quamvis secundum quasdam partes (per tropos, & figuræ, quas continet verborum, & dictiōnū) redoleat istam eloquentiam; simpliciter tamen, & quoad maiorem sui partem Scriptura sacra simplex est, & inculta: cum hoc tamen stat, quod cum ex necessitate doceat (etsi interdum non mulceat) insuper cum flectat, & vincat, finem eloquentiae talem assequatur, quem Rhetorum, & Philosophorum libri assequi nullo modo potuerunt. Vnde ex hoc fine, & fructu reportato (qui est scopus, & finis benē institutæ eloquentia) dicitur Es. 55. Quomodo descendit imber, & nix de cælo, & illuc ultra non reuertitur. sed inebriat terram. & infundit eam, & germinare eam facit, & dat sem in seventi, & panem comedenti: sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his ad qua misi illud. nam & de eloquentia vera dixit Homerus apud Senecam ep. 40. quod est concitata, & sine intermissione in morem niuis superueniens. Nec propterea quia interdum non delectat, vt sacerdotis eloquentia aliqua perfectio illi deest, nam ita est nostra in statu sublimiori, vt illam dedeat puerilem eloquentiam. Est quoque in illa, sublatiis imperfectionibus, tanta eminentia, & tanta vis (etiam si fucus eloquentia forensis non habeat) ut nec appareat adorna, nec ornamenti, quibus ornari potest, sit desirua: idque decēs fuit, ne ex ornatis pueriles sacri viderentur auctores; & ornamenti destruta despiciuntur. Vnde nec apparatus verborum sapientiam scripturarum præcedit, nec si sit concomitans, & in obsequium assumptus à præcedente sapientia refutatur. Quare simpliciter, & eminenter esse eloquentem dicendum est. vnde Augustinus cap. 13. Illud magis admiror, & stupeo quod ista nostra eloquentia, ita ut sint per alteram quandam eloquentiam suam, vt nec eis decesset, nec emineret in eis, quia eam non improbari ab illis, nec ostentari oportebat, quorum alterum fieret, si vitaretur alterum putari posset si facile agnosceretur; & in quibus fortè locis agnosceretur à doctis, tales res dicuntur, ut verba, quibus dicuntur non à dicente adhibita, sed ipsi rebus velut sponte subiuncta videantur, quasi sapientiam de domo sua, id est pectore sapientius procedere intelligas, & tantum inseparabilem famulam etiam non vocatam sequi eloquentiam.

#### Solutiones oppositionum.

**A**D argumentum in contrarium respondetur, quod duplex est eloquentia, humana, & diuina, humana repudiatur; diuina vero commendatur. Hu-

mana verò est illa, quæ habet verba conuenienter docta, atque pigmentis fucata, artificio instructa, atque composita. Sapientia, & eloquentia diuina habet sua verba docta, sed non arte hominum composita, sed Spiritu Dei instructa, qui purus est simplex, sobrius, &c. vnde recte scripsit Ambrosius epist. 63. ad Iustinum, sacri scriptores non secundum artem scripsérunt, sed secundum gratiam, quæ super omnem artem est. Scripsérunt enim, quæ spiritus illis loqui dabat. Eminentia tamen continet quicquid terrena eloquentia præstat seclusis illius in perfectionibus, fucatis scilicet pigmentis, & huiusmodi: vnde recte Greg. 20. moral. cap. 1. Scias quod omnes doctrinas ipso etiam locutionis suæ more transcendat; quia rno endemque sermone dum narrat texum prodit mysteriū. Hinc est, quod ex diuina talis eloquentia efficacia, id efficiebatur, quod per eloquentissimos nunquam præstari potuit, dicente Apostolo, quod prædicatio eius non erat in persuasilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis: quia ut dicit Origenes 6. contra Celsum, eius energia cœlestis concessa est, diuinū verbū euangelizantibus virtute multa. Sed si quæ verborū exhortationes reperiuntur in sacra Scriptura, non sunt ab arte humana profectæ, sed per diuinam illam eminentem eloquentiam expressæ, vnde Augustinus 4. de doctrina christiana mox citatus, sed non ipsa re plusquam dici potest in illa eloquentia delectant, quæ sunt his viris cum oratoribus Gentilium, Poetisque communia; id magis admiror. & stupeo, quod ita nostra eloquentia ita ut sint per alteram quandam eloquentiam suam, vt nec eis decesset nec emineret in eis. Cumquæ eloquentiam sint subfusuri Genitiles à sacris libris, iure suo viri scriptura interdū eloquenter loquedo in multis locis, sed simplici sermone plerumque contenta, vt ostendat patiter nullius Rhetoricę, vel Grammaticae legibüs adstringi. Vnde recte dicebat Basilus in Hexam. honi. 2. Non enim tornatores dictionum, neque probè sonantes voces recipimus, sed nominum claritatem nos ubique præferendam ducimus. Nos porro veritatis scripturam in multis locis usam esse his vocibus confitemur, non tam spiritus libertatem penitus se iure dicimus, inepio exterritorum scriptorum decoro. Verum prout semper occurrit, congruenter ad tuis necessitatem locutionis alteraret.

In specie verò ad primum respondetur non habuisse Apostolum calami stratum, & fucatum sermonem, quem sibi vendicat secularis eloquentia, sed grauem, & sublimem eloquentiam prospicemur, quæ tantum Apostolum decebat.

Sed bene Isid. 2. sent. cap. 13. de istis comatulis protulit. Fastidiosis atque loquacibus scripturæ & sacra minus sermones simplices placent. Gentili enim comparata videtur illis indigna. Quod si animo humili mysteria eius intendant, confessim aduentunt quam excelsa sunt, quæ in illis despiciunt. & sic respōdetur ad 3. ad 4. & 5. argumentum, quæ probant in scripturis non esse turgidam eloquentiam. & sic respondemus ad naureas Erasmi, & huiusmodi tornatores dictionum, & verba aucupantes.

Ad secundum respondetur, non est mirum si hec omnia interdum solecismis, barbarismis, & huiusmodi sunt scriptura referentes. Id factū est diuinitus, ne quod super humanas artes est diuinum eloquium regulis Donati, vt dictum est adstringatur, & vt dicit

Theo-

Theodoretus lib. de natura hominis, ut videret mundus, homines barbaro sermone usos superasse leporum Græce eloctionis, &c. propterea non est mirū, si in Apocalypsi barbarissimi obseruentur. Verum ut ad ostendendum supereminentem eloquentiam elegantia vī sunt, & polito sermone scriptores nostri, sed tanquam proprium sibi vendicantes; ita idem Ioannes in Euangel. & in epistolis eloquērem se monstrat dicente eodem Dionysio apud Euseb. lib. 7. hist. cap. 20. Euangelium, & epistola Iohannis non modo, ut Græci loquuntur àrras, idest absque ullo virtute, sed etiam summa cum verborum elegantiā, maximo sententiarum pondere, & concinna eloctionis dispositiōne præscripta sunt. & per hanc patet responsio ad sextum argumentum. Illud vero non concedēdum, quod superfluitas sit in scripturis: nam ea, quæ putantur superflua ab istis luscis (cuiusmodi sunt genealogiae, & similia) multum ad historiarum cognitionem, & temporum suppurationem faciunt, & multa quoque mysteria continent, ut scriperunt Augustinus, & Hieronymus, que Deus renelare dignatur, cui vult: etiam sub despecta terra, thesauri quoque reconduntur.

Nec ex loco allegato Bartologia colligitur, ut dicit Ambros. Cather. pag. 198. ob hoc enim narratū est illud factum eo modo: ut superfluis, & inanibus verbis illis, inflati Regis venustosum appareret editū, vanaque, & fastidiosa superfluitas, superbaque ostentatio Regis, & gentis in illis repetitis verbis tubæ, fistulae, &c. describeretur, sed si humanæ litteraturæ studiosi nostrorum sacrorum Doctorum auctoritate non mouentur; vel Gentilem Pythagoram apud Plat. in apol. Socratis loquentem audiant, atque dicentem [Syrenibus musas esse iocundiores.]

## CONTROVERSIA II. SPECIALIS.

*De scriptura prout est canon, & canonica dicitur.*

**D**einde considerandum est de eadem scriptura prout est canon, & canonica. Circa quæ queruntur quinque.

Primo, an libri sacri, & divini in Biblijs sacris contenti non modo canon sint, sed & canonici, & quare ratione.

Secundo, quis sit Hebraeorum canon, & quando editus.

Tertio, quis sit canon Ecclesiæ catholice, & quando editus.

Quarto, vitrum hic canon Ecclesiasticus Scripturas sacras complectens unus sit, & indivisibilis, & ex qualis auctoritatis.

Quinto, quo ordine numerentur libri canonici.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*An libri sacri, & divini in Biblijs sacris contenti non modo canon sint, sed & canonici, & qua ratione.*

### Positio Nouatorum.

**M**artinus Kemnitius in suo impudenti examinacne Concilij Tridentini less. 4. putat eo titulo

tantum canonicos dici huiusmodi libros, quia soli canon, & norma, ait, sunt credendorum. Eandem phantasiam sequuntur alii. Rullus enim disput. 3. de sacra scriptura thesi. 191. cum dixisset libros canonicos illos dici, quia dictante Spiritu sancto à Prophetis, & Apostolis sunt conscripti, & approbati, ait, *Libros canonicos non dici propter certum ab Ecclesia fixū, & cōstitutū canonē, sed quia fidei, ut ex quo regulam diuinitus præscriptam cōtinent, subdens thes.* 193. *Quemadmodum enim lapiceda aut architectus ad amussim, & perpendicularum suum opus exigit, ita quod nos credere, & quemadmodum vivere oporteat, scriptura præscribit, ut huc fidem omnem, vivaque nostram referamus.* Modernus alius Prædicans Vitembergensis in disputatione de librorum canoniconum numero edita anno 1604. & interpretatione ait, *sacram Scripturam dici canonicanam, appellacionem hanc ei ab ipso Spiritu sancto impositam.* Lubauius Lutheranus libro suo, in quo se attulat Basilium de Varna sic exclamat. *Qua auctoritate unquam illa vox, canon, per se accepta est pro librorum catalogo?* hæc ille.

### Oppositiones eorundem.

**V**identur primo, quod tantummodo canonici dicuntur, quia sunt canon, & regula, Gal. namq; 6. scriptura vocatur canon, dum dicitur. *Quicunq; hunc canonem, siue hanc regulam secuti fuerint pax super illos, & misericordia, &c. & Philip. 3. In eadem permaneamus regula, est argumentum Rulli thes.* 192.

Secundo, quia psal. 19. de prædicatione euāgelica scriptum reperitur, *in omnem terram exiuit funiculus, seu amussis eorum, quod normam, & canonem designat, ergo à Spiritu sancto canonica appellata est ipsa scriptura, quia est canon, & norma siue regula, est argumentum Prædicantis.*

Tertio ipsi Patres scripturam canonem vocant. sic Irēneus lib. 4. cap. 69. *Regulam veritatis sermones Dei appellat. S. Chrysostomus hom. 33. ait, oro, ut in omnibus illis præclusis auribus adamussim canonem sacrae scripture sequamur, & S. Augustinus lib. 2. de Bpt. contra Donatist. ait, adseramus diuinam statu ram de scripturis sanctis tāquam de thesauris Domini.*

### Confutatio eorundem ex orthodoxorum fundamentis.

**S**ed contra est primo authoritas Patrum. Athanasius in synopsi, cum libros canonicos numerasset, dicit, se recessuisse libros certo numero definitos, quibus è regione opponit numero non definitos, & innumerabiles. Et reddens rationem cur Euangelium Thomæ, Petri, &c. non recipierentur, subdit. *Quatuor Euangeliorum libros sacri sanctæ Ecclesiæ canones nobis sanxerunt, præter ista non est ullum aliud.*

Eusebius lib. 4. cap. 26. & lib. 6. cap. 25. ait, *necessario vero & horum, librorum canoniconum, & non nullorum, apochryphorum, catalogum fecimus, ut discernamus inter ea scripta, que secundum Ecclesiasticam traditionem nec ficta, nec dubia, sed vera sunt; & ea, quæ præter ista legitima quidem noui testamenti scripta non sunt, & contradictionem non patiuntur, &c.*

Ephi-

Epiphanius de ponderibus, & mensuris mensurā vocat numerum, & supputationem librorum canonorum, qui iuxta 22. elementa hebraica totidem ab Hebreis supperabatur (loquens de canone Hebreo, ut alia exposuitus.)

S. Hieronimus præfatione in Iudith, ait, *Hunc librum Synodus Nicæna in numero sanctorum scripturarum legitur computasse, & in præf.lib. Macab. ait. Machabæorum libri licet non habeantur in canone Hebreorum, tamen ab Ecclesia inter diuinorum volumen annoiantur historias.*

Ruffinus in symbolum. *Canonem, scribere dicit, noui, ac veteris testam̄tū volumina numero designare, canonem absoluere, numerum librorum concludere.*

Augustinus 2. cont. Cresconium Gram. cap. 32. *Non sine causa tam saluber vigilante canon ecclesiasticus constitutus est, ad quem certi Prophetarum, & Apostolorum libri pertinent, & de ciu. lib. 18. cap. 38. ait, quod librum Enoch, & nonnulla alia scripta Prophetarum, castitas canonis non recepit. Quia Nam apocryphas scripturas à Manicheis prolatas 22. contra Faustum cap. 29. expludit dicens, has scripturas canon Ecclesiasticus respuit.*

Secunda classis probatur ratione. *Quia multi impostores possunt fingere sacros libros eosque dicere, normam, & hanc appellationem eis inditam à Spiritu sancto, cum dictati sunt: non ergo satis est ut canonici dicantur, tantum dicere normam, &c. sed oportet catalogum, & album assignare, ubi recensetur hos, non illos libros à Deo prodijisse.*

Tertio probatur ad hominem: nam hinc catalogunt necessariam adjudicant interdum Nouatores aliqui dum fatentur (sed cum restrictione) canonem prescribere; & testificari de numero librorum diuinorum esse tantum primitiæ Ecclesiæ munus, sed expressè Beza, & ex eo, suo in thesauro Henricus Stephanus canonicos libros dicit ex eo etiam capite, quod in diuinorum librorum albo numerati sunt. Sic enim habetur in thesauro Græco. *Canon accipitur pro sacrorum librorum catalogo, quorum iniulabilis est authoritas, & ad quos veluti certissimam normam exigenda sunt omnia religionis Christianæ dogmata. In hac significatione usurpatur in synopsi diuinæ scripturæ Athanasio attributa. Hæc ibi. Corrigendatamen veniunt posteriora verba, quod omnia dogmata scripto verbo exigantur, nam ex traditione quoque, & verbo non scripto finiti catholicè dicendum est.*

#### CONCLV SIO CAT HOLICA.

*Libri diuini scripturarum non modo canon sunt & regula, sed & canonici, quia in albo, seu canone ab Ecclesia præscripto continentur.*

**R**espondeo dicendum, quod canō idem est, quod in regulâ, quæ supra trutinam, & æquilibrium facit examen, vnde in artibus, & facultatibus normæ, & regulæ dirigentes actiones, ut recte fiant canones & normæ vocantur, sic regulas Grammaticæ grammaticos canones vocat Aulonius epigram. 128. similiter actuum moralium regulas quæ sunt recta ratio Philosophorum præcepta, & leges legislatorum.

canones dicimus, ut videre est apud Arianum Epitatum lib. li. 2.c. 1. *Sicut enim, inquit, in ponderibus stateram inuenimus, velut in rectis, & prauis normam, ita in uestigatione opinionis faciendum. doceat subditq; Non ergo satis est ad naturam rei constituendam, cuiusquam opinio. Neque enim vel in ponderibus, vel in mensuris sola specie contenti sumus, at regulâ canonem ad singula excogitamus. Hæc ille, & per causam illum Philosophica præcepta intelligit. Sic etiam loquitur Aristoteles 2. polit. cap. 9. Iuxta hæc etymologiam leges ecclesiasticae canones passim vocantur, similiter & Sanctorum verba, ut dicit S. Maximus in disputatione contra Pyrrhum. Cum ergo per scripturam tam quoad credenda (licet non quoad omnia) quam quoad agenda dirigamur, merito ipsa sacra Scriptura, & quævis eius sententia, a missis, regula, & norma, & canon dici debet. Quia vero non uno modo dicitur mensura (sicut, & quantitas, cum alia sit continua alia discreta) inde nedum vlnam, & huiusmodi, mensuram, canonem, & regulam dicimus, sed omne id, quod sub aliquo certo numero definitur, atque concluditur secundum quem sensum 2.cor. cap. 10 certam sibi assignatam portionem prædicandi, mensuram vocat, & canonem, sicut etiam censura agri canon dici solet, qui certis limitibus continetur, etiam iuxta hunc sensum canon frumentarius dicitur determinatus numerus frumenti. Vade, ut dicit Spartanus apud Budæum lib. 5. de asse, Seuerus Pertinax Imperator reliquit canone frumentarium in septenario suffecturum. Canon etiam aurarius habetur apud Lampridium in Heliogabalo, & Cod. de inductione l. 1. De canone largitionario titulorum: extat titulus in Cod. lib. 10 qui est tit. 23. qui pro numero quoque usurpatur. Ad eandem rationem mensurae discretae pertinet tempus, quod est mensura, & numerus motus, vnde datur canon embolismi, seu intercalationis. Secundum autem hanc acceptiōem optimè translatio facta est ad significandum album, seu catalogum, in quo numerantur aliqui, alijs explosis tanquam ad illum numerum non pertinentibus. Secundum quæ sensum in Concil. Laodic. c. 24. canon clericorum dicitur catalogus clericorum, & canon Episcoporum, & fidelium defunctorum apud Niceph. lib. 14. cap. 15. & 26. eorundem numerus & catalogus dicitur, vnde in Græcorum Menologio dicitur, hymnorum diuinorum numerus, & catalogus magnus canon. Vnde secundum hanc acceptiōem vitos perfectos in catalogo, seu albo Sanctorum descriptos ab hoc catalogo, & numero tanquam sacro canone, canonizatos appellat Ecclesia. Numerus ergo, seu catalogus, in quo sacri libri diuinitus inspirati recensentur metit canon dicitur, tam secundum rationem mensurae veluti continuæ, quia per illam multa dogmata metimur, quod est discreta, ut scilicet sit, quod ita scripturarum canon constitutus est, ut præter earum numerum, quæ in auctoritatē canoniam receptæ non sunt, scripturaræ sacrae non debeant appellari. Sicut autem in huiusmodi quantitatibus discretis non valet prædictio totius de parte diuinius (non enim dicimus, quod unum modium frumenti sit canon frumentarius, nec unus clericus canon, & catalogus) sic non potest dici quod aliquis liber sacer iuxta hanc secundam acceptiōem sit canon: bene tamen (sicut & prædicta, quæ recensita sunt) de canone, seu canonici. Non satis*

satis autē est, ut libri dicantur Canonici, quod mensurabilitatis habeant rationem, & sic sint regula, & canon iuxta primam significationem, nisi etiam denominationem suscipiant à canone secundum acceptationem secundam, scilicet, quia in illo continetur, cuius ratio ex ipsa mensuræ ratione desumi potest, quia nulla mensura habet rationem regulæ, & normæ quoad nos, & quantum ad exercitium, & in actu secundo, nisi per applicationem artificis, vel scientifici determinantis hanc rem, non illam habere rationem mensuræ, vel esse in mensurarum numero, ceteris adulterinis explosis, ut patet inductiū in omnibus facultatibus, & artibus. Vnde quatuor in actu primo sacri libri regulæ sint canones, & mensura à sua prima conditione, non possunt esse canones in actu secundo, & quoad nos seclusa applicatione Ecclesiæ consignantis hunc librum non illum, & hunc non illum habere rationem mensuræ determinantis, vel esse in mensurarum numero, seu canone. Quare meritò ex hac consignatione librorum factorum, qua catalogus describitur, canonici meritò dici debent, cum authoritatem, & regulandi rationem, quam in se cum conditi faerunt habuerunt, per ecclesiasticam consignationem innotescat.

### Solutiones oppositionum.

**A**d primum. Eo loco Apostolus non de tota scriptura agit, nec de parte aliqua scripturæ, sed tantummodo de illo dogmate antiquatæ iam circumcisionis, quod in Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura, quam regulam, id est rectitudinem doctrinæ seruantes (ut exponit Anselm.) verè Istralitæ sunt, qui à veteribus discedunt, & gratiam sectantur, ut dicit Chrysostomus in illum locum. Quod vero Philipp. 3. dicitur. In eadem permaneamus regula, vniuersam fidem intelligit, regula enim, (ut dicit ibi Chrysostomus homil. 12.) Nec addi sibi quicquam, nec demi sustinet; alioqui hoc ipsum quod regula est amittit, & perdit. Integra autem regula non est verbum scriptum, sed etiam traditum. Admisso autem quod scriptura sit regula partialis, dicitur canon secundum primam acceptationem, canonica tamen esse non potest, nisi per consignationem Ecclesiæ, & numerationem in catalogo factorum librorum, qui catalogus canon nuncupatur.

Ad secundū respondetur, cum 70. legant. In omnem terram exiuit sonus eorum, maiorem sibi auctoritatem vendicant, quam nouelli isti Prædicantes, quasi ceci palpantes in meridie, Sed ne ex arena fugere videamus, admittimus illam lectionem, & dicimus dici Euangelicam prædicationem integrā, amissim, & normam crededorum, quia prædicatio integra verbum scriptum, & non scriptum complectitur. Est autem scriptura norma, & amissis partialiis iuxta primam significationem, sed requiritur applicatio huius regulæ per Ecclesiæ explicationem, & approbationem, ut explicatum est in corpore articuli.

Ad ultimum argumentum respondetur, concedendo scripturam, & quamlibet eius sententiam esse normam, &c. sed non satis est hoc, ut canonica dicatur, ut explicatum est: sed requiritur applicatio, & consignatio. In perpetuo autem paralogismo ver-

santur Prædicantes, nam quod canonici dicuntur scripturæ libri, quia intellectum in credendo dirigunt, & affectum in operando, una causa est; at non sola est, & integra, ut canon dici debeant, quia ut sit canon, & canonicus requiritur Ecclesiæ consignatio, sine qua canon, & canonicus liber sacer dici non potest, nisi remotè, seu in actu primo.

### ARTICVLVS SECUNDVS.

Quinam sit Hebraeorum canon, quando editus est, & an sit hic qui modo circumfertur.

**N**on modicā afferit utilitatem huius questionis solutio ad calūrias, & strophas hereticorū modernorū cōuellendas, qui semper Hebreorū canonē ecclesiastico canoni opponunt, & ad verecundiam etiam alijs Nouatoribus iniiciendam, cum ab eodē Hebraico, quem tantopere canonem exiollunt adhuc sacros libros auferunt, v.g. cum Lutherus librū Ecclesiastes exufflat, &c.

### Pro parte affirmante.

**V**Idetur primo, quod Hebreus canon ille sit, in quo tantummodo recensentur viginti duo libri conformiter ad alphabetum Hebraicum, nempe Moysis quinque, Iosue VI. Iudicium cum Ruth VII. Samuel VIII. hoc est primus, & secundus Regum, Melachim IX. id est tertius, & quartus Regū, Esaias X. Ieremias XI. Ezechiel XII. liber duodecim Prophetarum XIII. liber Psalmorum XIV. Proverbia XV. Job XVI. Daniel XVII. Esdræ XIII. Paralipomeno XIX. Esther XX. Ecclesiastes XXI. Canticum Cantorum XXII. Nam hanc supputationem faciunt Iosephus lib. 1. contra Appionem, & Philo lib. de mundo, & è nostris Origenes apud Eusebium lib. 1. hist. cap. 21. Athanasius in Synopsi, & epistola Heortastica, Epiph. 1. contra hær. her. 8. & lib. de ponderibus, & mensuris, Nazianz in metris, Hilarius præf. in ps. Hieron. in prologo galeato Damasi 4. fide orthod. c. 18. Cyrrill. Hierol. categ. 4. Isid. 6. ethimol. & lib. de officijs Rabb. de instit. clericorum, Leontius lib. 2. de scitis cap. 2. & hanc canonis supputationem ab Esdra factam tenent communiter.

### Pro parte negante.

**S**ed contra est, quia alijs libri præter istos, ut canonicos habuerunt Hebrei, alludentes ad canonē, qui post Esdram editus est. Iosephus enim citans sententiam Ecclesiastici cap. 42. exaratam, *meior est iniqitas viri quam mulier benefaciens*, ait illam sententiam ex lege esse deromptam.

Rabbi Azarias lib. 3. Meorhaim cap. 2. fol. 29. dicit plurimos Rabbinos in Thalmude tam Hierosolymitano quam Babylonico, ex eodem libro Ecclesiastico citasse sententias, nempe ex c. 3. 6. 11. 13. 32. 42. Rabbi Eliezer, ut refert Berescith Rabbah fol. 10. col. 1. parschach. 8. illud etiam citat cap. 3. Altiora tene quæsieris. T.c. librum tamen istum Ecclesiastici in Hebraeorum vulgato canone nequaquam haberi compertum est.

## CONCLUSIO ORTHODOXORVM.

*Secundum diuersitatem temporum variè ab  
Hebreis canon scripturarum  
editus est.*

**R**espondeo dicendum, quod non uniformis habetur librorum canonicorum supputatio, vt docet noster Senensis lib. i. Bibliot. Quidam enim solum numerum Alphabeticum simplicem attentes iuxta viginti duo elemēta hebraica totidem illis correspondentes libros supputarunt. Alij seruata eorundem elementorum simplicitate, solummodo ter repetita littera iod propter reuerentiam divini nominis, quod Chaldaico more sic solent describere „, illum numerum ad 24. exrenderunt, Ruth separantes à libro Iudicum, & Threnos à Hieremia, post Ether locantes Ruth, efficientes numerum 21 mox numero 22. locantes Ecclesiastem, numero 23. Canticum Cantorum, numero 24. Threnos, quam supputationem fecerunt, nedam Rabbini Aben Ezra, & David Kimhi, sed etiam è nostris, Melito apud Euseb. 4. hist. cap. 26. & alij apud Hieronym. in prolog. galeato, & in præf. Daniel respicientes ad mysticum numerū 24. seniorum in Apocal. descriptorum. Quidam verò quinque duplicates litteras Hebreorum attentes, quas finales vocant, ad numerum 27. extendent alphabetum Hebraicum, libros quoq; eosdem multiplicarunt, sic Epiph. lib. i. hærel. 8. & Damasc. lib. 4. cap. 18. multiplicatio est, quia etiam separantes Ruth à Iudicum libro (licet Threnos cum Hieremia coniungentes) quatuor libros Regum supputarunt, & post primum Esdræ Nehemiam posuerunt, qui & 2. Esdræ dicitur. Omnes autem hos libros dicit Epiph. loc. cit. habebant Iudei usque ad redditum à captiuitate Babylonis: & communiter tām ab hereticis, quām orthodoxis tenetur Esdræ tempore cōfectum hunc canonem, vel à Concilio magno, quod tunc erat (quod dicitur, Beth din, hoc est domus iudicij, vel Geneseth gedolah. i. cōgregatio magna) vel ab ipso Esdræ præcipuo scriba, & Doctore illius Concilij. Seratius dicit proleg. q. 16. ex sententia Epiph. lib. de ponder. factum hunc canonem quando missi sunt libri ad Ptolomeum Philadelphium: vel quando orta est hæresis Saducæorū, &c. quod etiam est probabile. Sed post Esdræ tempora editos alios canones, in quibus plures libri repositi sunt, tradit Genebrardus in chronologia, secundus enim canon factus afferitur in 6. Synodo Hebreorum, vbi Ecclesiasticus inter sacros depositus est libros, & tertius canon in 7. synodo Hebreorum, vbi Judith, Tobias, &c. numerati sunt, qui in priori canone, cum adhuc aut non essent editi, aut apud omnes non esset manifestum a esse à Spiritu sancto inspirati, nec per Vrim, & Thumin, vel Bath, Kol. i. filiam vocis, aut per fumū (per quæ innotescerat oracula) ut divini nō ab omnibus cogniti sunt. Vnde factum est, vt cum res non esset apud oēs ante 7. Synodus explorata, in dubium à nonnullis fuerint reuocati, & post illius synodi 7. decretum, (cum non exiet certum argumentum alios libros præter illos, quos posuit Esdras in prima synodo, fuisse in hac ultima synodo collocatos) non est mirū si à recentioribus Iudeis in moderno eorum canone non sunt exarati.

*Solutiones oppositionum:*

**A**d primum. Illa supputatio simplex facta est ab Esdra in prima synodo magna, in qua solum ij libri recensiti sunt in canone, qui iam scripti erāt; aut qui vt protocanonicali habebātur: exitissé autem tunc deuterocanonicalis, de quibus non apud omnes erat exploratum an canonicī essent, certum est. Vnde Rabbi Azarias ssp. cap. 17. fo. 175. de ijs loquens ait, Fortasse Esdras sacerdos non apposuit manum, nisi ad eos libros, qui compositi fuerunt à spiritu sancto, & lingua sancta, sapientes nostri intelligenter, ac prudenter non stabilierunt, nisi que ab illo effusa, & stabilita, potuit ergo esse, vt alios, lingua Aramaea descriptos, & Esdræ perspectos, & quod ope aliqua supernaturali fuerint descripti ab eodem, in aliquo canone postea fuerint collocati. Vnde & exp̄s̄ Iunilius lib. de partib. diuinæ legis cap. 3. cum quadam differentia receptos docet deuterocanonicalis, & canonicis, loquens de priori canone, vt superius alias explicauimus, qui æqualiter postea in synodo Hebreorum, equali reuerentia sunt recepti.

## ARTICVLVS TERTIVS.

*Quisnam sit canon Ecclesie catholice,  
& quando editus.*

*Positio Nouatorum.*

**N**ouatores canonem primum Hebreorum sequentes, solos illos, quos vocant Protocanonicalis veteris testamenti libros recipiunt, similiter & noui testamenti solos quos nuncupant Protocanonicalis suscipiunt, ceteris vt apochryphis reiectis; & hūc canonem Lutheranum, vel Calvinianum Patres commendasse protervè contendunt. Horum loca, & dicta supra recensita sunt. Sed & Sibrandus Luber tus libris de principijs Christianorum dogmatum aperte pronunciat, eundem semper fuisse Iudeorum, & Christianorum canonem. Iuntius Hebreorum canonem solum diuinum vocat, canonem Græcorum humanum, & doξas, hoc est opinabilem, & Vitakerus (a quo solent isti suffutari) canonem Hebreum dicit esse verum, & genuinum canonem librorum veteris testamenti, ac proinde hunc solum habendū Christianorum canonem. Circa tēpus canonis Christiani, Pappus Minister Argentoratis lib. attitudo, Contradições Doctorum nunc Romana Ecclesia edito. 1597. ait in Ecclesia Pontificia nullum fuisse canonem Biblicum à quater mille annis usq; ad Concilium Tridentinum. Sed & Vitakero absurdum videtur, quod illico non fuerit omnium librorum canon ab initio nascentis Ecclesia constitutus, sed multò post, decretis Ecclesia fuerit fidelibus consignatus. Vnde & Thomam Stapletonum exflat, & arguit in suo duplicato pag. 6.

*Oppositiones eorundem.*

**A**rguitur primo, quia Rom. 3. scriptum est de Iudeis, Credita sunt illis eloquia Dei, ergo non sunt plures libri veteris testamenti canonici, quam quod

quod contineantur in Hebreo canone iuxta 22. litterarum suppurationem: solus ergo Hebreorum canon vere diuinus est, & Christianus, est argumentum Vvitak. Hunni, & Rulli.

Secundo, canon Hebreus probatur à Patribus, vt à S. Hieronymo in prolo. ab Hilario p̄fatione in psalmos, à Gregorio Nazianz. in metris, à Rodulpho Floriacensi lib. 4. in Leuit. cap. 1. à Leontio lib. de sc̄tis, à Cyrillo H̄erōlymitano cath. 4. à S. Athanas. in synopsi, à Synodo Laodicena cap. 59. ab Isid. 6. ethim. Origene apud Euseb. lib. 6. t. 18. Melitone apud eundem lib. 4. cap. 26. Amphilochio ad Seleucum. Est Hunnij, & Sibrandi, quod ab alijs h̄eticis sufflatus est pr̄sertim Vvitak.

Tertio, & est Vvitakeri. Qui in canone Hebreorum recensentur libri scripti sunt lingua prophetica, & lingua Chanaam: at Deuterocanonicali nō fuerunt scripti tali modo, non ergo in canone recipendi: solus ergo canon Hebreus Christianus est.

Confirmatur, quia si libri isti scripti essent propheticè, Christus eorum testimonij usus esset: at nullo horum testimonio Christus usus est, nec Apostoli, ergo. Minor probatur ex S. Augustino lib. 2. contra Ep̄istolam Gaudentij cap. 23. dicente. *Hanc quidem scripturam, qua appellatur Machabaeorum, non habent Iudei, sicut legem, & Prophetas, & psalmos, quibus Dominus testimonium perhibet, tanquam testibus suis dicens. Oportet impleri omnia, que scripta sunt in lege Moysis, & Prophetis, & psalmis de me* Luc. 24. ergo &c.

Quarto, & est eiusdem, omnes veteris testamenti libros canonicos Ecclesia Hebreorum recepit, & approbavit. Hos Deuterocanonicos illa Ecclesianò recepit: ergo non sunt canonici. Minor probatur, quia si partem aliquam testamenti dominici Ecclesia illa respusisset, pr̄sertim tam magnam, maximi sceleris, & sacrilegij rea extitisset, atque hoc illi crimen, aut Christus ipse, aut Apostoli obiecissent. ergo.

Confirmatur, quia si hos Ecclesia Iudeorum non modo receperit, sed reiecerit, sequeretur multis libros canonicos à nulla Ecclesia receptos; nam nulla erat ante Christum alia Ecclesia pr̄terquam illa Iudeorum, ac proinde illam Ecclesiam errare potuisse manifestum esset, quod Papistæ nisi inuitè non concedent.

*Quod si dicas non quidem receptos, sed minime rejectos: contra insurgit idem, Deum qui non recipit, rejicit, ergo similiter librum sacrum non recipere, rejicere est.*

Quinto, quia canon, qui nunc apud Pontificios circumfertur nuperus est, à Concilio Tridentino fuit editus: ergo, &c. est Pappi.

Sexto, & definiuntur ex Vvitakero contra Bellar. & in duplicitate contra Staplet. Si certus canon constitutus est, immobilis, & uniformis esse debuit, ergo debuit etiam constitui in primitiva Ecclesia, alioquin si tunc canon non exitit, duo sequuntur incommoda. Primum, quod absque iudicio Ecclesiæ libri, vt essent canonici, recepti sunt atque approbati. Secundum, quod non erant adeo eruditæ tunc Christiani, vt pro canonis recipient, qui adhuc iudicio pastorum non essent comprobati. At videmus tunc nullum canonem constitutum: non ergo semper idem canon immotus, & invariatus permanit, &

sic sequitur solum canonem Christianum esse canone Hebreorum.

### Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo, quia canonis vestigium appetat Ioannis ultimo dum dicitur. *Ei scimus, quia verum est testimonium eius: illa enim verba in persona Ecclesiæ dicta esse docent Doctores sacri, quantum ad nos testimonium perhibentis de tali libro, vt pro sacro suscipieretur. ita Canus lib. 2. c. 7.*

Secundo, quia Hieronymus loquens de Euāgelio Marci dicit, quod Petrus illud Ecclesijs legendum sua auctoritate tradidit: consignatio ergo huiusmodi ad suppurationem librorum sacerdotum recipiendum pertinet, quæ ab Apostolis facta est.

Secundo principaliter, nam contra, Tridentinus non nuperus est, sed antiquissimus: eundem enim canonem Concilium Carthaginense tertium, seu potius quintum, cui interfuit S. Augustinus, prescriptum retinendum. Dixi potius quintum: nam tertium celebratum prius est nempe anno 397. istud vero anno 419, quare non est cur quidam nasutulus catholicos fuggillet (vt Rainaldus Anglus de Ecclesiæ militantis erroribus pag. 90.) quod tertium pro quinto dixerint: hoc enim diligenter ante ipsum perpensum est à nostris Catholicis, Baron. tom. 5. annalium in anno 410.

Concilium Romanum sub Damaso (& habetur d. 15. S. Romana) eundem canonem sequitur. Concilium denique Florentinum in epistola Eugenij ad Armenos Innoc. Primus epistola ad Exuperium eundem expressis verbis consignat.

Teruo principaliter. Patres hunc eundem canonem recensenti. Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana c. 8. *totus canon, &c.* Alcimus Auitus ad soterem de consolatoria castitatis laude, versibus scriptum eundem tradit canonem.

Cassiodorus similiter lib. 1. diu. institutionem c. decimotertio. In historia libri vigintiduo sunt, &c. omnes enumerans.

Isidorus Hispalensis lib. 6. ethimologiarum c. 1. eundem describit. *Hebrai vetus testamentum, &c.*

Rabbanus Maurus de initiatione clericorum lib. 2. cap. 53. eundem tradit. *Hic sunt ergo libri, &c.*

Theodulpus Aurelianensis Episcopus in versibus, quos in fronte Bibliorum describi fecit. *Quo loco prima teneo Genesis, &c.*

Smaragdus Abbas ad c. 9. regulæ Divi Benedicti. Codices legantur diuinæ auctoritatis, &c.

Iuuo Carnotensis p. 4. c. 91. vers. de ordine librorum veteris testamenti, *Genesis liber primus, &c.*

Petrus Cluniacensis lib. 1. ep. 2. Cum libros Moysi Iosue, Iudicum, &c.

Vltimo, & principaliter arguitur ad hominem, Lutherus, Brentius, & alij Deuterocanonicas scripturas à canone rejiciunt, & inter apochryphas collocant. Calvinus vero, Vvitakerus, & alij Calvinistæ deuterocanonicas scripturas veteris testamenti rejiciunt, deuterocanonicas noui quasdam saltem admittunt. Vel ergo utræque recipienda, vel æqualiter essent, explodenda: sed istas noui testamenti

explodere sacrilegum putant Calvinistæ, ergo & similiter veteris testamenti Deuterocanonicas abijcere immaue piaculum erit.

Pappus etiam thes. 22. reddens rationes cur epistola Iudee sit canonica simul cum secunda Petri, & tertia Ioannis, & cum epistola ad Hebreos, & Apocalypsi Sancti Ioannis ait. *Quia nunquam ab omnibus simul Ecclesiæ dubitatum fuit, sed quædam Ecclesiæ nūquam cōtradixerunt. Quæ dubitarunt, subdit, in nostram sententiam iuerunt, Niceph. lib. 3. Ecclesia iam dudum illas pro legitimis, & testamentariis recipit. idem Hieronymus in catalogo. Concilium Laodiceanum admissit. Dubitationis rausæ non sunt satis graves. Argumentamur ab Ecclesia minus informata ad melius informandam, al. as et. am indubitate venirent in discrimen. Hæc iste nobis contra ipsum, & suos Lutheranos, & contra Calvinistas pariter arma subministrans, & veritati, vel inuitus testimonium perhibens.*

### CONCLV SIO CATHOLICA.

*Canon sacerarum Scripturarum legitimus ille est, quem catholica Ecclesia præscriptit.*

R Espondeo dicendum, sine dubio hunc, quem sacra Synodus Tridentina recipiendum præscribit Christianum, & catholicum, esse verum, & legitimum canone. cuius ratio accipi potest, quod commune est in omnibus facultatibus, & rebus publicis. &c. canones prescribi ab habentibus publicâ potestatem illos condendi, & conditos applicandi. Ecclesiam autem Romanam habere hanc potestatem certum est, dicente Irenœ lib. 3. cap. 3. *Quod ad hanc Ecclesiam propter potentiores principalitatem necesse est omnem conuenire Ecclesiam, id est eos, qui sunt undique fideles, & rationem subdens huius recursus subdit, quia in ea semper ab his qui sunt undique, conservata est ea, quæ est ab Apostolis traditio. Ab Apostolica autem traditione profectum hunc canone monstrat successio Episcoporum perueniens usque ad nos, quod est traditionis signum, ex eodem, eisdem libros consignans. Sed cum consignatio dupliciter fieri possit, verbo, aut tacio consensu, & scriptio, & iterum simul, & successione. Videndum est quando, & quomodo facta sit ista consignatio. Si loquamur de scripta consignatione, non simul, sed procedente tempore autoritatem recipere mereuerunt (videlicet Hieronymus in catal. script. Ecclesiast.) exemplificans de epistola Iacobi, cuius ratio accipi potest ex Lyrinensi lib. contra proph. vocum nouit cap. 32. quod tunc Ecclesia scripto dogmata consignat, cum Hereticorum nouitatibus excitata, quod sola traditione acceperat à prioribus, idem postea chyrographo tradit. Sicut ergo nulla existente dubitatione initio nascit Ecclesia de libris sacris ab Apostolis traditis, nullo decreto canonico opus fuit, quo tales libri scripto canone consignarentur, ita exorta dubitatione debuit Ecclesia illud, quod*

apud quasdam Ecclesias (maxime ab Apostolis fundatas) indubitate erat, in certum canonem redigere, ut ab Apochryphis diuini, & sacri libri scerneretur, quod in citatis concilijs præstitum est, maxime exigente hereticorum instantia.

### Solutiones oppositionum.

A D primum. Multò magis Ecclesiæ commissa sunt oracula Dei, in qua tanquam in deposito diuite, ut ait Irenœus, Apostoli quæcumque à Christo didicerunt reposuerunt. consultò autem Apostolus dixit indefinite, *Eloquia Dei Iudeis esse credita.* non autem dicit omnia: multa enim volumina testamenti noui superaddita esse veteri canoni per Ecclesiam, nec heretici possunt negare. Situdo autem in veteris testamenti libris, omnes illi libri, qui in ultimo canone apud eosdem hebreos in 7. synodo eorum recensiti sunt, sunt in nostro canone. Dato vero quod solum unum canonem Hebrei ediderint iuxta numerum alphabeticum libros sacros supputando, non omnia eloquia Dei necesse fuit Hebreis innotescere: unde multa quæ à parte rei, & obiectiuē canonica erant apud se, tamen apud omnes (ob ratione assignatam ex Rabbi Azaria supra in response) ad primum art. præcedenti canonica non sunt habita, quæ tamen reuelatae gratia tempore sacra esse, & diuina tradita sunt, & ut talia ab Apostolis, & successoribus palam Christianis annunciatæ.

Ad secundum. Duplum ordinem canonicorum librorum agnouerunt Patres citati. unum certum, & indubitatum, de quo nulla extitit unquam controversia. alium de quibus aliquando apud quasdam non habentes perspectam traditionem dubitatum est, qui procedente tempore publico Ecclesiarum aliarum testimonio, decretis Ecclesiæ deinceps confirmato, autoritatem obtinere meruerunt. Cum ergo è canone eos separant, à dicto ordine separant, quando re nondum explorata apud omnes, aut ab Ecclesia nondum definita in controversiam vocabatur. Vnde non valet consequentia ista, olim de his libris secundi ordinis, qui in hunc sensum Deuterocanonici vocantur, dubitatum est, ergo non sunt canonici: nam pari modo hæc esset bona consequentia. Olim dubitatum est ante Apostolorum concilium, an legalia cum Evangelio seruanda essent, ergo post Ecclesiæ decretum legalia seruanda sunt cum Evangelio. Vnde hæc collectio, nec à Nouatoribus Calviniculis, & etiam Lutheranis admittetur. Olim dubitatum est de sudore sanguineo Christi, Luc 22. descripto, de historia mulieris adulteræ Io. 8. de secunda Petri, secunda, & tertia Ioh. ergo hæc partes, & libri non sunt auctoritate Apostolica prædicti. Sed in specie respondendo dicimus catholicos non fecutos canonem Hebreum. Vnde Hieronymus etiā auctoritate Ecclesiæ motus, Judith, & libros Machabœorū, ut canonicos recipit. Hilarius adiicit etiam ibi librum Tobiae libro Judith. Greg. Nazianz. nec sequitur canonem hebreum, dum Esther loco citato silentio preterit. Rodulphus nec canonem Hebreum sequitur lib. 13. Leu. quarto, dum numerat Sapientiam, & Ecclesiasticum cum ceteris libris canonicis. Sic & Leontius librum Esther omittens. Cyrillus abjeiens librum Baruch non sequitur canonem Hebreorum, quem tamen est Hunnio cap. 8. sui examinis, negat esse

esse in canone hebraeo. Idem fecit Athanasius addes canonis hebraeo epistolam Hieremias, quae est 6. caput Baruch, omittens etiam recensere librum Estheris. Synodus quoque Laodicensis, nec canonem hebreum secuta est, annumerando praeter eos libros, qui sunt in canone hebraeorum, librum Baruch, & epistolam Hieremias. Isidorus, & Rabbanus pro nobis sunt. Origenes pro historia Susannae alibi decertans, canum hebraicum sequi non potuit. Melito Sardensis si non meminit horum librorum Deuterocanonicalium non rejecit, sic & Amphilius.

Ad tertium si negaretur minor præclusa esset aduersario via arguendi non habenti scripturam, quæ vñica, & sola est Nouatoribus arguendi sedes. Sed liberè negatur maior, nā vt dicit Hicronymus præfatione in Daniele, Daniel maximè, & Esdras hebraicis quidem litteris, sed chaldeo sermone conscripti sunt, & tamen aduersarii, vt canonicos veneratur.

Ad confirmationem negatur sequela majoris, nā nec Christus, nec Apostoli citant testimonia ex Canticis Canticorum, Abdiæ, Sophonia, & tamen vt canonici recipiuntur ab aduersario. Ad minorem. Non dicit Augustinus, quod legi, Prophetis, & psalmis Christus testimonium perhibet, tantum quasi solis his libris tanquam testibus suis perhibuerit testimonium. Nec propterea sequitur, quia libris deuterocanonicalis Christus testimonium non perhibuit; ergo exceptit illos à testificatione tanquam non testes suos. Poteſt enim aliquis testis esse de aliquo etiam si de teste testimonium non perhibeat.

Ad quartum negari potest minor, sequendo sententiam eorum, qui dicunt in 7. Synodo heb. omnes libros deuterocanonicalos positos esse in canone. Negari potest etiam maior. Ad probationem negatur sequela: nam aliquid est solemniter aliquid reprehendere, aliud aperte alicui rei non testificari, dubiae fidei esse patiendo, & nulla testificationis luce declarando ob rationabiles causas. Primum non fecit Iudeorum synagoga, & propterea erroris conuinci non potest. Secundum forte præstis ob rationabiles causas supra tactas, eos suo canoni non attexedo, ordinante Deo, vt libros alias diuinitus inspiratos, nō dum toti synagogæ cognitos, cognoscendos Ecclesias noui testamenti referuaret, illi reuelando, eos spiritus sancti auxilio suis descriptos.

Ad confirmationem patet ex dictis, si reieceret illa incommoda manifeste sequerentur; at non reiecit etiam si non recipit, nam inter hæc duo recipere, & reijcere datur medium, nempe non recipere, negatiū se habendo, cum recipere actum positivū significet; sicut & reijcere, hoc est damnare positivus actus est, & priori oppositus est: non recipere vero negatio est: quæ inter virumque actum mediare potest. Ad instantiam, qui non recipit Deum contrarie, Deum reijcit. vnde scriptum est, qui non est mecum contra me est. Qui non recipit Deum negatiū se habendo, vt cum quis dormit, vel legit, non reijcit Deum, & sic in proposito. Vel dicendum, quod est dispar ratio, qui nō recipit Deum, Deum reijcit, nam actus est omissionis: potens enim est unusquisque illum recipere per gratiam diuinam adiutus, & tenetur, & propterea non faciens, Deum non recipiē illum reijcit: at laborans ignorantia inuincibili, aut alias non obligatus aliquid non recipere, non pro-

pterea reijcit, quia non recipit. talis fuit synagoga, quæ publico canone non recepit, quod adhuc plenè non innotescat, vnde nec recipere tenebatur.

Ad quintum. Ventoſum illud argumentum ex argumentis nostris, sed contra, diluitur.

Ad ultimum. Immobilis semper fuit canon, & regula: nam in actu primo semper hi libri fuerunt canonici, sicut, & vnaquaque regula in actu primo habet rationem mensuræ, in actu vero secundo nondum adhibita canonis applicatione, & explicatione, non apud omnes ( vt modo est agnitus, & receptus, post applicationem, & explicationem) etsi non apud omnes, & omni tempore, tamen apud aliquas Ecclesias, easque Apostolicas tacito consensu idem canon prædicatus est, qui & postea ad dubitationes tollendas publico Ecclesiæ iudicio taxatus, & descriptus est.

### ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrum hic canon Ecclesiasticus sacras scripturas complectens unus sit, & indubius, & aequalis autoritatis.

#### Positio Hereticorum.

**D**ubitatio ista appendix est præcedenti. Hæretici namque solum cognoscentes pro canonibus libris veteris testamenti, quos Hebrei recipiunt, alijs teieatis, similiter retentis quibusdam scripturis noui testamenti, alijs alegatis, multiplicem canonem formarunt. Kemnitius in examine canonem diuidit in fallibilem, & infallibilem. primo loco collocat eos libros, de quibus aliquando dubitatum est. Secundo loco alios, de quibus nunquam exitit controversia. Vvitakerus lib. 1. controv. 1. diuidit canonem in proprium, & improprium. Franciscus Iunius cōtrou. 1. cap. 10. canonem diuifit in diuinum, & humanum, in vniuocum, & æquiuocum, in primarium, & secundarium: in Protocanonicum hoc est authoritatis indubitate, & Deuterocanonicum, hoc est fallentem continentem authoritatem, quā ultimam partitionem perperam catholicis affigit. Vvitakerus loco cit. cap. 4. q. 1. Franciscus Gummarius in suo Anticastero c. 9. diuidit canonem in eum, qui est fidei, & illum, qui est lectionis Ecclesiæ, & firmando mores.

#### Oppositiones eorundem.

**A**rguitur primo, quia multi Patres nedum dubitauit, sed expresse negarunt aliquos libros esse in canone, qui nunc in eodem canone recensentur id habemus ex Laodicensi omittente Apocalypsim. Item ex S. Athanasio epistola heortistica 39. distinguente biblia in canonica, & non canonica, κανόνις ζευρα, & κανόνις ζευρα Eusebius etiam lib. 3. c. 25. quasdam scripturas appellat ancipes. Ex Epiphanius hæret. 8. qui etiam distinguit inter exteris, libros canonicos, & alios, qui sunt ambiguae lectio-nes, inter quos recentet Iesu filij Sirach, & Sapientia libros. & libro de ponderibus, & mensuris de ijsdē dicit, quod utiles quidem sunt, & commodi, sed in numerum receptorum non referuntur. Iunius 1.

de partib. script. sacr. cap. 7. diuinos libros distinguit in eos, quos dicit perfecte authoritatis, & in eos mediae authoritatis. primos vocat absolute canonicos, secundo, eos qui à pluribus illis adiunguntur.

Secundo arguitur ex distinctione illa, quam toties replicat Hieronymus, quod alij libri sunt, qui valēt ad dogmatum probationem alij qui ad ædificationem plebis. vnde in prologo libri Salomonis dicit. *Hec duo volumina Ecclesiasticus, & Sapientia legat Ecclesia ad edificationem plebis, non ad auctoritatem Ecclesiasticorum dogmatum confirmandam.* Simile dicit præf. in Prou. Eadem distinctionem usurpat Ruffini s. in symbolum Apostolorum.

Tertio arguitur ex graduatione dispari, quam facit August. 2. de doctrina christiana cap. 8. in scripturis recipiendis, ut eas, quæ ab omnibus recipiuntur Ecclesiis catholicis proponat eis, lector catholicus, quas quadam non accipiunt. In eis vero, quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures, grauioresque accipiunt eis, quas pauciores, minorisque authoritatis Ecclesiæ tenent. Si autem alias inuenierit à pluribus, alias à grauioribus haberi, quanquam hoc inuenire non possit, æqualis auctoritas habendas puto. Si ergo idem sit de omnibus iudicium, quod Papistæ contendunt superiacet omnis admonitio, præceptumque videri debet, est Vitakeri, & Kemptini.

Confirmatur ex eodem Augustino, & est Vitakeri: nam lib. 17. de ciuit. Dei cap. 20. docet minus firma esse, quæ non sunt in canone Hebreorum.

Quarto, quia ipsimet Papistæ post Augustinum, & Concilia tali distinctione vni sunt, libros sacros diuidentes in protocanonicos, & deuterocanonicos, ut est videre apud Sextum Senensem lib. 1. bibliot. est Vitak. & Caietanus dixit libros canonicos intelligi posse dupliciter. uno modo ut sint canonici, hoc est regulares ad fidei dogmata regulanda, altero modo ad regulandos mores. Si ergo unicus esset constitutus canon, non ignorassem, aut dissenserem: ij. quos Romanæ Ecclesiæ pro suis alumnis agnoscit; hec Vitakerus. Confirmatur (& est Hunnius ratiocinatio) si olim quorundam librorum certiudo satis explicata non fuit. vnde ergo nunc post aliqua saecula certitudo illa emersit?

Vltimo ex ipso Joseph Hebreo argui potest, qui lib. 1. contra Appionem dicit libros post Artaxersem scriptos, pari fide dignos non fuisse.

#### *Confirmatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.*

**S**ed contra est primo authoritas Agustini. ille namque lib. 2. cap. 10. de doctrina christiana instruens solerter indagatorem ad sciendum quænam sunt scripturæ canonicae, subiungit. *Totus autem canon scripturarum his libris coniunctur, & equaliter omnes libros comprehendens, qui in Tridentina Synodo recipiuntur, & subiungit.* In his omnibus libris timentes Deum, & pietate mansueti querunt voluntatem Dei, & lib. 4. c. 6. sic dicit. *Auctorum nostrorum scripta diuinitus inspirata canonem nobis saluberrima auctoritate fecerunt.* Sed ne putetur ista sententia esse solius Augustini, adest sententia Concilij Carthaginensis Tertiij can. 21. & 44. Icui Augustinus in-

terfuit: sic enim dicit. *Placuit ut præter scripturas canonicas nihil in Ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturarum: sunt autem canonicae scripturæ, id est Genesis, Exodus, &c.*

Secundo principaliter, & primo rationibus, quia canon adæquata diuisione loquendo, vel est Synagogue, vel Ecclesiæ Christianæ, ut appareat ex Epiph. lib. de ponde. August. 17. ciu. cap. 20. & 18. cap. 36. Hieronymo in prologo Galeato. Rursus, vel canon catholicus est, aut hereticus, hoc est, vel ille, qui legitimo canonii addit aliquid, vel demit, ut patet ex Augustino 2. de actis cum Felice Manichæo cap. 6. & nunquam Christianus canon diuisus auditur in fallibilem, & infallibilem, & in similes phanaticas diuisiones. ergo, &c.

Amplius secundo, quia idem Christianus canon apud Orig. tom. 1. in Matt. Euseb. 6. hist. cap. 25. Aug. 2. contra Cresc. Græm. c. 31. vocatur Ecclesiasticus, & epistola 135. non clericum, sed laicum existimat illum (ob auctoritatem Concilij prædicti Carthaginensis) qui in Ecclesia legerit quidem scripturas, eas tamen, quæ Ecclesiastice non sunt, hoc est ut idem loquitur, non canonice. Impertinenter ergo canon Christianæ Ecclesiæ diuiditur in canonicum, & Ecclesiasticos libros.

Rursus tertio, quia et si forte in aliquibus Ecclesijs legerentur hi libri, de quibus aliquando dubitatum est, ad instructionem cathæcumenorum, & ædificationem plebis, non est credibile hunc motem omnes Ecclesijs periuasisse, imo in præcipuis Ecclesijs, ijsque grauioribus contrarium morem seruatum esse, ne ingenia rudes plebeculae, & cathæcumenorum obtuerentur, docemur ex Cyrillo Hierosolimit. cathech. 4. Cum ne ista quidem, quæ omnes confitentur, scias quod in dubiis discere laboras. vnde assignato canone integro sacraru[m] scripturarum, subdit. Reliquæ omnia in altero loco reponit, & quotquot in Ecclesijs loquuntur, quæ autem in Ecclesijs non loquuntur, eas scripturas, neque legas.

Item membra diuidentia iuxta regulas dialecticas debent participare naturam diuisi, ut cum diuiditur animal in rationale, & irrationale, optima est diuisione, cum diuisi animalis naturam participant. at diuisi est canon sacer, canon christianorum, canon Ecclesiasticus, membra diuidentia sunt, fallibile infallibile, & quicunque vniuocum, proprium impro prium, quæ non participant, sed repugnant naturæ diuisi: de ratione enim canonis, & regulæ est, ut sit infallibilis, ut dicetur infra; ergo perpetuæ diuiditur canon in fallibilem, & infallibilem.

Quinta, si valer illa distinctione, quod quidam legendunt ad fidei argumenta desumenda, quidam ad informationem morum, quartitur, vel accipitur lectio generice pro omnino, quod utiliter legi potest, vel triplete, nempe pro ea lectione, quæ fit sub nomine diuinarum scripturarum; non primo modo, quia in can. 47. Concilij Carthaginensis, post constitutum can nonem subiunxit Concilium, licet etiam legi passiones martyrum. Leguntur similiter sermones, & homiliae Patrum. & præterea si hoc modo usurpatur lectio, nullus esset constitutus canon, vel adeo esset amplius, ut comprehendere pariter gesta prædicta, & homilias, &c. si pressius ergo omnes libri erunt ad fidem, & mores utiles, & nulli erunt, qui sint utiles tantum ad morum ædificationem tantum, &

non

non fidei inanis ergo est ista distinctio.

Vltimo, ad hominem. Ipsi, qui è regione opponuntur canonicis libris strictè sumptis, Ecclesiastici dicuntur, quia legebantur ad edificationem plebis, & cathecumenum, vt ex Patribus conantur probare aduersarij: sed tantum abest, vt hoc se teantur aduersarij, vt plenis buccis, dicant edificationi potius obesse: manifesta ergo est aduersariorum contradicatio. Minor probatur: nam Iunius c. 14. in Tobiam cap. 6. dicit, ibi doceri magiam, vt partim inquit doctrinam Democriti Magi, quæ apud Iunium habetur, partimque impura traditione indeorum possumus confirmare. Polonus Basileensis in libro Iudith illius sanctæ mulieris macerationem per ieiunia, & eliciunt vocat superstitionem, orationem pro mortuis Caluinus vt superstitionem traducit. Amplius Iosephus Scaliger in suis animaduersionibus Eusebianis pag. 99. ait. Quod contraria sunt ista, quod ali libri sint Ecclesiastici, ali apochryphi nam primi dicuntur libri, quorum lectio est in Ecclesiæ secundi vero generis sunt, quæ non leguntur. Sed vt patet ex veteri Ecclesia omnes libri, de quibus modo controvettunt Novatores, legebantur in Ecclesia, ergo omnes sunt Ecclesiastici. Et tandem si è regione contra canonicos dividuntur iij libri ab aduersarijs, de quibus aliquando dubitatum est, & propterea dicunt esse impropriæ canonicos, & æquiuocè, &c. parihatione multi non essent presæ canonici, vt epistola ad Hæbreos 2. Petri, duæ Ioannis posteriores cum Apocalypsi, quos tamen Caluiniani recipiunt, vt supra dictum est: ergo inanis, & vana est talis distinctio. Sed fortius urgentur, nam Fulco in responsione ad pseudo catholicum pag. 5. de canone Ecclesiastico, loquens ait. Potest quidem Ecclesia Christi vera scripta ab adulterinis discernere, & verbum Dei ab inuentis humana, hoc autem iudicium à Spiritu sancto habeat. Iuelius in defensione Apol. pag. 201. vel iuxta editionem 1571. pag. 242. Habuit Ecclesia Dei Spiritum sapientie, quæ veras scripturas à falsis posset discernere, & alius Proletans apud Bullingerum de scriptura, & Ecclesia fol. 71. & 72. In hoc ait, authoritas Ecclesiæ, diligentia eius eluet, quod vera scripta partim testimonio suo probauerit, & partim spirituali suo iudicio scripta indignarifutauerit.

### CONCLUSIO CATHOLICA.

*Unus idem omnino indivisibilis, & equalis autoritatis extitit semper quoad totam uniuersalem Ecclesiam, diuinarum scripturarum canon.*

R Espōdeo dicendū, qd sicut supradictū est, canō idē est, quod regula, est autem de ratione regulæ, vt sit vna unitate indivisibilitatis, propter quod dicit Philosophus 10. Metaph. t. 4. quod omnia, quæ sunt vnius generis mensurantur aliquo uno, quod est primum in illo genere; propterea non possunt in illo genere esse plures mensuræ. Cuius ratio consistit in eo, vt ex ea tanquam ex uno possint multa cognosci. Cum ergo ex canone scripturarū, quæ sint scripturæ recipiendæ, quæ explodendæ, habeatur; est

cōtra rationem canonis, vt in tot divisiones seceretur, quot hæretica malitia adiuenit, sed unus, & solus est Christianorum Catholicorum canon, proprius, infallibilis, valens quæ ad firmanda dogmata, sicut ad morum informationem, & per consequens omnes libri in eo contenti parem in se, & in actu primo habuerunt semper auctoritatem. Verum contingit in mensuris, vt supra dictum est, quod etiā in actu primo, & remotè, & vt loquuntur nostri, radicaliter habeant, vt dirigere possint, tamen cum connotent respectum ad id quod mensuratur (quod per actualē, aut proximam mensurationem, aut mensurandi rationem exercetur, quod est cognosci, & propōni, seu applicari, vt regulam) nihilo minus ante hanc applicationem dubitari contingit quoad nos de huiusmodi regula an habeat regulandi rationem. Ita & in multis libris canonicis factum est, qui erūt canonem Christianum integrarent; essentque cum illis alijs libris norma credendorum, &c. quoad nos dubitario extitit, an vere canonici essent. Vnde, & distinctio illa etiam apud orthodoxos circumseritur, quod librorum canonorum quidam sunt Protocanonici, id est, de quibus nūquā extitit dubitatio, quidam vero, & Deuterocanonici, id est de quibus aliquando dubitatum est: quæ divisio sic explicata sanum, & orthodoxum habet intellectum. Et Augustini optima est gradatio, ponentis primo loco, eos quos omnes Catholicæ Ecclesiæ recipiunt Secundo loco, quos plures, & grauiores Ecclesiæ coniunctim. Tertio loco, quos plures, vel grauiores disiunctim. Quarto loco, quos pauciores, & maioris autoritatis Ecclesiæ suscipiunt, vt patet ex allegata auctoritate. Vnde secundum hanc sententiam Augustini possent dici iuxta hunc sensum expositum, quod librorum sacrorum non solum quidam sunt protocanonici, & Deuterocanonici, sed quidam, & Tertio canonici, & Tetartocanonici. Difficultas autem est cum dicitur quoad nos dubitatum esse de quibuslibet, pro quibus supponit partcula illa, quoad nos. Quidam dicunt supponere pro populis fidibus cōtradistinctis à Pastoribus quibusdam Ecclesiæ, est Ambrosij Catherini apud Rogerium de lib. canon. cap. 18. Sed hoc non potest stare: nam expresse quidam Patres dicunt, vt Hieronym. & Ruffinus, quod legit quidem Ecclesia ad edificationem plebis, sed eos non recipit, expresse loquentes de Prelatis quibusdam Ecclesiarum, qui vt appareat in nonnullis corum opusculis de his dubitarunt. Quare dicendum est, quod quoad nos, loquendo de aliquibus Ecclesijs tam à populis, quam à Pastoribus nonnullis dubitatum est de quibusdam libris, num essent in canone Christianorum numerandi. Loquendo vero quoad Ecclesiam Catholicam in vniuersali non solum secundum se, sed & quoad nos omnes libri, qui fuerunt nuper in Tridentino Concilio numerati, semper ab initio pares fuerunt in certitudine, & auctoritate, & in seipsis, & quoad Ecclesiam Catholicam: semper enim fuerunt aliqua Ecclesiæ, vel aliqui Patres, qui fuerunt testes traditionis huiusmodi librorum antequam canon Ecclesiasticus condetur. Vnde Augustin lib. de prædestinatione SS. cap. 14. exemplificans de libro Sapientiae dicit, quod proximi Apostolorum egregii tractatores qui eum testē adhibuerunt, nihil se adhibere, nisi diuinum testimoniū credi-

erediderunt. Vnus ergo in se, &c. indiuisibilis est, & fuit canon sanctorum scripturarum, & quoad Ecclesiam vniuersalem, licet quoad aliquas de quibusdam libris sit dubitatum, imo & à canone codem separati.

### Solutiones oppositionum.

**A**d primum respondetur, eos Patres, qui omis-  
erunt recensere omnes libros canonicos, vel ali-  
quos negarunt nullum praetudicium nobis afferre,  
nam non apud omnes fuit perspecta traditio, pro-  
pterea vel omisi, vel negati, vnde Biltonus super-  
intendens Vuiatoniensis in recognitione passionum  
Christi impressa 1604. pag. 664. scripsit. Patres qui  
quasdam scripture partes negauerunt, aut omiserunt  
nihil auctoritati eorum derogare. omnes autem alios  
allegatos Patres pro nobis stare dicimus: nam non  
diuidunt canonem illa diuisione ab hereticis tradi-  
ta: sed vnum agnoscent canonem Ecclesie, alterum  
Synagogæ, & negantes aliquos libros esse canonicos  
locuti sunt de canone Synagogæ: canone inquam  
primo, ut dictum est. vel si simpliciter, ut non cano-  
nicos accepent excluderunt illos à canone Chri-  
stiano, & extra non diuisum canonem, iuxta regulas  
dialecticæ, libros eosdem in alio ordine colloca-  
runt.

Ad secundum. Cum Hieronymus, & alij Patres  
non dant illis libris, qui leguntur ad plebis ædifica-  
tionem nomen, Canonici, satis insinuant non esse re-  
ctam hanc diuisionem, quod librorum sacrorum in  
canone contentorum quidam sunt ad fidem firmâ-  
dam, quidam ad componendos mores.

Ad tertium. Illa graduatio Augustini monstrat  
de nonnullis libris, qui æqualiter cum alijs in cano-  
ne continebantur secundum se, & quoad Ecclesiam in  
vniuersali, dubitatum esse apud quasdam Ecclesias,  
quod damus libenter. Nunquam tamen aduersarij  
reperient in Augustino discrimen esse inter li-  
bros dictos, & reliquos, de quibus nunquam extitit  
dubitatio quatum ad infallibilitatem, quasi alijs alijs  
sint infallibiores, & certiores. æquale ergo iudi-  
cium, & æqualis est conditio secundum se, &c. ut  
explicatum est.

Ad confirmationem. Non id Augustinus simpli-  
citer dicit, sed ad hominem, hoc est minus esse fir-  
mos quoad contradictores, quales erant Iudei, con-  
tra quos ibi pugnam suscipiebat; nihil enim Eccle-  
siastici, & Sapientiæ libris aduersus eos poterat pro-  
ficere, quos in suo canone non censemant.

Ad quartum. Diuerso sensu Catholicæ quidam  
(à quibus Heretici verba sunt suffirati ad hereses  
suis condendas) distinxerunt libros sacros in Proto-  
canonicos, & Deuterocanonicos, ac illi distinxerunt:  
nomine enim Protocanonicorum eos intellexerunt,  
qui prius cognitione, & tempore reliquos præcesie-  
runt, & sunt illi, de quibus nunquam apud aliquem  
Patrum, vel Ecclesiam extitit dubitatio: nomine  
Deuterocanonicorum intellexerunt eos, qui ut scri-  
psit Hieronymus, procedente tempore meruerant  
auctoritatem, de quibus fuit aliquando controvicia:  
non quidem apud totam Ecclesiam in vniuersali (quicquid aliqui aliter senserint) sed apud qual-  
dam Ecclesias in particuli, ut explicatum est.

Heretici vero eo sensu tales commenti sunt distin-  
ctionem ad insinuandum non omnes æqualiter cer-  
tos esse, sed hos illis esse infallibiores. illa autem  
distinctione canonicorum librorum, ut canonicæ dicâ-  
rur quidam ad regulandam fidem, quidam ad regu-  
landos mores commentitia est, & contra Ecclesiæ  
sensum, contra quem non pugnarunt pertinaciter  
Ecclesiæ alumni, eti post Ecclesiæ decreta scrip-  
serint: coniungit enim sape, ut res salubriter instituta,  
& legitimo decreto obsignata, aut ignoretur; aut nō  
intelligatur, aut si etiam noscatur, obliteretur, &  
obliuioni mandetur: ut multoties accidit in simili-  
bus dogmatibus. Multò minus mirandum est ante  
Ecclesiæ decreta de iisdem dubitatum esse etiam à  
Pastoribus grauissimis Ecclesiarum, potuit enim il-  
lis non adeo esse perspecta traditio, quæ alijs erat  
manifesta, quæ tunc dilucidata est, cum in Conciliis  
liberè potuerunt Ecclesiæ Patres congregari, & de-  
creta, quod prius persecutione vigente, non erat  
permisum condere, ut in Niceno primitus factum  
est, vbi canon editus est scripturarum recipiēdarum,  
ut diximus supra ex Hieronymo.

Ad confirmationem respondetur, quod certitudo  
emersit apud omnes ex seruata traditione apud  
quasdam illibatè, & tunc habuit locum regula  
Augustini, ut plures paucioribus, grauiores minus  
graubus Ecclesijs proponerentur, illeque per has  
erudirentur, ut in quæstione de Baptismate hereti-  
corum, & similibus factum est.

Ad ultimum, illi libri post Artaxersem simplici-  
ter fuerunt diuini æqualiter apud Synagogam vni-  
uersalem sumptam, licet apud quasdam fuerit de  
illis dubitatum.

### ARTICVLVS QVINTVS.

Quo ordine numerentur libri canonici, & an  
recta sit Ecclesiæ Catholicae circa  
eosdem dispositio.

### Positio Nouatorum.

**N**ec ordini librorum sacrorum pepercit tem-  
peritas Nouatorum illum inuertendo. Munste-  
rus namque primò ponit post Pentateūcum Iosue,  
Iudices, Samuelem, Regū tres, Prophetas maiores,  
Isaiam, Hieremiam, Ezechielem: mox. 12. minores,  
deinde psalterium, Job, Danielem, Paralipomenon,  
Canticæ Canticorum, Ruth, Threnos, Ecclesiasten,  
Esther. In Biblijs Tigurinis post Pentateūcum, &  
Iosue, Iudices, Samuelem, & Reges, ponitur Esther:  
mox Prophetæ maiores, quos minores insequuntur:  
deinde Job, psalterium, libri Salomonis. Quos verò  
censent Apochryphos hoc ordine disponunt. Pri-  
mo enim loco Tobiti liber (sic enim Hebraizando  
loquuntur) locatur, oratio deinde Menaschis: mox  
hi, qui sequuntur, nempto Iudith lib. vñus, Baruchi  
lib. vñus, epistola Iermeiahu, Adiectiones ad Danie-  
lem, Hezræ tertius, & 4. Adiectiones ad librum  
Hezher, Schimhonis lib. vñus, qui vulgo tertius  
Machabœorum dicitur, & Machabœorum primus,  
& secundus. Ultimo loco dydascalici attexuntur.  
vide.

videlicet, liber Sapientie, & Ecclesiastici. Hoc ordine recensentur in noua versione Iunij, & Temeleij. Sed Colinus Zwingianus in editione Tigurina, sic disponit, ut primo loco Sapientia liber locetur, mox reponuntur isti qui sequuntur, Ecclesiasticus, oratio Manasses, Baruch, partes Danielis, Judith, Esdræ tertius, & quartus, Estheræ partes, Machabeorum primus, & secundus. At Lutherus in sua Germanica versione, sic eos disponit. Judith, Sapientia, Tobias, Sirach, Baruch, Machabej, Estheris partes, Danielis partes. In novo vero testamento, antiquum servant ordinem librorum in Protocanonicis, idest ijs, de quibus non extitit apud quosdam, vñquam dubitatio. Illos vero de quibus aliquando ab aliquibus cōtroversum est, sic Lutherus collocat: duas namque S. Petri primam, & secundam epistolam primo recenset, mox ttes epistolas Ioannis, deinde epistolam ad Hebreos, postea epistolam S. Iacobi, epistolam Iudeæ demum cum Apocalypsi Ioannis.

### *Oppositiones eorundem.*

**A**rguunt primo, quia equum erat non discedere Ecclesiam à supputatione, & partitione Hebraæ, quam & Hieronymus approbat in prologo galeato ( quem sequitur Isidorus G. ethimol. ) & in prefatione lib. Regum, & Danielis partientes libros veteris testamenti in tres classes, in legalem, vbi continentur Pentatheucus, in propheticam continentem Iosue, Iudices, Samuelem, Reges, Hieremiam, Ezechielem 12. Prophetas minores, & Agiographam, continentem Iob, Psalmos, Proverbia, Ecclesiasten, Cantica, Danielem, Paralipomenon, Esdræ duos, Esther, Ruth, Lamentationes. Quamvis quantum ad hanc partem, qua cherubim, seu agiographa, continet, nonnulla sit diuersitas inter ipsos Hebraeos, aliter enumerantibus Thalmudistis in Bababathra cap. 1. fol. 14. Aliter Massoreticis, aliter magna editione Hebraorum Bombergiana, aliter Germanicis Hebraeorum Biblijs.

Secundo, quia etiam inter ipsos Patres cernitur diuersus supputandi modus librorum veteris testamenti. Nam Damascenus 4. de fide orthodoxa, in quatuor quinarios illos distribuit, in legalem, agiographum, Carmineum, Prophetarum, & præter hos ex uno binario, duos alios libros locat. Gregorius vero Nazianzenus in suis hexametris lib. 1. aliter distribuens libros in Historicos, Propheticos, Poeticos, dissimiliter eosdem ordinat. Nonnulli Latini apud Senensem aliter diuidunt hos libros in legales, Historicos, Paranepticos, Propheticos, alio si tu eosdem locant.

Tertio. Nam liber Iob ante omnes scriptus est libros, & tamen non ponitur primo loco. Similiter Oseas primus omnium prophetavit, & tamen multis nedum maioribus, sed & minoribus Prophetis postponitur.

Quarto. Euangelium Ioannis post omnes libros novi testamenti scriptum fuit, & tamen non ultimo loco locatur. Similiter epistola Iacobi ceteris omnibus epistolis scripta est, primo ergo loco ponenda erat. Similiter & Iudeæ epistola scripta est ante Ioannis epistolas, ergo.

Quinto. Petrus omnibus Apostolis erat dignior, omnibus ergo epistolis canonicis, & catholicis præponendæ erant eius epistole.

Sexto, in Paulinis epistolis non seruatur ordo aliquis iuxta tempora scriptiorum: nam vt dicit Chrysostomus præfatione in epistolam ad Romanos, omnium prima epistola fuit ad Thessalonices, deinde epistola ad Corinthios, postea epistola ad Romanos scripta est antequam Romanum perueriret Roma verò scripsit ad Philippenses, ad Hebraeos, ad Timotheum, epistolam verò ad Philemonem sub extrema senecta scripta est, post eam scripta est epistola ad Colossenses. epistola ad Galatas eam quoque, quæ est ad Romanos præcedit. hæc ex Chrysostomo.

### *Confutatio eorundem ex orthodoxorum fundamentis.*

**S**ed contra est supputatio facta auctoritate Ecclesiæ, contra quam nullus nisi Herericus sentit. Sic supputant Concil. Carth. 3. Innoc. I. Florent. Tridentin.

Secundo, quia eodem modo eos disponunt Patres Aug. Cassiodor. Isidorus, & alij supra relati.

### *CONCLUSIO CATHOLICA.*

*Rectè ab Ecclesia Catholica libri sacri eo quo circumferuntur ordine dispositi sunt.*

**R**espondeo dicendum sicut dicit Chrysostomus præf. in epist. Pauli, quod hunc laborem inquirendi de tempore scripturarum, & de ordine librorum quomodo collocentur, nullus debet existimare esse superuacaneę curiositatis, confert enim multum ad dissoluendas quæstiones scire tempus, quo canonice scriptura editæ sunt, quod præcipue appetit in epistolis S. Pauli, prout ibidem latè idem Sanctus ostendit. Ordinem vero librorum attexere iuuat multum ad sc̄idam scripturarum materiam, aut alias circumstantias, quibus prudenti consilio motos Patres, & Ecclesiam ad taliter cōstruendum scripturarum catalogum, prout nuū cernitur, existimandam est: præsertim ad retundendam Nouatorum impietatem, qui omnia miscere studuerunt, nouitatis libidine, quos in simili depingit Cassiodorus lib. 1. inst. diui lect. cap. 11. dicens. *Sunt nonnulli, qui putant esse laudabile si quid contra antiquos sapiant, & aliquid noui, unde per illi videantur inueniant.* Ut autem aliqualis ratio huius, qui nunc apud orthodoxos cernitur ordinis appareat. Sciendum est, quod merito primo loco Pentatheucus collocatur; liber enim ille est de prima rerum, & hominis institutione, statu, lapsu, inundatione, divisione filiorum Adæ, institutione, & instructione populi Hebraici, eiusque conseruatione, & propagatione, & progressu, quæ omnia à libro Genesios usque ad 4. Regum tractantur. Post que hæc prætermissa, duobus libris dictis Paralipomenon supplera sunt, & post illos locata. Sequitur post illos historia Esdræ 2. Paralipomenon cap. vlt. vers. 3. inserta, vt principium

piam istius sit finis lib. Paralipomenon. Quia vero ante captiuitatem Babylonis Tobie historia incidit, ante librum Iudith locatur, & Iudith ante Esther, quæ prius præcessit. Interrupto vero filo historiæ Hebræorum secundum ordinem temporum, quidam libri prophetales, secundum alios Poetici, secundum alios agiographi nuncupati recensentur. primo Iob, deinde David, mox Salomonis libri, Ecclesiastes, Proverbia, Canica Canticorum, mox annexatur liber Sapientiae (qui omnes à Salomone descripti sunt) quibus annexatur postea liber Ecclesiasticus, & licet sit post alios Prophetas descriptus, quia tamen parateticus est, & sapientialis, nelibet omnes sapientiales disiunguntur, in unum locatus est cum libris Salomonis. Subsequuntur mox alij libri Prophetarum, & primo eorum, qui maiores dicuntur. Esaias enim propheta erat ante captiuitatem, Hieremias ante, & post, Ezechiel post transmigrationem, & urbem defolatam, Daniel, qui etiam post redditum vaticinatus est. Subsequuntur minores, qui de exignis propheta- runt. Verum est ex Hieronymo in Ezech. cap. 30. in quibusdam locis non seruari ordinem temporum, sed quod postea factum est prius refertur: aliud enim est historiam, aliud prophetiam scribere. Ultimo loco reassumpto filo historiæ Hebræorum gesta populi Dei sub Grecorum Imperio describuntur in libris Machabæorum. Quantum attinet ad libros noui testamenti primo loco est Matthæus, qui occula- tus fuit, & primus omnium scripsit Euangeliū; sequitur Marcus, non quia prius scripsit, quam Lu- cas (nam Marcus scripsit Romæ anno 47. ab incarnatione Christi, Lucas anno 25. aut 26. ut videre est in Baronio tom. 1.) sed quia à Petro audiuit Euange- lium, quod & eodem iubente scripsit. Sequitur, & Lucas, qui iussu Pauli edidit pariter Euangeliū. Ioannes ultimo loco recessetur, quia ultimus omnium scripsit Euangeliū. Subsequuntur Actus Apostoli- ci non attenta ratione temporis. S quidem post Lu- cas Euangeliū essent attendendi, sed habita est ra- tio historialis, ut perfecta ratione historiali gestorū Christi Domini, postea recenserentur Actus Apo- stolorum. In epistolis vero S Pauli non attenditur ordo temporis, sed dignitatis: nam primo loco quā- tum ad Ecclesiás Romana Ecclesia posita est, 2. Co- rinthiorum 3. Galatarum 4. Ephesiorum, 5. Philip- pensum, 6. Colossium, 7. Thessalonicensium, ul- timo loco posita est epistola ad Hebreos, quæ aliquan- do dubitationem à quibusdam passa est an esset D. Pauli. Quantum vero ad personas ponitur primo epistola ad Timotheum, secunda ad Titum, tertia ad Philemonem. Sequitur epistole aliorum Apo- stolorum, & primò Iacobi Apostoli Episcopi Hierosolymitanorum, qui à suo Episcopo edocendi erant. Subsequuntur epistola D. Petri, & tres Ioannis inter eas seruato ordine dignitatis, & primo loco Petri epistole collocantur, ultimo autem loco concludun- tur epistole huiusmodi parateticæ epistola catho- lica Iudeæ. Nouissimè totus noui testamenti catalo- gus Apocalypsi sigillatur, qui prophetalis est, & no- uissimorum temporum continet prophetiam, & hoc ordine sapientia Dei (cuius spiritu scriptæ sunt conditæ) mirificè resplendet, tam rationabiliter scri- pturæ libros ordinantis.

### Solutiones oppositionum.

**A**D primum argumentum in oppositum. Parti- tiones illæ sanctorum alicui fundamento ni- tuntur, vel antiquitatis, vel materiæ, quæ tractatur, ut historiæ, prophetiæ, poeticæ, &c. & huiusmodi. ceterum partitio Hæreticorum diuidens libros sa- crosin canonicos, & apochryphos, se hæreticam prodit contra Ecclesiæ auctoritatem, pari gradu, omnes libros dictos, ut sacros recensentem. Insuper in ipsiusmet libris, quos ut sacros recipiunt in illis re- censendis nullum seruant ordinem, nec naturæ, nec doctrinæ, nec temporis, nec dignitatis, ut manifeste appareat eorum studium fuisse omnia nouare, ut qui nec auctoritati honorem detulerunt, nec ordini sacrorum librorum parcerent, sed omnia inverte- rent, & Babylonica confusionis ministros confusi- biles peruersè tractantes verbum veritatis se esse monstrarent, sic responderet ad primum, & se- cundum.

Ad tertium responderet, certum est librum Iob antelibros Regum esse descriptum: sed quia conti- nuanda erat historia Hebræorum, quæ à Genesi pro- tendebatur ad libros Regum, quibus annexuntur lib. Paralipomenon, propterea postpositus est liber Iob. quem sequitur liber Psalmorum. Oseas autem, et si prius afflatus prophetauerit, nihilominus non fuit habita ratio temporis, sed voluminis: unde non cum maioribus, sed cum minoribus prophetis est collocatus, ut ex illis unum volumen integrum efficeretur.

Ad quartum, quis historia canonica prius recen- fenda erat, quam Apostolorū, qui & epistolæ ad fun- das Ecclesiás deuinatunt, propterea præpositum est Actibus, & epistolis Ioannis Euangeliū, ut my- steriorum Domini series texeretur. Unde & inter Euangelistas postremum locum obtinet Ioannes, qui omnium postremus scripsit. Epistola vero Iaco- bi et si omnibus alijs præponenda videretur habita ratione temporis, huic tamen, & omnibus epistolis præponendæ erant Paulinæ epistolæ; æquum enim erat, ut prius illius promulgarentur epistolæ, qui ex persecutore vas era factum electionis, ut ex eo, qui inimicus erat, efficacius aduersus Iudeos testimoniū sumeretur, quæ eorum, qui ab initio amici, & familiares Christi fuerunt. Epistola vero Iudeæ et si prius descripta fuerit, quam epistola Ioannis tamen habita ratione prærogatiuarum Ioannis me- ritò postposita est.

Ad quintum patet ex corpore articuli cur non sit seruatus ordo temporis in scriptione epistolatum S. Pauli.

### CONTROVERSIA V. GENERALIS.

#### De causa finali sacrae Scripturae.

**D**Einde considerandum est de causa finali sacrae Scripturæ: supra enim dictum est, materiam; & finem scripturarum esse Christum: vel enim de Christo loquitur, vel ad Christum dicit. Et quia in eo sita est nostra beatitudo (ipso dicente) *hæc est vita æterna*

*Eterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum, Io.c. 17. propterea inquirendū est, cum contemplatio in via, vel in patria sit finis scripturæ.*

## ARTICVLVS VNIVRS.

*Quis nam sit finis sacrae Scripturae.*

## Oppositiones.

**V**Idetur quod finis sit gloria Dei, & adeptio beatitudinis: nam apud S. Ioan. cap. 20. sic scribitur. *Hæc autem scripta sunt, ut credatis quia Iesus est Christus Filius Dei, & ut credentes vitam habeatis.* Quibus verbis innuitur hæc causa finalis, nempe Dei gloria, & nostra felicitas.

Secundo. Rom. 15. sic scribitur. *Quæcumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus.* Ad spem ergo in Deo collocandam scripta est sacra scriptura.

Tertio. 2. Timo. 3. Quadruplex finis statuitur scriptæ, doctrina, redargutio, correccio, eruditio: sic enim scribitur. *Omnis scriptura diuinus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.*

Quarto à Petro assertur, quod ad illuminationē fidei deseruit sacræ Scripturæ lectio: dicitur enim 2. Pet. 1. *Et habemus firmorem propheticum sermonem, cui beneficis attendentes, quasi lucerne lucenti in caliginoso loco, donec dies illuceat, & Lucifer oritur in cordibus vestris.*

Quinto, passim multi effectus assignatur sacrae Scripturæ, nempe corda conterere Hier. 23. *Nunquid non verba mea sunt quasi ignis dicit Dominus, & quasi malleus conserens petras? convertere psalm. 18. Lex Domini immaculata conuertens animas, &c. accendere Luc. vlt. Nonne cor nostrorum ardens erat in nobis dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas, &c.* Vnde merito à Basilio epistola 1. circa medium, assimilatur sacra Scriptura tabernæ pharmacopole varia medicamenta ad omnes morbos propulsandos suppeditanti.

Sexto, August. 6. music. cap. 14. dicit diuina Scriptura tot voluminibus, & tanta auctoritate prædictæ. *Nihil aliud nobiscum agunt nisi ut amemus Deum ex toto corde, &c.* & proximum nostrum tanquam nos ipsos.

## Pro parte altera.

**S**ed contra est quia ad Romanos cap. 10. scribitur. *Finis legis Christus est, quem locum exponunt Patres de tota scriptura veteris testamenti, quod à fortiori de noui testamento scriptura verificatur, qua propter Christum iam exhibitum condita est.*

Secundo. Nam August. in explic. ps. 4. & in epist. Ioann. 2. dicit. *Quicquid scripturarum est, sonat Christum si aures inueniat, & Chrysost. hom. 10. in Marcius dicit. Ego quando lego Euangeliū, & video ibi testimonia de lege, testimonia de Prophetis solum Christum considero.*

—  
—  
—  
—  
—

Tertio, quia ad Christum tanquam ad finem referuntur omnia opera gratiæ, ergo ad eundem referri debet scriptura. Antecedens est manifestum, quia gratia unionis inter omnes gratias præcipua est: in rebus autem rectè ordinatis, quod minus est, & imperfectius ad id, quod magis est, & perfectius ordinatur. Consequentia manifesta, nam scriptura ad ordinem gratiæ pertinet, ut Dei instrumentum ad illustrandam animam, &c.

Quarto, finaliter Deus sub ratione deitatis assertur obiectum sacræ Theologie, ergo & finis inter omnes potissimum, & optimus. Confirmatur, quia Prou. 6. dicitur. *Vniuersa propter se metipsum operatus est Dominus.* Cum ergo vniuersa opera Dei, & ipsum quoque incarnationis mysterium ordinata sint ad manifestationem diuinæ bonitatis, unde ut Christus dixit Ioah. 3. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret,* ipsa quoque scriptura Christum manifestans ad eundem finem manifestationis glorie Dei ordinata est.

## C O N C L V S I O.

*Finis scripturarum Deus ipse est, qui est regula contemplationis, & actionis.*

**R**espondeo dicendum, quod cum finis operis, & operatis idem sint, idem est querere de ipsarum scripturarum, & de ipsarum conditore, ad quid illas insp̄auerit, & dictauerit. Et quidem cum inferiorum facultatum finis sic diversificetur, ut alius, & alius sit speculativum, alijs practicarum, nempe ut earum scilicet finis sit contemplatio veritatis, harum praxis, & operatio hoc fidei, & theologie comprehendit, ut finis earum utramque rationem concludat in eminēti quadam ratione, im perfectionibus quibuscumque seclusis, cum sint habitus diuinæ cognitionis participes, quemadmodum praktica sunt, & speculativa. Cum ergo Deus scripturas dictauerit, ut esset fidei obiectum materiale, nec non & Theologie principia; consequenter voluit ut earum finis esset cognitione veritatis, & ne fides esset ociosa, ut essent regula nostrarum actionum. Quia vero in scripturis præcipue ipse Deus (qui obiectum eorundem habuum sub ratione deitatis monstratur) est nedam obiectum cognitionis supernaturalis intellectus nostri, sed etiam finis actionum nostrarum, optimè earendem scripturarum finis Deus asterit tanquam regula præcipua speculationis, & actionis, per quam Deum, tanquam ultimum finem tandem consequimur. Sed quia ratio bonitatis, in qua ratio consistit ipsius finis, super veritatem, & deitate ipsa fundatur, principalius respicitur ab intellectu (cuius obiectum verum est) ipsa deitas, quam quod à voluntate respi ciatur sub ratione boni, & finis, ac propterea præcipuus finis scripturarum est respicere Deum contemplando, quam eundem respicere, ut regulam operando, & finem nostrarum actionum. Vnde & in patria omnis actio nostra ad contemplationem ordinatur, & in via similiter vita activa, quæ in exercitatione virtutum, & affectuum moderatione consistit, in contemplatiua terminatur.

Solu-

*Solutiones oppositionum.*

**A**d pimum respondeatur, eo argumento probari scripturarum finem esse contemplationem Dei: nam fides in intellectu quoque speculatio est, ne- dum practico: beatitudo vero in contemplatione si- ta est, cuius participatio est fides.

Ad secundum. Spes, quæ scripturis roboratur, ad contemplationem Dei terminatur hic inchoatiue, in patria perfectiuē.

Ad tertium. Illi fines non sunt ultimi, & præcipue cum ordinentur aliò ex eodem Apostolo, ibidem, *ut si perfectus homo, &c.* perficitur autem exercitio bonorum operum, quorum præmium est contemplatio perfecta, ut in patria; imperfecta, ut in via.

Ad quartum. Lectio prophetica, & omnium aliarum scripturarum, ut assumitur à Deo ad generandum habitum fidei, qui est speculativus etiam, nedū practicus, eandem rationem induit cum habitu fidei, dispositio namque eiusdem ordinis est cum forma.

Ad quintum. Illi omnes sunt fines, sub actionis fine conclusi: at finis hic operandi præcipuum supponit, & principalem, nempe Deum sub ratione deitatis.

Ad sextum dicitur, quod charitas illa causa est mouens intellectum ad contemplationem, & cognitionem, & intuitionem (quantum par est) summe, & primæ veritatis in scripturis manifestatæ; tum propter amorem rei visæ, quod pertinet ad amorem amicitiae; tum ipsius videntis, & cognoscentis, vel cognitionis, quod pertinet ad amorem concupiscentiae, ex qua cognitione sequitur deinde delectatio. Vnde & contemplativa vita formaliter est in intellectu speculativo, causaliter vero, & consecutiue in voluntate, nempe ut mouet intellectum ad contemplandum, & ut ex contemplatione delectatio consurgit. Prius tamen est, quod veritas sit finis contemplationis, quam quod habeat rationem boni, & appetibilis, quod est posterius, & propterea finis principalis scripturarum optima ratione ponitur contemplatio veritatis, vide S. Thom. 2.2. q. 180. art. 1. in corpore, & responsione ad primum.

§. Ad argumentum in contrarium respondeatur, quod omnia illa cōceduntur: sed tamen Christus in scripturis reuelatus est finis sub fine, vnde & Apostolus cum dixisset. *Omnia vestra sunt, vos autem Christi,* mox subdit, *vos autem Dei,* qui est super omnia benedictus in sæcula.



TRA

# TRACTATVS II.

## CONTROVERSIA

### SECUNDA

#### GENERALISSIMA.

## DE SACRORVM BIBLIORVM VERSIONE.



Einde cōsiderandum est de Bibliorum factorum versione, quæ à S. Epiphanius lib. de ponder. & mēsu. & alijs spūnūtia vocatur, ad ostendendū, quod in illa quoque (si legitima sit, & à lingua primigenia cōuersa) sit etiā Verbum Dei. In hac autem versione considerantur duo, fons ipse, ex quo fit versio, & ipsæ versiones à sua nativa lingua in extraneas, & peregrinas trāsfusa. Fons ipse, quantum attinet ad testamentum vetus, textus Hebreus est, uno excepto Machabœorū libro, ut dictum est. Græcus vero, quantum attinet ad nouum, paucis libris exceptis. Versiones autem in alias linguas multiplices sunt. Quædam enim ab ipsis authoribus, qui transtulerunt attingulantur; alia enim dicitur 70. Interpretum, alia Symmachii, alia Aquilæ, alia Theodorionis. Quædā ab alijs linguis, in quas ab Interpretibus conuersæ sunt, vnde alia dicitur Chaldaica, alia Syriaca, alia Græca, alia Latina, alia vernacula, ac vulgaris: quorum interpretum quidam fideles, quidam infideles sunt, & eorundem versiones quædam rectæ, quædam peruersæ iudicantur. Totidem ergo exagrandæ sunt controversiae ad veritatem indagandam.

Prima erit, an inhærendum sit autoritati scripturae versæ in alienam linguam.

Secunda, an sit æqualis autoritatis scriptura interpretata, ac in suo fonte edita.

Tertia, an textus Hebreus ipse perierit aliquando.

Quarta, an textus Hebreus usque in hodiernam diem permanerit incorruptus.

Quinta, an textus græcus usque ad præsens illibatus permanerit.

Sexta, quænam sit Chaldaica versio, & Syriaca, & quantæ autoritatis.

Septima, qualis sit Septuaginta interpretum versio, & quam meruit autoritatem.

Octava, quæ, & quot sint aliæ Græcæ versiones, & quam sibi vendicent auctoritatem.

Nona, quæ sit Syriaca editio, & quam habeat auctoritatem.

Decima, quæ, & quot sint latine editiones, & an editio latina vulgata in summa auctoritatis arce locanda sit.

Vndecima, de vernaculis editionibus, an bonæ sint, & an licitum sit in eam linguam sacra Biblia transferre.

Duodecima, de Hæreticorum versionibus.

### CONTROVERSIA I. GENERALIS.

#### ARTICVLVS VNICVS.

*An inhærendum sit scripture conuersæ in alienam linguam.*

*Positio Nouatorum.*

I Vdæ post Christi tempora ad expugnandam 70. Interpretum versionem illicitum reputarunt verbum Dei in peregrinam linguam translatum esse, ac proinde illi nullo pacto adhærendum voluerunt. His sunt affines, qui omnes versiones sufficienti enumeratione explodunt, & in specie, qui 70. Interpretum, & vulgatam oppugnant, inter quos Iosephus Scaliger in animaduersionibus Eusebianis pag. 124. volens indictum esse ieiunium Hebraicis ob 70. interpretum translationem, ac si aliquod piaculum tali superstitione ieiunio expiandum esset.

## Oppositiones eorundem.

**P**rimo, quia ut habetur in prologo Ecclesiastici, deficitum verba Hebraica quando fuerint translatæ ad alienam lingua. Non solum autem hæc, sed ipsa lex, & Prophetæ ceteraque aliorum librorum non paruam differentiam quando inter se dicuntur, ut ibidem dicitur. Tollitur ergo ex translationibus, Dei verbi energia, quam maximam esse in ipsa lingua Hebræa ostendit Origenes primo contra Celsum.

Secundo, liber Biblicus signatus describitur Danielis 12. & in Apocalypsi cap. 5. & solius Agni est illum aperire; illicitum ergo est versionibus eius secreta manifestare.

Confirmatur, nam ex Macrobio in somnum Scipionis cap. 20. offensa numina testantur, Numinio cuidam, quod Eleusina sacra interpretando vulgaverit; à fortiori ergo Deum indignatum esse dicendum est, quod vulgata sint sua mysteria in primigenia sua lingua inuoluta, atque recondita. Et Iosephus testatur, Theopompum, & Theodectā multatos diuinitus, quia in alias linguas scripturā trâfere ausi sint, ut dictum est controuersia prima generalissima articulo primo generalis controuersia.

Confirmatur secundo, quia Iudei ob istam translationem Bibliorum, tanquam ad expiadum placulum immane, ieunium indixerunt, ut scribitur in quodam eorum libro Orach Chayim via vite, & in Hierosolymitano Thalmud in fine tractatus, Megillath Thaeait, habetur etiam mundum tenebris circumfusum tribus diebus ob versionem factam tempore Ptolomæi Regis.

## Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed cōtra est primo, quia Ecclesiastici 20. dicitur, Sapientia absconsa, & thesaurus inuisus, que uilitas in utrisque est esset autem Dei sapientia in primigenia lingua exarata in Biblijs, absconsa, si ad alias gentes per translationes, aut versiones translata nō peruenisset: de quo argumento legendus Epiphanius lib. de ponder. & mensur.

Secundo, quia longè, lateque diuinorum cognitionis, quæ in Hebreis, vel Græcis idiomatibus conclusa erat sparsa est, & ad alias gentes permeauit, quæ res cedit maximè in cultum Dei ampliandum, & promouendum.

Tertio, ad hominem. Nam ipsi Iudei sic scribunt in Thalmud in tractatu Sabbath capit. 9. pag. 88. Omne quod egressum est ab ore Domini, diu sum est in 70. linguis: ergo & Verbum Dei in scripturis contentum laudabiliter in alias linguas diuidi per interpretationem potuit, & tractatu Megillach. cap. 1. in Thalmude Hierosolymitano in alias linguas excepta Græca verti voluerunt antiqui Rabbini in tractatu Sabbath cap. 9. pag. 88.

## CONGLVSIO CATHOLICA.

Omnino inhærendum est scriptura in alienam lingua conuersæ.

**R**espondeo dicendum, quod quæcumque sunt in sermone, vel scripto aliquo obscura ex duplice capite obscuritatem habent, vel ex difficultate ipsarum rerum per voces significatarum, vel ex ipsis vocibus signotis, quæ proferuntur: manifestum est autem, quod quæcumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, ut ait Apostolus Rom. 15. talis autem utilitas haberet non posset, nisi de ipsarum rerum, & vocum cognitione à Spiritu sancto prouisus esset, cuius afflatus in sua nativa lingua scripturæ ipsæ sunt editæ. Quare idem Spiritus sanctus, ut prouidit de interpretationis dono sermonum suorum, sic de vocum cognitione per genera linguarum. Unde in veteri testamento dicitur Danielis 5. Audiu de te, quod possis obscura interpretari, & ligata dissoluere. & 1. Corin. 1. 1. præter interpretationem ponitur donum linguarum; meritò ergo ut interpretationi scripturarum inhærente licitum est, & necessarium, ut posterius dicetur. sic & earundem versioni in alienam lingua inhærente licitum est.

## Solutiones oppositionum.

**A**d primum. Verum est, quod in nativa lingua maior est energia quam in translationibus. Vnde & S. Thomas 2. 2. q. 176. ar. 1. ad 1. scriptit de Apostolo, quod quantum ad ornatum locutionis Apostolus instruitor erat in propria lingua, quam in aliena. Hoc tamen nihil officit translationibus, & versionibus diuinorum eloquiorum, cum æquivalentibus vocibus, rerumque similitudinibus ad rerū cognitionem quantum necesse est, perueniatur.

Ad secundum. Signatus dicitur liber Biblicus in quantum non est necesse ethnici, & infidelibus diuinia mysteria publicare, de quo Christus Dominus Matt. 7. admonuit Apostolos dicens. Nolite sanctum dare canibus, &c. ceterum per clauem scientiæ, hoc est donum interpretationis sermonum aperiendi posse quantum ad intelligentiam rerum significatarum idem docuit Pharisæos reprehendens. Væ vobis, quia tulistis clauem scientiæ, suoque exemplo aperiendi posse monstrauit, aperiens librum, & soluens signacula eius, scripturas interpretando. Licitum etiam esse eundem aperiendi quantum ad intelligentiam vocum ex dono linguarum manifestè constat.

Ad confirmationem. Immerito fictum est numina illa offensa: nam si bona erant Eleusyna mysteria, vulganda erant, nimis ut homines alicerentur: si mala similiter, ut homines à malis cauerent, ut dixit apud Lucianum Demonax. Ceterum cum perfecta Dei sint opera, sicut in esse naturæ prouidit de libro generationis cœli, & terræ, quorum non sunt loquela, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum, ut egregiè ponderauit Augustinus 32. contra Faustum cap. 19. sic librum Biblicum quantum attinet ad ordinem gratiæ, omnibus voluit communicari diuina sapientia, ut idem edisse sit alibi 2. de doctrina Christiana cap. 5. sine inuidia volens

volens tam ingens bonum ad omnes diffundi, atque communicari, cum inuidie stimulis ille agitetur, qui Sapientiae libros conatur occultare, ut de Aristotele voluit Alexander apud Gellium li.2. Illi alii allati merito multati sunt, eo q[uod] politiori stylo, oratorio, vel tragicō modo diuina verba adulterare sunt ausi.

Ad ultimum. Illud ieiunium indicatum fuit à Rabbinis longe post Christi Ascensionem, cernentibus scripturas ybiq[ue] gentium, 70. Interpretū opera versas tanta gloria dissimilari, quod ieiunium hodie non seruatur à modernis Iudeis, vt patet ex calendariis ipsorum; & non leuis coniectura est voluisse Iudeos inuidios ieiunare eō tempore, quo de hac translatione festum celebraretur ab Alexandrinis indicata anniversaria die exultationis, vt tradiderant Philo, Iustinus, Rabbi Azarias lib.3. cap.8. vt festiva celebritas, Hebræorum superstitionis mœstia obfuscaretur. Commentitium autem est, quod afferatur de tenebris, quæ orbem inuaserunt translationis tempore, quas tamē Rabbi Azarias lib. In rebus inach cap.7. fol. 50. per allegoriam exponit de voluntaria afflictione, & ieiunio Iudeorum assumpta ab ipsis Iudeis, qui pro interpretatione 70. felici successu, triduo ieiunarunt, cum eos ad Ptholomeum Regē destinarent, sicut etiam factum est cum Philo mis- sus est Romam ad Caium Imperatorem, & ad Deū placandum ne succenseret Israel ex beneficijs, & donis, quibus Ptholomæus Iudaicum populum afficiebat, vt simile habetur in Thalmud. tract. Sanhedrim. fol. 39.

## CONTROVERSIA II. GENERALIS.

### ARTICVLVS VNICVS.

*An æqualis sit autoritatis scriptura versa in alienam linguam cum ea, quæ est in suo fonte, & originali.*

#### Positio Nouatorum.

**N**ouatores aperte negant dicentes non esse in scriptura versa verbum Dei. Sic expresse Vilielmus Vitakerus q.2. cap.1. pag.79. cap.7. pag.95 cap.8. pag.103. Robertus Rollucus lib.1. de vocazione efficaci cap.18. & 19. hoc axioma pronuncians. *Sola editio testamenti veteris Hebraica authenitica est, noui Græca.* Iunius idem docet lib.2. cap.6. & cap.10 nū. Id. pag. 124. q[uod] ieiunium iudeorum in aliis linguis non est nisi in hebreo, & grecis.

#### Oppositiones eorundem.

**A**rguitur primo, nam si translationes omnes in spiciam non semper verbum idem, verbo redditur, sed sententia; iuxta Interpretis voluntatem, & iudicium veritutem: non ergo in translationis Biblii est ipissimum verbum Dei.

Secundo, ad talēm versionē requiritur industria humana, nempe linguæ conuertenda, & in ea, in quam conuertitur, cognitio, sententia aptioris colloccatio, phrasis concinnatio, & huiusmodi: at verbum Dei absque industria humana per manus scri-

ptorum canoniconum in libris Biblicis exaratum est: ergo.

Tertio, specie differunt lingua Hebreæ, & Græca ab alijs linguis: ergo non est idem verbum, quod Hebraicæ, aut Græcæ profertur ad aliquid significandum, quod proferunt alia lingua. Antecedens probatur ex diuersitate vocis, soni, articulationis, &c.

Quarto. Non potest dici alicuius authoris v. g. Platonis, vel Ciceronis verbum idem, quod aliena lingua profertur: ergo nec Dei verbum, quod est in aliena lingua trāslatum. Antecedens probatur: nam nunquam ea lingua locutus est author ille, & si reuiseceret, linguam, quam non nouerat audiret.

#### Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo, quia 1. Corin. 14. dicit Apostolus. *In lege scriptum est. Quoniam in alijs linguis, & labiis alijs loquar populo huic, & nec sic exaudiunt me, dicit Dominus, quod testimonium habetur El. 28.* Seruatur ergo idēitas verbi Dei in diuersitate linguarum.

Secundo, Act. 2. de Apostolis dicitur, quod *repleti sunt omnes spiritu sancto, & cuperunt loqui varijs linguis*, quod donum tribuum est eisdem, vt docerent omnes gentes iuxta Domini mandatum Matth. vlt. *Euntes docete omnes gentes*, & per diuersitatem linguarum gentes easdem in unitatem fidei adunarēt. Oportet ergo dicere, idem verbum Dei prædicatum apud gentes, quæ in unitatem fidei congregatae sunt. Confirmatur, quia in citandis scripturis Christus Dominus, & Apostoli 70. editione vsi sunt, vt dicatur infra: non est ergo putandum, non esse verbum Dei, sed hominum, quod in testem adhibuerunt, & expresse Prophetarum, & diuinam vocem esse dixerunt.

Tertio, nunc Ecclesia, vt dicit Augu super Ioan. tract. 32. *Linguis omnium gentium loquitur, & diuersis linguis scripturam descriptam exhibet*. idem ergo verbum prædicat, & proponit, cum una, & eadem sibique uniformis sit Ecclesiastica locutio, & prædictio.

Quarto, ad hominem. Cū apud ipsis Nouatores tanta sit iactatio de puro verbo Dei, quod apud ipsis non solum in Hebreo, & Græco, sed & suis versionibus dicunt contineri, à causa tacerent, nec insuggestu, scholis, hypocausis, Dei verbum, sed hominis resonaret, cum latinas, vel vernaculae editiones legunt: essentque melioris conditionis Iudei, & Græci Schismatici, quorum primi in Synagogis Hebrewram textum legunt, Secundi vero Græcum.

Et confirmatur, quia cum sit aduersiorum dogma sacramentorum formas esse verba concionalia ad fidem excitandam, si verbum Dei non contineant, cū Germanicè, vel Gallicè proferunt nullum perficeretur sacramentum, destructa identitate verbi Dei, quod in formis exprimentibus dicunt tanquam concione in ad excitandam fidem esse necessarium: sic apud illos non esset baptismus, & cena nisi eo iudicante proferrētur formæ, quibus in Euangeliō Christus Dominus uisus est, non ergo ipsi Nouatores baptizati essent.

## CONCLUSIO CATHOLICA.

*Tam in suo fonte quam in versionibus approbatis est idem verbum Dei, & aequalis authoritatis.*

**R**Espōdeo dicendū, quod sicut supradictum est in aliqua lingua duo considerantur: vnum, quod est materiale idiomatis, vel vocis; aliud quod est formale. Materiale sonus est, & articulatio. Formale vero est significatio, & interpretatio rerum significatarum per voces. vnde Apostolus 1. Cor. 14. etiam dixit, quod *quæ sine anima sunt vocem dantia sive tibia, sive cithara, nisi distinctionem sonuum, dederint, &c.* non potest sciri id, quod canitur, aut citharizatur, concludens non posse aliquem linguis loquentem intelligi, nisi virtus vocis sciatur: expresse innuens significationem esse virtutem, & formam vocis. Certum est autem omnem significationem desumi ab eo, quod est formale, & non materiale: vnde et si linguae inter se materialiter differunt, formaliter conueniunt quantum ad significationem, vel in ordine, & respectu ad rem significatam. cum ergo eadem significatio tam in suo fonte, quam in versionibus approbatis in Biblijs sacris appareat, utroque idem est verbum Dei, & aequalis authoritatis.

## Solutiones oppositionum.

**A**D Primum. Ille optimus est modus interpretandi quando non verbum verbo, sed sensus authoris alicuius percipiatur, habita finis, & circumstantiarum omnium ratione, quod & Cicero docuit lib. de optimo genere oratorum, & 2. de finibus, & ē nostris S. Hieronymus ad Suriam, & Fretellam, & ad Pamphacium de optimo genere interpretandi, & epistola ad Augu. cap. 6. & præfat. in Eusebij chronicō, ut sepius citabitur.

Ad secundum. Præter linguarū peritiam in interprete eiusdem que fidelitatem, adest Spiritus sancti auxilium, quod pertinet ad gratiam gratis datam, dirigens, & illustrans mentem interpretis ad sensus eruendos. vnde 2. Petri cap. 1. dicitur. *Omnis Propheta scriptura propria interpretatione non fit, &c. sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.*

Ad tertium. Et si phisicē specie differat, aut solum aliquo accidēte lingua Hebreæ, & Græca ab alijs linguis illa distinctione, materialis est, cum formaliter quantum ad significationem, vel respectum ad rem significatam sint eiusdem speciei.

Ad quartum dicitur, quod idem est prorsus auctorem aliquem in sua originali lingua, & in translata audire. vnde Ciceron lib. de optimo genere oratorum scriptit. *Aeschinem ipsum latine loquentem audiamus.* Licet enim materialiter non sit idem verbum in sua originali lingua, & in translata, formaliter tamen quantum ad significationem idem est.

## CONTROVERSIA III.

## ARTICVLVS VNIVRS.

*An totus Bibliorum textus hebraicus aliquando perierit.*

## Positio Nouatorum.

**N**ON inutilis est ista controversia, sicut putant Danæus, & Iunius, qui catholicos tractatores hanc questionem agitantes de superfluitate fugillant, & cum vndique sint rationes, & graues authores quænam harum verior sit nunc disputatur, & ad alias controværias explicandas maximo est adiumento.

## Pro parte affirmativa.

**A**Rguitur primo ex 4. Esdræ cap. 14. vbi Esdras loquens introducitur petens spiritum sapientię ad scribendum, quæ erant scripta in lege. *Quænam, ait, lex tua incensa est, propter quod nemo fecit, quæ a te facta sunt, vel quæ a te incipient opera, &c.* quod & factum est; nam ibidem describitur Esdras repletus spiritus Dei, & quod scripti sunt per quadraginta dies libti ducenti quatuor, &c.

Confirmatur ex 1. Mach. 1. vbi dicitur *libros legis Dei combusserunt igne, scindentes eos, & apud quemcumque inueniebantur libri testamenti Domini, secundum edictum Regis trucidabant eum.* Eodem ergo modo potuit accidere tempore captiuitatis Babylonicæ accidit tempore Antiochi.

Confirmatur secundo, fortius ex 4. Regum c. 2. 5. vbi dicitur, quod *Nabuzardans succedit domum Dei, & domum Regis, & domos Hierusalem, omnesque domos combusti igne, & muros Hierusalem in circuitu destruxit.* Cum ergo omnes domus tam prophanae, quam sacræ incendiæ dicantur, rationabiliter potest deduci sacros omnes codices fuisse absumptos, qui in dominibus Sacerdotum, & Prophetarum assertabantur.

Secundo ex Patribus. Irenæus enim lib. 3. cap. 2. 5. scribit, *In ea captiuitate populi, quæ facta est per Nabuzardos, corruptis scripturis, & post 70 annos Iudeis descenditibus in regionem suam, & post deinde Ariaxes sive Persarum Regem, inspirauit Deus Esdræ Sacerdotis, præteriorum Prophetarum omnes rememorares sermones, & restituere populo, eam legem, quæ data est per Moysen.*

Clemens Alexandrin. 1. strom. sic dicit, *Per Esdrā facta est diuinitus inspiratorum eloquiorum recessio, & renatio.*

Tertullianus lib. de habitu mulierum ait, potuit Nœ Scripturam Enoch abolefactam in spiritu rursus reformare, quemadmodum Hierosolymis Babylonica expugnatione deletis omnibus instrumentis Iudei literariis, per Esdram constat restauratam.

Basilius epistola ad Chilonem ait. *Hic est mons Carmelus, in quo Elias commorans, Deo placuit. Hic mons oliuarum, in quem Christus ascendit, ac orauit. Hic mons est, in quo pro nobis Salvator crucifixus est. Hic campus, in quo secessu facto Esdras omnes diuinos libros ex mandato Dei eructauit.*

Chry-

# De sacrorum Bibliorum versione. 257

Chrysostomus in c. 5. epistola ad Hebreos in ea verba. Perfectorum autem solidus est cibus, dicit. Incensi sunt libris inspiravit alium virum, ut mirabiles illas scripturas repararet. Esdram dico &c.

Optatus Mileuitan. 7. contra Parmenian. scripsit. Nec apicem sacrorum librorum tunc temporis remansisse.

Ambrosius lib. 10. epist. 8. epistolę Esdrę mentionem faciens subdit, qui memorie scripturas tradit.

Theodoreetus prefatione in psalmos dicit, Esdras diuino nomine afflatus sacrorum voluminum memoria illis hominibus renouauit.

Author de mirabilibus sacrae scripturę, falso pro Augustino citatus, cap. 33. ait, Esdras sacerdos, combustam à Chaldeis in archivis templi restituit legem, nempe qui eodem spiritu, quo ante scripta fuerat plenus fuit.

Iudorū lib. de vita, & morte sanctorum ait, Expressę Esdram legem incensam renouasse. Rupertus 7. de vieti. verbi Dei cap. 3. Rabbanus de institutione Clericorum cap. 59. idem tradunt. Est etiam authoritas Leontij lib. contra sectas idipsum edocentis, & Eusebij in chronico. &c.

Tertio, idem probatur ex Rabbini antiquis Rabbi Ephodi dis. 7. dedikdu, & Rabbi Radak. proem. in Iosue, quos alij recentiores sequuntur, & Elias, Masoreth, Hammashoreth attestante, dicentes expressę libros in prima captiuitate perijisse.

## Pro parte opposita.

**S**ed contra primo videtur esse Athan. in synopsi, expresse enim scribit Esdram libros sacros apud se custodiuisse, & postea populo tradidisse his verbis. Cum libri sacri per incuriam populi, ac diurnam captiuitatem perijissent, cum ipse vir esset iustus, & lector apud se omnes custodiuat, & tandem protulit, omnibusque tradidit. S. Chrysostomus ho. 8. ad Heb. ait, Esdram ex reliquis sacrae Scripturae iterum eam composuisse.

Hilarius prefatione in psalmos dicit. Esdram omnes psalmos collegisse, & ex eis unum concessisse volumen.

Secundo ratione, prima quia de tam egregio facto integrę reparationis, & instauracionis scripturae mentionem aliquam fecissent, vel Philo, aut Iosephus, qui tam praeclarę de Esdra scripserunt.

Secunda, quia non est verisimile omnes codices igni traditos esse in illo incendio Hierosolymitano, & aliquot non euasiisse, vel diligentia Iudeorum eos abscondentium, vel inimicorum industria, ut Iudeis in Babylone existentibus magno pretio diuiderent. Et dato quod omnia exemplaria reperta in Hierusalem incensa essent, non est verisimile incensa ea, quae apud Iudeos in Babylone seruabantur: nam ante desolationem Hierusalem Nabuchodonosor, ut patet Dan. 13. permittebat Iudeos suos habere Iudices, qui cum Iudaicē viuerent, & secundum Iudaicas leges iudicarent, verisimile est habuisse codices, quia iudicium sine legis cognitione, & lectione legitimè exercere non potuissent. Sed dato, quod hæc Vulcano in Babylone consecrata essent, non potuerunt desperdi codices legis apud Samaritas assertati, de quibus certum est ex 4. Regū cap. 17. quod propter Leones immisos coacti sunt legitima legis suscipere à Iudeis. Et tandem non est inuerisimile

apud Ezechielem, Danielem, &c. Prophetas, qui eo tempore vinebant (quibus curæ erat Domini lex) aliqua exemplaria conseruata fuisse. Confirmatur, quia cum maioris momenti esset volumen scripturarum, quam altare incensi, & arca, & alia diuino cultui deputata, & tñ Hieremias de his curauit, vt habeantur ex 2. Mach. illa recondens, ne à Chaldeis asportarentur, multo magis de libris illi curæ fuit, vel secum asportando legis unum saltem volumen, sicut secum derulit arcam testamenti. Nec est verisimile, alios Prophetas Ezech. Daniel. Agḡum, Zachariā, ruinam præudentes Chaldeorum, imminenti malo non caueret, occultando, deferendo secum, vel transmittendo ad eos, qui captiui ducti fuerunt à Salmanassar in Assyrios, à Pharaone Nicae in Aegyptum, à Nabuchodonosore in Babylonem. Quare dato, quod in captiuitate Babylonis omnes libri perierint, seruari potuerunt, occultati, asportati, transmissi. Accedit, quod Danielis 9. fit mentio libri Hierem. & librorum Moysis: integri ergo erant tempore Danielis, qui 70. annis post conflagrationem istam, & 80. & amplius ante Esdram scripsit.

Tertia, si libri legis omnino perijissent, & de novo iterum per Esdram fuissent reparati, per Esdram utique ijs litteris descripti essent, quæ tunc erant in vñ, nempe Chaldaicis, vel mixtis ex Hebraicis, & Chaldaicis. At videmus paucos libros, nēpe Esdrę, & Danielis huiusmodi litteris, & lingua Aramaea, descriptos, ceteros lingua Hebraica. Signum ergo est, non de nouo instauratos, & compositos fuisse per Esdram.

Quarta, nam 1. Esd. cap. 7. Scriba eruditus in sermonibus, & præceptis Domini, & ceremonijs asseritur Esdras. Si ergo omnes sacri libri excidissent, non potuisset Esdras habere codices sacros, quos legendō percurreret: non enim Esdras tempore extitisset, si excidio Babylonis (quod 140. vel 170. annos secundum alios tempore Esdras præcessit, ex tabulis chronologic.) omnes conflagrasset, nisi dicatur per speciale revelationem legem cognouisse; et eodem cap. 7. dicitur quod Esdras parauit cor suum, ut inuenigaret legem Dei, & faceret, & doceret in Israel præceptum. Non dicitur parasse cor ad susceptionem revelationis, sed ad inuestigationem legis, quam præ manibus habebat.

Sed & cap. 6. fit mentio bibliothecæ librorum, qui repositi sunt in Babylone. sicut ergo, ut ex eodem cap. dicitur, præiosa vasa templi abducta sunt in Babylone, verisimile est multa exemplaria pro Bibliotheca exornanda, abducta.

Quinta, Iosephus iij antiquit. cap 2. scribit Cyrus Regem Persarum agnouisse prophetiam Esaiæ, quę de ipso scripta erat. Non ergo tempore Nabuchodonosoris omnia volumina legis absumpta sunt, alioquin Cyrus cognoscere id non potuisset, nisi codicem Esaiæ legisset.

**C O N C L V S I O .**  
Etsi in Hierosolymitano incendio multi codices exusti sint, multi tamen seruati sunt,  
quos tamen postea Esdras collegit, & ordinavit.

**R**espondeo dicendum circa hoc duplicem esse sententiam Doctorum. Quidam tenent par-

tem affirmatiuam, ita Driedo, Lyr. super Ecclib. 1. cap. 7. Abul. 2. paral. cap. 8. q. vlt. Senens. 1. Bibliot. S. Antonin. 1. p. hist. tit. 4. §. 17. Sabellicus Aenead. 3 lib. 3. Feuard. in lib. 3. Iren. cap. 25. Quidam oppositam negatiuam, vt Baro. t. 2. Genebrad. pag. 91. Bell. lib. 2. cap. 1. Torniellus ad annum 3447. Sed media via incedentes utramque sententiam possumus conciliare, "dicendo in excidio Hierosolymitano innumeros codices exustos, etiam eos, qui erant in templo præter unum, qui intus arcum seruabatur (vt moris erat in arca seruari, vt patet Deuter. 31. aut alios, qui erant apud particulares personas, Prophetas, & Indices, quos verisimile est abscondisse, atque seruasse. Eodem vero libros à Nehemia Esdræ co-taneo ante excidium tempore Sedechiæ reparatos fuisse, habetur 2. Mach. 2. dum dicitur, Inferebantur autem in descriptionibus, & cōmentarijs Nehemie hec eadem, & ut confruens Bibliorum congregauit de regionibus libros, & Prophetarum, & David, & epistles Regum, & de donarijs. Dicuntur autem ab Esdra reparati, vel quia ipse solus, vel cum alijs collegit, vel quia partes aliquas iisdem libris adiecit, vt supra dictum est: vel quia eosdem ordinauit, & versus distinxit; vel quia eisdem cum alijs exemplaribus contulit, adiuuante illum memoria incredibili, qua legem memoriter retinebat, & propter hec 1. Esdræ cap. 7. dicitur. Esdras autem parauit cor suum, vt inuefigaret legem Domini, & faceret, & doceret in Israël præceptum, & iudicium. Quare Esdras merito dici potuit legis reparator, etiam si de nouo ex memoria, & Dei afflato non fuisset dictata.

### Solutio oppositionum.

**E**T per hæc patet responsio ad utramque partē: & ad primam obiectionem in specie pro parte affirmatiua dicitur, quod liber ille non haber canoniam authoritatem, & tanquam somnia, & neniae habentur à Patribus multa, quæ ibi recensentur, inter quæ annumeratur, quod de legis combustionē describitur.

Ad confirmationem primam respondetur id accidisse post tempora Esdræ sub Antiocho. Sed nec tunc omnes libri sacri combusti, sed aliqui asseruati, vnde 1. Mach. 12. scripsit. Sacerdos Ionathas simul cū senioribus gentis sua ad spartanos, quod sibi solatio erat sacri libri, quæ epistola post Antiochi persecutionem descripta est.

Ad secundam confirmationem. Semper aliqua exemplaria potuerunt asseruari. Exemplum simile est; quod cum Achaz quæreret librum legis Domini, fuit absconditus in muro templi dicit Lyranus ex R. Salomone, & in reparatione illius repertus est: vnde 4. Reg. 22. Temporibus Regis Iosæ Helchias Pontifex librum legis reperit in domo Domini, quare etiam si unum exemplar superstes esset, verum fuit, quod scripturæ codex non penitus exciderit.

Ad secundum argumentum ex auth. PP. defumptum respondetur posse exponi Patres non remansisse volumen scripturae integrum, & absolutum, cū hoc tamen stat remansisse multas partes concisas, laceras, quas postea Esdras collegit, vnde Ierosolymit. templum non remansisse recte dicimus etiam si partes aliquæ sint relictæ, & è contra sicut remanentibus partibus componentibus, non totum censemur

omnino desperditum, ita dum Patres dicunt legem remansisse, intelligendum est quantum ad partes disutas, quas postea Esdras in unam formam rededit, & sic responderi potest ad PP. pro altera opinione adductos.

Vel dicendum perijisse legem quantum ad aliquos, non quoad omnes codices, & sic utrinque respondetur ad obiectiones, & per hæc respondetur ad tertium argumētū è Rabbinorum autoritate defumptū.

### CONTROVERSIA IV.

#### ARTICVLVS VNIVRS.

*An textus Hebraicus usque in hanc diem illibatus permanerit qualis fuit editus ab initio.*

#### Positio Nouatorum.

I Vd̄i referente Castrio in Apolog. lib. 1. cap. 53. nostram versionem locum esse cœnosum, & lutulentum; fontes vero scripturarum esse purissimos nempe Hebraicam lectionem, & nunquam vitiatā tanquam rem compertissimam iactant, vt ne unus apex potuerit mutari.

Nouatores in odium similiter vulgatæ editionis Hebraicum textum usque in hanc diem purissimum fontem esse occinūt, & usquequaque incorruptum, adeo vt quæcumque versio etiam vulgata per illum tanquam perpendicularum rectum, sit examinanda, & dirigenda: sic expressè Calvinus in Antidoto Cōcilij. Kemnit. in exam. sess. 4. Vvitakerus controv. 1. q. 2. Nostr.e, ait, Ecclesiæ Anglicane. Calvinate. Hebraicam veteris, & Græcam noui testamenti esse sinceram, & authenticam sentiunt. idem tenent moderniores Hunnius, Junius, &c. & fermè vniuersi nostræ tempestatis Hæretici, cum perfidis Iudeis omnino conspirantes.

Sunt etiam nonnulli Catholici, sed alio fine defendentes puritatem, & incorruptionem tex. hebraicæ, nimirum vt editionum riuiulos limpidissimè fluere non turbato fonte monstrant, ita quidam apud nostrum doctissimum P. Fr. Dominicanum Barnes p. p. q. 1. art. 8. dub. 4. cōcl. p. responsione ad confirmationem quinti argumenti, & Benedictus Arias Montanus p̄f. ad Bibl. Hebraicā incorruptionem defendens, non solum quoad consonantes litteras, sed etiam quoad puncta, quem etiam sequitur Montoya lib. de cōcordia sacrarum editionum.

Alij Catholici docent Iudaorum dolosacos falsatos codices hebraicos, hoc docuit noster Canus cap. 13. secundo de locis: Christopolitanus p̄fatione in psalmos, quod mordicus defendit Salmeron. proleg. 4. citans pro eadem sententia Burg. in psal. 21. Porchetus de victor. verbi Dei p. 1. cap. 1. 5 Lindan. de optimo genere interpret. cap. 11. qui omnia argumentalo. Isaac dissoluit, qui contra Lindanum mordicus incorruptum text. hebraicum fuisse contendit: Leo Castren. in apol. diffusè. Titelmanus, & Ramos apolog. pro vulgata. Lematius lib. 6. de instauranda religione. Sed alij dicunt non esse scripturam Hebraicam in vniuersum depravatam,

nec

nec tamen esse omnino integrum, & puram, ita Driedo lib. 2. de ec. dignit. cap. 1. Bellarm. lib. 2. c. 2. Payua in defens. c oncil. lib. 4. Ioannes Isaac contra Lindanum.

*Oppositiones pro parte negativa.*

**P**rimo, nam Hieronymus lib. 8. in Esa. ex auctoritate Origenis hoc euidenter ostendit disertissimis verbis, quorum summa hæc est in forma: nam si Christus, & Apostoli falsationem Iudeorum opera factam deprehendissent, hoc illis exprobrent, sicut frequenter exprobatum est illis, quod cœci sunt, hypocritæ, &c. sed tantum abest, ut in hoc non reprehensi sint, ut potius ad scrutandas scripturas sint prouocati à Christo Domino Io. 5. *Scrutaminis scripturas, &c.* eosdem de scripturis differentes auditri voluit. *Super cathedram Moysi, &c.* & Petrus 2. epist. cap. 1. ad scripturas legendas induauerit. *Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, sicut lucerne lucenti in caligino-soloco: ergo, &c.*

Nec valet dicere falsatos codices à Iudeis post Christi, & Apostolorum tempora: nam in scripturis istis prænunciata erant Incarnatio, Nativitas, Passio Christi Domini, Ecclesiæ fundatio, synagogæ deiection: ne ergo ab Ethnicis nobis obijceretur, à nobis hæc esse conficta Deus prouidit, ut hebrei custodirent libros propheticos, ut ostenderemus hæc omnia antiquitus prænunciata, quæ postea videmus impleta. Quin, quod dum ipsi Hebrei nostri hostes, habentes nobiscum scripturas communes, dum aduersantur veritati, testimonium perhibent veritati per sacrorum codicum illibatam asseruationem. Vnde in hunc finem eos seruasse diuinam prouidentiam innuit David in psal. 58. dicens. *Deus ostendet mihi super inimicos meos ne occidas eos, nempe ut dicit August. concione prima sub finem eiusdem psalm. Ut essent testes iniquitatis sue, & veritatis nostræ, quos propterea non semel vocat baiulos, & capsarios nostros deferentes codices suos, ut ostendetur, quod dum non credunt scripturis nostris, adimplentur in eis scripturæ eorum, quibus eorum cœctas est prædicta, ut non semel perbelle monstrat August. de Ciu. Dei lib. 18. cap. 46.*

Confirmatur primo, nam si que in hodiernum diem, apud Ecclesiam Christi seruantur vetustissima exemplaria Hebraica, quibus sunt conformati Græci, & Latini codices, qui per omnia præcipue in mysteriis fidei illis consonant. Imo, ut obijcit Isaac Leuita, Hebraicè magis perspicua sunt, quam Græcè, & Latinè. Si ergo illibata hæc permanerunt, quæ corrumpere potuissent, certissimum esse dicitur, minutiora in sua origine integrè esse seruata: & si quæ distinctiones, aut puncta aut literula mutatae sunt, cum parum sit, à nihilo parum distare, videatur. Adde, quod in castigatis nunc Hebraeorum codicibus legimus testimonia, quemadmodum ab antiquissimis fidei nostra Patribus sunt recitata.

Confirmatur secundo ex Isaac Leuita contra Lindanum, quia si falsati essent codices, Patres veteres nouissent, & nos admonuissemus de huiusmodi falsitate.

Confirmatur tertio, quia S. Hieronymus in specie Hebraicam lectionem vocavit Hebraicam veri-

tatem, & primus omnium ad illam prouocauit, & ante Hieronymum Hebraica lectione Ecclesia usq; non fuit.

Conf. tandem, quia non sine causa seruantur Hebrai codices in Ecclesia, vt si per impossibile vulgata non esset, nec 70. versio virorum, Ecclesia veram scripturam habere diceretur.

Secundo principaliter, ex testimonio, & ratione Augustini 15. de ciuit. cap. 13. quia impossibile est existimare omnes codices in toto orbe ab Hebrais potuisse falsari, atque corrupti, quod argumentum vrget quoque R. Isaac Leuita.

Confirmatur: nam vel hæc corruptela facta est à priuatis Iudeis, vel publico synagogæ decreto: non secundum quia nusquam legitur talis synagogæ cōspiratio: non primum, quia ex uno, vel altero, aut pluribus voluminibus corruptis à priuatis Rabbinis non potuerunt etiam aliorum Rabbinorum exemplaria corrupti studiosè, cum testetur Eusebius lib. 8. præp. cap. 2. ex Philone lib de exitu filiorum Israel, quemlibet Hebraeum malle millies mortem oppetere (vnde sub Antiocho cruciati ut legem desererent, potius occubuerunt, quam diuinam legem deseruerint) quam vel minimum apicem mutare, & Iudeos biblia quasi Deum colere, imo cum cap. 4. Deut. caueri legerent, non esse Dei verbo addendum aliquid, vel subtrahendum, potius mori elegisset, quam Dei præcepta violare, ait idem R. Isaac Leuita. Accedit, quod cum inter ipsos Iudeos multæ essent sectæ, non poterat vna omnium esse conspiratio: nam si vnius sectæ homines mendis texum aspersissent, alij detexissent.

Tertio, nam si textus Hebraeus turbidus, & impurus esset, & lacerus etiam si in paucis locis nostra editio vulgata pariter impura esset, & lacera, etiā impuram editionem, & lacera suis filiis Ecclesia ad credendum proposuisset: nam non ex alio fonte Hieronymus, nisi ex Hebraeo transtulit, qui si viatatus sit vulgatam nostram viatam dicere necesse est. Nec est verisimile potuisse Hieronymum corriger Iudaicas versiones, & vitia, si codices vitiosos nascutus esset.

Confirmatur ex S. Hier. præf. in Es. dicente se suā translationem fecisse, ne diutius Iudei de falsitate nostræ scripture nobis insultarent. lege eundem ad Sophronium, & in Apol. 2. & ad Pammachium de optimo genere interpretandi sub finem, vbi scribit Iudeos solere de nobis ridere cum audiunt illud. *Beatus qui habet semen in Sion, & domesticos in Hierusalem, & in ca. 37. cachinnos efferre Iudeos scribit, si quæ ex traductione nostra citabantur.* Habebant ergo etiam fatente Hieronymo, Iudei incorruptam, & minimè viatam scripturā. Accedit, quod ad hunc finem idem Hierony. hebraicas literas dicit, ad hunc laborem perficiendum.

Quarto, si hæc corruptio facta est, vel est facta ante tempora Hieronymi, vel post. Si ante, certè Hieronymus, & ante ipsum alij Patres exploratum habuissent, vel ex Iudeis ipsis, vel ex ijs, qui ex Iudaismo conuertebantur, si quid fuisset mutatum, deletū, vel corrotsum, nec tātōpore insudassent ad addiscendam linguam corruptam, & corruptos fontes trāferendū: nec vñquam vocasset textum hebraicū, hebraicam veritatem: non illam ceteris versionibus prætulissent: nec ad illam, ut ad la pidem Iydiūm in

in discrepâlia lectionum Patres confugissent. Si post Hieronymi tempora, non est verisimile: nec enim Iudei fuerunt tanta authoritatis eo tempore, ut hoc facinus nedum committere, sed nec proponere auderent. Adde, quod si aliqua corrumpenda essent à Iudeis, illa loca corrumpi debebant, quæ de Christi mysterijs agunt, nec verisimile est alia voluisse corrumper, vel immutare in gratiam hæreticorum: at hæc loca incorrupta legimus maximè capitulum 53. Isaie, vbi tota Passio Christi recensetur, & huiusmodi: ergo.

Quinta, nam vt docet August. lib. 2. de doctrina Christiana cap. 13. si quando varietas interpretum scripturæ sensum planum non facit, ad fontem recurrendum est. Et Hieronymus expresse epistola ad Lucinium ait, quod veterum librorū fides de Hebræis voluminibus examinanda est, quod et si ante Conciliū Trident. id fieri potuisset, etiam post Concilium ad fontes est interdum currēdum, quando esset anceps sententia in latinis, & in Hebræo satis clara, aut ad idiotismos, & proprietatem vocabulorum exactius intelligendam, vt dicemus infra.

Sexta, si falsata esset scriptura, frustra ex veteri testamento ad nouum recipiendum conaremur; nec tot Iudei sapientes fidem Christi amplexi essent, si vitiatam haberent scripturam.

#### Pro parte opposita.

**S**ed contra est primo, quod antiquitus constat scribas plurima testimonia scripturæ mutasse, quod patet ex lib. Tikkon Sofrim, hoc est ex scribarū mutatione facta tempore Esdræ, cuius rei nonnulla proferuntur exempla. Gen. 18. olim enim vbi legebatur, Dominus adhuc stabat coram Abraham, mutatum est hoc modo, Abraham verò adhuc stabat coram Domino, & illud Num. 12. Inueniam gratiam in oculis tuis, vt non videam malum, correctum est sic, vt nō videam malum meum, & illud 3. Reg. 12. Non est nobis pars in David reuertere ad Deos tuos correctum est, vade in tabernacula tua, Oseæ 9. legebatur בָשֵׂר מִתְהַלֵּךְ in carne mea ex eis. Scribæ verò correxerunt בָשֵׂר מִתְהַלֵּךְ hoc est cum recessero ab eis, & multa huiusmodi, de quibus consulendi sunt Doctores Porchetus lib. 1. de victo, contra Iud. Figeroa. Valent. lib. 2. contra Iudeos c. 3 primæ partis, Antonius Beuterus annot. 9. fol. 187. Salmeron. Leo Castrensi. in apol. lib. 2.

§ Secundo, ex Domini prædictionibus Hiere. 8. Iudeis iactantibus apud eos esse legem Domini, exprobatur scripturatum corruptela, verò mendacium operatus est stylus mendax scribarum. Hierem. 8. Et peruerstis inquit, verba Dei viuentis Domini exercitum Dei nostri. Hierem. 23. vnde & multo ante hoc ipsum cautum videtur à Domino Deuteron. 4. Non addetis ad verbum, quod loqueris vobis.

§ Tertio, facto manifesto, in multis enim locis corruptela manifesta apparet. Primus locus est, quem ponderat Canus Gen. cap. 8. nam ibi dicitur, quod coruus egrediebatur, & reuertebatur: cum tamē in vulgata legamus, egrediebatur, & non reuertebatur. Et iterum in alio loco Gen. 49. vbi scriptum est, non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fæmore eius donec veniat qui mittendus est, vbi Hieronymus legit שְׁלֹוחַ id est missus, vel mittendus, at dolosè le-

gūt לִילְזָן scilicet mutando in quā vocē vt ignota noster Sanctus Pagninus in interpretatā reliquit.

Secundus locus est Deuteronom. capit. 21. vbi dicitur, maledictus à Deo est, qui pendet in ligne, quæ verba exponens S. Hieronymus ad cap. 3. Galat. dicit non esse illas particulas in Hebræo, omnis, & in ligno, & subdit aut Apostolum posuisse sensum non verba, aut quod magis estimandum est, post passionem Christi, & in Hebræis, & in nostris codicibus ab aliquo, Dei nomē appositū, vt infamia nobis inuertetur, qui in Christū maledictū à Deo credimus.

Tertius locus est ex psalmorum libro psalm. 13. nam in vulgata octo versus habentur, nempe ab ijs verbis, Sepulchrum patens est guttur eorum, vsque in finem, qui nunc in Hebræo textu minimè reperiuntur, & tamen præter Apostoli auctoritatem, qui eosdem recenset Rom. 3. tempore S. Hieronymi, vt patet ex eodem super Es. cap. 16. legebantur. idem probatur ex editione 70. ex psalterio Romano, Arabico, & Aethiopico, & Patribus Græcis, & Latinis, et si in multis codicibus non compareant, neque in Hexaplis Origenis. In psalm. verò 18. legitimus in vulgata, & 70. In omnem terram exiuit sonus eorum. vnde 70. legerunt קָוְלִי Iudei verò corruptè nunc legunt קָוְלִי Quanam linea, & perpendicular pro Qolam. Pl. 21. legitimus in vulgata. Foderunt manus meas, ex Hebraico, vbi olim legebatur כָּאָרוֹ Caaru, vt patet ex Hieronymo, & 70. qui transrulebant ex Hebræo. Fixerunt manus meas: nunc autem corruptè Iudei legunt כָּאָרוֹ caari Sicut leo manus meas, & pedes meos, quæ lectio violenta est, cum verbum non habeat, ac proinde aduentitia est, & Iudei ce pertinaciæ accommodata. Nec valet recurrere ad commentarias expositiones Pagnini, & Campensis, quorum prius ait legi ab Hebræis, quasi leonis manus mee, & pedes mei, aliter verò frangit, inquit, manus meas, & pedes meos instar leonis: hoc enim est aper-te Iudaicam perfidiam propugnare Pl. 95. corrup-tent Iudei versiculum illum, dicite in gentibus, quia Dominus regnauit, dum subtraxerunt duo illa verba à ligno in odium Crucis Christi, & facilime mutatio ista suadetur ex testimonio antiquissimorum Patrum, qui sic legerunt, quia Dominus regnauit à ligno: hoc enim affirmat Iustinus dial. contra Triphonem, Tertull. dial. contr. Marcionem, & lib. contra Iudeos, Cyp. lib. adu. Iudeos, Ambros. serm. 4. de past. & Caffiod. Arnob. in hunc locum: idem apparat ex psalterio Romano, & antiquissimis text. qui in Bibliothecis seruantur, & in Hymno Ecclesiastico, vbi dicitur, impleta sunt, quæ concinit, &c. regnauit à ligno Deus.

Quartus locus, ex Isaia cap. 9. vbi enim legimus, vt legi debet, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis, קָרְבָּן vocabitur Hebreus קָרְבָּן vocabit in odium deitatis parvuli, illa honorifica epiteta referendo ad Deum vocantem, non ad puerulum. Similis locus est Hierem. 23. vbi enim legimus, & hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus iustus noster, Hebreus constanter habet vocabit eum קָרְבָּן Isaie 28. vbi nos legimus, in loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum istum יְהֻלָּה Belaaze, quod significat diuersitatem linguarū, Hebrei corruptè legunt בְּלָעָגָן in balbutiis, seu subsannationibus mutando literam ז in ghimel ל. Quintus

**Quintus locus Hierem.** 11. illud testimonium. **Mittamus lignum in panem eius.** & eradamus eum de terra viventium. Fuit erasum teste luttino dial. contra Triphonem, & postea fuit resitutum patefacto Iudeorum dolo. Amplius ex eodem Hieremia hoc testimonium sublatum docet. Recordatus est Dominus Deus mortuorum suorum Israel, qui obdormierunt in terra aggeris, & descendit ad eos. vi euangelizaret, & leto eis significaret nuntio salutare suum, quod etiam testimonium, etiam Irenaeus videtur adducere lib. 5. aduersus hæreses cap. 31.

**Sextus locus ex Hierem.** citato apud Matt. c. 27. Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem locum expunctum esse docet Euseb. 10. demonstr. euang. cap. 4. fuisse κατὰ τὴν παδισπάνιαν id est secundum vitium corrum pentium testamētū Dei, vnde hæc vox quoque apud Græcos testamentarios, significat, & exprimit falsatores, & corruptores testamentorum ex Budge in cōment. Græcis, & suida qua voce etiam vtitur S. Iustinus exhort. ad gentes.

**Septimus locus in Amos 2. vbi dicitur, super tribus sceleribus Israel.** & super quatuor non conuertam cum pro eo, quod vendiderit pro argento iustum, & pauperē pro calceamentis, corruerunt Iudæi videntes hoc testimonium dici de Messia vendito, qui & iusti nomine solet appellari, non iustum Σαδίχ, sed Σέδεχ, sed iustitiam legendum esse voluerunt.

**Quarto,** arguitur principaliter ex autoritate SS. Patrum, S. Iustini dialogo contra Triphonem illo rogāte quænam scripturæ corruptæ essent à Iudæis respondit ibidem, allegando erasa fuisse ex libro Eldæ, ex lib. Hierem., ex lib. Psal. vt supra dictum est. Vnde Eusebius Cesariensis mentionem faciens de Iustino lib. 4. cap. 18. ait, quod Propheticis etiam vtitur testimonij ad Triphonem, conuincens eūs quod Iudæi abscederint hæc de scripturis, & abstulerint, & contendente Triphone non esse verisimile. Iudeos id attentasse; eosdem ibidem euicit non esse id incredibile cum ausi sint maiora, adorando vitulum, occidendo Prophetas, filios quoque suos diabolo initiando; & dum eodem dialogo idem Iustinus dicit. Nolo disceptare vobiscum de dictiunculis super quibus litem mouetis, alludit ad puncta, & apices, quæ Iudei immutabant, & de duplice peccato eo dialogo Iudeos conuincit, peruersa scriptione, mutando etiam puncta, &c. & extorta interpretatione.

Irenæus lib. 5. aduers. heres. cap. 31. locum citat erasum his verbis. Nunc autem tribus diebus conuertatus est, vbi erant mortui quemadmodum Propheta de eo ait. Commemoratus est Dominus sanctorum mortuorum suorum quænæ dormierunt in terra stipulationis, & descendite eos extrahere. & saluare eos: deinde corpora lijer resurrexit, & post resurrectionem suam assumptus est. Lib. vero 4. cap. 25. dicit, quod in lege, nempe scripta, quedam quidem auferunt, quedam vero addunt, quedam autem quemadmodum volunt interpretantur. Vnde diligenter consideranti hunc locum, de scripturæ truncatione per Iudeos facta aperiè loquitur.

Clemens Alexandr. lib. 3. Strom. exponens illam ab impijs usurpatam sententiam. Faciamus mala, vt inde euemant bona, ait. Si sunt, qui in legendo tono vocis, pervertunt scripturas ad proprias voluntates, & aliquorum accentum, & punctorum transpositione ad suas detrabunt delicias. Qui irritatis Deum sermōnibus.

nibus vestris, inquit Malachias. Quanta autem ex prolatione vocum, & accentuum fieri possit varia-  
tio nullus est, qui ignoret; & lib. 6. docet, Spiritum  
sanctum: predixisse damnum per parolas, & enig-  
mata, & verbis, que alio deflecti possent, ut prophetæ  
seruarentur, quod prophetæ, qui de Christo locuti sunt  
aperiè occisi sunt, delecta illorum multa sunt scripta, &c.

Origenes epistola ad Iul. Afric. quam integrum producit Euseb. lib. 6. cap. 23. piures libros eratos à sacris voluminibus ab Hebreis docet, nempe historiam Susannæ, Belis, & Draconis. Hymnus trium puerorum, & alia, vt supra etiam dictum est, & subdit. Ex his, que Presbyterorum, & iudicum continebat vituperationem quæcumque potuerunt, sustulerunt eorum sapientes à cognitione populi, & tract. 26. in Mat. & hom. 12. in Hieremiam tractans illud, peccatum Iude scriptum est stylo ferreo in lingue adamantino, &c. ait. Difficile est aliquem se malum confiteri, ideo Index, qui exemplaria nonnulla falsarunt etiam in hoc loco pro peccato Iude peccatum eorum posuerunt.

Idem contra Celsum scribit post Christi aduentū Iudeos multas de Christo prophetias resecuisse; nec id esse incredibile, cum Iudæi, etiam milites custodiéntes sepulchrum corruerint, vt dicere discipulos Christi Domini corpus suffiratos; & lib. 2. eundem refellit, quod prava interpretatione, & corrupta scripturas citaret, vt illi Iudeus dictauerat, & lib. 6. eundem reprehendit, quod psalm. 44. ita prauè distinxerit, & dispunxerit, vt nihil de Christo ibi agi videatur. Idem in Ezech. hom. 70. Hinépe Iudæi, & Hæretici scripturas lacerant, & à verbis verba disruptum, corruentes. Legendus de eodem argumento idem Origenes in 24. cap. Num. hom. 15. & in cap. 12. Leu. h. m. 12. sub finem.

S. Athanasius in sermone de eo, quod dictum est in Euangeliō, quicunque dixerit verbum contra filium hominis, sic ait. Iudei nihil curant corrumpere sacrarū scripturarū placita, modo ita abnegem Christi aduentū. Idem S. in disputatione contra Iudeos ait. Sed tamen quanquam tam aperiè de Christo prophetauerint prophetæ, excœcauit Satanæ Iudeorum oculos, & surdos fecit eorum animæ aures, vt has tales prophetias vitiarent, vbi Athanasius eodem verbo ῥαπαγασσιν id est vitiosè vtitur, sicut Iustinus, & alij veteres vñi sunt. Prosequitur Athanasius dicens, quod si librum unum, nempe scripturæ vitiare potuerunt, librum vniuersi, seu orbis terrarum vitiare nunquam potuerunt. & epistola de synodis Arimini, & Seleuciæ dicit, Hæreticos, & Iudeos, nec rectè scripturas legere, hoc sit correete, & peruersæ eas intelligere. Idem dicit in serm. contra omnes Hæretes concludens. Sola orthodoxa Ecclesia rectè legit, & exactè scripturas examinat.

Epiph. 2. de hæres. non longe à fine. loquens de Iudeis, & Hæreticis dicit, quod omnia, vt inimici interpretantur, & sophis in atribus obscurant. Ad sophis mata certè pertinet accetus litterarum, & tonos mutare, aut variare dictiones, per additionem, detractionem, transpositionem, &c.

Chrysostomus homi. 5. super cap. 25. Matth. ait; Alius Iudei cum permanerint, meritò suspecti esse queunt, quippe qui ex odio multa dixerunt, & Prophetas debita opera obscurauerunt. & hom. 9. in 2. cap. Matt. Iudei, ait, alia quidem perdiderunt negligenter, alia incenderunt, & considerunt, & in cap. 3. episto-

Iæ ad Philipp. deleuerunt namque litteras, inficiati sunt scripturam, in illam intendere non valentes in c. 2. ep. ad Cori. exponens ea verba. Oculus non vidit. T. o. sit ex Iudaorum culpa in multis scripturæ locis duplices lectiones habet; quare ex hoc esse laceratum, & incertam lectionem Hebraicam nullus debeat mirari.

Nazianz. oratione 2. de filio Iudeos, & Hereticos vocat sanctæ scripture sacrificios, & sanctæ intelligentiæ sacrarum litterarum fures, quibus verbis quoque insinuantur esse testamentarios, & diuini testamenti corruptores, ut etiam Iustinus, qui hoc modo vocat eosdem sup. & Euseb. lib. 5. hist.

Hieronym. in cap. 5. Micheæ expendens illud testimonium. Et tu Beiblem terra Iuda nequaquam minima es in Tribibus Iuda, ait. Quod testimonium nec Hebraico, nec septuaginta Interpreibus conuenire, me quoque tamen perspicuum est, & arbitror Mattheum violentem arguere scribarum, & sacerdotum erga diuinæ scripture lectionem, negligientiam sic etiam posuisse, ut ab eis dictum est, & in epistola ad Galatas cap. 3. expendens illud testimonium Deut. 21. Maledictus omnis, qui pendet in ligno, & admirans cur Apostoli Ius addiderit Dei nomen dicendo. Maledictus à Deo omnis, &c. sic respondet, ex quo mihi videntur aut veteres Hebreorum libri aliter babuisse quam nunc habent, aut Apostolum, ut iam antea dixi, sensum scripturarum posuisse non verba, aut quod magis est existimandum post Passionem Christi, & in Hebreis, & in nostris codicibus ab aliquo Dei nomen appositum, ut infamiam nobis inureret, qui in Christum maledictum à Deo credimus. Idem docet epistola ad August. quæ est 11. Thomas Aquinas ad Gal. cap. 3. lect. 5. in ea verba. Quia scriptum est. Maledictus omnis, &c. dicit. Vbi sciendum secundum Glos. quod in Deut. unde accipitur hoc verbum tam in nostris, quam in Hebreis codicibus habeatur. Maledictus à Deo omnis, quod quidem scilicet à DEO in antiquis Hebreorum volumini bus non habetur, unde creditur, quod à Iudeis post passionem Domini sit appositum ad infamiam Christi.

§ Quinto principaliter ex ipso:um Rabbiorum testimonio Radak in 3. Reg. cap. 17. in capititate prima(exemplaria) corrupta sunt, elicueruntque ex vno exemplari, sic & ex alio aliter, & ubi clarum non potuerunt habere sensum scripserunt unam dictionem intra contextum. & aliam ad marginem.

Rabbi Ephodi in suo Dicduku. perfectus scribarū princeps Esdras sacerdos, scriba excus situm suum, & iouis viribus intendit ad corrigendum, quæ de prauata.

Thalmudistæ idem fatentur in libro Ieuamoth in fine cap. 8. Perque harael testantur Rabbi Iohanan, vel Rabbi Salomonem dixisse. Bonum est, ut de leas litteram unam delege, & sanctificetur nomen Dei in publico. & Rabbi Samuel epistola ad Rabbi Isaac loquens de illo loco Esa. 63. Torcular calcavi solus, ait. Utinam Domine mihi quando interfecimus Iudaam delenissimus istam autoritatem prædiham de Prophecia sua quod nunquam iegeretur ab aliquo.

§ Sexto principaliter ex aliquibus Nouatoribus. Ipsem Calu. lib. 1. instit. cap. 6. §. 11. contendens esse legendum illud Est. & vocabitu nomen eius admirabilis. & non autem cum Iudeis, & vocabit, sic ait. Neque est, quod oblatrent Iudei. & sic lectionem inuertant. Hoc est nomen, quod vocabit cum Deus, fortis

pater futuri sæculi, ac demum hoc unum filio reliquæ faciant. ut sit princeps pacis: quorsum enim tot epibeta in Deum hoc loco congregata forent?

Hugo Brugthonus in Dan. cap. 9. pag. 45. scribit. Voluerunt tandem impi Iudei, Iota, Iod, in scriptura non tollere, sed addere, dum ad psalmum 22. studuerunt corrumpere τὸ καρον ἀπόκρισις, foderūt, ut sit καρι ad nullum sensum.

Hunnius lib. 2. in Bellarm. cap. 2. quando dicunt, nostri, Hæretici, omnia examinanda, & emendanda ad Hebreum textum, non agunt de corruptelis Iudaicis, sed de ipsomet textu Hebreo undeaque puro, & limpido, & iterum dicit, depravationem Hebraici textus esse perspicuam.

Iunius in psalm. 22. in sua versione, & notis, &c. lib. 2. in Bella rm. a r. 6. dicit. Hac lectione, quam nunc defendunt Iudei nihil insulsius, nihil sanum, nec vox integra, nec sensus.

¶ Septimo principaliter, & primo, nam ex littératum multarum similitudine accidere potuit faciliter, ut vna p altera substitueretur, nēpe τὸ ιοδ pro τὸ βαυ μεμ pro τὸ σαμεχ, variatio autem talis, ut in cæteris linguis accidit ob vnius consonantis mutationem, diuersum sensum reddere potest. Insu per ratio punctorum loco vocalium, inuentorum facile potuerunt viam sternere Iudeis ad multa corruptenda, aliter punctuando; & disformiter ad veram lectionem, ut nostra mysteria fidei obscurarent. Unde si quæ diuersitas nata est inter lectionem hebraicam, & nostram vulgatam ex ipsis punctis post tempora Hieronymi à Massorethis, inuentis anno Domini 476. in Tyberiade Vrbis Galileæ, accidit: mo ipsa punctatio, ut notauit Genebrardus in chronol. Iudeos, eo etiam tempore diuisit in duas partes: Orientales enim, & Babyloniam habitantes nouam lectionem ex nogella punctorum inuentione ortam retinuerunt. Occidentales vero priorem lectionem consecutari sunt. Nec fuerunt Rabbini illi, ita omnia scientes, ut nunquam in punctuando à veritate exciderent, & verisimilis est ex prauo in christianos affectu eam lectionem interdum, quæ magis ipsi fauebat, quam quæ Christianis, amplexatos fuisse.

Secundo, quia experientia competitum est, Hæreticos eas scripturarum partes, quæ peruersis dogmatis eorum aduersabantur erasisse, ut supra ostensum est, non ergo inuerisimile est, id Iudeos non praestitisse in ijs præsertim locis, quæ Messie aduentui in carne testimonium perhibebant.

Confirmatur, quia decens fuit hoc permisisse diuinam prouidentiam, ut qui Christum eraserant à cordibus eorum, abraderent quoque membranas, in quibus Christus tam aperte prænunciabatur.

Confirmatur secundo, nam absurdum esset dicere, translationem nostram, vel 70. Interpretum, quæ ab hebraica lectione multum distat, deputauatas esse; illorum vero exemplaria pura, & incorrupta; nam perinde esset; ac Ecclesiam Christianam, dilectam in tenebris oberrare, synagogam vero reprobata in luce incedere.

Confirmatur tertio, nam finis iudaizantium trælatorum non fuit aliis, quam 70. versioni; quantum poterat, contraire, Hebraicam lectionem alio detorquentes, & distrahentes, ut patet de Aquila, Symmacho, Theodotione, potuerunt ergo facilimè alij cuncti textum Hebreum corrumpere; parum enim detorsi

detorsio à falsatione differt. Quare opus diuinæ prouidentiæ fuit ante Christi aduentum de 70. Interpretibus prouidere, prænoscens alios Interpretes, qui puritatem hebraicam essent lutulento pe- de turbaturi.

## CONCLUSIO PROBLEMATICA.

*Non in omnibus locis, vel omnibus exemplaribus potuit falsari textus Hebraicus, à Iudeis, & si aliqua in quibusdam exemplaribus falsarint, & ex punctuatione multa loca peruerterint.*

**R**espondeo dicendum, quod aliud est dicere, fons tem Hebraicum de industria esse falsatum, aliud in illum errores librariorum oscitantia irrepsisse. Et iterum aliud est, eundem fontem in omnibus, & quoad omnia exemplaria, aliud in quibusdam locis, aut libris esse corruptum, & in quibusdam ex exemplaribus: & hoc vel generali Synagogæ decreto, vel priuatorum Iudæorum malitia. Et quidem quantū ad oscitantiam attinet librariorum, in multis exemplaribus errores irrepserunt, qui mutua collatione cum puriori fonte, vel alijs exemplaribus emendari potuerunt. Hoc enim generale est in omnium librorum transcriptione, ut ex infirmitate humana errores irepāt. Vnde & ex mala transcriptione Iliadis 2. (ex Eritreo in indice Virgi.) vbi dicitur *eiv Apīmōr Virgil.lib.9. Aeneidos, & Ouid. 14. Metamor.* nouā insulam fixerunt, quam Inarime vocauerunt. Quantum verò ad malitiam attinet, falsatio ista accidere non potuit tempore Christi Domini, & Apostolorum, cum illi ad scripturas, in quibus se putabat vitam æternam habere prouocarentur. Vnde usque ad sua tempora nihil immutatum esse testatur Hieronymus in Esa. cap. 6. Sunt autem, qui dicunt ante Hieronymi temporal Iudeos multa vitia esse, ut defensit Castrius in 2.lib. Apolog. cap. 2. sed Hieronymo magis assentendum.

Certum quoque est, nec ante vel post Hieronymi tempora ullam fuisse coactam synodus Iudeorum, quæ in falsatione vniuersali eius conspirauerit, nec ut dicit August. prudens est si Iudeos cuiuslibet peruersitatis, atque malitiæ tantum potuisse credat in codicibus tam multis, & tam longè, lateque dispersis detracata, vel falsata esse testimonia diuina. Potuit tamen fieri, vbi se occasio obtulit; à quibusdam quædam exemplaria falsari ex industria, & dolo, ne- dum ex punctorum appositione, litterarum transmu- tatione; sed & adiectione, & truncatione. Si qui ta- men modo errores in hebraico textu deprehendun- tur, non ostendunt illū omnimode, & ex omni parte corruptum, sed solummodo physicè, non autem moraliter: nam licet vere, & realiter ex huiusmodi detractione, immutatione species litterarum, & di- etionum soluta sit, malitia Iudeorum, vel oscitantia librariotum, ac proinde exemplaria falsata; nihilominus quia nō in omnibus codicibus, nec omnibus locis sacer textus vitiatus est, & ex collatione vitiato rum codicum ad puriora exemplaria præcipue antiqua, habemus per quæ corrigantr, moraliter textus hebraicus incorruptus cōseruatus est; nec enim mi-

nus decuit seruari verbum Dei nunc in Ecclesiæ corde illibatum, sicut olim in Arca seruata constant illibata autographa Bibliorum sacrorum. Vnde & S. Thomas in comment. ad Rom. 9. usque in sua tempora Iudeos custodiſſe fidei nostræ libros diser- tè testatur, quod & argumenta facta primo loco pro parte negativa suadent, & alia apud Senensem no- strum lib. 8. her. 2. multas rationes ad huius rei pro- bationem adducent. Sunt tamen, qui dicunt, quod illi quoque errores, qui nunc in Hebraicis co- dicibus deprehenduntur parum veritati officiunt, nam si sunt ex mutatione litterarum, patum etiam sensum interdum mutant. Qui verò ex punctuatione accidenti, non sunt, aiunt, magni momenti, nec partes textus sunt, & sine illis aliter legere possumus illis detraetis, & quod tam hi, quam illi errores, nec fidem, aut mores peruerunt. Verum alij quoque defendunt, his, & alijs modis in præcipuis Christianæ fidei mysterijs Iudeos multa loca peruersisse, vt supra ostensum est ocularibus demonstrationibus. Quæcumq; autem harum viarum si sustineatur, ma- teriam dat respondendi hæreticis, vt non sit hodie propter ista ad fontem hebraicum, tanquam ad amissum recurrendum, & si negandum non sit fon- tum inspectionem non modicam præstiri. vtili- tatem, vbi inter se translationes olim variabant: & nunc ea reportatur vtilitas, quod si recte expendan- tur cum vulgata (paucis exceptis) mirificè textus he- braicus cum eadem concordat, in qua tamen verius, & purius hebraica veritas cernitur translata, quam in istis aliquantulum turbatis fontibus inspiciatur. Autem, & fraus quoque eorum Iudeorum depre- henditur, qui vt suam peruvaciam defendant, tam enix laborarunt in scriptura peruerenda eo modo vt dictum est, quod potius voluerint diuino anathe- mate fetiti ob diuinorum eloquiorum adulteratio- nem, quam ecclesiasticæ cedere versioni.

## Solutiones oppositionum pro parte negativa.

**A**d primum pro parte negativa. Dici posset mul- ta esse vitiata post crucem Domini, cum est or- ta cōtrouersia inter Ecclesiam Catholicā, & synago- gam de Christo Domino, cumque citarentur pro- phetica testimonia, quibus respondere non poterat, ad stylum falsarium recurrerunt (vt oculariter osten- sum est) per unius litterulæ, aut puncti, aut distin- ctionis appositionem, truncationem, &c.

Ad instantiam. Gentiles confutabantur, quod Iudeis credita essent eloquia Dei ipsorum met Gentiliū testimonio, qui trecentis ante Christum annis scri- pturam Hebraicam Græcè verti procurarunt à 70. Interpretibus. Et efficacius argumentum ad Gentiles euincendos sumi potuisset, ex versione Græca, quam Hebraica, vbi discordare ab illa deprehensa esset, maius enim apud Gentes auctoritatis pondus vetustiores interpretes sibi vendicabant ( vt pote ante exortam litem inter Christianos, & Iudeos alieni ab omni studio partium) quam Iudei ipsi, qui post exortam litem in multis, quæ adulterarunt, à 70. interpretibus discrepantes. Iudeos vero ex eorū estimatione efficaciter reuincebamus, atque renici- mus, tum quia non omnia falsarunt de Christo testi- monia, tum etiam quia eos ipsorum codicibus, quos ipsi seruant collatione facta cum 70. falsitatibus argui- mus,

mus, & quomodo legendum sit emendamus.

Ad primam confirmationem. Si tales codices vesti reperirentur, qui non potuerint à Massoreticis falsari, nostrum propositum confirmarent, quod alij recentiores codices hebraici ab incorruptis lógo interallo seceruntur, & de posteritate, ac proinde falsatione euincerentur. Quod verò addatur etiam, nū haberi in codicibus hebraeis perspicua de Christo testimonia, ita & clarius quam in textu Græco, aut latino, non est verum in omnibus, nisi fraudes Iudaicæ satis deprehensæ emendentur, & castigentur. Satis autem ostensum est, ne dum in minimis, sed in magnis Iudaicam malitiam sacros codices corrupisse. Dato verò, quod vel in solo apice facta esset in aliquibus locis aliqua mutatio, satis euincitur, vt dicamus Iudaicas translationes, non tam esse interpretationes quam immutationes, & perversiones diuinæ scripturæ, nam etsi singula parua sint, totum quod ex paruis consurgit magnum est, vnde in politicis etiam causa mutationum Reipublicæ, quamvis maximæ (ex Aritot. s. Politicorum) illa quoque est, cum scilicet leges illius immutantur etiam in paruo, dum cives contemnunt paruum, quia vicinū nihilo, aut à nihilo parum distat, non aduententes totam legum Symmetriam solvi dum ex paruo vires colligit audacia, vt ad maiora progrediatur, propter quod etiam Plato 7. de legibus, nec in paruis dixit assuecamus contemnere leges, inde enim solere iri ad maiora, vt ea quoque audcamus spernere. Et ut exemplificauit Aristoteles, latè sumptus qui non fit simul, & ex multis paruis crescit magnus sumptus. Itain proposito non parua corruptela facta est à Iudeis ex paruo, in dies enim magis, magisque Iudei addebat, & aliud post aliud, vt magnum ex paucis conflauerint, vt meritò legislatio ab ipsis dici possit mutata.

Quod afferatur legi nunc in emendatis Hebreorum codicibus testimonia, quemadmodum in Patribus antiquis sunt citata, falsum esse ad oculum supra ostensum est.

Ad secundam confirmationem, quantum satis nos veteres Patres monuerint ne in hos scopulos Iudaicos, & Syrites incidemus, ex eorum scriptis abundè ostensum est.

Ad tertiam confirmationem. Id potius nostrum propositum cōfirmat, siquidem cum cerneret Aquilam, Symmachum, & Theodotionem subdolè multa mysteria Christi Domini, & aliam lectionem, & pūctuationem fecitos, ad eum fontem prouocabat, nempe hebraicam veritatem secundum lectionem 70. vel synceram lectionem, quam ex fœcunditate litterarum facit textus patiebatur, omnem alienam, & textui repugnantē, & incompossibilē, & adulterinā reprobando. Vnde S. Hieronymus ad Marcellam scribens ait. *Iam pridem cum voluminibus Hebreis translationem Aquile consero, vt dispiciamus num propter odium Christi impia synagoga ad Aquilam alludendo quicquam mutauerit, & subdit.* Et ut amicæ menti fatear plura reperio immutata, quæ pertinent ad roborandam fidem, ea enim sola ferè vitiani Iudei, quæ pertinent ad roborandam fidem. Quod si hūc locum Hieronymi non referamus ad Aquilæ vitiatam interpretationem, sed illam quam post Aquilæ fecere Iudei (familiare enim illis fuit translationes eas, quibus v̄gebantur vitiare vel explodere,

etiam à suis factas, vt patet in C. Iustini. in Nouelis constitut. 146. vt ait Castro lib. 2. Apolog. cap. 2.) dicendum est, quod quamvis Aquilæ in multis subdola esset interpretatio; subtiliendo multa mysteria, in ceteris fidelissima existimabatur, reddens verbū verbo, multasque de Christo prophetias exprimens aperte, propter quam fidelitatem à Patribus, & Iudeis commendabatur: cumque ea translatione, propter hoc nostri Iudeos v̄gerent, in Aquilæ translationē inuehi c̄perunt, & lectionem Hebraicam vitiare: ad quem effectum Aquilæ translationem Hieronymus adhibebat, & vitia ista, & fraudes ad Hebraicam veritatem castigabat, vt ex translatione Aquilæ (quod erat magis Iudeos v̄gente) legitima lectione, quæ tempestate Aquilæ circumferebat nosceretur, & Iudaica perfidia ex sua fraude manifestaretur. Quod si incorrupte hodie Aquilæ quoque translatio, similiter Symmachī, & Theodotionis haberetur Iudaicæ fraudes aperte deprehenderetur. Hæc Castro exponens Hieronymum, & citans pro hac intelligentia sapientissimum Fratrem Magistrum Mantium nostrum eundem tali eloquio cohonestas. *Vitam aliquid chartis vir ille prodidisset, viueret eius immortale nomen, & gloria, & suo Ordini Prædicatorum sempiternum decus addidisset, & inter alia multa ornamenta, quibus ille ordo singulari quodam lumine lucet, hic quoque suos insigni quodam illustrare fulgore: eo doctrina, eo ingenio, eos sanctimonia in schola Theologica sua tempestutis decus erat, & splendor.*

Ad quartam confirmationem respondetur, quod seruantur codices Hebraici, non vt primitus conscripsi sunt, sed vt exarata Iudaica manu, nullo modo per Ecclesiæ proceres nobis consignati, aut patrum testimoniō, & lectione probati, mo eorundem censura calculus exhibitus de cauendis Iudaicæ fraudis scopolis, ne in infidelitatis mergeremur pelago, nam (vt dicit Athanasius adu. Iudeos) Iudeus ad scopus suæ infidelitatis scripturam interpretatur.

Ad secundum principale. Sunt qui dicunt Augustinum fuisse in ea sententia, sed postea suauis Hieronymi illam mutasse, à Hieronymo correctum, ita Castri lib. 2. Apolog. c. 44. quod colligit ex epistolis Hieronymi ad Augustinum, scribens enim Hieronymus epist. 11. ait eo consilio suam editionem latinam texuisse, vt quæ Iudei prætermiserunt, aut corruerunt proferret in medium, & subiungit, vt scirent nostri quid virtus Hebreæ haberet, vbi expresse loquitur de Hebreis codicibus non Græcis; loquitur enim Hieronymus de translatione facta ex Hebreæ, vt omessa, vel vitiata à Iudeis proderentur, & veritas Hebraica quid haberet innotesceret. quæ epistola accepta Augus. nō tam impugnando, quam quærendo petit epist. 19. vt à Hieronymo certior fiat, vtrum scriptura Hebreæ sit corrupta ante aduentum Domini, vel post. Quibus verbis præsupponere videtur Augus. admittere aliquid, quod prius non putabat, Iudeos scilicet aliquid corrupisse, & instrui, an ante, vel post Crucem Domini id contigerit, & mirari, qui fieri potuerit, quod potuerit falsari, vt obiectetur in arguento in oppositum, quod reperitur in lib. 15. de ciuit. Dei cap. 13. Verum facilis est solutio dicendo eo arguento demonstrari, non in omnibus locis scripturam vitiatam aliquo synagogæ decreto, sed in quibusdam; quod quomodo fieri potuerit venandum est. Sciendum ergo est

# De sacrorum Bibliorum versione. 265

ex Iosepho, quod nedium Iudei dispersi, sed etiam qui intra fines Iudee habitabant Graeca lingua vlos, & Gracis translationibus, ea namque tempestate commissis erat, & paucissimos Iudeos hebraice fuisse competitum est, propter quod (vi dicit Aug. 9. contra Faustum cap. 26.) non licet scribete, nisi solis Scribis, & ratio in promptu suaderet, cum nonnisi ex ea cognitio requireretur, ad scripturam cfratam sine consonantibus exaradā (neo enim à Masoreticis erat puncta adinuenta) nonnisi sapientes, & Scribae id potuerunt efficere. Quorum cum etiam apud Iudeos quoq; dispersos magna esset authoritas, ab his transmītri potuerunt exemplaria, qua corrumpebant, & tanquam castigatissima transmittebantur, & alia exemplaria ab his tanquam castigatissimis, ac proinde non fuit difficile multa volumina per orbem euulgari. Facile autem fuit Scribis sacros codices peruertere mutatione aliquius litteræ, vel syllabe, neimpe appōlitis suis animadversionibus in margine, quas vocarunt. *Qucri quetib. idest lege scribe*, hoc est, vt etiam si scriberetur, quod rectum erat, legeretur, vt erat à Scribis, & Rabbini animaduersum, quod in multis Hebraicis Biblijs factum oculari demonstratione usque ad praesentia tempora legimus; & progressu temporis factum quoque est, vt Scribarum, & Rabbinorū castigationes in ipsum textum irrepererint.

Ad confirmationē respondetur non esse factam conspirationem publico decreto synagogæ, sed scribarum, vt dictum est, inter se facta collatione, & paulatim irrepererunt correpta exemplaria secundū quod exemplabatur à falso iactatis correctis codicibus, q̄ti transmītebantur, & adeo tempore procedente excreuerunt, vt non viriata aliorum Rabbinorum, vel excederent, vel obscurarent, ita veluti Protheus ex Iudaica manu nouas formas superinduit, & per mille quingentos, & amplius annos in multis partibus, in multis exemplaribus lacerata euidenter monstratur. Ad id, quod additur in contrarium summam illius religionem fuisse, ac unum apicem immitare propter anathema, & execrationem in lege promulgatam Deuteron. cap. 4. respondetur ex Iustino Martire, & Origene non esse veritos Iudeos dicere. *Hic est heres venite occidamus eum*, & custodes sepulchri auro corrūpere: vt resurrectionē occultarent, ementes mendacium, & silentium furti, multo magis potuerunt dolos circa scripturam superstruere, etiam de quorundam malefitorum hominum genere scripsit Horatius.

*Per solis radios Tarpeiaque flumina iurat.*

*Per pharetram venaticis arcumque Diana.*

Quid non attentasset Iudeus? etiam si iurasset per anathematis fulmen non est illi credendum. Porro qui potius securibus cervicis collo subdiderunt ne leges Dei violarent fuerunt Iudei, sed pī tantum Dei cultores; sed non defuisse impios Iudeos, qui libere vivere, sicut ceteræ viuebant gentes, & rationes summi opere cupientes, Antiochum extimulasse, vt Iudea gens à Dei lege desiceret, & acris in cōtribuiles suos facisse Iudeos impios, quam ipsos Gentiles, atque alienigenas, testis est suę nationis historicus Ioseph de bello Iudaico lib. 12. cap. 6. & 7. lib. 13. cap. 1. & 2. quare & si multos daremus stimulante conscientia manum à dolo temperasse, non defuerunt alijs, vt contra legem stylum acyerent, & alios Rab-

binos ad id faciendum extimularent. Non fuit vero incredibile inter paucos Scribas coconspirationem fieri cum à progenitoribus facta fuerit contra Dominum, & Christum eius. nam licet apud ipsos diuersæ fuerint sectæ, in hoc concordabant, ut mysteria Christi osculetarent, sicuti in eisdem concordabant, ut eraderetur de terra viuentium, & nomens eius non memoraretur ultra.

Ad tertium. Hieronymus non ex alio fonte scripturam traduxit, quam Hebreo, verum puro, non vitiatō illo in quam textu, quem sub facie Hebraice veritatis continet. Christianæ religionis refutationes acerrimas obtrudere volebant, sed ex illo fonte, in quo 70. potarunt, quam etiam Aquila, & Symmachus, in multis fideliter quoque de verbo ad verbum expresserunt, qui etiam purus in Ecclesiæ corde in scriptoribus, scilicet Apostolicis, incorruptus quoque stebat, de qua lectione pura, & sincera dicebat S. Irénæus lib. 4. cap. 45. quod sine falsatione, & periculo in Ecclesia legebatur, è contra voto illi synagogis eodem Iræneo testante mendacijs scatentibus dicens lib. 4. cap. 53. [Lex cum Iudeis legitur fabulis similis est, Christianis vero cum legitur Theſſauros est absconditus in agro, &c.]

Ad confirmationem respondetur. Orditum translationem Hieronymum de fonte non vitiatō qualis erat apud 70. & in multis apud Aquilam, Symmachum, & in Patribus, & Ecclesiæ corde principaliter continebatur, & ad hunc suam literas hebraicas quoque didicit, qua disciplina, multa falsata deprehendit, vt ostensum est.

Ad quartum, ex solutione ad primum respondetur fuisse vitiatam scripturam post crucem, & ante Hieronymi tempora per mutationem litterarum, adlendo, minuendo, trāponendo, vt ostensum est, quantum vero reclamatum sit, ex Patribus aduersus Iudeorum corruptelas, iam abundē monstratum est supra, nec ad linguam corruptam addiscendam laborarunt PP. sed ad elementa, & voces, &c. quibus incorruptam linguam in 70. seruatam, à corrupta in Iudeorum libris contenta disernerent. Post Hieronymi tempora Massoretæ successerunt, tempore quidem inéquales antiquis Rabbins, veneno, & dolo patres. Quod vero additur si corrupta esset scriptura Hebraica, corrupta esset in mysterijs præcipuis, iam ostensum est multa præcipua mysteria abscondita, vel erafa, quod ad falsitatem sufficit ostendendam.

Ad quinum bene monuit tunc Augu. recurrente ad fontes, non illos conceptos in manibus Iudeorum, sed exaratos & translatas 70. & alijs, quem recutsum post vulgata approbationem non esse necessarium diffusius ex dicendis infra cōtabit.

## Solutiones pro parte affirmativa.

**A**d primum respondetur cum Driedone supra responsione ad 8. & alijs, quod multa, quæ de scribuntur in libris Thalmud, & Tiquyn Sophron sunt mendacia conficta à scribis, de quibus scriptum est Hierem. 8. Verè mendacium operatus est stylus mendax scribarum. unde multa ibi falla, & fabulosa narrantur. Vel dicendum, quod cum etiam Synagoga antiquitus quando erat vera Ecclesia habuerit sacrā Scripturam in corde, & aliquibus cōdicibus illibato,

non fuit absurdum à meritis aliquibus, quibus multi codices scatent in iudicio synagogę expurgari, quod factum est in synodo magna post captiuitatem. Nullo autem modo istae emendationes, corruptiones dicenda sunt, cum sic vulgata habeat, ut Scribæ correxerunt in Synodo; aliter vulgata corruptissima esset, sequens Iudaorum corruptiones potius, quam correctiones, vnde Hieronymus si legatur in commento super Propetas Osee 9. eodem modo legit sicut vulgata illum locum Osee, &c. sicut & multos alios locos, prout Scribæ perhibentur correxisse.

Ad secundum. Quidam dicunt hoc stylo significari librum illum Thikun sophrim, hoc est correctionem scribarum, ita Porchetus lib. 2. victor. contra Iudeos, sed hanc correctionem, ut fabulosam reiecamus; Dicendum cum Origene intelligi per stylum mendaces scribarum traditiones, & legis Doctorum presertim, quae de oblationibus præter diuinum mandatum sacerdotibus, & templo offerendis proposuerant, communantes cuiuscumque sceleris peccatum in oblatione suo arbitrio constitutas, quod arguens idem Hieremias cap. 7. dicit. *Nolite confidere in verbis mendacij dicentes, Templum Domini, templum Domini, templum Domini est.* Vel dicendum reprehendi falsos sensus scripturarum, qui ex scriptura eruuntur à Rabbinis contra Christum. Vide Senensem in Bibliot. lib. 2. verbo stylus mendax.

Ad tertium, locus ille non est diuersus à nostra vulgata, & 70. Interpretum versione, quod enim habetur in Hebreo idem habetur in vulgata; nā quod in Hebreo dicitur כְּנָשָׁן וְלִבְנָה eundo, & redeundo negatione exprimitur, quod postquam emissus est ab arca, ulterius non est reuersus coruus, sed ibat eundo, & redeundo donec siccarentur aquæ, cum enim sit animal parui volatus, diu non poterat volatum pretendere, maxime propter nimiam aeris humiditatē: ac proinde in circuitu ambulasse donec aquæ siccarentur, ac proinde non fuisse reuersum in arcum.

Ad quartum alium locum Genesis ex similitudine litterarum potuit cōtingere mutatam נ cheth in נ He. & vel incurialibrariorum, vel malitia Iudeorum, in quibusdam tamen non in omnibus codicibus id factum esse.

Ad secundum locum, non est verisimile illum locum corruptum ab Hebreis cum sic 70. legant, & Symmachus vertat, quia propter blasphemiam Dei suspensus est, & Hieronymus asserat in altercatione Iasonis, & Papisci Greci scripta, legi. *Maledictio Dei, qui appensus est.* August. quoque lib. 14. contra Faustum cum 70. legit. Hieronymus quoque citat suum Magistrum sic vertentem. *Contumeliosè Deus suspensus est.* Consulto autem, si Paulus Dei nomen omisit, ne Galatæ iam auersi ab Euangelio, & Iudaizantes, magis auerterentur à Christo, si à Deo maledictum audissent, qui non in se, sed prout peccata nostra expianda suscepit factus est maledictus, penam peccati suscipiens, ex communi Patrum, & Interpretum doctrina.

Ad tertium locum, Lindanus lib. de optimo genere interpretandi cap. 3. quem sequitur Ioannes Isaac lib. contra Lindanum, & alij expresse dicunt hos versus olim extinisse in Hebraicis codicibus, & postea abrasos. vnde, & nunc reperiuntur in codice quodam vetustissimo Anglicano. Sed ut dicit Hie-

ronymus lib. 16. in commento super Esa. in proem. Nullus veterum, qui commentatoria ediderunt illos ps. versiculos sunt commentarii, quin quod, verū, quod erat expunctionis, signum, signati sunt, ut addititij monstrarentur, nec etiam sunt in interpretatione 70. quare additi potius sunt, qui in codice Hebreo Anglicano leguntur, vbi quoque pluta alia verba Chaldaica inserta sunt. Beda dicit à sciole quodam in vnum congestos eos versiculos huic loco adaptatos. Sed cum Apostolus Paulus eosdem versus connectat, & recenseat, & à tempore S. Hieronymi, ut ex loco citato in Ecclesijs decantentur in psalterio, id non potest stare. Vnde ipse Hieronymus respondens ad hanc difficultatem motam ab Eustochio Virgine, qua aucta tanquam à pugile se transfoſſum faretur, Insuper astuſſe, & pallore quoque ſuffuſum, post unius diei ſpatium, non ex ingenio, ſed aliud, lectione scripturam sacram euoluens, docet quod cū Apostolus, in epiftola ad Romanos, veteri teſtamento frequentiſſime vtatur, ex varijs scripture locis eos versus deſumpſiſe dicendum eſſe. Quod ante Hieronymum expreſſe dixit Origenes in epiftola ad Rom. cap. 3. Quare primus, & ſecundus versiculus deſumpti ſunt ex psalmo quinto, tertius ex psal. 139 quartus ex psal. 9. quintus vero, sextus, & septimus, habetur Iſai 19. viitimus verò qui eſt octauus habetur in psalm. 35. Quia ergo, & hi versiculi ſic concinati ab Apoftolo, scripture partes veriſiſimae ſunt, & per appositionem explicant, quod dixerat Dauid, non eſſe qui faciat bonum, &c. descendendo ad species peccatorum, textu Dauidico additi ſunt, & conglutinati, ſicut habentur in textu Apoftolico tanquam commentarium Dauid ex ipſo Dauid, & ex uno verſu Iſaiæ concinnatum per Apoftolum. Et propterea optimæ ratione, relieti ſunt ob Apoftoli honorem, & etiam ne fideles turbarentur ex iſta motione, maximè cum olim decantarentur iij versiculi, & in multis exemplaribus ſeptuaginta haberentur, & legantur etiam in emendata versione Sixti V. in cuius Scholijs leges Iustinum, Psalterium Romanum, Arabicum, Aethyopicum, & ex Græcis Diodorū, Theodorum, Cyrillum, Dydimum, eosdem versiculos recenſentes.

Ad alium locum ex psalmo. 18. cum 70. verterint εθίγγος (& ita citat Apoftolus, & Hieronymus veritatem) certe in textu Hebreo non נִקְרָא, ſed נִקְרָה reperirent. Sunt quidam qui dicunt Hieronymum, & Apoftolum ſecundum regulas interpretationis, recte respexiſſe ad ſenſum, & id, quod nomine regulæ, ſeu perpendiculi in fonte ſignificatur, explicatum, eſſe per ſonum, nempe ut norma prædicationis Euāgelica inſonuerit per omnem terram, &c. Sed hoc non potest stare aunt quidam: nam incongrua metaphoræ extitit ſet aptare ſonum perpendiculo, vel perpendiculum per ſonum explicare: cum enim verbum aliquod explicari potest, per aliud eiusdem ſignificationis, non debet exprimi per aliud metaphoricum. Verum hæc inſtantia debilis eſſt: nihil enim obſtitueret iſi ſcriptum eſſet, נִקְרָא, quod lineam ſignificat ſecundum grammaticalem ſenſum, vel quantum ad id, à quo nomen imponitur, verterint verò ſonum, quantum ad id, quod imponebatur ſignificandum à Spiritu sancto. Verum cum non נִקְרָא, ſed נִקְרָה, 70. legerint Interpretes, & Apoftolus, & Hieronymus, dici potest oſcitantia librariorū omissum.

omissum, lamed non de Iudeorum industria eum locum deprauatum.

Ad alium locum ex psalm. 21. etiam Rabbini monuerunt legendum *caarū*, i. foderunt. vnde in libro Massoreth non *caari* sicut leo, sed *caarū* scribendum monuerunt, dum testantur ignorantia, vel iniuria hunc locum deprauatum. Alij vero incorruptionem huius loci tuentes dicunt optimè legi, *sicut leo* manus meas, & pedes meos *dilaniāns supple*, & *dilacerans*, vel *perforans* manus meas, & pedes meos, ad eum modum, quo legitur in Hieremiā cap. 12. *Facta est mihi b̄ereditas mēa sicut leo in sylva, supple*, qui vnguis perforat pr̄dam, qui loquendi modus frequens est apud Hebreos, & decurratus, vt notat Hieronymus lib. de tradit. hebraic. & Lyc. in 5. cap. cantic. canticorum. Sed & Genebrardus in expositione huius loci refert Rabbinos dicentes hunc esse vnum ex ijs locis, qui vtramque admittunt lectionem secundum formulas keri, & vketib id est scriptum, *foderunt*, sed non lectum, at legendum, *sicut leo*. notat autem in emendationibus, & vetustioribus in textu legi *caarū* in margine *caari*, quare facile ex margine in aliquibus codicibus in textū potuit irrepere, vel casu, vel quasi sponte ex affinitate litterarum. Sed & alijs dicunt (vt Bernardus Tigletus apud Forsterum in lexico) scriptum *caari*, & legendum voluisse Spiritum sanctum *caarū*, ut eiusdem transpositionis Christi, annorum quoque numerus per has litteras insinuaretur, nempe mille ducētorum triginta annorum, qui excurrerunt à scriptura huius psalmi usque ad Christi crucifixionem.

Ad locum ex psalm. 95. Spiritu propheticō, & ex maiorum traditione 70. regnum Christi explicantes addiderunt illas duas particulas à *ligno*, quæ implicitè continebantur in textu Hebræo, quæ nunquam fuerant explicitè, vnde & Hier. lib. de optimo genere interpretandi multa verba addidisse licet parcimè, & rarissimè, & quæ sensu non mutantur, constet. Quamobrem Iustinus, & reliqui Patres expounderunt, quod locuti sint de translatione septuaginta, non de textu Hebraico, non quod voluerint falsam ostendere, vel quod eandem falsare praesumpserint Iudei.

Ad quartum locum ex Isaia. Non defendimus punitatem Hebraici textus in punctuatione: dicimus enim vel malitia, vel ignorantia puncta falsò multa addita à sequentibus Rabbinis post tempora S. Hieronymi, quamvis non desit Arias Montanus etiam à punctuatione huiusmodi extorta, vel falsa, ob puritatem textus hebraici vindicare. Sed et si consulamus consonantes, incorruptus textus apparet, nam **אַלְכָרִי**, ichra vtramque lectionem potest admittere **אַלְכָרִי**, ichre vocabitur, & **אַלְכָרִי** ichra vocabit, eaque Christi diuinitas prædicatur aperte. Sed ea quam expressit vulgata aptior est, & apertior, & sine ambiguitate, ac proinde retinenda. Aliter vero locus Esa. 28. probat, vt etiam frequenter accidit in nostris latinis codicibus, ex similitudine consonantium, ob inscitiam libratorum frequentissime fuisse textum Hebraicum aspersum illis ne quis.

Ad quintum locum ex eodem Iustino accipitur solutio: dum enim patefacto dolo Iudeorum in textu iterum illa verba reposita sunt, evidens est ex collatione aliorum codicum Hebraorum factum, id est, ac proinde si vnuſ, aut alter codex falsatus

deprehensus est certi, cum quibus collatio facta est, illibati permanerūt. Alter locus Hieremiæ, mittimus lignum, quem sublatum censet idem Iustinus sic explicatur, dicendo loqui hunc Patrem de sublatione à 70. editione, non ex textu originali, vt postea etiam dicitur. Alter vero locus Hieremiæ, quem sublatum credit Iustinus, eundēque citat Iræneus, quem expunctum existimat. Feuardentius Iudeorum dolo in notis ad eundem Iræneum, est magnū argumentum pro parte opposita. ceterum dici potest ab oppositæ sententiæ authoribus in aliquibus exemplaribus ea verba apposita: sic à PP. citatis lecta, atque citara fuisse. De alio loco apud Hieremiā cit. Satis superioris dictum est cōtrouersia quinta specialiar. 1. ad 8. ad locum Matthœi.

Ad sextum locum Zachariæ 70. transtulerunt, aspicient in me, pro eo quod insultauerunt legentes Racharu **רָחָרָעַ** sed re vera **רָחָרָעַ** dacheru legerunt, & transtulerunt, transfixerunt, & suo more 70. lectionem Hebrei corruerunt. Quod vero vetterint, compunxerunt, vel pupugerunt, non dissonat ab eo, quod dicitur transfixerunt, vnde & Ioannes Appc. 1. faciens allusionem ad hunc locum Zacharie dicit. Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt: certum est autem punctionis nomine transfixionem illam intelligi lanceæ, de qua scriptum est, unus militum lancea latus eius aperuit.

Ad septimum locum cap. 2. Amos responderetur, tam in Hebreis, quam in Græcis codicibus Iustum haberi, & simpliciter legi sine articulo aliquo, vt eximius iustus significetur, qui est Christus Dominus, vel iustus qui uis indefinite, vt ex Chaldeo colligitur, et si autem in aliquibus iste locus corruptus sit, non in omnibus vitatus est.

Ad quartū principale. Ad authoritatem S. Iustini dicendum est Iustum eius fuisse sententiæ alij PP. oppositum docentibus, vel non loqui de textu Hebræo, sed translatione 70. quam Iudeos corrupisse in multis in odium Christi compertum est. vide Hieron. in cap. 30. Esa. ibi, erit lux luna, & Aug. 15. de ciu. Dei.

Ad auctoritatem Irænei iam responsum est supra cum ad Iustum respondimus.

Ad auctoritatem Clem. Alex. dum detegit corruptionem fieri per punctorum transpositionem, satis insinuat nostram sententiam, qua concedimus secundum punctuationem textum hebraicum à Rabbinis in multis esse vitiatum; sed vt appareat legenti, ibi potius loquitur S. Clemens contra Hæreticos, quam contra Massoreticos: nondum enim punctum inuentio tempore Clementis Alexandr. mundando apparuerat.

Ad auctoritatem Origenis responderetur, non do-lo, vel malitia veteres illos Rabbinos occultasse eas historias, sed caute, & prudenter, Susanna quidem ne alij Indices ex illorum iudicium concupiscentia, qua in Susannâ exarserūt, contemptu haberentur. Cantici trium puerorum in camino ignis, vt à Gentilibus calumniandi materiam auferrent, nempe quod ex magia pueri à flâmis se præseruassent illæ-fos. vnde hæc, & similia inter apochrypha recensabant, hoc est inter occulta, quod plebi celâda essent: apochryphum vero non significare semper, quod canonicum non est, sed interdum, quod non passim omnibus vulgandum est, ex ipsa nominis ethimolo-

gia constat ἀποκρύπτειν apochriptēin enim celare significat, à quo apochrypha i.e. quæ celanda sunt, de-riuantur, vnde Origenes expresse in Esa. 8. docet, quod nō litteras propheticas nos confinxisse calum-niare tur populus Iudaicus, portauit, & custodiuit suos libros propheticos, in quibus legitimus hæc esse prænunciata, quæ in Christo, & in Apostolorum Ec-clesia videmus impleta.

Ad Athanasium. Loquitur de Iudeis Christo, cū inter eos conuersabatur, contemporaneis, qui oracula Prophetarum, & scripturarum extorquebant ne de Christo locuta esse viderentur; vnde sicuti opera Christi Domini Beelzebub attribuebant, sic ijdem, ait Athanasius, nihili curabat corrumpere sacra Scripturarum placita, modò Christi negarent aduentum. De intelligentia ergo scripturarum potius, quā de corruptione text. loquitur S. Athanasius. Sic etiā loqui videtur S. Epiphanius.

Ad auctoritatem Chrysostomi respondeatur locu-tū esse de Iudaizantium, hoc est Aquilæ, Symmachī, Theodosionis versionibus factis in odium 70. Interpretem, & ad offuscationem deitatis Christi. Sic potest etiam responderi ad auctoritatem S. Greg. Nazianz.

Ad auctoritatem S. Hieronymi. Nō assertiū, sed dubitatiū loqui videtur locis adductis, vt patet ex ipsius verbis. ceterum in commentarijs in Esaiam, in p̄fatione, & lib. de scriptoribus Ecclesiasticis risu exhibitat afferentes codices Hebraicos esse falsatos.

Ad auctoritatem S. Th. codem modo respondē-dum, qui ipsius Hier. verba, & sensum sequitur.

§ Ad quintum principale. Eo argumento proba-tur, non omnes codices falsatos, sed eos, qui mendis aspersi erant collatione facta cum alijs suo candori restitutos, loquuntur autem Rabbini multi ab absur-do significantes interduo mala minus eligendum, sicut ait Serarius, eo modo, quo dicit Apostolus, Roman. 9. Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis.

§ Ad sextum principale. Si corruptus est (Hæreti-cis fatentibus) textus Hebraicus, non est cur in statis buccis prouocent nos hodie ad fontes incorruptos, quod si ad emaculatos prouocent, hoc est non curādo de punctis Rabbinorum, & ex punctis exortis seroribus, qui partim oscitantia, vel negligentia Iudeorum irrepererunt: inanis est ista prouocatio, cum melius verterint 70. & vulgatus, quām non isti Hebraizantes, vt clarissime demonstrabitur. Quare non est nunc recurrendum ad fontes pro vera interpre-tatione venanda, nisi ad clariorem scripturatum intellegentiam, vel quia in phrasī hebraica clarius elu-cescit, quod in uolutius interdum translatum est, vel quia ex diuersitate interpretationum vulgata intel-ligentia melius percipitur, atque aduersus hebrai-zantes defenditur.

§ Ad septimum principaliter, quod primò inducit, probat non esse prorsus emaculatum nunc textum hebraicum punctis signatum, propter quæ, & quarundam litterarum affinitatem, eatundemque dictionum varios usus, & æquiuocationes, & Grammatistarum Rabbinorum diuersas sectas, diuersaque iudicia, variae eque contrariae versiones hebraizantium ortæ sunt, qui maluerunt inimicis se credere Iudeis, quām 70. vel Sancto Hieronymo se-

erudiendos tradere. Ceterum semotis punctis, mē-disque, quæ irrepserunt, mirifice vulgatum cum He-bræo concordare luce clarius apparebit.

Ad secundum, quod inducit potuisse quidem, & id de facto accidisse unum, vel alterum codicem, falsare Iudeos, & aliqua expungere, vt fecerunt etiā Hæretici: at omnia loca, & in omnibus codicibus, tā multis, & tam longe lateque dispersis, impossibile moraliter iudicat Augustinus 15. de ciuit. capit. 13. decuit autem diuinam prouidentiam priuando illos intelligentia scripturarum, vt corticem litteræ tanquam capsarij nostri deferrent, vt dum non crede-rent scripturis nostris, per easdem scripturas eorum, quas incorruptas esse oportebat ad eos euincēdum, demonstrarentur, ex cœcatiex Augustino sup. cit. & per hæc patet ad primam confirmationem.

Ad secundam confirmationem. Translatio 70. Interpretem falsata est in multis locis, & non in omnibus exemplaribus, vt posterius dicetur. idem quoque potuit accidere quoruadum Iudeorum do-lo non in omnibus locis, nec in omnibus exempla-ribus.

Ad ultimam cōfirmationem potuerunt id ipsum præstare Iudei circa textum hebraicum, quod pre-stiterunt Symmachus, Theodosius &c. contra trālationem 70. verum sicut non potuerunt omnia loca, & in omnibus exemplaribus, maculate, ita nec Iudei in codicibus tam multis longe, lateque disper-sis, vt dicit Augustinus, & fuit admirabilis prouiden-tia ne omnia, & in omnibus corrūperentur, vt per scripturas sacras ex eodem Augustino 18. de Ciuit. cap. 46. testimonio nobis essent nos non finxit, prophetias de Christo. vnde eadem prouidentia, qua seruare sunt ad vitam eorum personæ ex illo Dauid psalm. 58. [Deus ostendit mihi super inimicos meos. Neoccidas eos] eadem seruati sunt codices eo-rum, vt idem dicit August. in enarratione eiusdem psalm. vt supra dictum est.

#### CONTROVERSIA V. GENERALIS.

##### ARTICVLVS VNICVS.

*Ant textus Græcus usque ad presens illibatus permanerit.*

*Positio Nouatorum.*

Nouatores, vt vulgatæ latine editioni detrahāt per omnia, in omnibus purissimam esse ia-stant scripturam noui testamenti Græco sermone descriptam, vnicō Marci Euangeliō excepto (quod latine scriptum esse ostendit Baronius egregiè, quic-quid mussitet Hunnius) & epistola ad Hebræos, & Euangeliō Matthei, quod Hebraicē (descriptū testa-tur S. Hieronymus) ita vt latinos codices per Græcos emendandos velint. Sic Calu. 2. instit. c. 7. §. 10. Kemnit. Georg. Major, & alij.

Anabaptistæ apud nostrum Senensem lib. 6. h̄r. 1. num. 4. in aliud extremum impingentes dixerunt, noui testamenti codices, quibus olim vtebatur Ecclesia, fuisse ab Hæreticis falsatos, sicut veteris testamenti libros ab Hebreis dicunt vitiatos.

§ Sunt

**S**unt autem & Catholici, qui et si nolint dictos codices emendandos per textum Græcum, illius tamē incorruptionem ad amissim defendunt, & misericordē eisdem concordare conantur. Sic Montoya lib. 2. de concordia sac. edit. quæst. 9. Alij autem, et si depravationem admittunt in quibusdam: non tamē in omnibus codicibus id factum dicunt multaque etiam irrepisse menda fatentur, ita Senensis loco citato in dissolutione quartæ obiectionis, cui subscriptit Bellarm. controu. p. lib. 2. c. 7.

### Oppositiones pro parte affirmativa.

**A**rguitur primò: nam si fons turbatus est, & riuus: si infecti parentes; & proles: ergo si puti non sunt fontes Græci, ex quibus scriptura noui testamenti translata est, nec editio vulgata pura erit.

Secundo, quia hoc esset effugium dare hereticis antiquis suas hereses tuendi, nec enim alia diuerticula efficaciora inuenire se putabant Manichei, quā dicendo loca quidem esse falsata, non à scribentibus Apostolis, sed à codicem depravatoribus, ex Augustino ad Hieronym. & 32. contra Faustum cap. 16. Cum ergo, ut idem Augustinus dicit de utilitate credendi, non dici possit, diuinas scripturas esse falsatas, tanquam purus fons fuit originalis textus, &c.

Tertio, quia S. Hieronym. epistola ad Damas. & ad Iuniam, & Fretellam, & in commentarijs in cap. 9. Zach. dicit, Cogimur ad Hebreos recurrere, & scientia veritatem de fonte magis, quam deriuulis querere, & Augustinus 2. de doctrina Christiana cap. 15. ad exemplaria præcedentia Græca, & Hebraica recurrentia dicit, si quam dubitationem attulerit Latinorum Interpretum infinita varietas.

Confirmatur primo, quod ex his fontibus nedum Patres Græci Chrysostomus, Cyrillus, sed etiam Latini, Ambrosius, Augustinus, &c. dogmata confirmarunt, hereses etiam debellarunt: turbati ergo non potuerunt.

Confirmatur secundo quia est absurdum credere multorum Græcorum Vatum litteras integras, & illibatas perdurasse in hunc diem, sicut & aliorum librorum Gentilium, & hoc non potuisse mereri Ecclesiam Christi, vt hec originalia illibata fideliter ad posteros non traiicerentur, ut arguit Aug. 33. contra Faustum c. 6.

Confirmatur tertio, quia per omnes ætates ab Apostolorum temporibus usque ad tempora S. Hieronymi illibaram oportet fateri editionem Græcam, & nullo falsitatis vitio contaminatam, uno eodemque tenore eam legentibus Dyoniso, Ireneo, Iustino, Melitone, Origene, Iulio Africano, Apoll. Athanasio, Basilio, Chrysostom. atque alijs ante, & post Hieronymi tempora, ita Sixtus Senensis tractatu de translationibus in lib. 8. Biblioth. sancte.

Quarto, quia depravatio, vel facta est ab Hereticis, vel a Græcis Schismaticis, in odium Latinorum. Nō ab Hereticis, quia depravatis scripturis Marcionitis, illico de truncatione, additione, transmutatione Tertullianus, & Epiph. admonuerunt fideles. Non à Græcis, quia si id in odium latinorum fecissent, illa depravassent, circa quæ cum Latinis Græca Ecclesia semper controvenerit: at videmus ea illibata permanere: præterquamquod sibi ipsiis documento

sufficiunt, quibusdam enim corruptis locis argumentum illud ministrasset, nec in reliquis partibus esse credendum suæ Græcae editioni, ex variatione, & falsificatione instrumenti.

Quinto, ipsa scriptura noui testamenti continetur in his codicibus Græcis, qui circumferuntur, ergo horum omnium codicum sigillatio, scripturæ est reiectione. Melius ergo dicendum illibatè verbum Dei custoditum, maximè cum ea utilitas reportetur, ut pluribus editionibus Græca, Hebræa, Latina vulgarata ob eorum inconcussam auctoritatem Ecclesia munita, sit hostibus formidabilior; funiculus enim triplex difficile rumpitur, & in ore duorum, vel trium stat omne verbum.

Confirmatur, quia ante vulgatae propositionem dicendum esset Ecclesiam corruisse verbo Dei destinatam, si falsata esset scriptura Græca noui testamenti.

### Argumenta pro parte opposita.

**N**on esse verò pueros codices, sed vitios probatur primo, quia ex definitione Conc. Trid. Historia de adultera; sudore sanguineo canonica sunt, & in Græco non sunt, & Marci c. 11. illa verba legenduntur, quod si vos nō dimiseritis, nec pater vester. Ita & cap. ultimum Marci, & nihilominus in plurimis saltem codicibus Græcis desiderantur. Illud similius text. 1. Ioanninis 1. tres sunt, qui testimonium, &c. erasum est à quibusdam Græcis.

Secundo, nedum subtractione, sed & additione codices Græci falsati sunt: nam in oratione dominica Matt. 6. addita sunt hæc verba. Quia tuum est regnum, & potentia, & gloria in seculum. Hanc autem clausulam non esse partem orationis dominicæ liquet: nam nec Tertull. Cyprianus, & quotquot orationem dominicam explanarunt, talis clausulae meninerunt.

Dices, quod Chrysostomus relatus in catena dicit, quia verò sollicitos nos fecerat inimici memoria in hoc, quod dixerat, sed liberanos à malo, rursum audaciā prebet per hoc, quod in quibusdam libris subditur, quia tuum est regnum.

Contra, quia unde sit sumpta talis auctoritas ignoratur, & in commentarijs Chrysostomi non reperiatur inquit Erasmus. Quid si dicas à Christo fuisse additam. Contra, quia oporteret d'cere totam Romanam Ecclesiam hactenus effugisse bonam partem dominicæ precationis, ac ne Africanum quidem recte legisse. Quod si dicas presumptam ex cap. 29. 1. Paralip. vbi dicitur, tua est Dominus magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria. Contra, quia et si illa clausula sit pars scripturæ veteris, non est pars nouæ, nec ab aliquo Apostolo, vel Euangelista capit. 6. Matthæi aposta sit hæc, sed ab aliquo sciollo, vel oscitantे.

Tertio, in questione, & transmutatione multa inuersa sunt. 1. Cor. 15. vbi legimus. Primus homo de terra terrenus. Secundus homo de celo cœlestis, Græci habent à nobis lectionem diuersam δε δεύτερος ἄρδεπτος διανεμεῖσθαι Secundus autem homo ipse Dominus de celo. Sicque videntur interpretari Chrysostomus, & Theophilactus, & tamen hunc locum corruptum esse dicit aperte Tertull. contra Marcionem c. 10.

Præterea 1. Corin.7. dicit Apost. *Qui cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi: quomodo placeat uxori, & diuisus est, & mulier innupta, & virgo cogitat, quæ Domini sunt:* Græci autem codices falsati sunt: illa enim verba, & diuisus est, coniunguntur cum sequentibus sic, μεμέρισαι ηγενη η παρθένος, διύισα εστι υπόρ, & virgo'. Hanc autem versionem non esse apostolicæ veritatem docet S. Hieronymus 1. contra Iouinianum cap. 7. vnde impudenter Hunnius dicit Hieronymum ex admiratione virginitatis hæc scripsisse contra mentem Apostoli, omnesque Patres agnoscerè pro germana hanc Græcam lectionem, cum Primasius, Haymo, Ambros. lib. de viduis initio Hieronymum sequantur. Et cap. 15. vbi nos legimus. *Omnis quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* Græci contrario modo legunt. *Non omnes dormiemus, sed omnes immutabimur,* & alia versio Græca etiam legit. *Omnis quidem dormiemus, sed non omnes immutabimur.*

Præterea ad Rom. cap. 12. vbi nos legimus, *Dominino seruientes.* Græci habent κυρίῳ διλέουτες, id est tempori seruientes. Sed Domino seruientes, legendum contendit Hieronymus ad Marcellam, & sententia Hieronymi fauent Origen. Chrysostom. Theophila. qui legunt, τῷ κυρίῳ, Domino, & non tempori seruientes.

Præterea ad Galat. cap. 2. vbi affirmatiuè legimus, *quibus neque ad horam cœssimus subiectionis,* secundum quod legit etiam Iren. 3. aduersus hæreses cap. 13. & Hieronym. in commentarij huius loci in Græcis codicibus legitur, οὐς ἡδὲ πρὸς ἀπαντήσαμεν τῇ ὑποταγῇ, quam esse virtutā dicit Tertull. lib. 5. contra Marcionem.

Quarto, nam expresse Origenes hom. 8. in Matt. ait sua ætate codices græcos noui testamente fuisse adeo varios, ut nec asteriscis, vel obelis tollere potuerit varietates, sicut in veteri testamento fecerat. inconciliabilis vero varietatis, atque dissensio, falsitatis argumentum est. & Ambr. in exp. 5. cap. epistola ad Romanos ait. *Græci diuersos habent codices, qui ob studium contentionis inter se discrepant, & experientia ipsa testatur, valde discrepare, nunc codices Latinos à Græcis, vel ergo non rectè vertit interpres, vel si rectè vertit alia habuit exemplaria incontaminata, ut fidelis translatio prodiret, & non ista, qua postea contaminata sunt, Græcanica malitia, & dolo, vel quomodocumque error irreperitur.*

Quinto ex testimonio aduersariorum: magnam enim varietatem, & dissonantiam esse in exemplaribus Græcis dicunt. Vnde Rupertus Steph. in scholijs, 14. diuersis exemplaribus Græcis vsus est. Erasmus in Matt. cap. 6. multa in Græco superflua haberi profitetur. Theodorus Beza in anno. noui. testam. in multis vitiosum esse textum Græcum fatetur, obtrudens vitiosum exemplar à nemine visum, &c.

### C O N C L V S I O .

*Non ostentia Græca exemplaria corrupta sunt, nec in omnibus procedente tempore incorruptio perseveravit.*

R Espondeo dicendum impossibile esse noui testamenti Græcos codices ante tempora Orige-

nis, & Hieronymi ex industria falsitate corruptos, qui in manibus erant Christianorum, quia mox falsitatis si id attentassent reuicti essent à custodibus veri verbi Dei. quod in Græca lingua pariter continebatur. Vnde Augustinus 32. contra Faustum c. 16. sic inuehitur contra Manichæos. *Si id (nempe falsare codices) cœpissetis, vetustiorum exemplarum veritate conuinceremini. Quia igitur causa à vobis corrupti non possent, hac causa à nemine potuerunt.* Quisquis enim hoc primitus aulus esset multorum codicum, vetustiorum collatione confutaretur. Præterquam quod si falsatis codicibus Græcis vfa fuisset Ecclesia eiusdem auctoritas infirmata esset (in probandis, & tradendis dogmatibus) lacris scripturis. Quis enim testem suum prius dicat falsitate esse corruptum, & tunc producat ad testimonium? nullo ergo modo corrupti sunt codices Græci, ne corruptis testibus vnam esse dicamus Ecclesiam. Sed nec per succedentia Origenis, & Hieronymi tempora ante Latinæ vulgatae probationē falsata eadem instrumenta dici possunt, ne vniuersa Ecclesiæ catus eluderetur, pro incontaminato verbo Dei) cuius est fidissimus custos) corrupta falsaque legendō: quæ sicut meruit scriptorum canoniconum libros fideliter ad posteros traijcere, sic meruit incorruptè eorundem usque ad præsentes Episcopos certissima successione, id omnia quo scriptis sunt, illibatè seruare. Sed quia in aliquibus exemplaribus multa loca corrupta sunt de industria: menda etiam multa librarioram culpa, & negligencia in illam paulatim irrepserunt: eiusdem textus extitit infinita varietas: propter has labeculas, non dicimus esse omnino incorrupta. Quare sicut olim cum his scatebat, verè est dictam ab Augustino 2. de doctrina Christiana cap. 15. *Libros noui testamenti, si quid in Latinis varietatibus titubat, Græcis cedere oportere non dubium est, & maxime, qui apud Ecclesiæ doctiores, & diligentiores reperiuntur, ita verissima est orthodoxoru doctrina, quod vulgata latina iudicio Ecclesiæ emendata, atque probata prior sit, atque perfectior ipsis originalibus Græcis, non prout editi à scriptoribus factis, sed ut alteratis, & maculatis, & etiam propter exemplarum maximam varietatem, dissonantiam, diuersitatem, ut non ad fontes Græcos propter hæc sit recurrendum, sed ad vulgatam, quæ de Græco limpidissimo olim fonte manauit, quam authenticam definit Ecclesia, quæ fidem facit, & loco originalis habenda est, ut etiam si aliiter modo legatur in Græcis codicibus, non liceat illam prætextu aliquo reijcere: et si inspectio fontium non sit inutilis ad explanandum sive sententiam, ut dicit Hieronym. in Esaï. cap. 49. ut quod in altera videtur obscurum, alterius lectione referetur. Qui verò Doctores puritatem fontium Græcorum defendant, dissidentia loca concordare contendunt, semper tamen primatum deferunt vulgatę, quæ iam authentica declarata est, nec per textum Græcum volunt emendandā si discrepat à Græca, sed per illam volunt (ex illius mirifico cum ea consensu) robotari atque explicari.*

Solu-

*Solutiones oppositionum pro parte affirmante.*

**A**d argumenta pro parte affirmativa. Responsum detur ijs argumentis probari abunde non in omnibus, nec de industria falsatos codices, ac proinde firma argumenta ex illis deprompta ad firmandam fidem, & mores, ac optimè olim ex varietate codicū latinorum ad originalia Græca merito prouocatum: sicut autem ex mendis, & punctis postea adiectis originalibus Hebreis, non omnimode purus fluxit textus Hebreus, sic procedente tempore, nec omnino emaculatus prodibat in omnibus textus Græcus ex mendositate libratorum, & codicū dissonantia, & varietate. vnde varius, & dubius Græcus textus esse cœpit, vt sine dubio ex infinitis translationibus latinis dubius fuisset textus Latinus si firmam auctoritatem vulgata interpretatio ab Ecclesia non obtinueret, quæ ex puritate textus Græci profluxit, vt magis nunc itandum sit translationi authenticæ ex originali, quam textui dubio, quod pro originali venditatur. Nec propterea, quia authenticæ translatio approbatur, originale contemnimus; sed quale sit originale verum, & incorruptū, ignoramus, quod tuncerto sciemus authenticum esse, si collatione facta per Ecclesiam, vt fecit in codicibus latinis, cum primogenio Græco textu, & illibato, aut incorruptionibus codicibus, vnam Græcam editionem noui testamenti authenticam proponeret, vt fecit de vulgata latina, cui consequenter testimonium perhibet, docendo esse authenticam de puro, & sincero fonte exaratam.

Nunquam tamen Ecclesia catuit vero verbo Dei: nam semper habuit originalia incorrupta, vel quando corrumpi cœperunt ex mendis, & varietatibus translationem veram ex puro fonte (quæ postea ab Ecclesia probata est, vt authenticæ) retinendo. vnde modo non opus est recurrere ad fontes (probata, vulgata, vt authenticæ) vt vulgatam corriganus, sed potius fontes turbati, ex purissimis riuis postponi debent.

*Ad argumenta partis oppositæ.*

**A**d primum pro parte negatiua. Respondetur ille alias particulas in alijs Græcis codicibus haberi: de historia adulteræ id testatur Hier. lib. 2. contra Pelagianos cap. 6. eamque ex Græcis codicibus citant Clemens Conſt. Apost. lib. 2. cap. 24. Tatianus in harm. euang. Ammonius Alex. in harm. Chrysostomil. 60. in Ioann. De historia sudoris sanguinei idipsum testatur Hieronym. loc. cit. eam citat Dion. Areop. cel. hier. cap. 3. Iustinus Martyr. dialog. cum Triphone, Athan. de Beat. filij Dei, Nazianz. oratione 36. quæ est oratio 4. de Theol. Epiph. in ancorato. Synodus Constantiopol. act. 9. &c. Illud autem, quod adducitur ex Marco cap. 11. reperitur etiam in Syriaco ille locus sub his verbis. *Si autem vos remiseritis, nec etiam Pater vester, qui in cœlis remittet vobis offensas.* Habetur quoque hodie in Græco Euangelio, quare in aliquibus exemplaribus deesse potuit.

Caput verò ultimum reperi in alijs Græcis codicibus idem testatur Hieronym. dicens in quibusdā

exemplaribus maximè in Græcis codicibus reperi. Quod dicitur Marci vlt. Recumbentibus vnde in discipulis apparuit illis Iesus, & reprobrauit, &c. Aliud etiam testimonium in non paucis reperiatur exemplaribus. vnde & Athanasius de vnta Trinitate de natib. 1. & S. Cyrill. Alex. de recta in Deū fide ad Reginas, iuxta Græcos codices tanquam sacrum textum desumunt, imo, & Beza in cap. 5. ep. 1. Ioannis aperte confitetur cum nostris ea verba in multis codicibus deesse. Non ergo in omnibus exemplaribus ille locus deest.

Ad secundum. Illa non fuit fraus Græcorum apponendo illam clausulā: non enim intenderunt apponere tanquam partem factæ scripturæ, sed ipsorum more doxologia, & laudatione Dei, illam orationē terminantes in Ecclesijs, & priuatis prectionibus. In codices, ea particula irrepit. vnde nec nos fraudulenti, & falsarij reputamur, quemcumque psalmū concludendo, cum illa clausula *Gloria Patri, &c.* Deinde ex Chrysostomo meritò dicitur. *In quibusdā libris subdi tuum est regnum:* non ergo in omnibus, & optimè citatur Chrysostomus in catena à S. Thoma, quæ reperitur, vt citatur in locum citati Matt. homil. 20. vnde Erasmus male dixit auctoritatem non reperi in Chrysostomo.

Ad tertium. Ille locus 1. Corin. 15. non est diversus nec contrarius nostræ vulgatae, & in text. Græco sic legunt Chrysostomus, & Theophilactus *secundus homo, ipse Dominus de Cœlo.* Sed cum non quæramus verum hic sit verus sensus, qui exprimitur in codice Græco (quod non negamus) sed an hæc Græca lectio, sit originalis, dicitur melius Hieronymum, & Ambrosium, vt nos legimus, magisque eam clausulam cum præcedenti cohærente, vbi dicitur *primus homo de terra terrenus.* appositum autem esse illud verbum *καὶ οὐ ποτε* ab aliquo Græculo, aut sciendo, non ad falsandum textum, sed vt orationem redderet explanationem fatetur Erasmus.

Ad alium locum. Optima est lectura secundum vulgatam, nec vlla est corruptela (vt mentitur Hunnius) legendō secundum illam, nec in odium coniugij id legimus, quasi nubens sit à Domino separatus, vt mentitur idem: sed separatum dicimus, quia non facile totum diuino cultui se mācipare potest, quia temporalibus acquirendis est distractus, cui lectioni alij Græci codices adstipulantur, qui legunt, vt veritatem interpres noster ex Burgensis notationibus in hunc locum. Græcorum lectioni adstipulati videntur Syrus, & Interpretes Græci Chrysostomus, Theophilactus, Oecum, Basil. lib. de vita virgin. & etiam Hieronym. contra Heluidium cap. 10. & ad Eustoc. de virginitate seruan. vnde contraria non est hæc lectio vulgatae. Quare commentaria, quæ sunt in Ambrosij operibus, vtramq; lectionē recte complectuntur. *Quomodo placeat uxori, & dominus est. Domina est mulier, & virgo.* Quæ non est nuptia sollicita est de ipsis quæ Domini sunt. Sed cum Hieronym. 1. aduers. Iouin. cap. 7. nostram vulgatam lectionem præferat Græcæ, ista est tenenda, & præferenda: illa verò cum non contradicat etiam nostram explicat, atque corroborat, vnde nec rejicienda.

Ad alium locum. Etiam S. Hierony. epistola 152. ad Minerium, & Alexandrum dicit aperte esse triplicem lectionem eius loci: sed certe non est inter eas lectiones dissonantia: certum esse debet ex Hieronymo

ronymo. & Aug. q. 3. ad Dulc. in quibus dā latinis codicibus, & etiam Græcis repertam fuisse hanc lectio nem affirmatiuam: *Omnes quidem dormiemus*, quare facile illa particula *et*, quæ significat *quidem* transmutata est Scribarum in scitia, vel ignorantia in particulam *or*, quæ significat *non*, vertendo, *omnes qui-dem non dormiemus*. Similiter cum dicitur, *sed non omnes immutabimur*, irrecepit particula affirmativa. Se ex negativa & eadem incuria, & legitur, *omnes autem immutabimur*. Habuisse autem negatiuam antiquiores codices, quam habent latini, constat ex testimonio Acacij, & Oecumenij, qui utramque lectionem dicunt reperiri in Græcis codicibus, *omnes quidem dormiemus: non autem omnes immutabimur*, & illa alia, *non omnes dormiemus: omnes autem immutabimur*, quare sensus est in Latina, & Græca lectio ne, *omnes dormiemus*, nempe somno ad resurrectionem tendente, & in Latino explicatur, qualis sit ista dormitio, nempe resurrectione (*resurreximus*) non tamē omnes esse immutandos à corruptione ad gloriam immortalitatem designatur, cum dicitur etiam in antiquis Græcis: *sed non omnes immutabimur*. Vel dicendum, ut dicit S. Thomas in hunc locum hæc duo non inuicem sibi aduersari, *omnes quidem resurges-mus, & non omnes quidem dormiemus*, nam quorundam fuit opinio, quod non omnes morientur in aduentu Christi, & omnes mutabuntur in statum incorruptionis, & sensus est, *non omnes dormiemus*, quia datur exceptio aliquorum, qui in aduentu Iudicis venient viui: sed immutabimur tam boni, quam mali ad statum incorruptionis. Cœterum loquendo de mutatione à statu animalitatis ad spiritualitatis dotes recipendas, &c. *non omnes immutabimur*, sed soli iusti, licet autem ait S. Thomas illa littera, *non omnes dormiemus*, non sit contra fidem, tamen Ecclesia subdit, magis accepta primam, scilicet quod omnes moriemur, siue dormiemus somno mortis tendente ad resurrectionem.

Ad locum ex epistola ad Romanos. Mendosus est textus Græcus, qui hodie circumfertur, cum alijs Græci codices similiter olim habuerint *Dominos seruientes*, ut patet ex textu, & commentarijs Chrysostomi, Thcodoreti, Theophil. quod mendum adnotavit Hieronymus epistola 102. ad Marcell. quare non omnes codices Græcos hoc modo respersos patet, & bene ex Hieronym. correctione dignum in eadem epistola insinuatum est, vocans bipedes asinos, qui secus legunt, facilius vero affinitas Græcarum vōcum κύπιος, & καυπίος varietati occasionem dedit. unde bipes asinus dicitur Lutherus vertēs humile locum, seruite tempori, ut onager liber optans fidem temporis accommodandam, ut scripsit etiam Melanthon epist. prima dicens fidei articulos mutantos, & secundum tempora accommodandos. unde ornunt Bifidi, & Pseudopolitici, qui fide veluti annulo Gygis utenduni voluerunt, unde menstruas fidiculas ediderunt, & facta est eorum fides potius temporum quam Euangeliorum, dum secundum annos scribitur, & secundum formam baptismi non tenetur, ut dixit Hilar. con. Constat. nihil apud Hæreticos stabile, sed ad tempus mutantur omnia, perbellè quoque scripsit Athanas. de synod. Arimin. & Seleuc.

Ad locum Gal. 2. eam Græcorum codicum lectio nem, nempe quibus neque ad horam cessimus subiectio, quam Tertullianus vitiatam esse existimat,

Hieronymus præfert, & cum Hieronym. Augustin. Chrysostomus, Theodore. Theophilact. sentiunt. Usque ad Hieronymi tempora latina exemplaria sine negatione legebantur ex Irene 3. adu. hæres. cap. 13. Tertull. lib. 5. cōtra Marcionem. Ambrosius etiam dicit litteram illam esse falsam, & superflue- re illud neque. Sed secundum Græcorum lectionem emendauit Hieronymus, nec antiqua inemendata editio, latinæ emendatæ contradicit: nam legendo cum negatione, sensus est Apostoli, non permisi circuncidi Titum, quibus neque ad horam cessimus subiectio, nempe ut gentes subderentur legi; legendo verò sine negatione sensus est, quibus cessimus ad horam subiectio in facto circumcisionis, ut circum- siderentur gentes secundum nostri S. Thomæ ex- positionem.

#### CONTROVERSIA VI. GENERALIS.

*De Chaldaica versione.*

#### ARTICVLVS VNIVRS.

*An in ea continetur Verbum Dei.*

*Positio Nouatorum.*

Vdæ adeo efferunt hanc translationem, ut cum obscurredum textum Hebraicum in aliquo loco nō intelligunt, ad paraphrasim Chaldaicam recurrent ex Lyrano cap. 49. in Genesim. Episcopo Caranensi contra Iud. cap. 4. Burgensi in scruti. cap. 2. d. 3. 1. p. qui addit, cum pueris legitur Pentateuchus, hanc translationem legi pro textu: eidemque nullum ex Hebreis ausum contradicere, refert Raymundus pugione contra Iudeos 2. par. cap. 4. Vitakerus cōtrou. 1. q. 2. Danœus, Hūnius Iudeorum patrocinium suscipiunt, omnino modam eius iucorruptionem defen-dentes in omnibus, & per omnia.

*Oppositiones eorundem.*

Arguitur primo, nam ex hac paraphrasi ostenditur Christi divinitas, Trinitatis mysterium. Genes. nu. 40. vbi dicitur. *Non auferetur sceptrum de Iuda, &c.* Chaldaica versio habet, *donec veniat Christus*. Leuit. cap. 26. vbi dicitur. *abominabitur vos anima mea*. Chaldaeus vertit, *abominabitur vos verbum meum*. Num. cap. 24. vbi dicitur. *Orietur stella ex Iacob*. Chaldaeus. *Magnificabitur Christus*. Deut. cap. 5. *Quid est omnis caro, ut audias vocem verbi loquentis, & non solum in Pentateucho, sed in alijs scripturæ libris Psal. 43. Speciosus forma pre filiis hominū, &c.* Chaldaeus, *Pulchritudo tua Rex Christe exuberat praefiliis hominū*. Psal. 105. *Dixit Dominus Dominus meo, sed è dextris meis*. Chaldaeus, *Dixit, verbo suo sed è dextris meis*. Esaie 48. *Manus quoque mea fundauit terram, &c.* Chaldaeus, *In verbo, vel cum verbo quoque meo fundauit terram*. Ezech. 20. *Et pepercit oculus meus à dissipatione eorum*. Chaldaeus legit. *Pietatem habuit verbum meum super eos à dissipatione eorum*.

Secundo, quia ista editio edita est, ab eo qui vertit Prophetas in lingua Chaldaeam, ex ore Aggai, Zacha-

Zachariæ & Malachiæ, non ergo sub his auctoribus timendum de corruptione.

Tertio, quia ad conuincendum Iudeos firmum ex tali paraphrasi argumentum desumitur. Vide Burgensem de vñ paraphrasis Chaldaica etiam latiniæ versioni deseruit, eiusque auctoritatem iuetur dñm à Græco dissentire videtur, similiter, & Hebraicum textum intelligendum, & ad amborum textuum illustrationem, plurimum quoque valet si quando in illis deprehenditur obscuritas: ergo, &c.

## Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo, quia qui scripserunt Thargum fuerunt, Onkelus, Ionathan Hurielis filius Ioseph cœcus. Ab Onchelo, Pentateuchum translatis est, & dicitur Thargum Babylonicum, à Ionathan Thargum Prophetarum, à Ioseph cœco Thargum Hagiographum, nempe Job, Ruth, Psalmorum, Regum, Salomonis, sed solum Danielem Iosephum concinnasse reliqua agiographa, vnum è Thancis dicitur in Pesike, Thosiphon, Megillah, cap. 1. n. 5. sed Onchelo parua fides adhibenda est nam ipsum finisse Aquilam illum Ponticum Iudæum genere perhibent; nā in Thalmud Babylonicō Thosiphon Massechet Demeni cap. 5. Onchelus vocatur Gtr. 1. proselytus, idemque eodem tractatu in Thalmud Hierosolymitano cap. 6. nominatur Aquila; de ipso autem S. Hieronymus dicit, Aquila proselytus, & contentiosus interpres, illiusque traductioni non intendendum ostenditur infra. Ionathan, & si Galatinus de arcana cath. veritatis cap. 3. illum faciat discipulum Hillels, & Simeonis iusti, qui exceptit Christum Dominum in vñas suas, non constat, an de spiritu Simeoni accepit, & magistri traditiones fuerit vsquequa se cœtatus. Ioseph cœcus (etsi à Rabbinis efficeratur, ut exercitatissimus, & oculatissimus traditionum in Monte Sinai optimè callens, vnde & Synai appellari solitus est) an interpretationis dono pœnituit fuerit ignoratur, sicut, & quisnam fuerit iste unus ex Thancis.

Secundo, quia Iudaicis nugis, & fabulis (excepto Pentateuco) fermè ab omnibus Targum aspersum existimatur, vnde in biblijs Complectentibus, solum Pentateucum affixum est.

Tertio, quia etiam in ipso Pentateuco errores continentur: nam vbi in Græco dicitur. Quoniam occidi virum. Chaldaea paraphrasis exponit. Non occidi virum, Hebræo vero concordant Græcus, & Latinus.

Cap. 22. habetur, in semine tuo בָּנֶךְ יְהוָה benedicere omnes gentes, cui consonat Græcus, & Latinus, & Paulus Gal. 3. Chaldaeus legit in seminibus בָּנֵי כָּל־גַּן. Proprie filios tuos omnes populi terræ, contra Apostoli mentem.

Exod. 12. Omnis filius alienigena non comedet ex eo כָּל־בָּנֵי כָּל־גַּן & concordat Græcos, & Latinus, Chaldaeus legit, Omnis filius Israel destructus נָא per hęc Neophyti Christianos taxare volens.

Leuit. cap. 10. vbi Hebreus legit. Capita vestra non radetis, nec nudabitis. Chaldaeus legit, non multiplicabitis carnem. Num. 21. ponitur fabula de puto, quem fingunt Hebrei descendisse cum filiis

Istael ad torrentes, & de torrentibus ascendisse cum eis ad colles, & cap. 28. vbi dicitur in Hebr. Populus solus habitabili. Chaldaeus, ecce populus solus possidebit seculum.

Deuteron. cap. 4. & cap. 28. vbi prædictur quod Hebrei seruent diis alienis. Chaldaeus vertit. Seruite populus seruientibus idolis, & licet Iunius approbet Chaldaicam versionem, ut præstantiorem, sola que sui auctoritate absque probatione credi velit, magis credendum est textui Hebreo reclamanti, & violentiam Iunianam patienti, quam Junio Iudeorum gratiam ex eorum idolatriæ excusatione, aucti panti. plura alia annotari possent, satis hæc sunt ad talis translationis auctoritatem infirmandam, ut nō purè undeque fluere probetur.

## C O N C L V S I O.

*Editio Chaldaica in solo Pentateucho purè  
sue reperhibetur, quamquam nec ibi  
dem pura & plenisque  
probetur.*

**R**espondeo dicendum, editionem Chaldaicam non esse eandem, ac Syriacam: nam Basilius in Hexam. hom. 2 illud Gen. 1. Spiritus Domini ferebatur super aquas, Syriacè sonare dixit, Spiritus Domini souebat aquas, cum tamen paraphrasis Chaldaea legat, Spiritus Domini insufflabat aquas. quare non recte quidam dixerunt (vt Eugub. in Pentateu.) translationem Chaldaicam sub nomine Syriacæ translationis citari à Patribus. Nomine autem editionis huius Chaldaicæ non intelligimus illam partem, qua liber Tobiae, Judith, & magna pars Danielis, & Esdræ ædita est, certum est enim verum, & incorruptum verbum Dei continere, sicut & Hebreæ (& si hæc non usquequa sunt pura, & incorrupta, vt dictum est) sed illam, quæ dicitur Thargum, continens Pentateuchum, Prophetarum, & Hagiographorum versiones, quæ propterea dicitur Thargum interpretationis, & paraphrasis, quod non verbum, verbo, vel sensu sensu exprimat semper, sed sensus interpretetur. In hac autem interpretatione cum multa inepta, & Iudaicoteria מִשְׁנָה וְרֹאיה in historiorum præsertim librorum paraphratis repertur (vnico excepto Pentateuco, vbi puritas magis claret, etsi non omnimoda purè, & incorruptè) dicendum est ex integra hac editione, nullum firmum præstari argumentum: sed ex solo Pentateucho (etsi alij aliter sentient dicendo, nec fidem esse translationem etiam in Pentateuco) & utrumque satis est probable, vide Bellarm. lib. 2. controu. p. c. 4.

## Solutiones oppositionum.

**A**d primum pro parte affirmativa, tenentes solum Pentateuchum incorruptum ijs locis confirmatur eorum sententia: tenentes vero eise adhuc depravatam illam editionem, fidelitatem in quibusdam locis admittunt, sed non in omnibus locis eiusdem Pentateuchi, vt patet ex multis auctoritatibus inductis pro parte opposita i

Ad

Ad secundum, Thalmudici illud affirmarunt, quod si probari posset, non leue esset fundamentum pro tuenda Chaldaica usquequaque, maxime in Pentateucho. Sed Onkelus perhibetur author Targum in Pentateucho. Onchelum autem eundem esse, ac Aquilam Ponticum (quicquid dicat Rabbi Azarias in quaestione an idem sit Onchelus, & Aquila) patet ex tractatibus Thalmudicis supra citatis, cum vero Aquila floruerit sub Adriani temporibus ex Epiph. lib. de ponderibus, & mensuris multo post Christum edidit eam paraphrasim, qui cum Graecus esset, retinuit etiam interdum quasdam voces Graecas, nec id officit, nam & Thalmudici quamplurimas voces Graecas habent admixtas in suis tractatibus. Ioathan vero ex Galatino, & Brugensi ante Christum scripsit. certius Sixtus in Biblio. & Genebrard. tract. de Christo, dicunt eum ortum esse ante Christum, sed post natum Christum scripsisse. Ioseph vero ex Neobiensi, & nostro Senensi vixit circa annum 400. His autem auctonibus, qui post Christum scripserunt, & eius nominis fuerunt infensissimi hostes, parum est tribuendum.

Ad tertium. Bene ad hominem toto libro Thargum uti possumus: non autem inde conficitur simpliciter cerrum argumentum. Et quantum ad utilitatem attrinet, non est existimandum (ut quidam dicunt) nullam habere utilitatem, ut dixerunt quidam apud Posseu. 2. Biblio. cap. 9. Hebraea enim, & Latina exemplaria, ubi à Graeco disserire videntur, concordare potest. Obscuriores voces quasdam Hebraicas, loca obscuriora Hebrei Latinique textus elucidat, &c. lege Brugensem in tractatibus de usu paraphrasis Chaldaicæ. Sed propter reuerentiam quorundam catholicorum, qui dictę translationi deferre videntur, respondendum est.

#### *Ad alia argumenta pro parte opposita.*

**A**d argumenta pro parte opposita. Non omnia approbantur, quae sunt in dicta paraphrasi, sed solum Pentatenchi translatio: & si autem fuerit contentiosus interpres Aquila, de versione sua Graeca intelligitur: ceterum quia graues Doctores Pentateuchum agnoscunt illibatum, & si non in omnibus, illum ut non vitium, & studiosè depravatum recipiunt defensores eius editionis. Et per hęc patet ad secundum.

Ad tertium, qui fidelitatem Pentateuchi in huiusmodi translatio defendunt, loca illa dissolvunt: sed quoniam ex alio fine respondent Heretici alio fine Catholici, illi ut vulgata in pessimum, nostri ut vulgata ex paraphrasi illustrent: tam responsiones Hereticorum, quam Catholicorum adducentur.

Ad primum ergo locum Genes. 4. respondet Iunius Chaldaea verba legenda per interrogationem. *Non occidi virum?* & sic sensum non reddi contrarium. Sed hoc nihil est, quia aliquo fundamento, vel exemplari id Iunius probare debebat. Alij dicunt illum esse sensum. *Nō occidi virum in vulnus meum, grassatorum, & latronum more, cum casu id fecerim, propterea, non sum à vobis exagitandus molestijs.*

Ad secundum dictum [in seminibus] respondet Iunius, propter filios Abrahæ Gentibus benedictio-

nem obuenturam. Sed contra est dictum Apostoli, ubi dicitur Gal. 3. nō esse dictum in seminibus quasi in multis: sed quasi in uno, & semine tuo, qui est Christus. Sed si attendamus ad phrasim Hebream, cum superlativo careant, multoties ad illud explicandum ponunt numerum pluralement pro singulati, unde Pron. cap. 9. dicitur. *Sapiētia edificauit sibi domū,* legitur in Hebreo. Sapientia, hoc est excellenissima sapientia. Iob. 40. *Ecce Béhemot, &c.* quod est numerus pluralis, hoc est ingens bestia animal omnium, quadrupedum maximum, elephas: sic Chaldaica imitans Hebraicam in illa particula, *Propter filios tuos,* voluit significare maximum, & excellenissimum filiorum. Hic autem Christus unus est, cui concordat Apostolus. *Et semini tuo quod est Christus.*

Ad tertium. Idem ibi significat destruktus, quod perditus, Apostata, alienigena, tanquam Ethnicus, sic Latina ex Chaldaea vertit. *Omnis filius Israel,* qui fuerit Apostata, non comedet ex eo. intelligitur ibi Israëlite ad gentium mores, & instituta se transferens, cui inhibetur comestio agni paschalidis. Vnde non est repugnantia inter utrumque textum, nec ea suspicio, quod Neophyti Christiani ibi taxentur, illo firmamento firme probatur.

Ad quartum, vox illa γένετα significat denudare, unde nomen formatur γένετα quod nudationem etiam Perùa in Chaldaico significat: tamen ipsum etiam nomen γένετα Perang cesariem quoque, & comam significat, ut vertit S. Hieronymus Num. 6. num. 5. cui Chaldaeus interpres consentit, & sic ab uno versum est. *Non multiplicabis nudationem, discopertionem, vel deglorationem,* & ab alio, *non multiplicabis comam.* sed sibi ista maximè consonat. Si quis enim cōsulet illustrem nostrum conciuem, Alex. ab Alex. in suis Genialibus, qui cap. 7. reperiet Aegyptios funera curare solitos, capillo submisso, & barba detonfa. Milesios etiam erasis capitibus plangere solitos funera suorum scribit idem Alexander. Plutarchus vero contrarium morem genitorum refert cap. 14. quod in infortunijs solebant mulierestondere, viros vero comam alere: utrumque autem potuit prohiberi, ne Gentilium more Aegyptios imitando capita tonderent, & deglabarent: Graecos vero imitando, comam nutritrent, & sic optimè ex diuersis moribus diuersa, quae videntur, conciliantur.

Ad quintum. Non ita materialiter intelligi debet puteus, ut assumitur in argumento, sed intelligitur petra illa, è cuius fonte porabat, de qua dicit Apostolus, *bibebat autem de spiritali consequente eos petra,* quæ locum tractans S. Thom. exponit illam particulam consequente, hoc modo satisfaciens voluntati eorum, & subdit allegans psal. 77. desiderium eorum attulit eis. Quae enim vbique sequebantur eos Eccl. 48. aqua de petra produxit eis, hec S. Tho.

Ad sextum. In idem recedit illa communatio avertenti se populo à vero Dei cultu, *seruientibus idolis,* & *populis seruientibus idolis:* fieri enim poterat, ut illi, quibus seruiebant, cogerent eos idolis seruire, quod non semel accidit, ut patet cum sub Antiocho fuerit afflitti, &c. sic paraphrasis in solo Pentateucho illibata permanit.

# De sacrorum Bibliorum versione. 275

## CONTROVERSIA VII. GENERALIS.

### De versione Septuaginta Interpretum.

**D**EINDE considerandum est de translatione 70. Interpretum, circa quod duo queruntur. Primo, an authentica sit, & irrefragabilis autoritatis. Secundo, an hodie quoque eandem retineat autoritatem?

### ARTICVLVS PRIMVS.

*An unquam editio Septuaginta Interpretum authentica fuerit, & irrefragabilis autoritatis.*

#### Positio Hæreticorum.

**A**NTIQUOS Iudeos post ducentos annos à Christo nato, inuidentes propagationi Christianæ fidei, quæ in 70. Interpretum versione mysteria longe ante prædicta legebat, hanc versionem lacerasse, & proscindisse maledictis, compertum est ex Iustino in dialogo contra Triphonem, & ut vaticinijs de Christo tenebras offundant, concludunt, etiam num passim deceptos fuisse litterarum similitudine, lapsos quoque esse, debacchantur, ita refert Cætius in Apolog. lib. 2. cap. 19. apud ipsos vero Iudeos seruata inique ad minimum apicem iactant vanissime. Vnde ex dolore huius translationis, quæ videbant suam perfidiam retundi, ieionium indixerunt Thalmudici die 8. mensis decimi, qui Thebeth, eo quod inquietant mundum ob translationem 70. tenebris circumfusum fuisse, ut habetur in Hietosolimitano Thalmud in fine tractatus Megillath Thaenich, quos imitantes posteriores Iudei eodem odio illam prosecuti sunt, ut exterminare illam conarentur e suis synagogis, nisi Iustiniani Imperatoris auctoritate compressi essent. ut habetur in Constit. 146. in Nouell.

Iudeis manus dederunt Apostate, & Hæretici: nam Philastrius lib. de Hæresibus scribit innominatos quosdam Hæreticos 70. Interpretibus translationi præferre solitos translationes Aquile, Theodosianis, Symmachii. Aquila ille est, qui ab Ecclesia pulsus cepit oppugnare eandem editionem, & iudicantis, nouam committit est editionem. Symmachus eandem editionem oppugnauit, aliam aggrediens, & Theodosio ab Hæreti Marcionistarum ad Iudaismum deficiens, aliam commentus est versionem, 70. Interpretum translatione relicta, Seuerus etiam Hæresiarcha eam repudiavit, & fecit suas asseclas. Iudei μόροις Iudaismi studiosos, ut dicit Anastasius Synaita in Augustana bibliotheca.

Lutherus innovandi omnia cupidissimus, Iudeis, & Hæreticis subscriptis. Nam in conuialibus sermone linguis fol. 432, versione 70. vocat fatuam, ineptam, inconditam, dicens 70. Interpretates, qui Hebraicæ Biblia in Græcam linguam translulerunt, Hebraicæ linguae imperiti, expertesque fuerunt. Versio illorum valde est fatua, & absonta, quia contempserunt litteram,

modumque, ac morem loquendi, &c. idem scribit ad cap. 46. Geneseos. Munsterus eandem reiicit præfatione in verus testamentum, dicens. nedum per sciolos esse corruptam, sed perperam versam esse, & interpretes ipsos non admodum peritos exitisse lingue Hebreæ, id quod subdit, vel iniuiti cogimur fateri, alioquin non in tam pluribus locis tam fœdè lapsi fuissent. Michael Beuterus in historia animalium cap. 9. Beza præfatione in Iob eidem manus dederunt.

Sed, & Lambertus Daneus nulla historia, nullo argumento nixus apud Cydonium in castigationibus Danecanis negat, vlla Biblia à 70. translatâ esse senioribus, & Apostolos nunquam testimonia citasse ex versione 70. sed inquit. Et nonnulli homines astuti in eam versionem quam 70. appellaverunt, inferuerunt, inuixerunt, & instruxerunt, ut reliquias eiusdem versionis, & si falsæ partes confirmarent ad sui erroris defensionem. Sed & Scaliger, Eusebij nouus commentator in suis animaduersionibus antiquitatis scita studiens, multos thrasonismos eructat ad funditus versionem 70. conullandam.

#### Oppositiones aduersariorum.

**A**RQUITUR primo, quia suppositum commentum est, quod ab Eleazaro Pontifice petente Ptolomæo Rege Aegypti, missi sint septuaginta Iudei ad scripturam transferendam ex Hebreo in Latinum; etenim scriptor eius historiæ, seu liber ille sub nomine Aristæi, qui circuifertur, ab Alexandrinis Iudeis confititus est: est argumentum Scaligeri in animaduersionibus Eusebianis pag. 123. & ante ipsum Ludouici Viues infra citandis. Confirmatur primo, quia magna dissensio est de Rege isto Ptolomæo, quis fuerit, an Ptolomæus Lagius, an Philadelphia. Rursus dato, quod sit Philadelphia sub eius nomine recensentur Philadelphia epistola. Hic rosalymam misse, apud Aristæum, Iosephum, & Epiphanium. At unus ex stylo eaurum epistolarum author comprobatur, & quæ ab Epiphanio recensentur, ab alijs diuersæ sunt. Idem Scaliger.

Confirmatur secundo. Quia quo consilio id factum fuerit, ut Rex Interpretates istos aduocaret, non constat: nec quomodo potuerit de ipsis virtutis fama permeare. Nam quod dicitur, id suggestente Demetrio Praefecto Bibliothecæ Philadelphij, contingit, non potest subsistere; nam Hermippus apud Laertium refert incurrisse Demetrium indignationem Philadelphij, est Scaligeri argumentum.

Confirmatur tertio, quia numerus iste, quod fuerint septuaginta duo de qualibet Tribu electi seniores, nullum habet fundamentum; non enim tunc poterant omnes duodecim Tribus extare, cum tempore Ezechiæ decem in Medium fuerint deportatae. Nec in Iudea erant alii, nisi Iuda, & Benjamin, ex Scaligero loco citato pag. 123. & 178. Ipsi quoque 70. fuerunt expertes Hæbraicæ linguae. Luther, & Munsterus, vbi supra.

Secundo, quia de tempore, quo facta est ista versione mira est dissensio, & S. Epiphanius lapsus est, qui dicit anno decimo septimo Philadelphij inchoatam eam versionem, & tamen ante istum Regem iam Græca facta erat translatio, ex Clem. lib. 1. nempe ante Alexandrum Magnum, & tres illas epistolas Deme-

Demetrij ad Regem , Regis ad Pontificem Iudaorum, Pontificis ad Regem, quæ circumferuntur, patet esse suppositias , quia iam Demetrius ex Hermippio obierat, & stylus illarum epistolarum clamat esse illas tres epistolas ab uno homine dictatas . Illæ vero, quæ apud eundem Epiphanius recensentur, sunt diuersissimæ, stylo, verbis, sententia. est Scaligeri . De loco fabella est, quæ circumfertur, quod in cellulis disiunctim fecerint eam versionem . vnde & S. Hieronymus p̄f̄fat. in Pentateu. & 2. contra Roffin. scripsit se nescire quis mendacio suo primus 70. celulas extruxerit, nec Aristæus, vel Iosephus earum cellarum meminerunt, sed & Epiphanius 36. celulas tantum proponit, cur alij 70. celulas posuerunt? & quod dicitur diuino esse numine afflatus, Hieronymus etiam videtur excludere, eos vocans non vates, sed Interpretes .

Tertio , Interpretes isti fuerunt imperiti, & constat errasse manifeste, vt apparat ex Hieronymo, nam addidisse aliquid scribit S. Hieronymus in Esa. cap. 9. 42. 44. 52. 57. 59. 60. truncasse vero dicit in cap. 2. & 56. transmutasse in cap. 9. 10. 50. sensum extenuasse docet cap. 49. subuertisse testimonia contra Iudeos in cap. 49. miscuisse, & confundisse vocabula in c. 37. & litterarum similitudine γ & η & ι dicit in cap. 8. 38. 44. in cap. 10. & in Amos. Legendus idem Hieronymus epistola ad Suniam, & de optimo genere interpretandi, & alijs locis.

Oculariter autem ostenditur dissonantia intercedere inter textum Hebraicum, & editionem 70. multa enim subtracta sunt ab ipsis 70. nam in cap. 9. Esaïæ, Vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius, Deus, fortis, &c. Solum ponunt 70. hæc verba, Et vocabitur nomen eius magni consilij Angelus. Illud etiam Mat. 2. Quoniam, Nazarens vocabitur, omissum est, & in Hebreis codicibus habetur ex Hieronymo p̄f̄fatione in Pentateuchum, Paralip. & Esdræ. Item Hieremie 17. à versu primo, Peccatum Iuda usque ad 5. desunt in 70. & in Ezech. cap. 1. illa verba, animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis, & multa huiusmodi, de quibus idem Hieronymus in Hierem. cap. 17. quæ si volueris inquit, cuncta digerere non libro, sed libris, opus erit.

Additione aliqua invertisse probatur ex Hieronymolib. Hebraicarum quæstion. cap. 13. vbi enim legitur Gen. 13. in Heb. Homines autem Sodomites pessimi erant, & peccatores vehementer, sic ait, superfluo; hic additum est in 70. Interpretibus, in conspectu Dei, identidem cap. 25. vbi dicitur de Abraham, Et deficiens mortuus est in senectute bona, sic ait, male in Septuaginta Interpretibus additum est, & deficiens mortuus est.

Transmutatione etiam quedam dissona reperiuntur Genes. num. 26. dicitur. Venerunt in ipso die servi Isaac annunciantes, & de putoe quem foderant, atq; dicentes, inuenimus aquam, vnde appellavit eum, Abundantiam. Ipsi 70. verterunt, & venerunt pueri Isaac, & nuntiaverunt ei de putoe, quem foderunt, & dixerunt ei. Non inuenimus aquam, Legentes & quæ est particula negativa, non, vnde appellatum est nomen eius iuramentum. Gen. 30. in Hebraicis codicibus legitur. Facta sunt, quæ erant serotina Labæ, & quæ primi temporis Jacobis ipsi vero transtulerunt. Facta sunt autem non insignia Laban, insignia vero La-

cob, & cap. 31. Mutauit mercedem meam decem vici bus, vel ut in Heb. habetur, centum obolis, vel cendi nummis ipsi verterunt, decem agnis.

In numero quoque annorum tanta varietas est, vt transmutatio manifestè appareat, nam apud 70. Genes. 5. habetur Adam vixisse ducentos triginta qua tuor annos, antequam gigneret Seth, cum in Hebreo habeatur vixisse tantum centum, & triginta annos. In supputatione quoque annorum Mathusalem, si sequamur Interpretes, necessario fatendum erit Mathusalem vixisse 20. annis post diluvium, quod est alienum à veritate, patet enim ex 1. Pet. 3. quod octo anime salua factæ sunt. Item probatur: nam secundum versionem 70. Mathusalem cum esset 167. annorum genuit Lamech, iste 182. anno genuit Noë, & anno 600. fuit diluvium: certum est autem Mathusalem secundum lectionem 70. & Hebraicam vixisse 969. vnde oportet dicere, quod vixerit 20. annis post diluvium, quod est falsum. Hanc dissonatiā adnertit S. Augustinus 15. de ciuit. cap. 13. Idem S. S. Augustini lib. 18. cap. 44. aduertit in editione 70. habet. adhuc tres dies, & Niniue subuertetur, & in Hebreo habetur. adhuc 40. dies, & Niniue subuertetur. vnde propter hæc S. Hieronymus in Pentateuchum dicit. Aliud est esse vatem, aliud esse Interpretem: ibi enim Spiritus sanctus futura predicit. hic eruditio, & verborum copia ea, quæ intelligit, transfert, nisi forte Tullius in transference putandus est afflatus Rethorico spiritu.

Quarto, dato habuisse Interpretes 70. illustratio nem Spiritus sancti, solum Pentateuchum transstu lisse dicunt Aristæus, Philo, Iosephus, & tota Iudeorū schola, ex Hieronym. in cap. 6. Ezech. & 16. & in 2. Micheæ. Et hoc admissio adhuc auctoritas infirma tur illius translationis: ibi enim quoque est varietas, nam dicitur 70. perficit Deus die 6. & quietuit in die 7. in Hebreo est, perficit Deus die 7. &c. Num. 16. pro illo verbo, Non asinum ab eis accepit. 70. vertunt, nihil desiderabile cap. 17. Deuter. pro lepore, qui Grece dicitur λαος verterunt λαοποδα pilosum pe dibus.

Quinto, esto olim 70. consenserint Hebraico tex tui nunc non consentiunt. perierunt n. eorum exē plaria, & non superest genuina eorumdem versio. Multa quoque loca vitata sunt maxime à Iudeis, qui eam totis vitibus suas traductiones intrudendo (vt patet de Aquila, Symmacho, Theodotione) corrum pere sunt conati. Imo nec consensisse, olim cum adhuc pura esset, apparet ex eo, quod Iudei illam repudiabant, ergo tunc etiam discrepabat, alias nulla fuisse causa, cur à Iudeis respueretur. Vnde inter Hellenistas, & Hebreos propter istam interpretationem nunquam bene conuerit. Hæc idem Scaliger in animaduersionibus Eusebianis.

Sexto. Nam incertum est, num hæc editio ab Apostolis approbationem receperit: Nam quod dicitur Evangelistas, & Apostolos ex hac editione citasse testimonia, potuit fieri, vt testimonia ea citauerint secundum hebraicam veritatem, versores autem Græci verterint eadem testimonia iuxta editionem 70. vnde Hieronym. in p̄f̄fatione in Pentateuch. & prologo in lib. 15. Esaïæ, tenet expresse Apostolos iuxta Hebreum allegaste.

Septimo, quia in Ecclesia nunc legitur versio Hieronymi; editio vero 70. antiquata videatur, & cum

cum honore sepulta. Confirmatur, quia si fuisset integra S. Hieronymus labore non subisset iterū scripturam vertendi.

Octavo, quia vulgata omnibus alijs editionibus prefertur; omnesque per istam corrigeantur sunt, nullam ergo Septuaginta Interpretum editio obtinet auctoritatem.

## Confutatio eorumdem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo auctoritas Aristaei, cuius libellus Græcē, & Latine, & Hebreicē in manibus omnium teritur. Completas ait translatione 70. Seniorum aduocati sunt omnes Iudei, qui iuncaderant, & præsente Demetrio, & 72. Interpretibus, eorum versio periecla est, qua auditæ totus Hebreorum cœtus illam approbavit, si ergo fideliter non esset versa talis translationem minimè à Synagoga eo tempore probata fuisset. Non alia via aduersarij respondent, quā hunc libellum esse confictum: idem antea insinuauit Ludouicus Vives 16. de Ciui. Dei cap. 42. Scaliger, & quidam alij, vt Castro disput. de translat. fact. scrip. cap. 36. & Salmeron in prolegom. Sed aperte falluntur: nam ex eo sumunt testimonia Iosephus, & Tertullianus in Apolog. cap. 18. 70. qui historiam edisse res sic loquitur. Affirmauit hac vobis etiam Aristaeas, ita in Græcum stylum ex aperto monumenta reliquit. Hodie apud Seropeum Ptolomæi Bibliothecæ cum ipsis hebreicis litteris exhibenit. Sed dato quod Aristaeas, qui modo circumfertur sit cōfarcinatus ex Iosepho, & vero Atistao, qui hanc historiam olim conscriperat, adhuc probamus intentum: nam vt dicit Castro cap. 42. verus Aristaeus à Iudeis occultatus, & falsarius est, & quia fortè non potuerant omnia exemplaria aboleri, remanserunt semper in testimonium veritatis, & de his loquitur Tertullianus loco cit. exhiberi in Bibliotheca Ptolomæi.

Philo de vita Moysis cap. 9. lib. 2. narrans 70. historiam ait. In secreto igitur loco confidentes, nullo præsente præter terram, & aquam, & aerem, & cœlum, tanquam numine afflati, non aliud alij diuinarunt, sed easdem voces eademque omnes verba, non aliter, ac si Interpres oculi singulis illa suggestis protulerunt.

Ioseph Iudeus in lib. 12. antiqui. c. 2. scribit Demetrium Phalætum interroganti Regi Ptolomæo de libris bibliothecæ, quam ex toto orbe erat extructurus, respondisse se audisse apud Iudeos multa legitimorum volumina (omnem scripturam designans) cura, & bibliotheca Regia digna. Et libro 1. cap. 1. Interpretæ missos ab Eleazaro dicit, quod iusu Regis verterunt ea tantum, quæ ad legem spectarunt, id est doctrinam reuelatam. Miraculorum non meminit Ioseph. Historiam enim texebat Græcis, latiniisque scriptoribus, qui eo tempore cum essent à fide alieni fidem ingerere non putabant. Ipse quoque et si multis sacras historias referat, multa mutat, multa miscet fabulis. Quare non simpliciter ab ipso testimonium sumimus. Quis enim ab hoste veritatem inquirat? sed ad hominem contra suæ gentes, cuius in cœlum esserunt auctoritatem, eiusdem utimur testimonio.

Entropius lib. 2. de bello Punico sic dicit. Hac tempestate Ptolomæus Philadelphius Iudeos, qui in Aegi-

pto erant liberos esse permisit. & wasa Eleazarus Pontifici Hierosolymitanus votua transmittens, diuinam scripturam in Græcā vocem ex Hebræa lingua per 70. Interpretæ transferre curauit.

Secundo principaliter ex Patribus. S. Iustinus Martyr oratione ad Gentiles scribit de Rege Ptolomæo quod cognito 70. istos viros non solum eadem sententia, verum etiam ipsam esse verbis intraslatione usq; ac ne una quidem dictione alium ab alio dissensisse vsque adeo eadem de ipsam omnia conscriperant admirazione attonitum, cum diuina virtute interpretationem absolutam esse credentem, cum quo quis honore dignos illos, ut Dei amantes, & vicissim Deo caros viros iudicat, cum munib; multis in patriam suam redire iussisse; ac libros, ita ut par erat, ex osculatum esse, & Deo consecratum in Bibliothecā ibi reposuisse.

S. Irenæus lib. 3. cap. 25. dicit. Cōuenientibus autem sp̄is in unum apud Ptholomæum, & comparantibus suas interpretationes Deus glorificatus est, & scripturæ vere diuina creditæ sunt, omnibus eundem, & ipsam verbis, & ipsam nominibus recitantibus ab initio usq; ad finem, ut & presentes Gentes cognoscerent, quoniam per inspirationem Dei interpretari sunt scripture. &c.

Clemens Alex. 1. Strom. Cum autem unusquisque sigillatim ex sua propria interpretatione esset propheta, conspirarunt omnes, simul collate interpretationes, & sententijs, & dictiōibus: Dei enim erat voluntas, quæ id ad Græcorum aures consultò comparauerat.

Origenes homil. 1. in cant. Nos 70. Interpretum scripta per omnia custodimus. Legendus idem epistola ad Iulium Africanum, & in cap. 15. epistole ad Roman. dicit. Apostolos editionem 70. citare, idem dicit in cap. 10.

Euseb. lib. 13. de præp. Euang. cap. 7. tota scriptura nostra Demetry Phaleri opera, & Philadelphi Regis aptissimè translata est.

Cyrillus Hierosolymitanus catech. 4. Non facundia, & apparatus sophismatum humanorum factum id fuerat, sed ex Spiritu sancto scripturarum diuinarum interpretatione perfecta est, idem. Hos viginti duos libros à 70. Senioribus Græcē redditos lege, reliquas translationes reiçe, hanc tanum diligenter euolue quam in Ecclesia legitur ac acter.

S. Epiphanius lib. de ponder. & mensur. Verum, ait, mirabile est opus Dei ad hoc, ut cognoscatur, quod illi viri donum Spiritus sancti habentes, consenserunt.

Chrysostomus in cap. 1. Matthæi homil. 5. Ad faciendam, ait, veræ translationis fidem omnibus alijs iure 70. Interpretæ sunt digniores: legendus homil. 4. in c. 1. Genes.

Theodoreetus præfat. in psalm. Si igitur Esdras diuino numine afflatus horum voluminum memoriam illis hominibus renouauit, etiam hi 70. viri non sine sancto spiritu, hæc opera in Græcum sermonem conuerterunt.

Theodorus Anticchenus in Prophetā Sophoniā eandem historiam editionis 70. refert, & subdit. Quorum interpretationem planè liquet accepisse Apostolos, & tradidisse his, qui ex nationibus crediderunt, ad quos vetus testamentum non peruererat, & ab Apostolis accipientes hanc 70. virorum translationem habebus omnes, qui ex Gentibus credidimus, & in Ecclesiis legimus, & domi euoluimus.

Esychius in Leuit. c. 8. dicit 70. Interpretæ. Spiritus sancti afflati scripturas vertisse, idem docet c. 3.

Procopius Gazæus initio Genes. Vetus, inquit, testamentum ex Hebreo sermone Græcè translatum est.

Olympiod. in cap. I. Job. Diuinis Patribus potius adhibēda est fides, quia librum ab Apostolis ex 70. editione acceperunt, eam ceteris interpretationibus prætulerunt, ut quæ à Spiritu sancto manasset.

Ex Patribus Latinis Philastr. de hæres. cap. 90. dicit, quod 70. interpretationem. Legens Ecclesia catholica semper habet, & detinet constanter.

S.Hieronymus epist. 101. ad Pammach. cap. 4. ait, 70. editio vires obtinuit in Ecclesiis, vel quia prima est, & ante Christi facta aduentum, vel quia ab Apostolis, ubi tamen ab Hebraico non discrepat usurpata. Et epistola ad Domitionem, & Rogatianum, quæ habentur in prologo lib. Paralip. vbi dixisset in Græcis, & Latinis codicibus mendosum esse illum codicem subiunxit. Neque hoc 70. Interpretibus, qui Spiritu sancto pleni, & quæ vera fuerant, transtulerunt, sed scriptorum culpe adscribendum est, &c.

Ambros. lib. 3. in examen. cap. 5. de Caim, & Abel cap. 3. de Noë, & arca cap. 16. quanti faciat editionē 70. apparet, & in psalm. 43. in ea verba, quoniam humiliasti nos, dicit de interpretatione 70. Cuius interpretationis testimonia de scripturis nobis sunt accersenda diuinis.

Hilarius præfat. in psalm. docet eos interpres. Cœlesti, & spirituali scientia virtutem psalmorum intellexisse. Legendus in psal. 2. & in psalm. 145. 146. & 147.

S. Augustinus plurimis in locis 70. autoritatem extollit, ac laudat, sed præcipue lib. 18. de ciuit. Dei cap. 43. vbi cum de varijs translationibus Græcis me minisset subdit. Hanc tamen, quæ 70. est, tanquam solætum sic recipit Ecclesia, eaque vtuntur Græci populi Christiani, quorum plerique utrum alia sit aliqua ignorant. Ex hac 70. interpretatione etiam in Latinam linguam interpretatum est, quod Ecclesia Latina tenent, & infra ait de Spiritu sancto, quod qui in Prophetis erat quando illa dixerunt, idem ipse erat in 70. viris quando illa interpretati sunt.

Iulianus Pomerius Episcopus Tolet. lib. 3. contra Iudeos. 70. Interpretes prophetandi potius munere, quam transferendi officio diuinas scripturas revelante, sibi Domino transtulerunt, candem doctrinam sequuntur Rabanus 4. in Genes. cap. 16. Beda de sex statibus mundi, & Hugo in Elucidatorijs sacra Scripturae cap. 9. Petrus Cluniensis lib. 2. contra Iudeos.

Eugypius Abas lib. thesauror. cap. 328. eos appellat Prophetas, & propheticō spiritu addidisse quædam, & afflato Spiritus sancti scripturam vertisse.

Tertio principaliter. Nam Iustinianus Imperator constitut. 146. sic dicit. Qui Græcam scripturam legunt, vtantur interpretatione Septuaginta, quæ omnibus exactior est, & præter ceteras multa continet oculia: præfertum vero propter id, quod in interpretando accidit. Nam cum se per binis eorum conclusi essent, & diuersis locis interpretarentur: unam tamen omnes compositionem ediderunt. Ad hæc quis non illud in ipsius viris admiretur, qui cum longo tempore salutarem apparitionem magni Dei, & Seruatoris nostri Iesu Christi precesserint, tamen illam futuram, quæ præsentibus cernentes oculis prophetica quodammodo gratia ipsos circumfulgente sacrorum illi librorum interpretationē

accommodarunt. Atque hac quidem præcipue omnes intentur, quod testimonium monstrat Ecclesia consensum: nec enim haec sanxisset Iustinianus ad executionem iuuandam, nisi Ecclesia Catholica prius decreto, vel consuetudine, & traditione firma, irrefragabilis esset habita eorum interpretum authoritas.

Quarto principaliter rationibus. Primo ex S. Ireneo lib. 4. cap. 35. Etenim, inquit, cum Apostoli sint his omnibus vetustiores consonant prædictæ interpretationi, & interpretatio consonat Apostolorum traditio, etenim Petrus, & Ioannes, & Mattheus, & Paulus, & reliqui deinceps. & horum sectatores prophetica omnia annuncianerunt quemadmodum seniorum interpretatione continet, quod si scripturæ pro Apostolis traditæ fidem non adhibes, quomodo ceteræ apostolicae, & euangelicae doctrinæ fidem adhibebis? & certe Christus Dominus, secundum versionem 70. citauit scripturam Lucæ 4. Spiritus Domini super me, ex Esa. 61. Matt. 1. citatur ex 70. Esaias cap. 7. Ecce virgo concipiet, & alia multa Rom. 9. ex edit. 70. Esaiæ citatur ab Apostolo illud. Nisi Dominus Sabaoth, &c. & illud. Dominus quis credidit auditui nostro, vt eleganter probant Origenes lib. 8. in cap. 10. ad Roman. Hieron. de optimo gen. interpretandi. Augustinus epistola ad Hier. & lib. de Ciuit. Dei 18. cap. 44. Lege Castro de translat. sacr. script. cap. 13. ex traditione apostolica habitam eam editionem, optimè demonstrantem, & lib. 2. apol. post cap. 61. in apol. pro vulgata Hieronymi.

Et confirmatur primo ex Ansel. in epist. ad Rom. cap. 12. quod si Hebrei, qui Romæ crediderant, non habuissent in auctoritate 70. Interpretum editionem, non proferret Apostolus testimonium ex scriptura, quam non reciperent.

Respondet Danæus, Apostolos, eos, quos probant locos ipsis Græcè Græcis scribentes conuerisse, quos postea nonnulli homines astuti in ea versione, quam 70. appellaron inservuerunt. Sed hoc suum dictum deber ostendere versutus iste. Quare supercilium censorum sati confutatur ex S. Irenei testimonio, & Origene loco citato.

Secundo, quia ex traditione Apostolica hæc eadem editio commendata est. Nā plane liquet, ait Theodosius Antiochenus ad c. 1. Sophon. Tradidisse his, qui ex nationibus crediderunt, ad quos ante vetus testamentum non peruennerat. Quod ad posteros etiam sic delata, idem docet his verbis. [Et ab Apostolis accipientes hanc Septuaginta ut rorum translationem, habemus omnes, qui ex Gentibus credidimus, & in Ecclesiæ legimus, & domi euolumus] & Hieronymus ad Damasum ait, sit verò illa interpretatio, quam Apostoli probauerunt, & Augustinus epist. 19. ad Hieron. ait. 70. virorum translationem aures Ecclesiæ audire consueverunt, que etiam ab Apostolis probata est. Cyrilus Hierosol. 4. cathec. ait. multo te prudentiores, & p̄ magis erant Apostoli, & antiqui Episcopi, qui hanc translationem Septuaginta virorum nobis tradiderunt.

Tertio, quia ut dicit idem Theodosius Antiochenus, stultum est putare si quis dicat Septuaginta viros tot numero, & tales probatos à Pontifice Maximó Eleazaro, & ab uniuerso Israele litteratum sacram interpretationem eruditissimos in verbo esse lapsos.

Quarto,

# De sacrorum Bibliorum versione. 279

Quarto, ex miraculis, quae in tali editione facta sunt. Primo, ex breuitate temporis quo confecta est ex Cyrillo Hierosolymit. Secundo ex Chrysost. quod à Rege idololatra hæc res sit procurata. Tertio, vt non solum in ijsdem sensibus, sed etiam in ijsdem verbis consentirent, quod miraculum non obscurè scripsisse videtur Ioseph, dum scribit Ptolomæum, nactum editionem istam, lætatum, & omnium maxima sibi bona contigisse confessum, nempe cum se diuinis libris, omnes suę Bibliothecę codices longe exuperantibus potitum esse cerneret, propter quod admiratus à Demetrio quæsiuit, cur usque ad ea tempora sacri libri delituisse. Scribit quoq; Iosephus Menedemum Philosophum huius rei admirandę contentionē permotum dixisse diuina prouidentia omnia gubernari, vnde Tertullianus eundem Menedemum vocavit, prouidentię vindicem. quasi tanto miraculo deprehenderit mundi gubernationem à Deo esse, qui sacros libros, & legem veri cultus ostenderat, potentia, & pulchritudine sermonis, vt loquitur Ioseph, ad verborum, & sententiaturum mirabilem confessionem respiciens.

Amplius vt dicit S. Aug. de Civit. Dei sup. cap. 43. *Etiā si non in eis unus apparisset spiritus sine dubitatione diuinus, sed inter se verba interpretationis sūe 70. docti more hominum conuulserint, ut quod placuisse omnibus hoc maneret, nullus eis unus interpres debuit anteponi: multò magis cum in eis signum diuinitatis apparuit.*

Quinto, ex plausu, quo recepta est hæc editio ab initio: nam ex Aristæa, pronus eam editionem Rex adorauit, eam prælegerunt, & claudarunt Alexandrii ex eodem, & Iustino, & Tertull. apologet. sua tempestate dicit hanc translationem in biblioteca Regia contineri, & à Iudeis vulgo legi, & Iustinus in apol. 2. idipsum testatur aperiissime. Interdictum etiam est sub imprecatione né audax aliqua manus aliquid auderet commutare. ex Ioseph. 12. antiquit. cap. 2. Eadem iudaico populo transmissa fuit ex Philastro. Pro beneficio eiusdem translationis anniuer sarius festus dies institutus est ex Philone de vita Moysi lib. 2. cap. 9. dicente. *In Insula Pharo celebrari festos dies singulis annis, eoque navigare nedum Iudeos, sed & alios quamplurimos, ut Deo propter vetus beneficium, cuius memoria semper est recens gratias agant.* idem scribit Rabbi Azarias lib. 3. cap. 8. Ex ea traditione multa scriptis suis interseruisse Philonē, Iosephum, & alios, dicit idem Iustinus oratione ad Gentes, eaque ut diximus Christus, & Apostoli vni sunt, Apostolici, antiqua Ecclesia; quæ & olim correc ta à mendis, quæ irrepererat negligentia, & oscitantia, vocabatur quoque *xovis*, idest communis, & vulgata ex Hieronymo ad Suniam, & Fretellam, quicquid comminiscantur quidam sibi distinguentes inter editionem 70. & veterem communem vulgatam.

Sexto, quia per trecentos annos ante aduentum Domini in carne facta est, & diligenter custodi ta, & in synagogis per plures annorum centuri as à Christo passo asseruata, & per 400. & amplius annos tam ad dogmata confirmanda, quam ad errores confutandos, tam in publicis congressibus, quam ad populum concionibus tali editione Doctores sacri, & ipsa vniuersalis Ecclesia usita est, & hodie in psalmodia eadem editione vtitur per omnia loca,

& regiones: cū ergo vniuersos Doctores sacros (quærum sensum S. Athanasius ipissimam Spiritus sancti sententiam existimat) falsa dicere, vel falsò interpretari, nefas sit dicere; necesse est dicere si falsa erat editio 70. vt decepta fuerit vniuersa Ecclesia, & vniuersi Doctores, quæ res à Dei prouidentia est aliena. Et confirmatur, quia vel editio ista, prout est edita à 70. pugnat, vel non pugnat cum vulgata ab Ecclesia approbata: si non, ergo, sicut hæc est authentica, & illa prout edita fuit ab Apostolis authentica erit: si pugnat ergo per totos illos annos, decepta est Ecclesia, quod est absurdum, cum hoc nihil aliud sit, quam primitiua Ecclesiastam damnare, & Iudeorū, & Iudaizantium causam fouere.

Quinto principaliter, ad hominem, nam Iudei post Christi aduentum satis degenerarunt à versione, quam maiores sui receperunt, atque probarunt. Siquidem usque ad tempora Tertulliani in Synagogis legebatur, vt idem Tertullianus testatur in Apolog. & etiam Iustinus 2. apolog. contra Iudeos, & fetere postea visa est, quia aperte ipsorum impietatē damnabat, dum Christi mysteria videbantur impleta, eam quoque celebrarunt antiqui Rabbini: commendata est à Rabbi Azatia lib. 3. cap. 8. fol. 49. & vocata est decus, *Glōria Israēlis à Deo instiuta. oculus etiam dexter Israēlis.* In Thalmud posteriores Rabbini eandem auctoritatem confitentur dum cap. 1. Megillath confessionem Interpretum, seunctorum admirantur adeo, quod dicant, diuinus etiam eos in quibusdam locis, quæ immutarunt, consensisse, & cum lis orta sit inter Iudeos circa tempora Iustiniani, num esset retinenda Septuaginta editio, hinc inde discrepantibus Iudeis, & in sectas diuisis, à Iustiniano edita est constitutio quedam approbans 70. editionem. in Nouell. quæ est const. 146.

Lutherus quoque non potest esse Iudex huius versionis: nam eode in cap. in sermonibus conuialibus ait de seipso. *Non sum Hebreus iuxta grammaticam, quia non patior me uspiam alligari, sed liberè quoque versus incedo, non ergo iudicium date potest si male, vel bene sint Biblia à 70. sincera versa è suo fonte.* Sed & Beza in prefatione super Job dicit; in Hebraica lingua certam sibi esse suppelleatilem. Vvitakerus in controversijs, sic ait. *Gratè quidem multæ fure versiones scripturarum à varijs auctoribus editæ. illa autem est omnium sine controversia longè nobilissima, ac celeberrima cuius 72. Interpretæ in Aegypto Ptolomæi Philadelphijs pie voluntati morem gerentes, auctores extiterunt, & infra, hanc autem puto Græcorū omnium esse antiquissimam.*

## CONCLVSION CATHOLICA.

*Editio Septuaginta Interpretum in Ecclesia Christi irrefragabilem obtinuit auctoritatem.*

R Espondeo dicendum sicut dicit Chrysostomus homil. 4. in Genes. quod omnes diuini libri veteris testamenti Hebræorum lingua ab initio sunt compoti, & in hoc nobiscum conuenient omnes, verum, vt dicit Eusebius lib. 8. cap. 1. de prepar. Euangelica, cum iam Salvatoris nostri tempora viderentur proprius

aduenire, conducebatque maximè saluti omnium gentium, quæcumque à Prophetis scripta fuerunt intelligere per linguam Græcam, quam ferè omnes gentes intelligent, Indiacam scripturam tñiuersis proposuit. Salvator ergo noster, qui ut Deus omnia præuidebat optimæ dispositione usus Ptolomæo Aegyptiorum Regi traducendorum librorum cupiditatem mœcit, qui scripturam sacram, ut dicit Athanasius in synopsi de versionibus bibliorum, ducetis triginta annis ante incarnationem Domini Nostri Iesu Christi sunt interpretati. Quorum auctoritas irrefragabilis ex eo demonstratur. Primum ut dicit Hilarius in psalm. 2. quod ante aduentum corporalem Domini transtulerunt, nec adulatio interpretandi adhibita tempori arguitur tanto antiores interpretationis ætate. Deinceps, quod illi ipsi principes Doctoresque Synagogæ, & præter scientiam legis per Moysen quoque doctrinæ secretiore perfecti, non potuerunt non probabiles esse arbitrii interpretandi, qui certissimi, & grauiissimi erant auctores docendi. Tandem, ut dicit Isid. Hispal. lib. 1. de offic. &c. Quia omnes libri per Spiritum sanctum interpretati inueniuntur, ut non solum intellectio, verum etiam in sermonibus consonantes inuenientur, traditur enim, ait August. lib. 18. cap. 43. quod cum ad hoc opus separatis singuli fuderint, in nullo verbo quod idem significaret, ac tantumdem valeret, vel in verborum ordine alter ab altero discrepare: sed tanquam si unus esset interpres, ita quod omnes interpretati sunt unum erat: quoniam vera spiritus erat unus in omnibus, sicut scripturam interpretati sunt, ait, idem August. 2. de doctrina Christiana cap. 15. Quemadmodum congruere Gentibus ille, qui eos regebat, & qui os unum omnibus fecerat Spiritus sanctus indicauit, neque enim ut dicit Clem. Alex. 1. Strom. Ab inspiratione Dei erat aliena, qui prophetiam dederat, ut interpretationem quoque tanquam Græcam efficaret prophetiam. Quare concludendum est, ut dicit S. August. lib. 10. de Ciu. c. 43. Cum fuerint alii Interpretates, qui ex Hebraica lingua in Græcam, sacram scripturam transtulerint: hanc tamen, quæ 70. est, tanquam sola esset, sic receperit Ecclesia, eaque utuntur Græci populi Christiani, ut plerique eorum utrum alia sit ignorant, & ut etiam dicit Julianus Pomerius. Illa vobis, & sola pro his amis est observanda auctoritas 70. Interpretum, que merito omnibus editionibus, & translationibus antefertur, quam etiam usque omnes Doctores Ecclesiastici tenuerunt, eamque summis praconijs celebrarunt, ut supra ostensum est, ut idem Pomerius et recenseret lib. 3. con. Iudeos.

### Solutiones oppositionum.

**A**d primum et si nonnulli è nostris etiam, ut Leo de Castro proem. in Isa. de translat. fac. scrip. cap. 35. & Salmeron prolegom. 6. dubitarent de hoc opere, an esset illis author Aristæas, & ante istos Viues in com. 42. lib. 18. de Ciu. tamen ex eo libro tanquam ab Aristæa composito disertis verbis testimonia citant, & sumunt, Iosephus supra, Philo, Tertull. Euseb. Zonaras annal. tom. 1. & scribit idem Hieronymus aperte in Pentateuchi præfatione, & ep. 104. & quando ab ipso Aristæa non esset historia talis descripta, veterum testificatio de eadem historia satis esset. Eam enim tradunt Aristobolus Iudeus Peripateticus (de quo fit menio 2. Machab. cap. 1.) in lib. ad Ptholom. Philometorem; Iudeorum an-

tiquorum eidem testimonium perhibet, traditio attestatur, peregrinatio ad Pharum, festisque institutio non leue argumentum ministrant. Ipsi quoque Thalmudistæ negare non possunt. Eamque historiam admittunt, ita in Megillach cap. 1. & Thalmudistæ Hierosolymitani tractatu de ieiunijs, & tractatu de Scribis. Ioseph Gorion lib. 3. c. 2. Ioseph in compendio de hac re non dubitant.

Ad primam confirmationem. Quidam dixerunt esse Ptholomæum Lagi Soterem, ut Iren. loc. cit. Anatholius in canonibus Paschalibus. Alij volunt esse Philadelphiū, quod probabilius est: prior enim Ptholomæus infensus fuit nationi Iudeorum, cuius ingentem multitudinem captiuam duxit, quam Philadelphius libertate donavit, eiusdemque gentis fidelis fuit. Franciscus Iunius dicit sine probatione sub Ptholomæo Lagi cœptam, sub Philadelphio consummatā. Sed hoc non potest subsistere cum opera Demetrii, Rex in notitiam venerit scripturæ Hebraeorum, Demetrius autem sub Philadelphio flouruit. Sed & Clementem Alexandrinum de utrolibet dubitasse dicunt quidam: afferit enim ante Alexandrum Magnum Græcē redditas esse litteras sacras, & ratio ad stipulatur, nonnisi Græcē Platonem, at Trismegistum, multosque Platonicos easdem litteras legisse, dicere necesse est. Quin quod Theopompus, & Theodactes, qui fuerunt ante 70. Interpretates, eo quod multa addere vel minuere tentarunt, meritis dederunt poenas; cerò ergo certius esse debet. Græcē legisse non Hebraicē sacras litteras. Sed dicendum hoc argumentum probare, ut notat Serarius cap. 16. quæstiuncula 2. fuisse aliquam translationem Græcam ante 70. non tamen omnium librorum, sed primi capitinis Geneseos, vbi agebatur de prima rerum productione à prima causa, quam sententiam tuerunt Genebrar. in chron. Bellarm. lib. 2. cap. 5. licet neget Baronius tom. 2. annalium, & forte intercidisse illam translationem verosimile est, unde Philadelphius à Præposito Bibliothecæ persuasus, misit ad Eleazarum ad postulandum Interpretates, quod ut facilius imperetraret, infinitos captiuos Iudeos liberauit, plurima dona ad templum transmittendo.

Ad secundam confirmationem respondetur, occasione instruenda Bibliothecæ sualium Philadelphium à Demetrio, quod sicut vnde conqueritos libros in illa reponebat, sic hos sacros libros, à fortiori, tanto plausu per Iudeam diffamatos, reponi curaret, non eo consilio, ut caperet occasionem diuexandi Iudeos, ut ait Iosephus in compendio, cum potius humanissimus fuerit Iudeis ex hoc p̄stito beneficio. Nec ut alij dicunt eos auertendi à patrijs legibus, ut dicit liber de Regibus templi secundi; cum potius visum sit ex Irenæo, eam translationem adorasse. Licet autem Demetrius incurrit Regis indagationem nihil prohibet, ut in gratiam postea illum receperit, vel innocentem pronunciando, vel veniam absoluendo, industria, & litteris Demetrij patrocinio in hac causa præstantibus.

Ad tertiam confirmationem. Quod fuerint 72. seniores apud omnes fermè authores supra citatos compertum est; cuius numeri congruentiam S. Epiphanius assignat, ut assimilaretur talis numerus illi numero seniorum, quem Moysi præceperat Deus tanquam Senatum Moysi consulere, &c. idem dicit Hila-

Hilarius in psal. 2. vnde merum delirium est, quod haberur in Thalmud Hierosolymitano tract. Megillath hunc numerum restringente ad quinarium, cum aliud Thalmud, & Rabbini alij sepe istos vocent Zekenim. Selectos autem ex omni Tribu patet ex Leonio, Euthym. Chrysostomo in Matt. cap. 5. qui Pharisæos etiam solitos eligi ex omni Tribu trahunt. Nec fuit id difficile in prout eos habere summum Sacerdotem, & Hierosolyma transmitti; etenim satis improbabilis, & crassa conjectura est aduersarij, ex captiuitate nullos relictos ex omnibus Tribubus; neque enim omnes in Assyriam translati sunt captiui sub Nabuchodonosor, ut patet ex Judith 2. vnde, & tempore Nativitatis Christi Domini etiam legimus habitasse Hierosolymis Annam Phanuelis filia, & D. Iacobus duodecim Tribubus, que erat in dispersione scripsit epistolam; imo quin Babylone erant, vel Media soliti erant ultra citroque commercare, ex Rabbi Abraham David lib. Nabala inscripto. Quod vero 70. inexpertes fuerint Hebraicæ lingue, nonnisi nebulonum impostura est, cum fermè vniuersi Patres cit. legis peritissimos, linguarumque scientissimos insinuent, ita Epiph. Iustinus, Chrysostomus, Hilarius supra cit. Theodorus Antiochæ. in cap. 1. Sophoniae, imo Hilari. vocat eos, Principes, Doctoresque Synagogæ, vnde non leuem conjecturam sumunt aliqui fuisse ex Magno Synedrio, seu Conilio Hierosolymitano. Kabalistas, & Mythagogos fuisse appareat ex eodem Hilario dum dicit in Synedrio per Moysem instituto secreta legis mysteria tradita fuisse à Moysi.

Ad secundum. Sententia Epiphanij satis consonans est Aristoteles, Iosepho sup. Phil. lib. de vita Moysis, Tert. in apo. c. 18. Atha. in syno. qui nō sub Ptolom. Lago, sed sub Ptolomeo Philadelphio hanc historiā quoque accidisse narrant, & si tempus non designet, sicut facit Epiphanius, qui etiam addit 17. annum Philadelphij fuisse 291. annum ante Christum natum, & merito tali tempore id factum esse dicit Eusebius 8. de prepar. euang. cap. 1. ne si post Christi tempora fieret, Iudæi ex inuidia, vel traductionem occultaret, vel depravarent, &c. Concedimus autem ante tempus huius translationis aliquam fuisse olim Græcam translationem; nam & Numerius Pythagoricus nihil aliud dixit esse Platonem, nisi Moysem lingua Attica loquentem: Trismegistrus ob Mosaiçæ doctrinæ imitationem, Mosæus appellatus esse perhibetur. Pythagoræ Mosaycam doctrinam emulatum tradunt graues auctores. Theopompos, & Theodates ante 70. Interpretes, ut dictum est supra etiam Aristæa teste, quia ausi sunt quædam sacris sciti pturis detrahere, & ad sua instituta accommodare. percussi sunt à Domino. vnde probabile est, aliquam Græcam editionem fuisse, quam isti Philosophi legerent, atque consulerent. Vnde bene scripsit Clemens Alex. lib. 1. strom. ante Alexandrum Magnum translatam sacram scripturam Græcè. Verum vel casu, aut temporum iniuria periisse istam translationem dicendum est, vel solum ante Alexandrum, quod probabilius est solum primum caput Genesis, in quo rerum productio describitur translatum fuisse dicendum est, cetera vero flagitante Ptolomeo opera 70. Interpretum fuisse translata. Quod Scaliger addat Demetrium iam obiisse, solus est in hoc asseuerando, quod tamen destruit scriptorum

consensus. Quod clamat esse eiusdem styli illas tres epistolas, ac proinde vnius esse hominis, atque ficticias, temeritas est insignis, cum nouo isti Thrasoni refragetur antiquitas. Quod verò addat duas illas Epiphanio esse stylo diuersissimas, nūge sunt. Quod etiam sententia distent, mere impostura.

Ad illud de loco. quidam propter auctoritatē negatiuam Aristæi, qui cellularum non inveniunt, sed tantummodo quod in eadem domo commorantes disserbant ipsi 70. Interpretes inter se quid consonum redderent (vt Titelm. prefatione in vulgar. Massius pref. in Iosue & Bellarm.) & propter aliam auctoritatē negatiuam desumptam ex silentio Philonis, Tertulliani, Chrysostomi (qui de ijsdem cellularis mentionem non fecerunt) in sententiam illam abierant, fabulosum esse figmentum, quod de cellularis adstritur. Sed hoc nullo modo potest stare, primò, quia antiquitas coena Apostolorum temporibus id expressè tradidit, ita Iustinus, Ireneus, Clemens Alex. 1. strom. quos posterior Doctorum etas secuta est, Cyrill. cath. 4. Theod. in Genes. & alij, vt hæc sententia in animis penè omnium principatum occurrasse videatur, & ipse Iustinus oratione ad Gentes ait. Hec vobis o viri Greci non vt fabulam, neque vt confitam historiam renunciamus sed qui ipsi Alexandriæ fuerimus, & vestigia domus scalarum apud Pharum adhuc reliqua viderimus. & ab incolis, qui res patrias à maioribus per manus sibi traditas acceperunt, audiuerimus, commemoramus. At fieri potuit aut Bellatinius lib. 2. de verbo Dei cap. 6. vrs. hæc sententia, vt Iustino fabulosa, & conficta persuaserint. Contrarium benè prudens Sanctus Iustinus potuit discerne, re inter alias traditiones, & iudaica figura, præterquam quod ocularis testis fuit ruinarum domuncularum, quæ superfluerant. Accedit, quod non est verisimile Iudeos hostes Christianorum contra sedare voluisse testimonium, miraculum hoc publicando, imo occultassent potius si à veritate coacti non fuissent, propalare magnalia Dei; & contra confitū à Christianis miraculum conclamassent. Secundo, quia expresse S. Augustinus 18. de Ciuit. Dei cap. 42. antiquiores Patres imitatus non diuinum vocasset consensum, nempe quod separatim singuli Interpretes sederint, nec in verborum ordine discerent. At respondet idem. satis est ad miraculum, quod absque cellularum distinctione in unum concordarint, nam dicit S. August. 2. de doctrina Christiana cap. 15. quasi uno ore scripturam interpretari sunt; satis autem dicere in unum conuenisse, & inter se concordasse; nam certè opus Dei est etiam si in unum conueniat ad disceptandum multitudo, & concordet: siquidem multitudo iudiciorum diuersitatem sententiarum patere solet, & nonnisi diuinitus concordare possint. Sed contra, nam mirabilius est 70. non contulisse de edenda interpretatione, & separatim illam edidisse, & nedum Augustinus dicit, uno ore, interpretatos fac. scripturam, sed ut patet loco citato de Ciuit. Dei, separatim singuli, ad interpretandum sederunt, &c. præterea, quia S. Iustinus citat Philonem, Iosephum, & alios. Et quantum attinet ad Philonem sic dicit, Philo 2. de vita Moysis. In eo secessu cum confidissent solitarij nomine interueniente arbitrio, præter naturæ partes, cœlum, terram, &c. de quibus primum prodituri erant mysterium, &c. tanquam numine correpti, non alia alij, sed omnes ad

verbum, eadem quoque quopiam dictante singulis inuisibiliter. Iosephus cum in contestem allegetur à Iustino, non est impossibile (sicut in multis de Christo testimonijs accidit) Iudæorum fraude esse deleta. Aristæas si tacet de cellulis non negat; aliud autem est aliquid tacitè præteriri, aliud aperte negari. Potuit fieri, quod in eadem Basilica essent plures cellulæ, & quod facta editione seorsim postea inter se contulerint, vel prius sessione facta, & ad inuicem conuenientibus, & precibus Deo se commendantibus, ad cellulæ commearint. Benè etiam notat Castro c. 38. ex verbis libri Aristæas etiam haberi mentionem cellularum, nam cum dicat de Rege *curé d'or faciens in domo aedificata propè littus maris*, *adhortatus est viros ad faciendam interpretationem*, nam & *curé d'or* non tatum Basilicam, quam domum, & hospitium, vbi simul commorerent potest significare, necessario insinuantur cellæ, vbi multi habitant singillatum: nec deesse poterant in domo potentissimi Regis, dato vero quod Basilicam significet, non est improbabile in eadem Basilica iunctum palatium, vbi cellulæ illæ constructæ erant. Hieronymus autem, Aristæas argumento negatiuo persuasus, nos non debet à cubiculorum, & cellularum assertione tot Patrum testimonijs robora auocate. Epiph. autem in cellularum numero non dissentit à reliquis: nam dum binos in singulis cellis consedit dicat, sicut etiam in Nouell. 147. Iustinianus affirmat. 72. cellulæ 36. assignat. Ille autem scrupulosus, quem iniicit arguens illum librum non esse Aristæas leuis est, & iampridem eo punctus est Viues in annot. ad c. 42. 16. de Ciu. Dei, quem utinam non secuti essent graves aliqui Doctores, vt Leo de Castro in Esa. c. 35. Salmeron. in prolegom. nam præterquamquod ex eo citant testimonia vetustissimi Ioseph, Philo, Tert. Euseb. Hieronym. & in ijsdem ad verbum reperiuntur testimonia, sicut in eo, qui circumfertur modo, esset hoc critico stylo omnium veterum authoritatem prosternere; cum tamen non nisi ex antiquitate, successione prisorum, authores librorum innotescant, vt supra diximus.

Ad tertium, impostura est Iudaizantium, & Hæreticorum 70. viros de imperitia taxare, cum teste Philone, Iosepho 12. de antiq. cap. 12. & plusquam vatiniandum odium est, tales viros de ignorantia traducere, quibus velint nolint antiqua synagoga testimonium perhibuit.

Et quantum attinet ad sententiam S. Hieronymi, sunt qui dicant (vt Scalante lib. 6. cap. 8.) S. Hieronymum ijs verbis (quibus cum esset iunior 70. versionem examinavit) excessisse, nec enim vnius S. Hieronymi authoritas præferenda est sententiæ vniuersali Sanctorum Patrum contrarium docentium; se ipso vero doctiorem factum postea suam hanc sententiam correxisse alijs locis, patet ex uno prologo super Paralip. vbi eos plenos Spiritu sancto, quæ vera fuerunt transtulisse, docet apertissimè. Sed plenius respondeatur S. Hieronymum suas interdum, & alienas referre sententias, in suis commentarijs nedum Iudaicas, sed etiam hæreticas, selectum relinquentes Catholicos, & orthodoxos. Vnde cum 70. videtur parum deferre, non ex sua sententia loquitur.

Illud quoque non esse absurdum dicit Castrius lib. 2. apolog. fol. 130. multa ab Hæreticis, & Iudeis

scriptis Hieronymi esse inserta, quod tam Doctorum virorum, quām ipsius Erasmi hostis nostri testimo[n]io probat.

Vel dicendum sépissimè Hieronymum variam agnoscere lectionem Hebraicam, & diversimode posse verti, vt patet cap. 38. Esaie in illa verba. *sicut pullus hirundinis*, quod alij *ciconiam*, alij *equum* transtuluerint, & alibi, & in tanta varietate nullam Hieronymus damnat, quare vt à S. Hieronymo interdum defenduntur Aquila, Symmachus, Theodosio, aliter legentes ex diversa punctuatione, multo magis aliter legentes 70. veneratum esse, certissimum est argumentum, quod nō querit diuinitus 70. illustratos, camque editionem ab Apostolis citatam. Sed etiam dici potest; omnibus illis locis, in quibus aliquid addidisse, vel truncasse, &c. dicit Hieronymus, non debere intelligi, aliquid eorum factum esse ab Interpretibus contra veritatem textus Hebraici, sed si addiderunt factum esse Euphoniam gratia ad maiorem explicationem, & quia aliqua per traditionem accepta ne perirent litteris consignabant: vel si aliquid detrahabant, id factum esse (vt dicit idem Hieronymus) ne Regi illi propalarent mysterium Trinitatis, & aduentus filii Dei (vt dicit in p[ro]fatione Pentateuc.) ne scandalizarentur; neve (vt idem dicit) arcana fidei ethnici detegerent, & haec omnia tempore gratia pandenda resteruerent. Cetera vero errata non interpretum vitio, sed librariorum culpa irrepsille sépissime docet. Loco vero inter se prima facie pugnantia secundum verba, non secundum sensum pugnare manifestum est. Quare merito S. Hieronymus, contra Ruffinum, ab eo sugillatus, quod finit[er] de interpretibus locutus sit, se purgat evidenter, sic dicens. *Egone contra 70. Interpretates aliquid sum locutus, quos ame annos plurimos diligentissime emendatos meæ lingue studiosis dedi, quos quotidie in Conueniu Fratrum edidiero, quorum p[ro]almos iugi meditatione decantop[er]stulit[us] eram, vi quod in pueritia didicis, ex obliuisci vellem? uniuersit[er] tractatus mei horum testimonijs textu sunt, vbi a pueritia recte etiam sensisse de Interpretibus confitetur.*

Ad ocularem respondet ostensionem. De loco illo Esaie ibidem, S. Hieronymus causam reddit dicens, *nominum maiestate perterritos 70. reor, non esse ausos dicere de pueri, quod aperiè Deus appelladus sit. Similuerne Rex audiens Deum habere filium putasset Platonis dogma introduci, quod Rex ille sectabatur super presserunt eum locum, vt unum Deum colere diceretur, & est ratio Hieronymi in Pentateuch. Sed dices non fuisse veritatem dimittendam propter scandalum, quin sincera veritas sacræ doctrinæ traderetur. Sed hoc nihil est, nec enim tunc necessarium omnibus erat explicitè credere: ita mysteria, quæ eo temporis articulo propalanda non erant, sed occultanda usque ad tempus publicationis Euangelicæ prædicationis. Quare nulla existēt necessitate, non debebant eadem mysteria euulgari. vide S. Thom. 2.2. quæst. 43. 2.7. Ad illum locum Hieremiæ, idem Hieronymus ibidem admiratus respondet, *cur à 70. sit prætermissum nescio, nisi forte, quia pepercérunt populo suo: sed dici potest cum legatur apud Origenem hom. 12. in Ieremiam, & Theodorenum, insuper, cù habeatur in Complutenib[us], & Regijs Biblijs, & in aliorum interpretum editionibus, & exquisitiōnibus exemplaribus cum appositione asterisci, quod**

*ex alijs exemplaribus potius exciderunt, consulendi  
interpretes in hunc locum.*

Ad locum omisum ex Ezech. respondet non finisse ausos illud ponere cum ante eodem capite dictum esset, non reverebantur cum incederent, &c. ad evitandam obiectionem, in specie tantum apparentis contradictionis, & vitandi scandali.

Ad illud de additione Aristaeas dicit expressè, quod completa editione 70. vocati sunt omnes Iudei, qui tunc aderant, & rogati sunt ut suas explicarent tentias, & præcipue an aliquid adiectum, vel mutatum esset ab Hebraica versione, & nemine contradicente magno applausu fuit talis editio recepta: similiter & Philo lib. 2. de vita Moysis, dicit. *Omnia ad verbum transfluisse ita propriè, ut quicunque sciret virumque linguam statim iudicaret nihil esse ablatum, vel mutatum, qui intelligendi sunt, quod nihil addiderint Interpretes extraneum, & adscitum, nihil detraxerint eorum, quæ vulganda erant.* Sed S. August. 18. de Civit. Dei cap. 43. respondet. *Quicquid est apud 70. in Hebreis autem codicibus non est, per istos maluit, quam per illos spiritus sanctus dicere, sic ostendens virosque suos Prophetas, isto enim modo alia per Isayam, alia per Hieremiam, alia per alium, atque alium prophetam, vel aliter eadem per hunc atque illum dixit, ut voluit. Quicquid porro apud virosque inueniuntur, per virosque dicere volui unus, atque idem spiritus, sed ita ut illi præcederem prophetando, sibi sequentur prophetias illas interpretando.* Vel dicendum ex Hieronymo lib. de optimo genere interpretandi, quod cum animaduerterent 70. quosdam sensus Hebreos non posse in Græcam linguam seruato pari verborum numero, ita significanter transfire, ea de causa dictiones alias addidere, ut quod pari verborum numero ad plenum exprimere non poterant, adiectis alijs vocibus significatiuis, est caciis exprimerent, quod etiam Apostolos, & Evangelistas fecisse ibidem exemplificat S. Hieronymus. Accedit, quod emphasis gratia plerumque plures voces addiderunt. unde in versiculo primo psal. 21. *Deus Deus meus, ut quid me dereliquisti, interposuerunt. Respic in me, ut supplicantis, & expostulantis affectum potentius, ac viuidius explicarent.* Sic ad explicandum peccatum, quod secreto committiebatur, malum fuisse scribunt in conspectu Domini, quod nulla posset tergiuersatione celari. Ad explicandum vero modum mortis, quod scilicet non ex putredine, vel humorum corruptela, sed ex ipsa senectute mortuus sit Abraham, apposita est illa particula, & deficiens mortuus est. unde Epiph. lib. de ponderibus, & mensuris. 70. duo Interpretes has electiones à seipso apposuerunt, & non frustra, sed potius ad utilitatem: cum enim ad defectuas dictiones illas apposuerint, lectionem ad claritatem deduxerunt, ut credamus nos etiam participes ipsos factos suos spiritus sancti, quorum enim nullus unus erat, ea repetere omiserunt, ubi vero claudum videbatur verbum esse in Græcam linguam translatum, illuc additionem fecerunt.

Ad illud de transmutatione Ludonicus Vives lib. 1. de corruptis artibus, seu disciplinis, fortuito accidisse dicit, ut editio 70. pugione perfoderetur, ut multa verba intelligi non possent, alia delectorum verborum loco supposita esse, unde transmutatio, & variatio contigit. Sed ubi à quibus sit facta ista-

confessio debebat nobis dicere Vives, qui si diuinationem suam de aliquo codice persuadere potuisset, de omnibus exemplaribus, quod fuerint confusa, probare non valuerit. Sed dicendum cum Augustino 18. de civit. Dei cap. 44. multa esse apud 70. Interpretes, quæ cum Hebraica veritate discrepare putantur, at si bene intellecta fuerint, inuenientur ei non esse contraria. Vnde Hieronym. lib. de optimo genere interpretandi, si screpant, ait 70. *Interpretes, nostraque translatio, at tamen sermonum varietas spiritus unitate concordat.* Sic conciliari possunt Interpretes cum Hebraica, ut primō inuenient aquā, & sic nūc iauerint, ut dicunt 70. *Non inuenimus aquam, postea inuenient, ut habeatur in vulgata.* Inuenimus aquam. Vnde Augustin. quæst. 78. in Genes. viramque lectionem admittit, quare utique sensus, ut notat Senensis noster, utique historia ap̄stoli potest. Vide Pererium, & Ludovicum nostrum Villam. Vel dicendum cum Augustino lib. 15. de civ. cap. 14. quod vbi est talis diversitas inter 70. & Hebraicam, ut verum virumque non possit esse, rerum gestarum fides, ab ea lingua repetenda est, ex quo interpretatum est, quod habemus. Vnde in Hebreo, Aquila, Symmachus Complutensis, Græcis legitur affirmatiū, quanquam in nonnullis Græcis, & apud Chrysostomum in homil. 52. in Græcis, S. Ambros. lib. de Isaac cap. 4. negatiū legatur, quare mendosi aliqui codices 70. sunt existimati. Ex eo etiam, quod in Hebraicis verbis est multiplex significatio, magis quam in ceteris linguis, potuerunt iuxta unum sensum Interpretes legere scripturam, & secundum illum in interpretari, ad sensum, non verba attendentes, more peritorum Interpretum: unde non mirum si appareat in verbis varietas, & sic alia loca adducta soluuntur. Potuit etiam ista diversitas accidere scriptoris errore, ut dicit S. August. 15. de civit. cap. 13. & ut dicit Hieronymus præfat. in Paralipon. Cum pro varietate regionum diversa ferantur exemplaria, ut germana illa, antiquaque translatio corrupta sit, atque violata. Vel dicendum tandem, quod vbi non est scriptoris error, ut dicit idem Augustin. lib. prædicto cap. 14. *Aliquid eos divino spiritu, ubi sensus esset consentaneus veritati, & prædicans veritatem, non interpretantur more, sed prophetantium libertate aliter dicere voluisse credendum,* & cap. 43. 18. de civ. Dei ait. *Propheta quisquis alius ex Hebreo in quilibet aliam linguam Interpres est verus, aut congruit illis 70. Interpretibus, aut si congruere non videtur, alii tuto prophetica ibi credenda sit, spiritus enim, qui in Prophetis erat quando illa dixerunt, etiam idem ille erat in 70. viris, quando illa interpretati sunt.*

Ad illud, quod additur de annorum supputatione responderetur ex S. Augustino 15. de civit. Dei cap. 13. his verbis. Credibilius ergo quis dixerit, cum primum de Bibliotheca Ptolomei describi ista cœperunt, tunc aliquid tale fieri potuisse in uno codice, scilicet prius inde descripto, unde iam laius emanaret, ubi potuit quidem accidere etiam scriptoris error. Sed hoc in illa questione de vita Mathusalem non absurdum est suspicari, & in illo alio, ubi superantibus 24. annis summa non conuenit. In his autem, in quibus continuatur ipsius menditatis similitudo, ita ut ante genitum filii, quod ordini inseritur, alibi supersint centum anni, alibi desint, ut summa conueniat, & hoc in prima, secunda, tertia, quarta, quinta, sexta, & septima generatione

inuenitur; videtur habere quandam, si dici potest, error ipse constantiam, nec casum redolet, sed industria. itaque illa diversitas numerorum aliter se habentium in codicibus Græcis, & Latinis, aliter in Hebræis. ubi non est ista de centum annis prius additis, postea detrahit per tot generationes continuata parilitas, nec malitia Iudeorum, nec diligentia, vel prudentia. Interpretum, sed scriptoris tribuatur error, qui de Biblio theca supradicti Regis codicem describendum primus accepit, hæc S. August.

Specialiter autem ad factum Mathusalem etiam respondet S. Augustinus quæst. 2. in Genesim, quod hanc questionem plurium codicum mendositas peperit: non solum quippe in Hebreo aliter inuenitur, verum etiam in 70. interpretatione Mathusalem in codicibus paucioribus, sed verioribus repetitur fuisse defunctus sex annosante diluvium. ] Vnde mendositas illa ex supputatione annorum, orta est vitio scribentium: siquidem anni 20. qui supererant vita Mathusalem post diluvium, ablati sunt ab annis Mathusalem ante generationem Lamech.

Ad illud ex Iona. S. Augustinus eo loco percussus, excitatus est, de ciu. lib. 17. cap. 44. [ Ut vtraque inquit auctoritate non spreta ab historia se attolleret ad ea requirenda, propter quæ significanda ipsa historia descripta est. ] Vnde & Christus ipse prægnatur, in cuius Ascensione 40. dies notantur; triduum vero in Resurrectione. Idem dicit quæst. 169 in Genes. quam responsionem indicauerat prius S. Iustinus dialog. contra Triphonem, dum dicit [ petentibus signum Iudeis, respondit Dominus. Generatio prava, & adultera signum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum Iona Propheta. ] Sed hic sensus allegoricus est, quantum attinet ad litteram. Iustinus legit adhuc 43. dies & Ninive subvertetur, ut tam sepultura Christi, quam vastatio Hierusalem post 40. annos significetur (& sic 70 transstilise docet Canus lib. 11. cap. 5. ad 12.) vnde cum in maiori numero minor numerus includatur nulla est contradicatio. Sed nullus codex ita legit, & forte disiectuè legit Iustinus, vel, pro, & sic fecit Origenes homil. 16. in Num. Dici etiam potest ibi nullam esse contrarietatem, sed solum diuersitatem: vox enim Hebræa נְבָקֵת Subuersa, vel subvertetur significacionem habet mutationis, tam immelius, quam in peius, & sic mutatio Ninivitarum ad pœnitentiam fuit facta tertia die vnde 70. legunt adhuc tres dies, & Ninive vertetur. in peius vero comminabatur destrucción Cittatis, nisi pœnitentiam egissent, & sic dicitur, adhuc 40. dies & Ninive subvertetur. Vel dicendum cum Athanasio oratione de cruce, & Passione Domini, non Deum mutasse sententiam, Sed tres dies induciarum dedisse ad pœnitentiam, vnde vtrumque dixit Ionas, sed diuersis temporibus, primo die adhuc 40. dies, & triginta septem diebus transactis dixit, adhuc tres dies, &c. vnde Chrysostomus hom. 10. ad Ephesios legit, tres dies, alibi vero legit, quadraginta dies, vt in epistola 5. paranætica ad Theodorum lapsum ex Leone Castrio de translatio, sacr. script. cap. 24. Alij dicunt quod cum numerus litteris tam apud Hebreos, quæ Græcos exprimatur, facile vnum numerus mutatus est in alterum, nempe ternarius in 40. & varietas hæc data opera Spiritus sancti relicta est, vt ex illa-

vbertate multiplex sensus insinuetur, quod si ille orator Cicero, aiunt, singendo se lapsum memoria, vt aliquid tamen malitiosè significaret dixit, semper hic erro, Spiritus etiam sanctus permisit hanc mutationem, vt dupli lectione plura significaret, vt dixit Augustinus, & alij Patres. Sed & Ribera dicit fuisse corruptum processu temporis hunc locum 70. Interpretum, & sic dicendum est in omnibus supputationibus annorum, in quibus 70. à vulgata discordare videntur.

Ad illud, quod additur, Hieronymum dicere 70. non fuisse Prophetas, respondeatur, quod aliud est dicere non fuisse Prophetas aliud est non fuisse Spiritu diuino præditos. Non fuisse Prophetas in rigore S. Hieronymus dicit; non enim acceperunt lumen diuinitus infusum, quo futura prædicarent; habuerunt tamen instinctum propheticum ad scribendum, & directionem, & illustrationem peculiarem Spiritus sancti in exponendis Prophetis sine errore, & eorum intelligentiam assequendo: & sic quantum ad hunc effectum, ait S. Hieronymus præfat. 2. in Paralipomen. & epistol. ad Dominionem, [ 70. Spiritu sancto plenos vertisse sacras scripturas] & in Pentateuch. ait [ non damno, non reprehendo 70. sed confidenter cunctis illis Apostolos præfero: per istorum os Christus mihi loquitur, quos antea Prophetas inter spiritualia charismata positos lego, in quibus ultimum penè gradum Interpretes tenent ] itaque graduatio tantum inter istos ex Hieronymo assignatur. Sed vnius & idem Spiritus sua dona distribuens, Apostolatus, prophetiæ, interpretationis sermonum insinuat, & quia vt dicit idem Augustinus [ Spiritus, qui in Prophetis erat quando illa dixerunt, idem ille erat in 72. viris quando illa interpretati sunt ] vt supra dictum est. Sed diuersimodi illis prophetiæ donum simpliciter impariendo, iis intelligentiam propheticam, & instinctum propheticum largiendo, vnde non sunt simpliciter dicendi Prophetæ, sed vt dicit Epiphanius de ponder. & mensur. ex parte Prophetæ.

Ad quartum. Illud argumentum postulat difficultatem an omnes libri veteris testamenti fuerint traducti à 70. Solos libtos Pentateuchi traductos videntur affirmare Aristæas, Iosephus, & Philo lib. 2. de vita Moysis, & Hieronymus in qq. Heb. & in Ezecl. cap. 5. & 15. ex Michea 2. quam sententiam tenere videntur Thalmudistæ initio tractatus Scribarum, vbi habetur, Ptolomæum Regem dixisse Interpretibus, scribete mihi legem Moysis Magistri vestri. Hanc sententiam sequitur Mariana tract. de edit. vulg. cap. 14. & alij, & ratio, aiunt, suader quia translatione Pentateuchi excellentior reputabatur inter omnes alias Græcas editions veteris testamenti. Sed hoc nihil est; nam, quod Doctores allegati 70. legem transstilise prohibeant, legis nomine non tantum Pentateuchus intelligitur, sed etiam alij libri prophetales, vnde Ioan. 10. dicit Christus Dominus. nōne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi, Dixisti? & tamen hoc testimonium in psalmis non in Pentateuchō legitur Esai. 28. sua vaticinia legem appellat. Similiter cap. 1. ipsa autem vox נְבָקֵת, qua legem appellat, doctrinam significat reuelatam, quæ omnes sacros libros complecti dicere necesse est. Sed Iræneus lib. 3. cap. 25. omne vetus testamentum vertisse docet cum Iustino dialogo cum Triph. & oratione

oratione parva ad Gentes, Cle. Alex. 1. Strom. Cyril. cath. 4. Euseb. 8. de præpar. euang. & Epiph. lib. de ponder. & mensur. qui ait 27. libros, qui propter duplicationem elementorum ad 22. libros cōtrahuntur fuisse translatos, & est communis Doctorum sententia, quam egregie tuerur Leo à Castro in disput. de translation. sacræ scripturæ cap. 25. 26. 27. & hoc probabilius est, nam non est verisimile, quod Proloemius, qui refertissimam Bibliothecam extruebat, solis libris Moysi fuerit contentus, nec tot viros evocasset, cum multò pauciores satis fuissent, nec magnis sumptibus, asservisset Ioseph opus fuisse, ad habendos Hebraeos libros in Biblioteca Regia, si de solo PentateUCHO sermo incidisset. Nec miraculo tributum esset, quod spatio 72. dierum solum PentateUCHUM traduxerint, cum criam S. Hieronymus spatio vnius diei librum Tobiae verterit, vt dicit in prologo super Tobiam, & eo magis, quod Apostoli nedum à lege, sed etiam ex Prophetis, & psalmis testimonia assumunt. Sed quia quis terguersati posset, quod citauerint Apostoli testimonia secundum textum Hebraeum, Interpretem vero vulgatum transtulisse iuxta editionem 70. de hac difficultate restat examinandum, quid sit sentiendum infra ad sextum, vide eundem Castrum, testimonia Aristæ, Ioseph, Philonis optime expedientem, & quod nihil aduersentur huic ultimæ sententiæ egregie demonstrantem.

Ad loca vero, quæ contra Pentateuchi translationem afferuntur. Respondeatur ad primum de die 7. & 6. ex S. Doct. p. p. q. 73. ar. 1. ad 2. quod utrumque potest stare; quare utramque admittit lectionem, quia ait S. Doctor. Consummatio, quæ est secundū integratatem partium vniuersi, competit sextæ diei: consummatio vero, quæ est secundum operationem partium: competit septimæ: primam enim perfectionem habuit vniuersum in sua integritate, secundam vero, non nouam creaturam condendo, sed eandem administrando, & ad propriam operationem eam mouendo.

Locus ille Num. 16. nullam habet contradictionem, nā cum generaliter verterint Interpretes, nihil desiderabile, & in genere potentialiter species continentur, sub illo desiderabili continentur bos, asinus, &c.

Et locus Deuteronomij ca. 17. exponitur eodem modo, & vniuersaliter dicendum est, vt dicit Aug. 2. de doctrina Christiana cap. 14. Si aliquid in exemplaribus Hebraeis aliter inuenitur, quam isti posuerūt credendum esse arbitror diuine dispositionis, quæ per eos facta est, dixit notanter Augustin. isti posuerunt, nam de ea, quæ processu temporis in Ecclesia tempore Hieronymi legebatur, aliter dicendum, nimirum in multis codicibus corruptum, & vitiatum, quod genericè expesserunt, Omne id, quod habet pilos in pedibus, sub quo lepus quoque continetur. Qui conciliationem horum, & similium locorum desiderat legat Montoya lib. 2. sue concord.

Ad quintum. Dicetur articulo sequenti, num pura sit hodie 70. Interpretum versio, & quam habeat auctoritatem; satis est dicere nō omnes, sed multos codices perijisse, & quedam loca in quibusdam à Iudeis fuisse falsata, vt ostendit Castrus lib. cit. cap. 28. Quod vero dum in flore esset à Iudeis repu-

diaretur non mirum cum satis eorum periuicacia ex illa versione retuleretur; & quamvis ipsi Thalmudistæ solempne ieuniū, & angariam instituerint 8. die Tebeth propter legem, vt dicebāt in profanū sermonem conuēsam: tamen prisci illi Iudei, à quibus isti posteriores degenerarunt ob tantū beneficium ex huiusmodi translatione mundo præstitum, festum quotannis instituerunt, ex Philone supra. Falso etiam assumitur inter Hellenistas, hoc est Græcos, & Hebraeos nunquam conuenisse; si loquamus de Iudeis antiquis ante, & paulo post aduentum Christi. Si vero suos Thalmudicos intelligant, damus libenter discrepasse ad inuicem; & Iudeorum contradic̄tio contra se dat testimonium, & dum patrum suorum, qui eam editionem receperunt, religionem commendant, suam irreligiositatem produnt.

Ad sextum. Propter auctoritatem S. Hieronymi allegatam quidam tenent eam sententiam. verum S. Hieronym. prefatione in Euangelia tenet oppositum. vnde ait, sit illa vera interpretatio, quam Apostoli approbauerunt, idem dicit S. August. epist. 19. ad Hier. & Cyril. traditam ab Apostolis testatur cath. 4. Alij tenent oppositum, & docet exp̄sē S. August. 18. de ciuit. Dei cap. 44. 2. de doctrina Christiana cap. 15. & epist. 10. ad Hieronym. vlos scilicet Apostolos, & Evangelistas hac translatione etiam in ijs locis, in quibus differt ab Hebraica. Sed sciendum est, quod quinque modis allegarunt testimonia Apostoli, & Evangelistæ ex Hebreo, primò ea, quæ conformiter sunt in Hebreo, & in versione 70. Secundo, q̄ in Hebreo extat, nō in 70. Tertio q̄ in 70. sunt non in Hebreo. Quarto, quæ nec in 70. nec in Hebreo sunt. Ultimo allegando solum sententia, & non integræ verba. De primo sunt exempla manifesta in allegationibus Matthæi, Marci, Ioannis. De secundo exemplum est in illa allegatione Matt. 2. ex Osea 11. Ex Aegypto vocau filium meum: & in illa Joan. 1. 9. ex Num. 9. Et videbunt in quem transfixerunt, quæ omnia iuxta Hebraeum refertuntur. De tertio exemplum est Rom. 9. ex Esai. 28. Qui credit in eum non confundetur. In Hebreo vero est, qui crediderit, non festinet, & Act. 1. 13. Isaías citatur cap. 55. Dabo vobis sancta David fidelia, cum in Hebreo legitur, misericordias David fideles. Exemplum tertij est in testimonio Enzch allegato in epistola Iude. Exemplum quarti est secundum solum sententiam quale est illud Esa. 6. quod Ioannes refert capit. 12. Excœcauit oculos eorum, & induravit cor eorum, vt non videant oculis, & non intelligent corde, & conuertantur, & sanem eos. tale est illud ad Hebraeos ca. 10. corpus autem aptasti mihi, quod in Hebreo legitur, aures autem perfeciisti mihi. Ista autem diversitas nullo modo, vel originalem infirmat lectionem, vel versionem: nam cum in eadem sententia conueniant, & verbis differunt, sola est verbalis differentia, quæ sensu non officit: cum vero aliquid, vel in originali deest, vel in interprete, hi defectus sunt puræ negationis, non priuationis, qui non veritatem, & fidelitatem infirmant textus, vel versionis, sed solum negationem, quod intercederint, non securus, ac multæ partes, imo & integri libri sacri perirent, vt supra monstratum est ex multorum Patrum sententia.

Ad

Ad septimum dicendum, quod 70. non de verbo ad verbum, sed Metaphrasi quadam scripturam vernerunt, ut mysteria abdita in illis antelucem cuā gelicam, Dei natu aperirent ad perfidiam posterorum Iudæorum retundendam, & non credentibus scripturis suis, quæ fienda erant longe ante prænunciarent: propterea talis editio fouenda, & recipienda, satagebatur. Reuelata verò luce euangelij ex Origeni epistola ad Africanum, decebat fieri nouā translationem de verbo ad verbum ex Hebræo, vt ex concessis ipsorum testimonijis, ex eadem versione illos quoque reuinceremus.

Ad confirmationem. Multæ sunt rationes, quæ Hieronymum impulerunt ad nouam editionem faciendam. Prima Iudeorum malitia, quæ multa mutilavit ex Iustino contra Triph. & Tertull. in Scorpiano. Secunda, quia Aquila in inuidiam 70. Grecè ediderat translationem aliam, subdola interpretatione multa mysteria occultando, vt dicit idem Hieronymi. quod & præstitit similiter Symmachus; item & Theodotio. Verum licet ex his translationibus illud emolumen reportaretur, quod in multis Iudei suis translatoribus reuincentur, & multæ particulae mutilatae ab ijsdem detegrentur, tamē cum etiam multa Iudaicè translatæ præferrent, vt eas translationes Hierony. ab Ecclesia eliminaret, egregium istud opus vulgatae agressus est, ex Hebræa lectione, vt 70. defendoreret, & Iudaicas expositiones exploderet, in qua quæ corruperant Iudaicū translatores in integrum restituit, quæ deerant in Hebræo codice resarcivit, sicut, & quæ deerant, vel corrupta in 70. Vnde nedum Ecclesia obuijs vlnis illam excepti, sed Iudæi quoque laborem Hieronymi professi sunt esse veracem, & vnum Hieronymus omnibus Iudæis translatoribus prælaus est: à quo velle modo prouocare ad nouos Iudæantes translatores, nihil est aliud quam dolis, & fraudibus Iudeorum patrocinari, & Ecclesia velle non translationes, sed inuersiones, peruersiones, Christianæ fidei confutationes obtrudere.

Ad ultimum. Dum probatur inter latinas editiones sola vulgata, non propter hoc damnata sunt Hebraica, aut Graeca. quare non damnatur editio Septuaginta, cum psalmos iuxta versionem Septuaginta legat Ecclesia, & auctoritates, vel loca per Apostolos ex Septuaginta versione citata recipi iubat, qui modo ex vulgata modo ex Septuaginta scripturam interpretantur, & exponunt. vnde vtrāq; trālationē recipiendam ex Gregorio in Job præfatione ad Leand. capit. 5. didicimus, lege Castriū ca. 33. & 34. sequimur autem vulgatam Hieronymi. ob multa quæ falsata sunt à Iudæis, vel interplerant scriptorum vitio, vnde rursus nouam editionem coactus est facere Hier. quæ postea ab Ecclesia in auctoritatem recepta est.

#### ARTICVLVS SECUNDVS.

*An editio 70. hodie pariter sit illibate autoritatis.*

**V**Idetur, quod non, primo Principaliter, quia prorsus interiit, vt eius vestigium non appareat,

Secundo principaliter. Si supereft, adeo corrupta est, & vitiata, vt omnino alia esse videatur, primo ex auctoritate S. Hieronymi id afferentis præfat. in Paralipo. in Esdram.

Confirmatur, quia ita ad verbum transtulerunt Biblia 70. vt quicumque lingua vtramque cognosceret Chaldaeam, linguae Hebraicæ affinem, vel ipsam Hebraicam, & Græcam. Cum eius interpretatione miraretur germanitatem, imo rerum, verborumque consonantiam adoraret, ex Philo 2. de vita Moysis, & ex Aristea dicente, acclamatam à populo esse versionem illam bene, & fideliter versam. At Græca 70. quæ nunc extat, in pluribus differnit ab Hebræo, & multa habet, quæ in eo textu non sunt, vt patet, & probari potest ex Hieronymo epistola ad Suniam, & lib. de optimo genere interpretandi.

Quod si dicas Hebraicum esse corruptum, vbi ab ipso editio ista discordat. Cōtra quia sequeretur editionem latinam, quæ de Hebræo translata est, esse quoque corruptam.

Quod si dicas, vt dicunt Patres supra citati Aug. 18. de ciuit. Dei cap. 42. & 44. & Epiph. lib. de ponderibus, & mensuris, quædam addidisse, vel aliter vertisse ex instinctu Spiritu sancti. Contra quia hec est quædam pia excusatio. Ceterum Philo, & Ariſtæas docent fuisse summam rerum, & verborum consonantiam, quod non afferriſſent, si tam multa addita, tam multa detracta fuissent.

Confirmatur secundo. In eadem versione multa sunt, quæ non coherent cum veritate Hebraica, vt supra exemplificatum est de supputatione annorum Mathusalem, & alijs contradictionibus, quæ supra recensitæ sunt de 40. diebus euersione Niue, &c.

Confirmatur tertio, quia Iustinus Martyr dialogo cum Triphone afferit eam editionem in multis à Iudeis fuisse corruptam, eadem ſepe est emendata ab Origene, Luciano, Hesychio, Hieronymo: nihil autem emendatur, nisi quod vitiatum est. Nec credibile est, eam editionem, quæ à 300. annis tot māculas contraxerat, vt reliquias antis mille ducentis inuiolata, atque integra permaneret.

Confirmatur quartio, ex Hieronymo epist. 89. ad Aug. quæ est 11. apud Augusti epistola Græci codices cum versione 70. habebant multa admixta ex versione Theodosionis, appositis asteriscis, sed procedente tempore interciderunt asterisci, interiit etiam editio Theodosionis, inde confusio suborta est, vt discerni nequeat, quid in 70. quid in versione Theodosionis reperiatur.

Tertio principaliter. Si illibata est editio Septuaginta, iam vt regula fidei suscipienda esset, quia olim, vt regula fidei habita est, sed nunc non habetur, vt regula fidei: ergo signum est non esse vñqueaque illibatam, & incorruptam. Sequela maioris probatur, quia fidei regula inuariabilis est, & irreformabilis, ex Tertulliano libro de præscriptionibus adu. her. & præterea quia secundum afferentes illibatam traductionem 70. licet in aliquibus codicibus fuerit vitiata, non tamē in omnibus; sicut vulgatam afferunt in aliquibus codicibus esse corruptam, non tamen in omnibus, & sicut ex sola restitutione Sixtina editionis vulgatæ iuxta emendatissimorum codicum fidem, iam authentica est talis editio emendata: ita & eadem Sixtina

Sixtina 70. authentica erit, ut regula fidei. Minor verò probatur, quia ea, quæ circumfertur an si illa 70. incorrupta, vel prorsus omnimode emendata à multis addubitur, &c. Imo dum idem Sixtus prohibet nihil esse inimicendum sine licentia Romani Pontificis supponit mendositatem corrigi posse.

**Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.**

**S**ed contra est primò auctoritas Apostolicę Sedis, dicit enim Sixtus V. curauimus inter alia superiori anno Græcum vetus testamentum iuxta 70. Interpretum editionem ad emendatissimorum codicum fidē expolitum typis excudi, & publicari. At nuper, ut etiā ijs, qui huiusmodi Biblia Latine conscripta legere malunt, prodeſſe eadem opera possemus adhibitis aliquot eruditis viris eundem librum in latinum sermonem fideliter versum ad communem Christiani populi utilitatem, atque animarum salutē accurasē imprimi fecimus. Magnam ergo obtinet autoritatem.

Secundo, quia authentica esset, si esset incorrupta & emaculata, sed ab Apostolica Sede traditur, ut emaculata, & incorrupta, ergo & ut authentica probatur.

**C O N C L V S I O .**

**H**odie editio septuaginta certa est, & indubitate in omnibus particulis prout ab illis edita est, non autem quoad nos.

**R**espondeo dicendum circa hanc questionem esse multiplicem sententiam. Quidam apud Bellarm. lib. 2. de verbo Dei cap. 6. dicunt omnino intercidisse editionem 70. Sed hoc non potest stare, quia non est verisimile factam esse sub nomine 70. editionem, quæ circumfertur, & nouissimè ab Ecclesia correcta, & sub nomine 70. tradita, in qua multa testimonia, quæ ex veteribus citantur, eodem modo in eadem editione leguntur, ut patet intuiti, & legenti animaduersiones Sixtinæ. Alij (vt Bellarm. loco cit. & Mariana tract. de vulgat. cap. 26. quorū argumēta relata sunt in principio) dicunt eā editionē nūc extare, sed esse vitiatam, & corruptam. Sed hoc non potest stare. Nam vel est corrupta tempore Augustini, & hoc dici non potest; nam vt dicit 2. de doctrina Christiana cap. 14. quod super omnes sui temporis editiones 70. Interpretum, Excellit auctoritas, quia iam per omnes peritores Ecclesiæ tanta presentia Spiritus sancti interpretati esse dicuntur, ut os unum tot hominum fuerit. Vel post tempora Augustini, & non potest designari tempus quando, vbi, à quibus tam generalis depravatio facta sit, ut omnes codices falsati potuerint: preterquam quod nunquam Ecclesia in omnibus simul, & vndique, collectis exemplaribus exacta, & absoluta translatio defuit, protegente Deo, ne Ecclesiæ per aliquod tempus diuinæ lectionis veritate fraudaretur; sed eam saltē in toto simul omnium codicum ambitu haberet, quam in singulis seorsum codicibus habere non potuerat, vt dicit noster Senensis lib. 8. h̄z. 13. nū. 7. Vnde si omnes codices 70. Interpre-

tum falsati essent, non potuisset de corruptis codicibus emendatos facere, nec ex ijs in vulgatæ translatione iuuari de cœnōsis lacunis hauriendo. Alij vero dicunt, vt Montoya lib. 2. controv. septima, illam omnino esse incorruptam, & consequenter authentica, eadem enim, inquit, nunc nouissimè emendata est, ac illa, quæ emendata olim etiam, vel incorrupta prorsus laudabatur à Patribus, ea que ut regula fidei vtebantur. Sed adhuc non habemus Ecclesiæ decretum, ita approbatissimè pro authentica editionem 70. sicut de vulgata factum est. Quare dicendum est propter auctoritatem Sixti editionem 70. nunc extare, & non esse in omnibus exemplaribus corruptam, sed in aliquibus, vbi vulgatæ contradicit: extitisse etiam, olim regulam fidei in actu primo & secundo, ex vſu, & consuetudine Ecclesiæ illa vten- tis; esse quoque nunc regulam fidei in actu primo, & secundum se non quoad nos, quia caret expresso decreto illibatae eiusdem editionis tanquam authentica approbatuo in omnibus, & singulis partibus, quæ etiā iam pridem propter menda in disputationem abierit, nunc, ut dicitur à Sexto, ad emendatissimorum codicum fidem restituta est. Vnde pura, integra dicenda est, & contrarium afferere temeritate non caret: authentica quoad nos dicenda non est, cum non eodem modo, ac vulgata recipienda mandetur Concil. Tridentino, solum de vulgata latina decernēte, nullo praetextu, vel quæsito colore posse reici sine nota infidelitatis.

**Solutiones oppositionum.**

**A**d primum principale negatur assumptum, ut patet ex confutatione primæ sententiae.

Ad secundum principale. Textus Græcus 70. non ab initio, sed progressu temporis corruptus est, qui postea ab Hesychio fuit emendatus, tempore etiam Hieronymi, vt saepet fatetur, multa irrepserunt corruptiones. Vnde coactus est, vt ipsemet dicit Apolo. contra Russin. vetus testamentum bis vertere semel ex Hebreo, & semel ex græco. Non potuit autem ex mendosis codicibus editionem talem edere, quare aliquot exemplaria incorrupta 70. habuisse dicere necesse est. Hæc vero editio postea procedente tempore depravata est, & illa relicta, vulgata pro authentica ( vſu Ecclesiæ decreto confirmante ) habita est; nouissimè tamen, vt dictum est versio 70. integræ restituta est, & si non pro authentica declarata quæ admodum vulgata declarata est.

Ad primam confirmationem. Intelligendi sunt ijs Doctores afferuisse fuisse mirā consonantiam ēt in verbis repertā regulariter scilicet, & vt plurimum: aut esse etiam consonantiam in verbis quantum ad id, ad quod significandum erant assumpta. Vel dicendum illud iudicium datum esse à populo nescienti discernere rationem prædictæ mutationis, & adiectionis, Magistris, atque primoribus Iudæorum causas mutationis, & additionis supra relatas, tacitus considerantibus, & veritatem translationis assuecantibus. Dicere autem hiperbolice istos autores locutos esse, maior est hyperbole, vel dicere Philonē, vel linguam non calluisse Chaldeam, seu Hebream illi affinem, vnde non potuit iudicare germanitatem translationis 70. Interpretum, vt dicunt quidam, vt Cantipratensis lib. 2. Hypothyposeon col. 39. quod gratis

gitatis dicitur, & difficultatem non effugit, nam peritissimus græcæ vtriusque Aristea codem modo ac Philo Ludæus loquitur.

Prima instantia, quæ adducitur in contrarium, optime impugnat responsonem ibi datam.

Secunda instantia initia est Sanctis Patribus præsertim S. Augustino, & Hieronymo, qui nedum pie, sed & veraciter solidè, & eruditè causas additio-  
nis, vel detractionis assignant, nec illi aduersantur  
Aristeas, & Philo, vt modo responsum est.

Ad secundam confirmationem. Sicut dicebat Au-  
gustinus, Scripioris tribuat errori, qui de bibliotheca  
Ptolomæi Regis codicem primum accepit describen-  
dum, & ex huic iam occasione accidit tanta inter 70.  
Interpretum, & Hebreos codices diuersitas annorum,  
15. de ciuit. Dei cap. 13. Legantur, quæ superiori articulo dicta sunt circa talem suppurationem, &c.

Ad tertiam confirmationem. Sæpe emendata est talis editio, & emendatio probat non omnium, sed aliquorum codicum corruptionem. Sicut autem diuina prouidentia per 300. illos annos in aliquibus codicibus pura conseruata est, & incorruptione translatio, ita per reliquas annorum centurias ea-  
dem Dei ope, vñque ad nostra tempora seruata est, quæ et si mendis scateret in multis codicibus, in pri-  
mum candorem Sixti V. autoritate restituta est.

Et per hæc responderetur ad quartam confirmationem addendo, quod non æquali gradu puritas, & integritas est huius cum vulgata: nemo, u. adstrin-  
gitur fateri ex decreto Sixti adamussim 70. origi-  
nali editioni, prout ab illis dictata est, hanc quæ circu-  
fertur prorsus correspondere, sed q̄ (quantum per  
veteres libros fieri potuit) ad eam proximè accedat;  
vnde de integritate, & puritate non physica, sed mo-  
rali loqui videtur, temeritas tamen per eandem se-  
dem refranatur, vt nullus inconsulta Romana se-  
de, editionem aliam ab ista Romana discrepante  
moliatur.

Ad tertium principale. Etiam textus Hebraicus quondam in omnibus extitit regula fidei, ceterum eiusdem textus (in traductione) veritate seruata, mendis in originali irrepentibus, absque præiudi-  
cio veritatis fidei (quæ sola irreformabilis, & inua-  
riabilis) quoad nos non habuit in omnibus postea-  
rationem regulæ fons turbatus, sicut in omnibus ihu-  
rus purus obtinuit authoritatem. Ita & de editio-  
ne 70. dicendum est. Vulgata vero, & secundum se, & quoad nos habet auctoritatem, quia decreto Ec-  
clesiæ approbata est, & vt irrefragabilis suscipienda mandatur, quo supposito decreto, & iam facta diligen-  
tia restitutionis vera lectionis, nulla pars reiici  
potest, sed necessariò suscipienda est. Editio vero  
70. et si recognita, & ad veram lectionem restitu-  
ta, quia iam non est authentica ex Ecclesiæ defini-  
tione, vt integra, & pura suscipitur, non vt cano-  
nica, & authentica eo modo quo est vulgata, pre-  
dicatur.

#### *Ad argumenta pro parte opposita.*

R Esp. ad primū. eam tradidisse Sixtum, vt emacu-  
latiorem, non vt omnino incorruptam, vnde  
dum prohibet sine facultate Romani Pontificis  
non posse aliquid immutari, aperte innuit posse

amplius corrigi. Vnde vbi constat de vera, & indubitate editione, vel lectione Septuaginta, illa procul dubio est indubitate certitudinis. Non constat autem in omnibus partibus sit ne illa pure edita à Septuaginta, & in multis locis vulgate aduersatur, vt in suppuratione annorum Mathusa-  
lem, &c.

Ad secundum traditur, vt incorrupta, & integra talis edition non Physicæ, sed moraliter.

#### *CONTROVERSIA VIII. GENERALIS.*

##### *De alijs Græcis versionibus*

##### *ARTICVLVS VNIVRS.*

*Quæ, & quot sint etiæ eæ editiones Græca,  
& an in illis omnibus contineatur  
Verbum Dei.*

##### *Postio Nouatorum.*

P Ræter veteris testamenti versionem 70. ante  
Christi ortum aliam Græcam versionem ad usum  
Synagogæ Iudeorum Alexandriae factam Ptolomæi  
Lagi temporibus scripsit Franciscus Iunius, &  
præter alias Aquilæ, Symmachus, Theodotionis, &c.  
nouam aliam versionem in mundo inuenit idem Iu-  
nius, Herodianam scilicet, quando inquit ad postula-  
tionem Ptolomæi ultimi, Herodes curauit fieri, at-  
que confirmauit, illamque esse ipissime, quæ dicta  
sit καινη idest communis, quamquam Lucianus Mar-  
tyr postea emendauit, dictamque à plerisque de-  
correctoris nomine λεπταριον.

V vitakerus vero in Catholicos manum, & lin-  
guam acuit propter versionem Theodotionis, ex  
qua aliquot capita habemus, vt supra dictum est cu-  
ageremus de libris canonice sic ergo ait. Papistæ  
quædam ex Theodotionis versione retinent, eaque pro  
canonice obtrudunt, nam Danielis cap. 13. & 14. apo-  
chryphum habent, non ex hebraicis purissimis fontibus  
sed ex impij Theodotionis, vel Hereticis, vel Apostate  
Græca translatione. Quare occasione Iunij queren-  
dum est, quæ, & quot sint versiones græcae veteris  
testamenti, & occasione Vvitakeri, an in omnibus  
his versionibus, in toto, vel ex parte reperiatur Ver-  
bum Dei.

##### *Oppositiones aduersariorum.*

P Rimum argumentum Iunij, quod fuerit alia ver-  
sio ad usum Synagogæ tempore Ptolomæi La-  
gi desumitur ex auctoritate Clementis lib. 1. Strom.  
vbi ait, versas fuisse scripturas ex Hebreo in Græcu-  
tempore Ptolomæi Lagi filii, cum idem etiam  
dicat postea sub Philadelphia propter diligentiam,  
& instigationem Demetrij, factam esse versionem  
scripturarum; vnde illa sub Lago veluti priuata transla-  
tio fuit. Quæ vero Ptolomæi ætate facta est, opus  
fuit publici concilij, vt properea passim in Syna-  
gogis legeretur, est argumentum Iunij.

Secundo,

# De sacrorum Bibliorum versione. 289

Secundo, & est argumentum eiusdem, quia ex Sancto Iustino Apol. 2. pro Christianis, cum Ptolomeus Aegyptiorum Rex Bibliothecam instrueret, & hominum omnium scripta comportare conatur, de prophetijs hisce certior factus ad Herodem Iudeorum tunc Regem misit, copiam sibi fieri propheticorum librorum petens, & talis editio sub Herode, est illa vulgata, & communis, quæ ex nomine correctoris dicta est Luciani Martyris.

Tertio, de alijs editionibus arguitur, quod illæ sint omnino rei ciendæ, ac proinde non contineret in illis verbum Dei: Aquila enim contentiosus interpres dicitur à S. Hieronymo ep. ad Pammachiū de optimo genere interpretandi, & quod tenacius verbis inhaeserit, qui scripsit studio oppugnandi 70. vnde & multa subdola traductione occultauit. Symmachus quoque ex Epiph. lib. de ponder. & mensur. ad peruersiōnē interpretationum, apud Samaritas suam edidit interpretationem. Theodotion pariter, & ipse Marcionita, ex eodem Epiph. priuatam suam quoque edidit interpretationem, & tam Symmachum, quam Theodotionē S. Hieronymus appellat Hæreticos, & Iudaizantes. Quare illicitum fuit vulgatam aliqua capita, quæ solum in eius editione sunt, retinere. Quinta vero, & sexta editio ab Origene inuenta, ex Hieronymo in præf. chron. Euseb. quorum authorum sint, ignoratur, & ita inquit probabilem sui diuersitatem tenent, ut auctoritatem suis nominibus retinuerint. Origenes vero, qui Tetrapla, Sexapla, Octupla elaborauit, ut Hieronymus præf. in Paral. ait, non solum exemplaria composuit quatuor, editionē ē regione ad singula verba describens, ut unus dissentiens statim ceteris inter se consentientibus arguatur; sed quod maioris audacia est in editione 70. Theodotionis editionem miscuit asteriscis designans, quæ minus fuerunt, & virgulis, quæ ex superfluo videbantur opposita, & ut dicit Epiphanius. *Origenes sciens 72. editionem exactam esse, & sinceram ipsam in medio collocavit aliarum editionum, quo hinc atque hinc positas interpretationes argueret.* Constantinopolis idem Hieronymus ait, usque Antiochiam Luciani Martyris exemplaria probat. Alexandria vero, & Aegyptius in 70. suis Hesychium laudat auctorem. vnde ex hac varietate, & pugna solidam non videntur habere auctoritatem, ut ibidem! S. Hieronymus differere videtur, quin? quod illa Luciani, quæ dicebatur vetus, & communis, vitiata, & corruptam fuisse scribit S. Hieronymus epist. ad Suniam, & Fretellam.

## Confutatio corundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primò, quia apud Epiph. Euseb. Hieronymum nulla earum versionum, quas finxit Iunius mentio repetitur. Secundo, quantum attinet ad versiones, quas ijdem auctores recensent idem Hieronymus dicit in Esaiam cap. 49. *Horum interpretum, qui verbis tenacius inhaeserunt, collatio, non est inutilis ad explanandam sape sententiam, alludit autem ad editiones Aquilæ, Symmachī, Theodotionis, Tetrapla, Hexapla, &c. illaq; asteriscis, & obelis distincta ab Origene, dum in multis locis à reliquis editionibus sibi consonantibus testimonium acciperet, veritatem quoque illorum locorum*

demonstrabant: vnde & illa asteriscis, & obelis signata adeo accepta fuit Hieronymo, ut omnibus alijs præponat epist. ad Suniam, & Fretellam. Luciani vero editio quamvis corrupta esset in aliquibus, constat etiam à Constantinopoli usque Antiochiam approbatam: Hesychianam vero editionem Aegyptius, & Alexandria tuerentur, non leue illis testimonium perhibebant.

Ad hominem, nam Lutherus quoque lib. de Iudeis, sic ait. *Quamobrem tanquam a sacrilegis capti bus, & graffatoribus auferenda, & vindicanda est diuina scriptura ubicumque à simplici grammatica textus adiuuatur, & interpretatio ad noui testamenti sententiam dexterè accomodari potest, quam firmam explicant scripturam propheticam, Apostolorum litteræ nos pulebrè docent muluis illustribus exemplis.*

## CONCLVSIO ORTHODOXORVM.

*In supradictis Græcis versionibus, & si in multis scripturae sensus verus exprimatur, in multis quoq; sensum interpretes illi a fide extorres, non sunt affectuti, quem etiam temere peruerterunt.*

**R**espondeo dicendum, sicut supradictum est, quod primo omnium Græcē translatum est vetus testamenntum à 70. Interpretibus, ut abunde ex probatis auctoriis conclusum est supra, nec ullo modo plures editiones sub tribus Ptolomæis editas dicere debemus, nempe sub Lacio, Philadelphio, & ultimo Philadelphio tempore Herodis, cum sub uno Ptolomæo concorditer conueniant veteres scriptores, & Patres ynicam 70. editionem fuisse conscriptam, licet de Ptolomeo illo an fuerit Lagius, vel Philadelphius fuerit controversum. Vnde, hæc omnium prima editio dicta est. Secunda editio edita est ab Aquila Pontico, qui ut scribit his verbis S. Epiphanius lib. de ponder. & mensur. *Cā non discederet à credendo videlicet vanæ astrologiæ, quam exactè edocitus erat, sed quotidie positionem nativitatis sue specularet, expulsus estrus ab Ecclesia, & abnegato Christianismo Profelytus fit, & circumciditur Iudeus: atque tunc laborioso studio tradidit seipsum ad discendum Hebreorum linguam, & ipsorum elementa. Vbi vero hanc summè didicisset, interpretatus est. Tercia est Symmachi Samaritæ, qui ab illis ad Iudeos confugiens, circumciditur dupli circuncisione, ex Epiph. Hic itaque Symmachus, ut dicit idem Epiphanius, Ad peruersiōnē interpretationum apud Samaritas tertiam edidit interpretationem a se conuersam. Quartæ est Theodotionis, qui fuit Hæreticus Marcionita, & ad Iudaismum quoque declinavit, & Hebraicam linguam ex eodem Epiph. & elementa ipsorum edocitus, priuatum etiam ipse interpretationem edidit, & plerumque consonantes cum 70. duobus edidit. Quinta inuenta est ab Origene in dolis in Hiericho occultata temporibus filij Seueri, qui appellatus est Carracallus, & Geta, anno eius septimo (ex Epiphano) cum alijs libris Hebraicis, & Græcis. Sexta ab eodē Origene tempore Alexandri filij Mammæ Nicolai inuenta est simpliciter in dolis occultata. Ex his sex editionibus Origenes Hexapla composuit, sex has*

interpretationes ex vna parte, & duas Hebraicorum columnas, vnam Hebraicam dictione, & charactere, alteram editionem Hebræam, charactere Græcam, ex aduerso inter se conferendas composuit, ut dicit Epiphanius her. 64. & loc. cit. de ponderib. Hexapla vero nominatae sunt, quia erant per sex columnas descriptæ, vel propter sex interpretationes. Prima ergo in pagina erat textus Hebraicus elementis Hebraicis, in secunda textus Hebraicus Græce descriptus, tertio loco interpretatio Aquilæ, quarto interpretatio Symmachii, quinto loco 70. seniorum interpretatio, in medio, tanquam digniori loco locata, ex Epiphanius supra, sexto erat Theodotionis, adiunctis autem quinta, & sexta interpretatione, & editione, octapla vocatae sunt, eademque vero secluso textu, & quinta, & sexta editione, propter quatuor translationes Tetrapla sunt appellatae, quadruplicis ordinis. Hunc laborem (cum in ceteris aberrauerit) Origenes, ut dicit Epiphanius locis citatis, Solum utiliter fecit. Instar Origenis, noster F. Augustinus Iustini unusnouo, & ingenti ausu edidit prius omnium, ut dicit noster Senensis lib. 4. utrumque testamentum quinque præcipue linguis Hebreæ, Chaldaea, Græca, Latina, & Arabica, in vnum corpus octupla inscripsit, redigit, tanto artificio, ut in singulis paginis octo columnas disponeret in quibus omnes prædictæ linguae proprijs characteribus expressæ, totidem lineis, totidemque verbis sibi correspondentes, uno eodemque aspectu cernerentur. Septima quoque editio ab Origene ex 70. & Theodotione notatis signis, asteriscis, & obelis facta est, quæ olim communis dicta ex Hieronymo lib. 16. in Esai. Octaua S. Luciani est, quam tamen ab Origene inuentam putat Isid. lib. 6. ethymol. cap. 5. de qua S. Hieronymus præfatione in Patalip. lib. de script. ecclesiast. Ath. in synopsi, Euseb. lib. 9. cap. 6. Ultima fuit editio 70. Interpretum emendata ab Hesychio: sed ut dicit Tertullianus de præscript. c. 40. Is qui tam æmulanter affectauit exprimere in negotijs idolatriæ sacramenta Christi, utique idem, & eodem ingenio gestit, & potuit instrumenta quoque diuinarum rerum, & sanctarum, verius scripturarum, ut notat Pamelius, Christianorum sensum de sensibus, verba de verbis, parabolæ de parabolis, prophætæ, & emulæ fidei attemperare. Sicut ergo ad explicandas, & interpretandas veras scripturas 70. Interpretæ, ut verbis Epiphanius dicamus, lib. de ponder. & mensur. ex Spiritu sancto sub vnum consensum totam interpretationem ediderunt, quam editionem ex parte Theodotio, & Origenes, Lucianus, & Hesychius ex toto illustravit; ita diabolo emulo interpretationis scripturarum, per Aquilam, Symmachum, Theodotionem tres solum, ut dicit Epiph. qui non potuerunt inter se consentire, in editionem 70. irruentes, testimonia de Christo in scripturis prolata aliter ediderunt. Et Aquila quidem, ut dicit Epiph. propter confusionem, quam sustinuit obtemeriam suam excusationem, Symmachus ob affectatum Iudaismum, cum agrotaret studio principatus, cum illum non reperisset apud propriam gentem, & ex illa ad Iudeos confugit, Theodotion similiter ob acceptam circumcisionem reperitur Iudaizans in odium 70. & omnes in versione mysteria occultant (et si ex parte cum 70. in multis Theodotion, ut dicit Epiph. contentire videatur) verbis inherentes, sensum repudiantes, 70. versionem cor-

rodentes. Sed sicut dicit Aug. 2. qq. euāg. c. 40. nulla falsa doctrina est, quæ veritatem aliquam admixta non habeat; sic nulla falsa interpretatio, quæ aliqua vera non contineat, & veræ interpretationi aliqua ex parte non concordet. Quare etsi in omnibus veritatem non contineant prædictæ Iudaizantium interpretationes; in aliquibus, tamen cōcordant, ut ad explicationem, roborationem verę interpretationis possint esse adiumento.

### Solutiones oppositionum.

**A**D primum respödetur. Nullius alterius editionis præter illam, quam Alexandrum præcessisse dicit Clemens, nisi eius, quæ à 70. Interpretibus edita est meminit idem Clemens, inaneque commentum est, quod tres versiones factæ sint ex sententia Clementis vna ante Alexandrum, alia tempore Ptolomæi Lagi, altera sub Philadelphia, cum vnam agnoscat Clemens 70. Interpretum, præter illam ante Alexandrum, licet in tali editione 70. non conueniant scriptores, alijs ad Lagidem, alijs ad Ptolomeum referentibus.

Ad secundum. Perionius in notis ad secundam Iustini apologiam, quem Langus, & Sylburgius Novatores fecuti sunt memoria lapsum esse Iustinum, affirmat. Sed modestius respondetur libratorum incuria vnuum nomen pro alio suppositū loco Eleazar, Herodis nomen supponendo, sicuti eadem Apologia positum fuit nomen Sophoniæ pro Zacharia: & lib. de Monarchia eadem libratorum oscitantia nomen Demodoci pro Phemij suppositū est. Turpiter quoque Iunius in historia lapsus est dicens Lucianam editionem esse illam communem, quæ noui diceretur: nam expressè S. Hieronymus distinguit communem editionem ab ea, quæ dicta est Luciani Martyris: ad Suniam enim, & Fretellam dicit [noui autem ista, hoc est communis editio ipsa est, quæ & Septuaginta] non pura, & simpliciter, sed ab Origene aucta, ex Theodotione emendata, & distincta per asteriscos, & obelos, quæ omnes Ecclesiarum bibliothecas occuparet ex Hieronymo epistola 89. ad August. Luciana vero fuit posterior Origenis translatione. Sed quia ex Luciani editione multa in ista communi editione per Origenem elaborata, translata sunt, puto à quibusdam Lucianam dictam esse communem, ut habetur ex Sexto nostro Senensi. Ceterum fuisse distinctas idem Hieronymus docet his verbis prol. in 2. Paralipo. Alexandria, & Aegyptus in suis Hesychium laudat auctorem. Constantinopolis usque Antiochiam Luciani Martyris exemplaria probat. Mediae inter has Provinciæ Palestinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius, & Pamphilus vulgaverunt, tuisque orbis hac inter se trifaria varietate compugnat.

Ad secundum. In illis editionibus Ecclesia servauit, quod scribit Hieronymus epist. ad Minerū, & Alexandrum, In terra autem queritur, & de fluviorum aliis splendens profertur glarea. Pactolus que ditior est cœno, quam fluvio, & in hoc etiam seruatum est, quod scripsit 1. Thes. 5. Apostolus, omnia probates, quod bonum est tenete. & illud Salvatoris. Estote probati nummulari, vi si quis nummus adulter est, & figuram non habet, nec signatus est moneta publica reprobeatur: qui autem Christi faciem claro profert lumine in

# De sacrorum Bibliorum versione. 291

cordis nostri marsupium recondatur, unde concluderat idem Sanctus, qui calumniam patiebatur, quod Origenem, & alios libros Hereticorum publica Ecclesiæ auctoritate legere. Meum propositum est antiquos legere, probare singula, retinere quæ bona sunt, & à fide catholicâ non recedere, sic Ecclesia legit omnes, & singulas editiones, examinat, retinet eas quæ bona sunt, interpretationes, veram, & catholicam interpretationem pro scopo proponens, cui reliquæ expositiones velut ancillæ deseruiant sic ergo illas recipit, non ut omnes in singulis probet, sed ut in singulis omnia vulgata corroboret, & illustret.

## CONTROVERSIA IX. GENERALIS.

*De Syriaca editione.*

ARTICVLVS VNIVRS.

*Quam habeat auctoritatem versio ista  
Syriaca.*

**E**T si Chaldaica latiori significatione Syriaca dici soleat: tamen præsori voce ab illa secerintur, sicut autem illa Babylone orta est, ita & hæc à regione Syriae, ubi vsus eius linguae maximè vigebat, nomen sortita est, vel quia captiuitate Babylonica soluta ad patrias sedes in Syriam tunc temporis sunt Iudei reuersi, sicut sermonem Hebraicum sensim habentibus annis in Chaldaicū mutarunt, ita eodē Chaldaico sermone immutato, ad Hebraicam normā accommodarunt characteribus, punctis, coniugationibus, casibus, & terminationibus immutatis, Græcis nonnullis vocabulis adscitis; sic huic linguae dederūt originem, quæ tertia facta est, hoc est mixta ex Chaldaea, & Hebraica, quæ & vernacula erat, & Syra Hierosolymitana dicta est, quam ore suo redemptor nostrus consecravit Syra ista lingua ad turbas loquendo. de cuius origine consulendi sunt Guido Frabertius Roderianus in Dictionario Syro Chaldaico, Andreas Masius in Grammaticam Syriacam, & Ludovicus Lusitanus in globo linguae sanctæ lib. i. cap. i.

*De hac ergo Syriaca versione queritur an sit authentica.*

**S**V idetur quod sic. Primo, quia existimatur auctor huius editionis noui testamenti saltem, D. Marcus Euangelista. Ita Syri arbitratur, quod non est leue argumentum à Syrorum Ecclesia particuli ductum, qui à D. Marco instruti sunt, & traditione id accipere potuerunt.

Secundo, quia saltem alij Apostoli, vel Apostolorum discipuli eam translationem confidere potuerunt, vt vult Tremelius Nauator, cuius duo argumēta ponit Rollocus cap. 21. de vocatione. Primum dictum ex elegantia stylī. Secundum, ex aliquarū m̄ historiarum defectu, vt adulterē Ioa. cap. 8. & aliquarū epistolarum, atque librorum, desunt enim epistola secunda Petri, duas posteriores Ioannis, vna Iudee, & liber Apocalypsis.

Tertio, quia summa veneratione apud Oriētales vetus testamentum legitur, & lectum est in antiquissimis ecclesijs, vt Syria, Mesopotamia, Chaldaea, vt

refert Georgius Michael Amiras Edeniensis lib. de Chaldaicæ linguae utilitate.

¶ Sed contra est primo, quia antiquioribus Partibus ignota fuit eiusmodi versio, maximè ijs, qui Palæstinas oras incoluerunt, vt Clem. Alex. Orig. Athanas. Euseb. &c.

Secundo, quia Moyses Barcepha Syrus natione in suo libro de Paradiso p. 1. pag. 307. dicit. *Nouum testamentum Syriacè redditur esse, una quidem interpretatione ex ipso Hebreo, altera ex ipso Græcè.* Non est verisimile bis esse à S. Marco, vel alijs Apostolis, translatū, & harum duarum determinatè nesciri potest, quæ sit translatio, an quæ ex Hebreo, an quæ ex Græco, vnde verisimilis est post prima patrum secula, ab alijs particulatim ex text. Græco confectam.

## CONCLVSI O.

*Syriaca editio, eam habet auctoritatem quam habet textus Græcus.*

**R**espōdeo dicēdū circa hoc esse diuersas sentias nem̄ dum inter Nouatores, sed etiam inter ipsos Catholicos. Quidam Tremelius Iudeus natione, è Iudeo Monachus, è Monacho Calvinianus, è Calviniano Iudeus (vt refert Florimundus lib. de Antichristo cap. 8. pag. 112.) tenet partem affirmatiuam, nempe esse summæ auctoritatis, editamque ab Apostolis affirmat. E catholicis idem sensit Georgius Michael Amiras Edeniensis prælud. 4. de utilitate Chaldaicæ lingue. Sed hæc positio non potest stare ex rationibus assignatis ex argumentis, sed cōtra. Amplius contra Tremelium arguitur ad hominem, nam si hoc testamentum Syriacum ab Apostolis factetur editum sacrilegè ipse multa expunxit, tabulam euangeliorum lectionum euangelicarum distributam secundum Dominicanos, & festos dies anniuersarios, insuper, & titulos epistolarum, & Euangeliorū, litteris ipsiis de tex. quas superfluas reputabat, immutatis pro libidine punctis contra vsum Syrorum, consonantes quoque immutando, substituendo litteram, Iod pro littera Nun. Quam temeritatem eruditè Genebrardus in sua chronologia confutat. lib. 4. Alij dicunt fuisse auctorem Marcum Euāgelistam, ita Syri affirman, vt notat Lucas Brugensis tract. 1. de vī Chaldaicē paraphras pag. 1110. Sed neque id potest stare, nam S. Marcus non potuit vertere Euangelium Ioannis, veleius reuelationes in Apocalypsi idscriptas, etenim mortuus est 8. Nero's anno, antequam Euangelium, & Apocalypsis scripta essent. Dicendum ergo est cum alijs, talem editionem, antiquitatem redolere; nō quidem Apostolicam, vel Apostolis coāvam, cum de hoc non habeamus traditionis expressæ vestigium, sed immemorabilis temporis, cum in antiquissimis ecclesijs Syria, Mesopotamia fuerit vetus testamentum Syriacē decantatum: nec quando, & à quo fuerit translatione facta determinatè sciri posse: esse tamen postriorem ætate Hieronymi, Cyrilli, Theod. Damasc. verisimile putat Bellarm. lib. 2. cap. 4. Authoritatem vero tantam obtinet haec editio, quantum Græca versio, nempe vt in multis suis habeat neuos, sicut, & Græca, per editionem nostram corrigenda. Cuius firmum illud est argumentum, quod in ea desunt

multæ scripturæ partes videlicet cap. 8. Ioannis, vbi recensetur adulteræ historia, item epistola secunda Petri, duæ Ioannis, & Apocalypsis eiusdem, quamquam à Maronitis montis Libani eas in Orientibus codicibus extare accepisse dicat Posseuitus in apparatu t. 1. p. 233. edit. Venet. Verum in Biblijs Regijs desiderantur. Duplex autem eius est vtilitas. Primo, ad vulgatæ explicationem. Secundo ad exprimendū consensum Syrarum Ecclesiarum cum omnium Ecclesiarum matrice Romana Ecclesia, nam (vt apparet in Syriaco exemplari Viennæ impreso, & altero Venetijs 1609.) in sectionibus capitum illius editionis, fit mentio ieiuniorum, precum pro defunctis, vigiliarum, memoria Sanctorum, sacrificijs altaris. &c. quibus Lutherani confodiuntur, & ipse Tremelius Calvinianus, qui ea ausus est ex ea editione expungere, vt notauimus ex Genebrardo.

¶ Ad argumenta in oppositum. Ad primum respondetur. Et si Syri illud afferant, cū prioris etatis non afferant aliquem doctorem testem traditionis, in vulgari opinione eorum existimatio fundatur.

Ad secundum. Prima ratio Tremelij insulsa est, character enim Apostolicus omni fuso, & elegantia forensi caruit. Falsumque principium est, quod Apostolicæ scripturæ character elegans debeat esse, nihilque elegans sit, nisi sit Apostolicum. Secunda ratio potius nostram sententiam firmat, nec enim ab Apostolicis viris, vel Apostolis edi potuit cum illarum partium defectu, quas ex Apostolica traditione, vt ēt sacrā scripturam ab ijsdem Ecclesia suscepit Apostolis.

Ad tertium. Eo argumento patet vetustas editionis illius, sed nō apostolicæ etatis, vel proxime Apostolorum temporibus. Hæc de ista quæstione.

#### CONTROVERSIA X. GENERALIS.

##### De Latinis versionibus, & de vulgata editione.

**O**lim per Hæreticos veteres Marcionitas, & alios, scripturas sanctas Satan truncare satagit; per falsos Interpretes Aquilam, &c. editionem 70. depravare: demum per Apostatas Julianum, atq; Porphyrium bellum instauravit scripturis illudendo: per emissarios suos Diocletianum, vt olim per Nabuchodonosor eandem ignibus tradere procurauit, & per Anabaptistas somnia, & Enthusiasmos, sestantes, eidē valde dicere machinatus est nec contentus machæra, ē canone multos libros sacros truncasse, alio ariete nos audet impetrere, docendo per Nouatores, scripturæ veritatem ex fontibus Hebreis, & Græcis venandam, non verò ex codicibus latinis. Inde cernimus codice aliquo Græculo, aut altero Hebreo exhibito passim clamare, Nos care re scriptura; Verum textum Bibliorum hactenus Ecclesiæ non habuisse; hominum esse Euangeliū, & verba hominum, &c. Quare vt horum temeritati occurramus discutiendum est de latinis editionibus, & præcipue de vulgata.

Fuisse autem innumerabiles latinas translationes S. Augustinus aperte docet 2. de doctrina Christiana cap. 11. dicens, *Vnumquemque promisi sibi viri inf-*

*que lingue facultatem habere videbatur, Græcè scilicet & latine aīsum esse interpretari, & S. Hieronymus præfat. in Iosue scribit, Apud Latinos tot exemplaria existere, quot codices. Et nouissimis temporibus à Catholicis editæ sunt multæ versiones, à Pagnino, Isidoro Claro, Benedicto Arias Montano, Vatablo. Suas quoque versiones Latinas orbi intraserunt Nouatores, vt Munsterus, Oecolampadius, Leo Iudas (supplente Theodoro Bibliandro, adiutoribus, Conrado Pelicano, & Kolino) Sebastianus Castalio, Junius, & Tremelius, &c. sed quoniam teste S. Augustino 2. de doctrina Christiana cap. 15. In ipsis interpretationibus Itala ceteris preferitur, que est verborum tenacior cum perspicuitate sententiae, que vulgata etiam appellabatur, vt dicit Hieronym. ep. 14. & 19. disputationum est primo de hac editione, deinde de editionibus reliquis catholicorum duobus specialibus controversijs.*

Prima ergo controversia continet articulos sequentes. Primum, an Itala, & Latina editio eadem sit cum ea, quæ vulgata dicitur. Secundum, an editio latina à Concilio Tridentino approbata, in his quæ pertinent ad fidem, & bonos mores inconcusse sit auctoritatis. Tertiū, an etiam in minimis particulariis suam quoque habeat auctoritatem. Quartum, an S. Hieronymus fuerit totius vulgatæ auctor. Quintum, qua Dei opere fuerit adiutus interpres, & an sit usque quaque omnium editionum perfectissima. Sextum, an in hac editione Hieronymiana sit Verbum Dei. Septimum, an preferatur ceteris editionibus Latinis. Octauum an Hebreis, & Græcis fontibus sit à Concilio Tridentino anteposita. Nonum an ante Concilio Tridentini decreta mendosa fuerit ista editio. Decimum, an, & à quibus mendis expurgata, & qua auctoritate. Undecimum, an post ultimam istam correctionem ita lectioni vulgata simus adstricti, vt varias interpretationes, relicta ea, quæ incorrectæ circumfertur, sequi non licet. Duodecimum, an post hanc emendationem supersit aliquid emendandum, & an hæc emendatio possit fieri à priuatis personis. Ultimum, an sit expeditus, vt fratralia translatio, & puriori latina lingua scriptura traducatur, ut extollent magis dogmata fidei.

Controversia vero secunda specialis continet hos Articulos. Primum an in alijs editionibus latinis continetur verbum Dei. Secundo an expediens sit vulgatam cultiori lingua edere sacra Biblia.

#### CONTROVERSIA I. SPECIALIS.

##### De editione Latina.

##### ARTICVLVS PRIMVS.

*Aveadem sit cum vulgata antiqua, quæ & Italica dicta erat.*

##### Positio Nouatorum.

**A**ntonius Faius in Enchiridio disp. 24. conc. 30. vt nouitatem obtruderet absolute editionem vulgataam de nouitate taxauit dicens. *Est etiam supra anobis declaratum, non esse admodum antiquam, cum post Hieronymi statem in Ecclesijs recepta sit.*

Oppo-

# De sacrorum Bibliorum versione. 293

## Oppositiones eorundem.

**P**RIMUM argumentum, quia quis fuerit author primum huius traductionis, Itale, & Latinę, incertum est, ut etiam dicit Sixtus Senensis lib. 5. annotatione 116. nihil ergo certum de antiquitate possumus affirmare.

Secundo. Vulgata ista tribuitur S. Hieronymo communiter. Sed a nonnullis ista editio Hieronymiana non vetus, sed noua versio dicitur, ergo non est antiqua: antecedens probatur ex Isid. 6. ethymol. c. 3. qui loquens de S. Hieronymi editione ait, quod omnes Ecclesiae generaliter ea usquequaque utuntur, cum verborum tenacior, & perspicuitate sententia clarius sit. Quod si dicatur, S. August. hoc dixisse de Itala ante Hieronymum, & illam esse, quæ, & 70. Cōtra, quia Hieronym. epistola ad Suniam, & Fretellam ait. Breuiter admoneo, aliam esse editionem, quā Origenes, & Eusebius nostri idest comminē, atque vulgatam appellat: aliam 70. Interpretum, idem docet Es. 2. in ea verba, quia repleti sunt, &c. 14. ijs verbis (Ne laterris) contra secundo. Ergo pugnatiā loquutus August. & Isidorus, & incertum remanet, an vulgata editio sit illa antiqua Itala, vel Hieronymiana.

Tertio. Italā, quæ praecessit Hieronymum cum translata sit ex græco, oportet dicere multum discrepasse à latina Hieronymi. Vnde refert S. August. c. 43. de ciuit. lib. 18. Iudeos fateri Hieronymi laborem fuisse veracem. 70. verò Interpretates errasse: Mendoza ergo fuit Italica, quæ de Interpretibus 70. errare valentibus translatā est, ac proinde non est eadem antiqua vulgata, ac nostra quantum attinet ad vetus testamentum.

## Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo authoritas S. Augustini 18. de ciuitate Dei c. 43. vbi ait. Hanc tamen, quæ est tanquam si sola esset, sic recipit Ecclesia, eaque utinam Graci populi Christiani, & ex eadem, quod Latina Ecclesia tenet etiam in latinam linguam est interpretari, & lib. 16. de ciuit. c. 10. sic ait. sicut anni à d. lxxii usq; ad Abraham 1072. secundum vulgatam editionem, hoc est 70. Interpretum. Ecce quomodo S. August. unam solam, & unicam editionem asserit usque ad sua tempora perdurasse, quæ à 70. edita, Grece a Grecis, latine à Latinis verba est. S. Hieronymus in Esai. c. 49. sic dicit. satis miror, quomodo vulgata editio fortissimum contra Iudeorum perfidiam testimonium alia interpretatione subuerterit dicens. Congregabor, cōglorificabor Domino, & præf. in Euangelia ipse testimonium perhibet in antiqua vulgata editione, corruptiones, quæ irreperant, correxit: cetera vero intacta reliquisse. Epistola quadam ad Principiā, ad Suniā, & Fretellam communem editionem, & vulgatam eam esse, quæ facta est à 70. apertissimè profitetur dices. Communis editio ipsa est, quæ est 70. Innumerū sunt loci, quibus Hieronymus vulgatam editionem docet esse eandem, ac 70. legatur in Es. c. 2. in c. 14. in c. 26. in c. 30. & c. 59.

Gregorius in præfatione moralium sic dicit. Nō uam translationē (nempe Hieronymi) differo, sed cum probationis causa exigit, nunc veterem, nunc nouā pro testimonio affumo, ut quia Sedes Apostolica, cui au-

thore Deo, præsideo, utraq; utitur, mei quoq; labor suus ex utraque fulciatur.

Secundo. Ante Augustinum, Hieronymū, &c. latine scripsisse Tertullianum, Cyprianum, &c. apertissimè constat, & secundum illam editionem Italā, scripturæ testimonia protulisse certò certus est: non ergo nupera est ita trāslatio, cum antiquissimi processus ea ut sint. Confirmatur, quia non illico editio Hieronymi dici poterat vulgata, quippe quæ tūc recente prodibat in lucem, nec satis in Ecclesia accepta ut passim idem Sanctus testatur, ergo.

Tertio, quia Romæ non passim lingua Græca omnibus erat nota sicuti Latina. Ergo sicut verisimile est formas Sacramentorum à Petro, & Paulo latine administratas, & ab iisdem latina lingua Euāgelium prædicatum, ut ab omnibus intelligerentur, sic & scripturæ, quæ populis etiam à Lectoribus de more legabantur in Ecclesiis non peregrina, sed Italia, hoc eit tunc, ut nunc latina lingua pariter legeretur ad ædificationem, & eruditionem, recenter tunc ad fidem conuersorum.

Quarto, quia non est verisimile nullas scripturas, toto eo temporis decursu, quo Petrus rexit Romanam Ecclesiam, prædicando, & explanando scripturas in latinum conuersas; cum latina lingua eo tempore principatum teneret, & apud omnes esset in pretio. Et confirmatur, quia sicut Synagoga in sua lingua hebraica habuit scripturam authenticam veteris testamenti, & Græcia habuit editionem 70. & noui testamenti scripturā ab ipsis Apostolis Græco sermone descriptas, æquum fuit ut Latina quoq; Ecclesia Synagoga sublimior super omnes Græcorū Ecclesiās eminentior suam latinam versionem obtinaret.

Quinto, quia Ecclesiae omnes alię per universū orbē dispersæ, quæ erant in Iberis, Celtis, Hispanijs, Gallijs ab initio nascentis Ecclesiae cum Romana Ecclesia incorporatae, & cōfessaratae (vt patet ex Ireneo lib. 1. c. heres.) lingua Græca, quæ communiter ignorabatur, non callebant, sed Latinam; ergo non est incredibile ad ædificationem omnium harum Ecclesiārum scripturas utriusque testamenti Latino sermone conuersas.

Sexto ex regulis agnoscendæ traditionis. Cum se per retentia sit ista editio vulgata, & eius initium ignoratur, nec tempus, nec auctor designari possit, ad Apostolorum tempora referenda est translatio ista, Itala, Apostolica auctoritate probata.

## CONCLVSION ORTHODOXORVM.

Eadem est editio vulgata cum antiqua, ut nullo modo dicenda sit alia ab illa, & si altera dici possit.

**R**espondeo dicendum, sicuti dicit August. lib. 18. de ciuit. Dei cap. 42. dispositione diuinæ prouidentiæ factum esse, ut sacre scripturæ per 70. in Græcam linguam vetterentur, & ob id tam mirabile Dei munus acceperunt, ut illarum scripturarum non tanquam humanarum, sed sicut erant, tanquam diuinarum etiam isto modo commendaretur auctoritas credituris quandoque gentibus, futurum quod iam viderimus effectum, cū ergo nedium e Græcis esent creditur, sed ex Latino eloquio

eloquio, & omni gente, quæ sub cœlo est, quæ latini eloquij expers non erat, eadē diuina dispositione de translatione latina prouisum est. Vnde secundum eundem August. c.43. Ex hac 70. interpretatione etiā in latinam linguā interpretatum est, quod Ecclesiæ Latinae tenent. Sed ut subditidem August. Non defuit tēporibus nostris Præbyter Hieronymus homo doctissimus, & trium linguarum peritus qui non ex Græco: sed ex Hebræo in Latinum eloquium easdem scripturas conuertit: testamentum vero nouum iusu Damasi Pontificis latinè ex Græco versum solum emendant, & suo candori restituit, ipso dicente lib. de scriptoribus Eccles. nouum testamentum Græca fidei reddidi, ad Damasum in præfati Euangel. ait. Ita calamè temperauimus, vt iis tantum, qua sensum mutare videbantur correctis, reliqua manere patremur, vt fuerāt. Ante ergo Hieronymianam editionem vetus testamentum è Græco translatum erat in Latinū ex Augustino, & nouum iam in Latinum versum, à Hieronymo eo facente postea emendatum. Vnde necessariò dicendum est quantum attinet ad nouum testamentum, latinam editionem, quæ apud Ecclesiæ Latinas vulgata, & communis dicebatur, antiquissimā extitisse, & ab immemorabili tēpore, quod est traditionis Apostolicæ vestigium. Similiter quantum attinet ad vetus testamentum, ex traductione Itala, antiqua habet Ecclesia Psalterium, Sapientiam, Ecclesiasticum, libros Machabæorum, ceteros vero ex noua traductione ex Hebræo, Hieronymi labore suscepit Ecclesia. Vnde quātum ad hos, eosdem libros ante Hieronymum latinè translatos dicendum est Italam secundum substantiam eadem esse, ac nostrā vulgatam, quæ à Concilio probata est, vt postea dicitur, & licet ista nouissime approbata in verbis Græco dissentire videatur, & cum Hebraico texu concordare, altera potius dicenda est vulgata editio, quæ à Concilio probata est, non alia ab antiqua, quæ & Itala nominata est.

### Solutiones oppositionum.

**A**d primum. Cum author reperi non possit, nec designari, habetur à posteriori antiquissimam illam fuisse, & de Apostolica traditione manantem.

Ad secundum. Tribuitur editio vulgata Hieronymo quantum ad nouam versionem ex Hebræo, non ex Græco fonte, & quantum ad emendationem noui instrumenti: ceterum antiquior extitit latina trāslatio ex Græco tam in veteri, quam in novo testamento, vt satis ostensum est, & sic patet ad primam instantiam. Ad Secundam. S. Hieronymus iis verbis solum insinuat Origenem, & Eusebium castigasse editionem 70. se quoq; illam emendassem; & eam sic emendatam posse vocari editionem 70. Communis illa, verò, & vulgata, quæ suo tempore inualerat in Ecclesiæ, adeò erat vitiata, vt 70. editio vix dici posset. Eodē modo exponēdus in proem. in c. 16. Elai. unde illam à se castigatam solum translationem 70. appellandam vult, vulgatam verò vitiatam, & corrēptam, illam nimis sui temporis. eodem modo exponendus est in allegatis locis, & per hæc patet ad secundam instantiam.

Ad tertium dicendum, quod cum editio 70. Interpretum in multis codicibus variata adeò esset, atq; sedata, vt tolerari vix posset (vt dicit S. Augustinus

ad Hieronymum) nouam versionem, ad quam Augustinus faciendam ex Hebreo in Latinum illum impulit, idem Hieronymus elaborauit, vnde non est in suo fonte Græco minus pura. 70. editio (ex qua Itala translata est) quæ quæ ex fonte hebreo, quantū attinet ad substantiam, cui Hieronymi concordat editio. Dixi si accipiatur editio 70. pura, de fonte inquam fluens, non de riuulo manans, nec de instrumento, de quo ait idem Hieronymus, quod à 70. Senioribus in Græcam linguam versum, tertio gradu peruenit ad nos; hoc enim variatum in codicibus, à Hieronymi versione discordat in multis. Quare secundum substantiam Itala cum versione Hieronymiana eadem est, vt patet intuiti, & utraq; nomen vulgatæ obtinuit, cuin hac differentia, quod Itala vetus vulgatæ dicta est; Hieronymi noua vulgata tempore Gregorij, quæ postea sacerdotum tractu Ecclesiistarum consenione, cuin vetustate inconcusa obtinuit auctoritatem, accedente Ecclesia Catholice censura, & vetustatis nomine pariter gaudet, vnde etiam vetus vulgata respectuè appellata est.

### ARTICVLVS SECUNDVS.

Vtrum editio vulgata in his, que pertinent ad fidem, & bonos mores in concusse sit auctoritatis.

### Positio Nouatorum.

**P**Assim Hæretici conclamat, Ecclesiam Romanam carere vero verbo Dei. Sua ætate ortam Eccleſiā, vt pote sub quibus interpretaciones, & versiones scripturarum (vt iactant) enatæ sint. Vnde nullam admittunt versionem authēticam, nisi proprias, Græcam verò, & Latinam prauas esse dicunt versiones. Sic decreuerunt in decreto Liplienu, cui Pfeffinger, Melanthon, Ponteranus, Alexius, & alijs Lutherani subscripterunt. Vide Staph. in tertio prædicamento, doctrina Lutherica. Et Zuwingiani, ne Lutherus regnare in sua Germanica versione videatur (vt dicit Staphil.) dum ille suā, ceteris spretis iactabat, pariter nullam versionem authenticam extaret voluerūt. Vnde in prefatione edit. Tigurinę sic scripserunt, quod maiestas est in solis fontibus, quod versio fuit libera, & non posse probari Christi Ecclesiā vlli unquam certe translationi fuisse alligatam. Ex his lacunis biberunt sequentes gracul: nam Lutherum sequens Kemnitius in exam. ex profilio Tridentinum decretum oppugnare conatus est.

Ioannes Caluinus, Zuwingianos sequens in antidoto Concilii Tridentini in illud inuehitur dicens. In translationibus præter unam vulgatam damnandis, vi crassior est inficiita, ita magis barbarum edictum itē contra Patres Concilij debacchatur dicens. Iſtos asinos quis ferat, dum interpretationis donum eripunt Ecclesiæ? & Vulgata tanquam luto aditum præcludit, ne ad intelligētiā scriptorum sacrorum perueniamus. Caluinum lecū sunt sibi siquidem Theodorus Beza præfatione in lob ad Regiam Angliæ fol. 6. ait, absit ab omnibus sanæ mētis Christianis, vt tam inepto, tam iniquo, tam exuali Concilii Tridentini decreto obsequiantur.

Vvita.

Vvitakerus controv. I. q. 2. c. 7. ne dum in eandem vulgatam est oblocutus, sed etiam ad eam oppugnandum, omnes neruos intendere studuit.

Faustus in suo enkirkidio, presertim disput. 24. quicquid à kemnitio in exam. sess. 4. contra Concilium, Caluino in antidoto, Maiore præsat. in psal. Tilmano Keshusso lib. defexit nis erroribus. Pontificiorum debacchatum est, resumens, cōpendio eorundem mendacia, & schismata recapitulando, eiusdem vulgata auctoritatem dilacerere conatur. Nec ullus hodie ministellus est, qui reiecta vulgata ad fontes gracos, & hebraicos non prouocet.

Et nouissimè Iacobus Rex Anglie in præfatione Apologiae editæ 1608. aduersus diplomata Pauli V. eisdem calumnias in vulgatam refricauit, & Philipus Morneus in suo mist. iniqu. oppositione 65. pag. 628. in catholicos inuehitur, eo quod inquit vulgata tantum Bibliorum versionem authenticam esse volunt, & præpostere autographa ad eam exigant.

### Oppositiones eorundem.

**A**rguit primo Kemnitius; nam decepius est interpres vertendo (sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores misteriorū Dei) p. Cor. 4. & iterū ex illo loco Ephes. 5. Sacramentū hoc magnum est; ait, Papistas sic vertisse, vt inde probarent matrimonium esse Sacramentū, græcē autē habetur μυστήριον hęc autem verba Kemnitii sunt, Matrimonium probatur esse unum ex 7. Sacramentis, quia vetus interpres Ephes. 5. pro nō ysterio redadit Sacramentum. Idem confirmatur à Vvitakero, nam in scripturis ait, illud nomen nō significat eam rem, quam nos propriè Sacramentum dicimus, alioqui subdit Hunnius si omne arcanum, & reconditū censiū debet Sacramentū, sequitur nos innumerabilia habere Sacraenta. Propter quam quod subdit, Paulus non matrimonium inter virum, & fēminā, sed coniunctionem illam mysticam Christi, & Ecclesiæ nuncupare mysterium. Addit Vvitakerus, Catetanū, ex illo loco negasse colligi posse matrimonium esse Sacramentum.

Secundo ex illo Genes. 6. vbi dicitur. *Videns autē Dominus quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio hominis intenta esset ad malum omni tempore, videbat foueri error Pelagianorum, & Semipelagiorum, per hoc, quod alleretur, quod non omnia nominis non baptizati opera, sint peccata;* nec peccatum originale formaliter remaneat, sed solum somitem nos ad malum trahentem, & inclinantem, non autem capiuntatem in nobis post peccatum dicant remanere. Est Faustus, & ante ipsum Kemnitius, qui tenent omnia oper a hominum esse peccata, & originale in baptizatis permanere.

Tertio, & est Faustus ex illa 2. Petri primo, *Sicut ergo ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciat, colligunt bona esse opera necessaria ad salutem, cum tamen illa solum signa sint. superflue ergo additum est ab Interpretate bona opera. unde in Greco exemplari non reperiuntur.*

Quarto Daniel, cap. 4. *peccata tua eleemosynis redime, & iniurias tuas misericordias pauperū,* ait Faustus, nūtiti hac versione errorem de meritorius operibus.

Quinto. Hieronymus, qui hanc editionem fecit,

aut correxit non putavit esse authenticam, cum tamē multo ante purior extiterit quam nunc est. ergo, &c. antecedēs probatur, liberum reliquit lectōribus, hoc vel illo modo multa interpretari, quia, num ab ipso recte intellecta, & versa essent dubitabat. Est Vvitakeri.

Confirmatur, quia Hieronymo nunquam ne per somnium quidem venit, fore, vt Ecclesia ipsius translationem pro authenticā scriptura unquam suscipiat, est eiusdem.

Confirmatur, quia Hieronymus ipse multa reprehendit in editione vulgata à seipso edita, vt patet. s. in. Es. c. 19. & dicetur infra, & ingenue fatetur se aliter translatisse, quam hebraica veritas postulabat, vt Iona 4. hæderam translatisse, iuxta Aquilam, & cucurbitam iuxta 70. ipseq; in commentariis in Ionom, nec hæderam, nec cucurbitam ea voce possit significari docuit apertissimè. Ad hęc, non fuit Prophetā, nec spiritu propheticō prædicta, ergo cum vulgata editio nihil aliud sit, quam interpretatio, nō est ipsa per se authenticā, & *hæderam* scriptura. est eiusdem. Accedit, quod nulla interpretatio per se est verbum Dei, & Interpretis solum est scripturā transferre, non suam interpretationem facere authenticā scripturam, &c. est eiusdem.

Sexto, scripturam authenticā oportet ab ipso Spiritu Sancto proficiſci *queat* ideoq; Paulus ait, omōē scripturā esse *deōtērūs* ex 2. Timot. 2. talis autem non est scriptura Hieronymi, seu vulgata, ergo non est scriptura authenticā. est Vvitakeri.

Septimo, ante Gregorium Magnum non fuit vīla versio latina authenticā in Ecclesia Latina, ergo neque post Gregorium talis est admittenda; itē post Gregorium usque ad Tridentinam Synodum nullo unquam Ecclesiæ decreto cautum fuit, vt hęc vulgata editio haberetur authenticā. ergo neq; Tridentina Synodus tale decretum promulgare, aut potuit, aut debuit, est Vvitakeri.

Confirmatur, quia Ecclesia non habet potestate declarādi interpretationem alicuius hominis, quātumvis accuratam esse authenticā. est eiusdem. Addit idem Vvitakerus, quod Pontificiū vulgatam latinam editionem, dum authenticā faciunt id sibi sumunt, vt faciant, quod se non posse facere concedunt: nam qui scripturam authenticā faciunt, ii canonica scripturam faciunt: sola enim authenticā, canonica est, & ē contra. At illi hanc scripturam authenticā fecerunt, quippe qui aliquando authenticā minima fuerit, ergo scripturam faciunt canonica, quod in Ecclesiæ tamen potestate, iudicioque nequaquam positum esse confitentur.

Octavo, Interpretētes, ac Tractatores non semper soliti sunt recitare verba scripturā, que nād modum legitur in vulgata, nec antiqui Patres secuti sunt vñtantū versionem latinam: ergo neque iam vna sola pro authenticā habenda est, est eiusdem.

Nono, si Deus permisisset scripturam perire in Hæbreis, Græcisq; fontibus, in quibus edita fuit a viris diuinitus inspiratis, non satis prouisum esset Ecclesiæ suæ Fidei, nostrę, relinquendo editionē vulgatam. ergo, &c. est eiusdem.

Décimo, si qua ratione vulgata debet habere auctoritatem, ea potissimum esset, quia tot annis 800. vel 900. annis, non est verisimile Ecclesiam caruisse scri-

scripturæ interpretatione, & in ijs, quæ ad Fidem, & mores pertinent Interpretem vulgatum sequendo, verbum hominum coluisse pro verbo Dei: sed hoc nihil est, nam tota Ecclesia non erat hoc tempore Latina, sed etiam, & Græca: ergo etiam si Ecclesia Latina errasset, satis erat si exp̄s erroris, habendo Græcos codices incorruptos. Græcorum Ecclesia permaneret. Deinde non est absurdum falli quorūdam locorum versionem sequendo, & interim non desinat esse vera Ecclesia. est Vvitakeri.

Decimoprimo, nam eti Patres commandent vulgatam, quod sit ceteris anterēenda, illa commendatur, quæ erat in v̄su, interim non contendunt non posse dari meliorem, quæ ad hebraicam veritatem, & sensum Spiritus Sancti proprius accedat. est Hunnij.

Decimosecundo, nam argere indefectibilitatem vulgatae, ex auctoritate Concilij est Patologismus, ait Danus, à non causa, vt causa.

Decimotertio, ratio (qua vtitur Concilium) à tot seculorum petita, hoc euincit, Ecclesiam Dei vtiliter ea editione v̄sam esse, cū non extaret melior! traditio. est Hunnij. Nō ergo sequitur, quod si infallibili auctoritatis. Et cōfirmatur ex Vvitakero. Quia scriptura vetus ante Christum, quæ post Christum noui testamenti authentica fuit, eadē quoque nobis authentica videri debet: At hebraica editio ab Ecclesia Christianorum semper authentica habita est, ergo illa recipienda. est Vvitakeri.

Confirmatur secundo, & est argumentum Hunnii, nam sic alligari omnes, vt ad fontes, quando ab illis dissentit vulgata, recurrere non licet p̄posteriorum est, & absurdum, atq; tyrannicum. Dicere autem ait Vvitakerus, Ecclesiam, scripturam à Prophetis, & Apostolis editam amisisse, negligentiam, & sacrilegium Ecclesiam commisisse, necessario sequitur.

Decimoquarto, non possunt esse pariter authenti ci divini fontes, & riui nostri, ergo, &c. Hunnus. imo nec vlla translatio vñquam fuit ita authentica, vt fontibus æquiparati posset. est Vvitakeri.

Vltimo. mirum est, quomodo 70. Interpretum de authentica mutata sit in nō authenticam. Vvitaker. Item de hebræa mirum pariter est, quomodo ex authentica non authentica facta fuerit.

Accedit ex eodem Vvitakero, quod ipsi Papistæ confitentur fontes ipsos viles esse. ergo, &c.

### Confutationes corundem.

#### Ex Orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo auctoritas Ecclesiæ in Tridentino his verbis explicata sess. 4. Sacrosancta Synodus considerans non parum utilitatis, accidere posse Ecclesiæ Dei, si ex omnibus latinis editionibus, quæ circumferuntur sacerorum librorum, quenam pro authentica habenda sit innescat. Statuit, & declarat, vt hec ipsa vetus, & vulgata editio, qua longo tot seculorum v̄su in ipsa Ecclesia probata est in publicis lectionibus, disputacionibus, & expositionibus pro authentica habeatur, & vt nemo illam rejecere quoniam p̄texit audeat, vel presumat. At clamant se opprimi auctoritate p̄atoria: sed si recenseant Ecclesiæ auctoritatem à Christo fundatam, & stabilitam cogi se auctoritate

Ecclesiæ dicent, illius inquam, cui claves datæ sunt intelligendi scripturas, & astringendi ne aliter, quam illa tradit, audeat vllus interpretari. agamus, & alijs argumentis.

Primum Argumentum desumitur ab antiquitate: nam vulgata ista, quam probauit Ecclesia, vel est illa antiqua Itala, quæ, & communis dicebatur, vel est Hieronymiana, vel ex vtraque composita. Si dicas esse illam Italam, iam pridem obtinuit auctoritatem ex Ecclesia v̄su. Vnde S. August. 18. de Ciuit. c. 43. summā auctoritatem obtinuisse declarat aper- tē his verbis. Ex hac 70. interpretatione etiam in latinā linguam interpretatum est, quod Ecclesia Latine tenent. & 2. de doc. christiana c. 15. sic dicit. In ipsis autem interpretationibus Itala ceteris preferatur, nā est verborum tenacior cum perspicuitate sententiæ. Vide quo modo aperus testimonij S. Augustini habeatur talē editionem p̄ferendam. Si eam dicas esse editionē vulgatam, quam Hieronymus ex Hebræo transtulit in Latinum (quam diximus alteram, non aliam ab Itala) Et si initio quibusdā displicuisse appareat (vt patet ex inuestiuis Ruffini potissim lib. 2. & Apologijs Hieronymi) alijs verò arrisuisse certum est, vt habetur ex p̄fationibus Hieronymi in singulis pene scriptura libris, & ex S. Augustino 18. de Ciuit. c. 43. itamen post S. Hieronymum sensim cœpit habere auctoritatem, vt patet ex Cassiano collat. 8. c. 21. iuxta nostram vulgatam scripturæ testimonio citate. Maximum verò auctoritatis pondus habuisse tempore Gregorij patet ex ipsis verbis in moraliū p̄fati. c. 5. vbi sic dicit. Nouam verò translationem differo, sed ut comprobationis causa exi, it nunc nouā, nunc veterē per testimonia assumo, vt quia Sedes Apostolica (cui auctore Deo p̄fideo) vtraque vtitur, mei quoque labor iudij ex vtraque fulciatur. & lib. 20. cap. 23. dicens. Hæc noua translatio ex Hebræo nobis Arابico eloquio cuncta verius transfundisse perhibetur, credendum est quicquid in ea dicitur, & oportet, vt verba illius nostra expositio subuliter rimeatur. Ergo secundum sententiam Gregorij sic noua Hieronymi vtebatur in expositionibus, &c. vt veteri suum quoque deferret Sedes Apostolica honorem, & ex vtraque iuos labores fulciendos Gregorius certò existimat. Post tempora Gregorij non antiqua illa Itala, quæ fortasse mendis scaturire cœpi: sed Hieronymiana obtinuit auctoritatem; vnde S. Isid. lib. 1. de officijs c. 12. ait. ex Hebræo in latinum eloquim tanimmodo Hieronymus Presbyter sacras scripturas conuertit, cuius editione generaliter omnes Ecclesiæ usque quaque viuntur, eo quod veracior est in sententia, & clarior in verbis. & Hugo de S. Victore de scrip. & sacr. scrip. c. 9. Ecclesiæ brissi per vniuersam latitudinem translationibus, quas vñtiosa interpretatio, sine primo de Hebræo in Græcum, sine secundo de Græco in Latinum facta corruperat, versionem, hanc solam legendum, & in auctoritate habendam constituit, consuetudine, & v̄su ipsius Ecclesiæ, & tacita approbatione usque ad Concilij Tridentini tempora.

Confirmatur. Nam si Itala antiqua à Tertulliani temporibus retenta, propterea authentica demonstratur, quia illa in suis scriptis v̄sus est, eaque v̄si sunt Cyprianus, Augustinus, Ambrosius, Gregorius; etiā vt supra dictum est, cum à tempore Hieronymi v̄sq; ad pr̄sēs Latina Ecclesia quoq; v̄sa sit editione Hieronymi, quam sequentes Patres, & Doctores Scholastici

# De sacroum Bibliorum versione. 297

Iustici vni sunt, authentica dicenda erit, absurdum autem, & impium est dicere tot Ecclesiae proceres falsa, & corrupta scriptura vlos esse exponendo, dicens, Hæreses debellando; nam cum hæc omnia præstabant, vel aliquid effectum, vel non; si aliquid iam habemus intentum; si nihil efficerunt potius extortæ, quæ scripturæ intelligentia sunt: populi decepti, non instruti, firmatae potius Hæreses, quam infirmatae. Quod si nostra editio vulgata ex utraque nempe Itala, & Hieronymi sit composita, robur obtinebit maximum, cum vranq; summe fuisse auctoritatis seorsim, sit demonstratum.

Secundum argumentum. Scriptura est fidei regula, & si non sit ad aquata. Regula autem debet esse irrefragabilis, & certissima: si ergo vulgata non esset regula usque quaque irrefragabilis auctoritatis, vel Latina Ecclesia esset destituta Verbo Dei scripto, vel Verbum Dei latine scriptum in Latina Ecclesia (si recta non esset versio latina) non esset fidei regula, quæ omnia cum sint absurdissima, absurdius id, ex quo hæc sequuntur.

Quod si dicas, sufficere non esse Latinam Ecclesiæ destitutam Verbo Dei: nam corruptam vulgatam posset ex fontibus emendare. Contra, quia hæreses causa est (vt dicit Augustinus) dum Sacra Scriptura, quæ bona sunt, intelliguntur non bene, & ad ipsos sensus ab impijs detorquentur dicentes, vt scripsit Iraeneus lib. i. adu. heres. c. i. Illam esse fidei, & veritatis imaginem, eo quod inquiet ex ipsiusdem Sacrarum Scripturarum locis est constructa: ex varietate autem translationum, maxima materia subministratur varijs, & peregrinos sensus efformandi, ergo à diuino spiritu recte consultum est, vt omnibus alijs post habitis editionibus, vna sola vetus vulgata retineatur: vt omnes sensus ab ea degeneres per illam emendarerentur.

Et confirmatur, quia nullus esset altercādi finis, & per diversitatem editionum, & sensuum, qui ex fontibus hauriri possent, unusquisque illum, quem feligret, putaret esse scripturæ genuinum sensum: ergo ad lites terminandas, & ad verum sensum retinendū, merito de publica, authoritatua editione prouisum est, vt omnis priuata, & non authentica editio publicæ, & authenticae subiiceretur, & sic tam unitas religionis, quam Verbi Dei scripti maietas facta conserueretur.

Tertium argumentum. Ad Ecclesiam Catholicam pertinet decernere, qui libri sint canonici, qui non, quæ vera intelligentia, quæ falsa. Ad eandem ergo pertinet decernere, quæ versio pariter cum authentica concordet, vel discrepet. Quare sicut decernente Ecclesia, quod Euangelium Ioannis sit authenticum, vel quod intelligentia verborum. Verbum caro factum est, sit illa, quod intelligentur per assumptionem humanitatis, non per conversionem Deitatis in carnem, talia decreta sunt infallibilis auctoritatis; ita decernente eadem, quod hæc sit vera translatio. Verbum caro factum est, non illa Nouatorum Sermo corporatus est, infallibilis quoque esse debet auctoritatis. Antecedens est S. Augustini lib. contra epist. fundamen. c. 5. dicētis illis scripturis se credere, quæ catholicæ commendat auctoritas, & de moribus Eccles. lib. i. c. 1. ait. Quis medioriter sanus, non facile intelligat scripturarum expositionem ab his petendam esse, qui earum Doctores se esse profidentur? Consequē-

tia manifesta. nam non minus necessarium est scire, quænam sit scriptura, & eius intelligentia, & quænam translatio, & authentica, & conformis illi, ex qua facta traductio, & exemplata.

Quartum argumentum ab incommmodo. Nam sublata unitate vnius infallibilis editionis possent auctoritatis studiosi impunè vagari, & per latum campum errorum spatiari, & compendiosam viam ad fidem vniuersam euertendam, & apostasiam, & Atheismum fundandum sibi sternere, & religionem ad nudum nomen contrahere: nam si incidamus in dictum locū. In principio erat Verbum, vel in illud, & Verbum caro factum est. Cum illa particula etiam significare possit sermonem, necnon fabulam, & disceptationem, si licet (vt fecerunt nasutuli quidam) vertere. In principio erat sermo ille, & iterum, & sermo corporatus est, licet sibi impius alter existimat transferre, in principio erat disceptatio, & alter in principio erat fabula, & sic infinita repetiri possent huiusmodi, & portenta in vatijs Græcis, & Hebraicis dictionibus propter vocum & quinocationem, singulare, & expeditissimam viam assumere possent, ad Apostasiam, & Atheismum.

Tandem principaliter. Arguitur ad hominem. Nam vel admittunt Heretici nullum textum depravatum esse, vel aliquem. Si nullum, ergo textus vulgaris integrè, prout mandat Concilium Tridentinum, recipiendus est. Si aliquem, ergo, sicut ipsi dicunt nostrum depravatum, ita dicimus de suo, & cū hec lis componi nequeat ex scriptura, ex qua soli voluntates terminandas, nec ex Patribus Tridentinis, quos contemnunt, ad veteres Patres, & antiquitatem confugiendum est, qui antequam ipsi, & Patres Tridentini nascerentur, satis innuerunt quanta auctoritate vulgata esset custodita. Simili discursu, & arguento S. Augustinus Pelagianum Iulianum confutauit. Sed demus ex scriptura posse componi hanc litè. Quid dicit scriptura? quod Heretici scripturas depravant ad suam, ipsorumque perditionem. 2. Petri 3. cum ergo ipsi sint falsarij allegatione, & styllo, vt dicebat Tertull. lib. contra Marcionem, potius contra eorum textus, quam contra nostros militat suspicio, imo ocularis demonstratio, quæ infra subiicitur. Sed interim suorum Prophetarum testimonia, contra ipsos audiamus.

Lutherus ait tom. 3. lat. in explicatione super nonnullissima verba Davidis, quod Mundus est plenus leui bus, & curiosis ingenij, quos veluti prurientes auribus delectat nouitas, quosque facile fastidium capit sanæ doctrinæ, quare iam patefactum est ostium Satanæ quæuis deliria inuehendi in doctrinam, & in specie loquès de varijs versionibus, imo perversionibus suorum symmictarum, ait profectò, non est utilis Ecclesie, opera, & studium Rabbinorum, & Grammaticarum Iudaizantium interpretationes, & sententias in Ecclesiam inuehendi, nam illi etiā sine studio per se nimis facile, & pertinaciter berent, & ipsa litera, seu textus à Iudeis recepta superstitione obseruatio, & aliorū Interpretum auctoriarum, & exempla facile caliginem offundunt, vt interim amissa vera sententia, & intellectu de Christo, ubi non oportuit Iudaice & imaginationes nobis incautis obrepant, quemadmodum omnibus interpretibus video eueniisse, nullo, ac ne me quidem excepto, & devulgata noxi testamenti, quid Papa catus queri potuit sibi deesse

deesse, quod ad integrum lectionem scripturarum attinet? an non librorum noui testamenti; nam de veteri nunc no dico, certam, perspicuam, ac luce clariorē lectionem habuerunt. Quid nunc nostis nouarum sectarū Sacramentariorum, Anabaptistarum, auctoribus deest? an non, & hi certè in noui testamenti libris doctrinam Euangeli certò, & clarissimè traditam clamant, quam tamen se non intelligere, ac tenere ipsi satis ostendunt? an vero propter uniuscuiusq; insani, & à Satana exigitati cerebri furores, & somnia etiam noui testamenti versionem, quæ ad illius Sacramentarij, aut Anabaptistæ, fanaticum sensum edendam fuisse, aut esse indicabimus? quis bic futurus esset modus, vel numerus nouarum interpretationum.

Conradus Pelicanus præfat. in Psal anno 1433. ait. Tanta dexteritate, eruditione, & fide, Hebreæ, quod sensum concordare deprehendimus vulgatam editionem Psalterij, ut eruditissimam, pariterq; pysisimam, & verè prophetali spiritu fuisse Interpretē Græcum, & Latinum non dubitatur.

Calvinus in prefat. in sua opuscula. Inadem (quod est caput malii) dū obstinate tueri pergit, quod semel temere effutuerūt, tūc oracula Dei cōfūtūt, ex quibus error suorū, patrocinia querūt. Ibi Deus bonè, quid no mueriūt? quid no depravat. alq; corrūpt, ut ad sēsū suū, non dico inflectant, sed vi incurvant. Scilicet verè dixit Poeta. Furor arma ministrat. Haccine est discendi via versare, ac volvutare scripturas, ut libidini nostræ seruant? vi sensu nostro subyciantur? quo nobilest fiolidius. O sonicam pestem, & certissima Zanzania mimici hominis, quibus vult obsecare verum semen. Et adhuc miramur, unde tot sectæ inter eos, qui primum nomen Euangeli dederant, ac renascenti verbo. Quæ verba Nouatorum versiones aperiè taxant, & dum illas infirmant, nostram firmant.

Beza in annot.c. 1. Lucæ mirificè laudat Latinum Interpretem dicens, summa Religione sacros libros interpretatum fuisse, & Erasmus, Interpretem nostrum vulgatum carpentem, in præfat. noui testam. ipse Beza reprehendit, vt patet in præfat. noui testamenti edit. anni 1556. dicens. Vulgatam editionem maxima ex parte amplector, & ceteris omnibus antepono. Carolus Molineus ad Caluini castra pertinēs, sic scribit in nouo testamento p. 30. Ægerrimè à vulgaris, consuetaq; lectione recedo, quam etiam enīx defendere soleo. & in c. 17. Luc. ait illam se preferre editioni Erasmi Bullingeri, Brentij, dentq; editioni Tigurinae, Ioannis etiam Caluini, ceterisq; omnibus.

Hunfredis de rat. interpretat. lib. 1. pag. 74. ait Proprietati verborum satis videtur addictus vetus Interpres, & quidem nimis anxiè, hoc tamen interprete Religione quadam fecisse, non ignorantia. Couellus in responsione ad Io. Burges. p. 94. ait de editione vulgata. In usu fuit in Ecclesia mille trecentis, retro annis, & versionem anglicam illam esse quæ ad vulgatam proximè accedit. Douus in persuasua ad Anglos recusantes pag. 19. ait. æquum esse cēsemus, ut eutaxia gratia in scholis, & pulpitis una editio latina in usu sit, & quidē ob antiquitatem, vulgatam editionem omnibus ceteris proponamus.

Contra Vvitakeram sic etiam ad hominem insurgimus, sit enim dicit in responsione ad Reginaldi confutationem pag. 235. Translationes conuenientes cum originali texu sunt verbum Dei, quia verbum Dei non est idiomā, sed doctrina à Prophetis, & Apo-

bolis tradita. Sed talis est editio nostra. Minor Pater ex confessione Vvitakeri dicentis q. 2. cap. 1. de scriptura Patres laudasse hanc editionem, ut elaboratæ ac proinde propterea prælatam alijs editionibus latini. Idem Vvitak. in respons. ad Guillielm. Minaldum p. 241 ait. Hieronymum veneror, Dam:sum laudo, opus ipsum pium esse fateor, & Ecclesiæ Dei utile. At ò veritatem (dicam cum Augustino cōtra Donatistæ c. 24. post collat.) ad confessionem, quouis ecclæ, & tormento efficaciorem.

#### CONCLV SIO. CATHOLICA.

*Editio vulgata ad fiduci dogmata, moresq; formandos infallibilis est auctoritatis.*

R Espondeo dicendum ex doctrina apostolica, quod interpretatio sermonum est donū Spiritus Sancti, quare Paulus 1. corin. 12. enumeratis varijs gratijs gratis datis, ait alijs (dantur) generali grecijs, alijs in interpretatio sermonum, hec autem omnia operatur unus, atq; idem Spiritus. Omnes autem gratiæ gratis datae dantur ad aliquem finem, nempe ad fidei, & spiritualis doctrine manifestationem, vnde ibidem ait Apostolus: unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Fides autem, & spiritualis doctrina in sacro eloquio continetur: scriptura enim sacra vnum est ex precipuis christianæ fidei fundamentis, quæ cum in suo idiomate descripta. Hebreo, vel Græco ab omnibus intelligi nequeat, opus fuit manifestatione per interpretationem, inutiliter enim tradita fuisse, nisi prouisum esset de interpretatione, per quam eiusmodi doctrina manifestaretur. Ut autem nullum membrum est, quod non participet aliquem influxum à corde, vel à capite, ita nullus fidelis est, quin aliqua gratia gratis data, et si non omni, sit prædictus, nulla tamen gratia est in mebris, quæ non corpori scilicet Ecclesiæ inesse dicatur, imo, & plenius, & vnitius, cum in membris dispersim in hoc, & non illo membro continetur, vnde Ecclesiam dicimus, loqui gentium linguis, miracula operari, & interpretari, &c. Et quemadmodum ex miraculis, genere linguarum, manifestatur, quod doctrina Ecclesia sit vera, & quod Spiritus Sanctus inhabitet Ecclesiam, ut docens, & sanctificans eam, ita ex interpretatione sermonum, quæ est opus Dei, ut perpendit S. Thomas 1. Cor. 12. vnde Genes. 40. dicitur. Nunquid non Dei est interpretatio? quæ etiam gratia facultatem naturæ excedit. Certum est autem, quod sicut nunquam falsa signa assumentur ad manifestandam fidem, & fidei Sacramenta (non enim decet Deum, cuius est miracula facere, signis mendacibus vti, qui est Deus veritatis) ita pariter cum Dei opus sit interpretatio, no assument falsas voces ad enunciandum fidei mysteria, quæ continentur in scripturis. Vnde vera erit talis interpretatio rectæ fidei minime contradicens, sed eam explicans, atque dilucidans. Verum quia gratiæ gratis datae non sunt habitus, sed actus, sicut potest fieri, quod Propheta aliquis, qui existimet se tangi à Spiritu Sancto, & non prophetet, sed prophetare se existimet, & fallatur, idem, & in priuata interpretatione etiam contingit: vnde & priuati Interpretæ propria

propria loqui potuerunt. Sed sicut propter testimoniū Ecclesiæ (cuius fides fundata est super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, contentū in verbo, & scripturis Propheticis, & Apostolicis) suscipimus scriptores propheticos, ut diuino nomine afflatis, eorumq; scripturas, quas proponit; ita propter eiusdē testimoniū, & autoritatē nō priuatōs, sed publicos Interpretes, tāquā publicos ministros suscipimus, & veneramur, quibus diuinā virtutē astitisse, cum eam interpretarentur, certi redimur per Ecclesiæ iudicium, & in Spiritus Sancti motione fundatam eorum interpretationem, & (quod maius est) per omnia congruere cum fide, & moribus ex originalibus, & prototypis scripturis exaratā, eiusdem testimonio solidissimē firmamur. Nullo ergo modo quoquis prætextu rejici potest vulgata editio, sed illam amplectendam necessario docemus, & ob peculiarem assentiam Interpreti, siue (quod de fide est) ob Ecclesiæ auctoritatem esse authenticam ex dirigente, aut inhabitante, & Ecclesiā docente Spiritu, & non nisi ab impijs, vulgatā à prototypis degenerare, asserti posse, imo ex illa ad dogmata firmando testimonia assumi, profitemur.

### Solutiones oppositionum.

**A**d primū. Ad locum Apostoli respondeatur, ne aquam ad dogmata confirmanda Patres Tridentinos fuisse abusos locis illis ab aduersario Kemnitio citatis, nam & si multi eum locum 1.cor. 4. interpretati sint de dispensatione prædicationis per Apostolos, & apotolicos facta, sunt tamen, & alij, qui per mysteria Sacra menta intelligūt, ut Ambrosius, &c. Quorum dispensatio ad Ecclesiæ ministros pertinet, qui cum ministri sint, authores Sacramentorum esse non possunt: ac proinde ex ministerio, ut non habent facultatem immutandi ea, quæ ad substantiam Sacramentorum pertinent; sic nec ministeriali facultate carent Pastores Ecclesiæ in Concilijs legitimē congregatis, vel Summus Pontifex circa Sacra menta statuere, quæ Sacramentorum usui, & veneracioni, pro ratione temporum, & locorum expedite iudicauerint, inanis ergo est examinatoris Kemnitij obiectio, criminē potiusquam arguta respersa.

Ad alium locum respondeatur, non propterea verum esse ab Interpreti, Sacramentum, ut ex illa voce præcisè probaretur, matrimonium esse Sacramētum, sed quia quod Græcē mysterium sonat, in latīno Sacramentum verti oportebat. Quare si vocem Græcam Interpretis retinuisset mysterium, æquē probata esset intentio Pauli aperte docentis, matrimonium verē, & propriē esse Sacramentum: etenim illa voce vtuntur Patres Græci, quando Eucharistiā, vel Baptisma appellant mysterium, quæ & nos Latini vocamus Sacra menta rc, & nomine. & certum est, Græcos quoque non lato modo dicere Baptismum, vel Eucharistiā mysterium in lata, sed strictissima significatione: ergo ibidem univormiter accipitur à Paulo, ne sit equiuocatio. Vnde Pauli mētem colligens S. Ioan. Chrysostomus hom. 56. in Genesim, vbi cum laudasset celebrationem nuptiarum Laban, & vituperasset suorum satanicas pompas in nuptijs fieri solitas, ait. *Quomodo enim nō absurdū si nos, qui tamā accepimus gratiā, & misericor-*

*diam, & tam terribilium, ineffabilemque Sacramento- rum particeps sumus hac in re inferiores sumus La- ban, qui cultui Idolorum adhuc erat deditus? An non audis Paulum dicentem quod Sacramentum sunt nu- ptiae, & imago dilectionis Christi, quam erga Ecclesiā declarauit. Et ex eo loco sufficienter probatur à Cō- cilijs, & Patribus, & Scholasticis Sacramentum esse matrimonium, quamvis efficaciter contra proter- uos nisi traditio adhibetur locus ille non eosdem euincat. Nec illud nomen Sacramentum precise sonat id, quod est propriē Sacramentum: non enim quodcumque signum arcanū Catholici dicunt es- se strictē Sacramentum, sed illud, quod est signum arcanum, & practicum, & efficiens gratiam: tale au- tem signum esse Sacramentum non obscurē indi- cauit Apostolus, & insinuavit Chrysostomus, non enim solum signum, sed, & *imaginem dilectionis Christi* dixerat coniugium. Vnde Apostolus sic di- ligendos voluit coniuges adiuvarem, sicut Christus dilexit Ecclesiā. Copula ergo conjugalis externa, nedum charitatiæ dilectionis coniugalis, quæ fit per gratiam (& est res significata, & contenta) sed dilectionis Christi, quæ est res significata, & non contenta Sacrum signum est, quæ si aduersariet no- ster Caïtanus, qui in hoc nouitatibus Erasmi dece- ptus est, ab intelligentia Apostolici textus nō aber- rasset, quare non erat cur aduersarius Caïtanum ciaret, cum olim à Catherino, & à Sixto Senensi annotatione 307.lib.6. acriter sit reprehensus. Vel dicendum nunc agi de versione non vsu illius vocis, & ex ambiguitate vocis dato, quod vox ambigua es- set, nihil pro se cōtra nos proficer aduersarius, ali- ud enim est, vtrū hic locus sit fideliter versus, aliud vtrum ex hoc loco probetur efficaciter, & aperte matrimonium esse verē, & propriē Sacramentum, seclusa traditione, & Patrum interpretatione. Pri- mum dicere non potest nisi hostis Ecclesiæ. Secun- dum, & si multi Catholici id dixerint, qui ea verba Pauli ad coniugium primum referunt cum Hieronymo, & Nazianzeno, tamē cum alijs PP. præser- tim Augustinus de bono coniug. c.7. & 8. de S. Vir- gin. c.12. de nupt. & cōcupis c.10. & alijs, Sacramēti nomen tribuant nuptijs fidelium, supernaturē effectum indicantes, ad verba Apostolis alludētes, certē non tantum mysticam, & arcanam significa- tionem, solumque speculatiuam, sed practicam gra- tie effectricem, matrimonium habere intellexit Apostolus.*

Ad secundum, non fuit is Pelagianorum error, vt putat aduersarius, sed verissimum Catholicorum dogma, vt probatur ex doctrina S. Augustini, & Hieronymi contra Pelagianos, illa verō inter cæ- ras erat Pelagianorum Hæresis, quod homo gratia destitutus, ad bene operandum non egeret Dei adiutorio. Mirum autem est, quod aduersarius Catholicorum dogma istud, quod ex hoc loco scripturæ manifestē colligitur, ausus fuerit vocare dogma Pelagianorum. & versioni nostræ Hebreus textus mihi sc̄ quadrat, sic enim dicitur *רְקֵד עַל הַיּוֹם וְעַל כָּל מִחְשָׁבָת לְכָה* idem ex Pagnino, & communis imaginatio cogitationum cordis eius tan- tum malum omni die, cui astipulantur 70. dicentes, & omnis c. gitat diligenter in corde suo ad mala omni- bus diebus, quibus verbis pronitas, & inclinatio nō necessitas aliqua, vel capiuuitas cōprobatur; imò consul-

consulto Interpres non dixit, *cogitatio prima ad malum*, sed *intenta ad malum*, nam proutis, potentia, vel habitus est, intentio actus, ne per hoc, quis existimat in nobis esse proutitatem ad malum ex naturali conditione, quæ cum à Deo sit, in Deum referretur, & exprimeretur, at actus applicatus, & intentus ad malum procedit ex deordinatione naturæ, quæ est effectus originalis peccati.

Ad tertium. Heretica machæra illa verba per bona opera detruncat quasi superflua aduersarius, quæ tamen totius verutatis testimonio, tanquam verba textus agnoscuntur. Sed si hanc non admittit aduersarius, vel suos saltē auscultet, videlicet Genesim Apostolum Bezan in nouis impressionibus. 1588. & 1605. vbi dicit in illū locum. *Mibi sanè non displacebit*, quod vulgata editio post verbum *σπερδατε* legit *Iudas καλῶ ἐγών* ut per bona opera. sic operum hostis satis euincitur, suorum aperta confessione.

Ad quartū respōdetur quod nō vulgate error est, sed faij Heræsis, operū bonorum merita pernegare. Etsi locum hunc emendandum putat, quia heræsim suam destruit, emendandum quoque docet Christū Dominum, qui dicit Matt. 20. *voca operarios*, & *redde illis mercedem*; & Apoc. 22. *merces mea tecum est reddere unicuique secundum operas sua*. Debeat etiā aduertere mis iste Gallicus vulgatae corrosor, eo loco Danielis sermonem esse, non de merito vite terrena (quod propriè, & verè meritum dici solet) sed de satisfactione, quod impropiè meritum condonationis pœnae nisi potest; vel de merito congrui, per quod disponitur peccator ex auxilio Dei, eiusmodi operibus ad recipiendam primam gratiam. Quanquam secundum rectam Theologorum locutionē talis dispositio meriti verè, & propriè nomen non mereatur, quantumvis congrui voce à Scotis leniatur, alioquin gratia non esset gratia, legendus Augustinus 2. q. ad Simplic. q. 2. & S. Prosp. cōtra Collat. c. 6. & 37. & S. Tho. 1. 2. q. 112. a. 3.

Ad quintum, dmisso antecedenti negatur consequentia: nam quod non cogitauit, aut putauit Hieronymus, iam Ecclesia, quæ est infallibilis auctoritatis modo censuit. quare etiā liberum reliquit Hieronymus hoc, vel illo modo interpretari (erat enim particularis doct̄or, cuius non erat determinare de fide) in obsequium fidei eiusdem omnem intellectum captiuat modo Concilij Tridentini definitio.

Ad confirmationē. *nemo nouit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in ipso*, & si in pectore Hieronymi Nouator confidisset, eius arcani conscius esse poterat. Sed esto nūquam id in mentem venerit Hieronymo, probare potuit Ecclesia tanquam authenticum, quod vidit originalibus per omnia conuenire, sicut exempli gratia multas conclusiones definiuit de fide eidem Concilium Tridentinum, quod nec S. Thomas de fide esse existimauit, & de fide suo tempore non reputabantur.

Ad aliam confirmationē respondet noster doctissimus Canus 2. de locis cap. 15. in translatione arborum, herbarum, animalium, ponderum, & mēsurarum, non translatisse re vera Interpretē, quod erat in originali, cum non posset redi nostro latino idiomate, sed æquivalens positum suisse. Vnde sensus à Spiritu Sancto intentus, & ab interprete li-

tus, est, quod Deus posuit aliquod umbraculum super caput Iona. Quidquid tandem illud fuerit. Accedit quod nomen Κικαιον Ῥημα cucurbitam, quām hederam significare potest, de cucurbita patet ex autoritate 70. de hederā est omnium Interpretum consentiens authoritas. Vnde Hieronymus in comment. Iona ait. *secui sumus veteres translatores, qui & ipsi Hederā interpretati sunt*. Quare utrūq; recte versum est, quanquā non est inuerisimile in specie dicere exitisse cucurbitam hederæ, vel hederam cucurbitæ insertam in umbraculum capiti Iona preparatam. Nullo verò modo posse rejici Hieronymi hanc versionem ipsummet Lutherus faciet tom. 3. lat. Vvitemberg. præf. in explicat. super nouissima verba Dauidis. Quare si mibi detur optio, ut aut Augustini, & similiū puriorum scriptorum enarratio, & sententia (hoc est ipsorum Apostolorum) ex scripturis retinenda sit, & simul eo quo, & ipse Augustinus destitutus sit carentum, quod aliquando à litteris, aut vocibus hebraicis aberrauit, aut Iudeorum certæ, & explicatae voces (quales tamen nec ipsi per omnia se habere coguntur fateri) sine Augustini, & veterum scriptorum intelligentia, hic quid potius optatus sim facile est iudicium. Scilicet Iudeis mulium valere licet, uberet illos una cum suis Interpretibus, & apicibus litterarum abire, quo digni sim, in erim me vitam recepisse. Nam etiā Augustinus ignorat hebraicam vocem Κικαιον exempli causa, pro qua ipse cucurbitam legit Iona 3. Item etiā nescit cum Iudeis sonare illud veniet hembda gentium, Aggi. 2. Vbi tamen bono sensu legit. Veniet desiderans gentibus in eo, neque vertitur, neque periclitatur eius fides, qua veram suæ salutis ancoram tenet. Hoc est hunc, qui est veritas, & vita, de quo vaticinantur, & cui testimonium dant (ut dictum est) Prophetæ omnes. Hæc ille temerariam irruptionem contra vulgatam redargens.

Ad sextū. Omnis scriptura quantum ad sensum est ἀμετωπός hoc est in immediate à Spiritu Sancto, & diuinitus ab illo inspirata: ceterum hæc est differentia inter exemplar, & exemplatum, quod illud etiā in compositione verborum est à Spiritu Sancto, hoc verò etiā habeat in translatione verborum structuram humano studio, & intelligentia comparatam, Spiritus Sancti tamen directione factum est, ut publicus Ecclesiae interpres, verum sensum à Spiritu Sancto intentum assequeretur, & in transferendo non deciperetur.

Ad septimum conceditur antecedens, quoad nos non fuisse authenticam vulgatam editionem, liceat secundum se authentica esset ante Gregorium, quia nulla tunc opus erat vulgatae vnius editione, sicut postmodum necessarium fuit ad petulantia tot verborum ingenia reprimēda, cum in immensum fructificassent editionum corruptum avenæ, hoc est versiones Nouatorum de Lutherici, & Calvinici seminis redundantes. Post Gregorium verò ex eiusdem Gregorij testimonio tacita saltē approbatōne Ecclesiae vulgata editio authentica fuit, ut probatur ex proemio lib. Job in fine. Quare insultior pone consequentia est, quam deducit aduersarius, quod Tridentina Synodus non potuit, nec debuit promulgare decretum de retinenda veteri, & vulgata editione, etenim quod in se authenticum erat, declaratum fuit etiam authenticum quoad nos, & quod

# De sacrorum Bibliorum versione.

301

quod tacita approbatione authenticum erat, expresso decreto maiorem obtinuit firmitatem.

Ad confirmationem Vvitakeri. Supercilio plusquam thrafonico dicit, sed nō probat, quod assumit: quare maiori facilitate, qua afferitur, negatur assūptum. Inuetisimillimum enim est, vt Ecclesia verbi Dei diligens custos non habeat potestate discernēdi verba hominum à verbis Dei, & ostēdēdi, & declārandi quānam inuersiones, & depravationes sint verbi Dei, quānam verò versiones verbo Dei cohārentes, & consonantes.

Ad id, quod additur ex eodem Vvitakero: si distingue voluisset particulam authenticam, in authenticam secundum se, seu in actu primo, & quoad nos, sive in actu secundo, non tam pueriliter amphibologia ficos faceret. Nunc vero quia libenter confitemur Ecclesiam non posse facere ex non authenticō secundum se, & in actu primo authenticū: benē tamen posse ex non authenticō secundum nos, & in actu secundo, quod tamen est in se, & in actu primo authenticū; nō potest amplius corio suo lūdere aduersarius.

Ad octauum. Eo argumento probatur varias ob diuersa exemplaria extitisse lectiones etiam vulgatae. Vel dicendum, quod de verbis interpres, vel tractatores parum curantes, de sensu tamen solliciti prout memoriae occurrebant scripturas citabant. Vnde Beza in prefatione noui testam. ann. 1565. ait. *Neque scriptores existimandū est quoties locum aliquem citarunt, toties vel libros inspississe, vel singula verba numerasse.* Vel dicendum, quod licet variae essent lectiones apud quosdam secundum varios interpres latinos, vna fermē semper appareret lectio vulgata Hieronymianæ.

Ad nonum, data illa hypothesi satis Deus prouidisset Ecclesie sua de vulgata editione, quā licet riūus sit de fontibus fluens, prior est suo fonte, in quibusdam non pure fluente, vt satis supra dictum est: de facto autēm Hebraicos, & Græcos fontes non perijisse compertum est, & probante Ecclesia solam vulgatam editionem esse authenticam, nequaquam docuit fontes extintos, vel perijisse, sed virtualiter indicat non purē alios à vulgata, codices fluere.

Ad decimum, cum toto eo tempore Ecclesia latina per omnes gentes diffunderetur, vt & diffunditur, non est dicendum, Ecclesiā longo tot sacerdotū traictu errasse, blasphemasse, nec hoc mereri potuisse fidissimam, & numerosissimam Latinorum Ecclesiam, vt incorruptum non haberet verbum Dei, & hanc prærogatiuam habuisse solum Græcorum Ecclesiam, Hæreticorum, Schismaticorum, & Saracenorum, improbitate, & tyrannide in dies decrescente, & præsertim cum Romana Ecclesia omnium Ecclesiārum mater, & magistra Summum Pontificem habeat totius Religionis Principem, ad quem declaratio, & discretio verae versionis verbi Dei pertinet. nec vera esset Ecclesia, si pro vero verbo Dei adulterinum, pro vera versione inuersionem potius obtruderet.

Ad vndecimum. Illam editionem probant Patres Tridentini, quā erat in vsu, ex quo vsu nedum veritas vulgata, sed eiusdem super ceteras eminentia pariter comprobata est; & merito: turbidē enim iā fluentibus fontibus depurandi erant, & expurgandi per latinam versionem. Viderunt enim oculatissi-

mi Patres non sine speciali Dei prouidentia eos nō in sua puritate mansisse, & in aliquibus perijisse; superflitem verò, illibatamque versionem latinam, custoditam, eodemque spiritu ipsamet Ecclesia fidelis diuini verbi interpres, impulsa est ad declarandā eam esse authenticam, vt à posteriori cognoscamus solam vulgatam esse authenticam, hoc est Spiritus sancti menti conformem, quia illam solam p̄r cæteris declarauit. Vnde quando Hebraica, & Græca, cum vulgata concordant, satis est exequatio; cum verò discordant prælatio in vulgata appetit, quā merito fontibus vīpote turbide interdum fluentibus antefertur.

Ad duodecimum. Non est paralogismus ab auctoritate Ecclesie, vulgata editionem, aut lectionem, authenticam demonstrare, imo fidelis, & catholici certa via, & ratio ad dogmata catholica comprobanda per argumentum, dictum ab auctoritate Ecclesie, cuius auctoritas in tam sublimi arce collocata est, vt siue illius auctoritate, nec ipsi Euangelio se creditum esse scriperit Augustinus contra epistolam fundamenti.

Ad 13. Illa ratio à seculorum vsu petita, nedum monstrat vulgatæ vilitatem, sed infallibilitatem, nequaquam enim Deus veritatis permisisset tot sacerdotū vsu vulgatam obtinuisse in omnibus genibus principatum, reliquis ferme editionibus cum honore ad tumulum deductis. Sicut autem post Christi mortem ante solemnem publicationem Euangeli, legalia mortua erant non mortifera, & simul cum Euangeliō currebant, donec cum honore sepeliretur synagoga, vt Augustinus dicebat ep. ad Hierony. sic ante Tridentinum impunē fiebat à quibusdam iste recursus ad fontes antequam innotesceret illis vulgatae auctoritas, & turbidi fontes cum puro latice effluabant, sed nunc tumulatis fontibus in ea parte, qua turbidē fluunt, nefas est nunc velle viuum verbum Dei purum, & incorruptum obruere, & syncerum verbum in vulgata conseruatum, percuriosas, & emortuas membranas in quibusdam tamen locis originalium, velle exagitare, atque corriger, Tridentino decreto prohibente, & limpidae editionis veritatem definiente.

Ad confirmationem. Non negamus originalia esse autentica, sed vbi cum vulgata concordant, non verò vbi discordant, & tunc nequaquam originalis locum haberet scripturæ locus, qui corruptus demōstraretur, vel non purē fluere: quod tunc dignocitur à posteriori, cum dissonat à vulgata, adeò vt ē diametro illi opponatur, vt cum ea conciliari non possit. Et ita per multa sacula illibatæ originalia fluxisse dicimus, ceterum procedente tempore turbata fuisse, & solerti cautum prudentia purissimos latices, fidelibus prouidere, vt puram aquam potius in riuo, quam aquam turbidam in fontis aliqua parte ebiberent. Nec Ecclesia sacrilegij culpanda est, vel negligentiae incusanda; nam eti fontes humo opplerent impij (secundum eos qui tenet dolo depravatos codices, vel imperitia, & oscitantia librariorū vel ex punctorum additione, vel quomodolibet alter acciderit) alios puteos sibi fodit Ecclesia, vbi eadem aqua purgata seruaretur, & tantum abest, vt propter hoc sacrilegij sit, vel negligentiae culpanda Ecclesia, vt maximam ex hac laudem promovere, quod purum, & incorruptum curauerit seruari

Cc verbum

verbum Dei, illudque purgatis codicibus legi, quam emendatissimè, & sic patet responsio ad confirmationem Hunnijs, & Vvitakeri.

Ad 14. vbi concordant cum vulgata fontes, & riuī, in pari auctoritate locantur, vbi à vulgata dissident merito illis vulgata præfertur. Et in uniusum translatio quæcumque, quæ cum priori archetypo concordat magis authenticā est, quam eiūdem Archetypi in propria lingua confusa, vel miscellanea exemplatio.

Ad ultimum. Nunquā docent catholici, ita esse authenticā originalia, s3. quoad nos. Neque potest in omnibus reputari authenticā ea scripturā pars, vbi contingit esse vitiata, vnde per authenticam scripturam exemplata potius est emendanda. Utilitas inspectionis fontium maxima est; sed nunquam ex ea concludi potest, vt indicat aduersarius, ergo soli fontes sunt authenticī, vel (quod magis risu dignū est) ergo fontes sunt magis authenticī. Satis namque est, quod utraque originalia, & exemplata sint æquālis authoritatis, vbi concordant, vbi verò originalia dissonant à vulgata, per vulgatam emendanda.

### ARTICVLVS TERTIVS.

*An etiam in minimis particulis suam quoque habeat vulgata autoritatem.*

#### Positio Nouatorum.

Nouatores prorsus abijciunt hanc vulgatam, editionem, vt infidelem, quia Interpretēm dicunt in multis lapsū, & verum sensum non exp̄sisse, & vitiātā librariorū in curia innumeris in locis iactant. Sic Erasmus in codicibus, quos præfixit translationi sūe noui testamenti, & ante ipsum Vallā in annot. in nouum testamentum. Caluinus apud Lind. lib. 1. de optimo genere interpretandi cap. 1. ait de vulgata. Adeo nulla est integra pagina, vt vix tres sint continui versus non insigni aliquo errorefdati. Sed & maior, & crassior eiūdem hyperbole est (quod eundem Lynd. cap. 12.) dicentis vulgatā plusquam sexcentis, vel mille locis corruptam, vel depravatam, & Tridentinos Patres fontes inuidentes hoc est Græcam, & Hebraam linguam, vt olim Philistim Isaac, & seruis eius, puteos ab Abraham effossos inuidentes suo humanarum traditionum cōnō obstruere, & obscurare conatos.

His Hæreticis subscrībunt Vvitakerus, Ianius, & moderniores Hæretici. Nouissimè Francfurti prodidit libellus at titulatus de erroribus vulgatæ in solo Pentatheuco Authore Sixtino Friso.

#### Quorundam Catholicorum placitum.

Ed non solum Hæretici, sed & quidam Catholicī libera voce dixerunt in multis interpretē vulgatum errasse, ita Pagninus expressè in prologo sue traductionis, Caietanus in commentarij sacræ scripturæ passim, Hieronymus ab Oleastro, & Paulus Forosempriensis Episcopus, libello quem de hac re edidit.

Media via aliqui Catholicī processerunt, qui non in omnibus errasse interpretem sustinent, & indefinitē (vt dicunt Hæretici) sed cum quadam modificatione, & restrictione in quibusdam scilicet minimis, quæ non pertinent ad fidem, & bonos mores, ac proinde dicunt vulgatę auctoritatem retinendam in his omnibus, quæ pertinent ad fidem, & mores, idque aperiſſimè sustinent, Driedo lib. 2. cap. 1. Andreas Vega lib. 15. cap. 9. quem sequitur Andradus lib. 4. Idē Vega affirmat à Præsidente Concilij Cardinali Sancte Crucis audiuisse hanc fuisse Concilij mentem, authenticā definivisse vulgatam cum hac restrictione. Sixtus Senensis in fine li. 8. Bibliot. sanctæ. Cano lib. 2. de loc. cap. 15. Lindanus lib. 2. de optimo genere interpretandi c. 12. & lib. 3. c. 1. 10. 11. & 12. plurima loca editionis vulgatæ referens, & corrigens propendere videtur in hanc sententiā. propendit Dominicus Bannes 1. p. q. 1. art. 8. dubio 5. Bellatmin. lib. 2. cap. 11. Gretzerus eius hiperaspiates lib. 2. c. 10. & Christophorus à sacro bosco in libro de auctoritate vulgatæ. Alphonsus Salmeron. prolego. 3. quæsito de vulg. editione, quos omnes authores fermè citat, & refert pro hac sententiā. Nicolaus Serarius in prologo Bibliorum c. 19. quæstiuncula 11. eisdemque subscrībit aperte, concludens editionem huiusmodi non absolute, sed quatenus emendatam, vel emendatissimam auctoritatem inconcūstam habere, eamque nihil contineat, quod veritati fidei, & morib⁹ repugnet; nec occasionem erroris præbere, esque bonam in genere versionis, hoc est bene vertete textum, sensumque exprimere. Ambrosius verò Catherinus lib. de clauibus scripturæ titulo de editione vulgata, quantum sit illi tribuendum scripsit, dicens. non simpliciter, sed in genere versionis approbatam; menda in illa, & multa vitia Interpretis confitetur. Vestigia illius nouissime imitatus est Pater Mariana trac. de vulgata c. 23. dicens. Latinis ergo codicibus diuinā scriptura coniinetur, non quasi in fontibus, id enim dānū non est, vt diuinī libri latīne primum scriberentur, sed quasi in interpretatione, non minoris certe auctoritatis quando cum illis conuenit, quando discrepat iniuria, aut errore interpretis excusanda ist, & postea, neque nostra fides interpretatione nittitur, nisi cum fontibus comparata.

#### Oppositiones eorundem.

Prima classis argumentorum. In multis locis diversitas inter vulgatam, & Hæbreā, & Græca originalia reperitur aperiſſimā, vt inservi explicabitur. Imo inter se ipsa latina exemplaria non concordant. Non potest autem esse verum, quod dinersum est, dicit Hieronymus ad Domitionem: incerta ergo reperietur latina editio, quæ ab exemplaribus Græcis, & latinis discordat.

Quod si dicas inter vulgatam, & originalia præfertur, non esse dissentionem, nisi in verbis; nam multoties verba Græca, vel Hæbraica plura significant.

Contra. Quia in multis locis sunt diversi sensus discrepantes, qui concordari nequeunt; nec satis est viri que accommodare verum sensum, sed eundem sensum, cum enim eadem sit scriptura, identitas sensus, eiūdemque sententiæ cum verbis tamen æquivalens

tibus vérificanda est. Igitur vbi non apparet cōgrua defensio, vel cōciliatio, melius est saluare originalia quam ea dicere defectuosa, & per illa corrigeret vulgatum interpretem. Probatur consequentia, quia Hieronymus epistola ad Marcellam docet, potius de fonte, quam de ruis bibendum, & ex eiusdem praxi, qui in cap. 8. Zach. sic ait. Cogimur ad Hebreos reverere, & scientiae veritatem de fome magis, quam de ruis querere. Et editio ipsorum 70. propter inspirationem Spiritus sancti excellentior est nostra vulgata. Siquidem 70. Spiritus sancti illuminatione propheticē illam edidere, vt dictum est supra ex Patribus. At propheticā illuminatione nobilior est, & illustrior, assistentia Spiritus sancti, qua in suis decretis gubernatur Ecclesia, ergo quando dissonantia vulgata ab originalibus, & à traditione 70. reperitur, potius hanc defectuosam, quam illam dicere necesse est.

Amplius. Si licuit Interpreti ex vna voce multiplicatatem sensuum continente vnum sensum elice-re, illumque dicere esse per se intentum à Spiritu sancto, & hac via saluare interpretis versionem, sequentur haec absurdā. Primum, quod scriptura originalis esset aequiuoca: aequiuocatio autem patit confusionem, & deceptionē. Vnde inter elenchos, fallacia aequiuocationis recensetur, & ex multiplicibus propositionibus nō sequitur argumentatio. Secundum quod cum non tam sint litteræ, quam numeri ipsi characteres Hebraici, ex illis quoque possent fingi (vi faciunt Kabalistæ) multi sensus, & multa mysteria. Quām verò incertum sit ex his numeris somnare myteria, tradunt multi, præsertim Petrus Bongus de mysterijs numerorum. Tertium, quia quicquid occurseret piè cogitanti, posset affigi scripturæ, vt illius sensus prætendatur à Spiritu sancto intentus, sic exempli gratia illud, *deambulabat Deus ad auram post meridiem וְיַעֲלֵה לִבְנָה* potest veri contra auram, contra spiritum, contra Dæmonem, quasi Dæmonem effugando. Accedit quod etiā Sæcti plures sensus posse habere sacram scripturam doceant, nunquam tamen nisi vnam lectionem probat textus vñ. originali cōformiorē, & cā, quæ ab authore canonico fuit intenta.

Secūdo, certum est in multis locis vulgatae varias lectiones, vel ignorantia, vel oscitantib[us] librariorū esse positas, vel à sciolis emendarib[us], & cum non constet de vera, & germana lectione, sequitur saltem in his partibus esse corruptam, & vitiatam vulgatā, minimeque pro authenticā habendam. Quod enim vitiatum atque corruptum est authenticum non est, quod si authenticā cum his mendis est, iam falsa, vt authenticā habenda, sanctum est.

Terrio, graues authores illam translationem Hieronymi reprehenderunt, vt Ruffinus lib. 2. aduersus Hieronymum. Palladius Galata, vt patet ex Hieronymo prol. aduersus Pelagianos. Sed & Augustin. epis. 31. eo nomine editionem Hieronymi ex Hebreo incusat, quod durum erat talem interpretationem per Ecclesiastis lectitari, per quam à Græcis Ecclesijs, Latinæ Ecclesiæ dissonarent: Præterquam quod facilis editio ex Græca, quam ex Hebraica lingua aprior esset, quia contradictor facile poterat conuinciri prolatō libro Græco propter linguam illam, ait, nonnullam, quod non contingit in Hebreo, ad quā vix, aut nunquam peruenitur propter linguæ diffi-

cultatem, qua repelleretur idem contradictor. Et etiam si perueniretur, non erat æquum, per editionē suam, tot Latinas, & Græcas auctoritates damnari. Accedit, quod propter vnam particulam, quam in Iona transtulerat idem Hieronymus, nempe hederam à fonte, vbi legitur οὐ πίπη, quam alij cucurbitā verterant, ingens tumultus est excitatus apud Africanos, non ferentes, quod erat omnium sensibus, & memoria inueteratum, & tot æstatum successionibus decantatum, innovatum esse, vi dicit Aug. epist. 10. vnde Græcis accusantibus eam editionem falsitatis, vocatis Iudeis, prout Græci, & latini codices habebant, suffragium tulerunt, eam particulā de mendacitate arguentes. Qua re subinfert Augustinus. Vnde etiam nobis videtur aliquando te quoque in nonnullis falli potuisse. Idem Augustinus epist. 8. in eadem editionem inuehitur dicendo: quod in tali editione condenda superfluuus esset labor Hieronymi. Nec enim aliquid in Hebræis exemplaribus inueniri potest, quod tot Interpretes peritissimos fugeret. Etenim aut obscura sunt, aut manifesta, si obscura sunt, te quoque, ait Augustin. Hieronymo in eis falli potuisse rectissime creditur: si autem manifesta, superstitione voluisse explanare, quod illos latere non potuit.

Quarto. Ipsem Hieronymus de hac editione abiectissime sétit, & sic ipsem author sèpe seipsum reprehendit non bene vertisse in El. 19. illud incurvati, & refrangentem, cū vertere potius debuisset incurvantem, & lascivientem. Epistola 89. vocem Kikaiion à se translatam, hederam scribit, nec significare hederam, nec cucurbitam, sed vocem latinis innominata, sic pañim videre est in commentarijs Prophatarum, & Ecclesiastes, vbi aliter seipsum corrigens legit, quam in translatione positum sit. Sanctus etiā Hilarius sèpe translationem latinam psalmorum reprehendit, sic in psalm. 1. 18. exponens illud, *omnis consummationis vidi finem*, ait sèpe admonimus non posse satisfactionem intelligentiæ, ex latinitatis translatione præstari, alia enim vis dicti huius est ex Græco enunciati. Idem docet exponendo illa verba, Ps. 67. *Rex virtutum dilecti, dilecti*. & in illud Psal. 138. quia dicitis in cognitione, ait, *latina translatio dum virtute dicti ignorat, magnam inutilit obcuritatem non discernens ambigui sermonis auctoritatem*, quæ loca cum sint innumerā, vbi interpres vetus non fatis ambiguī sermonis proprietatem distinxit, in illis errasse probatur. vnde Augustin. lib. 2. de doctrina Christi na cap. 12. ponit regulam quando interpres fallitur. ex ambiguo, inquit, *lingue præcedentis plerumque interpres fallitur, cui non bene nota sententia est*, & eam significationem transfert, quæ à sensu scriptoris penitus aliena est: sicut quidam codices habent acuti pedes eorum ad effundendum sanguinem οχύς enim apud Græcos, & acutum, & velocem significat; ille ergo vidit sententiam, qui transtulit, veloces pedes eorum: ille autem aliis anticipi signo in aliam partem rapiens errauit. Sit illiter male versum, ait illud Sap. 4. spuria vitulamina non dabunt radices altas, pro spuriæ plantationes, ait enim Augustinus μόσχος Græcè vitulus dicitur μόσχευμα. Moschēmata quidā non intellexerunt esse plantationes, & vitulamina interpretatisunt, & subdit, qui error tam multos codices occupauit, & mox subdit, & talia quidem non obscura, sed falsa sunt, quorum alia conditio est, non enim intelligendos, sed emendandos tales codices potius præcipiendum est.

Marianus Victorinus 2. lib. contra Arianos expo-  
nens illum locum : *panem nostrum quotidianum*, ait.  
Gracum Euangelium habet επιστολα, quod denominatum est à Dei substantia hoc latini, vel non intelligentes, vel non valentes exprimere, non potuerunt dicere. Et tantummodo quotidianum posuerunt, non επιστολα. S. Augustinus epist. 19. illa vobis 1. Timot. 2. obsecro fieri observationes, &c. secundum eloquium Græcum discernenda docet. Nam nostri Interpretes, ait, vix reperiuntur, qui ea diligenter, & scienter transferre curarunt.

S. Hieronymus Interpretetur male vertisse quædam loca noui testamenti expressè fatetur, ut illud ad Titum cap. 2. Et mundaret sibi populum acceptabilem, cum certum sit vocem illam τεμπεστως peculiarem, & principum significare, sic illud ibidem c. 3. hereticum hominem post unam, & secundam correptionem deuita, non recte versum dicit, nam multi legunt post unam, & iterum in Græco dicitur υπεριανης ουδετερα autem commonitionem, & doctrinam absque incepatione designat. P. cor. 5. scribit illam sententiam, modicum fermentum totam massam corrumpit, male redditam, & sensum suum potius interpretetur transtulisse, quam Apostoli verba. Male etiam illud redditum 1. Timot. 2. Si permanferit in fide, & dilectione, & sanctificatione, cū sobrietate, idem docet lib. contra Iouinianum, cum potius legendum esset, cū castitate. Sicut & illud Rom. 12. non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad pudicitiam, legendum non ad sobrietatem. Sic & illud ad Tit. 2. sobrie, & inse. & pie, legendum est, castè, iuste, & pie. Et illud 2. Timot. 2. Docibilem, patientem, &c. male versum significat, cum potius, qui possit docere, exprimendum esset. Legendus est 1. dialog. contra Pelagianos.

Expressè ergo ex his sanctorum sententijs habetur obscurius redita ex Hilario, ac proinde interpretetur abreptum ad interpretandum sensum alienum à scriptoris mente: quædam negligentius versa ex Augustino, quædam male, ac ignoranter expressa ex Victorino, & S. Hieronymo.

Amplius multa sunt, qua clarius, atque distinxerunt potuerunt, ergo & melius. At quod melius est, optimum, ceteris præferendum est ergo, &c. Antecedens probatur: nam quod vulgatus habet Gen. 1. *Spiritus Domini* serrebatur super aquas, significantis exprimitur à Hieronymo in qq. hebraicis, & Basilio in Hexam. *Spiritus Domini* incubabat super aquas, Prou. 3. vbi dicitur cum simplicibus sermocinatio eius, aptius versum esset *secretum eius*, non qualescumque enim sermocinationes, sed arcana simplicibus reuelantur ex Matt. 11. reuelasti ea parvulis. Prou. vltimo, mulierem forte inueniet & melius versum esset, mulierem industriam, seu vigilantem. vnde Pro. c. .dicitur manus autem fortiori diutias parat, id est vigilantum. Psalm. 91. vbi nos legimus bene patientes erunt, ut annunciet cum text. Græcus habeat τὸ εὐθύντες, & hic Gracismus εὐθύντες, melius vertitur sunt sani, atque corpore salubres, est sensus clarius. bene affecti, & valido corpore erunt ad prædicandum, &c. Psalm. 138. si sumpero penas meas diluculo, clarius vertitur, si ab oriente in occidentem euolauero. Psal. 109. Tecum principium, clarius. Tecum principatus, seu imperium ex D. Hieron ymi testimo nio. Psalm. 33. Ecce mensurabiles posuisti dies meos, verti potuisset clarius. Ecce palmares posuisti dies

meos. Hec ex Lindaho.

6. Iudicium perfectum de aliqua re fieri non potest, nisi omnia, quæ ad rem pertinent cognoscatur; sed moraliter in possibile iudicatur, quod omnium, & singulorum verborum cum originalibus sit facta collatio ab uno interprete, & omnia verba ad limam, & trutinam sint ponderata. Nec ab alijs hoc iudicium factum agnoscimus. Et si facta est ista collatio in uno, vel altero libro, quos commentarii sunt Patres, non tamen in omnibus factum est. Nec in Concil. Tridentine eius decretum factum est tale iudicium collatum, sed quod absque collatione in Ecclesia lectum fuit, ipsum authenticum synodus fecit. Non est ergo verisimile, quod minimas particulas probat, & autheticas fecerit. Vnde nec anathemate contrarium attentantes devinxerunt, sed declarauit tantummodo esse autheticam vulgatam editionem absque anathematis oppositione, quod est signum non hoc esse de fide definitum, & cum id non possit intelligi de ijs, quæ pertinet ad fidem, & mores, satis exponi potest, quod Concilium non declarauit authenticam vulgatam secundum omnes istas partes.

7. Quia de mente S. Augustini magna differentia est inter auctorem, & scriptorem canonicum, & interpretet, quod ille non errat, nec in minimis erroribus autem interpres, vnde sic dicit ep. 19. ad Hierosolimam eis scripturarum libris, qui iam canonici appellantur didici hunc timorem honoremque deferre, ut nullum eorum auctorem scribendo aliquid errasse firmissime credā. At si aliquid in eis offendit litteris, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud quam vel mēdosum codicem, vel interpretem non asecutum, quod dictum est, ut me minime intelligisse non ambizam. & idem S. Hieronymus. Aliud esse viatem, aliud esse interpretem, manifestissime docet præfatione in Pentateucum.

8. Quia in his minimis inter originalia, & editionem istam implacabilis est diuersitas; ergo non obtinet auctoritatem, nisi in quantum per originalia comprobatur, vnde, & iure constitutum est, ut quæstiones, & dubia instrumentorum ad fidem originalium reuocentur. C. veterum dist. 9. c. ieunium dist. 36. c. de quibus causis, dist. 20. Antecedens monstratur oculari ostensione, plura de innumeris exemplis adducendo, que passim tam à Nouatoribus, quam ab Hebraizantibus adduci solent, & in paragrapo sequenti proponuntur.

Ocularis ostensio multorum locorum, quæ male versa contendunt Nouatores, & Hebraizantes.

Primo ex Pentateuco.

Genesis 1. habetur. Fiat firmamentum. &c. & factum est ita: vocavitque Deus firmamentum, cœlum. Desunt autem ita, Vedit Deus, quia bonum est, quæ neque apud Hebreos inueniuntur, ait Origenes epistola ad Iulium Africanum. Similiter Vvitakerus dicit vulgatam ver. 30. cum dixit, ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, aliquid omisisse patet, debebat enim dicere ait, ecce dedi vobis omnes virides herbas, ut distinguatur cibus hominis

# De sacrorum Bibliorum versione. 305

minis à cibo bestiarum, homini enim Deus herbas, & arbores fructiferas dedit pro cibo, bestijs vero herbas omnes.

Genes. 2. vbi nostra traditio habet, ibi inuenitur **בְּדִלָּם**, Hebrae habent **הַכְּרֵלָחַ** idest cristallum, Ita Hebraizantes, & moderni Haeretici. Sed & Vitakerus melius veru dicit, *Plantauerat Deus hortum in Eden, in oriente*, vt melius vertitur à 70. Vatablo, Pagnino, Tremelio, quād quod dicitur in editio-ne vulgata. *Plantauerat antem Dominus Deus Paradisum voluptatis à principio.* Item illud v. 23. hoc nunc os ex ossibus meis, melius transferri, hac uoce, ex Caet. idem Vitaker. Gen. cap. 3. ipsa conteret caput tuum habet vulgata, sed ipsum, nempe semen conteret caput tuum, Kemnitius, & alij legendum volunt: **וְנִנְמַת** enim est masculini generis, & ipse seu ipsum, semen denotat.

Genes. 3. *De fructu vero ligni, quod est in medio paradisi, vt legitur in vulgata, vertendum erat, inter arbores paradisi:* idem Vitakerus.

Genes. 4. vbi nos legimus. *Respxit Dominus ad Abel.* & ad munera eius, legendū est, inflamuit Dominus. &c. Ibidem vbi legitur, *maior est iniqitas mea, quam ut veniam merear,* vertendū erat, ex Hebreo **אֲשֶׁר** quam ut feram, vel sustineam: nihil enim est in Hebreo, quod meriti significationem habeat. Vitaker. Eodem cap. legitur, *dixitque Cain ad Abel fratrem suum, egrediamur foras,* hæc verba redundat, nec enim sunt in Hebreo. Faius conclus. 21.

Eodem cap. 4. 15. nequaquam ita fiet, redūdat: nec enim Caino promittit Deus fore, vt nemo illum occidat: Vitaker. & v. 16. vbi habetur *proflugus in terra, legendum erat, interra נֹד Nod, vel Naid,* Vitaker. vers. 26 dicitur. *Iste cœpit inuocare nomen Domini, in hebreo habet ceput et **הַחַלְלָה*** tempus non personam Moysē explicante. idem Vitakerus.

Genes. 5. v. 22. vbi dicitur, & ambulauit Enoch cum Deo, & vixit, &c. superflua sunt illa verba: & vixit. &c. Vitaker.

Genes. 6. vers. 3. *non permanebit spiritus meus in homine in æternum,* vertendum era. *non litigabit, vel contendet spiritus meus in homine לְרוֹן* Vitaker. In eodem capite versicu. 6. superflua sunt illa verba, & praecauens in futurum, est Vitaker.

Genes. 8. v. 4. *Requieuitque arca mense 7. vigesimo septimo die mensis, in Hebreo habetur, decimo septimo die mensis בְּשַׁבָּעָה עֶשֶׂר יָמִם* Vitakerus, & Faius.

Genes. 11. v. 13. dicitur. *Vixitque Arphaxad postquam genuit trecentis tribus annis.* Hebraicus vero textus habet illum vixisse quadragesimos, & tres annos טְלִשְׁנִים וְאֶרְבָּעָה מֵאוֹת Chaldaica, Regia, & multa latina exemplaria legunt.

Genes. 21. v. 9. vbi habemus, *cumque vidisset Sara filium Agar Aegyptiæ ludentem cum Isaac filio suo.* aiunt hebraizantes non haberi in textu, nisi illud verbum ludemem, & quod sequitur non esse de textu addit Vitakerus, lusi Israel Isaac potius, quam cu illo lusi, quod ita vertendum ex Apostolo habetur ad Galat. 4. vers. 29.

Genes. 25. v. 1. ultimo habetur in vulgata, *Isaac parupendens, quod primogenita vendidisset,* vbi vulgatus vir illius peccati non est assequutus, nam textus

hebreus ait, *contempisse ipsam primogenitam, unde potuit Esau venditionem paruifacere, sed eius pri-mogenitam magni estimare, unde text. ait בְּנֵי יִצְחָק וְcontempsit.* Vitak.

Genes. 36. v. 24. habetur, *Ipse est Ana,* qui inuenit aquas calidas in solitudine: particula autem Iemim מַמְּמָה non aquas, sed mulos significat, vulgatus autem pro Iemim legit Iamim מַמְּמָה, idest aquas ex suo addens (calidas) Vitakerus, & communiter Hebraizantes.

Genes. 37. v. 2. *Ioseph in vulgata dicitur, cum Sex-decim es set annorum, pascebat gregem,* &c. cum tamen in hebreico habeatur septendecim שְׁבָע עֲשָׂר Vitaker.

Genes. 38. vers. 12. *Hiras vocatur opilio greigs,* à vulgata, sed Hieronym. hanc veritatem improbat, & non pastorem, sed amicum significari docet. Vitakerus, dicitur namque in tex. רַעֲנָה socius, vel amicus eius.

Gen. 41. v. 45. in vulgata legimus, & vocavit eum lingua Aegyptiaca Saluatorem mundi, 70. hæc omiserunt. Hebrai dubitant an Aegyptia sint, vel chaldai-ca ea verba: Iosephus, & alij interpretati sunt, reper-torum occulitorum, Vitakerus.

Genes. cap. 45. v. 22. Legitur tantundem pecunie, & vestitum mittens patri suo. Legendum est. & patri suo misit sicut hoc, ad hunc modum Faius in text. nam in Hebreo, sic legitur תְּלַח בְּנֵי וְאַבְנֵי שְׁלָח בְּנֵי sic etiam vertit Arias, & Pagninus.

Gen. 49. v. 24. dicitur in vulgata dissoluta sunt vin-cula brachiorum, & manuum illius, in hebreo robo-rata sunt brachia. Vitaker. sic autem habet textus יְהֹוָה זְרֻעָה.

## Aliæ obiectiones ex Exodo.

Xod. 12. v. 22. vbi dicitur, fasciculumque hyssopi tingite in sanguine, qui est in limine, & aspergit ex eo superliminare. &c. in hebreo haberur, fascicu-lum hyssopi tingite sanguine, qui est in bacino, & ita est in Chald. cum sanguine, qui est in pelui: Eugubinus אַשְׁר־בְּסַתְּרֵה dicatur in vulgata, iuxta quem ritum tollitis, & hædum. Hebrae habent וּמִן הַעֲוֵינָה de arietibus, & capris accipietis eum. Burgen. ad significandum agnum immolandum accipiendum, vbi essent arietes, & caprae. Hebraizantes cōmuniter negantes pro agno potuisse hædum agno deficiente immolari.

C. 22. v. 26. vbi dicitur, nec usuris opprimes, in Hebreo legitur, neque morsum pones super eum, בְּשַׁנְךָ לְאַחֲשִׁיכָן עַל־י. Hebraizantes.

C. 27. v. 3. vbi agitur de altari nostra versio ponit forcipes, atque fasciolas, hebraicè habetur bacinos ad recipiendum sanguinem, aut scopas, et crateras eius. sic Hebraizantes.

C. 32. v. 28. vbi dicitur, cecideruntque in die illa quasi viginti tria millia hominum in Hebreo est tria millia hominum, בְּשַׁלְשָׁת אֱלֹפִי אִישׁ Hebraizantes. & quod difficilius est, eundem numerum retinent Phil. lib. 3. de vita Moysis, Chrysostomus 3. de prouid. Tertull. in scorpiaco cap. 3. Aug. q. 36. in Exod.

C. 34. v. 6. dicitur in vulgata. Stetit moyses cum eo inuocans nomen Domini, quo transeunte coram eo ait. Dominator Domine Deus miserator, & clemens patiens,

¶ multæ miserationis, &c. quæ verba à Moysè prolatæ insinuantur. At secus est in Hebræo, non enim Moyses hæc verba protulit, originale enim sic habet, ¶ transiuit Dominus ante faciem illius, ¶ clara voce dixit, ipse scilicet Dominus miserator יְהוָה וְהַוָּה אֶלְרֹתָם Hebrewzantes.

Ibidem v. 29. ¶ ignorabat, quod cornuta esset facies sua, in Hebræo habetur, & etiam in 70. & ignorabat Moyses, quod cutis faciei sue esset radians, vel promiscuus, בִּקְרֵן עֹור פְּנֵיו Hebrewzantes.

### Ex Leuitico.

**L**euitico c. 1. v. 16. vesiculam verò gutturis. In Hebræo nulla sit mentio, sed dicitur, ¶ auferet quod apparet cum pennis eius סְרָאָתָה בְּנָעָתָה Hebrewzantes, Eugubinus.

C. 2. ver. 14. de spicis adhuc virentibus in Hebræo est שְׁאַבְבִּיבְּ קָלוּ בְּאַשְׁר fruges maturestes tostas igne, & significatur omne genus frugum. Etiam male adiungitur alia clausula, confringe in morem farris ex ijs verbis גַּרְשֵׁנָה בְּרֶמֶל, nunquam enim id præcipitur, nec habent Hebræi codices, nec in 70. Eugubinus. & geresch fructus, qui extruduntur, & florent virtute lunæ significantur.

C. 4. v. 12. post antecedentia verba, quod si peccaverit anima per ignorantiam, &c. omissa est à Hieronymo tota illa periodus, ¶ educet totum iuuencum extra castra, ¶ concremabit eum. Hebrewzantes.

C. 6. dicitur, caro, quæ aliquid tetigerit immundum non comedetur, sed comburetur igni, qui fuerit immundus vesctetur ex ea, quomodo ait Eugubinus potest esse verum, cum omnis immunda caro præcipiatur igne exuri, quare subdit idem, non rectè versum est, & verendum erat, ¶ omnis caro munda comedetur.

Cap. 12. v. 1. in vulgata dicitur, mulier si suscepso mine pepererit masculum. in Hebræo, nihil dicitur de susceptione seminis, sed de efficacia seminis, hoc est prole, Hebrewzantes.

### Ex Lib. Numer. & Deuteron.

**N**Vmeri cap. 4. ver. 2. Levitas ministrare mandatur à trigesimo anno, & supra in 70. habetur à 25. annis, & supra. Hebrewz.

Cap. 5. v. 18. ipse autem tenebit aquas amarissimas, in Hebræo habetur, & in manu sacerdotis, aqua amara deficere faciens מִ הַמְּרִיר הַמְּאָרוֹר Hebrewzantes.

Num. 8. vers. 2. cum posueris septem lucernas, candelabrum in australi parte erigatur, hoc igitur præcipie, ut lucerne contra Boream, è regione respiciant, in Hebræo legitur. Cumque accenderis lucernam contra eam partem, quam candelabrum respicit, luceat septem lucerne בְּהֻלְּתָךְ אֲתָה נְרַחַת אֶל-פְּנֵי הַמְּנוֹרָה Hebrewzantes.

Num. vlt. 8. vulgata habet. Omnes enim viri ducent uxores de Tribu, & cognatione suas, & cunctæ feminæ de eadem Tribu maritos accipient, &c. quæ sententia non potest consistere, nam nihil tale præcepit Dominus, aut Moyses per Dominum, ut nulla femina, nisi de Tribu sua alteri nuberet, oppositum

enim manifestū est in Mosè ipso, & Aaron. Exo. 6. in Iosuæ 2. Paralip. cap. 22. de Michol legitur David nupta, quæ erat de Tribu Benjamin. Elisabeth mater Iosuæ Baptiste erat de Tribu Aaron, & erat cognata Beatissime Virginis, quæ erat de Tribu Iuda. Vnde in textu Hebræo non dicitur, vt singuli viri ducant uxores ex sua quisque Tribu, sed vt singuli adhærent, id est permaneant in ea hereditate, quæ Tribui sua contingit. Vnde & ita 70. vertunt, similiter in eodem textu Hebræo ver. 8. quantum ad feminas attinet dicitur, ¶ omnis filia haeres hereditatis ad aliquam Tribū pertinentis contribuli suo nubat, quod etiam similiter habet 70. hæc autem verba diuersa sunt à vulgata, omnes feminas comprehendente. Hebraica autem veritas restringat ad eas, ad quas ob defectum fratrum, hereditas paterna pertinenterat, vt solis istis competeret accipere contribulem, seu de eadem tribu in virum. Hunc locum Hæretici contra vulgatam inculcant præsettum. Ostiader in harm. Euægælica, & Faius. Sic ergo vertunt Hebraico fonte, quia unusquisque in hereditate tribus patrum suorum adhærebunt filij Israel, & omnis filia hereditans hereditatem de tribu filiorum Israel vni de familia pairis sui erit. est obiectio etiam Hebrewzant. & Vvitakeri.

Ex Deuter. cap. 9. v. 3. vbi dicitur, quibus nullus potest ex aduerso resistere, hebraicè per interrogatione profertur. Quis ressistet ex aduerso filiorum Hanach? sic in fonte בְּנֵי תִּצְּבָא לְפָנֵי בְּנֵי עַנְק Hebrewzantes.

C. 10. v. 18. dat ei viictum, hebraicè est לְהַנְּאָ.

Cap. 11. v. 11. aquæ ducuntur irrigue. Hebraicè, ¶ irrigabis eam pedibus tuis וְהַשְׁקֵה בְּגַלְגָּל.

Cap. 16. obserua mensem nouarum frugum. ¶ vernum primum temporis, quæ clausula non est in Hebræo, neque apud 70.

C. 18. v. 10. Nec inuenietur in te, qui lustret filium tuum, aut filiam dicens per ignem, hæc non erat lustratio solum, sed etiam exustio, vnde in Hebræo habetur, non inueniatur in te, qui transire faciat filium suum per ignem, vnde illud סְעִיר propriè est transire faciens.

C. 27. v. 25. maledictus, qui dormit cum uxore proximi, hæc maledictio omititur in Hebræo, & apud 70. Hæc Hebrewzantes.

### Ex Libris Historialibus.

**I**Osue c. 5. v. 2. Fac tibi cultros lapideos, in Hebræo est, cultos acutos.

Ibidem ver. 6. quibus ante iurauerat, vt ostenderet terram lacte, & melle manantem, in Hebræo, vt non ostenderet eis terram lacte, & melle manantem, לְכִילְתֵּה הַרְאֹות.

C. 22. v. 11. Quod cum audissent filij Israel, & ad eos certi nuntiū detulissent. Hebræa habent solum, ¶ audierunt filij Israel dicere, vbi interpres expositionis officio fungitur. Hebrewzantes.

Iudicum 5. v. 11. descendit populus Domini ad portas, & obtinuit Principatum, Hebrewzantes.

C. 10. v. 8. [afflictione sunt, & vehementer oppresi] si per annos decem, & octo] solum est in Hebræo, & contunderunt, ¶ fregerunt filios Israel in anno ipso.

C. 21. v. 2. Veneruntque omnes ad domum Dei in Silo,

in

# De sacroum Biblorum versione. 307

in Hebreo inuenit populus Bethel בֵּית־אָלֹהִים.

Primo Regum c. 3. v. 3. dicitur. Oculi eius caliguerant, nec poterant videre, lucerna Dei antequam extingueretur. In Hebreo sensus planior non poterat ad ad videndum, & lucernam Elohim antequam extingueretur.

C. 11. v. 1. Et factum est quasi post mensem, superflua aiunt Hebraizantes, sunt haec sumpta ex Ioseph: nā iuxta Hebr. sic legitur, & ascendit Nachas Hammornites.

Primo Regum 19. n. 24. vulgata multis seculis habuit cecini nudus tota die: sed Hebreo legunt cedit, Vvitaker.

Secondo Regum c. 6. v. 12. post illa verba propter aream Dei, non est apponenda clausula, dixisse David, ibo, & reducam aream cum benedictione in domū meam, quia deest in Hebreo in 70. & Chaldeo.

Tertio Regum 7. alludere videtur Faius, dum sine citatione, & scriptura dicit, aliquot metretæ, adduntur mari magno à Salomone facta, que non sunt in archetypo Hebreo.

Et c. 10. v. 14. dicitur, & negotiatores uniuersique scuta vendentes. It. Hebreo est. הַחֲרִים. i. maiores mercatores ex Kimhi, & alijs.

Regum 3. cap. 21. ver. 24. in vulgata sic legitur, si mortuus fuerit Achab in ciuitate comedent eum canes: si mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cali, quibus verbis significatur Achab non fore sepulturæ mandandum: hoc autem falsum esse patet ex cap. 22. eiusdem libri, in quo aperte sepulturæ mandatus, Achab significatur, & ab originali Hebreo ista sententia longe diuersa est, sic enim legitur in originali. Qui natus fuerit ex Achabit, vel mortuum de Achab in ciuitate comedent canes, &c. quibus verbis significatur, non ipsum sed de eius familia non esse sepeliendos. Hebraizantes.

Secondo Paralipomenon cap. 15. v. 19. dicitur, bellum vero non fuit usque ad trigesimum quintum annum Regni Asa, ē vestigio vero initio capit. sextidecimi sic dicitur. Anno autem 36. regni eius, utroque loco oportet legere vigesimum: nam Baasha anno tertio Regis Asa regnare cœpit, solumque regnauit viginti quatuor annis ex 3. Regum cap. 15.

Iob 5. Voca si quis est, qui tibi respondeat, & ad alium sanctorum cōuertere, quem locum depravatum murmurat Kemnitius apud Andradium ad invocationem sanctotum comprobandum, & Vvitakerus explicans Kemnitium ait, solum voluisse argumentationem Papistarum refellere, ex vulgata editione, probantum Sanctorum intercessionē, cum scriptura ibi loquatur de fratribus in terra degentibus, & colentibus sanctitatem.

*Ex Libro Psalmorum.*

**E**X Psalm. Primo psalmo habetur apprehendite disciplinam, & quod verba Hebreo postulant, osculamini filium, erat vertendum, Calu. Vvitaker. Hunnius, qui addit non posse ex nostra versione aduersus Arianos, & Iudeos decertari, unde text. Hebreus haber נְשָׁקָן־בָּר nassecubar.

Psalm. 4. in vulgata habetur, filii hominum usque quo graui corde, in Hebreo est, filii viri quo usque gloriam meam ad ignominiam? בְּכִי־אִישׁ עַד־מִן

כְּבָרִי לְבֶלְמָה translit. incliti met, &c. Calvin Vvitaker. Hunnius.

Psal. 7. Sagittas suas ordentibus afficit, in vulgata. At in Heb. sagitas suas in ardēies operatus est, ex Hieronym. & consonat Symmachus, ad comburendum operatus est. Sed in Chaldeo non ea vox, ardenibus, sed persecutoribus, habetur que sunt longè diuersa, Hunnius.

Psal. 11. In circuitu impy ambulant secundum altitudinem suam multiplicasti filios hominum, in Hebreo est נְרָמָזָלָות לְבָנִי אֲרָם secundum exaltare vilitas filii hominum Nerum Kalloth libne Adam.

Psal. 15. multiplicatæ sunt infirmitates eorum postea accelerauerunt, ex Hebreo Hieronym. multiplicabuntur idola eorum post tergum sequentium, Hunnius, unde sic in textu legitur, אחר סחרו עצבוחות.

Psal. 16. Eripe animam meam ab impio framam tuam ab inimicis manus tue Domine, à paucis de terra diuide eos in vita eorum in Hebreo sic est, ait Hunnius, eripe animam meam ab impio gladio tuo à viris, manus tuae Domine à viris, qui sunt de mundo: pars illorum in vita illorum, neque est ab inimicis manus tua, & aduertit Eugubinus, sed torus versus est, בְּמַתִּים יְהִוָּה mimethim indecha adonai, i. à mortuis tua manus tue Domine à mortuis, nec in fonte est שאעפְּרָתָה diuide eos, sed chelcam חַלְקָם idest diuisio eorum.

Psal. 21. Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & non ad insipientiam mihi. In Hebreo est, & non est silentium mihi, וְלֹא־דָוִמָּה לִי, idem Vvit.

Psal. 24. Firmamentum est Dominus timentibus eum, est in vulgata, castigavit eam versionem Hieronymi secretū Dominus timentibus cum, כָּל־יְהֹוָה לִירָאִין idem.

Psal. 28. vitiosam clamat nostram versionem, Hunnius, ubi legit, & cōminuet eas tanquam vitulum libani, & dilectus quemadmodum filius unicornium, cum legendum ex Hebreo dicat, exilire eas facies, בְּשָׁרֵין, וַיַּרְקִידָם sicut vitulum Libanum, & sirion, idem.

Psal. 24. Quoniam ira in indignatione eius, in Hebreo habetur, quoniam momentum in ira eius, כִּירְגַּע בָּאָפָו. Idem.

Psal. 31. Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina, in vulgata. Ad verbum vero in Hebreo, succus meus sine humore, & viror meus versus est insciates astuas. Caluinus, & addunt Vvitaker, & Hunnius interpretem nostrum reprehendendū, quod non de Hebreo, sed de Græco translit, & eodem psalmo, In chamo, & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te, legendum dicit Caluinus in lupato, & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Sic ergo habent Hebreo נְהַפֵּךְ לְשָׁרֵי בְּחָרְבָן, קִיְמָה.

Psal. 43. immunita est, & obscura vulgata cum dicit, immunit Angelus Domini in circuitu, &c. cum sit dicendum castrametatur pro immunit. Ibidem dicitur, mors peccatorum pessima, rectius ex Hebreo Hieronymus, interficiet impium malitia. דַעַת הַמּוֹתָת רְשָׁעָה Hunnius.

Psal. 34. Superuacuè exprobauerunt animam meam, in vulgata legitur, Sed hunc locum, ait Hunnius, & corruptela vindicauit Hieronymus legens, sine causa foderunt.

**לֹדֶרֶת אַנְשֵׁי מֵאָה.**

Psal. 37. habetur. *Quoniam lumbi mei repletis sunt illusionibus. Calvinus deridet hanc versionem, nam in Hebreo dicitur id est combustionē. Vt vitakerus per illusiones intelligit morbos, vt David significet renes suos grauissimo, acerbissimoque morbo repletos esse.*

Psal. 43. *Non recessit retro cor nostrum, & declinasti semitas nostras à via tua: sensus enim ibi inuertitur, & Deo tribuitur quasi semitas populi à sua vita declinarit quod Dauidi præter meritum assingitur, vnde Hebreæ sic habent, וְתִשְׁקַח מִן־אֶדְרָךְ וְתִשְׁקַח מִן־אֶדְרָךְ.*

Psal. 47. *Circundate Syon, & complectimini eam, narrate in turribus eius, habet ut in vulgata. Clamat Hunnius [sensus obtenebratus est virtuosa translationis fuligine, cum legendum sit, circundate Syon, & circumite eam, numerate turres eius] ex Hebreo סִפְרּוֹ מִנְגָּד לִתְהָ.*

Psal. 53. auerte mala inimicis meis, legit vulgata, at Hieronymus eam correxit. redde malum infidulatoribus meis. *ישׁׁוב חֲרוּעַ לְשָׁרֶר* idem.

Psal. 54. diuisi sunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor illius, in vulgata. In Hebreo est (& sic legit Symma) *hus ex Hebreo leuiora butyro ora eorum, & cor eorum pugnat.* Hunnius.

Psal. 57. *Sicut cera, quæ fluit auferunt; supercedidit ignis, & non viderunt solem.* in vulgata. In Hebreo habetur. *כַּמֵּן שְׁבָלוֹן חַמֵּס.* Sic limax, qui dissoluitur, & liquefacit, & corruptur evanescit, &c. Hunnius ibidem dicitur *כְּפֶל אַשְׁתָּה* abortuum mulieris, at vulgata dissonat habendo, supercedidit ignis.

Psal. 60. *Termanet in æternum in conspectu Dei, misericordiam, & veritatem eius quis requiret, habetur in vulgata, vertendum erat, ait Hunnius cum Hierony. misericordia, & veritas seruabunt eū, &c.*

**חַסְדָּךְ אַמְّתָּה מִן־נִצְחָה.**  
Psal. 61. *Veruntamen pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri in siti Hebreæ habet. voluerunt medacium, aut compleuerunt sibi in mendacio.* Hunnius, vnde sic legitur *ירָצָו כּוֹן* amplius alij verterunt, currentrunt in siti. 70. *interpretetis vero, cucurri in siti,* Hunnius.

Psal. 67. *Qui habitare fecit unius moris in domo קְרִיכָה verendum erat solitarios, ex Hebreo, ait Calvinus. Item. Similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris, vertendum ex Hebreo in scituloso loco, ait Calvinus. Ibidem dicitur. *אֶלְעָזָר* ut vituperetur, *וְאֶלְעָזָר* ut speciei domus dividere spolia. Si dormiatis inter medios clerros penne columbae deargentatae, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Calvinus contendit sic legendum, Reges exercituum fugerunt, fugerunt, & habitatrices domus dimiserunt spolia. Si dormiatis inter medias ollas, eritis sicut penne columbae, quæ tecta est argento, & cuius alæ testae sunt flavo auro.*

Psal. 71. *Erit firmamentum in terra in summis montium vulgata, Hunnius clamat, ut vertamus, & erit pugillus frumenti in terra in summitate montium, nam in Hebreo est.* *וְהַיְפָתַח בָּרָךְ*.

Psal. 72. *Quia non est respectus mortis eorum, & firmamentum in plaga eorum, in vulgata, at Hebraicus textus habet, non sunt vincula mortis eorum, & firma sunt palatia eorum.* Hunnius, nam in Hebreo

**כִּי אִיוֹחֶדְכָּה לְמוֹתָךְ**

Psal. 75. *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquie cogitationum diem festum agenti tibi, vulgata sed vertit Symmachus. Ira hominis confitebitur, reliquie iræ cunctæ ex Hebreo המִתְחַגֵּר שָׁאָרִית.*

Psal. 76. *Manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus, vulgata. Ponendum erat, ait Hunnius manus mea nocte ex tenditur, & non quiescit, aut non se remisit.* *וְרִילִילָה נְגַרְתָּה וְלֹא חַפּוֹן*

Psal. 83. *Quoniam misericordiam, & veritatem diligit Deus vulgata Hebr. vero. Quoniam sol, & scutum Deus Deus* *כִּי שְׁמַשְׁמָן יְהוָה אֱלֹהֵינוּ*

Psal. 86. *Sicut latitium omnium habitatio est in te, vulgata. Ex Hebreo Hietony. sic verit, & cantabunt qui si in choris omnes fortes mei in te, Hunnius. Hebreæ habent וְשָׁרִים בְּהַלְלִים לְלָמָעִין בְּךָ.*

Psal. 88. *memorare quæ mea substantia, vulgata. In Hebreo, memento mei, quod su tempus meum. Hunnius.* *וְכָלָאָנוּ מִתְהַחֵלָר*

Psal. 89. Obicit Vitakerus, quod vbi habemus ne conuertas hominem in humilitatem, Hebrei fontes legunt, conuertas hominem ad contritionem, & vbi vulgata legit, posuisti seculum nostrum in illuminatione vultus tui, ipsi fontes legunt, posuisti secula nostra in lumine facie tue, & iterum vbi legimus, quoniam superuenit mansuetudo, & corripientur. Hieronymus ex Hebreo verit. *Quoniam transiimus, & auolauimus.*

Psal. 91. *bene patientes erunt, ut annuncient, vulgata. Ex Heb. וְעַנְנִים וְעַנְנִים verhananim aptius pingues & virides, & frondentes, Hunnius, & hunc locum tanquam male versum reprehendit Lindanus ex Patribus lib. de optimo genere interpretandi, ut supra dictum est.*

Psal. 106. suscepit eos de via iniuriantis eorum, in Hebreo est. *אָוָלָם מְרָדָךְ* id est stulti, propter viâ sceleris suis, supple humiliati sunt. idem Hunnius.

Psal. 107. *mibi alienigenæ amici facti sunt, vulgata in Hebreo, super Tibilis in ouabo עַתְּרִיא עַתְּרִיא Hunnius.* vnde Montanus vertit tarantizabo.

Psal. 108. *Deus laudem meam ne tacueris, verendum erat, ait Hunnius ex Hebreo אָוָלָה תְּהַלָּה Deus laudis meæ ne tacueris. Ibidem, caro mea immutata est propter oleum Hieronym. verit, caro mea immutata est absque oleo.* *מְשֻׁבָּן* Hunnius.

Psal. 109. illud tecum principium in die virtutis tue, &c. in Hebr. legitur *עַמְּדוּכָת בְּיֹום חִילָקָה* populus tuus spontaneus in die victorie tue, in ornatu sancto. Hunnius. Preterquam quod male versum est, principium cum potius legendum esset principatus.

Psal. 119. sagittæ potenter acutæ, cum carbonibus desolatoriis vertendum, clamat Hunnius, cum carbonibus iuniperorum à voce Hebreæ *רָהָם*.

Psal. 125. in conuertendo Dominus captiuitatē Syon, facti sumus sicut consolati, vertendum erat, facti sumus sicut somniantes, ex Hebreo *בְּחַלְמִים* Hunnius.

Psal. 128. supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniuriam suam. In Hebreo. Super dorsum meum arabant arantes, longos ducebant soleos suos. *הַרְשִׁים הָאָרִיבּוּ לְפָעָנוֹתָם*

Psal. 134. *Quia iudicabit Dominus populum suum, & in servis suis deprecabitur, melius ex Hebreo Hieronymus in servis suis erit placabilis יְחִנָּעָה seu ignoscet.*

Psal. 135.

# De sacrorum Bibliorum versione.

309

Psalm. 138. Mibi autem nimis honorati sunt amici  
nisi Deus, ex Hebreo vertedū erat, & mibi quam pre-  
tiosae sunt cogitationes tue Deus. זל' בְּהִירָעֶץ

quām inualuit earum summa.  
Psalm. 150. Laudate Dominum in sanctis eius. Le-  
gendum in sanctuario eius, dicit Hunnius, vel in san-  
ctitate eius בְּקָרְבָּן cum hac temeritate sigillans suā  
inscitiam dicendo. [Hinc a fini Romanenses inauoca-  
tionem sanctorum moliti sunt adstruere.] Hęc  
impīj.

*Ex libris Sapientialibus.*

In Parab. Salomonis cap. 1. sic dicitur in vulgata,  
Parabolæ Salomonis. &c. ad sciendum sapientiam,  
&c. & suscipiēdām eruditionem, doctrinæ iustitiam,  
& iudicium, & aequitatem, sed apud 70. sic dicitur:  
& suscipiēdām versutias sermonum. & intelligendam  
iustitiam, & iudicium dirigendum, quomodo etiam  
referuntur à Hieronymo in Ezech. c. 18.

Prou. 18. in latīna vulgata dicitur. Frater qui adiu-  
natur à fratre quasi ciuitas firma, in Hebreo oppōsi-  
tum legimus. Frater offensus à fratre aut perfidia de-  
sertus, magis quam ciuitas fortis. alij legunt. frater re-  
bellans præciuitate fortis. עַכְנָפֵשׁ עַמְקָדִיחַ

Prou. 16. multis annis lectum est. Lapidès seculi,  
cum legendum esset lapides saccul. Hunnius.

Ecclesiastes primo dicitur. peruersi difficile corri-  
guntur, & scelerum infinitus est numerus. in Hebreo  
autem codice legitimus. Peruersum non poterit adorna-  
ri, seu dirigi, & imminutio, seu defectus non potest nu-  
merari, & sic legit Olimpiodorus, vnde Hieronymi-  
ana versio ipsa improposita est, & angusta. Nam  
quod Hebreus dicit latè, peruersum, quod extenditur  
ad omnem rem, personam, & actionem corruptam  
Hieronymus ad personas restrinxit in vulgata. ver-  
ba fontis sunt. לֹא יוּכֶל לְתַקֵּן לֹא יוּכֶל  
לְהַמְכֹות וְחַסְרוֹן.

Cap. 18. dicitur, sunt iusti, atque sapientes, & opera  
eorum in manu Dei, & tamen nescit homo virum amo-  
re, an odio dignus sit, & tamen in secundo membro  
huius sententiae maxima varietas est, nam Hebreo  
sic habent etiam amorem, & odium non est sciens ho-  
mo, ut & Græca similiter  
& insuper neque amicitias, neque inimicitias sit ho-  
mo, vnde quod hi legunt actiue, passiue redditum est  
ab interprete vulgato. Quod vero sequitur in vulga-  
ta, sed omnia in futurum seruantur incerta, in Hebreo  
legitur omnia ante faciem eorum כָּל לְפָנֵיכֶם vbi  
videtur, quod vulgatus hoc loco verba, nec numera-  
uit, nec expendit, ait Vvitakerus.

In Canticis Canticorum cap. 1. osculetur me osculo  
oris sui, & tamē in Hebreo dicitur ab osculis oris sui,  
טְנַשְׁקָוּת פִּיהַן.

Ibidem in Hebreo solum habetur, trahē me post  
te, cur emus: at in vulgata additum, in odorem unguen-  
torum tuorum. cap. 2. similis es o dilecte mi capre, εἰ  
βιννολός οὐ τερυνούσι πέντε βηθέλιον tamen  
in originale habeatur Bether. בְּתַר.

Ecclesiastici 16. sic dicitur. omnis misericordia fa-  
ciet locum triuuique secundum meritum operum suo-  
rum. Kemnitius dicit nomen meritum haberi in  
Græco, imo sic esse transferendum ait Vvitakerus.  
omni eleemosynæ fac locum: unusquisque enim secundū  
opera sua inueniet. οὐ οὖν ἐκενοῦσιν ποιησον τοῖς

ἴκανος γὰρ κατὰ ἔργα ἀνταπέδει.

Cap. 21. diu lectum est, ego quasi fluuius Doris,  
quis autem ille fluuius sit, ait Vvitakerus ignoratur.

Cap. 45. scriptum est, dedit illi cor ad præcepta cu-  
legendum sit coram, cum in Græco habeatur. κατὰ  
πρόσωπον.

Ex libro Sapientiæ cap. 12. ubi legitur. eum qui no-  
debet puniri condemnans, aliter lectum est. videlicet  
ἀυτὸν τὸν μηδεὶς οὐτα κολαστικόν τονό-  
τρον ἡγέμενος τῆς σῆς δινάμεως. id est ipsum, qui non  
debet puniri condemnare, exterum existimans a sua  
virtute.

*Ex libris Prophetalibus.*

Ex libris Prophet. 1. ex Esai. cap. 1. vbi in vulga-  
ta habetur, vi ambularetis in atrijs meis. Hiero-  
nymus sic verrit ex Heb. רַמְחָצָר calcare ariū  
meum non apponetis, & sic est in commentariis Hiero-  
nymi, & iterum cum fuerit veluti quercus. Hiero-  
nymus verrit. erunt quasi iberebintus. Hebreo autem  
consonantior est Hieron. interpretatio, nā habetur.  
כָּלְהָן.

Esa. 9. vbi dicitur. vocabitur nomen eius admirabi-  
lis, vbi legendum ex Hebreo. נִזְקָר. id est vocabit.

Hierem. 23. Et hoc est nomen, quod vocabulum cum  
Dominus iustus noster, in Hebreo est. אֲמָרָת' voca-  
bit. Vvitakerus, Iunius, & communiter.

Cap. 52. vulgata lectio sic habet, iste est populus,  
quem transfluit Nabuchodonosor in anno 7. Iudeorum  
tria millia, & viginti tres. & tamen 4. Regum. c. 24.  
decem Iudeorum milia cum Iechonia dicuntur esse  
translata.

Ioel. 2. dicitur præstabilitis super malitia: cum tamen  
in Hebreo non sit vox illa, præstabilis, & malum-  
culpæ usurpatum sit ab interprete pro malo pœne.  
Hunnius.

*Ex novo testamento.*

Actabundus Vvita, apud Regin. in reprehensione  
pag. 399. ait 600. esse loca, in quibus contra fidē  
Græcorum, & perpetuum eorundem consensum,  
errores latinæ translationis, ait, sunt à nobis retéti, vt  
refert Reginaldus in repreh. Vvitaker. pag. 399.  
atque se ē multis paucis elegisse, & si omnia conse-  
cari vellet in integrum volumen facturum. ne ergo,  
intactum quid prætereatur, posterius proponentur,  
vt etiam si dato, & non concessio ex 600. demas 500.  
quos omnes singit, in reliquo numero arguatur  
etiam, vt dicit Reginaldus, multorum mendaciorū.  
Alij similiter multa inania obiciunt ex Erasmo,  
Valla, & alijs Græcissantibus.

*Ex Matthæo.*

Ap. 1. translatio vulgata habet, Ecce virgo in  
vtero habebit, vertendum erat. Ecce virgo erit  
prægnans. Erasmus.

Cap. 2. cum ergo natus esset Jesus in Bethlehem Inde-  
habet vulgata legendum vero est. in Bethlehem Iude-  
rūs iudeas.

Matt. 3. habetur in vulgata, penitentiam agite ap-  
propinquabit regnum cælorum, legendum vero. Pe-  
nitentiat vos, appropinquauit enim regnum cælorum.  
Erasmus

Erasmus, quem ex parte sequitur Vvitakerus spolijs Erasmi onustus.

Cap. 4. vetus translatio habet, *Demoniacos, & huius natos pro sydera os, sic Græcē καὶ σεληνιαζομενοις.* Erasmus.

Cap. 5. vulgata habet, *Nō macaberis, at interpres non adulterabis ē μοιχεύσεις.*

Matt. 6. *Orantes autem nolite multum loqui dicitur in vulgata. Græcē dicitur Βαττολογησόντες.*

At aliud est multum loqui, aliud Botiologia, quæ eorundem scilicet verborum molesta est importunaque repetitio.

Ibidem imperit, ait Castilio, interpres transtulit, *panem nostrum supersubstantiale da nobis hodie, cum idem apud Lucam verterit quotidianum, & Hypocrisia repetitio est. in Græco autem textu est τὸ επιτούσιον idem ante Castilionem Erasmus.*

Cap. 7. in vulgata dicitur, *quam angusta porta, & arcta via, &c. ex Græco verendum erat. quoniam angusta porta, unde legit interpres ἐπιτούσιον.* Vvitaker.

Cap. 8. *Ascendente eo in nauicu am vulgata. Interpres, cum esset ingressus nauim τὸ πλέον. Erasmus.*

Cap. 9. *Non enim veni vocare iustos, sed peccatores multa sententia apud latinos, clamat Keminitius, cū desit particula. ad poenitentiam, quæ in Græco habetur.*

Ibidem *Videntes autem turbæ timuerunt in latino positum est, pro admirata sunt, cum in Græco sit οὐκαναταν. Vvitakerus.*

Cap. 10. vulgata habet, *& nurum aduersus socrū suam, græcē est καὶ νῦν κατὰ τὸ περβέπας αὐτὸς, & sponsam aduersus socrum suam. Erasmus.*

Cap. 11. *Iugum enim meum suave est, vulgata. Interpres iugum enim meum χρῆσθαι commodum est.*

Cap. 12. *Hic est filius meus dilectus ἀγαπητὸς verendum erat carissimus, & illud, in quo mibi bene complacui eis δι τὸ σῶμαν τὸν vertendum erat, in quo bonam de meipso habeo opinionem.*

Cap. 13. *Scriba doctus in regno cœlorum, vulgata, at vertendum erat in regnum cœlorum. Maldon.*

Cap. 14. *Misericordia de collauit Ioannem in carcere. Interpres Græcus, & missis carnificibus decapitavit Ioannem in carcere. Erasmus.*

Cap. 15. v. 8. in vulgata habetur. *Populus hic labij me honorat, cum ex Græco legatur tota hæc sententia. appropinquat mihi populus hic ore suo, & labij me honorat. ἐγγίζειοι δὲ τοι τὸ σώματι αὐτῷ καὶ τὸν χείλεσι με τιμᾶ.*

Cap. 16. *Inuenimini, & cauete vulgata, interpres θράτε videte aliud autem est intueri, aliud videre.*

Cap. 17. facta sunt alba sicut nix, vulgata. Interpres sicut lux *ως τὸ φῶς.*

Cap. 18. & tenens suffocabat, air, vulgata: sed interpres iniecta illi manu obtuso collo trahebat, id enim est hoc loco, *κρατήσας ἔπινε.*

Cap. 19. v. 17. in vulgata est. *Quid me interrogas de bono? unus est bonus Deus. in Græcis, & emendatis codicibus legitur cur me dicis bonus? nullus est bonus, nisi unus Deus. tunc λέγεις ἀγαδός, & δις ἀγαδός, & δις δέ δεός.* Vvitaker.

Cap. 20. v. 9. acceperunt singulos denarios pro singuli denarium ἐλασσον αὐτὰ δινάριον. hæc Vvitakerus.

Cap. 21. v. 30. eo Domine legendum. ego Domine εγὼ κύρις. Vvitaker. eodem cap. 22. Neque nubent neque

nubentur. vulgata. Incongrue vertitur, quia nubere, seminarum est.

Cap. 23. *Dilatant enim fimbrias, vulg. legendum vero dilatant autem δέ interpres autem legit γέ.*

Cap. 24. v. 6. *opiniones præliorum pro auditions & liorum αἵρεσις πολέμων.* Vvitaker.

Cap. 26. v. 5. *interpres transtulit, & post triduum reedificare illud, vertendum erat ex Græco διατριβὴ ηὔρεψαν per triduum. Et v. 7. ibidem exeunte illo ianuā pro exciente in vestibulum. εἰς τὸ παλάτιον. Vvitaker.*

Cap. 28. v. 2. *reueluit lapidem, in Græco additur ab ostio. απὸ τῆς θύρας. Vvitaker.*

### Ex Marco.

**E**X Marco. Marci 3. dicitur. in vulgata *reus erit eterni delicti pro aeterni iudicij avaria upiōtēs.* Vvitaker.

Marci 14. *vbi est refectio mea, pro, vbi est diuersarium κατάλυμα.* Vvitaker.

Cap. 5. *adhuc eo loquente veniunt nuncii ad Archisynagogum, in Græco fonte est ab Archisynagogo. απὸ ἀρχισυναγόγεων, id est ab ipsis ædibus. Hunnius.*

### Ex Luca.

**E**X Luca cap. 1. *Aue gratia plena pro gratiosa, sic enim est in Græco. καχαριτωμένη.* Vvitaker.

In 2. *puer crescebat, & confortabatur, deest, spiritus πνεύματι.* Vvitaker.

In 3. v. 13. *non facere, pro non exigere. faciatis, exigitis. πράξεις.* Vvitaker.

In cap. 6. *ipsi repleti sunt insipientia pro amentia avolat.* Vvitaker.

In cap. 11. v. 53. os eius opprimere de multis. pro eum urgere de multis. αποσκατέλει. Vvitaker.

In cap. 10. post hec designauit Dominus, & alios 72 in Græco est τοῦ ἑβδομούρτου Vvitaker.

In cap. 15. *euerit domum pro euerit domum σαροι hunc locum etiam Rex Iacobus Angliae vrget.*

Ibidem v. 14. postquam omnia consumasset pro consumpfisset. δαπάνατο.

Luc. 16. *Mortuus est autem, & diues, & sepultus est in inferno, eleuans autem oculos pro mortuis est etiam diues, & sepultus est, & in inferno eleuans oculos καὶ ἐτάρην. καὶ ἐν τῷ ἀδελφῷ ἐτάρη.* Vvitaker.

Luc. 19. *Omnis populus suspensus erat audiens, pro populus omnis εξερευνατο pendebat cum eum audiret hæc Vvitaker. & Luca.*

### Ex Ioanne.

**E**X Ioanne. *vidimus gloriam eius, gloriam quasi trinogeniti à pare plenum gratiae, & veritatis. Plenus gratiae, & veritatis, neinde Ioannes, &c. sic pūctuat Erasmus.*

Cap. 9. *persequebantur Iudei Iesum. desunt, & slubabant eum interficere.*

Cap. 12. *adhuc modicum lumen in vobis, pro adhuc parvo tempore lumen est vobiscum.*

Cap. 21. *Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? pro si eum volo manere εἰς αὐτὸν δέλω μετέν.* Vvitaker.

Hunnius obiicit Ioannis cap. 1. vbi habetur. hæc in Bethem facias sunt trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans.

# De sacrae scripturae Bibliae versione. 311

baptizans. Bethania non erat trans Iordanem, neque illic baptizauit Ioannes, sed in Beihabara, sicut habet Graeci codices.

Idem obiicit cap. 5. Ioannis, ubi dicitur, est autem Hierosolymis probatica piscina, quae cognominatur Hebraice Betsaida. Betsaida Grecè est Bethesda. Betsaida enim est oppidum Galileæ patriæ Andrew, & Petri.

## Ex actis Apostolorum.

**E**X Actis Apostolorum. Act. 2. v. 42. Et communione fractionis panis. pro, & communicatione, & fractione panis εἰ τῇ κλῆσι τῇ ἀρτῃ.

Cap. 10. v. 30. usque in hanc horam orans eram horanona. pro usque ad hanc horam eram ieiunans, & horanona precabar.

Ibidem versic. 31. ea verba, qui cum adfuerit loqueretur ibi, desunt in interprete.

Cap. 12. Calcea te caligas tuas, pro subliga sandalia tua οὐ πέδουσα τὰ σανδάλια σα.

Cap. 16. ubi videbatur oratio esse. pro, ubi solebat oratio esse. Εἴνομι ζετο προσεκνέντες.

Cap. 18. Intrauit verbo Paulus pro astringebatur spiritu Paulus συνείχετο πνεύματι.

Ibidem v. 16. minauit eos à tribunali [pro abegite eos à tribunali.] απίλασεν.

Ibidem v. 21. oportet omnino me festum, quod instat agere Hierosolymis. desunt in latino.

Cap. 19. v. vltimo. cum nullus obnoxius sit pro cum causa nulla sit. μηδὲν δύτε οὐ πάρκοτος.

Cap. 22. dicitur. Vir secundum legem pro viri plus secundum legem αἱρεῖται.

Cap. 24. Deseruio patri Deo meo pro deseruio patrio Deo λατρεύω τῷ πατρῷ δεο.

Cap. 27. Ut custodias occiderent pro ut vincitos occiderent. ίνα τές δεσμάτας ἀποτένεσται.

Addit Iouius loc. cap. 16. ubi dicitur. discipulus quidam erat ibi nomine Timotheus filius mulieris viduae fidelis. in Grecō est filius mulieris cuiusdam Iudeæ fidelis, ησ γυμνὸς τίνος ιεραλας πιστος.

## Ex epistolis S. Pauli Pet. Io. Apoc.

**E**X epistola ad Rom. cap. 2. num. 3. ubi legimus quod iudicas. legendum clamaest qui iudicas iudicas οὐ πιστος. Vvita.

Cap. 5. v. 6. Ut quid enim Christus cum adhuc infirmi essemus. &c. Greci legunt, ut Christus enim cum adhuc infirmi essemus. εἰτι γὰρ Χριστος ὄντων.

Cap. 7. quis liberabit me de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum, cum legatar in Grecō εὐχαριστῶ τῷ δια θεῷ δια τοῦ Χριστοῦ, id est, gratias ago Deo per Iesum Christum. Vvita.

Cap. 8. v. 18. existimo, quod non sunt condigne passiones. In Grecō pro existimo habetur certio statuo λογικα. Erasin. & Vvita.

Cap. 14. Unusquisque in suo sensu abundet. In Grecō. unusquisque in animo suo plenè certus est. εἰκασος εἰ τῷ λόγῳ τοῦ πληροφορεῖσθαι. Vvita.

Cap. 16. Salutate Epencium dilectum mihi, qui est primitius Asia in Christo pro Asia legunt multi Graeci codices. Achaia ἀνατασ. Hunnius.

Ex primo ad Corinth. 3. ministri eius, cui credidi- sis habetur in vulgata, & tamen in Grecō dicitur.

per quos credidisti. εἰ ὅν επισελεῖται.

Cap. 6. v. vlt. post illa verba vulgata portate Deum in corpore vestro, desiderantur illa verba, & in spiritu vestro, quae sunt Dei, quae tamen verba habentur in codicibus Graecis.

Cap. 9. v. 22. in vulgata legitur, ut omnes saluos facerem, & tamen in Grecō habetur, ut omnino aliquos saluos facerem. ινα πάντας τίνας σώσω.

Cap. 15. v. 34. ad reverentiam vobis loquor, & tamē legendum est, loquor ut vobis pudorem incutiam προς ἐντροπὴν ψυχῆς λέγω.

Et num. 51. in vulgata est, omnes quidem resurge-mus, sed non omnes immutabimur, & in Grecō est, οὐδὲ omnes dormiemus, sed omnes immutabimur πάντες μὲν καὶ ξυνδισκεῖται, πάντες δὲ αἰσχυνθήσεται.

Similiter v. 54 desunt illa verba, cum corruptibile hoc induet incorruptibilitatem, quae tamen habentur in Grecō, & nu. 55, ubi habet vulgatus, ubi est mors stimulus tuus. Graecus habet, ubi est inferne victoria. τὸ στόχον τὸν νίκον.

1. Corin. 11. ab Hunnio obiicitur, nam ubi legimus, nam οὐ oportet heres esse, ut & qui probati sunt manifesti fiant in vobis. legendum est cum omnibus Graecis codicibus; nam oportet heres esse in vobis, δεῖ γὰρ ηγέρειν οὐδὲν αἰσχετικόν.

2. Corin. 1. ubi legimus, ut ex multorum personis, eius que in nobis est donationis per multis gratiae agantur pro nobis. cum tamen aliter Graeci legant, ut donum ex multis personis in nos collatum per multis celebrarent gratiarū actiones pro nobis. ίνα εἰ πολλῶν προσώπων τῷ εἰς ημᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὑχαριστηθεῖται.

Cap. 12. num. 11. Factus sum insipiens dicitur in vulgata, & deest particula illa, in gloriano. καυχάμενος.

Ad Galatas cap. 3. dicitur, lex pedagogus noster fuit in Christo, in Grecō dicitur, εἰς χριστόν. id est in Christum.

Secundus locus cap. 4. bonum emulamini in bono semper. in Grecō vero habetur bonum emulari in bono semper καλῶν τῷ ζηλεῖσθαι εἰνα παλαιό πάντοτε.

Ibidem in fine, illa verba. Καὶ libertate Christus nos liberavit, potius pertinent ad initium cap. sequentis. in libertate, qua Christus nos liberavit state. τῷ έλευθερίᾳ δὲ Χριστος ημᾶς ηλιθέρως σύκετε.

Ad Epesios 1. dicitur. ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam legunt Graeci super omnia ipsi Ecclesie. οὐ περ πάντα τῇ ἐκκλησίᾳ.

Cap. 2. v. 10. creatus in Christo Iesu in operibus bonis, cum legendum sit, ad opera bona εἰτι ἔργοις αὐτοῦ.

Coloss. 2. chirographum decreti. legendum volunt in decretis τοῖς δόγματι.

2. Thessalon. 2. quod elegerit vos Deus primitias in salutem pro ab initio ad salutem αἰτησθῆντα.

1. Timot. 6. v. 5. deest. secede ab eis, qui eiusmodi sunt, quae tamen habentur expressæ in textu Grecō. αἴσαβον ἀπὸ τῶν τοιέτων.

2. Timot. 2. v. 4. illud, ut ei placeat, cui se probauit, legendum est, ut ei placeat αἴ τον delectus est miles, prout in Grecō codice habetur expressæ ίνα τῷ σπατολογίσαντι αἴσην.

In epist. ad Philom. num. 9. illud, cum sis talis, ut Paulus senex, reddendum erat, cum sim talis, Paulus senex, nam illud χιτώνων refertur ad Philemonem, non Paulum, Erasmus, & Vvitakerus.

Hebr. 1. in illo versu. purgationem peccatorum faciens, deest, per se ipsum δι εισεντε.

Et

Et cap. 3. illud, quanto ampliorem honorem habet domus, vertendum erat pro quanto ampliorem habet quam domus, is, qui construxit illam, τὸν οὐκ ὀκταυόδεσιν διέζεν.

Hebr. 12. ergo adulteri, & non filij estis, vertendum erat spuriū νόδοι, vel adulterini. Et illud in eodem cap. v. 18. accensibilem ignem vertendum erat, incensum ignem κεκαμψέων πυρί.

In epistola Iacobi cap. i. scitis fratres dilectissimi, vertendum erat. Itaque fratres mei dilectissimi. γέτε αδελφοὶ μη αγαπῶτοι.

Prima Pet. 1. Secundum præscientiam Dei Patris in sanctificatione spiritus, habet Græcus. vulgata vero, in sanctificatione iterum, in quo exultabis habet, vulgatus, Græca vero αὐτοις εξουται, item sioporet contristari in variis temptationibus, alij propter Græcum participium λύτροθεύτες, legunt contristati, in variis experimentis. Item vulgatus habet, in quem nunc quoque non videntes creditis, in Græco deest verbum, creditis, nec est in Syriaco. Ibidem, in quem de siderant Angeli prospicere. Græcē est εἰς ἡ in quæ mysteria scilicet interpres vero legit εἰς Græciantes.

Et in ep. eadem c. 2. vulgatus legit. Si tamen gustatis, quoniam dulcis est Dominus. verbum χριστος ait, Erasmus, vertendum quoniam benignus.

Ibidem, vobis quidem credentibus honor:legendū, ait Erasmus, vobis igitur pretiosus, tuuū pretiosum significat.

Petr. 1. 2. superadificamini domos spirituales, vertendum erat, domus spiritualis, οἵνος πνευματικός. Erasmus carpens interpretem, quod scriptum esset in aliquibus [domos spirituales.]

Et v. 23. tradebat autem iudicandi se iniuste, pro iudicanti iuste. sic enim est in Græco codice, τῷ κρίνοντι δικαῖος.

1. Pet. 3. v. 18. ut nos offeret mortificatos quidē carnē, viuisficiatos autem spiritu, vt legunt etiam Beda & Latini innumerū, vertendum erat (objicit Hunnius) mortificatus διατοδεῖς quidem carne, viuisficiatus ζωοντοδεῖς autem spiritu. Et eodem cap. v. 19. in quo, & his, qui in carcere erant spiritu prædicauit, vt in Græco πνευματι vertendum erat, spiritibus in carcere existentibus.

1. Petri 4. v. 14. desunt illa uerba, quod ad illos quidem attinet blasphematur, quod ad vos autem glorificatur, & sunt in tex. Græco. Vuit.

2. Petri 1. vbi dicitur, satagit, ut per bona vestra opera certam vestram vocationem, & electionem faciat, particula illa (ait Hunnius) per bona opera non reperitur in texu Græco.

2. Petri 1. u. 16. indoctas fabulas secuti, legendum erat, doctas στροφισμένοις fabulas secuti. Item Christi virtutem, & præsentiam, habet vulgata, cū sit legendum. Christi Virtutem, & præsentiam παροισταν. Vuitaker.

1. Ioannis 5. num. 17. est peccatum ad mortem, pro est peccatum non ad mortem καὶ ἐστιν αἰματία ἢ πόνος διάβατον.

Epist. 3. u. 4. maiorem horum non habeo gratiam, pro gaudium, sic enim est in Græco. χαρὰ.

Iudei uer. 5. scientes semel omnia, legendum erat, qui semel hoc sciat is εἰδότες ἄπαξ τέτο.

Apocal. c. 2. u. 14. legitur in vulgata [edere, & fornicari] pro edere, quæ idolis immolantur, & fornicari. φαγεῖν εἰδὼλοθετα.

### Cnfutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S** Ed contra est primo authoritas Ecclesiæ. Quia Ecclesia, quæ approbat, est columna, & firmamentum ueritatis: ergo, necesse est, ut inconcussæ ueritatis sit, unumque ex præcipuis mediis id, quo dogmata tuerit, & fulcit. Sed hac uulgata longo saeculo rum usu, & in Concilijs dogmata definiuit, hæreses profligavit: ergo, &c.

Dices probari authoritatem solum quantum attinet ad fidem, uel mores. Contra primo, quia periret efficacia arguendi contra hæreses. Semper enim de quacumque sententia scripture prolata ab Ecclesia, posset ab hereticis moueri, an hoc, quod habetur in uulgata pertineat ad fidem, uel bonos mores, nec ne.

Præterea ad fidem pertinent, non solum mysteria illa, quæ continentur in scripture, sed etiam (licet indirecte) omnia etiam minutiora, quæ ad historiam pertinent, ut quod Tobias canem habuerit, ut qui hoc negat hereticus iudicetur, quia virtualiter dicit scripture esse falsam, ut dicit S. To., p. q. 32. art. 4. unde S. Aug. epist. 86. & 87. ad Hier. sic dicit. Si admissa fuerint ad scripturas sacras, vel officiosa mendacia, quod in eis remanebit auctoritatis? quæ tandem de scripturis illis sententia profertur, cuius pondere contentiose falsitatis obruatur improbitas ergo pariratione uerbo scripture, quæ authentica nuncupatur, non solum erit authentica in ijs, quæ pertinent ad firmanda dogmata, & mores, sed etiam, quæ pertinent ad historias, &c. & sicut corrueret authoritas scriptoris canonici ex mente Augustini si quantumvis minimum erratum in scriptore sacro reperietur, ita pari ratione uersionis authoritas corrueret, si vel levissimus error ab interprete commisus deprehenderetur.

Confirmatur primo, quia dum uulgata authentica definitur absolute absque restrictione, loci originalis est habenda, & ex se fidem facit (alias non esset authentica) ergo nedum in hac, uel illa parte erit authentica, sed in omnibus locis iam emendatis, & correctis ab Ecclesia, ijsdem que per eandem collatis ad originalia, & in alijs per eandem restituendis (nec enim omnia librariorum uitio intrusa emenda sunt, ut dicetur) at quomodo scripture authentica foret, si pars aliqua esset falsa, uel suspecta? ergo.

Dices. In publicis scripturis, si falsitas contingat circa substancialia, ut quia est omessa indicatio, uel dies, totum corruit, ut habetur in cap. inter, de fide instrumentorum. Similiter si sit circa substancialia negotii, uel eius circumstantias, loci, temporis, &c. sed si sit circa accidentalia, uel id, quod non facit ad negotium non reddit scripture illam non authenticam: ergo à pari ratione si falsitas esset circa substancialia in scripturis, uel in editionibus, nempe circa fidem, uel bonos mores, & huiusmodi, tunc corrueret instrumentum, ceterum si sit circa accidentalia, uel quod ad negotium non facit, nullo modo authoritas scripture iacturam aliquam patitur.

Contra. quia omnis falsitas in scripturis esset essentialis, & substancialis, & nulla accidentalis. omnia enim

dissolutionis vinculum, vbi alij terminum, ad quē, attenderunt. Sed vulgarē Septuaginta concordat, vnde & in Psalm. 104. dicitur. *Misi Rex, & soluit eū,* quare cæteris est præferenda.

*S. Ad obiectiones ex Exodo.*

**A**D Exodi primum locum respondet. Nostrā lectionem retinent 70. legenes, qui est iuxta ostium. verum est, quod cum Hebrei consentit pariter Chaldaea legens, qui est in vase. Sensus tamen idē est, tanquam enim in contento erat in vase sanguis, quantum ad situm erat in limine. Vel dicendum, quod radix ḥaph, et si ex lexicis hebr. significet omne genū vasis domestici (licet id O'easter reijciat) tamen significat quoque ex eodem, & ex nostro Pagnin. postem, seu limen, ita Zach. 12. ecce pono Hierusalem סְפִירַתְהַלֵּם Saph rāghel, quem locum licet alij vertant craterem soporis, Hieron. tamen vertit, superlinnare crapulae, vel ut alij limen tremoris. cum que Eugubius fateatur hanc vocem multiplicem habere significationem, & Hieronym. secutum esse 70. non debebant hebraizantes se preferre 70. & Hieronymo, quorum versiones probauit Ecclesia, & PP. in hac tinctura liminis mysteria agnoscunt. lege de hac re S. Th. 1. 2. q. 102. a. 3. ad 1.

Ad alium locum eiusdem capituli. Perperam Burgensis restringit acceptiōnem agni ex grege, vbi esent arietes, & capræ; cum ex quocumque grege, imo ex quacumq. domo, vbi fuisse agnus, anniculus, &c. potuisset accipi pro immolatione. Optime autem. S. Hieronymus posuit illa verba, iuxta quem ritum accipietis, & hædum, indulserat enim Deus, vt qui agnum offerre non possent (qui magis æstimabatur) hædum offerret, quem sensum ex Hæbreorum traditione venatus est Hieronymus. Sed sistendo in litera Hebraica, sic habetur in Heb. de arietibus, vel capris accipietis illud, & certè particula illa, & eo loco non est coniunctiua, sed vt s̄epe fit in scriptura, disiunctua, vt sit idem, ac *Vel*, sicut & in 70. vbi dicitur ab agnis, & hædis accipietis eum, neque enim intelligibile est unum eundem que agnum potuisse simul ab aliis, & capris assumi. Accedit, quod in detestatione Gentilitiæ superstitionis Ægyptiorum, qui sub specie agni boues, & hircos venerabantur, quorum formas diabolus assumebat, voluit hircū, & agnum sibi immolari.

Ad cap. 22. in Hebreo est verbum שׂר, quod usum significat, & sic vertit Montanus. Non pones super eum usuram, & sic etiam legunt 70. non impones ei usuram. Paraphrasis Chaldaica, non imponetis super eum usuram, quod si metaphorice usuram Lyranus velit significari per mortsum, quo opprimitur accipiens à feneratore, nō abnuimus, & sic nulla est editionum diuersitas. vnde R. Salomon dicit, quod usuram morsus dicitur, qui initio non sentitur, sicut cū quis mordetur à serpente, & poitea tota substantia correditur.

Ad cap. 27. illa vox יְמִינָה incertè est significatio-  
nis, & derivatur à radice יְמִינָה quod idem est, ac remouere ex R. David: vnde instrumenta ad cineres,  
& sopitos carbones remouendos, eo nomine signi-  
ficantur, & sic tam erant necessariae scopae, quam-

forcipes, maximè quod pro ignis ministerio ad illū attrectandum ijs opus erat, ex eo enim altari, viui etiam carbones erant extrahendi in tabernaculum ad cremandum thymiam. Nec inconueniens fuit idem instrumentum ex una parte pro scopae, ex altera pro forcipe deservisse: nunquam tamen verte-  
runt 70. nec Hebraizantes bacinos, vt dicit Lyranus. Chaldaica paraphrasis vertit batilia, est autem batiliū pala vel instrumentum, quo pruna colligitur, quod minus cum tam pala ferrea, quā forcipes pre-  
stent, utrumque illa voce potest significati, & satis est, ex nostro Oleastro, quod ea voce significetur in-  
strumentum, quo cineres remouebantur. Nec inter  
pres voluit semper verbum verbo reddere, nec di-  
stincte enumerationi præsentis loci se voluit astrin-  
gere, praesertim si alibi eius meminisset, sed equita-  
lentia, quæ sensum exprimerent, instrumenta appon-  
sunt. Sed & vocem illam mislegit, Septuaginta ver-  
tunt crateras à capienda carne. Et Chaldaeus fuscina-  
las legit, vnde rectè quoque noster vertit in-  
terpres.

Ad c. 32. respondet Salianus in suis annalibus anno 2544. quem sequitur Cornelius à lapide in eum locum, hunc numerum vulgarē agnoscit ab Apostolo, qui Septuaginta sequitur 1. Cor. 10. dicit namq; cecidisse viginti tria milia hominum. Sed hi authores historias confundunt. Nam illa historia, quam re-  
censet Apostolus referunt ad historiam Num. 25. vt aduerit S. Thomas (& communis interpretum sententia est) qui quoque dissoluit instantiam ex Nume-  
ris, vbi dicitur. & occisi sunt viginti quatuor milia ho-  
minum, dicēdo non hoc contrariari dicto loco Apo-  
stolico, quia maior numerus nō excludit minorem.  
Non ergo ex hac via Saliana, soluitur argumentum:  
Neque dissoluit, quod idem docet ex Abulēsi, quod  
littera capiḥ ק quæ est nota vicenarij numeri in no-  
tam similitudinis abierit, & per compendium ab  
aliquo scriba fuerit apposita, cum numerus extensem  
descriptus appareat, vnde non est, quod ad friuola-  
fugiamus.

Dicendum ergo, quod nulla est ibi contradic̄tio:  
nat in 70. in Chaldaica, in Hebraica legimus illam  
vocem שׂר וְvirorum, viri autem nomine interdum  
primates, & nobiles significantur, in idiomate He-  
braeo, & Latino, & ibi notantur, qui authores fuerāt  
transgressionis, & integrum populum ad peccatum  
adorationis vituli suo exemplo, vel hortatione indu-  
xerant. Cæterum vulgaris expressit integrum nu-  
merum omnium occisorum. Quare in anteceden-  
tibus dicitur, occidat unusquisque fratrem, & amicū,  
& proximum suum, indiscriminatim occisionem mā-  
dando: & sic occisi, hominum nomine, designati sūt,  
sed integra summa fuit 23. milia, viginti de plebe,  
tria milia de primoribus populi. Vide Chartus. &  
Abul. in hunc locum. Potest etiam dici cum Lyrano  
hic in fine capit. quod gladio Leuitarum cederūt  
tria milia, alijs punitionibus multo pluries cecide-  
runt, & omnium summa escendit ad 23. milia:   
nam vt aduerit Rabbi Salomon. populus triplici  
morte multatus est: in potu aquæ, quæ inflabantur,  
& moriebantur, secundo gladio Leuitarum, tertio,  
morte à Deo immissa. vnde in fine dicitur. percussit  
ergo Dominus populum suum, & à simili confirmatur  
hæc responsio, nam in loco allegato Numerorum  
Hebreo dicitur, quod occisi sunt 24. milia hominū,  
Ee cum

cū Paulus dicat 23. milia hominum, nā vt doct̄ aduer-  
tit egregius defensor efficacitatis gratiæ Gulielmus  
Estius in epistola primam ad Cor. cap. 10. Paulus  
solum locutus est de ijs, qui vna die ceciderunt, in-  
quibus non comprehensi sunt principes populi; nec  
ij, qui occisi sunt mandato Moysi initiati Beelphe-  
gor, qui ad 1000 numerum ascenderunt, qui  
vero ceciderunt 23. milia, morbo pestilentis cor-  
ruerunt.

Ad cap. 34. Illa verba, Dei sunt; nec dissentit nostra  
vulgata ab alijs editionibus, & illa particula, ait, secū-  
dum morem scripturarum, & hebraicam dialectū  
cum non exprimatur suppositum, potest referri ad  
suppositum, quod præcessit, siue sit in recto, siue in  
obliquo iuxta sensus exigentiam, vnde sicut Act. 20.  
dicitur, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos re-  
gere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo, ly ac-  
quisiuit non ad id quod in recto positum est, refer-  
tur, nempe Spiritus sanctus, sed ly Dominū Iesū, nem-  
pe qui præcesserat in obliquo in præcedentibus ver-  
sibus: ita & in nostro proposito ly, ait, non ad Moy-  
sem, sed ad Deum refertur, ex præcedentibus clau-  
sulis nomen Domini, & quo transeunte, nempe Domi-  
no, ait, ipse Dominus. Accedit, quod ipse Dominus  
promiserat inter transeundum se inuocaturum no-  
men Domini cap. 33. v. 11. & Num. 14. v. 17. vt ad-  
uertit Caet. Domino à Mōsē tribuuntur, sicut iura-  
ui dicens, Dominus patiens, &c. & licet durum videat-  
tur Deum inuocasse se ipsum, id certè factum non  
est, sed verba suggestit quomodo esset inuocandus,  
& Moysen ad inuocandum incitaret; vnde & Chri-  
stus Dominus, cum formam orandi dedit Apostolis  
dixit, cum oratis dicite. Pater noster est. vt egregie  
ponderauit Abulensis. Nec obstat quod vulgata  
subdat, qui custodis misericordiam, debet enim dici  
qui custodio, si Deus ipse loquens introduceretur,  
non obstat inquam ex doctrina S. Augustini super  
Psalm. 44. exponentis illa verba diffusa est gratia in  
labijs tuis, ait enim, mutationes personarum repenti-  
næ, & omnino ex improviso inueniuntur in sanctis scri-  
pturarum libris, & si quis aduertat plena sunt pagine  
diuine. Domine libera animam meam à labijs iniquis,  
& à lingua dolosa, & statim, quid detur tibi, aut quid  
adiciatur tibi aduersus linguam subdolam? alia illic  
persona erat, alia hic, ibi pœnitentis, hic subuenientis.  
sagittæ potentis acutæ cum carbonibus vasatoris, alia  
persona ist quid deuer tibi: alia detur tibi: & in con-  
sequentiibus fit alia, Heu me quia incolatus meus longi-  
quus factus est. & in paucis versibus, tam crebra mu-  
tatio personarum intellectum admonet, non exprimit  
locum, ubi mutatur, non dicitur, hoc dixit homo, hoc di-  
xit Deus, sed ex ipsi's verbis sit nobis intelligere, quid  
ad hominem pertineat, quid ad Deum, ita & in nostro  
proposito alia persona est, quæ dicit, dominator Do-  
mine, Deus misericors, & clemens, patiens, & multæ  
misericordie, & verax, alia persona scilicet Moysis,  
qui in morem dialogi subiungit, qui custodis miseri-  
cordiam in millibus.

Vel dicendum secundo, quod cum in præceden-  
tibus, tam Domini, quā Moysis fuerit facta men-  
tio; tam quod dicit vulgata, ait, quā quod hebrai-  
ca, clamauit, & 70. vocavit, quam Chaldaica inuoca-  
uit, non iunguntur cum voce Dominus, sed cum  
voce, Moyses, iuxta subiectam materiam, & ita intel-  
lexit Hieronymus.

Potest et responderi id dictū esse à Deo, & Moyte  
à Deo sua nomina, & epitheta prius recērente, eorū  
que intelligentiam Moysi infundēte, mox à Moysē,  
qui à Deo edoctus, & tantæ dulcedinis notitia alle-  
ctus, eadem in gratiarum actionem protulerit, simi-  
le optimum est Mat. 17. vbi dicitur. Aiunt illi: malos  
malè perdet, & vineam suam locauit aliis agricolis,  
& hæc eadem verba à Christo Domino quoque di-  
cta esse habetur Marc. 12. & Lucæ 20. vt patet text.  
intuenti. Hac viam sequitur noster D̄dacus Ystella,  
cui subscriptis Cornelius à lapide eius suppresso no-  
mine.

Ad alium locum eiusdem capituli fatemur ex He-  
braeo verti poste, quod promicisset cutis facierum  
suarum, cui consonant 70. vertentes. glorificatus est  
aspectus cuius faciei, Chaldaica, multiplicatus esset  
splendor gloriae vultus sui. & hæc lectio ante Hiero-  
nymum erat in vsu Ecclesiæ, & legebāt יְהֹוָה quoran-  
cum cametz, & patach, id est radians, sed nostra vul-  
gata non solum tadium, sed formam radiorum ex-  
pressit, ad modum cornuum, & non caaran, sed ke-  
ren, quod cornutum significat expressit, quare Cai-  
tanus, & alij legunt ex Hebraeo, cornificauit cutis fa-  
ciei siue, & Oleaster noster Hebraicè reddi posse, ait,  
quia cornuta esset, seu cornutasset, ex emissione enim  
radiorum veluti duo cornua promicerunt (prout  
etiam nunc absque deformitate pingitur) vt dicit  
Abul. q. 24. qui etiam notat quod non fuerunt illi  
radij simplices, sed radij fortes, qui erant ita inten-  
si in luce; quod videbantur quasi quidam lucis cumu-  
li prodeuentes de cute, aperiendo eam: vnde in He-  
braeo id exprimitur רַא יְהֹוָה id est cornu de cute,  
vnde & 30. radij altaris thy'miamatis aurei cornua  
dicuntur, Cornua ex ipso procedent, & radij lucernæ  
ex vsu cornua dici consueuerunt. vnde R. Salomon  
radios illos Moysi cornua magnificientia appellat, &  
hæc cornua Apostolus vocat gloriam vultus Moysi,  
vt patet 2. Corint. 3. nulla eit ergo contradic̄tio, nā  
etiam splendor solis in luna receptus, eam cornutā  
apparere facit. Quate perperam Eugubinus nostra  
vulgatam insimulat, cum Hebreis, qui vt idem res-  
fert nos execrantur, quod facies Moysi in Ecclesiæ  
depingitur cornuta non enim insimulanda est Ec-  
clesia, propter paucorum pictorum inscritiam. Ridicu-  
lum autem est, quod dicit quidam Hebraeus apud  
Abul. quod ex nimio ieunio 40. dierum facies  
Moysi fuerit exiccata sicut cornu, ita vt ossa, faciem  
eius macie conficiente, nuda essent, sola cute conte-  
cta, vt acuta veluti cornua videretur, & ita esset hor-  
ribilis visu, vt ab eo cuncti fugerent, pœna enim ma-  
gis quam refutatione indiget ista responsio.

### §. Ad loca ex Leuitico.

**A**D loca ex Leuit. ad cap. 1. illa vox sequens gut-  
turis magis explicat, quod in Hebraeo impli-  
cite continetur; expresse autem ponitur à 70. dicen-  
tibus, & auferet πόλωσην vesiculam gutturis, & sic  
dictum à 70. ait Theodoreetus, eo quod cibum as-  
sumat similiter, & à Theodorione [vesicā] traducitur  
ex eodem Theodor. q. 1. idem habere Chaldaica.   
Certe vt notauit Oleaster dictio Hebraica נְרָה  
murah vesiculam significat, & deducitur à radice  
raah נְרָה quod est videre, vnde rei נְרָה est videre  
per speculum, generalis est vesica, per quam cum sit  
peruia

peruia per eam tanquam per vitrum, vel speculum inspicere possumus: idem docet R. Salomon, Aben Ezra, kinh, dicentes idem valere, quod Chaldaicum nomen Ze Neph פָּנַח idest vesicam.

Ad alium locum ex cap. 2. etiam si species pro genere à vulgata fuisset usurpata, nullū afferret preudicium Hebraico fonti. Nunc verò cum ex Hebreo legatur, ut legit Pagninus, spicam cum culmo coctam igni, triticum contusum spicæ virentis plenè offres, & vulgata legat de spicis adhuc virentibus, &c. celsat obiectio.

Illa verò clausula confringes in morem farris, nullam penitus continet diuersitatem: nam 70. utriusque lectioni consonantes vertunt, nouas torrefactas spicas, vigentes, comminutas Domino offeres, &c. Chaldaica de spicis virentibus torrefactis, igne, confractis, ac teneris. Faust intento eadem particula, וְנָא, cui si punctum in sinistro cornu affigatur, confringere significat, ut rectè ponderatur Oleaster noster, & verti potest, confracta, contusa, quod cum hoc modo quoque vox ista verii potuisse, suppleuit interpres iure suo illam particulam comparationis, ad modum farris.

Ad cap. 4. habetur in vulgata, efficer extra castra in locum mundum, ubi cineres effundi solent, incenderetque ea super lignorum fruem, nam præmisserat, pellem vero & omnes carnes eius cum capite, & pedibus, & simo & reliquo corpore, quod idem est ac dicere, efficer rei totum iuuencum, & Pagninus vertit, omnem vnuum ex 70. & Chaldaica, quibus omnibus æquivalent illa verba, & concremabit eum, quæ omissa fruole oppositum.

Ad cap. 7. in vulgata dicitur, caro quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur, sed comburetur igni, qui fuerit mundus vescetur, & si mēdosi codices non nulli legant, immundus vescetur ex ea; particula, ex ea, non refertur ad carnem immundam, sed ad carnem seu hostiam pacificam mundam, & sensus est. mundus vescetur ex ea, nem p̄ hostia pacifica munda. Vnde Chaldeus. Quicumque fuerit mundus ad comedendum carnem sanctificatam comedat carnem sanctificatam. Sed & idem est dicere. Omnis caro munda comedetur, & quod mundus vescetur ex ea, quare nulla est diuersitas.

Ad cap. 12. dicitur, quod nomen יְנֵה idest semen, nō solum accipitur pro filio, & prole, verum etiam pro principio generationis, sic accipitur Gen. 1. ubi dicitur, germinet terra herbam virentem. & facientem semen, & quidem multi legunt actiū in Hiphil actiū, hoc est, si fecerit semen si prolem genererit, ita Oleaster, Caiet. hic & alij, at quia Hiphil coniugatio interdum accipitur passiuē, & tunc seminificari idem est, ac semen suscipere, propterea merito interpres vertit, sisuscepto semine, vnde 70. nostræ editioni fauente vertentes γεννήσις εἰναι σημερισθαι, hoc est si seminata fuerit, idest semen à viro receperit, velut in latina Sixti legitur conceperit semen, ijs autem verbis dicit Origenes hom. 8. in Leuiticum Mysterium virginitatis Deipara, & exceptio ab alijs mulieribus significatur, ut dicunt etiam Titus Bostrensis, Theophil. Euthy. & Idelfonsus serm. 1. de parific. Bernard. serm. 3. & communiter interpres in hunc locum Leuit. Itaque non de superfluo addidit Legislator, mulier si conceperit semen, & pepererit filium, sed exceptionem posuit, quæ solam

illam mulierem à reliquis mulieribus segregaret, quem sensum communiter SS. Patres amplexi sunt. lege Galat. 7. arcā. cap. 14. Finum lib. 2. flagelli c. 3. Sed & aliud mirabile est in eadē voce יְנֵה razia quod propriè ea voce significatur semina facete, & emittere, quod est seminificare, & sensus est. si mulier suscepit viti semine, suum quoque emiserit, & conceperit, &c. vnde ex duplice capite habeatur subiectio mulieris ad legem, quia ex viro, & suo semine accepto, & emisso cōcīpībat. Quare cū à lege hac eximatur Beatissima Virgo Maria ex Ecclesiæ traditione, puritas summa afferenda est in conceptione filij Dei, vt nō solum virilis seminis, sed & feminæ seminificationis fuerit expers. Quod quidam non aduententes, liberam opinandi licentiam dederunt afferendo, B. Virginem in conceptione filij Dei, esse probabile, seminificasse. Quæ opinio an deroget illibata virginitati B. Virginis, Ecclesia Cath. iudicet. Lege Epist. Synod. Sophron 6. Synod. act. 11. Damas. l. 3. c. 2. & 4. c. 15. Theophil. in Lue. S. Thom. 3. par. quæst. 32. artic. 4. & in loco quando serua documenta S. Bonav. 3. diff. 4. artic. 2. quæst. 1.

### Ad loca ex Numer.

**A**D loca ex Num. hebraica habent [à 30. annos] & supra] similiter, & Chaldeæ. Et Eugubinus putat non esse hic interpretem lapsum, sed ex loco allegato cap. 2. transribentium, aut temporum vitio illum errorem irrepsisse. Sed & Carthusianus eandem discrepantiam cum Lyrano conciliat, vt 25. anno Leuitæ instruendi ad officium Leuiticum, deputarentur, & vero anno habiles admitterentur ad exercitium, incepti reiacerentur.

AD cap. 5. Quoad sensum omnes translationes conueniunt cum textu Hebraeo: nam in Hebraeo dicitur in manu sacerdotis, aqua amara desicere faciens, ubi maledictio causaliter ponitur. In nostra, ipse autem tenebit aquas amarissimas, in quibus eum ex execratione maledictio concessit, ubi particula ipse ex antecedentibus ad sacerdotem refertur. 70. vero. In manu autem sacerdotis erit aqua argutionis, quæ maledicitur, &c. in Chaldaica. In manu sacerdotis erunt aquæ, & maledictæ, & sic est differentia verbalis, quæ nihil osticit. Quod verò vulgata verterit, amarissimas, in superlativo, idcirco factum est, quia Hebraica lingua superlativo caret, & sub verbo positivo superlativum exprimit. Sic Hierem. cap. 9. verbum bonum, significat clementissimam promissionem de redundis filiis Israel à captititate Babylonica: & innumeræ non desunt exempla.

Ad cap. 8. præsupposito situ candelabri (quod candelabrum erat in parte australi è regione contra Septentrionem, ubi erat mensa manum propositionis) omnes editiones cum textu Hebraeo quantum ad sensum concordant: Nam in Hebraeo dicitur. Quando accendere facies lucernas contra faciem candelabri, lucere facies septem lucernas. 70. legunt. Cum imposueris lucernas à parte secundum faciem candelabri, lucubuni septem lucerne. Chaldaica. Cum accenderis lucernas contra faciem candelabri, septem lucerne. Nostra verò habet, sicut dicitur in argumento. idem autem est dicere contra faciem candelabri, ac in parte australi contra boream: nam contra faciem

candelabri erat Septentrio: si quidem in parte australi situm erat candelabrum. vnde noster interpres plura paraphrasticè apposuit, & ex Exodo transcriptis, ut patet ex cap. 25. 26. 40. ubi de situ candelabri sit mentio eodem modo, ut in hoc loco alleato.

Ad ultimum. Iampridem Rabbi Paulus hunc locum obiecerat contra vulgatam apud Carthusianū. Quare non est mirum si Nouatores cum Rabbinis consiperint. Huius autem argumenti solutio difficilis est, propter diuersas sententias Doctorum, & Patrum. Quidam dicunt solum adstrictos nubere cum suis cōtribulibus, qui in hæreditate succedebat. cæteros vero nullam prohibitionem habuisse. hanc sententiam defendit Burgesis, Caetanus, Oleaster, Vatablus, Cornelius à Lapide. At alij tenent oppositum. Dicunt ergo omnibus in discriminatim inhibitum accipere vxores, aut viros de aliena tribu, exceptis priuilegiatis ex dignitate sacerdotali, vel regali, inspiratione, aut dispensatione divina. Iuxta primā sententiā soluuntur obiectiones initio argumēti. Dicunt potest eo loco satis probari, vulgatum clarius, & apertius poruisse sensum interdū exprimere: quod si non expressit, non propterea auctoritati eius derogatur: nam hic, & similes defectus sunt puræ negationis, non priuationis, & sic semper sensus integer (etsi non adeò clarus interdum) perseverat. Obscuritas autem versionis vulgata in hoc loco consistit, quod vulgata generaliter loquitur dicens. *Omnes enim viri ducent uxores ex Tribu, & cognatione sua, & cuncte fæmine maritos accipiunt ex eadem Tribu.* Hebreæ autem lectio limitata est, loquens de filiabus non de viris, nec de omnibus fœminis, sed ijs, quæ habebant hæreditatem. *Quæcumque filia hæreditatem possederit aliquam in Tribu filiorum Israel,* nulla autem in re est cōtradiccio: nam licet expresse in vulgata non sit illa limitatio, quæ est in Hebraica, est tamen implicita eadem limitatio, cum in vulgata finis, & ratio legis exprimatur, quæ illam universem modifcat, nempe, ut hæreditas permaneat in familiis, nec sibi misceantur Tribus, vnde ex hoc fine, & ratione legis illa propositio: *Omnes viri ducent uxores,* non distribuit absolute, sed distributione accommoda, nempe pro ijs, qui hæreditatem aliquam sortiebantur, ne ex commixtione Tribuum hæritas, vel sors confunderetur, quæ aiunt allegando S. Tho. 4. dist. 30. q. 2. art. 1. q. 3. ad 4. erat causa prohibitionis matrimonij contrahēdi inter illos, qui erāt de diuersis Tribubus. ex qua doctrina inferunt, quod quibus hæreditas non obueniebat, poterant cū alijs Tribubus copulari, vnde Elisabeth, quæ erat de filiabus Aaron, nupsit Zach. de Tribu Dauid; quamquam etiam Elisabeth esset de Tribu Iuda ex parte patris, licet ex parte matris esset de filiabus Aaron, Poterant autem, quæ erant ex filiabus Aaron cum alijs Tribubus copulari, vel cū stirpe Regia coniungi, ut dicit ibidē S. Tho. imo vñ. uersaliter, qui erant de stirpe Regia, vel sacerdotali ex hac prærogativa, ut etiam ait S. Thom. ad Hebr. c. 8. leet. 3. poterant uxores accipere de alia Tribu, & sic Ioiadas Sacerdos accepit Iosabeth filiam Regis Ioram, Aaron filiam Aminadab sororem Naasson, qui fuit Dux in Tribu Iuda, quæ exempla idem recenset S. Doctor. Quod verò 70. cum Hebreo textu aiunt, filias tantū recenseant, non contradicit (aiunt) vulgata, quæ etiā

masculos exprimit: etenim primo, & per se masculi in hæreditate, & bonis paternis succedunt, & propterea expressit hoc vulgatus, quod Hebræus retinet. omnes enim viri, ait vulgata, ducent uxores. Quia verò Num. 27. lex erat, quod moriens sine filio, ad filiam transiret hæreditas (quod non erat primo, & per se, sed ut dicit S. Thomas 1. 2. q. 10. art. 2. ad 2. ex defectu filiorum masculorum in consolationem patris, cui graue fuisset si eius hæreditas omnino ad extraneos transiret) idcirco voluit textus Hebræus exprimere mulieres in una clausula, quæcumque filia hæreditatem possideret, & simul, & semel successione in bonis paternis in fœminis, in defectum masculorum repetendo, & patris consolationem insinuando, dum non ad extraneos, sed ad eos, qui erant de eadem Tribu in iri connubia demandatur.

Verū ad fundandā hanc distributionem accōmodam non videntur recte verba S. Doctoris adaptata, nam in eadem responsione sic ait. *Elisabeth, quæ erat de filiabus Aaron dicitur eius cognata sed ex parte patris erat de stirpe Dauid.* bene enim poterant per matrimonium coniungi filia Aaron illis de Tribu Regia, vel etiam quib. libet alterius tribus, eo quod non acceperat hæreditatem diuisam ab alijs tribubus, & sic ex hoc non potuit confusio sortium prouenire, quæ erat causa prohibitionis matrimonij contrahēdi inter illos, qui erant de diuersis tribubus. Vnde ex verbis. S. Doctoris non sit restringio, vel distributio illa accommoda ad sortientes hæreditatem, ut nuberet hi tantum cū suis contribuībns, sed potius ex exceptione Aaronis tribus ex indiuisione hæreditatem cum alijs tribubus, habetur legis firmatio, ut nulli alijs, qui erant ex diuersis tribubus (ne esset confusio sortium) licet extra suam tribum nubere, etiam si nulla hæreditas paterna proueniret. Quare S. Doctor consulto non hæreditatem, sed sortium confusionem, assignauit, ut rationabile prohibitionis motuum, sors autem ab hæreditate diuersa est, sortes enim tribuū, quæ erant diuisa à Domino, innariabiles erant, hæreditates autem augeri, vel minui poterant. Accedit, quod principalius videtur impermixtionem tribuum, quam hæreditatum fuisse prospectā, nam cum initio nullæ essent hæreditates, vel sortes, distincte tamen erant tribus Num. 1. & 26. sicut, & post reditum ex captivitate, vel cum adhuc essent dispersæ tribus in nationibus, quibus nulli agri, vel hæreditates supperebant, & tamen familiarium distinctio seruabatur, & propterea in tex. non vna, sed duplex huius legis ratio assignatur, ut hæritas permaneat in familiis, nec sibi misceantur tribus, sed ita maneat, ut à Domino sunt separatae.

Iuxta vero secundam sententiā dici potest, quod plana est vulgata intelligentia, & versio, nam cum 70. concordat, cum enim legissent Septuaginta iuxta Hebraicam, ut nubat quelibet fæmina vni ex populo patris sui, idest ex familia, mox subiecerunt iura ἀγχιστοῦ οὐρανοῦ ἐπανά, idest, ut sanguine proximi sint filii Israel. Verbum aut illud ἀγχιστεῖν ex Suida & Eyschio significat iure proximitatis hæreditatem, & sanguine iunctam uxorem ducere, quo etiam vocabulo vtitur Plato 2. de legibus, ubi agit de testamento, & matrimonio dicens, matrimonia ad duo spectare, ad generis proximitatem, & ad hæreditatis conservationem, vnde iubet (à nostris scripturis mutuatus) proximas ducere uxores, & ita adiri permanentem

# De sacrorum Bibliorum versione. 329

ternam hereditatem. Cum ergo in Hebraica littera habeatur, quod quilibet in hereditate sua adherebunt filii Israhel; cumque hoc non possit fieri, nisi accipiendo sanguine sibi iunctam uxorem, de eadem familia eandem ducere necesse erat, & que pro hereditate capessenda proximitas, atque cognatio in Hebraico fonte latitabat obscurius, expressior posita est à vulgato. Nunquam enim hereditates seu sortes ut à Domino diuise erant obtineri potuerint, si licuisset ex alijs familiis, & tribubus indiscriminatum uxores copulari: quamobrem ad sortem tribus capessendam, quoad omnes requirebatur sanguinis proximitas eiusdem tribus, tanquam fundamentū. Accedit quod vulgata intelligentia ex verbis Angeli Tob. 7. v. 14. videtur desumpta. nam quod ibidē vulgatus verit. Ideo fecit vos venire ad me, ut ista coniungeretur cognitioni suae secundum legem Moysi, in Septuaginta versione cap. 6. legimus quædam, que non sunt in vulgata, & vulgata sensum exprimunt. Hodie manebimus apud Raguel, & ipse cognatus tuus es, & est eis filia unigenita, loquar de ea, ut detur tibi in uxorem, quia ad te attinet hereditas eius, & tu solus es de genere eius, & iterum. Habeto ipsam nūc secundum iudicium, id est legem. Tu frater eius es, & ipsa tua soror. vide Ambrosium 3. officiorum cap. 14. eandem intelligentiam insinuantē. Recte ergo vulgatus ex facto Tobiae sensum legis expressit. Facit etiam quod in cap. 36. Num. dicitur. Nubant quibus volunt, tantum ut suæ tribus hominibus, & ratio assignatur, ne commisceatur possessio filiorum Israel de Tribu in Tribum, ubi possessio nomine fors, & hereditas tribuum designatur primo, & per se, non autem sola hereditas, que quoque promotivo, eodem cap. assignatur nubendi contribulibus. Et Doctor noster Angelicus 1. 2. q. 195. ar. 4. in corpore aperte sauet proposito dum dicit Circa uxores vero statuitur in lege, ut ducant uxores suæ tribus sicut habetur Num. vlt. & hoc ideo ne sortes tribuum confundantur. Hoc autem ad omnes pertinebat. sic occurrit ex hac via Nouatorum obiectiunculis ab ipsis Rabbiniis suffuratis.

Ad locum Deuteronomij. Siue per interrogatiū, siue absque illo iste locus legatur, sensus idem omnino est, imo interrogatio Hebraico, quis resistet ex aduerso filiorum Henach? congrue respondetur per vulgatam, nullus potest ex aduerso resistere. Ponuntur autem interrogations pro negationibus ſepe numero, quare recte interrogationem in negationem vertit interpres, ut notat Eugubinus.

Ad loc. cap. 10. Ille est idiotismus Hebraicus, ubi usurpatur species pro genere, vnde sicut triticum usurpatur pro omni genere fructuum Osea 9. ita (ut ibidem apparet) panis pro victu usurpatur, dum dicitur panis lugentium, ubi panis usurpatur pro bonis, & facultatibus ad victum spectantibus. Eo loco 2. Reg. 9. Comedes panem in mea mensa semper, panis etiam accipitur pro victu, & innumeris locis panem accipi pro omni escuento vel potuente, vñus Hebraici sermonis ostendit.

Ad locum cap. 11. Posuit ibi scriptura differentiam inter terram Aegypti, & terram promissionis, quod in terra promissionis de cœlo erant pluviae destinatae ad irrigandum, quia montuosa, & campestris, in Aegypto vero labore opus erat, irrigando hortum more: certum est autem hoc fieri non potuisse,

nisi labore, & discursu, propterea hebr. dixit. irrigabis eam pedibus tuis, ad designandum laborem ad dirigendos canales, & hauriendam aquam, & educendam à Nilo, que lectio, à vulgata quoad sensum non dissentit.

Ad cap. 16. quod dicit Hebr. obserua mensem הַאֲכִיכָה id est primarum aristarum, id est Martium, vel Aprilē, ut dicit Arias, non Iulium, ut vertit Pagninus, idem est, ac dicere mensem nouarum frugum, & verni primum temporis, ut vulgatus verrit.

Ad c. 18. eo verbo lustrare, quod significat etiam circummagere, significatur, quod puerulus circumagebatur transiens per ignem: quod sine exustione fieri non poterat. vnde nulla est differentia vulgata, & hebraica, et autem hæc lustratio expiatio, quæ filios Moloch, vel Saturno immolabant, ad priuatam, vel publicam calamitatem auertendam, ut dicunt Interpretes.

Ad c. 37. iam vulgata Sixti, iussu Clementis VIII. publicata expunxit, quod in nonnullis codicibus mēdose additum erat librariorum incuria, quod erat in versu 25. videlicet, maledictus, qui dormit cū uxore proxixi sui, & dicit omnis populus. amen.

## Ad loca ex libris Historialibus.

**S**A D locum Iosue. In Hebræo habetur עֲרֵי, quod etiam verti potest petrarum, sic verit Arias, & 70. legunt μαχαιρας πετρινας, & in Romanis correctis additur ἐν πετρας ἀκροτόμες, cultros petrinos de petra acuta, quam multi putant esse Iaspidem, cuius virtus est ad sistendum sanguinem, ut simul, & semel incideret, & sanguinem fisteret, eodem modo legunt Iustinus Martyr dialogo cōtra Triph. Augusti. lib. 2. de gratia Christi cap. 31. & serm. 15. de verbis Apostoli cap. 10. Ephren. orat. in 40. martyr. Hugo de S. Vict. 1. de sacram. p. 12. S. Thom. 3. p. q. 70. ar. 3. ad 2. & ijdē 70. ex voce יְיָ verterunt ἄποντα calulum, seu silicem, quos sequens Hierony. de Sephora dixit: calculo. i. lapide durissimo, & omnini duritate levissimo circuncidit. Certe maioris autoritatis sunt 70. qui ē medio synedrio ipsorum scriptores factos sunt interpretati, quam recentiores Rabbini in posteriorum Iudeorum schola educati. Alter locus ibidem ver. 6. ibidem iam restitutus est, & expūcta mendositas, quæ irrepererat in quibusdam codicibus, & modo legitur, ut in Hebræo, & 70. per negationem, ut non ostenderet.

Ad alium locum cap. 22. idem est, audierunt dicere, ac quod nuncij retulerint, haec enim fama aliquis facti nisi per relatores diffunditur. vnde 70. legunt, & audierunt filii Israel dicentium, supple, relationem, & sic nulla diuersitas.

Ad locum Iudicum 5. Consulto explicit in: terpres, obtinuit principatum, quod nō exprimit Hebraica, quia enim iudicia in portis ciuitatum agebantur apud Hebreos, quique summum magistratum gerebat Iudex appellatur; hinc quoque porta pro potestate usurpatur, ut idem sit descendere ad portas, quam iudicium, & magistratum, seu principatum, obtinere.

Ad cap. 10. Omisit vulgata illam particulam, in anno ipso, virtualiter enim subintelligebatur ex precedentibus, quia enim supra recensuerat scriptura.

annos, quibus regnauerunt Iudices, & immediate subiungatur prævaricatio Israhel, & subdatur, quod afflitti sunt per annos 18. continuatur series afflictionum cum anno prævaricationis immediate sequenti ad seriem annorum, quibus regnarunt præcedentes Iudices. Quod ergo expressit Hebreus ipso anno, subintellexit Hieronymus.

Ad ultimum locum. Expressit vulgata locum, ubi erat domus Dei, nempe in Silo.

§ Ad locum 1. Reg. cap. 3. Quidam codices olim legebant, nec poterat videre lucernam Dei, sed ille locus iam est emendatus, & restitutus, & concordat hebraica, & 70. cum nostra. sic ergo legendum. oculi eius caligauerant, nec poterat videre. Lucerna Dei antequam exinguetur Samuel dormiebat, &c.

Ad locum 1. Regum 11. 70, etiam legunt, & facili est quasi post mensem, unde magis standum est Heron. & 70. auctoritati, quam fonti turbide fluenti.

Alter locus 1. Reg. cap. 19. vers. 24. iam restitutus est ille locus, & legendum, & cecidit, non cecinit, sic etiam habent Hebr. & 70.

Ad loca 2. Reg. cap. 6. in quibusdam codicibus irreperat ea verba, sed non sunt in vulgata, quia iam expuncta sunt in biblijs Sixtinis.

Ad primum locum ex c. 7. 3. Reg. adductum à Faio gratis illud asseritur, nec enim in Hebreo, nec 70. nec antiquo exemplari vaticano de metretis ullum verbum, unde in Hebreo de mari fusilli dicitur, duo millia batos capiebat, אַלְפִים בָּתֶן כִּיל.

Ad alium locum. Cum ante depravate legeretur, scura, in biblijs Sixtinis, & Clementinis iam loco, scuta, positum est, scruta, sunt autem scruta veteramenta omnifaria vnu detrita, quæ vili proinde venduntur, de his meminit Lucillus apud Gell. lib. 13. noctium atticarum cap. 14. Quid ni, & scruta quidem, ut vendat scrutaria laudat, & Horatius 1. epist. 7. Vilia vendentem tunicato scruta popello, & S. Hieronymus, in vita Sancti Hilarij 36. c. scribit de Hyaccho Hilarionem querente, audiuit Methone à quodam Iudeo vilia populis scruta vendente, prophetam Christianorum apparuisse in Sicilia, & in ipso fonte legimus מְאֻנֵּשׁ הַחֲרִיךְ viros scrutatores ut veritatis Arias Montanus, quod alij vertunt mercatores, & idem sonat scrutatores, quod scruta vendentes. similis locus est restitus Nehemia 2. cap. 3.

Ad 3. Reg. c. 21. respódetur ex Abul. quod Achab mortuus est in agro, nec tamen comedérunt eum volvures. Et sententia Domini, qui malum inducere volebat in diebus Achab reuocata fuit, quantum ad aliquid, nempe ut non à bestijs, vel à volvribus comederetur: nam fuit quantum ad hanc partem cominatoria, nisi pœnitentiam egisset Achab; absoluta tamen fuit quantum ad aliquid, ut occideretur, sed circa sepulturam, est ei ob pœnitentiam indulatum, quia tamen doluit Achab de peccato suo, non est ei inducta talis pœna exhumationis in diebus eius, sed in diebus filiorum suorum, unde quod in Hebr. exprimitur non contrariatur vulgata: nam descendentes de progenie Achab, talem pœnam passi sunt, non autem Achab in propria persona, cui comminata est infligenda pœna, nisi se humiliasset coram Deo.

Ad locum ex 2. Paralip. nullum ibi vitium vulgata, sed libratorum negligētiā defendit Canus lib. 1. cap. 5. ad argumētum 11. ad quem lectorē remitto.

Ad locum illum Job, insignis est temeritas hæreticorum sine probatione scripturam illam contorquere in odium intercessionis sanctorum, cum ex illo loco ea aperte deducatur: nomen enim vocandi cum oratione, & precibus clare in scripturis certimus, & Gregor. Philipp. S. Thom. Olymp. in hoc conueniunt, ut oratio, & intercessio sanctorum designati aperte tradant: nomine autem Sactorum, Orogenes intelligit Angelos, & fauent 70. in voce, si quis tibi respondeat, vel quem Angelorum sanctorum, aspicias. Alij Sanctorum nomine, vel viuentem, vel vita functum intelligunt. Angelos vel sanctos intelligit Philippus Presbyter, & licet verba ista nō sint Job, sed vel Eliphaz, tamen consuetudo etiam illius temporis iam recepta, vel publicæ fidei vñus demonstrat illius temporis firmam confessionem, omnibus præviām sanctos inuocandi, vt nec ipsum Eliphaz effugeret, cum tamen ipsi Hæretici cœciūtāt in tam manifesta luce veritatis. Quod si interrogatiū esset legenda ista sententia, ut sensus ironicus, & irrisio cum insultatione insinuerit: tunc satis superque Elephaz impietas demonstraretur. sensus enim esset. Voca nunc aliquem sanctorum, qui tuas partes agat? respondebit nemo, vt puta quorum animæ simul cum corporibus intereunt. iuxta quem sensum ex Caiet. locutus Eliphaz existimatur. Cui si applaudatur ab Hunnio, iam cum Atheis dexteras miscebit, sin autem, velit nolit intercessionem sanctorum ab Eliphaz reprobaram, approbare conuincetur. Nulla ergo corruptio in vulgata appetit, nec ullus abusus, sed Eliphaz clara hæc est sententia, si mihi narranti, quæ per diuinam revelationem accepi, fidem habere detrectas, Deum inuoca, si contrariū tibi dignabitur indicare. Et ad aliquem sanctorum iam functum vita conuertere, vel ad aliquem Angelorum, hoc est, necesse est vel Angelos, vel animas sanctas separatas qui te doceant intelligere.

#### Ad loca ex Psalmis.

A D loca ex Psalmis. Ad primum locum, nec verso S. Hier. ex Hebreo habet osculamin filium, sed adorate purè, neque vñquam versionem 70. damnauit, qui dictiōnem נְבָתָה וְדָבָר disciplinam vesterunt, ut & Chaldeus quoque conuersti, vnde idem Hieronymus lib. 1. Apolo. aduers. Russ. ostendit ex amplitudine vñcum Hebraicarum materiam fuisse subministratam diuersis interpretibus, ut quod quis sibi consequentius videretur, transferret. Accedit quod idem est dicere, osculami filium, ac adorare purè, & apprehēdite disciplinam. Quia enim de Christi Regno sermonem fecerat Propheta, illico subiunxit, in signum recognitionis, & subiectionis, adorandum, osculandum, illic credendum, & euangelicam doctrinam disciplinamque eius amplectendā. Certum est autem de osculationem, quod Job creaturis practicisse negat, fuisse signum adorationis, & subiectionis, ex Plinio lib. 28. cap. 1. & Hieronym. in Oseam cap. 13. v. 21. & ex Minutio Felice in Octauio. Apprehendere autem disciplinam filij Dei non sit absque homagio, & subiectione ad eundem filium, nam euangelica disciplina, non nisi subditos p̄ fidē ad obseruātiā adstringit, & sicut preceptum fidei ad reliqua præcepta decalogi supponitur ex S. Thom. 1. 2. q. 119. num. 4. ad 1. ita ad præcepta

# De sacrorum Bibliorum versione.

331

cepta, & disciplinam euangelicam præsupponit subiectio, & fides. Adde quod (vt ibi notat August.) ne turbarentur Reges filio Dei Rege constituto, eius disciplinam apprehendere vrgentur, quod est hos ei obedire, eundemque osculari, vnde Gen. 41. vbi legimus Ioseph dici, & ad oris tui imperium cunctus populus obediens, in Hebreo est, & ad os tuum cunctus populus osculabitur. Vnde dato, quod nostra translauo non eset propria ad verbum, secundum sensum propriissima est, & ad retundendos hebreos accommodatissima, quod & idem Lutherus faslus est tom. 3. lat. no V. remberg. licet postea in commen. super eundem Psal. non persisterit, & inconstantem se ostenderit. Ex nostra versione etiam deitas Christi aperte probatur. cum non ad quacumque disciplinam, sed determinatam, nem pe filii Dei, qui constitutus erat Rex, & legislator apprehendēdam adstringamur, sub interminatione amissionis vitæ æternæ. Quo discursu, quicquid garriat Hunnius, sat superque Iudeus, & Arianus retunditur.

Ad ps. 4. idē prorsus est dicere. filii hominum usquequo graui corde, ac dicere, vt vertit Hieronymus. filii viri, usquequo incliti mei, ignominiosè diligitis vanitatem, vel vt Pagninus vertit, viri usquequo gloriam meam vertetis in ignominiam, nam secundū S. Thom. in eum locum ea particula, filii hominum, quandoque accipitur in malam partem, prout significantur propter culpam esse filios peccatorum, accipi etiam potest in bonum pro hominibus, vt homines sunt, & imago Dei; tursus ly, graui corde, duplíciter accipi potest. primo pro grauitate ex pondere peccatorum, sicut dicitur Esa. 1. *Væ genti peccatrix populo graui iniquitate.* secundo pro stabilitate ut sensus sit, filii hominum, idest filii peccatorum usquequo graui corde, ex pondere peccatorum, vel filii viri, filii incliti, propter imaginem Dei, quā debetis habere cōgrue, & stabiliter (vnde 70. legūt graues corde, vt etiam August.) usquequo ignominiosè uiuit, vel gloriam meam in ignominiam vertetis? & sic idem proorsus sensus integer perseverat, certè Hebraic. legerunt chebodi liclma יבּוֹד לִילִים הַמָּה gloria mea ad ignominiam, at 70. interpetres legerunt Chebode leb, לְבּ כְּבּוֹד, & sic in suis codicibus leg. sic interpetres certissimum esse dcbet. כְּבּ autem significare, grauare, glorificare, pondere, vel honore tam in bonum, quam in malum notauit nostre Pagninus in lexico, vnde duplex sensus commode reddi potest. sed 70. præstat, ob venerandum eorum caniciem, & inspiratam traductionem: & gloria eodem nomine vocatur, quo grauitas, gloria kebod כְּבּוֹד, grauitas כְּבּ kabed (vt etiam notauit Eugubinus) appellatur.

Ad locum psalm. 7. sagittas suas ardentibus, &c. vox Hebraica פְּלִל dalach significat, comburere, & persecuti, iuxta primum significatum vertit Hieronymus vocem לְדָלֶכִים ledolechim, his qui comburunt, ut sensus sit, quod sagittas suas fabricabit contra combustores, idest persecutores, vnde etiam Gen. 36. vbi habetur, quia persecutus es me, Hieronymus legit ex aristi post me, significat etiam dalach persecuti, & sensus est id est; & planior, vnde ledolechim vertit Chaldaeus persecutoribus, & significat contra persecutores iustorum arma, & sagittas fabracta, Graci verò quia hoc significatum non habebant, verterunt, τοῖς καυμένοις idest ardentibus,

quod exponit Theodoreto obnoxij cruciandis, vel vt Origenes in catena, quæ fabricauit ijs, qui ardentes affectionum incendio, contra enim improbos supplicia, & tela, &arma contorta, etiam (à nostris suffrata) gentilium antiquitas fassa est fulgurātem Iouem pertimescendo.

Ad locum Psalmi 11. secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Respondeatur, vox illa מְנֻסֵּה significat altitudinem, quamvis sepius accipi soleat in malam partem pro elatione, & inflatione animi, vnde Apoc. 2. v. 24. altitudines Satanae, vocantur profunda eius consilia, & artus. Etiam est idiotsmus Hebraicus, quo significatur altitudo sapientiae, & iudiciorum Dei permittentis impios. זְלָל zulloth autem significat quidem vilitatem, despctus, fēdas, & probrofias res, & sensum esse dicit Aben Ezra, & Rabbi Salomon apud Eugubinum: secundum altitudinem, qua Deus exaltavit me in Regē, est despctus filiorum hominum mihi inuidētum, qui prōinde in circuitu impij ambulant, mihi insidiantes, & deuorare cupientes. Et deducitur אַלְלָזָל alal, quod deuorare significat. vnde Chaldaeus non legit Rum, sed Rem alucam, sanguisugam, alij Rhinocerotem. Sed & דְלָוָת septuaginta interpetres, quidam legisse suspicantur à radice דָלָח dalach, quod significat eleuare, exaltare, quod idem est, ac multiplicare, vt appareat magis in Græco. vnde in Psalm. 137. notat Chrysostomus idem esse dicere πολυωρῆσεις, idest multiplicabis, ac επαστύνωσεις euehes, exaltabis: sensus ergo est secundum altitudinem iudiciorum suorum euehes, exaltabis; hoc est secundum altitudinem tuam extulisti, exaltasti multum filios hominum, me vilem in Regem uehendo. vnde ijdem interpetres in Psalm. 29. *Exalta te Domine: quoniam suscepisti me,* idem verbum dallotha, vel dillitha ijdem 70. vñsp parunt. Quod si legunt חַלְלָה zillotha, quod significat epulas intrue-re, significat idem, quod bene tractare, & curare, alere, abundare, facere, tunc cura, & diuina prouidentia erga filios hominum designatur. Quæ expo-sitio est Didymi, Nicephori, & Theodorei in com-mentarijs, vnde illa vox Græca επολυωρῆσεις versa est hoc modo, multa cura die natuses diligenter curati. vide Hierony. Es. 52. Budæum in com. lingue Græcè pag. 881. Quod si multitudo accipiatur pro pretio, vt in psalm. 43. non fuit multitudo in commuta-tionibus eorum idest pretium; sensus in idem recidit, quod multum æstimati sint à paterna prouidentia filii hominum.

Ad locum Ps. 15. multiplicare sunt infirmitates co-rum. &c. respondetur vocem οὐδὲ nedum significa-re infirmitatem, laborem, ac dolorem seu tristitiam, sed significare etiam idolum, vt est uidere in thesau-ro Pagnini, dicitur idolum dolor, labor, causaliter, quod laborem det cultoribus, ex Rabbi D. & mestitiam conscientijs. Infirmitas quoque dicitur ipsa in abstracto, quod nec sibi nec alijs opem ferre potest. Sed & infirmitatis nomine cum August. sicut & laboris, & calamitatis, ipsum peccatum intelligi potest, vnde ep. 59. docet ex Scriptura infirmos vo-car, qui & impij sunt, & tanto nostra præstantior, quanto uniuersalior est, loquens non de uno uel altero peccati, uel pēnē genere, sed indefinitē, & uni-versaliter, cum tamen, ad idola sola ceterę editiones se restringant. & eidē concordant translatio Aquile mul-

*multiplicabuntur labores eorum, & Symmachus calamitates eorum, & posuerunt interpretes effectum pro causa, quia ex cultu idolorum hæc mala sequuntur, spirituales scilicet, & corporales infirmitates, labores, tristitia. subiungitur, postea accelerauerunt, ad significandam auiditatem ad peiora per patranda, & Hieronymus vertit post tergum sequentium, quod idem est, ac dicere, postea accelerauerunt, id est postergauerūt, ac abierunt retro, seu apostatauerūt, ut vertit Theodotion, & expressit R. Ionach, divisionem fecerunt, hoc est idolatrarunt. celeritatis. n. nomine idolatriam significari habetur in Deutero. cap. 9. v. 12. deseruerunt velociter viam, quam demonstrasti eis, feceruntque sibi conflatile, & 1. Cor. 12. ad simulacra muta, prout ducebamini euntes, quod si à radice eadem מְלָאָכִים, que etiam significat dotare, seu donare legatur, postea dotauerunt, vel donauerunt, sensus eandem idolatriam exprimēs innuitur. Pagninus enim vertit, multiplicata sunt idola eorum, qui alteri Deo donauerunt, ut vertit Rabbi Abrahams, & innuit R. Salomon, vnde Chaldaeus id expressit. Multiplicat idola sua, & postea festinant, ut sacrificent sacrificia.*

Ad locum Psalm. 16. rectè verterunt interpretes 70. ab inimicis manus tue, quod Hieronymus vertit à viris manus tue מְלָאָכִים mi methim cum sceua, legendō, non per tserē, quod significat mortuos, ut vertit Eugubinus, alij à paucis manus tue, sed quomodocumque legatur, sensus idem est, postulabat enim David se eripiendum à framea, & gladio, & potestate nocendi permitta à Deo inimicis suis, quos viros vocat Hieronymus propter fortitudinem, mortuos alij, quia mortui sunt Deo, cum sint de hoc mundo non respicientes ad mundum futurum, sic Eugubinus cum Rabbi Salomone, qui tamen pauci dicebantur propter pusillum numerū eiusdem fortis ciuitatis, &c. his enim tyrannis, ut dicit Caietanus vtitur Deus tanquam sua manu, vel gladio. Quod vero 70. translulerunt, Domine à paucis de terra diuide eos, ad sensum respererunt, quod enim hebraicē est methim à mortuis, 70. verterunt ipsi אַתֶּךְ וְאַתָּיְאֵר id est à paucis, & sic legunt Euseb. Cyril. Dydim. Augus. ep. 58. ad Paulinam, ut optaret David hos mortuos Deo, quorum non est numerus, à paucis qui mortui sunt mundo, & sunt pauci iusti, diuiderentur. Quod dicitur in vita eorum, id est quod Hieronymus ait, quorum pars in vita eorum: viuere enim cum sumatur aliquando pro deliciosè viuere, vel cutem curare, hæc certè est vita impiorū, & horum pars in vita eorum, vnde Euthymius à probis, qui pauci sunt, distingue eos, nec cum eis conuersentur in vita eorum, & fauet Chaldaea, que sic vertit & iustorum, qui deuouerunt animas suas propter té in mortem, de terra pars in vita æterna.]

Ad locum Psalm. 21. idem sensus est 70. & hebraici textus, nam vox מְלָאָכִים dumiah significati, non solum silentium, sed etiam excisionem, & stuporem maximum, qui sentiri communiter solet in mortis agone, & in extremis periculis, vnde græcè transulerunt 70. eam vocem hoc modo ἀνοίαν ad hunc sensum exprimendum. Vnde quod alij vertunt, nec est silentium mibi, ad significandum iugem clamore die, & noctu, rectè hi expresserunt non ad insipientiam mibi, seu ad excisionem, & stuporem, quasi dicere Christus in persona David, clamarem non exau-

dies, propter, vel ob insipientiam (illa enim præpositio ès esse potest loco causalis) id est quasi sim insipientis à ratione excidens, & alienatus à mente, & stupidus. Vel dicendum, quod silentium accipitur pro morte, ut patet Job cap. 3. v. 13, & sensus erit, nō est pro me mors exitibilis, & quia peto mori cum iure possim, cum non sim per se obnoxius morti, nō ad insipientiam, seu, ut legit Tertullianus 4. contra Marcionem c. 13. non in vanitatem mihi tribendum est, quod frustra orauerim, & clamauerim petitendo id, quod si quicumque cum sit obnoxius morti peteret, insipientis reputaretur.

Ad psalm. 24. Firmamentum est Dominus timenibus eum. per figuram aphæresim סֹד' sod' pro iesod potuit usurpari. Vnde quod alij translulerunt, secretum, arcanum, mysterium, consilium, legendō iesod 70. legere meritò potuerunt Sod firmamentum. Quin & periti lingue hebraicæ, ut est videre in dictionario Pagnini, ad nomen סֹד' iasad reducunt nomen Sod, quod enim adficio est fundamentū, est rei agendæ consilium, sive secretū. vnde Prou. 25. dicitur, dissipantur cogitationes, ubi non est consilium, ubi vero sunt plures consiliarij confirmantur. Porro timenibus congruè adaptatur consilii tanquam firmamentum, & è contra cum enim in varijs negotijs hæreant quid agendum, vel non agendum ex divino instinctu, consilio divino, secretorum revelatione firmantur ne errant, iuxta id, quod alias promittit psalm. 31. Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris firmabo super oculos meos, seu ex textu Hebreo עַצְמָה & consulam tibi oculo meo, expresserunt itaque 70. quod in consilio, seu arcano continebarur, firmare scilicet nutantes, & hæsitanter, quod ad firmamentum pertinet.

Ad psalm. 28. in Hebreo est רְקָדָם rākidem, at 70. legerunt iatikem מְרָדִים comminuet, ut legerunt in psalm. 17. v. 43. comminuet eos ut puluerem ante faciem venti, non vero, ut nunc est saltare, seu exalteare, iatikidem רְקָדָם: Potius vero standum 70. quā Hebraizantibus. Sed cum subdatur, tanquam vitulum Libani (vt legunt pariter Nilensis in Cat. hom. 14. & Theodoretus hic, et si alij legant tanquam vitulum Libanum, ex text. Græco, ut Basilius, Euth. &c.) idem vtriusque versionis sensus appetet, nempe quod comminuet Dominus cedros, migrare, ex ille saltare faciet eos cedros, significando eas euellendas, è nativo solo dissipandas, quarum frustra in omnes partes ferantur, exiliant, fugiant, quemadmodum vituli saltitando, & exultando fugiunt. Et secundum Basiliij lectionem, non modo cedros, sed & Libanū montem, in quo cedrorum infinita copia (sicut vitulum illum aureum, idolatriæ destruendæ typum) cōfingendum. Eugubinus vult Libanum ponendū in casu nominatio, & sensus non esset discrepans, si suppletatur verbum (saltat) vitulus Libani ex Hieronymo, Ambros. serm. 2. de Christi bapt. & est phrasis Malach. 4. v. 2. Quod vero dicitur in vulgata. Et dilectus quemadmodum filius unicornium, non contrariatur Hebreo fonti: nam eti legamus Sirion (aliò nomine Sanir, & Hermon) sensus est, quod Hermon seu Sanir quoque saltabit ex concussione, sicut unicornis, id est, ut pullus Rhinocerotis, qui per pascua decurrit, & saltat. Mysticè autem ad mysticum respererunt interpretes, quod esset eo modo communiendus populus Israeliticus, vel idolatria destruenda,

da. Cum dicitur, & dilectus quemadmodum filius unicornium, eo quoque modo saltabit, & comminuetur. vnde eodem vox שִׁרְיָן Sirion, dilectum quoque significare interpres peritissimi scire potuerunt, ut ostendunt Genebrardus, & Agellius, ut sensus sit, sicut concutitur Libanus vel Sanir ex Dei virtute, sic ex eodem per hunc vitulum, idest populum Iudaicum ad Deum conuersum, idolatriam destruet, iuxta illud Deute. 32. Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua Rhinocerotis cornua illius, in illis vertilabit gentes, &c. Vel populus obitinatus Iudaicus dilectus incrassatus, & recalcitrans, conterendus est, ut de facto communius est.

Ad psalm. 29. illud nomen רַגַּה regah etiam significat contritionem, & scissionem. Posita vero est causa pro effectu, nempe ira, quae est causa contritionis, & scissionis. Vel fortasse legerunt 70. רַגְה rogh, quod iram denotat, & ita Chaldeus ferme legit רַגְה rugah ira eius vel indignatio, & sic nulla est dissonantia. significatur quoque sub indignatione momentanea ira, non per modum permanentis, sed transiuntis ad instar momenti quod cito transit.

Ad psal. 31. illa particula כְּפֶךְ hapecch, in coniugatione, Niphil, in tercia persona fecit quosdam vertere, conuersus est, vel conuersum est, sed si ponatur non punctum parach, sed cametz in fine erit partipium, & potest seruire primae personæ, & sic recte versum est conuersus sum, alia sequens particula יְשִׁירֵי si sit simplex dictio cum affixo primæ personæ nomine, significat succum virorem, humidum, & sic quidam verterunt, conuersus est viror, succus meus, vel conuersum est humidum meum; si vero illa particula, præter nomen affixum, componatur ex propositione הַ le, quæ significat in, & ex nomine שָׁחַד à radice יְשִׁירֵי shadai, quod significat vastare, corruptere, recte versum est, conuersus sum in ærumna mea, idest voluntatis in vastitate, in miseria mea. Sequens alia particula חַבְּרָבְנִי à radice חַבְּרָה occasionem dedit nonnullis inficiates, cui adstipulatur Chaldeus ultima recte particula יְשִׁירֵי Kait significat æstatem, sic alij verterunt ex Hebrao astatis, sed quia ut dicit Eugubinus, & habetur in thesauro secundum aliam formam. Significat etiam spinam צְעִיר mutando, in vau, & ita legere potuerunt 70. & bene verterunt spina, & illum ardorem, exusionem, destructionem expressam ex verbo בְּכָבְבָב explicarunt, nomine punitionis, confixionis, quæ ardorem causat, & sic recte sensum expresserunt, dicendo dum configitur; sed utcumque legatur idem exprimitur seclusus ex utraque lectione, nam ex commissio adulterio David deplorat, quod immutatus sit eius vigor, & consecutus sit ariditatem ossium, & medullarum, & macie sit confectus, quod est, ac perinde infixum vulnus, vel spinam confixam in corde gestare, quæ frequens loquendi formula est etiam apud poetas.

Ad locum alium eiusdem psalmi. Credendum potius Hieronymo, qui etiam retinet ex Graeco vocem χίνος, quæ idem est, ac capistrum, vel retinaculum, quo ligantur equi. vnde & Plautus. cammam, fune nominat quo ad furcam damnati alligantur. Frænum vero est, quod inseritur ori cancellatum à bractis ferreis, lupatum vero est frænum aspergium Greco ταλαντα, vnde Ouid. 1. Amor. elegia. 7. cecinit.

asper equus duri contunditur ore lupati, eo vero sensu significatur impios astringendos, & coercendos minutibus tribulationibus, ne nocimenta inferat, vel vinculis religionis, & pietatis, & sanctum velut iumentum domitum in Dei obsequium.

Ad psalm. 33. à radice חַנָּה quod est castramentari manere, residere, verterunt illam vocem חַנָּה castramentatur, seu manet Angelus, seu circumdat Angelus in circuitu, &c. sed quia illud verbum non significat actionem in aliam, sed potius reciprocam, idest quod Angelus se immiserit, seu interseruerit, ordine collocauerit more castrorum (quod ad verbum sonat παρεμβαλεῖ) sensus optimè expressus est, quod ipsem Angelus immitteret se more castrorum. Vnde mendosus textus reputatur ille (quem etiam aduerit Augustinus) dicens, immittet Angelum Dominum: non enim sensus est, quod Dominus Angelū posuerit pro castris, sed quod ipse Angelus Domini se locauit more castrorum, quod idem est, accastramentari. Potest tamen hunc sensum compati, quod Dominus inferiora per media gubernans, Angelos ad nostram custodiā deputans, eos ut castra immittat, & idem est sensus ac præcedens.

Ad alium locum eiusdem psalmi. Cum versione 70. cohæret quoque Chaldaea verrens, mors peccatorum mala, & sic etiam legit S. Cyprian. lib. contra Nouatum, nec male verterunt 70. mors peccatorum, nā pro verbo themoreth interficiet חַמְתָּה in regime legerunt themuthath, idest, mors, & יְשִׁירֵי & rascabbah, quod Hieronymus verit in accusatum, impium, ipsi 70. verterunt in genitivo. Sensus autem idem est. Illa enim peccatorum est mors mala, vel pessima (ut verbi interpres latius) quando impium interficit malitia eos pena grauissima, & æterna consequente, & effectum pro causa posuerunt, mortem pessimam à malitia finali deriuatam.

Ad psal. 34. Vox הַפְּרוֹן Hapheru est in Hebrao, prout nunc etiam legitur, & à radice הַפְּרֹן idest fodere verit Hieronymus, foderunt, vel foueam fecerunt, quia vero etiam significat ex Pagnino in thelauro, erubescere, & pudore affici posuerunt 70. interpres causam hujus erubescenciarum, per exprobationem, & legere potuerunt per transpositionem, הַרְפּוֹן Harephu non Hapheru sed per Metathesum, ut aduerit Genebrardus, & idem est, ac exprobare. In idem autem recedit fodere, ac exprobare, exprobatio namque tentationem, & confusionem patit, adeò ut exprobatus dicere possit, foderunt ante faciem meam foueam, & iterum. Confusio faciei mei operuit me, ut ex iniuria scindatur, ex dehonestatione iterum velut terra oppleatur.

Ad psal. 37. vox חַלְלָה calah, deriuatur, ac significat tortere, combutere, &c. & eo quoque nomine cum significetur (ut dicunt alij) combustionis, non quæcumque, sed pruritus veneris, vel ardor, & flamma incendens posita est, ut causa ignominiae, & vilipendij. vnde 70. editioni consonans etiam Chaldaica legit combustionem, propter inflammationem libidinis, velut a poitematis, & viceris, quæ omnia cum sint causa ignominiae (libidinosus enim contemptibilis est) recte verterunt 70. anima mea impleta est illusionibus, ut & S. Hieronym. ignominia, nam in Niphil etiam vilescere, & contemptibilem reddi significatur ex eadem radice ex Pagni-

Pagnino, & Montanus quoque. Quoniam alia mea plena fuerunt fædo.

Ad psalm. 43. s. Hieronymus et si vertat, nec declinauerunt gressus nostri à semita tua, ipse nihilominus in Isai. cap. 3. legit cum vulgata, declinare fecisti semitas nostras à via tua, cui consonat Chaldea, tu inclinasti gressus nostros à rectitudine vie tue, sed nulla est contradic̄tio, nam ex figura, quæ dicitur Zeuma repetenda est particula, non, ut dicatur, & non recessit retro eorū nostrū, & non declinasti semitas nostras à via tua, in textu Hebraico frequenter hoc habetur, in psalm. 9. iis verbis: quoniam non in finem erit patientia pauperis: patientia pauperum non peribit in finem, in Hebræo non est secunda particula negativa, quā rāmen S. Hieronymus in vulgata expressit. in Esaia similiter cap. 53. non erat aspectus, & desiderauimus eum, vbi notat Forerius noīter, cum p̄æcesserit negatio iuxta hebraismum, pro neque accipiatur: quasi dicat, vidimus eum, & non aspectus ei, & non desiderauimus eum, & sic Ioann. 15. accipitur illud, si non venissem, & locutus eis fuissim, idest, locutus eis non fuissim: dato autem quod affirmative legatur non est sensus, quod Deus errare facit homines directe, vel indirecte, vt ostendit S. Thomas 1.2. q. 79. ar. 1. sed permisive quātēns in p̄enitentia p̄æcedentium peccatorum non dirigit, sicuti excepare dicitur dum non illuminat. Vel dicendum quod loquitur David de declinatione à felici rerum eventu, prout ordinat, ne impij felicitate, quā locant in rebus temporalibus, obtineant, iuxta quam ordinationem etiā predestinatōrum vias sepius spinis, &c. ne per bona temporalia eterna amittant. Et horum malorum penae Deum facere authorem orthodoxum est, impium vero culpas Dei ordinationi, iussioni, tribuere.

Ad psalm. 47. Et si Hieronymus legat, circuite, ex Hebræo, non dissidat à vulgata: nam circumire, vel cingere, complecti, vel amplecti est metaphorice. Vel dicendum, quod David ironice in hostes inueniat dicendo סבָנְיַה hostes circundate, vel circuite, vel cingite, seu complectimini; obsideite Hierusalē; narrate, numerate, destruite, diruite muros eius bellicis machinis arcem Syon, palatijs insignem; ut eraretis in progenie altera, idest, ut fortitudinis vestræ relinquatis memoriam in generatione altera, & saeculis venturis; & cum subaudiri oporteat, quod nihil efficiunt aduersus Sion, mox subditur causa, id fieri non posse, quoniam hic est Deus Deus noster in eternum, ipse reget nos in secula. Quod si complecti accipiatur pro cogitare, explicatur textus Hebreus, quod non sit simplex circuitio Sion, sed cum perlustratione, & attentissima circumspectione, ut significatur spiritualibus complexibus, & diligenti contemplatione, intellectu, & effectu mysticam Syon Ecclesiam militarem, vel triumphantem contemplandam, & amplectendam, attente considerando dotes, & priuilegia eius. sunt qui dicant πριβαλετη esse legendum, hoc est mēnīs cingere, & Græcum verbum esse corruptum, corruptēq; legi πριβαλετη. Sed cum priorem tanquam communiorem retinuerit Sixti Quinti emendatio, priori responsioni est standum. Quod vero dicitur verbum, narrate, haberi in Hebræo numerate, sciendum est ex Hebrais lexicis, quod vox illa שׁפָר Saphar in kal, & Niphāl numerare significat: in Piel, & Puhal significat narrare, eo quod etiam narrantes, ordine res distri-

buant, atque enarrant. vnde illud psalm. 86. Dominus narrabit in scripturis populorum, יְסִפּוּ vbi quidem ex Rabbi David in lib. radic. legunt etiam narrabit, alijs vt Rabbi Abraham in comment. numerabit, vnde & latine etiam recēdere idem significat, & sensus 70. recte exprimitur, scilicet quod Sionis numerari turres, narrari, & celebrari, exactissime apud alios possint, quod ad litteram de Hierosolymorum turribus celebratissimis, quartum meminisse Iosephus lib. de bell. iudaic. cap. 5. & 6. intelligi potest, mysticē in doctrina eminentes, qui docere alios possint, ex Clem. Alex. 7. Strom. vel Prelati intelligi possunt secundum alios, vel principia fidei nostra, & articuli fidei denotantur secundum Caietan. & nulla est pugnantia, nulla fuligo, nisi quam luscus Hunnius somniauit.

Ad Psalm. 53. Illud verbum, auerte, est verbum transituum, & per enallegen significat remouere ab aliquo, & aliorum flectere, & sic mala, quæ in ipsum David meditabantur, in ipsis reflecti optat Propheta, ut inciderent aduersarij in foueam, quā fecerunt, & idem est sensus.

Ad psalm. 54. in Hebræo. sic legitur hodie cum punctis a Masoretis פִּיו וּקְרָב לְכֹן choleti mehamoth piu vktoub libbo, quod & Arias pariter vertit eum Pagnino. leniterunt p̄æbutyrī os suum, & conflictus eorū eius, sed si sine punctis litis legamus, & punctuemus, ut legerunt 70. non est cur nobis insultet aduersarius, qui maluit iudaizantes Aquilā, Symmachum, & Theodosiōne sequi, quācōmuniter ab Ecclesia receptos interpretes, qui (vt obseruavit Genebrardus) חַמָּה תְּהִלָּה à iahā ira, deduxerunt, interposito aleph per epentesim, idest protractionem. Et sensus est, à Deo irato, seu ira vultus eius, se separarunt, & appropinquauit cor eorum, vel illius, per enallegem, ipsi Deo, quod est idē, ac bellum gerere, nam ex eodem Genebrardo appropinquare, in Hebræo est collocari, bellum cominus gerere, vide lexica in radice קָרֵב. Vel dicendum quod sensus idem est, nempe, quod per simulationē pacis cum Deo eorum vultus se separarunt ab ira, lenitatem ostendendo, & cor eorum contra Deum pugnabat.

Ad psalm. 57. idem sensus per illas similitudines exprimitur: significatur enim quod impij evanescunt vel sicut cera, aut limax, qui dissoluitur, & liquefit, interpretes vero vulgatiōrem similitudinem posuerunt, quod vero subditur in fonte Hebr. נֶפֶל אֲשֻׁת ex punctuatione ista fit sensus. abortuum mulieris, sed si legatur נֶפֶל cum cametz, & patach, naphal, significat ecclidit: & nomen eshet, accipiatur poetice, & Syriace, quod idē est, ac עֵשֶׂת esch, idest ignis, sensus est, supercedeit ignis, idest ex igne coelesti impij extinti sunt, ut amplius solem non viderent, & ad significandam intempestuam eorum mortem, pulchrum simile allatum est ex alia lectio de abortiuo mulieris. Nec contrarietas est, quod tanquam iā factum enarretur 70. & non viderunt, quod prænunciando futurum prædictur in lectio hebraica, propheticō enim more futura pro præteritis enunciantur.

Ad psalm. 60. respondetur, quod insulsa cum his punctis verterunt hebraizantes [veritatem para, vel prepara.] Ad verbum rectius vertit Hieronymus. Particulam vero מְמַנְּדָה man forte omissam dicimus. Diuo

Hinc Hieronymo propter incertitudinem significacionis. Dicendum verò nihilominus est, quod cū Septuaginta verba soleant captare Syriaca, vt abunde demonstrat doctissimus Genebrardus, acceperūt illud nomen *Μανῆς* more Syriaco promi. Quod est ac, quis, vt sensus sit misericordiam, & veritatem eius quis requiret? & obseruabit? vel sine interrogatio, vt suppleatur, quam felix, qui eius misericordia, & requiret, & obseruabit, & licet sit in numero pluri vox illa *כָּנַר כְּבָשׂ*, in zaruhi custodient, vel seruabunt eum, quia tamen cum numero singulari dictum erat, quis? in singulati obseruabit quoque vertere necesse erat. Porro quomodo cumque vertatur, duo haec correlativa sunt, vt quicumque misericordiam, & veritatem requirat, & obseruet, viciissim misericordia, & veritas seruet ipsum: sensum autem melius exprefuerunt interpres, volentes enim exprimere, quis ille furvus sit, qui permanet in æternum in conspectu Dei? quod ille erit, qui misericordiam, & virtutem eius requiret, & obseruabit.

Ad psalm. 61. In Hebreo est *רֹאשׁ כָּבֵד רָאשָׁה*. Rabbini legentes primam vocem à ratsa *רָאשָׁה* transtulerunt, voluerunt, dilexerunt mendacium, à quibus non distat S. Hieronymus dicens, *complacuerunt sibi in mendacio*: legerunt verò alij legunt *cucurrerunt à radice ruis*, *רָעַם* quod significat currere, vt sensus sit: magno studio insectati sunt me, cucurrerunt adeo vt sum contraherent ad mendaciter mihi detrahendū. Currere etiam cum significet instantius hortari, vel impellere, vel incitare, ex Cice. 2. de fin. exprimitur odium hostium Dauid hortantium, & incitantium, & siti anhelantium ad eius persecutionem dolo, mendacijs, & huiusmodi. Nec dissonat quod 70. pro mendacio verterint *in situ*; nam vt sitis est defectus potus, ita mendacium veritatis, & vt in hunc locum scribit S. Ambros. *omne mendacium situm habet, veritas ubertatem, qua in perpetuum perseverat*. Quia vero in Greco vox *ἔπαυσις* ambigua est, & singularem, primæ, & pluralem numerum tertiae personæ significat, Latinus ex Greco rectè etiam vertit, *cucurri in situ*, referendo ad personam Dauid, à qua traductione non distat, quod alii verterunt, *cucurrerunt in situ*, nam sensus est: fugam arripui in sectantibus inimicis meis: sive Dauid cucurri, vel pedes mei cucurterunt, vt euaderem eorum manus. Mysticè (ait Ambrosius) significatur Iudeorum contra Christum persecutio: cucurrerunt enim in situ, quia festinauerunt, vt perfidie sua æstu fortē viuum negantes eterna faveas suas ariditate siccarent, & etiam, quia se potu priuauerunt spirituali, quem hauserant de consequenti petra. Cucurri in situ pot referri ad Christū Dominum, quia situuit pro nobis, & maximè in Passione, denique dixit sitio, & istud exprimit, festinau situm omnium suscipere, vt uniuersos perpetui fontis ubertate satiare. Hac Ambros.

Ad psal. 67. Illad, quod dicitur, *qui habitare facit unius moris in domo*, non est cur damnetur, cum 70. verterint *μονοτρόπος*, hoc est unius moris. Quod verò alij verterint, *relictos*, aut *unicos*, vel *solitarios*, aut *monachos*; hec cum non contradicant litteræ, & sensus tales sint, vt eos littera patiatur, ex ita secunditate scripturæ monitratur plures sensus à Spiritu sancto intenti, & sicut cum dicitur, qui habitare facit unius moris in domo, quod alij verterunt *monachos*, cenobitica vita celebratur, vbi uniformiter viuunt religiosi in obseruantibz canonice religionis, sic in-

alijs traductionibus vita eremitica commendatur, quam olim Elias, Ioan. Baptista, & postea Paulus, Antonius, Hilarion. sectati sunt solitarij in desertis habitantes, Angelicam in terris vitā agentes. Significat vero vulgata quoque ex Cypriano lib. 1. ep. 6. ad Magnum. *vnanimitatem, & concordiam Christianæ familie in fidei unitate*, & vinculo charitatis.

Idem autem est (vt ad alium locum eiusdem psalmi respondeamus dicere) *qui habitant in sepulchro, ac in siticuloso loco*; nam etsi Hebræa vox *צְדִיבָה* locū vreatem, & siticulosum designet, nihilominus vel ab horrore illius loci deserti, vel ab effectu potuit, & debuit interpres vertere sepulchrum ab horrore: nam Ezechiel cap. 37. ipsam captiuitatem Babyloniam sepulchrum vocat, ab effectu, quia ibi tot milia milium sepulta sunt, vnde Num. 14. dicitur, *in solidudine iacebunt cadaveræ vestrae*, sensus autem est rebellis, qui habitant in sepulchris, vel in locis siticulosis, hoc est à morte, diabolo, & alijs malis à Christo liberandos.

Ad alium locum eiusdem psalmi. Hebræa sic habent *מֶלֶךְ צָבָאות יְרוּן* & si cum punctis, vt modo extant, legamus, malche tseuaoth idodum, hoc est vt vertunt Arias, & Pagninus, *Reges exercitum fugerunt, fugerunt*, attamen 70. legerunt malchi tseuaoth ieduth, idest, dilectissimi populi sui, vel Rex illius, qui constitutus est in monte sancto suo, Rex prædicans præceptum eius, eius inquam dilecti, dilecti, & *לְדָנָה* (quod dilectū significat) nō *דָּנָה* legerunt, sic vertentes *וְבָסִילֵס τῶν δορυφεων* & *αγαπητούς*, & Rex virtutum, vel exercituum dilecti, dilecti, est appositoria clausula præcedentis versus: cum enim dixisset Dauid, quod Dominus daret verbum euangelizantibus virtute multa, subdit, quod ipsem Dominus ille est, qui est Rex virtutum, qui constitutus est in monte sancto suo, Rex prædicans præceptum eius, eius inquam dilecti, dilecti, idest dilectissimi filij sui, hæc enim geminatio per antonomasiam Christum Dominum facit intelligere. Ex qua virtute optimè quadrat, quod dicitur in textu Hebrewo, quod fugerunt, fugerunt hostes fidei. Et id, quod sequitur in vulgata, *& speciei domus diuidere spolia*, correspōdet fonti: nam in Hebrewo est *וְכָוחָת*, quod significat habitatricem in numero singulari, & non in plurali, quare perperam vertit Calvinus habitatrices, & idem est, ac reddiderunt *ἀρπάζοντες ἐνεργείας*, idest pulchritudinem domus, sicut & Hieronymus frequenter: nomine autem eo significatur mulier, quæ est habitatrix, species, & pulchritudo domus, vt sit sensus, quod etiam mulieri (quæ est habitatrix domus) dabitur, etiam si non procedat ad bellum, diuidere spolia, & per eam denotatur Ecclesia, quæ spolia, idest gentes conuersas diuidit, diuersos Episcopos præficiendo in diuersis locis, & ad decorē ipsius Ecclesiæ facta est, hæc diuersitas gentium, quæ tamen sub uno capite adunantur. Quod vero subditur *אֲמַת חַשְׁכָבִין בֵּין שְׁפָתִים* dedit materiam varias edēdi translationes. Quidam vertunt in er terminos, seu confinia, sic S. Hieronym. Caet. Tripodes, Arias, & Nouatores transtulerunt, ollas, styrax lapideas. Sed cum Hieronymo, & 70. nostra vulgata consentit, & sensus est, quod si dormiatis popule mi dilectæ, qui angustijs vexabimini in medio fortium, terminorum, & confinium vestrorum, vel tripodium, eritis similes columbae, habenti penas dear-

deargentatas, cuius posteriora desinunt in pallore auri, ubi significatur iustorum patientia, & constanza pulchritudo, etiam in tribulationibus, vt si sint positi inter ignes, inter ollas, inter tripodes, inter sortes, sed vita qualibet discrimina tantum abest, ut excepto persecutionibus nigrescant, ut potius rutilent sicut pennae columbae deargentatae, & deauratae.

**פסחת בר** piſſath Bar. vnde alij tranſtulerunt, memoriale, vel memorabile tritici, ſecundum veteres codices, ita Hieronymus. Alij particula volē placentula tritici: idem autem hæc ſignificat, ac frumentum, frumentum vero idem eſt, ac firmamentum. Vnde 70. verterunt ſiſpiȳmæ, hoc eſt, firmamentum ad vitam hominis luſtentandam. vnde ſcriptum eſt psal. 104. omne firmamentum panis contriuit: imo cum Hebraicæ vox ΠΙΣΣΑΘ piffath à ΠΑΣ pas deduci poſſit, quod Chaldaicē eſt firmare, & fulcire: dicēdo piſſath Bar. ex primitur ſeruit firmamentum frumenti] vnde paraphraſis Chaldaica vertit. erit confortans, vel fulciens panis in terra: ea autem loquendi formula ſignificatur, quod erit eo tempore fructuum terra vbertas, vt etiam in ſummis montium, quæ sterilia eſſe ſolent, exurgant in altitudinem ſpicæ, & ac ſi vento agitentur ſtrepitum excitant, non fecus ac altissimi cedti Libani. Myticē vero ſignificari dicitur memorabile triticum, hoc eſt ſacrosancta Euchariftia, quæ ſub ſpeciebus panis conficitur, & ſic quidā exponunt, & vola ſuper montes, eleuata in hostiæ eleuatione. vnde lectionem quandam antiquâ Rabbinorum referunt, quæ vertit, erit placentula tritici ſuper capita ſacerdotum, ita tranſtulit R. Ionathan apud Burgensem.

Ad psalm. 72. Sensus qui est in Hebræo *in morte eorum*, in idem recidit cu[n] Septuaginta, nam quod 70. dicunt, quod *non est respectus mortis eorum*, idest, quod mortem non considerant (vnde etiam Hieronymus legit, *non cogitant de morte sua*) idem est, ac dicere, *non sunt ligamenta mortis eorum*, quibus ligentur, ne sint veloces pedes eorum ad malum ex meditatione mortis. Mois enim nullum injicit frenū peccandi ihs, qui colla meditationi eius non subiiciunt, & à vinculis eius volunt alligati: vnum enim ex vinculis mortis consideratio eius eit, vnde psaltes quoque dicebat, *præoccupauerunt me laquei mortis*, quod Chald. expedit. Non terreni, neque cōturbantur propter diem mortis suæ. Quod vero dicunt interpres, & *firmamentum in plaga eorum ostendendo nullam habere nuptias, & substantiam mala, & plagas, quæ illis eveniunt, procul dubio idem est, ac dicere, sanam esse fortitudinem eorum his malis resistentem, & firma esse vestibula eorum, ut Hieronymus, vel palatia, si prædicatus traductione velimus admittere.*

Ad psalm. 75. quod in Hebreo est, quoniam feruor  
homini confitebitur tibi, reliquias irarum accinges: idem est, ac dicere ira hominis, & cogitatio hominis, confitebitur tibi: non enim de quacumque cogitatione loquitur interpres, sed de cogitatione irata, vnde 70. transtulerunt ἐρύθρον, & quod nostra habet, reliquiae cogitationum diem festum agent tibi, non qualescumque, sed iratas, & furore plenas cogitationes expressit, que in festum diem cedere debant, & in Dei ornamentum. vnde Hieronymus vertit, reliquias ire accinges. sermo autem est de-

vindicta Dei, quæ in aduersarios populi Dei exercita est, quæ in Dei laude n<sup>o</sup>, & gloriam cessit, non fecus ac si suavitates eius sanctissimo nominis consecrata. Quod si id de iratu hominis cogitatione planius exponatur, sensus est, quod cum cogitatio hominis eō fertur, ut desinens à malitia, ad Deum tendat, & homine ad Deum conuerso, ut ipsum celebret, & colat, festivitatem inducat.

Ad psalm. 76. Idem sensus est illius Hemistichij,  
manibus eius nocte contra eum, & (quod alij vertunt  
ex Hieronymo manibus meis nocte ex aduerso ipsius  
sum. vox autem illa יְהִי à Pagnino verba est plaga  
mea, & illud verbum נַגָּרָא idem vertit defluxit.  
Altera pars heminichij in vulgata est, ¶ non sum  
deceperus, Hebraicè est וְלֹא כִּפּוֹג, ¶ non quieuit,  
hoc etiam non aduersatur nostra editioni, ut sit sensus,  
plaga mea defluxit, & non quieuit. Sed mirum  
est, quod cum יְהִי verti possit manus mea, ut fecit  
Arias, tam audaciter Nouatores versionem nostram  
repudient. Idem autem hoc profructus est, quod dice-  
re. manus mea defluxit in oratione, & non quieuit  
ab oratione: iniuctum in oratione spiritum non re-  
laxauit, quod est dicere. Non in vanum orasse, nec  
deceptum in hac iugi orationis lucta, etiam si ma-  
nus laxata fuerint, non quieuisse nec cessasse ab ora-  
tione. Nec aduersatur Pagnini versio, ubi ponitur  
orationis causa, nimirum, quod David vrgente pla-  
ga delicti ad orationem confugerit. allusit autem  
Psaltes ad factum Moysi orantis contra Amalechi-  
tas, ut notat Genebratd.

**כ' שמש ומן**  
Ad ps 84 Id quod in Hebreo est chi scemes vñagen, sol, & scutum non dissonant à nostra vulgata, etenim interpres expreſſerunt, in quo Deus sit sol, & in quo scutum, & quidem in misericordia ſolem ſe exhibet illemet, qui ſolem ſuum oriri facit super bonos, & malos, ſcutum verò cum promissa fideliter ex veracitate, & veritate perficit, &c; ſic integer ſensus perſuerat.

Ad psalm. 86. Ex Hebreo, id quoque vertit Hes-  
tonymus, *Cantabunt quasi in choris omnes fortis  
mei in te, & Pagninus, Cantores sicut ibicines, om-  
nes fortis mei in te*, hæc autem non contradicunt  
vulgaræ, quæ ex fonte melius, & aptius reddit. Eo  
enim loco, in quo est varicinium de vocatione gen-  
tium significatur libertas spiritualium bonorum,  
quibus fideles in Ecclesia potuturi erant, & nomine  
illa, *omnium*, exprimitur; secundum phrasim scri-  
pturæ secundum quam, *omne*, significat insigne, &  
magnum, vnde psal. 70 David populum christianum  
vocat *omnem generationem*, id est gentem amplissi-  
mam locupletatam spiritualibus bonis. Omnes er-  
go lætantes, sunt fideles populi, locupletati spiritua-  
libus bonis, quæ causa sunt internæ, & exterñæ mo-  
destæque lœtitia. Et quia lœtitia aliquando ponitur  
pro omni genere felicitatis humanæ, non est mirū,  
quod lætantes vocati sint, *fortes*, vel potentes, si enim  
sunt, qui habent cantores, & cantatrices ad mulcen-  
dum aures, fontes irriguos ad oblectandum oculos,  
ex Ecclesiastecap. 1. Præterquam quod significatur,  
quod reges multi pariter, & fortis habitaturi essent  
in Ecclesia. Designatur etiā lætitia spiritualis, ex af-  
fluentia bonorum spiritualium, cōsimilis, & maior  
delicijs, quas videmus, atque sentimus, propterea  
addita est particula, *quasi*, quæ non tantum similitu-  
dinem, sed etiam augendi copiam habet, ut cum  
dicitur.

enim pertinent ad fidem (licet quædam directè, quædam indirectè, ut dictum est) & tam ista, quam illa ex motione Spiritus sancti dictata sunt; & diuina reificatio, tam hæc quam illa vera esse testata est, & æquali fide credenda ab Ecclesia proposita. Ergo, & in versione originali conformi, per Ecclesiam eandem proposita, nulla falsitas accidentalis fingi potest, omnis enim esset substantialis, cum æqualiter tota editio latina cum omnibus suis partibus recipienda tanquam authentica proponatur: & logicè arguendo discurro. Si in copulativa pars aliqua est falsa, vel dubia, vel suspecta, tota copulativa destruitur, ita si pars aliqua non esset certa, vel dubia, tota latina editio suspecta reddetur, &c.

Est autem longe dispar ratio inter scripturam humanam, & diuinam, quod scripturæ humanæ autoritas de iure gentium conformiter ad ius naturale recipitur, propterea non violatur ex falsitate, circa accidentalia, quia cum in accidentalibus in infinitum contingat aberrare, & propterea recedatur ab arte, humanaque negotia requirant non exacta cognitionem, sed proportionatam moralibus, ferè nullum instrumentum validum esset, si de accidentalibus curæ esset: ceterum cum diuinæ scripturæ author sit Spiritus sanctus, qui scrutatur etiam profunda Dei, omniaque attingat sua sapientia, non potest dici, quod possit esse in minimis error, quia refunderetur in Spiritum sanctum, vel in scriptorem canonicum sancto Spiritu afflatum. Cum ergo eodem spiritu Scripturæ sanctæ, quo ædita sunt, eodem etiam, & interpretatae, sicut in editione non potest admitti falsitas in scriptore sacro etiam in accidentalibus, neque admittetur in interpretatione.

Confirmatur secundo, quia nedum ad fidem pertinent, dogmata, Historiae, eorumque circumstantiae, sed omnia, & singula minutissima, quæ sunt in scripturis dicente Apostolo Rom. 15. Quæcumque scriptura sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, ergo idem dicendum est de interpretatione vulgata, cum interpretatione scripturæ sit donum Spiritus Sancti, ut dicitur in epistola 2. Petri c.p.

Secondo principaliter ex verborum sacri Concilij ponderatione, sic enim dicitur. *Sacrosancta Tridentina synodus considerans non parum utilitatis accedere posse Ecclesie Dei, si ex omnibus latinis editionibus, quæ circumferuntur sacrorum librorum, quænam pro authenticâ habenda sit, innoscet, statuit, & decreuit, ut hæc ipsa vetus, & vulgata editio, quæ longe tot seculorum usu, in Ecclesia ipsa probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, predicationibus, aut expositionibus pro authenticâ habeatur, & quod eam nemo rejiceret quouis praetextu audeat, vel presumat.*

Cum ergo authenticâ declaratur ex Concilio, ut dictum est, nec in minimis potest errorem contine-re, cum hoc sit contra rationem scripturæ authenticæ. Accedit, quod in miniripis turpiter labi non est minimum, & ijs minimis magna mysteria explicantur. Magna sunt dolia, sed tenuissimis viminiibus ne vinum effundatur, colligantur. Quæ fundationis supponuntur minima sunt: at super illa ingens aedificiorum moles assurgit. Minimum est granum spinis, & in arborem grandem excrescit. Deinde, cum vt authenticâ recipienda in publicis lectionibus, expositionibus mandetur, certum est, quod etiam quoad historias, & minima, quæ sunt in scriptura-

recipienda est. Nec enim semper in disputationibus, & huiusmodi de mysterijs fidei disseritur, sed de intelligentia scripturarum etiam in minimis, quæ ab expositionibus, & lectoribus sacra scriptura ponde-rantur, ergo. Et cum nullo praetextu in lectionibus, vel dispositionibus hæc minima abijcere liceat, se-quitur quod sint maxime auctoritatis, & fidem faciant, litesque componant, ut nefas sit deinceps contradicere.

Amplius. Maius est, falsam sententiam dicere, quam dicere veram aliam, quam tamen non intendit Spiritus sanctus, sed non potest dici hoc secundū, ergo nec primum. Maior clara, quia falsitas directè repugnat authenticæ versioni, sicut & quælibet falsitas scripturæ cuilibet authenticæ. Minor probatur, quia nullo modo potuit interpres ponere alienum, vel sensum contrarium sacre scripturæ originali, nec disparatum, quem Spiritus sanctus non intenderit.

Amplius. Praetextus sufficiens reisciendi integrum sacram scripturam, esset deprehensio falsitatis in minimis. Ergo, & rejiceret editionem totam in maxi mis propter minimos errores, eandemque editionem ad nudum nomen contrahere daretur occasio; at in eodem Concilio veratur, ne quouis praetextu nemo eam audeat, vel presumat rejiceret. Et iterum si ab-solutè, & ex se in omnibns fidem non facit vulgata, sed opus est recursu ad originalia, licitus praetextus esset tandem non recipere eas partes, quandiu fueri facta ista collatio, & regulatio, sed praetextus reprimitur à Concilio, ergo.

Amplius. Editio vulgata recipienda mandatur cū omnibus suis partibus. Vnde sic dicitur à Concilio. *Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueverunt, & in veteri vulgata editione habentur pro sacris, & canonici non suscepit, &c. anathema sit: sed quælibet sententia pertinet ad partem libri, & senten-tiæ partes etiam sunt verba, & nomina, &c. ergo etiæ cum in his omnibus partibus recipienda mandatur, alijs si non hæc omnia recipienda mādaeretur, vnuſ-quisque pro libito vel illa nomina, verba, &c. suscipi vel non suscipi pro libito posset effingere, dicendo hæc non illa esse partes scripturæ, & campum ape-riendi ad innumeræ heræs, quæ fundari possent ministraret ex detractione vnius dictiōnis sacrae scripturæ.*

Et confirmatur, quia cōcilium absolutè hoc prō-fert. Vbi autem ius non distinguiri, nec nos distin-guere debemus ex communi iurisperitorum regula, ergo cum sine villa restrictione recipi mandauerit, omnes partes magnas, & parvas quoque recipi man-davit. Confirmatur secundo, quia alioqui nihil per decretum Concilij prouisum esset, *¶cum tali praetextu heretici catholicos prouocarent ab editionibus ad fontes, ergo dum hunc praetextum, & audaciam reprimit noua definitione, cauit pariter, ne minima quoque vulgatae rejicerentur.* Confirmatur, quia hoc novo decreto maiorem auctoritatem obtinat vulgata, quam prius. talis autem recursus olim tolerabatur. ergo modo talis inhibitus est, alioqui vul-gata quoad nos non haberet maiorem certitudinem, & auctoritatem in his minimis.

Resp. Mariana cap. 23. partes mandari à Conciilio recipiendas, non particulas, aut voculas, nihilque rejiciendū tāq̄ sit depravatū contra fidem, & mores.

Contra, quia ex simplicibus vocibus conflatur oratio, & vniuersitas vocis mutatio vel variatio, aut detractione, vel transmutatio sensum firmare, vel destruere potest, ergo si reiijcere liceret voces orationis, & proprietates reiijcere liceret. Et cum interdum ex S. Ambros. lib. contra Arianos cap. 1. vnu verbum solū hæresim truere possit, & ex vniuersa vocabula reiectione formati possit, sic etiam laederetur vulgata, in ijs quoque, quæ ad mores, & fidem pertinent, & cum plus sit esse authenticum, quam nihil continere contra fidem, &c. sed in omnibus partibus esse authenticam, nendum impium est reiiji aliquid vulgata tamquam contra fidem, sed etiam, ut non authenticum velle cognoscere.

Tertio, quia decuit diuinam maiestatem, verbum suum incorruptè fluere, & ad posteros peruenire, ergo sicut quando fides vigebat apud Hebreos in summa arce locabatur editio hebraica etiam in minimis, & cū vigebat apud Græco præcipua editio græca, ita postquam iam ferè fides redacta est ad latinam Ecclesiam, quod editio latina etiam in minimis auctoritatem haberet.

Et confirmatur: nam non est verisimile dicere populum Iudeorum à Deo excæcatum etiam in minimis habere incorruptum verbum, vt populum ferme schismaticum Græcorum limpidissimos fontes habere, populum verò Dei, veram Christi Ecclesiam puritate editionis carere.

Et confirmatur, quia si olim de 70. prouisum est translatione Græca, vt gentes veram, & puram haberent sacrarum scripturarum cognitionem in idioma Græco: prouidit Deus pariter, vt sincerè latino eloquio redderetur vulgata editio, & vniuersalis Ecclesia longè, lateque diffusa, eloquio latino vtriusque diuini haberent eloquij intelligentiam in sua lingua nativa, & non peregrina.

Accedit, quod nendum Iudeos insultantes compri mere, & conuincere opus fuit, sed & Græcos quasi triumphantes reprimere ex editione ista vulgata. S. Hieronymi ex Hebræo latine redditæ; dicebant enim Ecclesiæ latinas diuinis scripturæ carere, si ab illis non mutarentur: ergo per omnia incorruptè debebat redi vulgata latina editio, ne pataret irri sioni eorundem, quæ facilis esset, si aperiretur hoc ostium reiijciendi vulgatam eo prætextu, quod non conueniat cum fontibus, vel in minimis: imo tripli phus Ecclesiæ latine in hoc appareret, quod cerneret, vt scribit Hieronymus præfatione in Esdram, exultaniem Græcam ab ipso Hieronymo potius mutuari.

Confirmatur, quia non fuisse consultum Ecclesiæ pure à scriptoribus canonice esse scriptum verbum Dei, pure à 70. fuisse interpretatum, & postea latine vulgata opera feculenta, & vitiata ad nos peruenisse: nec enim benè ciuitas prouidetur de aqua si aquarum caput, & fons permittatur limpidè fluere; per canales verò, & riuos sordibus oppletos caenofo traetu decurrere. Ergo idem, qui astitit fonte in canonice scriptoribus, etiam in minimis quando illa dictarunt, & septuaginta, quam cädem scripturam interpretati sunt, astitit, & vulgata, cuius interpretatione tot seculorum vnu Ecclesia vsa est, & Deus, qui prævidebat per hos riuulos verbum deducendum, vt limpidè proflueret, idem prouidentia sua (quæ principia, & media, & fines intuetur) ne in minimis falleretur interpres sapietissime dispositi.

Dices. sicut Ecclesia omnium linguis loquitur, sic omnibus editionibus sacra scriptura interpretatur, vt cum primò, & per se verbum Dei sit scriptum in corde Ecclesiæ, non est absurdum dicere in minimis lapsum interpretem vulgatum, & huc codicem per eandem Ecclesiam ex Græco, vel Hebræo fonte corrigi, & sic nunquam vera scriptura interpretatione carete, & limpidissimo fôre potare filios suos, dum linquentes cœnosas partes ad caput aquæ recurrunt, & sic à Concilio probatam latinam non simpliciter, sed in ratione versionis, hoc est, ut habeatur recursus ad originalia, vel ad lectiones Patrum, atq; Doctorum.

Sed contra, quia satis supradictum est, non fluere omnino puros in omnibus codices Hebraicos, & Græcos. Secundo, quia idem verbum, quod est in corde Ecclesiæ, in his exemplaribus contineri latinis eadem declarat Ecclesia, & collatione facta tot seculorum vnu probata est cum originali conuenire, & continere verbum Dei docet. Quare sicut dicit S. Thomas in epist. 1. ad cor. illa littera 1. Corinth. 15. omnes quidem resurgentem, prefertur alteri lectioni, vbi dicitur. Non omnes dormiemus, quia ait, illam magis Ecclesia acceptat, ita ex acceptatione Ecclesiæ præfertur omnis alia lectione in quavis particula: non enim est maior ratio devna, quam de altera, licet recursus ad originalia non prohibeat, vt lectione nostra magis illustretur. Et confirmatur, quia hæc acceptatio Ecclesiæ, maioris roboris est, ac acceptatio, & approbatio operum eiusdem S. Doctoris nā etsi probentur per omnia, vt nec tantillum à veritatis tramine, vt dicit Innocentius V. deuiarit contra fidem, & mores; non per omnia in omnibus minimis authenticæ est, nec vt talis recipi in disputationibus mandatur, & si mandaretur sub ijs verbis in omnibus recipienda esset. Ergo dum vulgata recipi mandatur, vt authentica per omnia recipienda est.

Confirmatur, quia Gelasius Papa, vbi sanctorum Ambrosij, & Augustini, &c. opera recipi mandasset tamen S. Leonis Papæ epistolam ad Flavianum recipi mandans, vsque ad vnum iota illam authenticam declarauit, ergo si vulgata vsque ad ultimum iota non esset declarata, in clausa opusculorum sanctorum collocanda esset, inferius epistola illa Leonis, at hoc est absurdum, ergo.

Quod si non in minimis vulgata est authenticæ, cum maioris numeri sint minima quam maxima, & non sit in promptu discernere illius, quod maximum quid minimum, semper fluctuagi incedent lectores, & passim eorundem vacillabit fides, & ne ciens tuto figere pedem, hesitate posset, num coruus esset ingressus in arcem, quia Hebræa aliter sonat. Similiter, & in multis alijs, quæ innumera sunt, & breuitatis cause omittuntur.

Quinto, cum paucim occurrant variæ translationes, & vnu eandemq; vocem ambiguam, & diversa significantem diuersimode interpretantes explicant, essent tot capita quot essent versores: male ergo esset Ecclesiæ consultum, si de vna versione non esset prouisum, qua tanquam vera versione lites omnes componerentur. Et præterea si questione occurrat inter Catholicos, & Hæreticos, vel inter Catholicos ipsos, & hic suam proferat interpretationem, ille verò aliam, tunc si in medium adducatur vulgata interpretatio, quæro an possit reiiji, vel eidem,

# De sacrorum Bibliorum versione. 315

præponi alia quævis interpretatio? si non, habetur intentum, & vtrq. est interpretis fidaque interpretatio, alioqui si infidelis esset reiçere eam possemus; male enim. Deus consuluisse Christianis, ut credent sub amissione eterne salutis interpreti fallaci, &c. si potest iam ergo fluctuagæ, & incertæ nitremur regulæ exceptionem admittenti, nec absolute fidem sibi deberi requirenti, sed si concordare cū originali iudicetur à priuatis collatione interminabili, vnoquoque suam versionem obrudente, iam sub hoc vano prætextu vnuſquisque auctoritatem vulgatæ eludere posset, quod est absurdum: ergo, &c.

Sexto, si hæc minima, vt non canonica essent in vulgata, iam non scripturam, sed oscitantiam interpretis, & somnia eiusdem Ecclesia venditaret, & non verba Dei, sed hominum commenta ab illa proponerentur. Nec valet effugium, dicendo scripturam esse in corde Ecclesiæ, & non necesse esse, vt illam habeat Latinæ, vel Grecæ; satis esse, si in promptu habeat, vt per exemplaria vera, & originalia corrigit interpretis lapsus minimos. Non valet inquam hoc effugium; nam expresse Concilium determinauit hanc esse authentiam, & ex verbo Dei in corde iudicavit hanc scriptam in emendatis codicibus esse authenticam, & fidam absque restituzione, & conformem originali, quare prima, & potissima probatio desumenda est ex Concilij decreto.

Septimo, ad hominem, nam Lutherus apud Cochleū lib. de scripturæ canonice auctoritate sic scripsit. Si diuitius steterit mundus iterum necessarium erit, vt propter diuersas scripturæ interpretationes, quæ nunc sunt ad conseruandam fidem unitatem Concilij decreta recipiamus, ergo discrepantibus in innumeris pene locis Græcis, & Hebreis, & latinis codicibus, & latinis inter se, una latina editio, vt authenticæ merito recipienda mandata est in omnibus, & per omnia.

Idem Lutherus tom. 3. lat. Vtitembergensi præf. in explicat. super nouissimæ verba Davidis, melius esse dicit, Omissi studio Hebraicæ lingua simpliciter retinere illam hactenus receptam, & uitratam versionem Bibliorum (quæ tamen maxima ex parte iam per noui testamenti libros explicata, & illustrata est) quam tot nouas versiones cumulari propter paucæ quedam loca, ubi aut Hebraicæ lectio alia est, aut quarundam vocum interpretatio nondum certa est, quibus nihil proficitur, nisi quod dissimilitudo, & discrepancia lectionum memoriam legentium turbat, & studium remoratur, & in multis locis incertiorem, quam fuerat, dimittit.

Beza Caluinianus in annot. ad 1. cap. Luce. Veterē interpretem summa religione sacros libros interpretatum fuisse, dicit. Erasmus quoque sigillans, eo quod ausus sit eundem reprehendere, docet eorundem versionem eius rebus ipsis multo melius quadrare, quam editionem Erasmi. Hæc Beza in præf. in nou. testam. anno 1565.

Pellican. in præfat. in psal. sic dicit. tanta dexteritate, eruditione, & fide Hebraico quoad sensum concordare deprehendimus vulgatam editionem psalterij, ut eruditissimum partiterque p̄sistum, & verè prophetali spiritu prædictum fuisse interpretem Græcum, & Latinum non dubitem, quanquam alicubi dissentiant à punctis hebraicis, quibus nunc Iudei vtuntur, que non fuisse similia ambigere cogar, & quarundam litterarum

mutationem factam suspicio sit proferentibus singula diligenter.

Quod si ex tempore, quo cœpit Ecclesia vt vulgata, tanta religionis extirpat Patres, vt ne voculam excidere paterentur, multo magis per definitionem Concilij ne voculam quidem excidere pati debemus. Dicamus ergo cum Greg. 20. moral. c. 24. quia hæc noua translatio ex Hebreo nobis eloquio curta verius transfundisse perhibetur, credendum est quicquid in ea dicitur. ¶

## CONCLUSIO CATHOLICA.

Vulgata latina editio etiam in minimis habet inconcussam autoritatem.

R Espondeo dicendum, vt dicit S. Prosper 2. de vocatione Gentium cap. 1. cum aliquid in corpore scripturarum reperitur nulla contraria argumentatione temerandum est, vt quanto hoc ipsum difficiliori intellectu capit, tanto fine laudabiliori credatur magna enim est fortitudo confessionis, cui ad sequendam veritatem auctoritas sufficit, etiam latente ratione. Sūt autem dicit August. 12. confess. cap. 22. duo dissentionum genera, qua oboriri possunt, cum aliquid à numeris veracibus per signa enunciatur. Vnum si de veritate rerum, alterum si de ipsis, qui annunciant voluntatem dissentio est, sic & in nostro proposito alia quæstio est querere an vera sint, quæ in scriptura sacra enunciantur: aliud est, quid diuinorum eloquiorum scriptor intelligere voluerit. Sicut autem impium est dicere falsa aliqua esse in scriptura quantumvis minima, sic pariter impium dicere scriptores sacros quæ falsa sunt, & si minima describere voluisse. Pictas autem est querere voluntatem Dei, & scriptoris famuli Dei, cuius calamo sunt diuina dispensata mysteria, vt ibidem docet S. Augustinus, & ad nos sunt per interpretum editiones fidi interpretatione transfusa.

Difficultas verò intelligendi, quid scriptor dicere voluerit, oritur ex duplice capite, ex difficultate rerum significatarum, & ex difficultate vobum significantium. ex difficultate rerum significatarum propter multititudinem ipsarum, & elongationem à capitu nostro. Ex difficultate vobum significantium propter ipsas voces ignotas, vel ambiguas, & huiusmodi. Vel etsi notæ sint quia diuersa in ijsdem verbis intelligi possunt, & vnuſquisque conatur, quod ipse sensit, esse sensum illius, qui scripsit. Ad hæc omnia, vt clarè dicit S. Thomas 2. 2. q. 175. art. vlt. ad 4. requiritur interpretatio sermonum, quod reducitur, ait, ad donum prophetie, in quantum mens illuminatur ad intelligendum. & exponendum quæcumque in sermonibus sunt obscura, sive propter difficultatem rerum significatarum, sive etiam propter ipsas voces ignotas, quæ proferuntur. Non esset verò à diuina prouidentia satis Ecclesiæ prouisum, si scripturas illæ consignasset, nec esset qui prescriberet per interpretationem quid in omnibus etiam minimis sacer scriptor, & Deus per illum scribens, dicere voluerit. Per diuersitatem verò interpretum sese mutuò ex-

plodentium, non possemus certò aliquid inuenire, dum vnuquisque, vt proprium sibi vendicat, quod omnibus esset cōmune. Propterea de Ecclesiæ propositione prouisum est, vulgati interpretis editionē, vt authenticam proponendo, vt certi essemus quid scriptor sacrotum eloquiorum, & per illum Deus dicere voluit, nedum in maximis, sed etiam in minimis, cum nullū verbum sit in scriptura, quod à Deo reuelatum non sit. Sed quia in sacris scripturis, vt dicit August. cap. 31. *Quicquid veri potuimus inuenire, & quicquid nos non potuimus, aut nondum possumus, & inueniri potest sensit ille, qui scriptis, atque cogitauit cum scriberet, vel ut dicit S. Thomas q. 4. de creat. ar. 1. etiam si author non intellexerit, saltem Spiritus sanctus intellexit, qui est author scripturæ. Inde est ex eodem quod omnis veritas, que sāna littera circumstantia, potest diuinæ scripturæ aptari est eius sensus tam in maximis, quam in minimis.* Quare sicut alie ni sensus, & non intenti à Spiritu sancto, qui vulgatae editioni repugnant, ita & diuer si sensus, quos litera originalis patitur, à Spiritu sancto proficiuntur, cū hac differētia, quod qui ab Ecclesia pponitur, sit irrefragabilis, vt nullo prætextu abiici possit: ceteri probabiliter intenti à Spiritu sancto admittantur, cum adhuc non sint ab Ecclesia propositi eodem gradu recipiendi, sicut tota vulgata indefinitè, & absolute absque modificatione mandator. Quare nec recursus ad Patrum commentaria denegatur: nec ad ipsosmet fontes, vt multiplex intelligentia hauriatur, vt quæ iam non authentica lectio declarata est, corrigatur (nunquam enim hucusque reper tum est ab Hereticis, nec reperiatur aliquid contra fidem, & mores, nec intollerabile errorem, vel falsitatem, vel mendacium continere, quod correctione indigeat) sed vt per illa vulgata explicitur, ac defensatur, ynde etiam in minimis diligentia, fide, lectio nis puritate, sententiārum veritate reliquas versiones vulgata antecellit.

Sed sicut artifex intendens operi suo dispositionē optimam inducere, instrumento vitetur non quidem simpliciter, sed in comparatione ad finem, & si dispositio talis habeat secum adiunctum aliquem defectum artifex non curat, vt patet de faciente ferrā ex ferro, vt sit idonea ad secundum non curante, eam facere ex vitro, & si sit pulchrior materia, quia talis pulchritudo eslet impedimentū finis: sic interpres intendens veritatis fidem, & lectio castigatissime, ex veteribus exemplaribus, atque commentarijs probatā, talem dispositionem traductioni impressit, quibusdam loquendi formulis ad sensum verba, vel verba ad verbum exprimendo, vt germanius, fidelius, quam ceteræ versiones scriptorum canoniconum hauserit lectio[n], & dum lectio[n]is fidem, & sententiārum veritatem seruare voluit, nedum à compo, & nitido sermone abstinuit, sed etiā quadam obscuris redditæ: quadam acrylogicos, quadam cathechesicos; quadam minus plene trāfusis ē fontibus. Vnde frequenter non est in vocabulo significationibus lucidior, dictionum proprietate cultior, & interpretandi dexteritate felicior, cum agnouerint Patres multa obscura, multa non ita propria, multa minus latinè versa. Quare non precluditur via, vt illibatē traductione eiusdem seruata, ex Patrum commentarijs, & fontibus sensus obscurus

illustretur, vel semiplenus plenior, & vberior hauriatur.

### *Solutiones oppositionum.*

**A**D Primum. Facile dissoluunt illud primum argumentum, qui tenent lectionem hodiernam Hebraicam non esse germanam, sed adulteratam dissentientem à priscis antique synagogæ codicibus, nec tantum habete nunc permutas quasdam litteras, sed etiam voces. Similiter, & quidem, qui tēnēt Græcorum codices depravatos, & in multis immutatos facile se ab isto negotio expedit, propter hanc adulterationem, vel corruptelas dicendo, ob id magis standum esse vulgata, quam originali fonti, &c. sed nē in maiores angustias redigamur, & ex ista parte corruptionis fontium detur occasio impugnandi riulos aliter dicendum est: quod cum in Hebreo textu (loquendo quantum ad consonantes) sit sacra scriptura (pauca si demas, quæ scriptorū virtus irrepererunt) & fidelissimè sit versa à Hieronymo ē suo fonte, non est diuersitas vlo modo in sensu, vnde ipū Hebrei testimonium huic versioni redundat, nedum antiqui (vt patet ex autoritate S. Augustini 22. de ciuit. cap. 29. & Hieronymi ep. 11. ad August.) sed etiam nostrorum temporum, lege insigne testimonium Eliæ Leuitæ apud Cochlæum in diatriba de nouis ex Hebreo translationibus, qui cū aduertisset adamus in lectioni hebraice S. Hieronymum respondere, dixit, posse illam aduersus monorum omnium reprehensiones, atque hostium oppugnationes tueri, & defendere tanquam ex Hebraica veritate expressam. Non est autem curandum, si cum codicibus Græcis in omnibus non concordet nostra editio, cum teletur Ambrosius in c. 5. ad Romanos, Græcos codices à se inuicem discrepare, idque fecisse contentionis studio. Vnde (quod est aduertendum maxime) quæ in Latinis reprehenduntur codicibus, citata, & exposta repertiuntur in veteribus, Tertulliano, Cypriano, Victorino, quos de puris Græcorum fontibus, quos illa æras seruabant, potuisse, compertum esse debet. Propter quæ optimè dixit Cano lib. 2. c. 14. ad primū, quod & si olim fuerit Latinorum codicū magna dilonantia, iāq; omnium exemplarium Latinorum in vna vulgata si facta concordia, quod adhuc in tot Græcorum codicibus factum nō est, potius variantia Græca per nostram latinam esse limanda, & in pristinam vnitatem redigenda, quam editionem Latinam iam vnam factam per dilonantes Græcorum editiones corrigendam. Vnde si pristino, & antiquo candori restituuntur Græca in omnibus cum vulgata consenserunt. Similiter si ex Hebreo puncta detrahentur, & paucæ consonantes, quæ oscillantia irrepererunt, idem appetat, nam in sua amplitudine relictæ voces Hebraice, sensum quem expressis vulgatus tāquam intentum à Spiritu sancto, certissimè continent, atque exprimunt.

Vel dicendum, quod diuersitas nostræ editionis ab Hebræa non solum est ex mendositate codicū, vel Latinorum, vel Hebraicorum, sed etiam ex ipsa verborum multiplici significacione. Vnde sit vt vnu velit ampliaretse, aliud esse restrictam, aliud in omnibus vbiique locis. Qritur etiam ista diuersitas

tas ex imperitia, quia cum verè voces Græce, vel Hebraicæ verū significatum exprimant, noui censorculi non exprimere, nec sensum attingere possit, & cum potius ipsi 70. vel veteri interpreti, ipsique S. Hieronymo trium linguarum peritissimo fasces submittere deberent vim significationis humiliter addiscendo, Hebraicæ modernis se credere maluerunt, & ex Hebraizantium dictionarijs, & commentatijs vocum significationes exponendas laborarunt. Accedit quod plurimarum vocum Hebraicarum significatio est obscurissima, vt docent Marianus Victorinus, & Hieronym. comment. Es. 47. Genebrard. in psalm. 103. Foter. Es. 3. Oleaster in Pentatheuc. Elias in Hahocabah, & alij, &c. & quæ peruvia olim fuerunt, modo exciderunt. Vnde ipsi Luther. in cap. 24. Genes. scribit. *Aliquoties, ait. dixi plurima vocabula esse, quorum significatio ipsis etiam Hebraicæ ignota est.*

Ad instantiam respondetur, quod ubi penitus à vulgata discrepant Hebraicæ, & Græci codices ad vulgata lectionem recurrere debemus: cum nunc fontes puros undeque non currere ostensum sit. Nequæ hoc mirum, cum sit talis interpretatio autoritate Ecclesiæ auctoritatem, determinatam intelligentiam tradentis, opus esset confugere. Ceterum interdum inter vulgatam, & Hebraicam non est contrarietas, sed varietas, & ad concordiam reuocari potest. Qua in re laborauit Montoya, sed an omnia conciliariat aliorum esto iudicium.

Ad auctoritatem S. Hieronymi. Iure id dicebat cum superstitionib[us] fontibus riui essent corrupti, tanquam esset in Latinis codicibus variatio, ac depravatio, vt quæ esset vera Latina translatio, constare certè nequiret: nunc verò cum vulgata sit emaculata Hieronymi industria, & per Ecclesiam conservata, & tradita, fontes verò ipsi turbati, magis standum est puritati riuali, quam impuritati fontis, & si quoniam originatue, & in se fons riuius anteferebatur, non tamen propter hæc audax manus, vel puncta, vel apices originalium in ipso textu debet mutare (vnde à quibusdam Complutenses taxantur, qui puncta, accentus, immutantur, quæ postea in Biblijs Regis restituta sunt) ne in fide taxemur, & ab Hebraicis calumniam patiamur. Benè tamen scorsim in commentarijs, vel separato opere quomodo legendum sit possemus annotare. Sed esto fons clarissime fluat, vt fluit, & riuius certior est quoad nos riuius fote, quia per riuum dogmata certitudine fidei firmamus, ex fonte probabiliter, quandoquidem vulgata Latina nobis probata est Ecclesiæ decreto. Vnde sicut alteruter duorum fratrum ex eadem linea descendit, si probatam nobilitatem haberet, certiores faceret etiam nos de nobilitate, non alter nobilitatis approbatione destitutus, & si in certitudine quoad se æquales essent, in nobilitate; ita & nostro proposito, firmior est vulgata, quæ probata est, & certior facta est, & quoad nos ad regulanda dogmata, & mores, quam originalis fons Hebraicus, vel Græcus tanta probatione minime firmatus. Septuaginta verò editio quemadmodum, & Hebraica, & si secundum se, & tempore Apostolorum, & per 400. annos

inconcussam habuerit auctoritatem, tamen quia procedente tempore depravata est (ex Hieron. epist. ad Suniam, & August. epist. 10. ad Hieronym.) hinc non ut authentica in omnibus, & per omnia (vt nullo pretextu re jaci possit) approbata est, sicut est vulgata quoad nos, vnde infra vulgatam meritò collatur.

Ad aliam instantiam. In verbis hominum multiplicatas sensuum in una voce ambiguitatem, & confusionem gignit, cæterum diuina vox hoc habet propter suæ eminentiam, vt plures intellectus pariat, vnde sicut non est mirum (ait Bernardus sermon. 51. in cant.) quod simplex aqua in varios usus humanos assumatur, ita quod unus quilibet diuinus sermo, non erit abs resi diuersos pariat intellectus diuersis animalium necessitatibus, & usibus accommodandos, circa numeros sicut fabulosa Rabbinorum arcana ex numeris collecta, quæ & נִירְבָּאַגְּנִים geruntur sunt repellenda (sicut, & pariter Gnosticorum insana deliria ex Græcis numeris insanè, & fabulosè deducta, qua reprobat Irén. lib. 2. cap. 40. Epiph. lib. 1. her. 24.) ita non omnia indiscriminatim reiicienda, vt egregie monstrat noster P. Fr. Hieronymus Vilemius Venetus in Lectionibus sex dierum lec. 15 & noster Senensis de clementaria expositione scripture, & latè Ludouicus Lusitanus in globo linguae sanctæ lib. 10. de diuinitate arcana ca. 14. & sic nullum est inconveniens. Nec aliud inconveniens, quod obiectebatur sequitur, nempe vt possit quis pro libito quam voluerit sententiam affigere. Primus namque gradus interpretationis optimæ est ad intelligentiam peruenire authoris canonici, per quem sanctus locutus est spiritus. Secundus ex regula fidei, vel ex alijs locis, scripturis aliquam intelligentiam adaptare, quem sensum etiam à Spiritu sancto nedum præsum, sed & prouisum egregie demonstrat Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana cap. 27. dicens, Quando autem ex eiusdem scriptura verbis non unum aliquid sed duo, vel plura sentiunt, etiam si lateat quid senserit ille, qui scripsit, nihil periculi est, si quotidie congruere veritati ex alijs libris sacrarum scripturarum doceri potest: id tamen eo conante, qui disunia scrutatur eloquia, vt ad veritatem perueniatur auctoris, per quem scripturam sanctus operatus est spiritus, siue hoc sequatur, siue aliam sententiam de illis verbis exculpat, quæ fidei non refragetur, testimonium habens ex alio quocumque loco diuorum eloquiorum. Ille quippe auctor in eiusdem verbis, quæ intelligere volumus, & ipse forsan sententiam vidit. Et certè ipse Dei spiritus, qui per eum hoc est operatus, etiam ipsam occursum pro lectori, & auditori siue dubio præuidit, imo vt occurret, & ipse, quia subinxia est veritati præuidit: nam quid in diuinis litteris potuit largius, vberius, diuinitus prouideri, quam vt eadē verba pluribus intelligentiam modis, quos alia non minus diuina cōtestātia faciant approbari: vnde falsò assumebatur vna tantum lectione. Patres probasse. Hinc colliguntur multa. Primum (quicquid inaniter dixerit Catherinus) omnem sensum in vulgata expressum esse verè authenticum, & à Spiritu sancto intentum, nedum præsum, sed & prouisum. Secundum quamvis certum non sit interpretem (sicut de canonico scriptore indubie tenet Augustinus) assecutum omnem sensum, quem littera originalis patitur; ea tamen hypothesi etiam interpreti cōcessa, scilicet quod omnem

sensum originalis textus sit assecutus , licet ex penuria lingue latinæ non semper illum expressit, tamen satis fuit aliquem sensum exprimi. Et licet aliquis originalis sensus prætermisssus sit, qui reuera, & secundum se etiam sit de fide, nihil officit quia cum non sit nobis per Ecclesiam ad credendum propositus, nihil necessarium ad salutem prætermisssum est. Tertium, quod ille sensus, quem habet translatio, & non originalis scriptura, authenticus est, & canonicus, si in alio scripturæ loco continetur, vel per traditionem sit acceptus , vel per Ecclesiam receptus, vel sit additus ab eodem interprete ad declarationem textus originalis, ut cum dicitur Matt. 1. Et vocabulum nomen eius Emanuel, addit interpres, quod est interpretatum nobiscum Deus, vel etiā absoluē illud profert, ut cum addit Latinus, egrediamur foras, quando verò talis declaratio , vel apposito esset à Patribus facta, ut Cant. 1. botrus cypri ad insulam adaptando , cum alij ex Græcis, & Hebræis pro arbore Cyprum accipiunt, sensus esset recipiendus, ut verus, vel probabilis, non ut canonicus, & certus . Similiter quando vulgata sensum vnum exprimit , alterum vero nonnulli Patres, ut est ille 1. Cor. 15. Omnes quidem resurgemus, &c. qui ex doctrina Sancti Thomæ magis ab Ecclesia recipitur, tunc preferenda est Ecclesiæ intelligentia . Patrum verò in suo gradu lectiones variè non aspernanda, vel exponendæ, aut ad concordiam reuocandæ.

Ad secundum. Satis est ad authoritatem vulgatæ astruendam, quod nullo pacto vitio interpretis, incuria, oscitantia, leuiā sint errata in sacris biblījs, nec vñquam deceptus sit quasi ex corrupto codice veteris quicquid dicat Canus 2. de locis cap. 16. quod verò irrepererint via typographorum, vel librariorum negligentia, non fuit in omnibus codicibus, vel impressionibus, vel in eisdem locis, & propterea de emendatissima vulgata prouisum est iussu Apostolica Sedis, secundum quam ceteræ omnes emendare, & castigandæ, vnde in prefatione nouissimorum Bibliorum dicitur, quod propositum Apostolicæ Sedis non fuit nouam aliquam editionem cedere, vel antiquum interpretem villa ex parte corrigerem, sed ipsam veterem vulgatam editionem à mendis veterum librariorum, necnon à prauorum emendationum erroribus repurgatam, sive pristinæ integritati, ac puruati quoad eius fieri potuit, restituere, eaque restituta, ut quam emendatissimè imprimereur, operam daret. vnde hæc quæ emendata prodijt authenticæ est, & illa etiā, quæ olim communī vñ recipia authentica erat, non ut in hoc, vel illo codice signato habebatur (ut nunc est tradita ab Ecclesia) sed in tota collectione codicum. In quibus etiā esset mēda aliqua, non in omnibus, nec qmibus locis repriebantur, ut dictum est, & facile erat pauciores per codices plures, moderniores per antiquiores, facta collatione, emendari, ut dicit Augustinus lib. 11. contra Fautū cap. 2. quam regulā quoque secuti sunt proculdubio Patres illi, quibus eiusmodi correctio est demandata.

Ad tertium. Parum curandum de Ruffino, & Paladio Galara, quos ut fautores Hæreticorum incusat Hieronymus epistola ad Ctesiphontem. vnde etiā de emulis suis cōqueritur prologo, super Esaiam ad Paulam, & Eustochium.

Ad auctoritatem S. Augustini respondet. Eo discurso probari Hieronymianam editionem in se-

spectatam, nondum authenticam declaratam, non potuisse tunc p̄ferri communi editioni, quæ circumferebatur, & omnium aures occuparat. vnde tanquam particularem editionem à particulari viro licet sanctissimo editam recipiebat, ac proinde censurati posse dicebat Augustinus, sed quod tali versioni non tanquam infallibili tunc intenderit S. Hieronymus, se purgat dicens. Ego non vetera abolere conatus sum, quæ lingue meæ hominibus emendatè de Græcè in Latinum transtuli, quām ea testimonia, quæ à Iudeis prætermissa sunt, vel corrupta proferre in medium, ut sciēt nostrī, quid Hebreæ veritas contineret. Si cui legere non placet nemo compellit multum, bibat vinum vetus cum suavitate, & nostra musta contemnat. vnde sicut Hieronymus Augustinum, & reliquos non adstringebat, sic idem Hieronymi translationem nondum probata, & cōmuniter recepta se nō adstringi ad illam, ut infallibilem recipiendam existimabat. & satis religiosè putabat antiquitatem nouitatem non esse turbandam. Sic respondet ad omnia loca Augustini. Ceterum quāti fecerit S. August. eandem editionem Hieronymi progressu temporis idem testis est 22. de Ciuit. Dei cap. 29. vbi ex Hieronymi editione citat illud Iob cap. 19. Et in carne mea videb⁹ Saluatorem meum, & ibidem ex eadem versione citat illud 4. Reg. 5. Nonne cor meum in presenti erat, quandoreversus est homo de cursu suo in occursum tuum euudemque satis laudat lib. 18. cap. 43. idem Augustin. sup.

Ad illud autem dilemma S. Augustini quod Hieronymianam editionem de superfluitate taxabat, S. Hieronymus epist. 11. ad Augustini hoc modo respondet, tibi tuo sermone respōdeo. Omnes veteres tractatores, qui nos in Domino præcesserunt, & qui scripturas sanctas interpretati sunt, aut obscura interpretati sunt, aut manifesta. Si obscura quomodo ausus es post eos differere, quod illi explanare non possem, si manifesta superfluum est te voluisse differere, quod illos latere, & fugere non potuit, &c. & postea ad hominem eundem Augustinum sic redarguit. respondeat mibi prudentia tua, quare tu post sanctos, ac tales interpretes in explanatione psalmorum diuersa senseris. si enim obscuri sunt psalmi, te quoque in eis falli potuisse credendum est, si manifesti illos in eis falli potuisse non credi. At per hoc veroque modo superflua erit interpretatio tua, & bac lege post priores nemo loqui audebit. & quodcumque alius occupauerit, alius de eo scribendi licentiam non habebit, quin potius humanitatis tua est, in quo veniam tibi tribus, & ceteris indulgere.

Ad quartū. Ad locum desumptum ex auctoritate Hieronymi. Vbicumque se ipsum reprehendit, atque castigat, ut particulatis doctōr, & commentator se emendat, in qua emendatione interdum fallitur. Ceterum vbi eius correctio ab Ecclesia admittitur, vel eiusdem correctio non recipitur, nullus error inueniri potest ob authenticam Ecclesiæ censuram, ut expressius dicitur infra.

Ad auctoritatem Hilarij. Iam admittimus interpretem minus plene, obscurè, & minus latine quædam reddidisse, potuisseq; quædam clarissim, quædam significantius, & neruosius, proprius, vel elegantius transferre. Horum innumera exempla ponit Lyndanus de optimo genere interpretandi, ad quem lectorem remitto. Hæc autem omnia non prædicant, fidelitati versionis, quæ vñ illibata esset, obscuritate, vel inconcinnitate, & huiusmodi, ut inter-

pretem necesse fuit. Vide P. Llorcum de loc. cath. disp 9. §. 3. Accedit quod multoties obscuritatis, & inelegantiæ causa fuit ipsius latine linguae defectus: quia enim meliores voces interpres non habuit, aut aptiores, vel expressiores, quæ responderent originalibus ijs vocibus, pro fidelitate seruanda vti necesse fuit, quæ veritatem exprimerent, & si verbum aliquod obscurum inelegans, non efficax, & propriū in transferendo assūmere necesse fuerit.

Regula illa à S. Augustino posita est, & nullo modo dicendum est interpretetem mentem Spiritus sancti non esse assecutum, alioquin cum scriptura potius sit in sensu, quam in verbo, vendicaretur verbū, & sensus interpretis pro verbo, & sensu Dei, vnde ibi loquebatur de priuato aliquo interprete, qui illud psalm. 13. transtulerat. *Acuti pedes eorum.* unde nostra vulgata cum dicit legendum, *veloces pedes eorum,* verum est, quod ὁ Κύς in Græco significat non solum præcepis, voluere, sed & acutum intelligendo per acutum id quod consistit in puncto indusibili, & sensus idem est, vnde etiam interpres vetus Aphorismi primi Hypocratis ea verba Græci codicis ὁ δὲ ναύπος ὁ Κύς tempus acutum trāstulit, quod aptius vertitur tempus præcepis, &c. Alter locus Sap. ab Augustino insinuatus non est contra fidelitatem versionis, sed solum parum latīnum est illud nōmē, & error non est contra veritatem sententiæ, sed contra latinitatem. Inauditum enim hucusque exiit in latīna lingua tale nōmē, licet enim latīnus, & clarus, & veredit Augustinus, conuenientius dicitur, adulterinæ plantationes, quam vitulamina, quæ pedibus per terram gradiumur, & tamen barent radicibus ianen quia interpres ad imitationem Græcarum vocū, sicut à voce moschos, quod est vitulus deriuatur moscheuma, quod non vitulum, sed plantationem significat, sic à vitulo latīnē dīcto, formauit vitulamen, quia (sicut moscheuma) non vitulum, nec aliquid vituli, sed noua germina significaret. Vel dici potest, quod sicut Feitus à vitulis vīsus est vocabulo vitulari, quod significat ad instar lascivientium vitulorum in pratis exultare, sic interpres vitulaminis nomine plantationes adulterinas, quæ maxime ex frondiū, vel comarū copia lasciuiunt, atq. luxuriāt, nō incōcinnē, & si parū latīnē significauit.

Ad id qđ affert Mariavus Victorinus tā in Matt. cap. 6. quā in Luc. cap. 11. habet epifusion, & Matt. 6. interpretet vertisse supersubstantialem, in Luca vero vertisse quotidianum, cui correspondens text. Syriacus in eo. cap. Lucæ sic vertit [Da nobis panem indigentie nostræ quotidie] quomodo autem vertit diuersimode interpres modo supersubstantialem modo quotidianum, ex Tertulliano edocemur lib. de oratione cap. 5. nam si intelligamus hunc locum de spirituali, & sacramentali cibo, qui & supersubstantialis est, Christus panis noster est, cuius corpus in pane censemur. Hoc est corpus meum, &c. itaque petendo panem quotidianum, perpetuitatem postulamus in Christo, & indiuiduate in corpore eius. Et quia etiā de pane corporali intelligi potest, panem quoque quotidianum, quod solum fidelibus necessarium est, cetera enim nationes requirunt, recte petimus sub titulo quotidiani.

Ad id quod affertur ex S. Augustino ex eodem respondetur eadē epistola. Veruntamen ex vicinitate verbum usurpatum, cui propinquitas ipsa imperat in-

tellectum non est velut censoria notione culpandum, & ita quod dictum sit obsecro fieri obsecrations, parum refert, ait. τραπεζῶν, quod adhortari significat translatum sit obsecrat, & δέοντες, deprecationes, verterit interpres obsecrations, & προσευχῆς, & si quidam (ex Augustino) idem verterint adorationes, melius versum est ab interprete nostro orationes. Et verum est ex eodem, alio vocabulo Græco adorationem, alio verò vocabulo orationem significati. Nihilominus, dicit Augustinus, difficile est in lingua latina precatioes ab orationibus discernere, vnde loco illius ἐν τελεταῖς quidam verterunt interpellationes, non postulationes, & parum hæc distare, idem dicit Augustinus & subdit, excepto itaque nomine generali, & salua loquendi consuetudine, siue dicas precatioem siue orationem, siue interpellationem, vel postulationem, una eademque res intelligitur, nihilominus in specie singularum harum particularum proprietates, distinctasque significations ibidem inquirit diligenter, inter ipsas ponens differentiam.

Ad alium locum ex Hieronymo obseruatū, & si ea particula, acceptabilem, posita sit ad significandū rem peculiarem, nihilominus ad rem significatam denotandam in quo consistat, hæc peculiaritas verit interpres acceptabilem. Ex acceptabilitate enim ad dona gratiæ sequitur, vt populus gentium sit factus peculium, & populus peculiaris Dei. Vnde Syriacus verit populum nouum ad significandum populum sub lege gratiæ. Vnde Deuteron. 7. vbi dicitur, te elegit Dominus Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris, in Chaldaica paraphrasi dicitur, ut sis ei in populum electum. Et Deuter. 14. dicitur. Te elegit ut sis ei in populum peculiarem de cunctis gentibus, haldaica, ut sis ei in populum dilectum. Quia ergo S. Paulus subdit, sectatorem bonorum operum, quæ sunt prædestinationis effectus (vt S. Thom. I. p. q. 23. ar. 4.) voluit interpres radicem bonorum operum cum perseverantia inuestigare, & ad acceptibilitatem recurrit, acceptabilitas autem ad dilectionem pertinet, ex qua sequitur electio, vt hic præ alijs eligatur quod ad peculiaritatem pertinet. propterea interdū peculiare verbum est, dilectum, & electum, quæ ex acceptabilitate oriuntur.

Illud autem ex Tit. cap. 3. post unam correctionem. Scio eam versionem secutos esse Iren. lib. 3. cap. 3. Tertull. de pres. cap. 6. Luciferū Catalitanū de non conueniendo cum heret. Aug. ep. 162. Ambros. epis. 55. docendo hereticos semel duntaxat admonendos, ne si sepius id fiat obfirmatores reddantur in malo. Sed nihilominus non recedendum à vulgata, & in Græcis codicibus habemus expresse, post unam & secundam, illud autem verbum nedium simplicē admonitionem, sed animaduersionem, & correptionem significat, vnde consequenter punitur eius enitatio, quæ non fit sine censura diuina, hoc est excōmunicatione, quæ omniū animaduersionū maxima est, & igne, & ferro, vbi opus est, quare non est cur hic Erasmus facetijs ludat.

Illud etiam modicum fermentum totam massam corripit, & si in Græco sit φύρα μάζαι, quod redditur fermentat, nihilominus, quia fermentatio non nisi per corruptionem fit, sensus redditus est.

Illud 1. Tim. 2. Si permanerint in fide, & dilectione sanctificatione, & sobrietate, vbi in Græco dicitur ἡ ζωφροσύνη, quod veri potest cum modestia non officit

officit proposito, sicut nec alias locus, qui habetur ad Titum capite secundo, nam vbi nos legimus in vulgata, sobriè, & iustè, & piè in Græco sobriè est ζαρπόνες, quæ vox et si significet actum temperantie ad moderandum excessum in potu, quia tamen sobrietas communiter accepta potest esse in qualibet materia, rectè ab interprete versa est; sicut & verbum iustè pro iustitia, ut & generalis virtus usurpata est, non tantum pro una specie. vnde & Syriacus vertit. Abnegemus impietatem, & concupiscentiam mundi, & vivamus in hoc seculo cum castitate, & iustitia, & reverentia Dei, extendens temperantiam etiam ad concupiscentiam, seu ad secularia desideria frænanda de quibus ante locutus erat Apostolus.

Similiter cum dicitur 2. Timoth. 2. illud verbum διδακτινή, quod supra epistola 1. cap. 3. interpres exposuerat doctorem, exposuit postea docibilem optimam ratione. Et quidem si in sensu passiuo accipitur quadrat verbis antecedentibus; præmisserat enim seruum Dei non oportere litigare, sed esse patientem, ad omnia docibilem: docibilitas autem ex S. Thoma 2.2. quæst. 49. 21. 3. est pars prudentiæ, quæ licet discipuli-potius sit quam magistri, tamen non repugnat doctribus, cumjvt dicit S. Thom. in response ad 3. etiam ipsos maiores oporteat dociles quantum ad aliqua esse. At ego puto significari in sensu actiuo, Sicut aliquem dicimus amicabilem, qui facile amicitijs aliorum se insinuat. Sic voluit interpres denotare eo verbo illum, qui cum facilitate, vel habilitate potens est ad docendum, quem sensum videtur Ambrosius indicare lib. de dignitate sacerdotali, cù exponens Episcopi conditiones easdem à Paulo assignatas ait, sequitur deinde, Apostolus. & ait docibile. id est sic polleat Episcopus sapientia, ut non solum creditum sibi populum sufficienier doceat, verum etiam, & cunctorum queat h. heresum contradictiones a catholica repellere Ecclesia, ne sua imperitia imperitos minime doceat.

Ad 5. in ijs locis probatur, quod clarius verti poterant ea loca, tamē non inde probatur, quod certius, vel verius transferri potuerunt, cum veritas in indubibili certitudine constat.

Ad 6. Iudicium illud, & collatio facta est ex Patri commentarijs, ex publicis, & priuatis lectionibus, obseruationibus non uno, vel altero loco, uno vel altero tempore, vna vel altera persona, sed varijs, & diuersis locis, temporibus, personis priuatis, publicis vniuersitatibus, Academijs totius orbis: ipsi eriā hostibus veritatem Hieronymianæ editioni perhidentibus, & fatentibus Hieronymi laborem esse veracem, vt dicetur infra. Nec Ecclesia vniuersalis (& si maior pars pastorū Græca, & Heb. lingua dedititura sit) dono linguarum caret, linguis enim omnium gentium loquitur, & loquetur, dum in sinu suo continet, & continebit viros doctos linguarum peritos, quorum iudicium, & diligētiā sequens (præterim S. Hieronymi, cuius iudicium ad initia omnium est, cuius fidelitati tota hac moles recumbit) inoffenso pede tot secolorum vsu vulgatam, vt puram, & ab omni errore interpretis immaculatam commendauit. Cui vsu innixa Tridentina Synodus, Ecclesiastico calculo propter diuinam assentiam, authenticam vulgatam pronunciauit, sub anathemate præcipiens omnes partes librorum canoniconrum, prout in veteri vulgata editione habentur, recipien-

das: cumque singula verba etiam minima à partibus secernenda non sint, non possunt vlo modo quoniam præteriū sine contumacia, rebellione, pertinacia heretica refutari.

Ad 7. differēta est inter interpretē, & Prophetā, ceterum hęc differentia est inter priuatum, & publicum interpretē, quod priuatus interdum falli potuit, at publicus scripturarum interpres in ordine ad censuram Ecclesiasticam, & Ecclesiastica approbationem (dato quod ante approbationē dici potuerit hallucinatū) post Ecclesiæ iudicium, & approbationem, quæ in nullo hallucinatum esse testimoniu perhibet, nullo modo errasse dicendum est.

Ad 8. In translatione interpretis ab originali eti deprehendatur aliqua diversitas, nulla tamen est contraria, quare opus est ad aduersariorum oppositiones respondere, illud premitendo satis esse, ad solutionem argumentorum, ostendere esse solubilia, nec levissimis, & fruolis ratiocinationibus descendam publicam interpretationem Verbi Dei ab Ecclesia propositam.

**Vbi respondeatur ad alia argumenta Nouatorum, & Hebraizantium, & primo ad loca ex Pentateucho.**

**A**d primum locum. Origenes eo arguendo probare conabatur integras periodos à Iudeis dolo expunctas esse, quia apud 70. sic legitur, & vocavit Deus firmamentum cœlum, & vidit Deus, quia bonum est. Sed non est dicendum (quicquid intendat Origenes) expūctum hunc locum à Iudeis, cum nec in vulgata habeantur illa verba, & interpres multa Spiritus sancti consilio addidisse, vel occulasse, dictum est supra ex doctrina S. Augustini.

Ad id quod circa idem caput obiicit Vvitakerus. In originali habetur v. 30. יְהִי עַל כָּל הָרָבָד omnem herbam semiuificantem, quod idem exprimitur in vulgata, 70. & paraphrasi Chaldaica. Quod vero optasset poni herbas virides pro bestijs discernendis ab hominibus, iam satis se monstrat onagrum liberum, dum originalia non recipit, & translationes vituperat. Nec recolit herbas etiam datas seruituti hominum, sicut scriptum est, qui dat fænum iumentis, & herbam seruitui hominum. certum vero est, nō omnem herbam, sicut non omnem arborem hominibus, & bestijs datas in escam, sed respectiue iuxta cuiuscumque naturam, vnde illa vox omnem distribuit distributione accomoda. Accedit quod, & Pagninus, Montanus, & Tigurini verterunt. *Omnem herbam semiuificantem semen, quæ in superficie omnis terre.*

Ad alium locum Gen. 2. v. 11. Hebraicum illud verbum etiam Chaldaica retinet Bdellium, vt à vulgato versum est relictæ explanatoribus cura, quæ tandem res illa significet, quod 70. quid significaret expresserunt ἀρθρά, nempe carbunculum. Vnde ex Iosepho, & Rabbi David Kimhi, & R. Hagaon. Alij dicunt Bdellium esse arborem aromatcam, ita P. Maluenda de Paradiſo cap. 44. vel genus gummi, seu lachrymæ pellucidæ ex Plin. lib. 12. c. 9. Dioscoride lib. 1. cap. 69. vt dicit Cornel. à lapide. Verum noster P. F. Hieronymus Oleaster aduerit. *Hebraos ignorare quid propria nomina lapidum.*

# De sacrorum Bibliorum versione. 321

preciosorum, animalium, fluminum significant, ideo nō esse illis fidendum in huiusmodi. Quare magis in tam dubia sequi debemus Septuaginta, quos ferē omnes Patres fecuti sunt legentes Carbunculum, ita Tertull. lib. de Genes. cap. 2. Ambros. de Paradis. cap. 3. Augus. de Genes. ad litte. c. 7. Chrysostom. ho 13. in Genes. & veteris editio latina sic quoque habebat ex Hieronym. in qq. Hebrai. vbi aperte docet, quod ea vox Hebræa tam Bdellium, quam lapidem prasinum, vniensem, onycem, crystallum, & carbunculum significat. Vide nostrum Senensem lib. 8. hec. 13. ad obiectiōnem 9.

Quod verò objicit contra idem caput Vvitaker. In Hebræo vox illa וְיַע est ambigua ad locum, & voluptatem Chaldaeus vertit hortum in loco voluptatis, 70. verò vertit Para<sup>l</sup>ism in Heden. Pagninus hortū in Heden, vulgata Paradisum voluptatis, & nulla est contrarietas; nam potest esse nomen loci propriū, & appellatum, ad significandum deliciarum locum, & planitatum hortum, seu paradisum amenissimum, & voluptuosissimum indicatur. Vnde Symmachus quoque vertit Paradisum fiorentem. vide Maluend. sup. c. 17. Quod additur melius versum ab Oriente, quam à principio satis inanis, & futilis obiectio est; siquidem in Hebræo habetur כָּרְבָּלָה, quæ vox קָרְבָּל etiam ante, vel principium significat, vnde Psal. 118. vbi dicitur. Initio cognoui de testimonis tuis pro initio est Heden, & refertur ad illud tempus primorū sex dierum, præsertim diem tertium. Etiam verti potest in oriente, nam Heden à radice Hadan, ne dum principium, & deliciarum locum, sed etiam orientem significat. & ita verterunt 70. Pagninus, & Montanus. Quare utraque etiam lectio acmitti potest, & non temere vulgata refutari.

Sed alia obiectio contra id, quod dicitur in vulgata, Hoc nunc os ex ossibus meis, inanis est, nam 70. legūt. Hoc nūc os ex ossibus. Chaldaica hæc nūc os de ossibus meis. Et melius vertisse 70. quam hebraizantes vertentes hac vice suadetur: nam cum una, & eadem caro de carne, & os de ossibus toto vitæ tempore vir, & vxor sint, & non una vice, melius exprimitur, per vocem nūc, quod ad diuturniorem temporis partem extendi potest, quam per illam particulam hac vice, que angustiorem partem temporis præsignat, atque coarctat. Vel dicendum sensum eundem esse. Nunc seū hac vice in ista formatione prima mulieris osex ossibus meis, deinceps naturali generatione ex mari seminaque formabitur homo, ita Chrysost. homil. 15. vel nūc, seu hac vice fit femina de viro, altera uice uit de feminâ nasceretur, nempe Christus, &c. vel dicendum idem esse Nunc hac vice, hoc facto, ut rectè noster Oleaster aduertit.

Ad alium locum ex cap. 3. Genesis respondetur, quod septuaginta Interpretres, similiter ut nostra vulgata legunt si sensus spectetur, ut dicitur. Dicant aduersarij. cū magis præpoderare debeat 70. auctoritas, qui Spiritu sancto afflati transulerunt sacra biblia, cur fidem adhibent potius Nouatoribus, qui Iulij, & Tremellij ueriones fecuti sunt Septuaginta interpretatione relicta?

Non inficiamur legi posse, ipsum conteret caput tuum, utraque lectio admittitur, & habet pro se Patres, & una alteram explicat Septuaginta legerū אֶתְנָה, quod est masculini generis ipse, non autem אֶתְנָה ipsa, & illos fecuti sunt Iren. 4. lib. cap. 78. Cypr.

contra Iud. lib. 2. cap. 9. Hieron. quæst. heb. sed Ipsa legunt Chrysostomus hom. 17. in Gen. Ambros. de fuga saeculi cap. 7. Augustinus 2. de Genesi contra Manich. cap. 18. Gregor. 1. in Job cap. 38. Marian. Victor. in Genes. Alcimus Auitus. At alijs legunt ipsū, nempe semen, ita Leo serm. 2. de nativitate. Theop. 2. ad Authol. Quare cum ex uoce אֶתְנָה ipse, ipsum, pro adiunctis transferri possit, & ipsa (si illud exceptum) sequamur, ubi legitur אֶתְנָה probante Ecclesia lectionem nostram, ceteris preferenda vulgata, alia non contemnendæ. Adde quod אֶתְנָה hæc sepe ponitur pro נְתָנָה hic maxime ubi aliquid virile fac minaz tribuitur, vt in casu nostro, vnde Genes. 24. v. 44. dicitur, Ipsa etiam mulier, quam preparauit Dominus filius domini mei, & noster Sanctes aduerit נְתָנָה, quod est pro nomen femininum scribi interdum cum Vau ita Gen. 38. v. 21. & 25. נְתָנָה ipsa educitur. Quare Iosephus lib. 1. antiq. c. 3. ex versione Ruff. legit sicut noster Interpres dicens. Præcepit ut mulier capiti eius plagas inferret, autem, id est p[ro]f[essione] Iosephi, constat quod à Nouatoribus corruptum est. Sed & illud dici potest mirificè utraque lectionem conspirare in sensu, nam ex proprietate linguae sanctæ, sacri scriptores de duobus personis loquentes, unius earum tribuunt, quod alteri tribuendum erat, Job. 38. Nunquid post ortum tuum præcepisti dilucula & ostendisti auroræ locum suum. post ortum suum id est post ortum auroræ, & 1. Pet. 4. qui passus est in carne desit à peccatis, sic ex textu nostro (quod antithesis postulat) sicut serpenti tribuitur insidiatio serpentis, ita mulieri, cōterere caput eius. Tributus est autem hic effectus alteri (nempe semini, quod per antonomasiā Christus intelligitur) à 70. quia tanta vis mulieris à Christi virtute deriuata est.

Alter locus Gen. 3. nihil obstat. Interpres enim ex fonte, vbi dicitur כִּי יְהוָה אֱלֹהִים וְאֵל כְּנָהָה transtulit ut iacet in medio arboris horti, seu In medio ligni Paradisi, qua locutione etiam multitudo arborum, & lignorum designatur. ex phrasim namque hebreas medium pro multitudine, vel plenitudine accipit solet. In medio annorum. Habacuch. 3. hic autem accipitur pro plenitudine, & spissitudine arborum.

Ad locum Genesis quarto in Hebræo habetur, הַזְּדֹבֵחַ עַל כְּנָהָה וְאֵל כְּנָהָה respxit Deus Abel, & oblationem eius, cui consonant 70. vertentes, respexit Deus super Abel, & super munera eius. Chaldaeus verò paraphrastes ait, suscepit Dominus cum beneplacito Abel, & munus eius. Quod d[icit] verò S. Hieronymus in qq. hebr. legēdū voluerit, inflammat Dominus, sensum non variat; igne enim illo sensibili sacrificium comburente, ostensum est, quod suscepit fuerit oblatione Abelis cum beneplacito.

Ille verò locus, maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear, consonat cum translatione 70. qui sic legunt: maior causa mea est, quam ego dimittar, & Chaldaeus, magna ejus iniquitas, ut dimittatur, in Hebræo sic legitur אֲלֹהִים צְדָקָה מִכְשָׁלָה major iniquitas mea, quam parcere, ut verit Montanus; vox autem illa פְּנָנָה parcere quoque significat, vnde notat Eugubinus in eadem significatione haberi in c. 18. אֲלֹהִים & non parces, &c. licet autē nulla sit in Hebræo vocula meritum designans in ea acceptione haereticis inuisa, cui scilicet merces, & præmium, vel retributio debeat; posita tamen est ad significandum cōsecutionem, vel aſſectionem alicuius rei in latiori significato, ac si dicaretur. maior est iniquitas mea,

mea, quam ut veniam consequar, vel obtineam, quam ut feram, vel sustineam, vel remissionem consequar. verbum vero **¶** ex Lexicis, fert, leuare, vel condonare significat, & licet priorem significationem secuti sint Pagninus, Vatablus, & communiter Hebraizantes, & auctor qq. ad Antioch. quæ non sunt Athanasij, melius sensum interpres assecutus est ut pote conformius Septuaginta, & Chaldaicæ editioni, vertendo, & sic Patres legunt, August. in Genes. & alij communiter.

Ad alium locum ibidem. *Egrediamur foras.* Respondetur illa verba excidisse ex Heb. vnde nec ea legerunt, vel verteunt, sed extitisse in tex. heb. conuincunt aperte 70. & Targum Hierosolym. qui hæc verba retinent. & Orig. dixit reperiri in arcans Samaritanorum, & S. Hieronym. facetur se ea legisse in Pentateuco Samaritanorum. Licitum quoque est interpreti quando verba subintelliguntur ea expressius ponere, vt in nostro proposito factum est.

Porro alia redundantia à Vvitakero obiecta disertis verbis exprimitur à 70. qui sic vertunt. *Et dixit Dominus Deus, non sic.* Vvitakero probatio incumbit, quod 70. non legerint hæc verba, aut quod non fuerint in antiquis codicibus ipsorum tempore. Dato quod non sint in textu, et verbum equivalens, in quo suppressum aliquod verbum subintelligitur Hebraeorum more, vox autem **¶**, hoc est, properea, cum sit causalis, negationem illam, quam expresserunt 70. virtualiter includit. vnde idem sensus est, *Dixitque ei Dominus nequaquam ita fiet, sed omnis,* &c. & quod dixit textus hebrai. *¶ dixit Dominus, properea occidens Cain,* &c.

Ad id, quod opponitur de terra Nod respondetur illud non esse nomen proprium loci, licet Iosephus lib. i. cap. 4. R. Salomon id existimat, sed esse appellatum. Vnde S. Hieronymus in qq. Hebraicis, sic inquit. *Non est igitur terra Nod* vt vulgus nostru putat, *sed explevit sententia Dei, quod buc atque illuc profugus aberrauit.* vnde & Iunius hereticus in notis ad 4. cap. Genes. Hieronymum secutus interpretatus est terram vexationis, & agitationis. Fauet & Chaldaica versio legens. *Habitauit in terra vagus.* In versu 26. siue temporis, siue personæ ratio explicetur circa publicam invocationem, in idem recidit quod habetur in fonte, cum eo quod est in versione, sicut in idem recidit, quod dicitur, *iste caput inuocare, & quod habet Chaldeus, tunc incæperunt filii hominum inuocare,* &c. Lectionem vero noltra in Iepthæginta exprimunt dum legunt. *Hic sperauit inuocare nomen Domini Dei,* ponendo radicem inuocationis, nempe virtutem spei, nullus enim orat aliquis nisi à quo sperat impetrationem. Et ad exprimentū primum auctorem publici cultus, spei nomen adicerunt 70. Interpretet, spes enim circa arduum, difficilem, insitatum, versatur. vnde ne verteant in malam partem, nempe hic ausus est, contrario vocabulo vñi sunt, *bis sperauit*, quæ vox spem theologicam aperte declarat; vnde Nazianzenus oratione ad eos qui morbo sacro essent implicati, ait, *De spe Enos, qui primus sperauit, inuocare nomen Dei.* Cultus vero ille inuentus dicitur, quia docuit Egos, vt per orationes quasdam vocales Dei auxiliū imploraret, ex Enseb. lib. i., de præparat. Euangelica, vel quia extinctum Dei cultum in filiis Caini, rursus in filiis Seth reacedit, vt visum sit primo, tunc Dei nomen inuocatum.

Sed et Thomas Vualdensis lib. 2. de Monachis c. 5. dicit Enos instituisse publicum aliquem cultum sublimiore religione vulgi, quasi præludium, & initium religiosæ, & Monasticæ vitæ, Epicureis istius seculi adeò inuisit.

Ad locum ex s. Genes. vers. 22. illud verbum, *¶ vixit*, non superfluum iudicandum est, quod ad æquiuocationem tollendum est ab interprete expressum. In sententijs enim explicandis potius quam verbū verbo reddendo elaboravit interpres: in sensu enim sacrarum litterarum potius, quam in verbis positā maiestas est, vt non interpretem, sed paraphrastem agere sàpe numero videatur: quia enim aliquis legens texum Hebraicum, prouisionat, *¶ ambulauit Enoch cum Deo postquam genuit Mathusalach trecentos annos,* *¶ genuit filios.* *¶ filias*, intelligere poterat solum ambulasse cum Deo postquam genuit filios, & filias, & non iugiter, quasi ante male vixerit, ad tollendam æquiuocationem istam additum est ab interprete, *¶ vixit postquam genuit Mathusalach trecentis annis.* Vnde pessime à Junio, & Tremeliana versione sic legitur. ambulauit inde sinister carus secundum Deum postquam genuit Matuselachum trecentis annis, cum duæ sint in fonte Hebraico sententiæ distinctæ, ambulauit cum Deo Ethanoch, & coma interiecta subsequatur, postq. am genuit Mathusalem trecentis annis, quod reddit sensum imperfectum, nisi aliud apponatur, vt rectè appositum est ab interprete, *¶ vixit*, & debebat opponens aduertere, familiare esse id oīmis Hebreis, vt vox aliqua subaudiat, quæ implicitè in aliqua alia voce includitur. Sic ea particula, *¶ vixit*, subauditur in illis verbis trecentis annis, & ad iugenium iutuam Enoch designandā, nec matrimoniali statu interpellatam, vt notat Chrysostomus, semel & iterum scriptura dixit, genuit Enoch Mathusalem premitendo, Ambulauit cù Deo Enoch, & iterum post illa verba genuit filias, & filios, subditur. Ambulauit cù Deo Enoch, vt ostendatur non esse coniugium virtutis obstaculum, &c.

Ad locum Genet. 6. in Heb. est **¶** **¶** **¶** lo iadō. Iadon vero quidam, vt Symmachus, & alij deducunt à radice Dun **¶** & significat tam iudicare, quam manere, & iudicialiter sedere, & disceptare. Alij à radice Neden **¶** quæ vaginal significat. Hinc variæ enata sunt traductiones, diuerse secundum verbum, eadem secundum sensum. Nam cum 70. legant. *Non permanebit spiritus meus in hominibus,* &c. quibus Chaldaica consentit dicens, non permanebit generatio pessima hec, &c. perinde est ac alij vertunt, non iudicabit spiritus meus in homine, vel vt alij, non contendet, vel vt Pagnius deducendo **¶** à nomine **¶** Neden vertit, non erit et in vagina spiritus meus in homine, & significarunt, non esse homines victuros in æternum: & non amplius iudicialiter Deum sessurum, solum ad intelligendam, & inferendam spiritualem, & inuisibilem punitionem scelerum, sed etiam se descensurum ad corporalem quoque, & visibilem punitionem generis humani, vt dicit Cajetanus; vel vt dicit Abul. non disceptabit spiritus meus, id est disceptatio spiritus mei de homine non durabit semper, sed hic finietur, concludendo quod homo debeat mori, & spiritus de carne tanquam de vagina per mortem à corpore separandus, & idem sensus exprimitur. Vel dicendum cum Castrio 3. Apolog. legendum pro Iadon, Ia-

Ion ρῆ, à radice Lun ρῆ, quod est manere, morari, & hospitari, sic legunt septuaginta, & chaldaica.

In versu 6. superflua sunt illa verba, & praeauens infuturum, & in Bibliis Sixtinis expuncta sunt. Nec in septuaginta, nec in Chaldaica habentur.

Ad locum Genes. 8. requieuit arca. Et. Respondet noster P. Ystella virtus scribentium hunc errorem irrepsisse in codices hebraicos, quicquid reclamat Senensis s. lib. annot. 84. certissimum huius rei argumentum est, quod nostra vulgata cum septuaginta concordat, quos & Iosephus, etiam secutus est, & Græci omnes ita legunt, & verisimilis lectio, ratione quoque deprehenditur. nam supputatione rectissima est, quod vigesima septima die mensis, hoc est 14. die ab initio decremeti aquarum, arca tandem, quæ huc, & illuc propellebatur super montes requieuerit, cum tamen ex littera Hebraica colligatur, quod tribus diebus post diminutionem aquarum arca requieuerit, quod non est verisimile, ut probat Torniellus an. 1656. quam supputationem Caluasius, & Mercator sectarij etiam sequuntur.

Ad loc. Gen. 11. Engub. Caiet. & alij Hebraizantes hebraicam, ut nunc est, editione sequuntur. Hosimatus est Salianus anno 2096. & Cornelius à lapide. Sed egregiè Torniellus vulgatam egregia supputatione defendit, cuius lectio inconcusse tenenda, & præferenda, Græcis & nonnullis latinis codicibus, in quibus menda irrepere potuerunt libratorum, vel scolorum incuria. Quod in his, & similibus supputationibus obseruandum est.

Sunt tamen, qui hæc loca conciliare student. Sed illa communior, & plausibilior responsio est, quod non sit supputatione secundum cutsum communem anni, ut dicit Caiet. sed ut scribit Abul. secundum supputationem relatiæ ad principium diluuij, & sic omnia concordare existimant.

Ad Genes. 21. illa verba, cum Isaac filio suo etiam habentur in editione 70. posuisse autem illa verba Hieronymum in editione merito assentimus, quoniā 70. interpetres explicarunt lassisse Ismaelem cum Isaac, & voluerunt illi sensum sensui potius reddere, quam verbum verbo, ut prius fecerat Paul. Galat. 4. qui eum locum exposuit dicens, qui secundum carnem natus est, persequebatur eum, qui era secundum spiritum. Quis autem fuerit lassus ille explicat Hieronymus in qq. Hebr. vel quod Idola fabricare. Ismael, quæ resludus dicitur. Exod. 32. Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere, vell ludum, quo ius primogeniturae sibi vendicabat, ut colligitur ex text. nam propterea Sara Agar elecit cum Ismaele, ne esset hærescum filio suo. Ludere quoque cum in scriptura usus petetur pro occidere 2. Regum 2. surgant pueri, & ludant, id est occidant, significatur, ut dicit Achatus apud Lippomanum tentasse Ismaelem occidere Isaac, ut ad ipsum hæreditas perueniret. Ludere quoque cum significet carnalem cōmixtionem Gen. 26. dicitur de Abimelech. Rex per fenestram vidit Isaac iocantem cum Rebecca uxore sua. i. debitum vxori reddente, significatur ex Lyrano, & glossa interlineari, quod Ismael volebat abuti Isaac. Sed ex his omnibus probabiliores quibusdam hæc duas vitimæ expositiones vide sunt, ad quas videtur Paulus alludere dicens, qui secundum carnem natus est, persequebatur eum, qui secundum spi-

ritum, carnali vel spirituali persecutione, & idem est ludere cum Isaaco, & ludere Isaacum, ut pater ex loquentium consuetudine. Sed quanquam verbum, P̄P̄Y Sachach idolatriæ, occidere, coire, vel lascivitatem significet, tamen ut dicit noster P. Ystella, propriè significat iuxta primam significationem ludere, & irritare, siue verbo, siue gestibus, & nō tam ridentem, & iocantem expressit, quam insultantem, & superbem, & contumeliosè tractantem Isaac: seu (ut dicunt periutores Hebreorum) subannantem, vel (ut dicit Hieronym, in commentario dicti loci Apostolici) sibi primogenita vindicantem. Hoc iurgium parvorum sacra scriptura lusum vocavit. Et hunc lusum, seu contemptum, quod se pro hærede vindicaret, persecutionem vocavit Apostolus, & hic est germani sensus ex antecedentibus, & subsequentibus.

Ad Genes. cap. 25. v. vlt. duo sunt mala in tali facto Esau, venditio primogeniturae, & contemptus eiusdem, de venditione nulla difficultas est, cum in omni textu legatur, vendidit primogenita: contemptus eiusdem explicatur à vulgata dū dī accepi pane, & lentis edulio comedit, & bibit, & abiit paruipendens quod primogenita vendidisset, ab effectu commissio- nis paruipendens primogenitam, justum pretium existimans pro ventris repletione, venditionem eiusdem, & sic iudicio practico primogenitam paruifecit, vili vendendo tantum bonum. Vel dicēdū quod ē si magni existimat primogenitam, facto perinde se gessit quasi eam contempserit, eandem pro te vilissima commutando; propter quod ab Apostolo βέβηλος, id est prophanus, à Christo homo ad Heb. γασπιμαχος ventri deditus, & gulosus appellatus est; unde ut aduerit noster P. Ystella, quia primogeniti ius vilipendebat (intelligo iudicio practico, aut facto ipso) ideo venditionem nihil estimasse dicendum est, & hoc verius, quam quod dicit Pererius: quod non ipsam primogenitam despexit, sed ipsam venditionem, quasi nugando, & irritam habens, vel quia ferrō etiam esset irritatus, vel ut dicunt alij, quia non obstante venditione, & iuramento, primogenita decreuerat sibi retinere.

Ad locum Genes. 37. v. 24. in Hebreo est οὐδέ, quod sine punctis potest legi iamim quomodo legunt 70. Aquila, & Symmachus, & Theodotion; & potest legi iemim; sed quid significet iamim non expulerunt 70. Quidam putant, ait Hieronym. in qq. hebr. maria appellata, & significari eo loco stagnum aquæ repertum in solitudine. Alij, ait Hiero. aquas calidas (iuxta Punicae linguae vicinam, quæ Hebreæ contermina est) putant significari, ut etiam dicit Lyranus. Qui legunt, Iemim, transtulerunt mulos, sic communiter Hebraizantes, de quibus etiam meminit S. Isidorus lib. 12. Orig. cap. 1. & Lyranus hic, putant enim aliqui Anam, ut scribit Hieronym. ibidem, primum omnium fecisse ascēdere onagros ad asinas, & sic velocissimos asinos extortos, vel ut dicunt alij asinos ad equas fecisse descendere, indeque innaturalem mulorum generationē extortam, quos Rupertus quoque secutus est cap. vltimo lib. 1. comment. in Genes. Itaque cum varijs modis legi possit illud nomen variè traductum est. Sed quæ præstantior, & verior traductio, expertendum est.

Qui:

Quidam dicunt ex eo fabulosam Iudaizantium interpretationem ortam, quod Anan faciunt primū inuentorem mulorum, cum (inquiunt) per annos bis mille ducentos ante Anan mulos extitisse, ita Pèterius in hunc locum disput. 1. Sed cum alij dicant, hæc animalia causaliter tantum præcessisse in ijs, ex quibus postea progenita sunt (vt noster Pater Vielmiss lib. de sex dierum operibus, & colligitur ex S. Doctore 1. p. q.73.) non est firmum argumentum confutandi Hebraizantes, assumere, quod in controversiam cadit. Aptius noster Oleaster eosdem confutat dicendo, quod si sacra scriptura mulorum generationem indicare voluisse, non dixisset, *inueni mulos*, in deserto, sed generationem mulorum, neque, ait idem, generationem inuenit esse in deserto potius, quam in alio quouis loco, mirum videri debebat, quod tamen scriptura voluit indicare. Accedit leui fundamento inniti, faciendo Anan huiusmodi generationis auctorem. Nam quod dicunt, in textu haberri Anan tūc inuenisse ☚' ☚' cum pasceret asinos patris sui; quasi ea occasione experiri voluerit commixtionem equi cum asina si fortè proles existeret, non facit ad propositum, nam eadem occasio trahitur à nobis congruentius ad inuentiones aquarum. Et quod iteram producunt Anan fuisse spurium, ac proinde spuriam, & præter naturam conatum esse speciem introducere; fruolum est, & gratis dictum. Quare Oleaster, qui in vulgatum solet impingere, & hunc locum exponens ait. Nunquam in scripturis eo vocabulo significari mulos reperi, & proper paucos Hebreos, qui, ut sè testatus sum, conjecturis potius, quam lingua peritia dicuntur, non puto nomen à propria sue radicis significatione alienari debere. Hæc Oleaster. Et non erat ergo cur Vvitakerus virgula censoria, reiecto interprete, voluerit tantum significari mulos, cum etiam Oleastro teste, nullo modo tale vocabulum mulos significet (vnde inquit nomine à sua radicis significatione non alienandum) sed potius veniam aquæ salæ, quam maria scriptura vocat idem. Optime ergo ingens stagnum aquarum calidatum (quæ propter salinæ, & copiam ingentem, maris quoque nomine significari potuerunt ab interprete, tum ex affinitate lingua Punicæ, tum ex conditione aquæ salæ, cum verè ex proprietate, & effectu calida sit) aquas calidas vertit interpres, vel quia in solitudine aquæ sulphureæ, vel balneares solent etumpere: & tanquam quid singulare, quod in deserto inuenient sint aquæ saluginosæ, & consequenter calidæ, cum procul à mari distarent, sacra scriptura commemorat.

Ad alium locum Genes. 37. Etsi Hebraica, Septuaginta, & Chaldaica etiam legant decem septem, non propterea discordant à vulgata. familiaris enim est Historicis, & Chronologis talis computandi diuersitas, ut alij exactos annos, alij inchoatos enumerent: vnde ad propositum ibi in Hebreo attenditur inchoatio decimi septimi anni. Hic verò de expleto sex todecimo anno tractatur, & interpres noster plenum numerum exprimere voluit, quod sexdecim explessit, qui decimum septimum attingeret. Vnde Philo. Erat circiter decem, & septem annorum.

Ad locum Genes. 38. Etsi vox Hebraica. נָגֵה significet amicum, quia tamen sine punctis etiā legi potest ronghe, & pastorem significat, ut etiam ibi aduertit S. Hieronymus, qui utrumque legi pos-

se ibidem docet, potius 70. quam istis nebulonibus est credendum contendentibus non posse legi pastorem, seu opilionem: & verisimilius est à Iuda pastorem, quam amicum ad dandam capræ hædum Thamar quam meretricem putabat, fosse transmissum: & quamvis Hieronym. alijs 70. taxauerit, tamen in vertendo hunc locum 70. secutus est. vnde immerito Eugubinus Sanctum Hieronym. taxat, & carpit.

Ad locum Genes. cap. 43. v.45. In Hebreo habetur עַפְנָח פְּנָח Zaphanath Phaanecha, quæ verba Aegyptiaca, significant Saluatorem mundi, Hebraicè autem absconditorum repertorem; vnde ait in qq. Heb. sup. Genes. licet Hebraicè hoc nomen absconditorū repertorem sonet, tamen quia ab Aegyptio ponitur ipsius lingue debet habere rationem. Interpretatur ergo sermone Aegyptio Zaphanath Phaanecha Saluatorem mundi, eo quod orbem terræ ab imminentis famis excidio liberarit. Quamsententiam non improbat S. August. q. 134. in Genes. & amplectuntur Rupetus, Iosephus lib. 2. c. 3. & mirum in modum effert Eugubinus dicens, quod magna gratia habenda sunt Hieronymo, quod eas voces obscurè redditæ à Septuaginta expresserit. Abeat ergo nunc Caluinista, diuisusque ab orbe, & ut be Brittanus, definat S. Hieronymum in Aegypto quoque versatum insectari.

Ad alium locum ex Genes. 45. Eundem sensum Hebraea, & Græca retinent, sed clarior est vulgata versio, quæ sensum potius, quam verbum expressit. constat autem textus agere de pecunijs, & vestibus dicendo. Benjamin vero dedit trecentos argenteos cum quinque stolis optimis. Vnde consequenter subditur. Tantundem pecunia, & vestium mittens patri suo.

Ad locum ultimum. Idem plenè sensus est dicere. Dissoluta sunt vincula brachiorum, & quod robauerunt se brachia manuum eius, ex dissolutione enim vincularū brachia roborata sunt, & consonat Oleaster vertens. Extensa sunt brachia manuum eius, & docet aduertit vocem Παζαζ significare ne dum fortificare, ut dicunt Rabbini, sed etiam extendere. Ex extensione autem brachia sunt fortificata, & liberè se mouere poterant, vnde 2. Reg. 6. dicitur. Videl David extendentem se, aut eleuantem se secundū eandem significationem. Eadem radix significat aliquid ductile solutum, quod facile tractari potest, & extendi, quale est aurum super omnia metalla, ex Plinio lib. 33. c. 3. vnde aurum optimum, & super-excellens paz dicitur, & sensus plenissimus est, ita sunt emollita, & dissoluta, & extensa vincula Ioseph, sicut aurum extenditur, & mollescit, & idem est sensus. Vel dicendum, quod cum brachium nedum fortitudinem, sed etiam substantiam aliquius designet, significatum quoque est, quod dissolutis vinculis, brachia roborata sunt ex collatione donorum annuli, armillæ, vinculis succedentium. vnde Chaldaeus hoc exponens dixit. Positum est aurum optimum super brachia eius, corroborauit, & confirmauit regnum eius. Et Caetanus aduertit in Heb. legi aurata sunt brachia manum eius, eo quod id contigit, cum exaltari meruit à Pharaone, & præpositus est Aegypto, & certè non sunt deaurata vincula ferrea, sed folium in aureas armillas commutata, & dissolutio, & obiectione priorum vincularum ex nouis armillis exprimitur. Vnde satis appareat interpres nostri mira sapientia, qui terminum, à quo, vincularum expressit disso-

dicitur, *vidimus gloriam quasi*, Ioan. 1. Et interpres noster, non unum vel alterum felicitatis genus significauit, sed omne expressit, & melius verit, *sicut letantium omnium*, unde, & Chaldaeus, *quorum [verum] omnes species laudis*, &c. alij omnes scaturigines mee, hoc est omnes fontes bonorum.

Ad psalm. 88. fatemur, quod in Hebreo est, וְכָרֶב אַמְּנוֹתִים memento, ego quanti aui, ut verit Arias, quod idem ac dicere, *memento quid sum, quid tempus*, ut verit Pagninus, seu cui tempori sum addictus, vel conclusus: sensus autem hic cum nostra coincidit, & idem exprimit, *memorare, que mea substantia, fragilis, temporalis, &c. corruptioni, & temporis mutationi subiecta*, & quam modicum sit durarura.

Ad psal. 89. Verè in Hebreo est. תְּשֵׁב אַכּוֹת עַד כָּכָא conuertas hominem usque ad contritionem, & idem sensus est affirmatiuæ enunciationis Hebraicæ, ac formale negatiuæ Septuaginta, ne auertas, quæ æquipollit affirmatiuæ conuertas, ob particulam aduersatiuā, & sensus est planus ne auertas, hoc est, conuertas hominem ad contritionem, ad humilitatem, tu qui dixisti, cōuertimini filii hominū: tunc enim homines interdum conuertuntur, cum humiliantur, & flagellantur. Vel ne auertas homines in id humiliatis, seu vilitatis, & afflictionis genus, ut illo quasi obrutus resipiscere vix possit, tu qui conuerzionem præcipsis, & iubes dicendo. Conuertimini filii hominum.

Ad alium locum quidam Massoretici punctuant hoc modo וְלֹמְנָנוּ abscondita nostra, alij verterunt, adolescentiam legēdo וְלֹמְנָנוּ holamenu, & in hac forma etiam sacerdum significari potest, & sc̄sus est, abscondita nostra, & sacerdum, & ætates nostras posuisti in illuminatione vultus tui, ut iudicentur discussionis iudicio, sed quia Græce sacerdum est casus nominatiui oīāv, tunc subaudiendum est verbum, est, ut dicatur sacerdum nostrum est in illuminatione vultus tui. Alludit autem Propheta ad ultimum sequentis mundi periodum, qua completa illuminatione tenebrarum fiet in finali iudicio, cuius proximitatem ex malis ingruentibus Sancti sepius inculcarunt, & ex sequentibus verbis, quoniam anni nostri defecerūt, & in ira tua defecimus, sacerdi illuminandi, hoc est iudicandi ratio assignatur, nempe microcosmi vita breuitas, & flagellorum iniunctio, ut sint signa moribūdi orbis, qui loquitur occasū sui, & idem sensus est dicere, posuisti sacerdum nostra in lumine facie tua, & dicere. Posuisti sacerdum nostrum in illuminatione vultus tui, si fiat allusio ad ultimæ ætatis mundi periodos.

Ad id, quod additur, quoniam superuenit mansuetudo. Corripiemur, non contradicit versioni Hieronymi: nam rapere, & auolare ex hac vita corripi quoque est, & quod ita corripiamur, & euolemus, diuinæ misericordiæ effectus est, ut hominem à tot miserijs huius vitæ liberet, lege S. Amb. lib. de bono mortis. Corripere etiam secundum latinos est celeriter rapere: & corripi somno etiam dicimus, aliquem febribus, & morte, sic dicimus Italicè esse sopratrefo dal' sonno, dalla febre, e dalla morte, & interpres 70. attendentes verbum refectionis (sic enim est in Hebreo fonte כִּינָן חִישׁ quia resecavit eis) vocabulum refectionis tanquam lignum manu studinis, & clementiæ diuinæ posuerunt, si post

dies annorum nostrorum octuaginta, & aliam decrepitam ætatem, in qua est labor, & dolor, vitæ statima detruncentur.

Ad ps. 91. φ dicit Hebreæ lectio רְשָׁנִים וְעַנְנִים וְיָהִים & noster verit Pagninus pingues, & virides erunt ad annunciatum, expreserunt 70. εὐπαθεῖτες, ἔσονται, hoc est bene affecti, bene dispositi ad annunciandum. Bene autem pati resistentiam exprimit, quæ ex virore consurgit. Vnde ijs verbis significatur, viror, fortitudo, alacritas euangelizantium, & laudes Deo canentium, & Lindanus afferēs Patres, & quæ, ut & illi à nostra non dissentunt, nam & si videatur discrepancia in verbis, in sensu est mirifica consensio.

Ad psal. 106. Fatemur nunc in Hebreis fontibus haberi אַוְלִים euilim, & verti à nonnullis, stulti propter viam præuaricationis eorum, seu sceleris sui, sed 70. legerunt, non euilim, sed verbaliter Iuelim sine iod אַוְלִים ut sensus sit, roborauit eos, de via iniqutatis eorum, quod apertius latinè exprimitur auferre, seu suscipere de via iniqutatis. Dicimus etiam quod neque, ut modo legitur in hebraico textu, hebreus à latino discordat: nam ex eo, quod stulti proper viam iniqutatis eorum, supple, humiliati sunt, suscepti sunt de via iniqutatis: mala enim, quæ hic nos præmunt, ad Deum ire compellunt.

Ad Ps. 107. in Hebreo est γελάθησατρονιζημ, siue alienigenas, idem sensus est, & in eo versu significatur iubilatio ex confederatione cum illis exorta. Vnde Hieronymus verit, cum Philistym federabor. Fœdus autem sine amicitia non initur. Vel si intelligatur plena victoria optimè exprimitur. super Philistijn tantarizabo, vel ouabo, & ex subiectione, & victoria fœdus, & amicitia cum ijsdem promanarunt, ex bello enim pax.

Ad Psalm. 108. in Hebreo. Verba illa non solum faciunt sensum, ut sumatur Deus laudis, obiectiuè, id est Deus circa quem versatur laus, & cantio mea: sed etiam effectiuè: hoc est quod laudis meæ, sicut & ceterorujiistorum Deus sit author, & commendator, & promulgator: non enim qui se ipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat. Vnde meritò sequitur, ne tacueris, quia os iniqui, & peccatoris super me apertum est, postulabat. n. David Deum oratorem, & enarrantem laudes David ad detractiones impiorum eludendas.

Cum vero dicitur. caro mea immutata est propter oleum, intelligitur defectiuè, id est propter oleum, quod non apponebat in esculentis. Vnde quod Hieronymus verit immutata est absque oleo. Pagninus verit. caro mea macrūת כְּחִזְקָת pinguedine. Vnde in ablatio dicitur מִשְׁמָר miscemen. Vel potuit haberi a versoribus respectus ad ieunia, in quibus loco ciborum deliciorum, atque pinguium medullatorum, vsus olei adhibetur, habebant enim Iudei selectos dies, ciborum delectum ferrantes, ut patet in tractatu Taanith, & in itinerario Beniamim.

Ad psal. 109. in Græco est vox ἀρχή, quæ vertitur rectè hoc loco principatus, vnde Tertullianus contra Hermogenem sic dicit. Possum principium aliter interpretari non ab re tamen. Nam & in Græco principi vocabulū, quod est ἀρχή nō tantum ordinatum, sed & potestatuum capit principatum, vnde & ἀρχοντes dicuntur principes, & magistratus, & de hoc principatu

ait Chrysostomus in hunc psalm. *quod non inest Regibus alijs*, cum eorum principatus sit operatione, importata extrinsecus consistens in multitudine exercitus, &c. sed ipse nempe Christus (ait idem) habuit principatum in natura in substantia, et qui non eam accepit postquam fuit genitus, nec extrinsecus importat, aut aduentitiam possederit, & eius insuper sit, principatus perpetuus, & immortalis: sensus ergo est, quod principatus iste, non est nisi coniunctus cum illa hypostasi, de qua idem Christus dicebat principium, qui & loquitur vobis, in qua diuina natura fundatum. etiam esse principatum dicebat Esaias. factus est principatus eius super humerum eius in natura eius. Similiter in nostro proposito solum principatus, & principium iunguntur, cum perpetuitate enim noctuntur, ad differentiam eorum principatum, qui quidem principium habent, sed cum terminatione. Sed & huic principatu, præsto cum sit multitudo ministrorum, exercituum, &c. propterea aliae translationes vulgatam explicant. Subdit enim sunt populi Christo, victoria reportata est de idolis, &c. vide ibidem Chrysostomum.

Ad psalm. 119. Quod in specie alij traduxerunt. carbonibus iuniperorum, ad flammarum aptissimis, ex Plinio, & Theophrasto, in genere traduxerunt. cum carbonib[us] desolatoriis, magnam flammarum, & desolationem afferentibus, & per arbores deserti, & vastitatis, similes omnes arbores generaliter denotantur.

Ad psalm. 125. sensus idem est, in Hebreo quidem est כְּחַלְמִים, idest somniantes, & nulla est differentia versionis ab Hebraica, & Graeca. etenim ut dicit Chrysostomus, consolatio explicatur quod facta fuerit, quiete, letitia, voluptate: quies autem ex somno, in quo insomnia contingunt (sumendo effectum pro causa) conciliatur, sed propriè loquendo insomnium, ut dicit Macrobius, quandoque visum significat, quod Græcis πάντα, & eo sensu Actor. 12. Petrus exiens sequebatur Angelum, & nesciebat verū esse, quod siebat, existimatque se visum videre. aliud exemplum profanum pete ex Liuio lib. 33. cum promulgata fuit captiōrum Græcorum libertas, quod præ letitia alij alios intuebatur, mirabundi veluti somniī vanam speciem.

Ad Psalm. 126. vocem כְּהָרִים Nehurim, alij legunt apud Chrysostomum alligatorum, alij vexatorum, exagitatorum, ventilatorum, & afflictorum; possumus addere, & nos expulsorum: unde 7. Aeneidos, patria excusos, expullos vocat Poeta: & apud Paulum Iureconsultum, excutere, expoliare significat, &c. & sensus est, quod non sunt lagittæ terribiles, sed tunc quando tenentur à manu fortis, ita subdit David, erunt terribiles filii excusorum, hoc est eorum, qui erant quandoque vinciti, & obligati. Et quia fortitudo consequitur iuuentutem vegetem, & fortem transtulerunt alij, ita filii iuuentutis, excusos enim ait S. Hieronymus ad Marcellam, consuetudo sermonis vegetos, robustos, atque expeditos vocat, & 70. in Esdra pro iuuenibus transtulerunt.

Ad psalm. 128. idem sensus est, nam utraque meta phora imponendi dorso onera, & in eodem arandi ex plagatum impressione, vitetur propheta ad significandam fraudem, & exulceratam malitiam cum ui magna, & vehementi, & diuturnitate temporis, ex Chrysostomo. Vel dicendum, quod exprimitur,

& significantur cruciatus, quibus Martyres à tyrannis afflitti sunt: sed & illud חֶרֶשׁ Hareschū, quod uerterunt arauerunt, sumere potuerunt 70. à significatu חֶרֶשׁ Horosh, ex quo fabri, & artifices nominantur 3. Reg. 9. v. 14. vi sensus fit. Quod facit faber malleator super incudem, & facit arator sulcando, præstiterunt idipsum carnifices martyribus, ex carnificando: unde etiam in prophanis dicebat Ponponius. Gerens præterea sulcatim concisam faciem.

Ad psalm. 138 in Graeco eit παρεκκλησία, quā vocem vertit Chrysostomus, consolationem accipiet, hoc est, ait Chrysostomus iudicabit de populo, pœnas sumendo, sed seruos suos recreabit, hoc enim est cōsolationem accipere. Vel consolationem accipiet (idem dicit Chrysostomus) ostendendo reconciliationē, quę clementiæ diuinæ non eorum meritis adscribitur, unde idem exprimitur in latino cum dicitur [deprecabitur] accipitur enim passiuè verbum illud deponens & idem est, ac esse exorabilem, placabilem, quod Chaldaeus expressit dicens. ad seruos suos conuertetur, in miserationibus suis.

Ad psalm. 138. in Hebreo quidem est, קְרֵב iakerū quod idem est, ac esse preciosos: haberi autem aliquid in precio est honorificari: unde Chrysostomus subdit, non est parua virtus Dei amicos honore afficere, recte autem uerterunt amici tui 70. particulam illam רְעֵי: & si recentiores uerterint רְעֵי cogitationes, melius etiam uerterunt 70. nimis confortans est principatus eorum, vel ut alij ex Chrysostomo dicunt, multiplicia sunt capita eorum, כְּרָשָׂת raschelē, וְרָא enim significat caput: caput autem trāsfertur etiam ad principatum, nō autem significat summā: quare nouelli interpres referentes summam ad cogitationes vertentes, quam inualuit eorum summa, non recte transtulerunt.

Ad ultimum. Etiā hanc lectionem aduertit Chrysostomus dicens, quod alius legit, in sancto suo, alius in sacrificato suo, sicut & alij in sanctuario, sed quomo docūq; dicitur idem sensus est: nam ut dicit Chrysostomus, hoc vel dicit de populo, vel de vita sancta, vel de sanctis viris. unde ut recte docuit Genebradus, est apostrophe per eclipsis ad celites. Sic onagri stoliditas satis superque refutatur.

#### 6. Ad loca ex libris Sapientialibus.

**A**D locum ex Parabolis cap. t. dicit noster Caietanus, quod idem est habere doctrinam, & versutias sermonum. nam mox subditur, ut detur paruulis astutia, & adolescenti scientia, & intellectus. ubi Caietanus. parui refert, ait, quod in Hebreo habetur, ad dandum simplicibus calliditatem, pueroscire, & cogitationes: nam simplicibus necessaria est calliditas, qua eagent, ut prudenter se gerant, pueris tum scire, tum cogitationes: quemadmodum enim simplices indigent, ut exercitentur in actionibus, quasi astutis, ne fallantur, ita pueri eagent exercitatione, meditationum, ne sint præcipites, ut sciant discernere à prosequendis, quæ omnia etiam sunt necessaria, multò magis ad faciendum iustitiam, & iudicium. & quamvis multi illud, versutias, vertunt, confilia, vel gubernacula, idem etiam significatur, ut idem Caietanus annotauit, nam significatur à Salomone aliquid pertinens ad perfectionem intellectus, ut ne dum sapiens, sed etiam vigens acumine intelligendi pro-

# De sacrorum Bibliorum versione. 339

proficiat ex parabolis acquirendo ingeniosas vias, & claras industrias, quæ ad ea, quæ agenda sunt, occurrunt, quare gubernaculum translatum est ad regimen, & administrationem, vnde Cicero oratione pro domo sua ait. Cum Senatum à gubernaculis decisset.

Ad alium locum Prog. 18. idem sensus exprimitur. In vulgata enim ex concordia monstratur inexpugnabilitas fraternalis, quasi ciuitas firma. Hebraizantes monstrant inexpugnabilitatem fratris rebelis in fratrem ex pertinacia, ut facilius sit ciuitatem fortis flecti, quam animum fratris rebellis, & pertinacis. Verum nostra lectio vulgata cum antiqua 70. consentit, vbi legitur. *Frater à fratre adiutus tanquam urbs munita, & S. Cyprianus 14. ep. 2. legit. Frater fratrem adiuans exaltabitur.* Aquila vero & si vertat, *Frater rebellans p̄e ciuitate fortis, nequaquam à nostra dissentit traductione, siquidem si sit aliquis frater rebellis, naturali inclinatione, ab altero fratre auxilium subministratur, & magis sanguis eos fortificat, quam ciuica communicatio.*

Ad alium locum. iam ille locus à mendis restitutus est ex correctione Sixti V.

Ad locum Ecclesiastes primo. Idem S. Hieronymus sic legens in commentarijs, peruersum non poterit adornari, & imminutio non poterit numerari, sic interpretatur ad subiectam materiam, in concreto, frequenter enim abstracta ad concreta transferimus, vnumque pro altero usurpamus, dicit idem Hieronymus. *Qui peruersus est, nisi antea corrigatur, non poterit adornari.* recta siquidem ornatum recipiunt, & curua correctione, vnde peruersus non dicitur, nisi qui depravatus a recto est, ut sensus sit. Tanta est malitia in huiusmodi captiuitate, ut ad integrum boni statum redire mundus vix valeat, nec possit facile recipere ordinem, & perfectionem suā cum primo conditus est, & tantus est numerus seditorum, ut suppuratione aliqua comprehendendi non possit. Et S. August. lib. 2. contra Parmenianum cap. 16. obiecent eodem heretico, infidelem non posse consequi sacramentum, neque peruersum posse adornare, responderet manere sacramentum in peruerso, quem non ornabat, sed iudicabat. pro eodem habes peruersum esse, & non ornatum, seu non directum, & depravatum. Quod vero alijs vertunt ex Hebraeo, defectus non potest numerari, aequivalent nostræ versioni. *stultorum infinitus est numerus,* siquidem textus Hebraicus omnes defectus, eosque innumerabiles comprehendere videtur in generali, quos tamen interpres in specie explicauit. Inuenitur enim ut aduerit ingeniorum flos Caietanus (quem immitto Gretzerus solecum, & barbarum soleat appellare) inuenitur defectum magna multitudo in operibus naturæ, bestiarū, & hominū; inter quos stultitia annumeratur, quæ latissimum campum obtinuit, ut numero carere videatur. Vnde parens eloquentiæ 9. epistol. 22. perbelle scripsit. *stultorum plena sunt omnia, & Cleo apud Dionem. Stultitia maiori ex parte omnibus dominatur.* Quare nulla est contradictione.

Ad secundum locum Ecclesiastes. Illa varietas, sensum non destruit: nam ijs verbis ostendere vult Salomon, quod quantumvis iusti, ac perfecti sint Deocari, & eorum opera accepta, ijsdemque priuilegiatis; tamen, ut dicit ibidem Caiet. ignorantia com-

muni subditur, non valentes ea, quæ ex amore, vel odio procedunt, discernere: vel vt Hieronymus dicit, vtrum amentur à Deo an non, nunc eos scire non posse, & ambiguè fluctuare, vtrum ad probatorem sustineant, quæ sustinent, an ad supplicium. In futuro igitur scient, & in vultu eorum sunt omnia, id est, antecedit eos, cum de vita hac deceperint, notitia istius rei. quare si actiū explicitur, sensus est, quod coram nobis sunt, quæ circa nos geruntur, siue prospera, siue aduersa, & nescimus causam aduersitatis, vel prosperitatis, an sit odium, vel amor Dei, vt explicat Caiet. si passiū legatur idem prorsus sensus est. vnde Hieronymus vtrumque sensum complexus est, sensum actiū, dum transtulit, & quidem charitatem, & quidem odium non est cognoscens homo, sensum passiū vertendo, vtrum amentur à Deo an no, & sic per omnia est cōsonātia, quod vero vltima verba Græci nouo facto principio ea quæ habentur in Hebraico, omnia ante faciem eorum, quod versum est à vulgato, omnia in futurum reseruātur incerta, ipsi vertant, omnia ante faciem eorum vanitas, potius credendum est Hieronymo, quam Græculis; nam in originali est

**הכל לפניהם** quod interpretati sunt periti ex Hebraeo omnia ante faciem ipsorum ipsi vero mutantes **וְלֹא יָרַב בְּלִבְנֵי** quod est nomē yanitatis, sic sunt interpretati, omnia ante faciem eorum vanitas in omnibus. vnde ex Hieronymus ad intelligētiā germanā huius loci afferret etiā Symmachū, qui sic vertit, & insuper neque amicitias, neque inimicitias scit homo, sed omnia coram eis incerta; properterea quod omnibus eueniunt similia iusto, & impio, quare ex antecedentibus, & consequentibus magis est probata vulgata lectio, quam quæ ex Græcissantibus fingitur, vt videre est apud Hieron. Caietan. & alios interpretes. ventosa ergo sunt Thrasonum horum argumenta.

Ad primum locum ex Canticis Canticorum. Verte in Hebraeo habetur in plurali *ex osculis*, & simpliciter sic interpretati sunt 70. *אֲתָּה פְּרָנָתָךְ* ponit vero plurale, pro singulari, maxime vbi redundantia, mirificam intelligentiam ad mysteria aperit, non inconsuetum est, nam quæ diligit, non vniuersitatum osculi paucitate est contenta, sed plura exigit: vnde & illa mulier sic probata est, quia non cessavit, ait Dominus osculari pedes meos, & ideo remittuntur ei peccata multa, &c. Hebraismus autem hic ponere plurale pro singulari maximum ad significandam abundantiam habetur Iob 12. vbi de prædonibus legitur, audacter provocant Deum, in Hebraeo est nominatus pluralis numeri loco audacia, audacia vel conscientiae provocantibus Deum, ut sensus sit. magna est audacia, & temeritas his, qui lacessunt Deum. Vel dicendum, quod cum transferri possit ex osculis, vel de osculis, non plura denotantur, sed vnum, idque præcipuum osculum, & sic mirifica connexio est.

Ad alium locum, ut bene aduertit noster eruditissimus F. Ludouicus de Sotomaior in hunc locum codices Latini, & Græci illam periodum refinent. Similiter & editio 70. quæ cum sit paraphrasis potius quam translatio, paraphrastica licentia vtitur, hoc est sensum potius quam verba venando, ut prius annotarunt Origen. in Euang. Ioān. cap. 13. ad ea verba, qui manducat panem meum, leuabit contra me calcaneum suum. Clem. Alex. lib. 1. Strom. Hierony. in Esa. cap. 1. 21. & cap. 24. & in epist. ad Marcell.

Mirificè autem sensui quadrat: nam cum superius dixerat, fragrantia vnguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum: propterea adolescentulæ dilexerunt te. causaliter cur sponse illum dilexerint, ex fragrantia nimis spensi, merito subiungitur, curremus in odorem vnguentorum tuorum. Vnde nil est hebraicæ veritati repugnans, sed potius est eorundem adiectio, vel additio nouorum verborum, ut magis sententiam exornent, præsertim cum amantes odo ribus oblectentur, & allicantur. cumque sponsa sit toties columba descripta, quæ odoribus maximè delectatur, & post odoramenta currat, ut egregiè Basili. cp. ad Iul. quæ est nu. 175.

Ad aliud locum. Iam coriecta habent Bather. Et Bethel corruptam vocem esse, aliudque propterus significare manifestum est: an autem sit nomen proprium, vel appellatum diuersitas est interpres. Quidam dicunt esse nomen proprium montium quorundam, qui sunt in terra Israel, sed nec in tota diuina scriptura fit mentio talium montium, quod hoc nomine vocentur, nec apud scriptores prophanos nec Rabbinos. Alij censem esse appellatiū, ita dicit Rabbi Selomoh, vnde 70. interpres sic transtulerūt επι ὄρη λαμπταντα, hoc est super montes concavitudinē: ad quos cōfigebant tempore æstuio: vnde etiē montes connallium legunt Theodoreetus, Psellus, Ambros. ps. 118. ser. 14. & vt aduertit doctissimus noster Ludouicus de Sotomaior est epitheton generale magnorum omnium montium, vt vocentur בְּהֶל ut habeant diuisiones, vel concavitates, vicinasque valles. vnde בְּהֶל est discernere. Et Pagninus dicit, in thesauro posse verti super montes diuisionis. sive ergo nomine proprio, sive appellatio designentur hi montes, certum est, tales montes in Iudæa repetiti, quæ magna ex parte montana erat, vt dicitur Iudicium cap. 1. & scribit Ioseph g. de bello Iud. cap. 5. ad hos autem montis diuisos, abruptos, cerasas diuertere solitas scripsit Arist. lib. 9. de histor. animal. cap. 5. Quia tamen multi Patres, & expositores Latini legerunt Bethel, eorem lectio vt probabilis, præsupposita indubitate vulgata, admitti potest, nullo modo repugnans vulgata: nam fortasse ad illos montes acieē mentis direxerunt, qui reperiūtur descripti in terra promissionis in Tribu Beniamin propè Ciuitatem Bethel. vnde ex vicina ciuitate dici potuerunt montes Bethel. sed sibilantes aspides, & coaxantes ranas satis importuni demōstrantur.

Ad locum Ecclesiastici. Quamuis hoc loco nō meriti sit adeò inuisum aduersarijs, recte tamen hic vertit interpres secundum meritum, nam quod toties in scripturis prædicatur, Deum redditum uniuicique secundum opera sua κατασπύει idem est ac secundum meritum eius, quod enim à Latinis dicitur fieri secundum meritum, id Græcis dicitur κατα αξία secundum opera eius; certum autem est, quod alicui retribuitur secundum opera, reddi secundum dignitatem operantis, & operum, quæ ab illo procedunt, vnde cap. 3. Apocalypsis dicitur. Ambulabūt mecum in albis, quis digni sunt, quod latine adhuc dicemus, quia meruerūt vel meriri sunt. Sensus ergo est vulgata, quod omnis misericordia faciet locum uniuicique, nemque ut aequaliter, & perueniat ad id, quod expectat, nempe brauium, quod datur recte operantibus, quod clarius exprimitur secundum me-

ritum operum suorum, quod ad cursum bonatum operationum attinet. & quamvis aliqui legant, vt in exemplari Complutensi, omni eleemosynæ fac locum ποίησοι, alia quoq; exemplaria legunt, faciet locum, nempe Deus bonorum operum inspirator, & sensus idem est, ut tam Deus quam homo faciant locum eleemosynæ, homo largiendo eleemosynam, Deus mouendo ad bonam operationem per gratiam, quæ est meriti radix, vnde Pro. 18. scribitur, quod donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spacium ei facit, multo magis dilatabit viam iusti opus bonū & faciet spacium, ut recipiat à Deo mercedem, ut dicitur 1. Cor. 3. Ad quod meritum explicandum in loco citato Ecclesiastici, mox subditur, & secundum intellectum peregrinationis eius, hoc est eo magis me rebuntur, quo intelligent se esse peregrinos, & ad uenias super terram Heb. 11. ex Carthusiano, & Hugone nostro Carenzi. quare ut recte ponderauit Ianuenius in expositione huius loci, quodam exemplar habebat, & secundum meritum peregrinationis eius, & fortasse sic legit Rabanus 2. Reg. 6. sic enim habent eius commentaria. Quod autem dicti misericordiam facere uniuicique secundum intellectum peregrinationis eius, ostendit, quod quicunque bonis operibus certat mandata Dei custodire in huius peregrinationis tempore, & pio labore studet cum lachrymis, & gemitu peccata sua emendare, æterna quiete merebitur consolari, quibus verbis dum magis explicatur à Rabano meritum peregrinationis, quam intellectus vel cognitio peregrinationis, non leuis coniectura est, meritum legile potius, quam intellectum, sed quomodocumque legerit, idem est remuneratum iri iustum secundum meritum, vel secundum intellectum peregrinationis, qui enim se intelligit peregrinum super terram, non nisi ad remunerationem celestem apicit, & coronam retributionis, quæ est iustorum intentio, laborare, & expectare finem operis sui.

Ad aliud locum cap. 25. respondetur, verè in Græcis codicibus nullum esse nomen proprium fluuij, qui appellatur Doryx, sed potius exprimitur nomen appellatum δόρυξ, quod significat fossam, uel tramitem, è fluuij deductum ad transferendum aquam. Quarè imperitè quidem apud Rabbanum existimarent Doryx esse amnum situm in Armenia, qui dicitur Araxis. Imperitius alij nomen Doryx ueterunt in, uorax. Vnde necessariò dicendum est ab aliquo sciole, quod forte in margine aliquorum exemplariorum annotatum erat, textui fuisse mixtum. Et merito suo candori restituta est lectio, in correctione Sixti Quinti, Græcis & correctioribus aliis exemplaribus inspectis. Et sensus est, ut diuina sapientia quasi trames, & quasi fluuius fossilis, & sicut aquæ ductus exierit de paradiſo ad irrigandam terram fluentis gratiarum, & doctrinæ. Non est ergo, quod aduersarij imperitæ sciolorum nobis affrictent, quam Ecclesiæ calculo dicimus emendatam.

Ad cap. 45. Non recte à multis legebatur, cor ad precepta, quare ea lectione explosa pristino candori restituta est ex inspectione texti. Græci, & aliorum codicum incorruptiorum, & pericula coram hic ponit aduersarialiter, hoc est in presentia, quod respōdet Græco textui, qui habet καὶ ἐδωλεῖ ἐν ἀντοκατεπέσθαι, dedit mandata ei in facie, & sensus est, cum deduxisset Dominus Moysen in nubem tum.

# De sacrorum Bibliorum versione. 341

dedit se ei præcepta coram, id est in præsentia, siue in facie, quod si *coram proximitatem significat dicento* Ter. in Eunicho. *Quæ mihi ante oculos, coram amatorem adduxit tuum*, sensus esse potest, quod remanente solo Moysè ad loquendum cum Deo sicut loquitur amicus ad amicum, cui solum datum est talis familiaritas, & proximitas, ceteris longe remanentibus, data fuerint præcepta cum ista proximitate ad diuinam præsentiam.

Ad locum Sapientiæ 12. respondeatur iuxta textum Græcum, & correctiores codices latinos restitutum eum locum, qui obijicitur. Verisimile est, ut notauit Ianseni us scriptorem aliquem illam vocem *condemnare* vertisse in *condemnans*, addita coniunctione, & hoc pacto mendum istud serpere potuit in alijs codices, & sensus est. Punire vel condemnare aliquem absque demeritis, ut potentia utaris, seu virtute vel fortitudine, alienum ab illa existimas. vnde huius ratio mox additur. *Virtus enim tua iustitiae initium est*, quasi diceret in alijs fortitudo est lex iniustitiae, quæ insontes multoties plectit, at virtus, & fortitudo tua est iustitiae initium. nam non te impellit ad seuenendum in omnes, sed potius ad parcendum omnibus. vnde subditur, & ab hoc quod omnium Dominus es, omnibus te parcere facis. Retenta vero priori lectio, quam sequitur Greg. lib. 3. moralium cap. 11. & interpretatur de Christo, sensus est. eum, nempe Christum, qui non debet puniri condemnans, quia quæ non rapuit exoluebat, quem sensum sequitur glossa interlinearis, & ordinaria. secundū vero Augustinum lib. 83. qq. 53. intelligi potest de afflictione innocentis quantum ad penas temporales, vel inmeritum, vel in aliorum exemplum. Alij insulse huc locum trahebant ad probandum exclusionem reproborum à regno Dei ante prævisa demerita. Sed verbum condemnare significat penam, quæ pro culpa infligitur, & illam subsequitur. Aptius quidam ad probandum originale peccatum, ut qui actuali peccato non damnatur originalis penas luat, alioquin si nullum originale peccatum homines contraherent, iniustitia esset punire non puniendum, vt docet Arausiconum Concil. canon. 3. sed correctori lectioni restituta insistendum, prior vero non est propter Patrum reverentiam rejicienda.

*Ad loca ex lib. Prophetaribus.*

**A**d primum locum Isaiae respondeatur. Idem sensus est, quod enim Hieronym. pro prohibitione Dei insinuat ne calcent impij atria domini, per extenuationem dictum, quasi dicatur impijs, ex nostro Forerio, putatis ne quicquam aliud à vobis agi? an vero existimandum est cultum esse Deo dignum, & gratum si nihil aliud agatur, quam calcibus terebre, aut quatere atria mea? &c. Ad alium locum eiusdem capituli Πτη speciem esse quercus omnes consentiunt. Illicem quoq; verti posse docuit Forerius. Therebintum vero Hieronymus, sed quæcumque species arboris significetur, fatis insinuat sensus ex quacumque harum traductionum, quod ij, qui quādam lucos erant sectati, vbi harum species arborū inuisuntur, relinquentur absq; frondibus, cultu 53. & sacrificio, veluti quercus, Ilex Therebintus defluētibus foliis, & modo etiam aspicitur Reipublicę He

breae status horridus, à qua recessit omnis decor, atque ornatus, pœna culpæ correspondente.

Ad hoc Es. 9. bene notat noster Forerius iuxta puncta Masoretarum legendum, & vocabit, ut Rabbini fecerunt ad hunc locum eruandum, quibus Nouatores Iudaizantes libenter subscriperunt, ne cogerentur fateri, quod Messias esset Deus. Verum negaro non possant, quod tertia persona interdum non accipiatur impersonaliter, & passiuē seu. 13. immundus immundus vocabitur. Deut. 15. quoniam vocabitur remissio. Adde quod eadem litteræ נָפָר sunt vocis actiæ, & passiuæ sub alijs & alijs punctis. certius aut̄ est melius legisse 70. quā imperitos Masoretas, quare à Septuaginta traductione non discedendum.

Ad loc. Hierem. 23. similiter respondeatur, quod quamvis Iudæi legant: יְהֹוָה icreō, id est, vocabit, nempe dominus, hoc nomine, iustus noster. tamen veteres Rabbini, & Græci, ac Latini legūt, vocabūt, nempe fideles eum 53. Messiam, Dominus iustus noster, quo loco diuinitas Christi satis probatur aduentus Iudeos.

Ad alium locum Hieremias responderetur, ex Hugone nostro in hunc locum, tres fuisse vastationes illatas à Nabucodonosor. Prima fuit sub Ioachim filio Iosie 4. Reg. 23. secunda sub Ioachim filio eius, qui & Ieconias, 4. Reg. 24. tertia sub Sedechia. In prima vastatione fuerunt translati tria milia, & viginti tres vt dicit hic Hieremias, sed multo plures (subdit Hugo) si tot erant ibi nominabiles. In secunda 832. in tertia vero 745. vt dicitur quoq; in eodem Hieremias. sed intelligendum, ait Hugo, quod multo plures fuerūt, similiter plures in uniuersis captiuitatibus captiuitati sunt, quam quatuor milia sexcenti, sed forte tot erant nominabiles, quare cum numerus minor non excludat maiorem, in nullo Hieremias libris regum cōtradicit, & rectè vulgatus conformiter ad originalem textum translulit perperam obiectum, sed solutum locum.

Ad locum Iocelis, & si verbum δῆμον in Hebræo, significet consolatione affici, vel placari, vel penitentia duci, vnde 70. verterunt. Panitens super malitias. nihilominus, bene sēsus idem adaptari potest, quod Deus penitens super malitias, sit praestabilis super malitiam. vnde ex 32. dicitur. [Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui] ex penitidine enim inferendi malum pro culpa, oritur quod non vincatur à culpa, & inferendi malum pro culpa, sed præstet malitiae, hoc est non sinens se ab ea vinciri, sed illam potius vincat, vnde S. Cyprianus 4. epistol. epi. 2. serm. de bono patientiæ, & serm. de lapsis sic legit [& qui sententiā flectat super malitiam] vnde id sensus est. Deum placari penitentia duci, flectere sententiam super malitiam, præstādo malitiae. Nec interpres calumniandus, quod malum culpæ usurpauit præ malo penæ. hoc enim nomen malitia, in scripturis frequenter usurpatum pro malo penæ, & afflictionis, vt rectè hic aduertit S. Hieronymus. vnde Mat. 6. dicitur sufficit diei malitia sua. & Mach. 10. & recordati sunt, malitiae magnæ quam fecerat in Israel, & tribulauerunt eos valde, quare si scripturarum locutiones, & phrases Hunnius attendisset, nō interpretarem adeo insulscè oppugnasset.

## § Ad loca nouitamenti.

**A**d primum locū. In rerpres verrit, prout in Es. scriptum est cap. 7. Ecce virgo cōcipiet in Heb. & 70. verterunt. Ecce virgo in vīro concipiet. potius ergo Hebraicum & 70. debebat sequi, quam suam versionem proponere.

Ad cap. 2. iam pridem Hieronym. respondit super Matt. librariorum errore positum in nonnullis codicibus Iudeg. & Iudea omnes tribus comprehen dit, Iudea vero vnā specialem tribū, in qua Bethleē, vbi Christus natus est, situatur.

Ad tertium locum Matt. & si mendosi codices quidam legerent appropinquabitur tamen ex nupera correctione legimus [appropinquauit] & sic legunt August. 2. de consens. euang. Hiero. 1. contra Pelag. Theophil. Glossa, & alij, vide Iansenium. ipse quoque Erasmus legit appropinquauit, sed perperam traduxit peniteat vos, quia potius eo modo significare videtur, vt peniteat illos, quia appropinquauit regnum celorum, vt aduertit Stunica contra Erasmū, quam quod erratorum agant penitentiam, quod clarius interpres expressit.

Ad cap. 4. Lunaticos legunt Patres tam Grēci quā Latini Chrysostomus, Hieronym. & sunt qui certis lunae temporibus furia, vel morbo affliguntur: syderati vero dicuntur, quorum corpora vi quadam occulta syderum, momento temporis arefacta reddūt. fuisse vero potius lunaticos, quam syderatos appetit ex Matt. cap. 17. vbi quidam eo morbo agitatus domino curandus offertur.

Ad cap. 5. perpetam obijcit Erasmus legendum. Non adulteraberis. cum hoc vocabulum nō habeat, nisi actiuam significationem, ex Cic. de partit. oratoria, Suetonio in Augusto.

Ad c. 6. nulla ibi est diueritas, non dicitur ibi, vt notat Caiet. nolite multum orare, vel prolixē orare, cum Christus prolixius orarit, & in oratione pernoctaret, nec dicit, nolite loqui, sed vetat multū loqui orando, idest superuacaneis vti repetitionibus sicut faciebant Ethnici, putantes in multiloquio, hoc est in inani studio, & affectata verborum copia (sicut fit apud Principes) exaudiri, quod & Nissenus lib. de oratione aduertit: vnde illud verbum G. acum Battologia à Battō Poeta, qui ineptis repetitionibus vsus dicitur ex Ouidio 2. Metamorph. vel à Battō homine Balbo deriuatum quidam putant, ad significantum etiam sincopationem, & celeritatem, & balbutiem in orando, vetitam, vnde Theophil. in hunc locum dicit, quod battologia est nugacitas, talis est petere, aliquid terrenū, abolitū, idest gloriā, diuitias, victoriam. Battacismus vero inarticulata vox, qualis est puerorum. Sensus ergo est, tu ergo ne nugans, & multiloquussis. Nec repetitio orationum, nec orationis prolixitas ex his verbis damnatur: nam vt dicit Caietanus, et si multa locutio non sit per se appetenda, secus tamen est quando ratio suadet multā locutionem orando ad excitandam mentis deuotionem, vt sit in recitatione sanctissimi Rosarij, vbi tones replicatur eadem oratio tanto animatum fructu. vnde & propterea particula reprobatio addita est, sicut Ethnici. Illa ergo repetitio, & prolixitas dāatur, quando existimat Deus potius multa, quam pauca auditurus; hoc enim modo orabant Ethnici,

imo & Euchitę, propterea apud Epiph. & August. haeretici habiti sunt, non quod prolixē orarent, sed quod neminem saluum fieri posse, nisi indesinenter orarent, in sanissimē dogmatizabant.

Ad alium locum in codem cap. 6. Quod supersubstantiale dicit Matthēus, & quotidianum Lucas vtrumque dixisse Dominum par est credere, ex regula receptissima, quod cum idem sermo diversimē traditur ab Evangelistis vtrumque Christum Dominum dixisse, fatendum est, vt pater ex multis scripturā locis: recte autem supersubstantiale ex pressum esse S. Hieronymus in hunc locum docet, aduertendo quod vbi in Graeco habetur ἀπίστοις idē verbum πεπίστοι frequentissimē transtulerunt, cui voci trāslatā correspondet in Hebræo נָגָד, quod Symmachus ἐχαίρετο, idest p̄cipuum vel egregiū, vel eximium transtulit, licet alibi, peculiare in, interpretatus sit. Porro supersubstantiale dicit Theoph. qui substitutioni, & constitutioni nostrā sufficit; tollit autem curam de craftino. Supersubstantialis autē etiam dici potest, eo quod donat nobis desuper substantiam: nisi enim Deus semina terra conseruaret, & crescere sineret, vel si robur panis auferret, homo non posset substantiam suam nutritire, &c. p̄cipū verò, & egregium panem postulamus, nam vt Tertull. dicit lib. de oratione c. 6. panem peti mandat, quod solum fidelibus necessarium est, cōterā enim nationes requirunt. Vel vt dicit Augustin. epist. ad Probam, id quod est p̄cipuum in vita hominis, est panis, &c. Eccl. 28. vnde per hunc, omnia quā sunt substantialia ad vitam intelligentia, sed si intimē hebraismos perscrutemur, idem est dicere, panem supersubstantiale, & panem quotidianum: nam in Hebræo οὐγά significat etiam substancialē, vel robur, cui aliquid innititur, seu corpus cuiuscumque rei ex Pagnino in thesauro, quare quod dicitur Leuit. 24. uer. 14. non comedetis οὐγά γά v̄sque ad corpus diei huius, idem sonat, ac ad substantiam diei huius, seu ad hunc ipsummet diem: & sensus est, da nobis panem substancialē huius diei, idest panem ad corpus huius diei, ad hunc ipsummet idem pertinētem, & merito inquit Tertullianus supra, adiecit da nobis hodie, vt qui p̄miserat nolite cogitare de craftino. Possumus etiam ait Hieronymus supersubstantiale panem, & aliter intelligere, qui super omnes substancialias sit, & vniuersas supereret creaturas: vnde alij Patres, vel de Christo Domino, vel diuinissima Eucharistia, vel de diuina sapientia, & huiusmodi id interpretati sunt. vide S. Thomam opusc. 7. & in Matt. cap. 6. in huius loci explicatione. Sed S. Basilius in qq. brevioribus q. 252. panem πίεστοι interpretatur quotidianum, qui ad substantiam nostram seruandam est necessarius, & hæc vox idem, & quod substantialis p̄positione ἐπὶ non augente significationem in composite. vnde à Syriaco vocatur panis indigentie nostræ, vnde commodè, quotidianum, verit interpres, eo enim indiget natura nostra, quotidie, & plus hoc explicatur in verbo quotidiano, quam substanciali; & supersubstantiali accipitur non id, quod est super omnes substancialias, sed quod est substancialē, & essentiale ad naturam nostram.

Ad locum ex Matt. 7. in Graeco est τισεν, sed Theophil. & Euchym. aduerūt legisse interpretēm τισεν, monentes τι pro ὡς tanquam pro eodem vñus-

surpatum ab interprete, quibus subscrabit Maldonatus, & esse idem τι, & οὐ, ait, ac quid, quod est signum admirantis, ut est vox papè. Accipitur ergo pro οὐ, aiunt, quod idem est ac, quām, & rectē noster veritatis interpres. Et est hebraicus νῦν vim habens interrogandi, ut psal. 10. quām admirabile est nomen tuum, quem hebraicum exprimunt haec particulae τι & οὐ, ut sensus sit, quām angusta, papè, quām angusta, vel quoniam angusta est. Vnde & si noster interpres legisset οὐ προ τι, idest, quoniam, & non quā in sensu nulla esset diuersitas: nam ut & qui pollet interrogatiæ, & admiratiæ dictiōnē quid, & quām, ita dictio, quoniam, quae est causalis subcontinuatiua, eisdem & qui pol. t. sed non oportet recedere à vulgata, quare lectionem illam admittimus ὅτι σένν, & ea vox ὅτι est quoque signum interrogationis affinis admirationi, ut sit idem, ac quid ira? vel cur, vnde Act. 5. dicitur ὅτι συνέπει, & vulgati lectio non discrepat. sed quoniam ὅτι nedum idem est, ac quod, vel eo quod, vel quoniam, quia, sed etiam ac quin, vel itaque, quod ex lexico Roberti Stephani, idem sensus exprimitur cum dicitur itaque, quod, angusta est via, & quam angusta, & quin angusta, &c.

Ad cap. 8. aptius veritatis interpres nauiculam, quā nauim, non enim nauibus, sed nauiculis, lacus, vel stagna, maria appellata Hebraeorum more, nauigabantur.

Ad cap. 9. & si illa particula in multis sit exemplaribus, tamen S. Hieronym. qui diligenter incorrupta exemplaria natus est conferens Græcum cum Latino illam particulam non legit, sed si Hieronymo fidem non habent, vel credant Beze testantur, quod in duobus vetustis exemplaribus eadem verba desint. Sensus etiam in idem reddit, ait Caietanus, & eodem sententia reddit, quoniam venit vocare omnes ad penitentiam, vnde incepit prædicare. Penitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum, & ex ipso contextu Euangelij appetet non de quorumcumque vocatione, sed peccatorum locutus est, dum tradit similitudinem de ægrotato, & medico. vnde Augustinus lib. de consensu Euangelistarū, ait, Lucas addidit ad penitentiam, quod ad explanandam sententiam valet, ne quosque peccatores ob hoc ipsum quod peccatores sunt, diligenter arbitretur à Christo, cū illa similitudo de ægrotis bene intimet quid velit Deus vocando peccatores tanquam medicus ægros, vti que, ut ab iniuitate tanquam ab ægritudine saluifiant, quod sit per penitentiam.

Ad alium locum c. 9. et si δαυπάζειν propriè ex vi verbi sit admirari, quia tamen interpres sensum potius quām verbum vertere curavit, cum admittatio possit ori ex gaudio, & timore, &c. ad explicatam non quacumque admirationem, sed illam, quæ ex timore proficiuntur veritatis consulto timuerunt, ad indicandam, ut dicit Hilarius, quod magni timoris res erat, non dimissis à Christo peccatis in mortem resolvi, cessanteque timore, honor Deo redditur, quod potestas hominibus dimittendi peccata collata sit, & propterea subdit, & glorificauerunt, &c. vnde Lucas cap. 5. quod hic appellat Mattheus admirationē expressit per ενσασιν, & supor apprehendit omnes, & magnificabunt Deum. & repleti sunt timore. timor ergo reverentialis ex re gesta in hoc loco insinuatur.

Ad cap. 10. quamvis Græca dictio νῦν etiam sponsam significare soleat, tamen etiam nurum si-

gnificare potest, vnde Micheæ 7. ad quem fit allusio dicitur. Filia consurget aduersus matrem suam, nurus aduersus sororū suā, & το. nurū virtutē, & in lib. Ruth, vocatur eadem νῦν Noemi, idest nurus, & Genes. 38. nesciebat enim, quod nurus sua esset, Græcē νῦν, & Leuit. 18. turpitudinem nuris tunc non reuelabis. Græcē νῦν. Accedit, quod cum nurus socii opponatur, necessariò vertendum erat nurum, non sponsam.

Ad cap. 11. suave legunt tam Patres Græci, quam Latinii: ita Hieronymus in Matt. & in exposit. p. 16. & Chrysostomus in Matt. particula vero illa χρηστή etiam suave significat, & dulce præter illam significacionē utilis, & commodi, & sūs accommodatio est, quem habet interpres, non enim tām utilitatem, & commoditatem ferentium exprimere debebat, quam iungi naturam, hoc est euangelicę legis qualitatem exprimere, in facilitate, & obseruantia mandatorū, ex Dei gratia, ut quod alias asperum est non amaribus, suave amaribus appareret, & computresceret iugum à facie olei diuinæ gratiæ, & propterea potius veritatis suave, & leue, quam vtile vel commodum.

Ad cap. 13. particula in & si verti possit ad ut supra diximus, cōgruentior hic posita est ab interpete tā. quam planior, & expressior, vbi denotatur, Doctor constitutus in Ecclesia, quæ est regnum cœlorum esse similis patri familias proferenti de thesauro suo noua, & vetera, sensus alter est obscurior, nam cum dicitur ad regnum cœlorum, aliquid est supplendū, nempe ad prædicandum, ad ostendendum regnum cœlorum, &c.

Ad 14. si verbum decollare Erasmi delicatulas aves offendit velut barbarum, & insolsum; debebat ut barbaros traducere graues scriptores, qui ea voco vī sunt, Senecam lib. de ira ad Nouatum tertio de crudelitate Cesaris tractantem, Suetonium in vita eiusdem Caij Cesaris, Plaut. in capt. Varro. de re rustica cap. 2. & alios, qui verbo decollandi vī sunt.

Ad locum Matt. 15. illa verba leguntur in Esaiā cap. 29. & facile ex quibusdam Græcis codicibus sūt in hoc loco Matthæi addita, aut ex Esaiā transcripta, nec enim noster interpres, & vīlus græcus, vel latinus præter Euthymium, & Theophilactum hāc verba ita leguntur in Matthæo. Sed vt cumque sit, nulla nota potest inuri interpeti, si nō legerit, ut oblitetur; & equivalens enim dixit, nam etiam appropinquare Deo, significat Deum colere. vnde psalm. 148 dicitur, hymnus omnibus sanctis eius, filiis Israël populo appropinquansib; & specialius ex Forero in Esaiam significatur ministerium sacerdotum, & ministrorum Dei, qui peculiari cultu vocabantur ad Deum colendum. vnde Leuit. 8. dicitur. appropinquare fecit filios Aaron. sermo ergo præcipue ad ministros Dei dirigebatur, qui speciali nomine sancti, & religiosi vocabuntur, qui tamen exteriori cultui Deum honorabant, cum corde longe à Deo absentem.

Ad cap. 16. noster interpres catechesi vīlus es, & eodem modo Græcē dicitur in Marco c. 8. videte, & caue. Porro inuerti etiam significat videre, & communis inspicere, licet etiam inuerti significet considerare intento animo.

Ad cap. 17. melius legit noster interpres οὐ χιλίων sicut Nix, ut & Marcus habet, & accommodatio est similitudo, ut nedum candida, verum splendida fa-

Quæ sint vestimenta, ut dicunt Marcus, & Lucas, & Hilarius, & veteres ita legunt.

Ad alium locū eiusdem capitū. *Hic est filius meus dilectus.* recte versum est ab interprete, *dilectus*, nam ex lexicis illa particula *ἀγαπητός*, carum, gratum, iucundum significat, & etiam dilectum, & licet plus significet, quād *dilectus*; tamē quia ex ijsdem lexicis *ἀγαπήσω*, etiam dicitur vñigenitus, nēdum Gen. 22. vbi *dilecti*, vñigeniti dicuntur, sed apud Homerum, & ῥοδαγατίτη affectio, sed *dilectio* ex Aris. 2. Polit, retinuit vocem *dilecti* interpres, ut explicaret filiū vñigenitū Dei esse *filium dilectionis suæ*, qua Phrasit vñtūtus Apostolus secundum hebraicam dialectum, quæ vocat *filium dilectionis*, *dilectum filium*, qualis est vñigenitus.

Illa vero clausula, *in quo mibi bene complacui*, reē quoque versa est, Græco dicente *ἐν τῷ εὐδόνῳ* nec enim signatur tantum per illam bona existimatio (sicut vertit Cypr. ep. 63. Tertull. adu. Prax. cap. 23.) sed etiam bona voluntas, propensio, beneplacitum (quod maius est existimare) signantur etiam placatio, & reconciliatio, vnde psal. 76. *Et non apponet, ut complacitior sit adhuc*, Græca habent *τὸν εὐδόντα ἔτι*, idest, ut iterum reconcilietur, & sensus est in quo erit placatio, & reconciliatio.

Ad cap. 18. Illa verba noui interpretis Erasmi nō habentur in text. & Græcum vocabulum *καρπάτη* tenere, & *τριάντεν* suffocare significat.

Ad loc. Matt. 19. Origenes Hilarius, & alij legūt. *Quid me dicis bonum*: sed re vera hæc habetur in Marco cap. 10. vnde quidam istam transcriperunt lectionem. sed D. Aug. 1. de Trin. cap. 13. Hieronymus, & alij legunt, *quid me interrogas de bono?* sed utramque lectionem admittit Origenes tract. 7. in Matt. & August. de consensu Euang. commodissime dicit vtrumque dictum intelligi, *quid me dicis bonū?* & *interrogas me de bono?* nam quid me interrogas de bono, ad illud magis referri potest, quod ait ille querens, *quid boni faciam?* ibi enim, & bonum nominauit, & interrogatio est. magister autem bone, nondum est interrogatio, & ideo ad illud, magister bone, respondit, *quid me dicis bonum?* vtrumque autem hoc dictum Christum dixisse, rationabilius est, cum etiam Marcus cap. 10. expresse dicat Christum dixisse, *quid me dicis bonum?* & ex ipso contextu Matt. apparet, nam subdit, *vñus est bonus Deus*, quo dicto respondet ad illam nuncupationem, *magister boni*, quia enim magister vocauerat bonum, & non Deum, docet ea responsione quemuis sanctum hominem comparatione Dei non esse bonum. vnde ut dicit Hieronymus, *non bonitatis testimonium renuit, sed magistrī absque Deo exclusit errorem*. Potest dici magis standum esse interpreti (qui in correcto exemplari legit *τί με ἐποτέ πεπίστεψε*, quam lectionem etiam posuit Origenes supra) quam attendendam Græcorum audaciam, qui ex Luca, & Marco eam lectionem voluerunt corriger.

Ad locum Matt. cap. 20. Indignum est argumentum responsonie, cum idem sit accipere singulos denarios, & singuli denarium: nam si dicatur singuli acceperunt denarium sit sensus, vñusquisque per se, hoc est separatim ab alijs accepit denarium vñicum: si singulos denarios, significatur vñicum, & solum denarium singuli distributum: antiqui enim singulum, pro vñico, & singulare accipiebant.

Ad Matt. cap. 21. nec illa lectio [ego Domine] vt legunt alij imperfecto sermone prolata nostra versioni officit, nam significatur, ait nōster Cajetanus, idem ac p̄st̄o sum, promptius sum ad parendū; nostra vero expressior, quæ legit, eo Domine. Vel dicendum errorem esse in Græco, nam etiam S. Chrysostomus legit. Vado domine, & sic legēdūm textus ipse loquitur.

Ad alium locum ex cap. 22. Etsi nubere fēminarū sit, tamē quia vox Græca γυμνὴ significat nubere, & vxorem ducere, Græcum interpretēm latinus voluit imitari, & sic legunt Tertull. de resurrectione carnis Ruff. in Symb. Hieronym. & sensus est, nec viros vxorandos, nec fēminas nupturas in resurrectione.

Ad alium locum sepe ponitur *se autem pro γαμοῖς*, enim, quare optimè vertit interpres, maxime, cum [enim] sit causalis clausularum p̄cedentium. vnde standum pro interprete, & non audiendus Calu. in Harmonia hæc minuta obiectis.

Ad Matt. cap. 24. Sensus idem est: nam vt dicit Origenes in Matt. qui audit ipsas voces, quæ sunt in p̄alij audit p̄alij: qui autem de p̄alij longe geſis audit, opinones, vel rumores audit p̄aliorum: sed rectius interpres expressit opinones p̄aliorum: nam Christus reddit causam, ne turbemini, quasi dicit, p̄alij, & opinones, vel auditiones bellorum, p̄aliorum, audituri estis. Vel idcirco positiū est verbum opinones, quia vt dicit S. Thomas in Matt. in p̄alij multum valent opinones: vnde frequenter contingit, quod pauci debellant multis, hæc ille. Quare ad hoc exprimendum aptissimē versum est [opiniones] quæ amplior significatio exedit captiuitatem ingenij Vvitakeriani. Accedit, quod auditio p̄aliorum *τύρων* est Hebraismus, quo rumor exprimitur, rumor autem, & fama ex opinione nascitur frequenter.

Ad 26. cap. Propterea falsi testes illi deprehensi sunt, quia verba Iesu mutauerunt. Iesu enim (vt egregie ponderat Cajetanus) dixerat, *solvite templū hoc, & in tribus diebus excitabo illud*; isti referunt, & post triduum redificabo illud. vnde ad exprimendā falsationem falsa relationis testimoniū, dictum est à Mattheo, post triduum, quod etiam habetur Marci 14. dum dicitur: *nos audiuimus eum dicentem, ego dissoluam templum hoc manuſactū, & post triduum,* sed quia legimus modo in correctis codicibus in Marco per triduum, accipiēdo [post] pro[per] vt nat Cajetanus, nulla est differentia inter Matthæum, & Marcum.

Ad alium locum Matt. 26. Idem est sensus si dicatur, exeunte illo ianuam, & exeunte illo in vestibulum: vestibulum enim erat locus ante aedium ianuā, inter aedes ipsas, & viam in eum vñsum efformatus, vt qui ē uia Dominum salutatum venisset, neque in via staret, neque in ipmis esset ædibus. vnde quod hic dicit Matt. *exeunte illo ianuam*, Marcus dicit, *exiit foras ante atrium*.

Ad ultimū locum. Etsi in codicibus aliquibus puris id legeretur, ab oſio monumenti, nunc in correctis non legitur, & impliēt conuenet dum dicitur, Angelum reuoluisse lapidem.

# De sacrorum Biblorum versione. 345

## Ad loca S. Marci.

**A**d primum locum Marci 3. Sensus idem est suo legatur, reuerterit aeterni delicti, sive aeterni iudicij: posita enim est causa pro effectu: nam delictum lethale causa est damnationis eternae, quæ culpam subsequitur, ipsumq; delictum est mensura supplicij: delictum autem aeternum est, et si temporalis sit actus peccati ex voluntate taliter affecta deserente fine ultimū, & aeternum pro temporali bono, & quæ peccatum in aeternum protelaret. vnde merito Augus. de ciui. De lib. 21. c. 11. docet momentaneo delicto iuste debet aeternam poenam.

Ad secundum locum. Idem sensus est. nam finem diuersorij posuit interpres, nempe comeditionem paschalem: est autem figura *μετροφια* usitata, cum etiam ponitur contentum pro continent: in cenaculo autem, vel diuersorio, vel loco coniuij, ut verit Syriacus, continetur refectio. vnde etiam apud prophanos, Vir. 6. Aeneidos. crateres magnos statuunt, & una coronant; & tamen non vina, sed crateres coronati sunt, sed utrumque significare vocem graecam notauit Erasmus, vide Ian. in concord. c. 129.

Ad 3. loc. in Graeco (vt etiam legit Theophil.) legi potest a Principe Synagogæ, & Caiet. idem notat, & significatur domesticos venisse a domo Principis tanquam termino a quo, sed cum Ad significet motum ab aliquo ad aliquem locum, innuitur etiam, quod nuncij verterunt a domo Archisynagogi ab ipsum Archisynagogum ex Caiet. vnde Syriacus legens, a domo Archisynagogi, cum interprete consensit, utrumque enim exprimitur. Sed in correctis Biblijs iam legimus ab Archisynagogo, & sic cessat Hunniana instantia.

## Ad loca S. Lute.

**A**d Luc. cap. 1. Omnes interpres mirificè conueniunt legendo [gratia plena] Aug. in Enchir. cap. 36. serm. 13. 14. Hieron. ep. ad Principiam Virginem, & illud verbum explicat aptissime, & singularissime plenitudinem gratiarum Virginis, quod non explicat illud verbum *gratiosa*, aut ut multi alii nasutuli vertunt, *dilecta*, *in gratiam accepta*, *gratis viuiscata*. hi enim fauores comunes sunt omnibus alijs iustis, ut etiam notauit Theophil. *in sensu antis idem est gratiosa*. Graeci autem vocabuli uis *χαριτωμένη* idem est, ac *gratificata*, hoc est quam Deus singulati beneficio gratam fecit, & interpres sua versione explicare voluit causam formalem huius gratificationis, nempe plenitudinem donorum gratiarum, nec eam solum, ut gratiosam salutavit Angelus, sed effectam gratiosam diuino dono ex Iasenio, vnde *gratiosa*, verius potest *valde grata*: hoc enim est esse aliquem gratiosum, quod valde gratum est autem Graecè participium præteriu temporis passiuū, ut dicit Caiet. quo caro latinus interpres potuisse transferre participium passiuū, & dicere *gratiosa*, seu *gratiosa facta*. Non tamen propterea falsum ait Caietan. interpres posuit dicendo, *gratia plena*, sed explicauit illud apollinare, quo effecta est *gratiosa*, nempe plenitudinem donorum diuinæ gratiae, & *gratiosa* vertisset, adhuc intelligetur plenitudo

gratiae, nam dicendo absolutè *gratiosa*, & non apud hunc, vel illum, plenitudinem gratiae quoque defignasset maximè adiunctis encomijs, *Dominus tecum*, quod etiam innuit Theophilactus.

Ad alium locum respondet, forte additam esse à Graecis illam particulam spiritu, & in textum nostrum in aliquibus exemplaribus irrepsisse: significatur autem eo verbo Christus crescere corpore, non spiritu, sed robore spiritus, ut dicit Caiet. hoc est robores ad officia spiritus, ut intelligamus Iesu sensus in puerili etate profecisse ad officia spiritus, quod exprimit sola vox confortabatur, quod cù ad augmentum corporis referatur, spiritus, hoc est anima subintelligitur, à quo corpus viuiscatur, & confortabitur ad munia spiritus.

Quod si significatur roboratio in spiritu, multo magis adstruitur non esse de textu, nam satis explicatur infra dum subiicitur, *plenus sapientia*, & *gratia Dei erat in illo*.

Ad alium locum. *Diethio Graeca πάσσα* utramque admittit significationem, sed quod interpres verterit nihil faciat, subaudiendum hoc adiuncto, exigendo, & munus militare exequendo, quod solerat trapinis, iniustitiae, & huiusmodi esse subiectum.

Ad alium locum. Idem sensus est, et si dementia sit deterior insipientia, sed sensus clarior est interpres, quia in hoc insipientiam ostenderunt, quod nihil respondere aduersarij potuerunt, adeò convicti fuerunt. Syriacus legit, *repleti sunt inuidia*, qua est causa demetiae, & execrationis, vnde subditur, quod colloquebant quid facerent de Iesu meditantes illum occidere. vnde insipientia denotatur intellectua, inuidia in affectua.

Ad alium locum. Idem sensus prorsus est: nam si ne dicatur, os opprimere de multis, sive cum urgere de multis, malitia denotatur Iudeorum, ut notat Theophilac. qui pluribus etiam interrogationibus urgebat Christum, & os eius obturare volebant, ut ad haesitantiam, & perplexitatem deducerent, putantes, vnum non posse respondere simul tot diuersi interrogantibus.

Ad cap. 10. nulla est dissonantia, nam ex S. Augustino in qq. in ex. 47. numerus cardinalis talis est naturæ, ut secum compatiatur aliquid, quod superest, vel deest. sic etiam 72. Interpretes numero 70. designantur. Accedit quod multi Graeci codices, & multi Doctores, eundem numerum ponunt, ita Clem. lib. 2. constit. cap. 50. Origenes de recta in Deum fide. Tatianus in harin. euang. Anacl. ep. 3. Epiphan. hær. 20. August. 2. de consens. euang. cap. 14. Greg. 35. moral. cap. 19. solus Dorotheus est, qui 70. numerat præcisè, & illorum nomina ponit. Sed hæc, Graecorum ingenio indulgens, scriptit Dorotheus.

Ad cap. 15. Ille locus iam restitutus est, qui vitio librariorum irrepserat, ut etiam aduertit Caietan. Euertere autem est mundare scopis. hoc enim officio utuntur querentes nummum perditum in domo, & hoc officio vla est diuina sapientia purgando mundum per Iesum, ut dicit ibidem Caiet.

Ad alium locum, non est curandum de Grammatica, ubi sensus exprimitur: exprimitur autem in illa consumatione bonorum, quod consumauit, & perficit, finem imponendo expensis, omnia abligitudo, & dissipando. aliqua exemplaria Latina [consumere] habere testatur Sacro bosco.

Ad

Ad Luc. 16. Neutra lectio officit; vnde Augustin. nunc hac, nunc illa vititur lib. 2. qq. Euang. q. 38. ser. 110. de temp. cap. 2. nam retinendo, vt tenere debemus lectionem vulgatam, ea loquendi formula signantur, portatum in infimam partem inferni, ex Basil. apud D. Thomam. vnde una pars inferni, quæ per sepultutam significatur, sinu Abrahæ opponitur, & quamvis nec Lazarus in sinu Abrahæ, nec diues in inferno habeant corpus, tamen quia vterq; post resurrectionē habiturus erat, ita de illis per anticipationem loquitur, ac si iam habeant integrum corporis, & animæ p̄m̄ia, vel supplicia. Sed aduersarius debet probare nostram punctuationem esse virtuosam, Græcorum vero esse legitimam; probationes adhuc non afferens, gratis loquitur, & ex suo cerebro diuinat.

Ad ultimum locum. Nescio videre discrepātiam, bene tamen aduersarij nosco versūtiam, cum satis interpres verba etiam expresserit huius sententia. Vel dicendum interpretein hic expressisse, quod in Marco habetur ἔξεργαστο, idest suspensus erat.

#### Ad loca Ioannis.

**A**D primum locum ex Euangelio Ioānis. Ex antecedentibus, & consequentibus non possunt illa verba, plenum gratiae, & veritatis, referri ad Ioānum, nam cum in neutro genere dixerit interpres, verbum caro factum est, neutro quoque dixit, plenum gratiae. Orig. tract. 2. in Matth. Nissen. hom. 15. in cant. Aug. 13. de Trinit. cap. 19. sed si nominatiuus plenus legatur πλην, etiam vt aduertit idem Caetanus ad Christum Dominum refertur, qui λόγος dictus superius fuerat: sed non posse referri ad Ioānum manifestatur ex sequentibus: mox enim subditur, lex per Moysen data est: gratia, & veritas per Christum facta est, ille ergo plenus gratia, & veritate dictus est, per quem gratia, & veritas facta est: talis autem non fuit Ioannes, sed Christus, nec Ioannes potest dici plenus gratia, & veritate: nam et si possit dici plenus plenitudine sufficientia, non quadrant illi sequentia, de plenitudine eius omnes accepimus, quæ ad gratiam capitalem Christi referuntur. Quare quod habemus in vulgata, Plenum gratiae, & veritatis, non copulandum cum superiori clausula immediata, vidimus. Et. sed cum illa, Verbum caro, &c. & habet suum in nobis, ac si per parenthesim medient illa uerba, & vidimus gloriam eius, &c. & sic [plenus] est nominatiuus casus, vt est etiam in Græco, sed si referatur ad [vidimus] & Dei verbum demonstraret, iam plenus est sensus, quod sit plenum gratiae, & veritatis, quam lectionem sequitur Chrysostomus.

Ad locum cap. quinti. Illa additione in Græco, οὐ τὸν αὐτὸν τὸν τίτλον, quærebant eum intermere, exprimitur modus perfectionis: sine autem hac additione legunt Cyrillus in Ioannem, & Chrysost. Erasmus etiam liberè fatetur esse additam hanc particulam.

Ad c. 12. Quomodo cumque legatur sensus integer perseverat, nempe eos breui tempore lumen habiturum, nec illa lectio, quæ est in Græca catena, & alijs codicibus Græcis ἐτι μηνὸν χρόνον τὸ φῶς μετιμονὴν nostra aduersarij siquidem interpres legit ἐτι μηνὸν φῶς ἐν ὥμην ἡτοι, modicum, vero est absolute positum, & sic breve tempus significat, vt cū

dicitur cap. 11. adhuc modicum, & mundus menon videt in vobis, autem idem est, atque vobiscum, nam in accipi aliquatido pro, cum, & Græcē ēi pro ὅδη claram est, & expeditum, & de modico tempore, quod supererat usque ad passionem loquebatur, vt expo- nit Euthymius.

Ad locum alium ex cap. 21. verē in Græco est particula εἰσὶ & ita est in Græcis codicibus, & celebratissimo codice Vaticano, & Græcis Patribus, ac etiā in Syriacis quibusdam exemplaribus, & nonnullis latinis manuscriptis: sic autem legit Augustin. serm. 149. de temp. Arnob. in psalm. 45. & serm. 20. in psal. 118. Rupertus, & Beda in hunc locum. S. Hieronymus legit, sī sic, lib. 1. aduersus Iouinianum. & hodie, quia particula sic multos innumeratos codices occupauerat, & frequentissima in Ecclesijs erat lectio, cum sensus omnino sit, sive si sive sic dicatur, propterea optimo consilio in vulgata editionis publicatione relictā est: nam illud sic cum non intelligatur absolute, sed per quandam concessionem, in idem recidit. Festinus ergo censor Vvitakerus pe- dibus offendit, suam præcipitando sententiam, & pandendo incitiam.

Ad argumentum Hunnij contra primum cap. Ioann. respondetur, omnes Latinos, & Syriacos, & multos Græcos codices legere Bethaniam, nec verisimile est mendosum esse locum tanta conformitate, & vetustate receptum. Ad illud quod dicitur Bethaniam non iuxta Iordanem, sed longo spatio esse distam à ripa Iordanis. Respondent quidam Neo-terici duas esse Bethanias, unam quæ fuit patria Lazarus alteram, de qua hicioquitur Euangelista. sed gratis dicitur cum veteres non nisi unam Bethaniā agnoscant. Alij ex Ioseph. lib. 17. antiquit. cap. 10. dicunt eam esse regionem, quam Batanam ille vocat, & ponit ultra Iordanem, quam multi Patres Græci Theophil. Euthy. vocant Bethabara, quæ cū esset in Tribu Beniamin ultra Iordanem sita erat, ubi Ioannes baptizabat, ex Hierony. in lib. de loc. Heb. vnde Epiph. heres. 51. in Bethabara legit, &c. tunc idem est Bethania, & Bethabara.

Ad cap. 5. Ioannis. Multi codices etiam Græci sic legunt, & inter eos Theophilact. alij legunt etiam Betheda, piscosum videlicet locum, vel ob locum effusionis ex multitudine aquæ, vel donum misericordia ob sanitatis donum, quod recuperabant. Quomodocumque verō legatur, nihil officit; potuit autem fieri, vt duabus locis, tam oppido, quam piscinæ idē nomen conueniret, nec proprius Græculorum istorū argutulas nouitates, antiquum exemplat græcum in vaticano debemus deferere, quod vt & vulgata legit, Betsaida, sicut & Græca, & Romana editio ex Burgēsi, quibus addo Cytillum, & Chrysostomum, Theophil.

#### Ad loca ex Actis Apostolorum.

**A**D Loca ex Actis Apostolorum. Idem sensus est cum sensu nostræ editionis. nam nostra editio significat, quod erant perseverantes in communica- tione, & fructu fractionis, seu fracti panis, & textus Græci sensus est in fructu participando, seu in fra- ctione, & communicatione, id est in manducatione spirituali, tum sacramentali, tum etiam in bonorum spiritualium, vel externorum communicatione. vnde

# De sacrorum Bibliorum versione. 347

de sensum potius expressit interpres, quam verbum verbo reddidit, & fractio panis explicat quid communicatio sit. Porro interpres legit καὶ νομοντας ἡδης, quare aduersarius suum debet ostendere se meliores nactos codices, quos vulgatus interpres affecutus non sit.

Ad cap. 10. cum vulgata correcta, que modo legitur, conspirant latini codices, nec in translatione Arabicā inimicis fatentibus illa est ieunij mentio, ut Beza quoque annotauit.

Ad cap. 12. Hieron. in cap. 20. Es. confundit, que dicuntur calceamenta cum sandalijs, & caligis. Similiter ep. 22. Et hoc loco integri calcei intelliguntur, idemque esse apud Matthēum, que interpres dixit εποδημίζει (Lucas etiam in Euangelio) ac illa que idem interpres apud Marcum Sandalia vertit, graves aduertunt D.D.

Ad cap. 16. etsi textus græcus habeat ἐρωμέτο, & recte possit verti, solebat, utraque tamen significatio optima est. Vnde quod famosum, & solemne est, videri dicere consueuimus. fuit nostra editioni Tremelius factus Syriacus, legens conspiciebatur in sua versione ex sermone Syro.

Ad 18. idem sensus est, instabat verbo Paulus, & adstringebatur spiritu Paulus, ex instantia enim illa ostendebatur Pauli feruor contra Iudeorum perfidiam. Vnde & cap. præcedenti expressus erat cum dicitur, incitabatur spiritus eius in ipso, videns idolatrię deditam Ciuitatem Athēnienium: ex feruore autem, & instanti adstringitur, & unitur, & roboretur spiritus in loquendo, quod expressit Syriac. constrictus erat sermone, πνεῦμα autem hic accipitur non pro paracletō, sed pro voce, ut 1. Cor. 14. orabo spiritu, id est voce, orabo & mente.

Ad alium locum eiusdem capit. v. 21. negat Lyranus illa verba esse in text. in libris correctis, quia ait, Paulus non iuit Hierosolymam, sed postea per magnum tempus. Vnde in correctis Sixti V. biblijs non habentur, quia tamen Chrysostomus, & Oecumenius illa legunt, dici potest, ait Lorinus, aliud esse editionem non omnia prorsus continere; aliud vero aliquid in ea esse, quod non pertinet ad integratatem scripturar. secundum, non debet, ait, concedi. primum est minus pericolosum. Sed nescio an sanè dicatur propositum nobis mancam editionem, ut particula de textu præcisam, & suppressam dicamus, & equalis est periculi afferere, aliquid vel diminutum, vel additū esse in vulgata editione! per Ecclesiam proposita. melior est ergo responsio Lyrani.

Ad locum cap. 19. vers. vlt. idem sensus est quomo documque legatur. Quia tamen nomen αἵρει masculini generis accipi solet, pro fonte, reo, vel supplicio digno, optimè vertit interpres, cum nullus obnoxius sit, & sensus est ex nostro Hugo, cum nullus sit reus, & occidi dignus.

Ad loc. cap. 22. respondetur primo, codices Græcos inter se variare; quidam namque habent ἐνθάδες,

quidam ἐνθάδες, ut animaduertit etiam Erasmus. Plerique etiam codices Latini habent, Timoratus, quam vocera multoties noster interpres, ex Græca uoce ἐνθάδες exprimere solet. Vel dicendum nihil officere lectionem Græcam nostræ editioni, nam cum pietas, & religio Deum respiciat, cui cultus debetur, consistens non tantum in exteriori, sed etiam in interno obsequio, quod includit observationem legis, idem prorsus est dicere. Vir secundum legem, & vir pius secundum legem, idemque est, ἐνθάδες erit pius, ἐνθάδες, & religiosus.

Ad cap. 24. et si in nonnullis etiam codicibus Latinis lectum sit patrio Deo meo, prout habent Græca, & consonare quoque videantur Syriaca, Deo patriæ meorum; nihilominus Chrysostomus legit secundā versionem interpertris colo patrem Deum, quare cum sit varietas in tali lectione, non potest Vvitakerus ostendere lectionem nostram, que est etiam Chrysostomi, esse corruptam, eam vero quam adducit esse incorruptam. Sed quomodocumque tamen legeretur idem prorsus sensus est, idem enim Deus patruis, seu patrum suorum, pater merito a Paulo appellari poterat, cui secundum Patrum fidem verūq; cultum seruiebat.

Ad cap. 27. Nescit grammaticam Vvitakerus, ad Calepinum transmittimus cum puerulis eruditum. Custodiæ namque vox non semper accipitur actiue, sed etiam passiuè pro custoditis, & vincit, vix de Suetonius in Domitian. cap. 14. ait. Plerasque custodias audiebat, id est custoditos, & vincitos, & in fine reorum custodia. Si custodia interficerit, militis culpe adscribatur. & Seneca, quemadmodum eadem satena, & custodiam, & militem copulat.

Ad ultimum argumentum quod est Iunij respondetur, in vulgata ex Sexto correcta legi [filius mulieris Iudeæ] quam si inspicere voluisset, non de quoque verbo tragedias insultas excitatasset. olim aliqui codices etiam habebant [vidua] sed Glossa ex Rhabano magis lectionem, que est in correcta, probat.

*Ad loca ex Epist. S. Pauli, Pet. Ioan. Ier. Apocalyp.*

A D primum ex epistola ad Romanos. clarè in multis codicibus Græcis habetur ὅπιον, quod vertitur iudicans, & à multis qui iudicas, sed mirum est, quod Vvitakerus veritate substitutus ad mendacia configiat, & alios codices non consulerit, que legunt, ex Gagnacio ἀπίστει, que iudicas, ut legit vulgata, sed utraque lectio veritati non officit. primam, qui iudicas, secutus est Cyprianus 3. ad Quir. cap. 21. Secundam Hier. & Aug. & idem sensus est; eadem, que iudicas in alijs, siue tu qui iudicas alios, ipse agis, &c.

Ad alium locum cap. 5. qualitercumque legatur, sensus integer perseverat, quod enim sub interrogations nota dicitur, ut quid Christus pro impiis mortuus est; assertione enunciatur. Christus enim pro impiis mortuus est, ut suam charitatem ostenderet, & spem nostram firmaret, & sententiam per modū assertionis sequitur Epiphanius in heres. Marcio similiter, & Theophilactus, sed Ambrosius nostrum interpetrem sequitur, & interpres legisse videtur tibi ad quid?

Ad

Ad cap. 7. idem sensus est: nam nullus gratias agit de eo, quod praestare per se ipsum potest: quare in hoc, quod gratias agit Deo Apostolus in sintiat gratiam, & beneficium acceptum: interpres uero noster accommodatus legit *gratia Dei*, ad annuendum non uires naturae, non Moysem, sed gratiam sanantem liberatoris, posse liberare hominem de corpore mortis huius. Vel dicendum quod haec lectio vulgariter retenta est à Græcis Iren. lib. 3: cap. 22. Origenem in hunc locum Epiph. her. 64. Chrysostomo in psalm. 12. & Methodio apud Epiph. her. 64. ex Latinis, Ambr. lib. 7. de Incarnat. dominie sacram. c. 7 lib. 2. de Abraham Patriarcha cap. 6. orat. de obitu Theod. Cassian. coll. 22. August. 6. contra Iul. cap. 6. Hieron. ad Hedib. quare potius *gratia Dei* legisse interpretem uerisimilius est, et si Hieronymus q. 8. ad Algasiam, & alijs legendum uoluerunt *gratia Deo* ut quidam eod. Parisiens. *Xap̄tis d̄e r̄w d̄e w̄*. Facile est interpretem legisse *Xap̄tis d̄e S̄e s̄e*, & ex affinitate litterarum duarum ܘ & ݂ vnum pro altero commutatum. sed maior fides interpreti, quam alijs Græcis, sanctibus adhibenda est, & incorruptiore in textum interpretem nactum esse, quam quod habent modo Græci codices, asseuerandum est, & ratio suadet, nam gratiarum actio non datur pro beneficio futuro, hic autem futuram beneficium expectabatur ab Apostolo liberabit, gratia vero ad futura quoque exten- ditur.

Ad locum alium ex cap. 8. illud verbum existimo non opinantis, & dubitantis, sed certò assuetantibus est. tam autem Græca significatione certa sententia significatur, quam latino nostro vñloquendi, vt cū dico existimo hoc ita esse.

Ad ca. 14. exactissima etiam est interpretis versio  
siquidem vox πληροφορέω abundant plenitudinem,  
& abundantiam significat: abundantia autem in pro-  
prio sensu, ex sensus, & intelligentia plenitudine  
oritur, quæ certitudinem supponit. vnde plus est  
abundare in sensu, quam solum sensum, & intelli-  
gentiam, vel certitudinem habere; significare autem  
voluit Apostolus ijs verbis, nec damnados, qui dies  
festus Iudeorum tunc ut sacros non habebant, nec  
laudandos, qui habebant, sed in hac re unusquisque  
suo sensu, & iudicio permittetur, & non simpliciter  
sui, vel intelligentie, sed supereffluentiae, & abundan-  
ter intelligentie: hec enim ad discretionem, & pru-  
dentiam maxime requiritur. loquebatur autem Apo-  
stolus ad Iudeos conuersos emulatores legis tolera-  
tos, quibus tunc temporis donec Synagoga sepeli-  
retur cum honore, legalium obseruatio permitteba-  
tur, & non loquitur Apostolus de quacumque materia  
religionis, sed de dierum, & ciborum delectu iuxta  
legem Moysi illo temporis articulo. quare non est  
cur hoc loco abutatur liberæ fidei haeretici, & Adia-  
phoristæ.

Ad ultimum locum. constanter cum Hieronym. Ezech. 44. Origene hic, & homil. 11. in numeros legendum est *Asia*, nempe minoris, ubi est Ephesus, & textus Latini constanter legunt *Asia*. unde merito depravata lectio Gracorum existimatur, & error accidit ex altero loco 1. Cor. 16. ubi quidam primi tiae Achaię vocantur, Stephana scilicet, & Fortunatus.

Ad primum locum 1. Cor. 3. et si legatur dianovum  
dei ex inscrivitate, ministri per quos credidistis, idem

sensus est: nam cum legimus, per quos, ut notatius Chrysostomus ministerium designatur, &c nō dixit, aduertit Chrysost. qui nos fidem edoceant, sed cuius opera credidistis. Ut autem exprimeretur obiectum fidei talis ministerij, expressum quoque est ab interprete per particulam, cui credidisti, vnde utrumque quadrat, ut aduertit etiam Erasmus. porro lectione nostram sequitur S. Augustin. 3. contra litter. Petil. cap. 54. & constans latinorum codicum, & interpetrum multitudo. prima tamen non est repudianda, nā ministerialis actio exprimitur, de qua idem Apostolus dicit, *Dei adiutores sumus*, quam traductionē, & si nasutuli alij etiam reprehendant dicendo debuisse quoque verti *Dei cooperatores sumus*; tamen idem sensus est, quia in recta philosophia cause cooperatrices dicuntur adiutrices. sunt autem homines adiutores Dei non augendo Dei virtutem, sed oblequendo, & exequendo opus Dei. vnde infra 2. Cor. 6. dicit Apostolus, *adiuantes exhortamus*, est responsio S. Thomae in hunc locum, vulgatum ab iniuria nouorum interpetrum vindicantis.

Ad alium locum, & si illa verba sint in textu Græco  
prout etiam legisse videtur Chrysostomus, qui ea  
explicat per belle, nimirum, non modo corpore, sed &  
spiritu Deo seruendum: & adjici, quæ sunt Dei, quia  
ostendit omnia esse Domini, corpus, animam, spiritu-  
tum; tamen additamentum existimatur factum à  
Græculis, vnde à textu Græco latinorum codices,  
valde distant, & verisimilitudo appetet, nam non  
erat addendum, & spiritu, cum nec corpus inquina-  
tione fedandum hortaretur Apostolus, & hæc erat  
conclusio intenta, ut aduertit S. Thomas, ut deberet  
corpus Deum portare, sicut equus Dominum suum,  
& dicendo, iam non estis vestri, satis corpus animam  
spiritum hic expresserat esse Dei, quare non opus  
fuit repetere, & in nonnullis Græcis exemplaribus  
non habeti hæc adscititia aduertit Estius in hunc  
locum.

Ad alium locum respondeatur. Quomodo documque legatur nihil textui officere, nam Græca lectio denotat euentum, ut sensus sit, ex interpretatione Chrysostomi, non omnes saluos facere arbitratus sum, sed ut saltē aliquos paucos saluos faciam, & conari, ut omnes salui fiant, non tamen sperabam posse me omnes adducere. in sensu latino significatur præpotitudo animi, & desiderium, ut omnes salui fierent, & quod posset ad salutem adduceret. vnde idem Chrysostomus hom. 8. de laudibus Pauli eandem scripturam exponens legit, ut omnes saluos facerem, & subdit, omnem enim prouersus hominem Deo exhibere cupiebat. Omnes quantum ad spiritum spectabat, exhibere. quasi enim uniuersum mundum genuisset, sic perturbabatur, sic urebatur, sic omnes in regnum Dei festinabat inducere. vnde S. Thom. in hunc locum tali desiderio applicat illud sapientiae, in vestimento pederis, quod habebat Aaron, descriptus erat orbis terrarum, & certè antecedentia, & consequentia huius textus pro secundo sensu ferunt calculum, cui Syrus, Arabicus textus, Beza etiam fatente, concordant, & facilè fieri potuit mutatio τέττας in πάντας.

Ad alium locum, ad reuerentiam vobis loquor,  
eundem sensum facit, quem, ut vobis pudorem incu-  
tiam, ut ponderatur ex S. Thom. nam si reuerentiam  
propriè accipiamus, bene dicitur è vulgata ad reueren-  
tiam, ut satis cauti, si verò lectionem aliam accipia-  
mus

# De sacrorum Bibliorum versione. 349

mus bene stat ad verecundiam, quia ut exponit S. Thomas, dicebat Apostolus. verecundum est vobis, qui reputamini sapientes, & instructi in fide, quod sint aliqui inter vos ignorantiam Dei habentes, id est non re-tam fidem. Vel dicendum positam causam pro esse eti: ex reverentia enim erga aliquem nasci pudor solet, sed non est nouum interpreti nostro reverentia pro pudore usurpare, unde psl. 34. dicitur, induantur pudore, & reverentia, & 68. iustis improprium meum, & confusionem meam, & reverentiam meam.

Ille locus, omnes quidem resurgemus, &c. alias supra discussus est controuersia s.a. unico. satis est nunc breuiter dicere nostram lectionem agnoscere ab anterioribus Græcis Didymo Acacio Cœsariensi apud Hieron. ep. 152. & posterioribus, ut Oecum. qui etiā Latinam editionem probat. mitto Latinos Tertull. de resurrect. carnis cap. 42. Augu. 20. de ciu. cap. 20. Ambr. hic. Russ. in Symb. & alios. Facile potuit medium surrepere in Græcis codicibus, quod detracta litera v, negatio sit reliqua, quod ad alios codices permeauit. maluit autem interpres dicere, omnes quidem resurgemus, quia resurrectio est posterior morte seu dormitione, & magis propositum Apostoli demonstratur intendentis communem omnium resurrectionem asseuerare, sed non omnium glorificationem. Ad saluandam vero lectionem Græcam quam alij proceres secuti sunt, satis est dicere Apostolum loqui tantum de iutorum anastasi, vel intelligere immutationem immortalitatem omnibus hominibus communem, & etiā sensus esse potest. Non omnes fideles, & sancti dormiemus, id est moriemur, non enim illi dormient, qui in aduentu domini superstites inuenientur: sed tamen omnes immutabimur sine exceptione ad statum immortalitatis beatæ, hoc est omnes sancti, &c. inter has versiones, interpetris preferenda, ut etiā Gagnieus aduerdit, qui vulgati lectionem in Cyrillo legisse testatur, & Græca exemplaria Veronæ impressa utramque lectionem retinere animaduertit.

Ad alium locum, quod desint ea verba græca: *cum autem corruptibile hoc induerit incorruptionem*, respondet Sacrobosci citans Gulielmum Reginaldum, quando ostenditur aliquid, quod obicitur, nihil praedicare fidei, aut moribus Ecclesiæ, ut hic si manifeste probari illud esse extra statum controuersia, præseruit quia quod illis verbis exprimitur in repetitione eiusmodi habentur clarissimè verbo precedentibus, nimis, oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Sed hoc non est vulgatum adamus, defendere. quare dicendum est, quod cum S. Hieronymus sic vertat, & legit sicut interpres, meliores, & incorruptiores natus fuerit codices, cum iussu Damasi Græce fidei redderet nouum testamentum. unde illi magis est credendum, quam Græculis istis graculis. verisimilitudo nostræ lectionis suadetur, quia cum esset Apostolus citatus locum Oseæ contra destructionem mortis, de mortalitatibus obiectione fecit mentionem, cui mox subnecteret idem testimonium prophetæ, & non opus fuit aliam reassumere clausulam: quia vero hunc locum habent nedum Græca, & Syriaca, sed & Cyp. ad Quir. lib. 3. testim. 58. & August. serm. 2. de verbis Apostoli, cum ista adiectione, dicendum quoque apposita illam particulam ad maiorem explicationem, & implicitè in nostra lectione contineri.

Ad illum locum, ubi est mors victoria tua, &c. et si Græci legant inuerso modo, ubi tuus mors stimulus, ubi tua inferne victoria? respondetur tamen, nostrâ editionem esse desumptam à 70. interpretibus, qui sic legunt, ubi est inferne, id est mors, stimulus tuus, ubi mors victoria tua? & melior est nostra versio, quam Græcorum, primò quia melius connectitur subsequens versus cum fine præcedentis dum dicitur stimulus autem mortis peccatum. secundo quia Paus. ex 70. testimonium petit, nempe Oseæ, dum dicit, tunc sicut sermo ille, qui scriptus est absorpta est in victoria, quem locum S. Tho. perpendens ait. Hoc secundum translationem nostram non inuenitur in aliquo libro Bibliae, si tamen inueniatur in translatione 70. non est certum, unde desumptum sit, potest tamen dici esse sumptum, Esaïæ 26. viuent mortui, & cap. 25. præcepitabit mortem in sempiternum, Oseæ 13. vbi nos habemus, ero mors tua, & mors, 70. habent, absorpta est mors in victoria, &c. unde huic principio congruentius necritur quod sequitur, ubi est mors victoria tua, non autem, quod Græci habent, ubi est se-pulchrum, seu inferne, victoria tua, maximè, quod talis locus faciebat ad resurrectionem adstruendam, unde est Beza in Luc. c. 20. dicit in re non dissimili, omnia, quæ vidi exemplaria, ita scriptum habet, sed vestis interpres aliter legit, & rectius, ut opinor. Fateremur autem in Romana editione 70. haberi pro victoria δικη, id est causa. Sed facile fuit mutari vocē νίνη, id est victoria in δικη, id est causa, & sensus id est, nam δικη causam significat, seu ius vel actionem ad subiungendum iudicium, & significatur ius, seu actio mortis, seu causa perdita, ut mors à causa cecidisse videatur, hoc autem clarius à Paulo victorię nomine explicatur, quando mors judicialiter victa est per Christi mortem.

Ad ultimum locum ab Hunnio obiectum. oportet enim, & in vobis hereses esse, ut qui probati sunt manifesti fiant, in Greco enim est illa particula ἐν ὑμῖν in vobis. sed illa particula adscititia est, & uitio librariorum ex posteriori simili particula in priori adiuncta, illa autem posita, & admissa non est sensus, inter catholicos hereses esse, cum extra corpus Ecclesiæ sint, sed quod Christiano nomine gaudentes Christiani dici volūt Heretici, & esse posse hereses inter illos, qui ab uno Christo Christiani nuncupantur. Et frequens est acceptio ista apud Patres legendi sunt Clemens Alex. in libris Stromatum, & Origenes cōtra Celsum. Vel dici potest referri ly, in vobis, ad Hæreticos in Ecclesia Catholica latentes donec eiciantur, vel proprio iudicio separantur, quod si sequamur autoritatē Chrysostomi, qd hereses hoc loco non significantur prava dogmata, sed dissidia circa mensas, & locum, & tempus accumbendi, facilis esset solutio has reperiri etiam in Catholicis. Verum heresis vocabulum, non ad morum disrepantiā, sed fidei, & religionis scissuram significādum in scripturis usurpatum.

Ad locum ex 2. Corint. idem sensus est, sicut & aliis ex multarum facierum personis: nam distinctio personarum ex distinctione facierum dignoscitur. Græcè est πρόσωπον, quæ faciem, & personam significat, sed hic magis personam significat, & putatur à nonnullis redundare illa particula, facierum, vel lectum ab interprete in plurorum facie, id est publice, sed quia Ambrosius sic legit, sensus quoque re-

**¶** **Q**uis est, vt multe facies, & ora multa Deo gratias agant.

Ad cap. 11. in subiecta materia, que erat de proprijs laudibus sermo, cum se hic excuset Apostolus, & veniam, ut dicit Chrysostomus dictis deprecatur; satis exprimitur gloriatio, quæ supra apparuerat in antecedentibus, & gloriationem, quam insipientia vocat, subintellec̄tam exemplaria Græca expresserunt.

Ad primum locum Gal. 3. siue dicatur in Christo, siue in Christum, idem sensus est: ex primitur enim pedagogia legis, ut exponit Chrysostomus, adiuuas adolescentem, non solum arcendo ab omni vitio, sed illum reddendo idoneum omni studio percipiendis, quae tradit preceptor, & hoc fuit vel in Christo ostendendo, designando, vel in Christu, seu ad Christum adducendo, quod idem est, per ceremonias illas umbra-tiles Christum figurantes, vide Clem. Alex. lib. I. Pedag. cap. 6. egregie exponet hunc locum Apostoli, & Hier. 2. dial. contra Pelag. siue huius Peda-gogiae ad nostrum propositum, assignantem, nem-pe, eruditionem infantiae, & futuræ fidei præpara-tionem.

Ad cap. 4. idem sensus est, sed si antecedentia verba attendantur, planior est sensus interpretis; supra enim dixerat de quibusdam, emulantur vos non bene, sed excludere vos volunt ut illos emulemini, & quia ut notat Chrysostomus est bona, & mala emulatio, propterea, in quo sit emulandum aptius subiungitur ab interprete, bonum autem emulamini in bono semper, quam illud, bonum est emulari in bono semper, & aptius interpres legit ζηλονέστερον per epsilon in imperatiuo. & eo magis, ut notat Gagacus, quia potest id, non tantum ad rem bonam emulandum referri, quod alia versio expressit, sed etiam ad bonum praeceptorem referri, quia autem prædixerat, volunt vos excludere, aduersatiuam subiungit dicendo, præceptorem bonum emulamini in re bona semper, &c.

tempet, &c.  
Ad ultimum locum. siue punctuetur, & legatur,  
*sic qua libertate Christus nos liberauit, statim, & nolite*  
*iterum iugo seruitutis contineri*, siue cum Gracis.  
*Quia libertate Christus nos liberauit statim, ac nolite ite-*  
*rum iugo seruitutis contineri*; idem prorsus est sensus,  
& illa particula, *statim*, cum statim de nonstret affirmatiua permanendi in libertate Christi significat,  
& ex adiuncta negatione nolite iterum iugo seruitutis, que est aduersaria libertatis, explicatur. unde  
semper illa particula, *statim*, statim libertatis importat, cui è diametro, statim alter seruitutis opponitur.  
Sed recte ponderauit Estius in cap. 5. mendosam esse lectionem, nec deesse exemplaria Graeca, que latinis consentiant, & tria notat exemplaria Robertus Stephanus.

Ad loca epistola ad Ephesios. Ad i. vtraq; lectio  
vera est, quod super omnia sit caput ipsi Ecclesiæ. T'ip-  
sum dedit caput super omnem Ecclesiam: nam si lega-  
mus cum prima lectione, super omnia, insinuatur  
Christus super oia præsidens visibilia, & intus bilia,  
caput hominū, & Angelorū, & sic super vtrāq; Eccle-  
siā, & sup oēm Ecclesiā cōstitutus est caput. Et hoc  
caput ipsi Ecclesiæ coniunctū aſteritur cum dicitur,  
ipsi Ecclesiæ: vel in eius utilitate, vel ad illi influen-  
dum, vitam, motum, &c. de qua cum postea subdat,  
quod sit, plenitudo corporis Christi, omnis Ecclesia,

que sub cœlo est , sub Christo adiunata significatur .  
vnde , & optime expressum est ( si alia lectione legamus ) super omnem Ecclesiam , & interpres legit ut ipso  
tructas exxangas , & sic legit Ambrosius , & omnia  
concordant . Sed vulgata lectio in eo preferenda ,  
quod Christum omni Ecclesiæ triumphanti , &  
militanti præpositum asserit , & capitis rationem  
clarius , & distinctius exprimit .

Ad secundum locum. Interpres inhæsit verbis  
Græcis, ut etiam legit Arias Montanus, qui à constru-  
ctione Græca ne verbum quidem recedit deinde επί<sup>τι</sup>  
casui datiuo apposita, accipitur, pro, in, & ex subiunctis  
etiam clarius est intelligentia interpretis, nam subdi-  
tur, quæ præparauit, ut in illis ambulemus: in ijs ergo  
quæ creati sumus operibus bonis, in ipsis ambulādū,  
& sic etiam legit Chrysostomus, Syrus, quin & Eras-  
mus, & Beza: particula verò in datiuo apposita, sa-  
pe significat Ad ex Budeo in comment. lingue Græ-  
cae, & 1. Cor. 7. v. 15. vbi dicitur, in pace vocavit nos  
dominus idem est, ac ad pacem, & in Hebraica ἐπέ-  
ρι quod est in sumunt pro quod est Ad, & sic idem  
est sensus creati in operibus, & creati ad opera.

Ad locum epistole ad Colos. idem omnino sensus est: significatur enim chyrographum ex decreto, vel in decretis vim habens. Et olim varie fuerunt lectio-nes etiam in latinis codicibus, multis legentibus de-creti, alijs vero in decretis. Biblia Anglicana 1587. legunt bandwivitrig of ordinationes, hoc est chy-rographum decretorum. Quare Romana Biblia cum retineant decreti eius lectio præferenda est, que Græcam, & Latinam editionem explicat, & Græcu-latum d'oyuas, idest decretis per illud genitiū decretorum, vel decreti exponitur. vnde Cato lib. de re rustica dicit ornamenta bobus, idest bouum, &c. 2. Corint. 12. datus est mihi stimulus tū σαρκὶ car-ni, idest carnis, & in Heb. idem accidit, vt pro genitiua datiuum ponatur, psalmus Dauidi pro Dauidis.

Ad locum ad Thessalon. respondet Gagneius in quibusdam exemplaribus Græcis legi ἀπαχάς, & sic etiam legisse interpretem patet, sed si nolunt nobis credere isti mitrones, credant vel Etasmo hoc aduertenti. Vel dicendum, quod cum Thessalonienses inter primos tecenseantur, cum initio prædicationis Euangelij Christo nomen dederint, primi vocantur, sicut & Magi primi gentium quoque à Patribus dicuntur, qui Gentilium primi Christo fasces submiserunt, & tunc idem est dicere, *primicias*, & ab initio, referendo conuersationem eorum ad initium nascentis Ecclesiæ, & Apostolicæ prædicationis.

Ad Epistol. t. Timot. cap. 6. cum ea verba rursus  
repetantur in generali monitione infra vers. i t. fa-  
cile à sciolis illa ex hoc loco huc translata esse ve-  
hemens suspicio est, vel à commentario alicuius, vel  
è margine in tex. irrefuisse.

Ad 2. Timot. 2. cum Apostolus superius dixerit,  
nullus militans Deo implicat se negotiis secularibus,  
dum ab interprete subditur, ut ei placeat, qui se pro-  
babuit, idem proorsus esse dicendum est, ac id, quod  
habetur in Graeco, à quo delectus est miles, nullus  
eum eligitur in militem, nisi probetur à duce de-  
lectum militum agente cui militari sacramento se  
deuouer miles, sed ex Chrysostomo legitur, ut ei pla-  
ceat, qui se elegit, nempe ad hanc militiam, quare  
merito, ut subditur iuxta subiectam materiam,

# De sacrorum Bibliorum versione. 351

non coronabitur, nisi qui legi timere certauerit, & idem est sensus.

Ad locum ep. ad Philem. Græcum participium, ut referri potest ad primam, & secundam personam & ut aduertit Arias sic traducitur hæc lectio, talis existens ut Paulus senex: quare utraque lectio admitti potest, & reddi potuit, cum sim talis, & cum sis talis. & secundum nostram aptior est expositio: nam cum ratio exigeret, ait Ambrosius, ut fiducia autoritatis Apostolice posset Philemoni imperare, illū obsecrat, ut coenum ætatis, & vinculum Iesu Christi obligatum v.3. negotijs dominicis, vel propter nomine eius subiectum vinculis. & quamquam Chrysost. Theoph. Hierony. legant in prima persona, tamen ita locuntur, & expopunt, ut de Paulo intelligenda aperie demonstrent. Vel dicendum cum Gagnacio, eundem esse sensum, cum sim talis, & cum sis talis, nempe cum ego Paulus talis sim, ut tu, & particula, sicut, nō est similitudinis, sed veritatis expressio, & sic planior constructio.

Ad locum Hebr. 1. explicationis gratia illa particula adiecta est in Græcis codicibus, satis tamen in alia particula, faciens, includitur; explicatur enim causa efficiens principalis, nempe deitas, vel instrumentum coniunctum, nempe humanitas, quæ particula autoritativam potestatem Christi, vel potestatem excellentiæ soli Christo communicatam designat. perinde ac si diceretur, quod hæc purgatio, quod magnum munus est, per filium est effecta, ut exponit Chrysostomus, & mira charitas Christi describitur, quod non tantum peccata nostra expiarit, sed & per se ipsum, & suum sanguinem.

Ad c. 3. Interpres seruauit constructionem Græcam: est enim græcè τοῦ ἐνοῦ, & est Hellenismus, frequenter enim ponitur genitiuus pro ablativo, & sensus est ampliorem domo, vel quam domus ipsa, ex Chrys. Theod. Theoph.

Ad cap. 12. dicunt quidam adulterū, adiectiuē usurpati posse pro adulterino, sed dicendum posuisse interpretem adultero eo sensu, quo Matt. 11. dicitur, generatio mala, & adultera. ut describantur filii degeneres à parentum virtutibus, unde Syriaca legit, extranei, vel adulteri estis, supple proles, hoc autem idem est, quod notis, vel adulterini.

Ad alium locum. editio Vaticana, & correctiores codices legunt, accessibilem ignem, ut & Syriaca, unde non est cur gartiat aduersarius.

§ Ad epistolam Iacobi interpres non legit στει, sed στε, ut notat Gagnacio. & sensus est, scitis, id est sciatis, vel scire debetis, quod omnis homo sit velox ad audiendum. &c. ex Lyrano. vel sensus est. Ista quæ dico iam scitis. Et magis interpreti annoso, probato, quæ nouitio, & temerario interpreti sensum nostrum, debemus submittere, & hanc lectionem secuntur Aug. Beda, & alij veteres, & si plerique Græci codices primam lectionem habeant, quam secutus est Oecum. sed vulgata preferenda.

Ad loca 1. Petr. 1. utramque lectionem recenset Carthus. in eum locum. At præstat vulgata lectio, quia quæ secuntur suat in accusandi casu. Porro legendum, exultabis, docuit Oecumenius, ita etiam legunt Syriaca, Irenæus lib. 5. Didym. Biblia correcta. Quamvis verò sit in Græco, contristati, nihilominus cum præcedat conditionalis illa, si oportet, perspicuitatis gratia cum infinito posita est ab interpre-

te participij loco. Et nedum præteritas, sed præsentes, & futuras in infinito illo aduersitates huius temporis conclusit, quæ melius quoque temptationis, quæ experimenti nomine significatae sunt.

Alter nodus dissoluitur, quod licet illa particula in Græco non habeatur ab interprete, apposita est perspicuitatis gratia. Sic etiam legit Origenes homil. 14. & sic legendum suadet sequens gradatio, credentes autem, &c.

Ad alium locum. In quem desiderant, & in quæ desiderant legit Iren. lib. 4. cap. 67. & ly in quæ refert ad mysteria gratiae, illumque secuntur omnes Patres Græci, sed lib. 2. cap. 24. & lib. 6. idem. Iren. Legens, in quem, illam particulam refert ad Christum. Utramque lectionem retainendam docet Feuardent. in not. Iren. loc. ci. Sed facilis fuit permutatio εἰς δὲ in ἀ, & Latinus interpres legit εἰς δὲ referendo ad τρεῖς, quod proximè præcesserat, & latine sonat spiritus, generis masculini, quare meritè transluit in quem, non in quæ.

Ad cap. 2. illud verbum χρηστός est dictio Polymelos, & plura significat, nempe esse dulcem, suauem, bonum, benignum. Quia vero interpres expresserat, verbum illud ἔγενοντας gustatiss., aptius translatum est, quod sequitur, quia dulcis est Dominus. Aptius autem vulgatus vertit τιμὴν honor, nam etiam apud Aristotilem 3. Poli. & in Met. Plato de Repub. τιμὴ honorem significat, & textus id requirebat, in honore enim erit lapis credentibus, sicut non credentibus offendiculum, & petra scandali.

Ad alia loca D. Petri. Cum Vaticana editio sic legat, Domus spiritualis, & correctiores codices Latini id ipsum habent, & Syriaca templo spiritualia, satis appetat vitio scribentium priorem lectionem revertant, quam emendatam cernimus, & iam Beda annotarat apud Gagnæum triplicem fuisse huius loci lectionem, super ædificamini domus spiritualis, & in domum spiritualem, & domus spirituales, & vere in Græco est διοις τρεις τριπλi domus spirituales in plurali, vel domus spiritualis, in singulati, nec verisimile est, ut aduertit Stunica contra Erasmus tam hebetem fuisse ingenio interpretrem, ut verterit manifestum solecismum, nempe ædificamini domos spirituales.

Ad alium locum vertit nō οἰνάως iustè, sed αἰνίδης iniustè, ex contextu vero, & materia melior est sententia, quam interpres expressit, Græca lectione, & cum nostra consentiunt Clem. Alex. in comment. eius loci, Cyprin. lib. 3. cap. 39. Leo serm. 14. de passione, Paulinus ep. 2. ad Seuerum, & magis cohæret cum præcedentibus, nam Christus non modo non comminabatur, sed sponte Pilato quamvis eum iniuste iudicanti se tradidit. Supposita vulgata, Græca non officit, sed explicat altissimam Theologiam nimirum, quod Passio Christi relata ad Deum Patrem, qui eum passioni tradidit ex nimia charitate, & ob satisfactionem de rigore iustitia, iustè traditus est, relata vero ad Iudeorum malitiam iniusta est, quod utrumque expressit Christus, non haberes potestatem aduersum me, nisi tibi datum esset despicer, propterea qui tradidit me tibi manus peccatum habet.

Ad locum 1. Petr. 3. si lucus iste vidisset nuperam correctionem Bibliorum autoritate Sedis Apostolice promulgatam, libros non impleisset huiusmodi obiectiunculis; ibi enim legeret, quod inaniter im-

pugnatur, & restituta lectioni ad stipulantur Syria-  
ca, Hier. in Es. cap. 54. Eudius apud Aug. ep. 98 &  
99. Ruff. in Symb. & PP. Graci Cyril. Alex. ad Re-  
ginas, & de fide ad Theod. & alij, quos citat Salme-  
ron, Did. Epip. Athanas.

Ad locum 1. Petri 4. ut centonem respuerunt illa  
verba aliqui cum Beda, fatente Erasmo, nec à Syro  
translatore posita sunt, vt etiam patet ex Syriaca  
translatione Tremelij, vt inimici sint Iudices, quare  
ab aliquibus Græculis, quæ leguntur, adiecta verisimile  
est, & licet eam lectionem videatur Cyprianus  
admittere lib. 4. epist. ep. 6. Tertull. in scorpiano cū  
vulgata concordat, vide Pamelium in eandem epis.  
Cyprian.

Ad alium locum 2. Petri 1. Hannius bonorum  
operum osor Lutherum imitatus, cupit eraderet  
verba Dei ex scripturis, sed nendum ea verba, ut sacra  
venerati sunt nostri, sed, ut homines suatum partiū  
audiamus, Beza fatetur non sibi displicere vulgatā,  
& haberi ea verba in multis exemplaribus, Henricus Stephanus eadem verba in margine reponit.  
Robertus Stephanus tres citans Græcos codices id  
ipsum reponit in scholijs. Gullielmus Cantetus li-  
bello variarum lectionum Græcarum ex antiquissi-  
mis Græcis eadem verba agnoscit esse dejetxiū, in-  
ter hos recensentur Marcus Monachus, qui vixit an  
no circiter 300. Antonius Melilla in 2. tom. Bibliot.  
PP. 26. Vel dicendum, quod dato, quod non essent  
de textu, expressa sunt ab interprete, quæ virtualiter  
continebantur in verbo στρατεύεσθαι, & latino, *Sata-  
gite, curate: operam date: diligentiam apponite, vnde*  
& Quintil. lib. 6. c. 4. dicit, quod Afer venitē Mar-  
filium Suram multum in agendo discursantem sa-  
liētem, manus iactantem, &c. non agere, sed satagere  
dixit. & in subsequentibus etiam eadem verba sub-  
intelliguntur, *hæc enim facientes, que ad bona ope-  
ra, & satagere referuntur. Et firma certaque vocatio,*  
non nisi bonis operationibus suum sortitur effectū,  
dicente Domino. *Si vis ad vitam ingredi serua man-  
data.*

Ad alium locum 2. Petri 1. quod impugnat aduer-  
sarius; in correctioribus codicibus, & in postrema  
editione Vaticana emendatum est.

Ad locum Ioannis 5. Græca habent illam particu-  
lam & non ab Apostolo, sed ab aliena manu fortè ap-  
positam. latina ergo est sincetior: nam clarè distinc-  
tio fit, quodam est peccatum ad mortem, & quodam  
peccatum non ad mortem, de peccante non ad mor-  
tem petens impetrabit vitam, de peccante ad mortem  
non cuiusvis est, & tam faciliter impetrare, vnde  
Hieremias petenti pro populo peccante ad mortem  
dicitur, tu autem noli orare pro populo hoc, &c. ta-  
le autem peccarum est idolatria, & huiusmodi, &  
de hoc peccato subditur omnis iniquitas est peccatum  
ad mortem. Vtramque lectionem Græcam, & La-  
tinam noster Catherinus studet concordare iux. Græ-  
cam, quod omnis iniquitas sit *peccatum non ad mor-  
tem*, quia nullum est peccatum, quod remedio caret,  
iuxta latinam, quod est species quedam peccati, &  
est peccatum ad mortem, vi obstinatio finalis impe-  
nitentia. vel omnis iniquitas ex se est peccatum ad  
mortem, quia ad interium finalem potest tendere,  
nisi remedium opponatur.

Ad alium locum interpres noster legit τέτοιο, ita-  
habent omnes ferè Latini, multi Græci codices, ijq;

meliores, & decimum exemplar Parisiense, & sensus  
est, nihil perinde mihi gratum est, quām si audiam  
vos in veritate ambulare, facile autem potuit errore  
scribentium iota in alpha mutari.

Ad locum epistole Iudæ. noster interpres non le-  
git τέτοιο, idest, *hoc sed πάντα omnia*, nec res est ali-  
cuīs momenti, potius autem credendum interpre-  
ti, quam Græco fonti pluries supra euicimus.

Ad ultimum. illæ particula ex historia Numero-  
rum 25. vbi Balaam factum recensetur in induc-  
tione populi ad Idolothrya, ab aliquo maioris expli-  
cationis gratia addita sunt, nec in aliquo nostra ad-  
uersantur editioni; nam intentio Apostoli Ioannis  
erat reprehendere Episcopum Pergami propter Ni-  
colaitas docentes licitum esse libidinem vagam,  
propter quod Balaam assimilantur, qui docebat  
mittere scandalum coram filiis Israel edere, &  
fornicari. particulæ vero illi *edere*, additū est in Græ-  
co *Idolothysa*, quod virtualiter in illo continebatur.  
scandalum enim Balaam fuit consilium datum Re-  
gi, ut selectissimas pueras Hebreis obijceret vi-  
scendas, ut ad libidinem incitarentur, allectis vero  
ad Venetum non permetteretur illarum copia, nisi  
prius de idolothys manducarent, & earum idola  
venerarentur, refertur enim Numer. 25. quod  
Hebrei Madianitis se cōmiserunt, edētes idoloty-  
tha, dicitur enim ibi. *Fornicatus est populus cum filia-  
bus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua, at illi  
comederunt, & adorauerunt Deos earum.* &c. factum  
vero id esse ad suggestionem Balaam dicitur ex-  
pressè cap. 31. vbi de mulieribus Moab dicitur non-  
ne istæ sunt, quæ decepterunt filios Israel ad sugge-  
stionem Balaam, & præuaticari vos fecerunt in do-  
minum super peccato Phogor] ynde & percussus est  
populus. initiatos vero sunt Beelphegor, & come-  
disse sacrificia mortuorum in psalm. libro comme-  
moratur.

*Generales Canones, quibus difficultatibus, que  
contra vulgatam editionem obijici  
solent, occurritur.*

ET ut expeditior, & promptior habeatur via  
ad multas objectiones contra vulgatam fieri  
soñtas dissoluendas, sequentes generales canones  
pronomimus ex DD. observationibus collectos.

PRIMVS CANON. Quotiescumque litteræ,  
aut textui Hebraico per Ecclesiæ sensum exposi-  
to, Hebraizantium traductio, vel sensus congruit,  
tunc eadem litera, & textus vtramque interpre-  
tationem, & lectionem admittens, vtramque versio-  
nen secum compatitur. Ratio huius canonis est ip-  
sius sacræ Scripturæ fecunditas, sub cuius elementis  
eiusdem scripture conditor, & author vera, & diuer-  
sa visuris multorum sensibus attemporavit, sensit  
enim dicebat Augustinus t. 2. confess. cap. 31. de di-  
uersis sensibus sub una littera latentibus, atque cogi-  
tavit ille, nempe canonicus scriptor, omnino in his  
verbis, atque cogitauit, cum ea scriberet quicquid hic  
versi potuimus inuenire, & quicquid nos non potuimus  
aut nondum possumus: & tamen meis inueniri potest.  
Exemplum est in Osea c. 9. סְהָרִים בְּשָׁוֵר לְהָם  
vbi si Hebraicè legamus besuri, & sensus sic ut eis,  
quia caro mea ex eis, ut vertuni quoque 70. & alij  
he-

hebraizantes, ut eis, quia incarnatio mea ex eis; bene potest coherere cum alia lectione, quae est S. Hieronymi, & vulgata, quae habet basuram, ponendo Sin pro Samech, ut sit sensus, ut eis cum recessero ab eis, hoc est ut eis, nempe Iudeis cum incarnatione facta excludam eos, qui carnem sumens de eis, me non reperirent. Plura exempla reperies apud authores letrici Complutensis.

Notanter dictum est, si utramque interpretationem textus admittat, si enim non admittat, quae non congruit explodenda est, iuxta doctrinam S. Hieronymi super 3. caput Abachuc dicentis expositionem Theodotionis, & Symmachii, egressus es in salutem populi tui, ut saluares Christum tuum, esse pauperem sensum, & Iudaicum, sensum vero quem exprimit 6. editio, ut saluares populum tuum per Iesum Christum tuum continere sacramentum.

Quod si dubius, vel incertus sit Rabbinicus, vel Hebraizantium intellectus, tunc semper est postponendus, ratio est in promptu ex Aritor. in Prol. Rhetor. ad Theodectem, quia illa est prior interpretatione, quae vacuos odio, & gratia interpres nacta est ante exortam litem. Cum ergo Hieronymiana, & vulgata effluat a fonte Septuaginta interpretum in lege peritissimorum, qui 300. annis ante Christi adventum, absque odio, vel gratia scripturas verterunt: nuper autem traductiones Hebraizantium ab illis officiis descendant, vbi odij flamma contra Christum Dominum accensa est, & inuidia, & odio potius ducti, quam zelo exponendę legis canalem dirigant ad eos, qui calamitatibus distracti, propria quoque lingua expoliati sunt; ipsi que in terpres moderni, qui peritissimi censemur non in libris sacris euoluendis, sed in scrutis vendendis, in pellibus suendis, vel sarcendi exercitentur; extremae dementiae argumentum esset certa, & indubitate traductionem, dubiae, & obscurae facere pedissequam.

SECVNDVS CANON. Quod lectionum varietas (ut aliter habeant Septuaginta, aliter Hieronymus, aliter Symmachus, Aquila, Theodocius, Rabbini, & Hebraizantes) est ex diversa significatione, quam secum compati possunt hebraicae voces. v. g. Genes. 11. vbi dicitur Abraham eductū de Ur Chaldaeorū, ut verrit Hieron. quia illa vox significare potest ignem, Hebraizantes transtulerunt de igne Chaldaeorum. Exodi 30. v. 13. in vulgata habetur, & deprecabitur Aaron super cornua eius semel per annum, Hebraizantes, & expiabit Aaron, &c. & quia כְּפָר chaphar, deprecari, propitiari, expiare, & placare significat, hinc varietas diuersarum editionum orta est. Leuitici cap. 3. dicitur, quod si hostia pacificorum fuerit eius oblatio, quia illa vox ex nostro Sancto Pagnino פְּלִשְׁתִּים significat purificare, reddere, vel retrahere, finire ac perficere, salutare, inde variae translationes. Iosephus vertit, victimā retributionum, hoc est gratiarum actionis. hostia salutaris, ut verterunt 70. δυσία σωτηρία, hoc est victimā oblata pro salute. Chaldaica, hostia sanctificationum, &c. Num. c. 22. de Balaam dicitur. Habitabat super flumen terra filiorū Ammon, hoc est super Euphratem, qui fluit in Ammonitarum terra. in Hebreo est יְמֵן Ammon, unde tam Septuaginta, quam aliqui Hebraizantes vertunt, populi sui, sed vel interpres noster alia exemplaria Hebraica nactus est, vel per Ammon intellexerunt Ammon, יְמֵן, & in Hebraico litteta י non-

est radicalis, sed neemantica, & ascititia, vide simile in Gen. 19. v. ultimo, vbi Ammon non vocatur Ammon, sed ben ammi in Hebreo. Et Deuteronomij cap. 8. Ductor tuus fuit in solitudine magna, atque terribili in qua erat serpens, &c. & scorpio ac Dipsas. Hebraizantes nonnulli loco Dipsas vertunt, siccitas etenim יַדְבָּר tisimaaon à יַדְבָּר tisimma a siti deducitur, & S. Isidor. 12. origin cap. 2. dicit, quod Dipsas latine situla a siti deducitur, eo quod mortis ab eis siti ardant, sed nostro interpreti concordant Septuaginta, & consipice Hebraicus. Ione cap. 2. dicitur, venerunt in domū mulieris meretricis, in Hebreo נָזָר zonah, quae etiam hospitam potest significare, unde quidam interpretantur, in domum caupone, seu hospitae, & afferunt in sui patrocinium Chaldeū, qui vertit אֲנָזָר קִנְאָה, quasi παρδοξιαν aut πειδούτρια dixerit, sed nesciunt, quod Chaldeus, ut obscenam meretricis vocem vitaret, verecundia graui, tabernariam, seu hospitam vertit, non ut rem ipsam alienaret. Iudicium 16. v. 21. dicitur de Samsonem, clausum in carcere molere fecerunt, vel ex Hebreo, erat נָזָר molens in domo vinctorum, & quia molere metaphorice interdum carnalem commixtionem, vbi corpora corporibus, ut inola superior inferiori iunguntur significat (vt Iob 31. מִתְּמֻלֵּת alteri uxori mea, seu ut Hieronym. vertit, seorsum alterius sit uxor mea, & Thren. 5. vbi dicitur in Heb. adolescentes ad molendum tulerunt, hoc est ut vertit Hieronym. adolescentibus impudice abusisunt, hinc factum est, quod multi Rabbini, & Hebraizantes locum istum de Samsonem allegatum, interpretariunt, quod illi a Philistaeis tradita sint uxores molestae, ut robustam prolem suscipiant, vel ad reddendum, ut dicunt alii Samsonem molliorem propterea foeminæ sint subacte. huius expositionis meminit S. Hieronym. in 47. cap. Esai. dicens. illudque quod in Iudicium libro de Samsonem scribitur, ad molam eum à Philistym esse damnatum, hoc significare volunt, nempe Hebrei, qui referuntur in Iacob cap. 1. fol. 10. tractatus Sutah, quod pro sobole robustissimum virorum, hoc in Allophylas mulieres facere sūt compulsus. Sed irrationalis est interpretatio, cum Samsonis captiuitas, catena, cecitas, Veneri indulgere non permitteret. Propria ergo interpretatio est mōlēdi in pristino, quae est captiuorum calamitas. Es. 47. descendē sede in puluere, virgo filia Babylon, sede in terra tolle molam, mole farinam, & nunc apud Barbaros tales miseras captiuū experiuntur Christiani. Lib. 1. Regum ca. 1. vers. 5. dicitur de Elcana. Anna autem dedit partem unam tristis, quia Annam diligebat. Hebraice est אֶנְתָּם apaim, quae vox potest significare facies, & potest significare tristitia, seu fures, vel iras: unde Hebrei transferunt, facies, & sensus est, dedit illi unam portionem duarum facierum, hoc est duplicatam, vel partem electam, quae dicitur facierum, sicut electa in matrimonij facies dicitur unde Chaldeus vertit electam. R. David honorabilem vide Hieronym. lib. tradit. Heb. sed quia etiam translata, & metaphorice apaim ab effectu ira vel tristitia significatur, quae in facie praecipue cernitur (ex nostro Pagnino in thesauro) optimè vertit interpres, tristis, id est Elcana, quia non poterat Annam tantum dare, quantum volebat unam partem Elcanę dādo, plures emula recipiente. Et vulgata est praeferenda, cui fauent antecedentia, & subsequētia verba. Ecclesiastes cap. 1. Considerauit in corde meo, ut tra-

berem in vinum carnem meam, habetur in vulgata. alij Hebraizantes interpretantur. Volui vitam meā tradere delicis. Et quasi vino sic voluptate sopire, iste duplex sēsus ortus est propter vocem matthei מִתְּבָרֵךְ quæ significat non solam trahere, sed & procul facere, & ducere in longum. Vulgatus fecutus est postea rationem senium, & conformior est fonti, cum in eo capite sermo sit de repudiatis a Salomone voluptatibus, quod & ponderauit Eugubinus in quæstione an vulgata sit D. Hieronymi tom. I. suorum operum. Iob 7. legimus militia est vita hominis super terram. Sed R. Mardonius in suis concordanis. R. David lib. radic. legunt, tempus determinatum hominis super terram, quia vox צְבָא nedium exercitum, sed finem, & determinatum tempus significat, & potest explicari vulgata ea analogia, quod certe, & determinato tempore exerceri potest militia, ut habetur 2. reg. 11. Esaiae 33. Vbi est litteratus? ubi legis verba ponderans? ubi Doctoꝝ paruolorum? dictioꝝ illam סְפַר sophor, alij vertunt, eti scribe? & illud, vbi legis verba ponderans? הַפָּשׁ, ubi liberator? & illud, vbi doctoꝝ paruolorum? vertunt ex Heb. qui numerat turres סְפָר אֶת הַמִּנְגָּלִים, & idem sensus est, nam idest scriba, nedium accipi potest pro notario, & pro eo, qui annalia scribebat, sed etiam pro eo, qui verba legis scribebat, & interpretabatur Matt. 13. & legis verba ponderans, idem, ac quod liberator quem Paulus 1. Cor. 1. sapientem vocat, ubi sapiens? Numerator uero turrium idem est ille, quem vocat Apostolus conquistorem huius seculi. hi enim numeratores habebant ex officio describere oppida regioꝝ, munitionum: fortassis, hi erant Doctores paruolorum, quia etiam Arithmeticam eos docebant, unde vulgatus merito vertit, Doctoꝝ paruolorū. Satis haec exempla ad canonis doctrinam positam declarandum.

**TERTIVS CANON.** Ex varietate originis, & thematum, seu radicum, varia quoque fieri potuit translatio. exempli gratia 2. Reg. 14. habetur. Loquar ad dominum meum regem, præsente populo à radice נָגָד, quod est videre, tu videat me populus. Hebraizantes vertunt, quia terruit me populus à radice נָגָד iara quæ est priori radici opposita, illa enim significat oculos, vel animum ad obiectum intendere, haec animum & oculos ex timore ab obiecto auocare. Iob 30. in vulgata habetur. Radix iuniperorum erit cibus eorum, à radice חַלְחָלָה lacham, quod est comedere; Hebraizantes vertunt, radix iuniperorum, ad calefaciendum, à radice חַמְפָּבָה thaman q̄ significat ad incalcedū, calefere, calefieri. Esa. 58 legimus in vulgata, dissolute colligationes, hoc loco, ut notat Forerius cum sit vox ista quatuor litterarum incertam facit radicem, tamen quia y est aduentitia, pot̄ formari radix à verbo חַרְבָּה, quod vincula adurant, & exhaustant spiritum. si uero sit aduentitia littera בָּה̄ deriuatur à verbo חַרְבָּה, idest exauit, vnde vulgatus nuncupantur.

**QVARTVS CANON.** Ex similitudine litterarum, aut scriptorum negligentia, vel sciolorum audacia, in originalibus multa irrepserunt, vnde restitutis locis pristino suo candori, facillimè Hebreæ latinaq; dissidentia exemplaria conciliari possunt. Vnde magna temeritas est vulgatum per hebraicos fontes velle corrigere. Exemplum est Gen. 36. in voce illa מִתְּבָרֵךְ iamini, quam interpres noster ver-

tit, aquas calidas, & alij iemim, idest mulos, cum in sonie Hebraico habeatur הַיְמָה haiamim facile ex similitudine literarum potuit חַמְפָּבָה mutari in חַמְמָה legendum חַמְמָה chaimim, qua voce aquæ calide significantur. sic legisse Hieronym. coniectura est, quia 70. legunt, et animi, & chet per epsilon explicate solent, ut pro pesach phase, pro Corah Core, & Diodorus apud Eugubinum ait, syrus per Neamim significat aquam: inuenit ergo fontem in deserto, &c. in ps. 109. vbi vulgatus legit in splendoribus בְּהָר behadere, aliqui legunt נְהָר beharete in montibus, mutata littera נְהָר resh in ד daleth sibi consimile. Idem accidit psalm. 21. vbi similitudine litterarum, Iod. & י vau, Iudæi legerunt כָּרְבָּי caari, sicut leo, cum sit legendum כָּרְבָּי caaru, foderunt, etiam secundum correctiora exemplaria Hebraica. Ezech. 34. pingue, & forte custodian. אֲשָׁמָר אֲשָׁמָר asinir, Hebraizantes legunt asinid אֲשָׁמָר disperdam innumerata sunt huius modi, que recenserit vix possunt.

**QVINTVS CANON.** Ex diueritate punctorum oriunt diuersa intelligētia, quare non debemus vulgatum reiçere, si diuersam punctuationem, ex qua oritur diuersa lectio, in alijs deprehendamus. Exemplum est Esaiae cap. 2. Quoniam excelsus reputatus est ipse בְּמַה bamah. quæ vox significat excelsum, ita vulgatus ad celitudinem Christi Domini manifestandam. Hebraizantes legunt Bamah, idest in quo, diuersè punctuando, ad Christi Domini maiestatem extenuandā. Esaiae cap. 53. legimus cum interprete, dabit impios proseptura, & quidam Hebraizantes legunt bemothau בְּמַתִּין in in mortibus eius, sed pungendum est (ait noster Forerius) בְּמַה (bamah) bamothau בְּמַתִּין excelsus eius, hoc est sepulchro; illud excelsum, & nobile significando diuinitus Iosephi ab Arimathia, in quo Christi domini corpus conditum est, & sensus est. Facit improbos excelsū eius, idest, sepulchrum eius, idest sepultus est, ut impij cum ipso sepelirentur, vnde baptizati sepeliuntur cum ipso in baptismo morte spirituali moriendo. & Num. cap. 11. prophetauerunt, nec ultra cessauerunt; ex voce iasaphu בְּמַעַן Septuaginta verterunt, addiderunt, & sensus est illos viros eo die tantum prophetasse, sed noster interpres cum Chaldeo alijs punctis legit iauspu, hoc est, cessauerunt, defecerunt, indicando habuisse spiritum propheticum quoque, post diem illum.

Quando vero mutatio punctorum litteræ quadrat, ad explicationem vulgatae, & mysteriorum fidei enucleationem, tunc talis interpretatio obuijs vñis excipienda. V.g. in Esaia legimus cum vulgata, putauimus cum quasi leprorum, & percussum à Deo, & humiliatum, illam particulam, percussum à Deo, & humiliatum, Syrus verit, percussum Dei, verti posse, percussum Deum, & humiliatum patet ex illa alia pūctuatione מִתְּבָרֵךְ muche elohim utime hunech, & multis Hebreos initatos baptismō ex hoc loco, & ad fidem conuersos tanquam oculatus tellis testatur Andrade trac. de autor. vulgata editioꝝ pag. 250. à tergo. interpres vero legit el haim, & percussum, à radice חַמְמָה, quod est frangere, confringere. similiter in Ps. 41. scribitur. Beatus qui intelligit super eogenum, & pauperem, coniunctio illa el, hoc est, & חַמְמָה punctata per segol, si punctueretur per zeti significat Deum, & tunc sensus esse potest. Beatus.

De sacrorum Bibliorum versione. 353

*Beatus, qui intelligit super Deum egenum, & pauperem,  
& ille significatur, qui cum diuies esset pro nobis egenus factus est, ut dicit Apost. & qui personam pauperum in sua persona representabit. Quod unius ex minimis meis fecisti, talem sic intendenter, in die mala liberabit illum dominus.*

SEXTVS CANON. Vtriusque linguae Hebreæ  
& Latinae idiotismi diligenter aduerterendi, diligenter  
namque eorum facta libratione mirabiliter diuersas  
lectiones concordare apparebit. exemplum  
Gen. 8. de coruo dicuntur. *ingrediebatur*, & non re-  
uertebatur donec sic carentur aquæ, & sic legunt cum  
vulgata 70. Hieron. ad Ocean. Aug. super Gen. &c.  
& ijs verbis significatur coruum non fuisse reuersū,  
sed Hebreæ habent. *Coruus egrediebatur eundo*, &  
*redeundo*. hoc autem, ut recte pōderavit Andradius  
nullo pacto contradicit vulgatæ, siquidem coruus,  
vltro citroque volitans circa arcam ad Noe non re-  
uertebatur. Illud festiuum, quod vocula illa וְשׁוּבָה  
ex radice שׁוּב deducitur, quæ significat rebellare  
auerti, &c. vnde Hieron. 8. שׁוּבָה rebellauit popu-  
lus, vel auersus est populus auersione contentiose, &  
Ez. 17. ambulauit vagus per viam cordis sui שׁוּבָה  
rebellis, auersus, abductus; talis erat coruus vagus, re-  
bellis, & secundum naturalem inclinationem, ut ca-  
teret aues egressa à caneis circumuolitare, & nun-  
quam redire; quod si Caluinus aduenisset interpreti  
potius subscriptisset, quam illum incusasset. Num. 21  
habitauit Israel in Hesbon, & viculis eius בְּנֹתֵיהֶן  
וְבוּרָה, & in omnibus filiabus eius, nulla est dissonantia  
nam est idiotismus Hebraicus villas, vicos, pagos, op-  
pida, minores vibes filias appellari comparatione  
metropolis, quæ est tanquam matrix. vnde I. Ma-  
chab. 5. eadem phrasij dicitur percussisse ciuitatem  
Gazer, & filias eius.

**SEPTIMVS CANON.** In latinorum multis exemplaribus oscitania libratorum, vel scolorum via multa sunt supposita, vnde appetat diuersitas codicis, & differentia ab originali, quæ postea ex emendationibus codicibus, & ex fonte à Patribus, & Ecclesia sunt emendata. exemplum est 1. Reg. 19. **vbi** dicitur de David, *cecidit nudus tota die illa, & no*  
**de,** in multis codicibus legebatur olim, *cecidit, sed*  
*mendosè legebatur, nam in fonte est* הַיְלָדֶת *ceci*  
*dit, sicut & in correctionibus Latinis, cecidisse vero*  
*dicitur, aut quia viribus destitutus erat, vt dicunt*  
*quidam Heb. & Vatablus, vel ex Neotericis aljs Do*  
*cotoribus, quia adorantium more sepe procidebat in*  
*terram. Iob 36. illud, in tempista morietur, putant*  
*multi legendum intempestivæ tanquam consonan-*  
*tius Gr eco textui ~~ενταση~~, & Hebraico נִזְבָּנָה*  
*banoth, quare Septuaginta verterunt in iuuentute, ad*  
*significandam intempestuitatem, & putant hoc ca-*  
*none nodum dissoluere, sed re uera נִזְבָּנָה neghor cu*  
*excute, e significet, id quoque tempestate fieri po-*  
*test, & id quadrat iuuenum morti, qui velut turbine,*  
*& tempestate excutiuntur, vnde R. Kimhi idem*  
*dicit esse mori in tempestate, & mori in excusso-*  
*ne. Ex hoc quoque canone multi putat illum locum*  
*Ez. 60. restituendum. Filiae tue de latere surgent, vt*  
*pro surgent, surgent, legi debeat, & esse errorem,*  
*qui in text. irrepserit, ita Adam, Complutenses, &*  
*S. Hieronym. exponens, surgent lac Apestolorum, &*  
*nunquam satis laudatus nostrar P. F. Forcarius surgent*  
*et legendū contendit, cum enim radix וְ נִזְבָּנָה aman-*

nedū nutritre, sed significet etiā esse fidelē, cōfortari  
roborare, pōt quoq; verti sup latera tua cōfirmabū-  
tur, roboretur, fideliter tanquam ad latera nu-  
tritum educabuntur: quod est lac fugere, & sic scri-  
ptum ab interprete: sed non est linquenda vulgata,  
nam surgere quoque confirmari, roborari est, vnde  
plantæ, quo magis attolluntur, & ē terra surgunt, eo  
sunt robustiores; & quia robur, & incrementum à  
succo attracto per radices attrahunt, ex ista meta-  
phora, non longe diuersus est sensus à lectiore vul-  
gata. Quare primum exemplum magis est ad pro-  
positum canonis demonstrādum. addimus, & aliud  
Iob 7. dum sicut seruus desiderat umbram, à multis  
lectum est, sicut ceruus, sed vox originalis **רְכֻבָּ** signi-  
ficit mancipium bello captum, vel emptum pecu-  
nia, & quemcumque quomodo libet seruentem,  
quare iste locus mendosus correctus est pro cer-  
vus, restitutum est seruus, & Iob. 19. lectum est à mul-  
tis, vel certè sculpantur in silice, ita glossa Titelm. Frā-  
ciscus Lucas, Arias Montanus, ac correcta est lectio  
[celte sculpantur in silice] & in fonte est **רְכֻבָּ** stylo,  
calamo ferreo, & similis phrasis est Ier. 8. peccatum  
Iuda est scriptum stylo ferreo, & S. Hierony. celte legit  
sic & Grego. Hugo Caren sis, & est instrumentum  
apium ad sculpendum in silice, quæ vox in Epitra-  
phio Sertij parasiti habetur ex Pineda in hūc locū,  
& in nouissima editione sic legendū Sixti Biblia co-  
gūt. Verū ne passim loca corrupta loca restituenda,  
quis passim obijciat, vel fingat, & paulatim totius  
editionis vulgata eneruet autoritatem, meminerit  
id nonnisi Ecclesiæ authoritate licere, interim mo-  
destiæ finibus contentus audiat Augustin. ad Hiero-  
nymum scribentem. Manichæi plurima diuinarum  
scripturarum, quibus eorum nefarius error clarissima  
sententiā perspicuisse convincitur, quia in alium  
sensem detorquere non possunt falsa esse contendū, ut  
eandem falsitatem non scribentibus Apostolis tribuat,  
sed nescio quibus codicū corruptoribus, & sic prudēs  
lectio cauebit præcipitum.

OCTAVVS CANON. Multoties in eadem voce est duplex significatio, vna propria, altera impropria, & abusiva, vel translatitia, & plerumque inter pres propria relicta impropria vius, & è cōtra retenta impropria, propria relicta est, vnde cum aliud interpreti, aliud alijs translatoribus arriserit, variae sunt ortæ traductiones, quæ non inuicem sibi contradicunt. Exemplum primæ partis huius canonis habetur Iob cap. 34. vbi dicitur. *Quia ergo loquitus sum ad Deum, te quoque non prohibeo, quia enim Habal נְכָן in prima, & primaria sua significatione significat obligare, constringere quasi fune, clarè vertit interpres non prohibeo, hoc est nō ligabo linguam tuam, non te constringam.* Septuaginta vero quia in translatitia significatione eadem vox significat oppignorare, verterunt, non auferam loco pignoris. Exemplum secundæ partis 3. Reg. cap. 10. vbi dicitur. [Fecit Salomon ducenta scuta de auro purissimo] Hebraicæ scuta עַזְנִי tzinah. at 2. Paral. 9. idem nomen translatum est non scuta, sed hastas. Dicitur enim. Fecit ducentas hastas aureas. Quem locum ponderans Abul. 2. Paralipom. q. 99. ait, vere, & propriè fuisse hastas, abusivè vero dicta scuta in libris Regum.

**NONVSCANON.** Cum incertæ sint specie-  
rum vocabula apud Hebraeos, frequenter genus pro  
specie

specie ab interprete positiū est, aut una species pro altera. Exemplum Genes. 35. infudit eas *sabter therebinum* hebraicē פָּתַח elah, quod est nomen commune arboris, & idem interpres, qui hic vertit therebintum, Iosue ultimo vertit *sabtis quercum*. Item Iob 28. dicitur *Semitam ignorauit anis, nec iniuitus est eam oculus vulturis*, hebraicē פְּנַיִם, quae autem auis sit Caietanus ibi fatetur se ignorare, & vniuersaliter viri Hebraicarum litterarum peritissimi docent nomina propria arborum, animalium, excidisse ab Hebreorum memoria, quare quidam vertunt Picā, ita R. D. Kimhi. Tigurina & R. Mardonius, Miluum. Pagninus autem variam, & nulla est dissontia, nam certum genus habetur, licet species sit incerta.

**DECIMVS CANON.** Cum paraphrasis more vulgatus interdum sententias Hebraicē exprimat potius sensum sensui, quam verbum verbo reddendo, modo restringens modo amplians verba secundum rerum exigentiam; mirum non est si interdum diuersitas apparet inter vulgatū, & alios interpres. Exemplum est in ps. 106. *Irritauerunt ascendentes in mare, mare rubrum, in Hebreo יָם סָדֶן*, vbi Pagninus Tigurina proprium cum Hebraico reuinuerunt, at Hieronymus Chald. vertierunt, *mare rubrum, circumstantia enim litteræ id poscebat, sicut in Exod. 23.* vbi ponitur mare rubrum terminos terræ sanctæ, & opus erat certa cosmographia regula terminos, & loca cognoscere. Vnde quamvis vox יָם iuncum, vel iunctum, algam herbam nascentem in aquis marinis significet, vt veri posset mare algosum secundum vocem, sensus tamen melius expressus est ad significandam determinatam partem maris, nempe rubri. E contra vero Iona 2. idem vocabulum ampliando ad sensum exprimentum dilatauit, cum enim dicitur, *Pelagus operuit caput meum.* שָׁאַל שָׁׁמֶן, pro quo alij vertunt verbum verbo reddentes *alga alligata est capiti meo*, noluit vertere *mare rubrum*, sed pelagus in genere ampliando posuit, sensim exprimendo, id enim circumstantia litteræ patiebatur. Similiter Iob cap. 15. num. 11. legit vulgatus. *Numquid grande es, vt consolour te Deus, sed verba tua prava hoc prohibent, Heb. legunt. Nonne parum à te consolationes, verbum absconditum tecum*, hoc est parum à te consolationes diltant, & verbum absconditum, seu prauum illud, quod tu misitas tecum. sensus certe idem est, sed quod pressis verbis Hebreæ legunt, clarius amplioribus verbis expressit vulgatus interpres. Et ab opposito in Hebreo cap. 40. Hebreæ habent. *Et somniauerunt somnium ambo ipsi, quisque somnium suum in una nocte in vulgata solum habet presius. Videruntque ambo somnium nocte una.*

Hanc interpretandi rationem ex Euangelistis mutuatus est interpres, nam ipsi Euangeliſtæ, non de verbo ad verbum, sed secundum sensum testimonia prophetarum citant. Vnde Matthæus Michæl testi monium sub hac forma refert. *Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principiis Iuda, ex te enim exiit Dux, qui regat populum meum Israel.* Scilicet in Michæla sic legitur, & in Bethleem Ephorata, parvulus mibi es, ut sis in milibus Iuda, ex te enim mihi egreditur, qui sit dominator in Israel, vnde Matthæus prima facie (quod obijecti Osiander) pugnare uidetur cum propheta, sed si verba deprehenduntur dis-

sonantia deprehenduntur, si sensus mira concordia. Nihil his sensus est Euangeliſtæ [paruula es ò Bethleem] si murorum ambitum consideres, vel in oculis hominum, vt dicit Rupertus, sed nequaquam minima es, quia ex te mihi egreditur dominator, vel qui regat populum meum Israel.] Et negatiua Euangeliſtæ, cum affirmativa prophetæ concordat mirificè. Si ergo Euangeliſtæ licuit hac interpretatione vti, quæ magis in sensu posita est, quam in verbis, certe culpandus non est noster interpres, qui innumeris penelocis hanc interpretandi rationem vere interpretationis legibus conformem sequitur. Et S. Hieronymus præfat. in lib. Reg. vocat se interpretē, vel paraphrastem, & lib. de opimo genere interpretandi consideratōs docet sensus in scripturis, nō verba, propriea Aquilam vocat contentiosum interpretē, & à se & Christianis rei cīdum, quod ne dum verba, sed & etymologias verborum transtulerit.

**VNDECIMVS CANON.** Cum ex varijs quoque punctorum notis, quibus omnes distinguuntur varijs, & diversi sensus habeantur, aliter punctua uit vulgatus, quam nunc habeant hebreæ, vnde apparet diuersitas editionum, semper tamen vulgata, præferenda. Exemplum Genes. cap. 1. vbi dicitur. *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & uniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui ut sint vobis in escam, & cunctis animantibus terra, omniq[ue] volucri cœli, & uniuersis, quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens, ut habeant ad vescendum. Hebreizantes sic punctuat.* Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & omne lignum, cutis in ipso fructus lignum semiflavans sementem vobis ad escam, & hic punctuant. & omni bestiæ terra, & omni volucri cœli, & omni repetanti super terram, cuius in ipso anima viuens, omnis viriditas herba. Ita Caietanus, ut apparat distinctio (aut Oleaster) inter cibum hominis, & bestiarum aliarum, vt cibus hominis fuerint semina herbarum cum fructibus, cibus vero aliorum viuentium viriditas, seu viride terra. Sed non est cur magis modernis punctatoribus, quam interpreti fidem adhibeamus, cum bene possit hic cadere distributio accommoda, vt non omnia cunctis, sed iuxta genus suum in cibum sint prouisa, alijs herbae, alijs grana, & arboris fructus hominibus, & quibusdam non omnia, sed ex omnibus, nempe herbis, granis, & fructibus quedam, vt bene F. Ludouicus Ystella hunc locum exponit. Canticorum 7. Hebreæ habent. *Mandragore dederunt odorem suum in portis nostris, nam illa particula, in portis nostris, habet cōiunctiū, & sibi adiunctam.* At vulgatus dispungit. *Mandragore dederunt odorem suum, & punctuant, & deinde sequitur.* In portis nostris omnia poma noua, & vetera dilecte mi seruauit tibi, & est hebreisinus, nam idem, & dicere esse in portis, ac ad manum habere Gen. c. 4. in foribus peccatum tuum aderit, & sensus sponsæ est, habere ad manum seruata omnia fructuum genera.

**DVODECIMVS CANON.** Cum aliquid est æquiuocum in originali, vel amphibologicum, multa adduntur ab interprete, vt amphibologia tolatur. Exemplum est apertum 3. Reg. c. 16. num. 7. vbi dicitur. *Ob hanc causam occidit eum, hoc est Iehu filium Anani prophetam.* In Hebreo fonte solum hæc verba repertuntur, ob hanc causam occidit eum. simili-

# De sacrorum Bibliorum versione.

357

similiter in 70. sic legimus, ut in Hebreo, sed quia non expedite constabat, quis occisor, quis occisus, inspiciendo fontes, Interpres celesti initia motus, iure suo amphibologiam illam explicant. Item ad eandem finem plerumque nominum interpretationes ab interprete apponuntur, unde Genes. 35. dixit Benoni significare filium doloris, Benjamin, filium dexteræ. Ex. 12. Thase transitum domini, & cap. 16. Manhu quid est hoc.

**DECIMVSTER TIVS CANON.** Frequenter in Hebreo sunt quedam dictiones duriusculæ, ad quas tene perandas aliter vulgatus vertitur, quāquod est in fonte. Exemplum est Eccles. 7. vbi dicitur. *Impossibile est ab homine corrigi, quem Deus despexerit verbum*, illud וְרֹאֵשׁ à radice יָם significat quoque deprauare unde aliqui legunt deprauarit, & 70. incuruarit. Verum interpres caueſ offēdiculum, ne putaretur Deus ab impio auctor culpæ, vel peccati, Iſus est vocabulo despiciendi, quod non positum aliquid dicit, sicut incuruare, vel deprauare; sed tantum modo negationem importat, nempe cessationis à protectione, auersionis nomine oculorum ad meliora prospicciendo, importat. Quod ex proprietate Graeca accipi potest, etenim vox ἀπορέω significat non aspicere, sed potius aliquo prætermisso ad meliora prospicere, unde Actor. 15. dicitur. *Tempora humana ignorantiae despexisse Deum eadem phras.*

**QVARTVS DECIMVS CANON.** Multoties personæ, casus, modi, tempora, & huiusmodi mutantur in vulgata, aliter quam est in Hebreo, ut clarior sententia ab interprete exprimeretur Cant. 8. dicitur. *Si dederit homo omnem substantiam suam, quæ simili despiciet eam, id est substantiam.* Hebreo vero habent. *Si vero homo dederit omnem substantiam domus sue probac dilectione, contemnendo contemnere eum.* Subaudi ceteri homines, at facilior, & planior sensus vulgatae. Secundus vero non discordat. Cät. 8. *Adiuro vos filiæ Hierusalèm, ne suscitetis, neque euigilate faciatis, dilectam quoad usque ipsa velut, potest haec sententia referri ad personam sponsæ, & concordat cum vulgato Chaldaeo, at in Hebreo אֶת הַדְבָּרָה illa particula dilectam, ambigua est, & potest enam significare ipsam dilectionem, seu amorem, & ita vertunt 70. ne suscietis dilectionem, & pro amplificatione sumunt pro persona dilecta, & significatur ipsum concretum tali nomine abstracto. Unde Augustin. vel quicunque sit auctor in lib. Speculi t. 3. p. 22. vtramque lectionem habet dilectionem, & dilectum. Similiter illud verbum adiuro, apud vulgatum est præsentis temporis, sed tam in Hebraico fonte, quem in 70. habetur in præterito. adiuravi vos, ad significandam iterationem adiurationis sepius factam vsi sunt præterito Hebreus, & 70. sed interpres præsenti, ad denotandam rei alieni sollicitudinem, & affectum, & Cant. 2. similiter vbi dicitur in vulgato. *en dilectus meus loquitur mihi,* in Hebreo est præteritum tempus לִי locutus est mihi, & idem est sensus, nam significatur in præsenti, aliquod quoque præteriti antecedisse. Unde Cicero oratione 3. in Verrem ait. *Quod ubi intellexit vocat seruos, imperat, &c.* & frequens huiusmodi temporum permutationis scripturis adiutatur, nam psalm. 5. in vulgata habetur, latentur omnes, qui sperant in te, in Heb. latabuntur, in vulgata in*

eternum exultabunt, in Heb. *Exultent.* Item ponit solet imperativum pro futuro Gen. 20. *orabit pro te, & viues.* lob 18. optativum pro futuro *habent sociis eius in vulgata, in Hebreo habitabunt,* quibus locis iure suo, & secundum leges interpretationis, vel ad Hebraismos retinendos vobis est interpres. Non ergo mitum si loco citato Canticorum, de quo loquebamur, præteritum quoque pro præsenti usurpavit. In eodem loco subditur, ne suscitetis, in Hebreo est particula וְיִמְשַׁׁל, quod est idem, ac si, & 70. vertunt, si susciteritis, & nulla est contradictione, nam in nostra vulgata exponitur simplex adiuratio ne id faciant, at in 70. explicatur adiuratio simul cum combinatione subintellecta, ut cuni dicitur. *si non humilius sentiebam,* subauditur non recuso quod vispati. Rursus verbum plurale interdum ponitur pro singulari nomine. Esai. 24. legitur in Heb. *excisi sunt principes populi terræ.* Vulgatus vertit [infirmata est altitudo] & accipitur pro nobilitate seu proceribus, & excelsum Regni, & sic nulla diuersitas. Verbum quoq; actiuū pro passiuo usurpati solet Es. 26. in vulgata legitur. *Saluator ponetur in ea murus, & antemurale, in passiuo, & Hebraicæ actiue legimus.* [Ponet] & in vitroque significazione explicatur fortitudo, seu obfirmatio, qua Deus ponitur, vel ponit salutem, & defendendo.

**QINCTVS DECIMVS CANON.** Frequenter interpres innixus historiæ relicta propria thematis significazione sensum expressit. Esai. c. 33. dicitur in vulgata, *à voce Angelii fugerunt populi,* in Hebreo legimus [à voce strepitus] certe sciebat interpres illam vocem, ut alias verterat, nunc multitudinem, nunc strepitum significare, & ex verbi vi, vertendum erat prout in Hebreo: tamen quia erat sermo de strepitu Angelii quando ad puniendos Egyptios descendit, ut hanc historiam significaret vertit à voce Angelii.

**SEXTVS DECIMVS CANON.** Sepe in lingua Hebreæ quiescentes litteræ inter se mutantur, ut una pro altera substituatur, ex qua permutatione diuersitas sensuum apparere solet. Exemplum est Oleæ cap. 1. vbi in vulgata legitur. *obliuiscar eorum,* at Hebraizantes. Auserendo auseram eos velle uando leuando eos נְשָׁבֵב, & quidem ea vox non est à verbo נְשָׁבֵב, quod significat leuare, vel tollere, sed à verbo נְשָׁבֵב quod est obliuisci, sed quia solet posse & pro נְשָׁבֵב legit interpres ac hebraizantes, eodem modo Hier. 23. vertit Hieronymus, tollam vos portans. Hebraizantes [obliuiscar vos.]

**DECIMVS SEPTIMVS CANON.** Sepe vulgatus integrum dictiōnem legit, quam alij interpres diuidentes, diuersam significatiōnem, & sensum importat: Ierem. cap. 22. dicitur. *Clama ad transientes, quia contriti sunt omnes amatores tui.* vulgatus integrum dictiōnem מַעֲכָרִים mehaberim, hoc est transiennes, transfūlit: sed Septuaginta diuidentes dictiōnem מַהֲכָרִים meabari. in transulerunt ut & Theodotion [ad transmarinas regiones.]

**DECIMVS OCTAVVS CANON.** Frequenter in sacra Scriptura voces ita permuntantur, ut alterius loco altera substituatur, de qua regula quæ Hypallage dicitur, vide nostrum Pagninum lib. 4. institut. cap. 11. exemplum est Ezech. 31. v. 15. in die, quando descendit ad inferos induxi lucifum, operi eum abyssum.

*וְנִזְמַנְתָּה אֶל־יְהוָה כִּי־עַל־יְהוָה תִּזְמַנֵּה* operui eū abyſſo, Hebraizantes legunt hoc est operui eum abyſſo; sed Septuaginta legunt, luxit eum abyſſus, sed hic permundans causas, ut pro eo quod dicitur, operui eo abyſſum, legi possit, & explicari, operui eum abyſſo; simile est 4. Reg. cap. 9. vbi dicitur in Heb. posuit in ſtibio oculos ſuos, & vulgatus depinxit oculos ſuos ſtibio. illud psalm. 103. super montes ſtabunt aquae, aliqui explicant per Hypallage hoc est, montes ſtabunt ſuper aquas, & ea loquendi formula significatur in morte Aſſyrii clauam abyſſum, at coercitam ne aquam effunderet, & flumina ſiccata.

**DECIMVS NONVS CANON.** Multoties nomina, quæ intacta relinquentur in textu originali, interpres expedit, atque mutavit, non tamen ut nomina propria non remanerent. motus est autem rationabiliter interpres, vel quod ſine interpretatione non intelligerentur, vt Soph. cap. 2. *Veb qui habitatis finiculum maris gens perdiuorum*, Hebraicè חַרְבָּן chereum, quia non intelligebantur, qui eſſent Cheretæ, poſta eſt interpretatio, ſicut etiam Ezech. 26. aut etiam ad aliquod myſterium aperiendum, vt Ef. 8. [voca nomē eius accelerat, ſpolia, detrahere, festina, prædare] ſi enim vertiſſet voca nomen eius Maher Salal has baz, non intellecta fuiffent a Latinis, nec myſterium apertum eſſet, quod latet de Christo Domino, quod eſſet celer ſpoliator, qui mox, ut natus eſt, abſtulit fortitudinem Damasci, ab oriente Magos vocando, ut perbellę Tertull. lib. contra Iudeos.

**VIGESIMVS CANON.** Interpres emaculatores codices nacltus eſt, & propterea aliter legit, quam Hebraizantes, qui alios codices naclti ſunt. Exemplum eſt in Ecclesiaste cap. 8. vbi loquens de hominis afflictione ſubdit caſalem, quia ignorat praeterita. *I futura nullo ſcire potest nuntio*, & ne veritatem vulgatus, & reſtantur Hieronymi commentaria in hunc locum. ſed quia Hebraizantes reprehendunt interpretem, quod legerit praeterita, cum debuerit, inquiunt, vertere futura, ut videntur quoque vertiſſe. 70. dicendum interpretem alios eosque emaculatores codices nacltum, & legiſſe Haiah הַיְהָ quod eſt praeteritum, quam iijeli הַיְהָ, quod eſt futurum. Idem dicendum eſt, quod cum ex diuersa punctuatione oritur diuersa interpretatio, quod non ſit legendum ſecundum Maſſoretarum lectiones, ſed ſicut antiquitus legere deprehendit interpres. Exemplum eſt in Amos cap. 3. vbi dicitur. *in plaga lectuli, in Damasci grabato*, quia enim פְּשָׁמָר quando pūctum eſt in ו in finiſtro cornu Damascum ciuitatem significat, & quando in dextero ſignificat angulum, quidam Hebraizantes verterunt, *in plaga lectuli, in angulo grabati*, ſed quia nullum punctum habuit illa dictio, nūli a Maſſoretarum tempore, propterea recte vertiſſe interpretem afferendum eſt, & Hebraizantes errasse deprehendimus ex lectione 70. & Chaldaeo, Hieron. Theod. Ruffin. & alijs.

**VIGESIMVSPAIMVS CANON.** Multoties interpres reliquit vocem aliquam in interpretata, eo quod non fatis ſit explorata eius genuina significatio, emollia tamen relata eſt inflexa ad tonum Græcorum, & Latinorum. exemplum eſt in Abdia cap. 1. vbi dicitur. *Transmigratio Ierusalem, quae eſt in Bophoroposſidebit ciuitates auſtri*. pro Bophoro

Hebræa habet בְּסֶפֶר Bispharad, & quia ב potest eſſe radicale, & feruile inuestigatum eſt diutius quid fit Sepharad. & R. Ionath. Chaldeus Paraphrastes interpretatus eſt Hispaniam, Hieronymus Bophorum, & veritatem Bispharad Bophorum, relicta lectribus cura inuestigandi, quæ fit illa regio Bophorus, & quidam rībem remotissimam in Babylone ſunt interpretati, alij angustum mare à bobus meabili tranſitu dictum. duo que ſunt huius nominis, unus Tracius in ſtricto, quod vocant Constantinopolitanum, alter Cimmerius ſinus prop̄ Mæotidem paludem, ſed de hac interpretatione huius loci lege eruditissimum noſtrum Patrem Magistrum Fratrem Thomam Maluendam lib. 3. de Antichristo cap. 15.

Relicta quoque ſunt in interpretata, quia fuſe earundem ſenſum interpres ſciebat in Ecclesia nouū, quāuis alias barbara in ſe eſſent, & carioſa, vencrandam tamen canicie prefeſerentia, vnde S. Hieronymus in Ezech. cap. 40. reddens rationem cum 70. verterint illud Hebraicum נִנְחָת Græcc. οὐ thea quod noſtra vulgata habet limen, ait, diligenter, & ſtudiosum lectorum admonendū puto, ſi tamen ſcientia ſcripturarum, & non vanis oratorum declamationibus duciur, ut ſciat omnia prop̄ verba Hebraica, & nomina, quæ in Græca, & Latina translatione ſunt poſta, numia vetuſtate corrupta, ſcriptorumque uitio depravata, & dum de memendatis ſcribant memendatoria, de verbis Hebraicis facta eſſe Sarmatica, imo nullius genit, dum & Hebraica eſſe defierint, & aliena eſſe non coperint, quia tamen forte in Ecclesia non erat ſignificatio, cuam ſi barbaraeſſent, & peregrina, meritio relicta ſunt.

**VIGESIMVS SECUNDVS CANON.** Ex peculiari initio Spiritus sancti relicta eſt interdum in ſacra fonte ambigua ſententia, ut duo in ſpeciem contrarij ſenſus hauriri videantur, vnuſ affirmans alter negans, qui re vera contrarij non ſunt. exemplum eſt Danielis 11. vbi in Hebræo habetur [& ſuper Deum, pairum ſuorum non intellige, & ſuper concupiſcentia ſeminarum. 70. Hieronymo attente tranſitulerunt, & concupiſcentijs ſeminarum non ſuſbiacebit, ſed vulgatus interpres affirmat eſte legit. Et erit in concupiſcentijs ſeminarum. S. Hieronymus negotiū ad Antichristū adaptat, quod ideo ſimilitudine castitatem, ut plurimos decipiat. Affirmatua vero Antiochi, ait, magis persona coaptatur, qui luxuriosissimus fuſſe dicitur, &c. Sed ſi ad eundem Antichristū vitamque propositiñ referamus, mifific eſte potest coſenire, ut in initio ſit simulatus caſtitatem, ſed stabilita ſua tyramide omni libidinum genere ſit maculandus. Ita psalm. 21. *Ei anima mea illi viuet, ex Hebræo נִנְחָת alij vertunt, & anima mea illi non viuet, ita Arias, Caietanus, & quidem particula נִנְחָת aliquando ſignificat non, aliando eſt pronomen tertiaz perſonæ masculinæ, & vterque ſenſus verus eſt, ſi eum exponamus de Christo, Domino, ut ſignificetur ſemper vieturus post reſurrectionē (quod ſi mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: quod autem viuit, viuit Deo) anima eius, id est vita eius ſemper viuet, anima quoque eius non illi vixit ante mortem, quia animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis crucem, & mortem ſubcundo.*

**VIGESIMVSTERTIVS CANON.** Interdum in lingua Hebraica non ſunt radices, ex quibus vo-

# De lacrorum Bibliorum versione. 359

ces originem accipere, & interpres ad Chaldaicam themata respiciens iuxta ea vertit, ut dissonantia apparet traductionis à fonte Hebraico, cum tamen nulla deprehendatur diuersitas. Exemplum. Es. 24. vbi dicit *secretum meum mihi*, quia verbum חַדְשָׁה iattenuare significat, vocem illam חַדְשָׁה razi, quæ mac em significat, ita Hebraizantes translulerunt. *Maties mihi* &c. tamen quia in Chaldaicis in visu est חַדְשָׁה & חַדְשָׁה pro secreto, vulgatus secutus est Chaldaicū thema, & R. Ioseph, & R. Salomon cum vulgato sentiunt.

VIGESIMVS QVARTVS CANON. Quādōque vox hebraica incompta manet, & idem pro necessitate materiæ aliter, & aliter vertere consuevit. exemplum est in cap. 2. Cant. vbi sponsa, aut [fulcite me floribus] חַדְשָׁה asisoth, & quidem aliqui trāsferunt *lagenis*, seu phialis vitri, fulcite me in fundamētis, à voce חַדְשָׁה Asas, quæ fundare significat, sed iuxta subiectam materiam, quia postulabat fulciri ne corrueret, ad amorum deliquia arcenda, flores interpellant, & odores: alibi eadem vocem vertit ad confusionem explicandum Es. 46. vellātiām expri mendum, vel limilam oleo stixam denotandam 2. Reg. 6. v. 18. & vinacia vuatum Osc. 3.

VLTIMVS CANON. Ex translatione cuiusque interpres vulgatus interpres agnouit, & iudicavit, quam lectionem Hebræam quisq; agnouerit, vt in modo hos sequatur, & probet, modo illos improbat, & refellat. Exemplum ex S. Hier. desumitur in Es. c. 88 vbi exponens ea verba, sicut pullus hirundinis, querit, cur quod alij eiconiam vertunt, alij vero equum, respondet alios interpres legisse סִנְגָּן sus cum au in medio alios cum iod, & in cap. 5. Oseæ, exponens illud, vidit Ephraim languorē suū, pro voce hebraica Iarib, malè ait, quosdam legere Ieharim. sic passim S. Hieronymus modo sequitur Aquilam, Symmachum, Theodotionem, modo eos improbat, & refellit; innumera reperies in huius sancti commentarijs paradigmata. Semper tamen illam gentinam interpretationem affectus est interpres vulgatus, quam vetustas sectata est non nouitas, & propterea potius 70. virorum autoritatem, qui quomodo legendum esset secutus est in pura, & sincera eorum lectione, quam nouellos Iudaizantes. vnde non est mirum si nunc est varietas inter vulgatum, & Hebraizantium versiones nouellas, quia vulgata synceram, & purā, & quomodo legendum esset affecta est, nouelli interpres moderniores significaciones ortas ex mutatione litterarum, vel punctorum secuti sunt, quare magis vulgata standum quam Hebraizantibus: sicuti si in codice aliquo Italico ex Latino traducto ante mille annos legeremus [corro] & in modernioribus legeretur [carro] certum est magis standum antiquæ traductioni, quæ cursum non currum significauit, potius quam modernæ, quæ currum potius quæ cursum designaret, veteritate sola (quando alia defensum argumenta) palmam reportante. Plus iusto volumen excresceret si alios qui innumeris essent canones proponeremus, satis hi sunt ad intelligentiam lectorum aperiendum, & quomodo hæreticorum argumentis nouitatibus occurendum.

## ARTICVLVS QVARTVS.

An S. Hieronymus totius Vulgata fuerit  
Author?

### Positio Nouatorum.

VT facilius Nouatores viam sibi sternent ad vulgatam editionem rei ciendam, auctorem illius non extitisse S. Hieronymum (sanctitatem, & eruditio nem tanti viri formidantes) libera voce pro clamarunt. Idem, nouandi omnia cupidus, tener Erasmus in nouum testamentum, & in annot. lib. qq. Hebr. D. Hieron. & lib. de Theologia. Munsterus non Hieronymum, sed Russinum, vel alium quē cumque facit auctorem in præfatione in vetus testamentum, sequens Rabbi Azariam lib. 3. cap. 9. Beza in præfat. sic ait. *Vulgata editionis, qua iam pri-  
dem vitimur, quis auctor fuerit, video inter doctos ho-  
mines non confiare. Hoc quidem constat præterquā quod  
pl. rimis locis à librarys est depravata, sæpe illam à  
Græcis discideres. sæpe multa obſcura interpretari, que-  
dam p̄etermittere, quedam adiçere, ut minime mi-  
rū sit eruditis hominibus nunquam satis fecisse; im-  
peritis autem multis magnos errores obieciſſe.*

E Catholicis Sanctes Pagninus in præfat. interpr. Bibliorum ad Clem. 7. vel potius eius Typographus Colonensis nomine Melchior Nouesianus dicit, non Hieronymum, sed Philonem fuisse auctorem. inclinat in eam sententiam Catherinus lib. de clauibus sacræ scripturæ tit. de editione vulgata, id docent alij apud Castrum in Esai. cap. 8. de transl. fact. scrip. vt Petrus Antonius. Beuter, Valentinus, & Paulus Semproniensis Episcopus lib. de die Passionis Domini cap. 1.

Sed & alij Nouatores in extrema sunt sententia. sic Luther in colloq. mens. cap. 1. fol. 1, & ante istos Picus Mirandul. & Eugubinus mordicus esse S. Hieronym. defendant. Sunt & alij miriones Iudaizantes, qui ad extenuandam Hieronymianam editionē, fatentur quidem Hieronymum illius auctorem, sed iam intercidisse; vt hac via, sicut fuit necessarium Hieronymo editionem corruptorum codicum ad veritatem hebraicam castigare, ita eadem nunc sit necessitas recurrere ad eandem hebraicam editionem, pro corrigenda ea, quæ nunc circumfertur, editione. Hac via Iudaismo viam sternunt. Medium sectati sunt viam Vvitakerus p. 2. cap. 6. Iunius lib. 2. cap. 6. partim dicentium esse Hieronymi, partim aliorum auctorum, aut Episcoporum, aut Ecclesiastarum iussu factam. idem tenet Drusius lib. 14. obseruation. cap. 24.

A sententia quorundam Catholicorum hanc viā medianam furati sunt videlicet, à nostro Senensi lib. 8. Dried. lib. 2. cap. 1. Andrad. lib. de auctori. vulgata, & à Baronio dicente expresse tomo secundo anno 231. num. 48. ex communi antiqua, & noua vnam collectam editionem post aliqua saecula.

## Argumenta pro parte negativa.

**A**rguitur primo. In hac vna editione latina facta est mixtio diuersarum editionum, nempe Hebraicæ 70. Aquilæ, Symmachi, &c. Theodotionis, non ergo vni Hieronymo, sed diuersis attribuenda est. Vnde imperitū argueretur Hieronymus, ait Erasmus, si suā translationi immiscisset aliena.

Secundo, si fiat collatio vulgata cum commentarijs Hebraicarum quæstionum in Genesim eiusdē Hieronymi, mira in multis apparet dissensio, aut ergo Hieronymus malē transtulit, aut à Hieronymo non est edita vulgata, quæ circumfertur. Antecedens probatur, nam vbi nos legimus Gen. 6. *Gigantes autem erant super terram in diebus illis*, Hieronymus dicit in Hebræo haberi, *cadentes erant in terra in diebus illis*, & vbi dicitur Gen. 6. *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est*, in Hebræo dicit haberi. Non iudicabit spiritus meus homines istos in sempiternum, quia caro sunt, &c similia. Genes. 4. respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Hieronymus vult cum Theodotione fuisse vertendum. *infamauit Dominus super Abel*. similia loca afferit Vvitakerus controu. I. q. 2. cap. 6. Confirmatur, ait Catharinus, quia S. Hieronymus disertis verbis scripsit suā editionem non discrepare à veritate hebraica, aduocans in hæc testes, vel Iudæos ipsos eius linguae peritores. Adhuc in plurimis dissidere non solum Iudei testantur; verum etiam penè omnes ex nostris, qui linguam illam callere professi sunt. Et quædam certè sunt adeo clara, ut negari, ni fallor, nisi à pertinacè non valeant.

Tertio, Hieronymus ipse in psalm. in Job, & lib. Paralip. scribit suam editionem distinxisse per asteriscos, & obeliscos, hic autem in vulgata non sunt.

Quarto, multa S. Hieronymus manifestè damnat, atque vituperat in vulgata tanquam minime toleranda; ergo. Est argumentum Erasmi, & Catharinus. Quin, quod ipse Hieronymus docet aliter vertenda fuisse quam haberetur in vulgata editione, ergo non potest esse illius author. Antecedens probatur ex lib. quæstion. hebraic. & epistol. de optimo genere interpretandi, & commentariis super proph. & in Ecclesiasten, vbi varia exempla profert. Ipsamē Ecclesia multa mutauit in editione Hieronymi. Et nunc non leguntur sic castigata, & emendata ea quæ idem aliter castigauit, & emendauit Hieronymus.

5. Certum salīc est, aliquos libros veteris testamēti non esse translatos à Hieronymo, nam Psalterium Latinum, quod habetur in Biblijs communibus, nō fuit translatum à Hieronymo ex Hebræo, nec est illud, quod Hieronymus transtulit ex 70. in latinum, cum magna sit differentia inter hoc cum psalterio 70. quod habetur in Biblijs Sixti Quinti, imo & Hieronymus dicit epistola ad Suniam, & Fretellam in 70. haberi, *dirige in conspectu tuo viam tuam*, in vulgata vero habetur, *dirige in conspectu tuo viam meā*, & iterum in 70. *incendamus omnes dies festos Dei à terra*. in vulgata vero. *Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra*.

Sexto, liber Sapientiæ, Ecclesiastici, Machabæorū, epistola Hieremiac, & Baruchi à Hieronymo reputantur apochrypha, ut patet ex prolog. Galeato, &

præsat. ad lib. Prouerb. ergo eos paruipendit, vt indignos translatione sua, cuius etiam evidens signum est, quod nullę eins præfationes extent in hos libros: aperte autem testatur idem S. Hieronymus epist. illa 11. ad August. singulis libris à se translatis præfixisse.

Confirmatur, quia inueniuntur in antiquioribus Patribus ante Hieronymum eadem verba, in iisdem libris, quæ reperiuntur in editione vulgata: ergo non est verisimile à S. Hieronimo versa esse.

Septimo, quantum attinet ad libros noui testamēti probatur ex ipsomet Hieronymo: nam multa reprehendit, quæ corrígenda erant in editione vulgata, quæ tamen nullo modo correcta, & emendata sūt. si autem Hieronymus saltem emendaſſet nouū testamentum, correxiſſet quod & ipſe reprehendit. antecedens probatur: ex eius testimonio lib. 1. contra Pelagianos, qui locum illum Apostoli docibilem dicit vertendum esse ex fonte Σιδαντίον, qui possit docere, non ut interpretatur latina simplicitas, dōcilem.

Confirmatur, quia decrepantia etiam multa inueniuntur, ait Vvitakerus, inter vulgatam, & S. Hieronymum: nam illud Gal. 1. continuo non acquiui carnem, & sanguini, S. Hieronymus in commentarijs legit, non contuli cum carne, & sanguine, & Ephes. 1. vbi noster interpres posuit pignus, in Græco legendum, arrhabo, & Ephes. 4. vbi interpres posuit, qui desperantes semetipſos, ē Græco transferendum dedo lentes semetipſos, aperitè tradidit.

Confirmatur secundo, quia idem Hieronymus sæpe citat interpretem tanquam de tertia persona loquatur, eundemque sæpe repræhendit, ut patet 2. cap. epistolæ ad Gal. & cap. 5. & epist. ad Tit. cap. 1. & in comment. epist. ad Ephes. & lib. 1. contra Pelagianos sæpiſſimè, ergo. Et præterea, ait Catharinus, editionem nostram ipſe latinam, & vulgatam vocat, suam verò vel emendatam nusquam.

Octauo, nam cum fuerit S. Hieronymus doctissimus, & peritissimus, non est verisimile hanc editionem cōfecisse, in qua reperiuntur tot solecismi, imo cum multa significantius exprimi potuissent, absque dubio expressiſſet Hieronymus, si author esſet talis editionis. Accedit diuersitas: nec enim potuisset in sua editione probare, quod in alijs exp̄r̄abat. Vnde Beza initio sue versionis inquit, quod vulgatam editionem Hieronymo tribuitis, cum summa illius infamia coniunctum esse res ipsa clamat, quia si ita est, certè necesse est fateamur Hieronymum plurima ea que manifeſta errata non animaduertiſſe.

## Pro parte opposita.

**S**ed contra est primo authoritas ipsius Hieronymi, qui lib. de scriptoribus Ecclesiasticis ait, *nō uuum testamentum Græcæ fidei reddidi, vetus iuxta hebraicum transtuli*, paucos si excipiās libros Job, Psalterium, & Salomonis libros, quos è Græco translatos habetur epist. 11. ad Augustinum cap. 5. ad Suniam, & Fretellam, lib. 2. Apolo. prioris cōtra Rufinum. Idem appetet ex ciudem S. Hieronymi epistolis, & præfationibus, quas Bibliorum libris à se translatis præscripsit, de quibus meminit Augustin. epistol. 89. & in epistola ad Damasum apertissimè, eodem libro de optimo genere interpretandi multa dicit

dicit non haberi in editione 70. & sic addidisse in sua ex Hebreo translatione, at hęc in nostra inuenimus vulgata.

Nec valet effugium Iunij dicentis malam esse collectionem. Hęc non sunt ex 70. editione, ergo sunt ex Hieronymo: non enim Catholicorum, talis est collectio, sed ista: omnia loca, quę nō extabant apud 70. & per Hieronymum addita sunt ex Hebr. per omnia correspondent nostra vulgata; ergo hęc ipsa est ex Hebreo, & Hieronymiana.

Præterea hoc ipsum fatetur Hieronymus in Esa. interpretans illa verba, & non erit in Aegypto opus, quod faciat caput, & caudam incurvantem, &c. & in illa verba, onus in Arabia, & cap. 58. in illa verba, adificabuntur in te deserta sacerdotum, & ad Pammachium de optimo genere interpretandi exponens ea, exiit virga de radice Iesse. lege eundem in Esaiam cap. 24. 40. & 41. vbi translationem factam a se citat, quę si cum vulgata nostra conseratur, eandem esse cognoscet, legendus quoque in Hieremiam ca. 4. & cap. 5. & cap. 22. & cap. 27. Similiter in Ezech. cap. 1 3. 7. & 8. & in Danielem exponens ea verba, Videbā & ecce arbor, &c. & in prophetis minoribus in Ioh. cap. 2. & in cap. 1. Amos. in cap. 2. Oseā exponens ea verba. propter hoc ecce ego lactabo eā, pro, inquit, quod nos diximus ad aperiendam spem, & illud dabo ei vinitores, ait quod nos diximus lactabo eam 70. dixerunt seducameam. hęc autem nullibi, nisi in vulgata reperies. In cap. 4. in ijs verbis, Princeps Idolorum, ait, Pro eo, quod interpretati sumus, ligauit eum spiritus in alis suis, hęc autem reperiuntur in vulgata, quę nūc in Ecclesiis circumfertur, legendus in cap. 7. 8. & 9. vbi multa secundum quod ipse legit, & transtulit in vulgata circumferuntur, vt luce clarius sit non ab alio, quam à Hieronymo editam nostram vulgatam præserrim ex aduersatiua illa Hieronymi quando aliter 70. aliter Symmachum, & Theodotionem vertisse non semel enunciat.

S. Augustinus, Hieronymum Interpretem agnoscit, nam ad Hier. epist. 10. expresse S. Hieronymum ex Hebreo fonte in latinam linguam scripturam vertisse scribit, & lib. 16. de ciuit. cap. 43. non defuit nostris temporibus presbyter Hieronymus homo doctissimus, & trium linguarum peritus, qui non ex græco, sed ex Hebreo in latinum diuinis scripturas conuertit, cuius tamen litterarum laborem Hebrei faciuntur esse veracem.

Cassiodorus lib. 1. diu. instit. cap. 12. dicit. S. Hieronymus ingenti cura in latinum sermonem de Hebreo fonte transudiſſe, & ad viginti duarum litterarum modum, qui apud Hebreos manet, competenter adduxisse.

Gregor. lib. 20. moral. cap. 23. in ea verba, mutatus es mihi in crudelē, ait, dum translationem nouam ex Hebreo fonte translatam, docet; ad Hieronymum translatorem ex Augustini documentis videtur respxisse.

Eugypius Abbas lib. Thesaurorum cap. 329. Hieronymum esse authorē describit. floruit hic author anno 500.

Ifidorus 6. ethimol. Hieronymus trium linguarum peritis simus, ex hebreo in latinum eloquium scripturas diuinas conuertit.

Beda lib. de ratione temporum loquens de Hieronymo, ait. Reuerendissimus Hebraicæ veritatis in-

terpres, & in Martyrol. Kal. Octobris eum laudabilem, nuncupat, qui diuinos libros ex hebreo in latinum transtulit.

Iulianus Archiepiscopus Toletan. lib. 3. contra Iud. in suppuratione annorum potius nostram vulgatam sequens ait. Hęc vir ipse B. memoria Hieronymus dixit, qui diuinis scripturas de Hebreo in latinū eloquium vertit.

Rupertus Abbas lib. 7. de scientia cap. penultimo scripsit S. Hieronymum cuncta hebreorum volumina, que in canone continentur, ex veteri testamento vera editione in latinam linguam vertit.

Hugo de script. cap. 9. Hieronymi translatio, quia Hebraicæ veritati concordare magis probata est, idcirco Ecclesia Christi per uniuersam latinitatē empræ ceteris omnibus translationibus, quas vitiosa interpretatione, sine prima de Hebreo in græcam, sine secunda de græco in latinam facta corrupserat, hanc solam legendā, & in auctoritate habendam constituit.

Secundo probatur rationibus. Prima ostensiva ratio, nam vulgata editio Pentateuchi eo modo legitur, quo ex Hebreo legendum Hieronymus dicit: nam in Græco apud 70. legebatur. compleuit die 6. opus suum, in vulgata die 7. item legimus in vulgata, plantauerat autem Deus paradisum voluptatis à principio. At 70. loco, voluptatis, posuerunt, Edem: loco à principio, verterunt ad orientem: in vulgata legimus, immisit Dominus soporem in Adam, in 70. estasim, & rursus, hęc vocabitur virago. 70. transtulerunt, vocabitur mulier, & conformiorem hebraico iudicauit Hieronymus nostram lectionem. item computum annorum iuxta 70. qui refertur in Genes. c. 5. & 11. correxisse dicit S. Hieronymus ad veritatem hebraicā, & sic in nostra vulgata legūtur. ergo, &c. lege Hieronymum in qq. hebraicis.

Similiter in prefat. in Job 800. versus qui deerat in antiqua latina, & Græca, ait Hieronymus se restituisse in sua versione ex Hebreo, at eos legimus in editione vulgata, ergo, &c. Et non ab alio, quam S. Hieronymo, siue translatos certum est: nullus enim ante Hieronymum immediate transtulit ex Hebreo.

Amplius super librum Esther annotat Hieronymus in cap. 10. Quę habenur in Hebreo plena fide expressi: hęc autem, que sequuntur reperi in editione vulgata, quę Græcorum lingua, & litteris continetur, de aliis partibus similiter merinait, eaque recenset 11. cap. quę nec in Hebreo, nec apud nullum erant interpretati, & in sola vulgata editione reperiuntur, idem dicit in cap. 12. 15. & cap. 16. At his omnibus partibus constat nostra vulgata latina, vt supra dictum est, cum de libris canoniciis egimus. Ergo, &c.

Præterea, in commentarijs super Prophetas cum interpretatione 70. Aquilæ, Symmachi, Theodotio, suam quoque traductionem ponit, que eadem est cum illa ex Hebreo in nostra editione vulgata. Insuper duo textus ponuntur interi commentarijs, unus secundum hebraicam veritatem, alter secundū 70. interpretationem. Et quando translationes conueniunt, unus ex hebraico textu ponitur, qui nostra vulgata simillimus, inno & idem est, vt patet intuenti, de qua relege Eugubinum prefat. in Pentateuchum. Hoc argumentum doctē prosequitur Eugubinus, quæstione an vulgata sit D. Hieronym.

Psalterium verò quod ex Hebreo transluit Hieronymus inter eius opera collocatur, à vulgata nostra differt, vulgatum autem est illud, quod emendauit Hieronymus ex editione antiqua S. Luciani Martyris, ut postea dicetur.

Libros alios, quos ut Apochryphos iudicavit Hieronymus, ut Ecclesiasticum, Sapientiam, Machabaeorum libros fētus esse Hieronymini (dicunt aliqui) apparet ex itylo, assueratione etiam grauissimorum Doctorum, Lyrae, Dionysii, Carthus, Biblijs Regis, & Complutensis busidem attestantibus. Sed hæc non conuincunt, nam ut notauit Eugubius supra liber Sapietiae, & Ecclesiastici ex antiqua translatione apud nos remanserunt, & licet Hieronymus testetur se Ecclesiasticum in Hebraico reperisse, iam antea Græcus erat, & ex Græco in Latinum translatus, sic et liber I. Machabaeorum, quem hebraicè scriptum quoque testatur Hieron. in prol. galeat. Circa libros noui testamenti non interpres, sed corrector (ut dicit ipse epist. ad Damasum) extitit.

Secunda ratio principalis, nam ipso viuente Hieronymo hæc ipsa translatio ex hebreo per omnia nostra correspondens, graues tumultus excitauit in Africa, etiam contradicente S. Augustino, quia Hieronymus Kicajon verterat, vñ legimus, Hederā, cum in antiqua 70. legeriat, cucurbitam, ut testatur Augustinus epistol. 10. cui respondens Hieronymus vocat eos, qui volebant sequi antiquam versionem, cucurbitarios, & Ruffin. 2. inuectiu. in Hieron. ita ex hebreo versionem Hieronymi iniuste reprehendens, satis superque demonstrat Hieronymum esse illius versionis authorem, post mortem Hieronymi, ut authentica recepta est à Gregorio 23. mortalium capite vigesimo, & ab alijs Patribus, ut dictum est.

Tertia ratio, quia idem Hieronym. 3. lib. comm. in Ierem. ait se tradidisse Ecclesiæ, eruditonem Græcorum, & Hebreorum. Hoc autem dictum non potest aliter exponi, nisi de editione 70. quam cōtrexisse in multis alibi docet, & de sua, quam ex hebraica lectione expressit.

Quarta ratio desumitur ab exteris testimonij Iudæis, nedium illis, quos recenset Augustinus, sed & alijs, nam Rabbi Azarias lib. 3. Meorhenayn cap. 9. antonomastice vocat eum, interpres Christianorum, & Luth. in sympos. scap. 1. fol. 13. & in appendic. 465. 6. dicit. Hieronymus, qui primus 70. interpres correxit, postea Biblia ex Hebreo latine conuerit, qua interpretatione hodie in Ecclesia vitetur. Commentariū ergo est, fingeret auctoreum huius vulgatae extiisse Ruffiūm, vel Philonem.

Quinta ratio, quia ipse Hieronymus in epist. 89. editioni sua ex Hebreo singulis penè libris præfatiunculas attexuit, quas nunc videmus in vulgata. est argumentum Bellarmini de verbo Dei lib. 2. cap. 9. & Eugubini quæst. an vulgatae author sit D. Hieronymus.

Sexta, quia author talis editionis fuit magna eruditio, acris iudicij in iudicandis ceteris editionibus num fontibus responderent, & Hebreo, & Greca lingua peritissimus, sed has dotes non in Origene, Eusebio, Ruffio, sed in Hieronymo mira eruditio, & fidei viro admirabilis iudicij, & linguarum peritissimo (de quo lege eundem præfat. in Esra) deprehendes, cumque non sit ullius, qui apud Græ-

cos verterunt, ab hebraica veritate talis editio emanauit. Et dato, quod afferatur ex mixtione Græcorum editionem factam, non potuit fieri ab aliquo, nisi qui Græcam, & Hebraicam linguam calleret, talis autem Hieronymus solus cum existimetur, ipse author eiusdem editionis merito creditur. Idem Eugubinus.

Confirmatur ex stylo illustri, claro, aperto, sensu sensu reddente, qui character Hieronymianum labore redolat, de quo testimonium idem Hieronymus reddit ad Augustinum dicens se in transferendo sensum potius, quam verba translatisse.

Sed effugiant aduersarij primo, dicendo (ut dicit Franciscus Junius) vere extare præfationes Hieronymi singulis libris affixas, sed cum multiplex fuerit interpretatio Hieronymi ex ipsis præfationibus, non potest sumi argumentum, cum una præfationem singulis affixerit: nostra autem memoria pauci una præfationem, plurimi libri duas, vel ternas continent, quarum præfationum singulæ, ad unam certam aliquam interpretationem, & singularem pertinent, at non diversarum interpretationum cōmunes extiterunt, hæc ille.

Sed contra, instant quidam, quia si dicit Adversarius multiplicè fuisse versionē Hieronymi ex Græco. 70. in Latinum, & ex Hebreo alteram in latinam, vera dicit. si plures versiones ex Hebreo factas dicat, uno dempto Ecclesiaste, ut excipir seipsum Hieronymus, somniat aduersarius: sicut etiam delirat quod reiterat, & fictæ, isti multiplici versioni ex Hebreo reiterari peculiarem præfationem. Unam agnoscimus in libris ex Hebreo traductis præfationem, exceptis in lib. Paralipom. lib. Job, & libri Ecclesiastes, vbi præfatio geminatur: sed causa geminationis in lib. Paralipom. non fuit quia librum illum bis ex Hebreo vertit, sicut fecit de Ecclesiaste, sed vel quia illam traductionem diuersis amicis dictauit, vel quia una præfatio pertinet ad versionem, quam fecit ex Hebreo, altera quia alludit ad alteram, quam fecit ex Græco. Geminatio autem præfationis in Job causa extitit, quia semel transtulerat, iuxta editionem Origenis, distinctam obelis, & asteriscis, iterum verò iuxta hebraicam veritatē. sed demus plures esse versum testamentum vetus à Hieronymo, sic arguitur. si vbi una singulis præfatio præfixa est, non arguit, secundum aduersarium, primam versionem factam à S. Hieronymo, & satis est si sit index talis præfatio, secundæ, vel tertie versionis Hieronymianæ: ergo, à fortiori, vbi duæ à Hieronymo præmituntur maius indicium erit illas translationes, siue primas, siue secundas, siue tertias factas esse à Hieronymo, cum ergo semel testamentum vetus ex Hebreo verterit Hieronymus, si una, versionem esse Hieronymi ostendit, magis ostendit duæ, vel tres præfationes, eas editiones esse à Hieronymo, & sic semper habemus intentum.

Secundum effugium aduersarij, dicendo interpretationes excidiisse, præfationes extare, sic respondit Junius.

Sed contra est primo, quia absurdum est, ut præfationibus talibus ab aliquo prædicetur versio librorum, quorum non fuit interpres, etiam eadem ratione Biblijs versis à Munstero, & Castalione, præfationes Junij, & Tremellij affigere quis posset, & eotundem esse versiones prædictæ.

Secundo,

Secundo, quia huius excisionis debet ostendere aduersarius tempus, occasionem, personam, nec est verisimile, ut editio Hieronymi, quæ nō solum post eius obitum, sed etiam ipso viuente in manibus omnium tenebatur, & Ecclesiæ, Castella, Monasteria (teste Ruffino 2. inuectiva) occuparat, penitus excederit.

Verum ne infirmis fundamentis nitamus, aduersarii hæreses disputando, ex ista præfationum affixione, non vrgens argumentum desumitur, ut patebit respon. ad 6. quare contentio sum dimittimus aduersarium alijs rationibus impugnandum.

Tertium effigium est eiusdem Iunij, quod versio nostra vulgata sit illa à Hieronymo emendata, illa inquam latina, quæ in Ecclesiæ authoritatem obtinuerat, & solum correcta est à Hieronymo, ut graviorum vitaretur offendio, quod Hieronymus innocere videtur in præfatione in lib. Paralipom. & alia in lib. Salomonis, vbi de emendatione, non interpretatione loqui videtur.

Sed contra - quia semper S. Hieronymus clamat se vertisse vetos testamentum ex hebraico, nunquā dicit in veteri testamento se emendasse latinam versionem vulgatam, excepto Psalterio, ut patet ex præfatione Psalterij ad Paulam, & Eustochium. In præfatione autem Paralipom. & lib. Salomonis loquitur de interpretatione sua, secundum quam editionem 70 emendauit ex Græco fonte.

Quattuum effigium est Drusij dicentis ex interpribus alijs ante Hieronymum hanc editionem conflatam. vnde sic ingemiscit, & suspirat. *Vtinam extarent veterum illorum interpretum integre versiones: non dubio quin propemodum omnia Hieronymi ex ijs expressa. & conuersa esse constaret.*

Sed qui unt isti interpretes, ab ipso probandum expectamus, ut illi respondeamus.

Quintum effigium. Hieronymum aliam versionem veteris testamenti fecisse ex Græco, quæ tamen postea excidit.

Sed contra, quia excepto libro Iob, Psalterio, ut ipse confitetur, alios libros non translatis ex Græco licet multos de Græco emendatos tradiderit, ut dicit in præfat. Paralipom. de hac enim translatione meminisset. Nec confecta dici potest talis translatio ante translationem ex Hebræo, nam aculeatos dentes mimorum non effugisset; & reprehensus esset de duplice nouitate, & quod ex Græco edidit primam, & postea obrudere voluerit. secundam editionem ex Hebræo. Nec postea, translatio ex Hebræo confecta dici potest, inanis enim fuisset labor: satis enim monstrabat versio ex Hebræo, quid inter Latinam, & Græcam distaret veritatem. hunc enim finem talis translationis ex Hebræo sibi Hieronymus proponit, ut patet ex epist. 11. cap. 6. inter opera Augustini. Nec est verisimile ex Græco excidisse translationem, & eam, quæ est ex Hebræo permanuisse, cum æquè ad omnium manus peruenisset.

Ultimum effigium potest esse, quod etiam Catholici viri meditati sunt, dicendo esse quidem à Hieronymo versam scripturam, sed ex veteri, & noua Hieronymi versione conflatam. vide Baronium to. 2. annal. supra, at hoc facillimè præcluditur: desideratur enim demonstratio, vel probabilis eiusmodi rei conjectura, quæ adhuc tantam nubem testium infirmare neque potest. Accedit, quod nulla causa

fuit huiusmodi conflationis: nam si assertatur idcirco factam hanc conflationem, quia in Hieronymi editione multa irreperant, & sparsa erant zizania. Quærimus quis fuit immixtor, quis repurgator? si extraneus, & inimicus, signetur immixtor, mirum est, quod omnibus pastoribus dormientibus, vigilâs inimicus in nullo perstrictus sit per tot seculorum tractus: si repurgator inuenitur, mirabile certè est, quod eius opera a nullo commendetur, praterquam quod nec tempus, nec locus, nec alia circunstans eiusmodi repurgationis possunt reperiri.

Ad hominem tandem arguimus contra Vvitakrum, nam ipsem à veritate coactus in responsione ad Gulielmum Reinoldum p. 241. paulo ante medium ait. Hieronymum veneror, Damasum laudo, opus ipsum pium esse fateor, & Ecclesie Dei vile. alluditad Hieronymum, qui iussi Damasi nouum testamentum Græcæ fidei reddidit, & quantum attinet ad vetus, ex veteri nouum opus edere coatus est.

### C O N C L V S I O .

*Totum vetus testamentum, exceptis libriss. Iob, Psalterij, Ecclesiastici, Sapientiae, & Machab. à Hieronymo versum est. Nouum testamentum Græcæ fidei iussio Damasi restitutum est.*

R Epondeo dicendum, quod interpretatio, & versio alicuius authoris ex aliqua lingua potest dupliciter intelligi uno modo propriè, altero modo minus propriè. Propriè est, cum nouè quis transfert, sive sensum sensui, sive verbum verbo redendo, minus propriè quando id, quod ab alijs authoribus translatum à mendis repurgat, collatis exemplaribus, vel ex pluribus editionibus felicens meliora, aliqua corrigit, & immutat, ut noua quædam, & elegantior forma ex tali emendatione, & repurgatione superinduci videatur. si si sermo primo modo dicendum est totum vetus testamentum ex Hebræo in Latinum sermonem trastulisse S. Hieronymum, excepto lib. Iob, ut dicit epist. 11. inter opera Augustini cap. 5. & 6. & Psalterio, ut dicit ad Suniam, & Fretellam. Quibus addo librum Sapientiae, Ecclesiastici, Libros Machabæorum, & ratio est, nam hi Libri Græcæ fuerunt descripti. Nec verisimile est, ex Græco, omnes alios libros translatis veteris testamenti, tum quia amici talis editionis meminissent; extranei nouitate percussi tanquam canes oblatrassent, in non requisitam editionem, fortius, & acerbius, quam ex hebraico factam editionem minus notam, & magis optatam obmurmurarent. catholici vero Doctores illi qui tenent eos libros, quo translatis Hieronymus ex Hebræo multa habere admixa ex antiqua translatione, tum ob amorem, & reverentiam debitam antiquitati, tum quia ante in Ecclesia ea erant recepta, saluant adhuc Hieronymum esse auctorem, nam non est talis eorum immixtio, ut labore Hieronymi excedat. vnde simpliciter dicimus Aethiopem nigrum etiam si in parte dentes albos habeat. Si loquamur secundo modo quædam sunt ex antiqua 70. interpretum Græca vulgata emendata, alijs relicta, & talis fuit quoque

editio noui testamenti, quod solum Græcæ fidei reditum ipse testatur lib. de scriptoribus Ecclesiasticis, & ex epistola ad Damasum satis colligitur, iussu eiusdem Damasi vetus testamentum recognitum, ita, ut nouum opus ex veteri coactus sit confidere. Tā autem ista traductio quām emendatio recipi cæpta est ab ipsis Hieronymi, & Augustini temporibus, & tempore Greg. vt probata recipiebatur ab Ecclesia vt patet ex lib. moralium vbi in prefatione, noua translatio appellatur, & ab Anonymo, qui cum Saluiano circūfertur in interrog. in loc. czech. Proph. & Eucher. in lib. Regum sepissime. Vnde nō est verisimile, vel quod illa successu temporis perierit, vt nullum vestigium supererit, vel quod exclusa fuerit, aliaque editio successerit: præsentim cum usque ad nostra tempora nullus post Hieronymum editionē vulgatam veteris testamenti, quæ manifeste hebraico textui correspondet, ex Hebræo fonte traduxerit, vt si Hieronymus non asseratur, nullus author designari possit. Antiqua enim Italiæ versio, quæ S. Hieronymum præcessit, non ex Hebræo sed Græco fonte manauit, & à nostra, quæ Hebraicæ correspondet, aliquantulum disserre videtur, vt supradictum est, & hęc 70. verus quoque vulgata dicta est, & ab initio nascentis Ecclesiæ tradita ab Apostolis usq; ad tempora Hieronymi, & nomine vulgatæ citatur à Hieronymo præfat. in Ezech. in cap. 14.49.59. Es. sicut & ipsa Hieronymi. Quæ autem fuerint motiva translationis Hieronymi posterius dicetur.

#### Solutio Argumentorum.

**A**d primum respondetur iam notatos esse libros veteris testamenti, quos Hieronymus transtulit ex Hebræo, quosverò ex Græco eloquio, & quænam partes ex Theodotionis versione acceptæ sint &c. & Hieronymo semper tribuitur, vel versio, vel emendatio, imo in hoc apparet Hieronymi excellētia, quod tanquam arbiter sedens inter versiones distinctor potuit, quæ lectio esset præstantior, omnesque illas linguas calluisse probatur, vt ex omnibus feligeret meliora. Porro tantum interest inter translationem Hieronymi, & 70. vt si Prophetarū libros aperias, nisi lippus sis, diuersis lineis inclusas diuersas translationes istas inspicias.

Ad secundum. propter illud argumentum dixerunt aliqui esse probabile non totam editionem Pétatheuchi esse Hieronymi, sed esse aliquantulum mixtam; sed hęc mixtura nulla ratione fulciri potest, dicendum ergo est in lib. Hebr. qq. et si corrigat multa ibi, quæ à 70. translata erant, nihil minus postea, quæ ibi emendavit, in sua ex hebræo versione retinenda voluit, vt legebatur à 70. Quare insulsa consequentia est ista, non esse Hieronymi hanc translationem vulgatam, nimis quia prius in qq. hebraicis lögè diuersa iudicauerat, quamvis si omnia obiecta expendantur, vt dictum est, nihil penitus à vulgata nostra ea differunt si sensum consideres. Nec quia eundem, vel eisdē locos aliter quis transfert in aliqua interpretatione, ac prius in priore transtulerat, propterea secunda interpretatio non est illius existimanda, sicut non propterea, quod Beza, Erasmus, &c. aliter, atque aliter loca diuersa scripture sacrae transtulerunt in suis commentarijs, vel editionibus, posteriores interpretationes non sunt eoru

existimandæ. Potuisse autem Hieronymum hoc facere diuersa interpretatione vt̄dō, ex eo liquet, quia verbum Hebraicum interdum est πολύσημον, ac propterea liberum illi fuit, nunc vnam nuoc. alterā sequi interpretationem, hoc modo idem S. Hieronymus se purgat à calumnia Russio incipiantis illum, quod verbum illud קבוכן translatisset in Psalterio adorate pure, cum transferendum esse docuerit Hieronymus lib. 1. contra Russinum, adorate filium, & expressè idem Sanctus tradit ex illa voce hebraica virumque verti posuisse. Accedit in questionibus hebraicis solum explicare voluisse, quæ est vis verbi hebraici. ceterum alias sensum magis attendi quæm verba, & eum magis attendendum esse, disertissime idem S. Hieronymus scriptis lib. de optimo genere interpretandi, & in prefatione chronic. Euseb. sed dato, quod sint diuersa; nullum absurdum est dicere priores D. Hieronymi labores in traductione scopum attigisse, posteriores uero in commentatione librorum canoniconum à verò aberrasse, nam cum verit, personam publicam publicæ editionis à tota Ecclesia retinendæ authorem præfutur: in commentarijs verò, & expositionibns locorum scriptiæ, vt priuatus doctor edidit expositiones, & commentaria, vnde non est mirum si versionem tanquam ab interprete accepit Ecclesia, & castigationes eiusdem, & emendationes cum edidit commentaria, non admisit.

Vel dicendū tam in hebraicis questionibus enarrandis, quam in Ecclesiaste (quem propterea bis vertit) & in commentarijs Prophetarum varias translationes posuisse, non vt vna alteram damnaret, atque destrueret, sed vt ad inuicem eas conferret, & significationem, & magis propriam in vulgata retinendam ipsa elegit Ecclesia. & licet in commentarijs reprobet interdum, quæ alias prius verterat, id non ad sensum, debet referri, sed ad commodiorem, & significationem, & expressiorem versionem, vt dicetur, & per hęc patet ad confirmationem.

Ad tertium, non in illa editione ex Hebræo, sed in ijs libris, quos è græco in latinum verit, Origenē imitatus est S. Hieronymus, vbi asteriscos, & obeliscos apposuit, vt significaretur quid esset additum editiōni 70. & quæ editio illa haberet, quæ in alia nō legebatur.

Ad quartum, cum maiori lumine fuerit illustratus editionem faciendo quam commentaria edendo, Ecclesiæ visum est, Spitiū sancto suggestente, primam versionem retinere: emendationes autem non accipere, vt iam dictum est. Quod si de priuato homine scripturis incumbente, & interpretante verificatur, quod scriptis Christiōtōbus in Genes. homil. 35. non esse possibile eum, qui in diuinis scripturis magno studio ferventique desiderio vacat semper negligi, sed licet desit nobis hominis magisterium, ipse Dominus supernè corda nostra intrans illustrat mentem, rationi iubar suum infundit, detegit occulta, doctorgis suorum, quæ ignoramus, tantum nos quæ à nobis sunt afferre velimus: non vocabitis enim, inquit, magistrum super terram, quanto magis illustratum putas Hieronymum, quem à diuina prouidentia destinatum ad exponendam scripturam, vt publicum interpretem ab Ecclesia approbatum. vnde in collecta dicitur, Deus, qui Ecclesiæ tuæ in exponendis scripturis Beatum Hieronymum doctorem maximum prouidere dignatus es.

Ad

Ad quintum, certum est psalterium nostrum distinctum esse à psalterio 70. vt patet ex Hieronymo epistola ad Suniam, & Fretellam, & patet ex Biblijs Sixtinis 70. interpretum. & si ad inuicem cū nostro Psalterio conferatur. certum est etiam S. Hieronymum psalterium multoties translatisse ex Hebræo, & Græco, & editione 70. ex græca communi, & vulgata, vt patet ex epistola Hieronymi ad Sophroniū ad Suniam, ad Paulum, & Eustoch. Verum idem psalterium nostrum vulgatum illud idem est, quod latinè redditum ab antiquo, eoque ignoto interprete ex versione græca S. Luciani Martyris ab eodem Hieronymo emēdatum est, & propterea versio Hieronymi, vt ipse testatur in epistola ad Suniam ipsa met consiliane in Biblijs vulgatis posita non est, nec in diuinis laudibus Ecclesia vtitur, ne editio priorum psalmorum in bibita in personis Ecclesiasticis descendā esset, si sua susciperetur. vnde cum psalmi legantur in Ecclesia non secundum translationem Hieronymi, sed 70. vterior ista 70. quam Hieronymi, in hac parte, probatur esse translatio.

Ad sextum, iunt qui dicunt ideo non esse eos libros à Hieronymo translatos, quia à Hieronymo sunt reputati apochryphi. Sed hæc ratio nulla est, nā quo sensu apochryphos dixerit Hieronymus apparuit supra, deinde per ratione non debuisse transferre librum Tobiae, nec multa capita Esther, Canticum trium puerorum, quia ab Hebræis apochrypha repudabantur. Quod verò præfationes ijs libris non adhibuerit, ac proinde ex hoc arguitur non esse à Hieronymo traductos, dicimus non virgere, nam in causa fuit, quod solum libris, secundum quod exigebat postulantum instantia, vt ex Hebræo, vel Chaldaeo sermone in Latinum transferentur, præfationes p̄figeret. Vnde libro Sapientiæ, quia non fuit nisi græce descriptus, & Ecclesiastico, quia ex Hebræo fideliter à Iesu filio Sirach in Græcum translatus erat, nō affixit præfationes. Quanquam non omnibus libris ex Hebræo traductis præfationes apposuit, sed solū illis, quos vertebat eo tempore, quo ad Augustinum scripsit. vnde licet præfatio non inspiciatur in primo Machab. libro, non evincitur illam translationē non esse Hieronymi. Sed vt dictum est, libenter damus eos libros non esse translatos à Hieronymo propter rationem allatam in corpore articuli, nempe quia Græce sunt hi libri descripti, ex hebreo autē vertisse libros veteris instrumenti Hieronymum, satis probarum est. lege Eugubin. supra.

Ad confirmationem. si inspiciamus Cyprian. lib. 1. ep. 3. alias ep. 55. vbi nos legimus 1. Machab. 2. A verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius stercus, & vermis est. Cyprianus legit, & verba viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius in stercore erit, & in vermes. & vbi nos legimus 2. Mach. 7 tu quidem scelestissime in præsenti vita nos perdis, sed Rex mundi defunctos nos pro suis legibus in æternam vitæ resurrectionem suscitabit, paulo diuersius legit Cyprianus lib. de exhortat. martyrij: tu quidem impotens ex hac præsenti vita nos perdis, sed mundi Rex defunctos nos pro suis legibus in æternam vitæ resurrectionem suscitabit. Quare non ob rationem allatā, sed propter rationem in corpore assignatam concedimus lib. Machabæorum non esse translatum à Hieronymo.

Ad septimū, ipsem S. Hieronymus præfatione

ad Damasum se correctorem, & emendatorem potius quam versorem librorum noui testamenti profitetur, ita tamen, ait, calamo temperauimus, vt his tam, quæ sensum videbantur mutare, correctare aliqua manere pateremur, vi fuerant, & merito ne offendarentur ex huiusmodi mutatione cum illæ particulae essent receptæ, & in ore omnium decantarentur, & autibus resonarent, sed sine prius siue post editionē correctam multa alia S. Hieronymus corrigenda denotarit, semper Hieronymus probatur corrector, vel emendator. Si enim pius, certum esse debet postea mutasse sententiam, quando textum latinum emendans eas particulas intactas reliquit, putans esse sincera loca illa, & minimè correctionis indigenitia. Si postea (quod euenire solet interpretibus) accidere potuit, vt de his locis priorem sententiam mutarit, primoque probaret ea, quæ postea improbanda duxit, sed ex hac nunquam effectum est quomodo, quæ leguntur in vulgata, vel correctione, vel permissione eiusdem Hieronymi non legerentur.

Ad confirmationem. nulla est secundum sensum discrepancia inter illa loca allata in argumento, quod enim expressit interpres per effectum. Non acqueui. Hieronymus expressit per causam. Non contulit, collatio enim sententiarum assensum causat, vt aliquis in sententia alicuius quiescat. pignus vero, & arthabo aliquando eadem notione accipi solent, vnde Hebrai, à quo Græci vocant Arbon omne id, quo dato confirmatur fideiussio, quod à pignore parum distat. Indolentia verò, & desperatio differunt, vt magis, & minus: qui enim dedolet minus sentit, sed non omnino sensu omnis expers est, quiverò desperat omnem rerum cœlestium sensum amittit, quod magis est: vnde expressius translatum est, qui dedolentes, quam qui desperantes.

Ad secundam confirmationem resp. S. Hieronymus in commentarijs epistolarum Pauli non suam tantum, sed etiam aliorum opiniones recensuisse, vt colligitur clarè ex epistola ad Augustinum agens de reprobatione Petri, & in prologo in Hierem. & ad Galat. quare non mirum est, si de mētealiorum retulit quod contra communem editionem opponi solebat, sicuti de mente aliorum (vt dicit lib. 2. ad Russ. calumniantem Hieronymum, quod dixerit Susanna historiam non esse canonicam) expresse locutum esse fatur, referendo aliorum dicta non suam sententiam afferendo. Nec oportuit, vt ipse suam emendatam vulgatam nuncuparet, vt modestie leges seruaret, & inuidiæ vias præcluderet, & mulis, & canibus oblatrantibus.

Ad octauum argumentum, difficultas est, quām peritè traducta sit versio S. Hieronymi. Lutherus in suis symposiachis cap. 69. de linguis, dicit, iniuriam fieri Hieronymo, tribuendo illi cognitionem linguae hebraicæ. eundem sanctum virum hebraicè indoctum, vocat Munsterus præfatione in nouum testamentū. Similia occidunt Iunius, & Tremellius in præfatione ad Fridericum Palatinum. Sed sufficeret testimo niū S. Hieronymi præfatione in Iob, & 2. Apolog. ep. 4. ad Rusticum, præfatione in Esdram de se ipso testimonium perhibentis, quantum in hebraicæ lingue cognitione profecerit; ipsiusmet Sancti prouocatio ad peritos Iudeos Rabbinos de iudicando sua versione, vt patet ex epistola ad Sophronium, & epist. 11. inter epistolam August. non leue testimoniū

conscientia sue, & intrepidi pectoris in non formidando censuram. Sed in causa propria, ne sit inuidis testimonium suspectum, satis sunt Patrum testimonia primatum in lingua hebraica Hieronymo tribuentes, ut Augusti. 18. ciu. cap. 43. & alij supra citati in arg. sed contra. Et ut inimici nostri etiam sint iudices; ipsi Hebrei tempore S. Augustini, Hieronymi labore dicebant fuisse veracem. Augustinus ibidem. Iudei etiam nostrorum temporum eidem Hieronymiana editioni testimonium perhibent. sic Rabbi Elias apud Cochlæum lib. de nouis interpretationibus, Erasmus in to. 4. operum eiusdem proœmio ad studiosos diuinarum literarum ait, quod in optimo theologiae genere primas tenet Hieronymus, & haec primas tenet, ut omnes post se longo relinquat intervallo, & adeo neminem habemus, quem ullo pacto cum hoc conferre possumus, ut inter tam innumerabiles Theologos, vix quemque habeat, & ipsa docta Græcia, qui nostrum æquet Hieronymum: si modo non unam aliquam laudem, sed vniuersas eius dotes simul expēdas. Tanta m in uno homine reperies secularium, ut vocant litterarum cognitionem: tantam oninis antiquitatis peritiam, tot linguarum absolutam scientiam, tam admirabilem locorum, & historiarum omnium notitiam, tam non vulgarem mysticorum voluminum eruditio- nem, tam inimitabilis eloquentia, tam exactum utique iudicium, tam sacrum afflati pectoris ardorem, rerum adeo diuersarum tam digestam, ac præseiem memoriam, tam felicem iuxta ac diuitem mixturam, denique tanto lepore conditam severitatem, ut quemadmodum profectus facundus, si cum Cicerone conseruantur, protinus videntur obmutescere, ita omnes doctores, quos citra collationem suspicimus, cum Hieronymo composi, vix sapere, vix loqui, vix vivere videantur, tale est Erasmus de Hieronymo iudicium. Lutherus ibidem sibi contra dicit, nam dum scribit de 70. Versio ilorum valde fatua est; & absconsa, quia contempserunt literam modumque, ac morem loquendo, ita vi Sancti Hieronymi versio illorum translationi præferendasit. Quomodo ergo præferri posset à Luthero editio Hieronymi, si lingua Hebraicam non callebat? sed nec huius rei iudex potuit esse Lutherus, qui de se ipso hac scribit. Non sum Hebreus secundum Grammaticam, & regulas, quia non patior me usquam alligari, sed liberè quoquo versus incedo.

Munsterus vero dum Hieronymum culpat, eiusdem laudes decantat, non denigratus est, ait, vir tantus, & tam celebris per orbem rursus fieri discipulus etiam illorum, qui inimici erant Crucis Christi, & nominis Christiani, Cythræus in onomattico. Hieronymus, ait, Hebreos simul & Græco, latioque venustus eloquio, morum exemplar, mundique magister. Pelikanus Zwinglii discipulus in comment. super vetus testamētum scriptis [vbi sensus est etiā apud Hebreos anceps, veterum authoritatem protuli nocti, & cum Hieronymo, atque 70. Græcorum interpretibus malui dubitate, quam cuin Iudeis nouitijs tanquam de re certa statueret.]

Cum ergo sit S. Hieronymi omnium testimonio talis dictio, non est cur deterrreamur, si in ipsa sint interdum barbarismi, & solacismi: non enim curavit interpres calamistratam facundiam, nec fucos assestauit, sed tei veritatem perspicuitate cum gravitate, & pondere sententiaturum attendit, hoc enim aduentendum esse voluit idem Hieronymus, qui in

ep. 2. sic dicit. Ne à me queras pueriles declamationes, & sententiarum flosculos, verborum lenocinia, & fines capitulorum singulorum, acuta quedam breuiterque conclusa, quæ plausus, & clamores excitant audientium. & c. & postea audiatur, ut B. Cyprianus ait non diserta, sed fortia, & c. & in epistola ad Augustinū & ibi Græca transfulimus, hic de ipso hebraico, quod intelligebamus expressimus, sensu potius veritatem, quam verborum ordinem interdum conservantes. Et in Ezech. cap. 40.. Illud, ait, sepius meminisse sufficiat nosse me cubitum, & cubitu neutrali appellari genere, sed pro simplicitate, & facilitate intelligētiæ, vulgiq; cōsuetudine ponere, & genere masculino, non enim cura nobis est vitare sermonum vicia, sed scripture sanctæ obscuritatem quibuscumque verbis differere, & cap. 47 quod cubitos genere masculo, & non neutrali cubita dicimus iuxta regularum grammaticorum (ut in superioribus docuimus) non ignorantia id facere, sed consuetudine propter simplices quosque, & indoctos, quorū in congregazione Ecclesiæ, maior est numerus. Idem docent Augustinus 4. de doctrina Christiana cap. 10. Gregor. initio moral. c. 5. Arnob. aduersus gentes. Bruno in psalm. Henricus Stephanus lib. de latinit. lipsiana. Goltstaltus in Sancti Valerij libellum de bono discipline, & Albericus Gentilis supra citatus, luculenter etiam id ostendunt.

Quantum verò attinet ad diuersitatem, iam dictū est. errata vero, quæ fingit Beza, Græco textui repugnantia in editione vulgata non sunt, sed in Bezana fantasia, emendanda tamen vidit Hieronymus. Sed cur abstinerit, reddidit eius rei rationem, assignatā supra. Ipsaque, quæ non mutanda censuit, postmodum vniuersa Ecclesia suo consensu comprobavit, editionem illam; prout à Sancto Hieronymo fuerat correcta, illibatam retinendo, & conservando.

#### ARTICVLVS QVINTVS.

An editio hæc Hieronymiana Spiritu sancto assistente, & dirigente conscripta fuerit.

#### Positio Nouatorum.

Iudicium 70. auctoritate præmerentur, in illam editionem sunt inuesti, & Hieronymi editio, vt illa 70. de manibus fidelium excideret, colli fingebatur, mox ut Hieronymiana circumferri visa est, linguas contra eandem armarunt ad hebraicos fontes prouocantes. Hos audacter, & pro sua licentia, loquendique libidine Nouatores absque vlla restrictione loquentes de hac Hieronymi versione, dixerunt; Hieronymum in hac versione errasse, sic Erasmus lib. de ratione veræ theologiae pag. 18. qui ait, quod Hieronymus unus nec omnia restituit, nec potuit restituere, quid si idem quedam perperam vel emendauit, vel transfulit? & postea quantumlibet viri, quantumlibet eruditus homo erat, & nulli potuit, & fallere multa, vt opinor. illum fugerunt, multa fellerunt. Vvitakerus contr. 1. q. 2. cap. 9. in arg. 4. Nos dicimus, ait, Hieronymum, non modo potuisse errare, sed etiam in hac versione multum errauisse, Iunius lib. 2. cap. 9. num. 19. ait, quid ergo, Hieronymus errauit? Humanum est. Veruntamen, vi dicam lenius generalis

generali sententia in particularem, adductis allegorij Origenis (nam in Ecclesiastem scripsit) aberrauit. Hi Hæretici à Catholicis differre videntur. etenim concors est omnium Catholicorum sententia Hieronymi muti non errauisse in illa versione, quam probauit Ecclesia; hæretici vero contrarium afferunt. ceterum errare potuisse quidam contendunt alicubi, vt interprete particularem, alij tamen nec etiam hoc modo errasse sustinent, quare omissis Hæreticis iam superius confutatis, Catholicorum examinemus sententiam.

## Positio quorundam Catholicorum cum eorum fundamentis.

**N**on contemnenda est quæstio, quæ veritati, & fidelitati versionis conducit valde: propterea diligentius Catholicorum sententiae rimandæ, vt probentur meliores. Quidam docuerunt partem affirmatiuam, nempe diuino instinctu, & ex inspiratione Spiritus Sancti editam versionem Hieronymianam, sic Alphonsus Salmeron Prolegom. 3. §. quarum est. eadem sententiam sustinet Petrus Sutor lib. de Translat. Bibl. c. 11. eiusdem sententia est Titelmannus, & sequitur Canis lib. 2. cap. penultimo dicendo, q. & si Propheta nō fuerit interpres nihilo minus spiritui propheticō fuit proximus spiritus talis interpretationis.

Arguant primo, constat canonicos scriptores nō nisi per Spiritum sanctum scripturas nobis administrasse, ergo Spiritu sancto inspiratae sunt in alienas linguis transfusæ. probatur consequentia, nam ex D. Bernardo epist. ad fratres de monte Dei, quo spiritu scriptura facta sunt, eo spiritu legi desiderant, ipso etiam intelligendæ sunt, nullus autem potest interpretari recte, nisi prius intelligat, quod transferendum est; apprehendit ergo scripturam interpres, vt transferret, & mentem, & intentum exprimeret, ad quā intelligendum propter altitudinem scripturæ, & obscuritatem, &c. opus fuit numine, & afflato Spiritus sancti, alias non Spiritus sancti sensum, sed suos reddidisset, vt fecerunt Aquila, & Symmachus, qui non Spiritus sancti sensum, sed (scribentes in odium 70. versionis) conari sunt suas obtrudere phantasias.

Secundo, Apostolus inter Spiritus sancti charismata enumerat donum prophetiæ, & interpretationis sermonum, & hortatur, vt qui donum linguarū habent, orent Deum, vt interpretentur, quo Ecclesiam ædificant, ergo si ad declarandam unam, vel alteram scripturæ partem, opus est munere interpretationis sermonum in ædificationem paruae plebis, multò magis opus est ad ædificandam totam Ecclesiam, & ad omnes scripturas ex una lingua in altera conuertendas, nisi velimus Deum paruae curare, & quæ totum Ecclesiæ suæ corporis concernunt, negligere.

Tertio, Spiritus sanctus nouit hanc editionem, in Ecclesia tot sacerdotum usu retinendam, 70. vero deserendam, à Concilio Tridentino comprobandam, ac retineri mandandam, ergo conueniens fuit, vt Spiritus sanctus peculiariter altiterit menti interpretis in locis recte vertendis, & explicandis.

Quarto, nam Hieronymus flagitante Damaso, malusque orthodoxis Episcopis, & viris Ecclesiasti-

cis illud opus transferendi assumpsit, non ergo debebat destitui speciali Spiritus sancti adiutorio in transferendo, cum res fidei ageretur, & Christi gloria ex ea esset dilatanda; fides propaganda, & scriptura hæc versæ innumeris gentibus communica.

Confirmatur, nam de particulari interprete edificans S. Chrysostomus homil. 35. in Genes. dicit, neque fieri potest eum, qui in diuinis scripturis magno studio, ferventiusque desiderio vacat semper negligi, sed licet desit nobis hominis magisterium, ipse Dominus superne corda nostra intrans, illustrat mentem, rationi iubar suum infundit, detegit occulta, doctorque fit eorum, quæ ignoramus, tantum nos, quæ à nobis sunt afferre velimus, multò magis credendus est illustratus publicus Ecclesia interpres, qui omnem operam, & studium in ædificationem, & profectum Ecclesie novavit, hæc ex Salmerone.

Quinto, editio 70. quia erat futura communis, & visualis Ecclesiæ diuino nomine assistente, conscripta est; nec humano ingenio, & industria solū, res tantum momenti, à qua dependebat, vt scripture sensus illibatè perueniret, & conservaretur in Ecclesia, à Deo cōcredita est, sed Spiritui sancto præcipua, immota portio reseruata: ergo cum vulgata ad plures gentes esset diffundenda, non erat decens, vt industria, & sapientiæ humanæ committeretur, sed diuinæ sapientiæ magis adscriberetur, & Spiritus sancti inspirationi,

Sexto, ipsi libri canonici non ex non canonicis, canonici facti sunt, sed quia in se erant canonici, canonici declarati sunt, & ipsa versio latina vulgata non de non autentica autentica facta est; sed cum esset authentica secundum se, facta est quoque authentica secundum nos, sed non potest esse aliquid in se, authenticum, sicut nec ex se canonicum, nisi ex Spiritu sancti superiori directione, & instinctu, ergo, &c.

Sepsumq. in epistola ad Paulinam, & in cap. 1. ad Galat. demonstrat Hieronymus, sine Spiritu Dei scripturas non posse intelligi: vnde ipsa epistola ad Desiderium, nullam habens rationem litteraturæ, & linguarum peritiæ ad preces aliorum fugit, vt Scripturas interpretaretur eodem spiritu, quo editæ sunt. Et epistola ad Paulinum scripturas sanctas interpretaturus. Reuelata, ait, oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Lex enim, ait, spiritus est, & reuelatione opus est, vt intelligatur, & iterum. Quantu, ait, hodie putant se nosse litteras, & tenent signatum librum, nec aperire possunt, nisi ille referuerit, qui habet clauem David. Si ergo opus est diuino adiutorio interpretari scripturas, nulli melius quam Hieronymo pulsari, petenti, laboranti pro vniuersa Ecclesia, adfuisse credendum est.

Confirmatur, quia dicit Augustinus lib. 2. contra Donatistas cap. 5. quod in nullo aliter sapere, quam res se habeat angelica perfectio est, & humanam facultatem excedit. cum ergo a posteriori, in nullo sit correctus Hieronymus, scribens vt interpres ab Ecclesia approbatus, sine errore descripsit, hoc autem facultatem humanam excedit: ergo, &c.

Octavo, etiam aduersiorum testimonio comprobatur: nam Calvinus in antit. contra fess. 4. pag. 680. & 681. ad scripturarum versiones donum Dei requirit. Et Pellicanus de una versione psalterij loquens,

quæstis, ait, tanta dexteritate, eruditione, & fide hebraicæ quoad sensum concordare deprehendimus vulgatam editionem psalterij, ut eruditissimum, pariterque pysissum, & verè prophetali spiritu præditum fuisse interpretarem grecum, & latinum non dubuem.

*Aliorum sententia cum suis fundamentis.*

**S**ed contra sunt alii authores oppositum sentientes, Bellarminus lib. 2. cap. 11. Petrus Llorca de locis cath. disput. 7. num. 5. Driedo lib. 2. proposit. 32. 4. Andrad.lib. 4. Vega in Trident.lib. 15. cap. 11. ad 2. argum. & alij.

Primum fundamentum desumptum ex auctoritate ipsiusmet Hieronymi, nam præfatione in Pentateuc. ait, aliud est esse vatem, aliud esse interpretem, ibi spiritus ventura prædicit hic eruditio, & verborum copia, ea quæ intelligit, transfert, nisi forte putandus est, Tullius oeconomiam Xenophontis, & Platonis Protagoram, & Demosthenis pro Cibesiphonte orationem affilatus rei horico spiritu transtulisse, propterea a 70. Interpretibus talen auctor afflatum, ut supra dictum est. In se ipso talen afflatum non agnoscit, dum prologo galeato dicit. 70. aurum, & preciosos lapides, ac purpuram, se vero pelles, & pulos, in tabernaculo Christi obrulisse, & epistola ad Augustinum ait, Si cui egere non placeat, nemo compellit in uitum: bibat vinum vetus cum suauitate & iusta nostra cōtemnat, humiliter ergo, & abiecte ipse Hieronymus de sua versione sentit. Sed & idem Hieronymus in Ezech. cap. 40. ait. Nomina nos de aliorum editionibus in latinum sermonem expressimus, non tam explanatione dictionem, quam suspicionem nostram simpliciter indicantes. Confirmatur, quia si tali dono fuisse preditus interpres, in se illud agnouisset, & expertus esset.

Secundo, ex auctoritate S. Augustini, qui epistola 11. supervacanam iudicavit editionem Hieronymi, inquit enim, satis autem mirari nequeo, si aliquid adhuc in hebraicis litteris, & exemplaribus inueniatur, quod tu interpretes illius lingua peritissimos fugerit: si enim obscura sunt, te quoque in illis falli posse creditur: si manifesta illos in eis falli non possit perspicuum est, & epist. 19. vbi dixisset scriptores canonicos errare non possesse, & si quid offendit in eis litteris, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud esse, nisi quam vel mendosum codicem, vel interpretem non esse assentum, quod dictum est, vel se non intelligere; subdit. Nec te mihi frater sentire aliud existimo. Prorsus inquam non te arbitror, sic legi tuos libros velle, tanquam Prophetarum, vel Apostolorum, quod omni errore careant dubitare, nefarium est; absit hoc a pia humilitate, & veraci de temetipso cognitione, & hb. 10. contra Faustum Manich. cap. 5. ostendit, non posse in scriptore canonico dici, author huius libri non tenuit veritatem, sed aut codex mendosus est, aut interpres errauit, aut iu non intelligis.

Tertium, ex ratione: nam si altius Spiritus sanctus in versione Hieronymi, astitit quoque cum meda in emendata reliquit, & posteriori corrigenda transmisit: at incertum est asserere huc instinctum in tali transmissione adfuisse: ergo & in alijs particulis correctis per eundem incertum esset, num astitit Spiritus sanctus, cum non sit maior ratio de uno, quam de altero.

Quarto, ex manifesta experientia, nam vbi Isaiae cap. 19. v. 17. lib. 5. commentar. transtulit illud, & erit terra Iuda in Aegypto in festiuitatem, ait idem Hieronymus, melius reor etiam proprium errorem reprehendere, quam dum erubesco imperitiam conficeri in errore persistere, in eo, quod transtulit, & erit terra Iuda in Aegypto in festiuitatem pro festiuitate in Hebreo legitur. Nam hogga quod festiuitas latine dici potest, unde & Aggæus in festiuum vertitur, & timor, quod significans Aquila yuφασιν transtulit, cum aliquis paupers & tremens circumset oculos, & aduenientem formidat inimicum, præfert ergo lectionem Aquile, quæ vertit in timorem, suæ, quæ legit, in festiuitatem, ibidem etiam dicit male se vertile refrantem, pro lasciuientem, & licet Ecclesia aliter iudicari retinendo, quæ Hieronymus putauit emendanda; satis est ex hoc testimonio Hieronymi, aperte sensisse non habere se spiritum infallibilem interpretandi.

Quinto, cum Hieronymus nostram vulgatam ediderit, & saepè se sequi dictas interpretationes fateatur, verendum est ne sensus eisdem Iudaicis Ecclesiæ obtruserit. antecedens probatur ex multis locis: nam in interpretanda scriptura ait, Hier. in. cap. 4. Osea. Nos sequimur Hebraeos, & cap. 2. Nahum. Porro ait, Teus es mihi Deus, me omnia, secundum Hebraicum dicere, non de proprio sensu loqui, sed Hebraorum sequi expositionem. Integra sunt commentaria Hieronymi additionibus, & expositionibus Hebraicis, quæ tequi aperte profitetur. legendus in cap. sexto, & octavo. Zach. in cap. 7. Amos in cap. 1. Sophonie, imo, quod maius est, in fine prologi in Oream dicit aperte se in omnibus interpretationibus Patres nedū Patres nō esse fecutū, sed etiam veterum Patrum sententiam repudiavisse.

*C O N C L V S I O.*

Hieronymiana editio Spiritus sancti illustratio-  
ne edita est, & si non inchoatiuè, in  
consummatione tamen, & perfe-  
ctione, & ultima, ut dicunt,  
manu.

**R**espondeo dicendum, sicut dicit Augustinus lib. 10. contra Faustum cap. ultimo, quod sicut melius, & religiosius diuina scriptura, ita per traclan-  
tur, ut discutis oibus concordare inueniatur, quāquod solvere non potest, tanquam vera in parte accepten-  
tur, & tanquam falsa in parte damnentur, ita & de versio-  
ne vulgatae sentiendum est: sed sicut diuina scriptu-  
ra, ut idem dicit lib. 11. cap. 5. Confirmata temporibus  
per successiones Episcoporum, & propagationes Eccle-  
siarum tanquam in sede quadam sublimiter constituta  
est, cui seruat omnis fidelis, & pius intellectus, ita  
quoque dicendum est non de priuata interpreta-  
tione, sed de hac publica, & communii Hieronymiana,  
quod longo vīa probata per successiones Episcopo-  
rum, & ex decreto Ecclesiæ, iam in sublimitatis arce  
ita constituta est, ut post Concilij Tridentini decre-  
ta nullus possit ei contradicere, ei que seruire debeat  
pius, & disciplinatus intellectus in omnibus, & fin-  
gulis locis: alias tam saluberrima autoritas, aut  
contempta penitus aboleretur, aut interminata  
confundereetur, si de hac, vel illa particula dubitate  
liceret,

licet, num vera sit, ut de ipsis quoque scripturis probat Augustinus. In scripturis autem non licet de vnaquaque particula dubitare, quia à Spiritu sancto dictatae sunt. ergo neque de istis particulis, quia eodem spiritu interpretatae sunt, ut superius demonstratum est. Est autem magna differencia inter concursum Spiritus sancti cum scriptore canonico, & cum interprete: nam scriptor canonicus non tam agit, quam agitur: immediatè à Spiritu sancto excipiens res, & verba; interpres vero humano studio verba conquirens, & diligentia vtens humana, Spiritus sancti in se recipit directionem, ut à scopo, & intentio non aberret. Vnde si interpres propheta non est, spiritum quemdam affinem propheticō recipit, qualis necessarius est sacris litteris interpretandis. Est etiam alia differentia, nam ut in dictatione scriptura, linguis scriptoris canonici est calamus scribæ velociter scribentis, vnde nec lituris, vel limatione, vel correctione eius, quod scribit est opus: at interpretatio cum habeat diligentiam, & industriam humānam adiunctam, non primæ scriptiori interpretationis Spiritus sanctus astitit, sed toto illi tempori quo usq; ultimam manum interpres apposuerit, labore que consummaverit. cuius ratio accipi potest ex rebus naturalibus, sicut enim in motu continuo quandiu aliiquid potest moueri vltius, non dicitur motus perfectus ante quietem: quies enim demonstrat motū consummatum, ut ex S. Thom. I, p. q. 73. art. 2. ita & in interpretatione dicendum, quod nondum perfecta fuit antequam interpres ultimam manum apposuerit. Vnde cū perfecta sint Dei opera, quoque completa non fuit Hieronymi versio in inchoatione, et si errasse aliquando conuiceretur, in consummatione nunquam errasse probabitur, & in eadem consummatione Spiritu sancto illustratum fuisse dicendum est. Verum ut in dono sapientiae, & scientiae accidit, quod priuatis hominibus, & doctoribus datur ad eliciendas conclusiones ex principijs fidei, & postea eodem Spiritu sancto illustrante per Ecclesiam irrefragabiliter definiuntur, imo & in ipsis Concilijs quamvis Spiritus sanctus assistat Concilijs generalibus congregatis legitime, &c. nihilominus robur non habent ea dogmata, nisi accedat Pontificis confirmationis, qui Spiritu sancto sibi assistente robur dat decretis Conciliorum: ita & in proposito dicendum, quod quamvis Spiritus sancti directione in consummatione, & perfectione directorem Spiritum sanctum habuerit Hieronymus, ut authentica esset versio in se; Ecclesia tamen decreto opus habuit, ut infallibilitatem obtineret, & authentica esset quoad nos. Quare dicendum est, quod inchoatiū potuit accidere error in translatione Hieronymi, non autem completiū, & in ultima (ut dicit) manu; cui etiam etiā astitit Spiritus sanctus in perfectione versionis, opus adhuc fuit decreto Ecclesiae Spiritus sancti directione illustratae, ut verē à Spiritu sancto illustratum interpretet, nobis innotesceret, cui (vel ipso etiam nesciente) diuinam sapientiam, sicut erga Ecclesiam diuinam prouidentiam, ut adamassim omnem Scripturam sacram, & singula eius penes verba interpretaretur, credimus astitisse. Vnde secundum hunc sensum, catholicorum extrema sententia facilimē possunt concordari.

## Solutio argumentorum pro parte affirmante.

**E**T per hæc patet ad argumenta pro parte affirmativa. Ad primum enim dici potest, donum interpretationis primo, & per se esse in Ecclesia, & indefectibiliter, ut in quacunque interpretatione errare non possit: ceterum cum non in omnibus momentis, & semper, nec omnibus detur (sicut & ceteræ gratiæ gratis datae) potest contingere, ut in multis locis decipi posset, & deceptus fuerit interpres in vertendo, sicut & Propheta etiam extra scriptorium librorum canoniconrum, potuit decipi, ut de facto Natan Propheta deceptus est. Nec iacturam alii quam patitur versio vulgata, si negemus talet affitentiam talem Spiritus sancti in interprete: nam non ab interprete, sed ab Ecclesia interpretationem probante ex Spiritu sancti assistentia autoritatem habet. sicuti conclusio definita de fide ab Ecclesia, quam aliquis doctor theologus primo eliciisset à scriptura, vel traditione, non ideo, quia à doctore, vel doctoribus aliquibus elicita est, quibus nō astitit Spiritus sanctus, de fide est, sed quia ab Ecclesia Spiritum sanctum habente, comprobatur, & ad credendum proponitur.

Ad secundum. Donum illud satis est ponи in Ecclesia indefectibiliter pro omnibus momentis, cum scripturam opus est interpretari, ceterum non semper necesse est dari tale donum priuatis doctoribns, vel interpretibus, ut nec alias gratias gratis datas.

Ad tertium, satis fuit Spiritus sancti assistentia Ecclesiæ editionem approbanti.

Ad quartum, non possumus negare interpretem diuino illustratum lumine, & ductum in tali opere, sed non est necesse astruere semper, & in omni interpretatione habuisse affitentiam Spiritus sancti, eo modo quo Ecclesia habet donum, & priuilegium interpretationis, quo dono Ecclesia iudicavit Hieronymi interpretationem per omnia originali correspondere. Et per hæc patet ad confirmationem.

Ad quintum, cum donum interpretationis sit gratia gratis data, eam Spiritus sanctus, ut & cetera imparit in singulari, prout vult, vnde non possumus scire causam cum 70. voluerit esse veluti Prophetas, non autem alios interpres: satis est asserere interpretis vulgatae versionem eodem spiritu Ecclesiam illustrante probatam, cuius afflati 70. Prophetas constitutos dixerunt Patres supra memorati.

Ad sextum. Ad authentici rationem satis est, si scriptura sit benè versa, & cum suo autographo conueniat: conuenire autem ex iudicio Ecclesia illustratae diuino lumine, certificatur.

Ad septimum respondet, merito postulasse auxilium Spiritus sancti in re tam difficulti, & ardua, non tamen inde conficitur in omnibus, & singulis verbis astitisse Spiritum sanctum, satis est dicere nostrum interpretem vertisse omnia fideliter, uberrime, & eleganter, & testimonio Ecclesiae eam editionem autenticam declaratam. Et ad confirmationem respondet, adiutum quoque fuisse Hieronymum ex præcedentibus versionibus ex lingua perititia, recte omnia veritate, sicuti etiam Gentiles recte alios libros verterunt de lingua in linguam, absque afflatu Spiritus sancti.

Ad

Ad ultimum: Satis est donum interpretationis infallibilitet esse in Ecclesia: non est autem necessarium tale donum tribui omni interpreti: nec Calvinus, nec Pellicanus de Hieronymo loqui videntur, & si donum interpretationis ad bonam versionem necessarium esse fateantur.

*S. Solutio argumentorum pro parte negativa.*

**A**d argumenta alterius partis respondetur, quod duplex est genus interpretum, quodam trans-ferentium ex sola industria humana, sicut Tullius opusculum Demosthenis aduersus Eschinem, & ipse Hieronymus tractulit, opuscula quedam Origenis, quæ canonica non sunt. Aliud genus interpretum est, qui subministrantes, quam in se ipsis ha-bent eruditionem, & sapientiam, diuino spiritu quoque illustrantur, & diriguntur. de primo ergo gene-re locurus est Hieronymus cum dixit, *aliud esse uatē, aliud esse interpretē.*

Quod verò idem Hieronymus de sua transla-tione humiliter sentiat, non mirum cum ad verborum compositionem respexerit. Quod si authori secundi libri Machab. placuit de se submissè sentire quantū attinebat ad verborum compositionem, ut supra annotauimus, non mirum si interpres quoque de suis operibus, voluit abiecte sentire. ceterum quod attinet ad rei veritatem agnoscens idem Sanctus Hieronymus suam translationem, opus sanctum vocat dicens prologo in Iosue. *Vnde cesset, ait arcua-to vulnere contra nos insurgere scorpius, & sanctum opus venenata carpere lingua desylat.*

Ad confirmationem. cum gratia gratis datæ non sint habitus, sed actus præseruum spiritus prophetandi, & interpretandi, maximè ille, qui est ex instinctu Dei, quem etiam, ut dicit Augustinus, *humane men-tes neſcientes, interdum patiuntur*, ut accidit in Cai-phà, & Pilato, mirum non est, non potuisse talem spiritum à Hieronymo deprehendi.

Ad secundum, ex auctoritate S. Augustini defum ptum, Sanctus Hieronymus retorquendo Augustini argumentum Augustino respondet his verbis. *Tuo tibi sermone respondeo: omnes veteres tractatores, qui nos in Domino præcesserunt, & qui scripturas fieras interpretati sunt, aut obscura interpretati sunt, aut ma-nifesta, si obscura, quomodo ausus es post eos differere, quod illi explanare non potuerunt, si manifesta superfluum est, te voluisse differere, quod illos latere, & fugere non potuit, &c.* Quod vero Augustinus interpre-ti lapsum tribuat, cum fuerint tot interpres quot codices indefinite locutus est: de Hieronymo vero definite locutus est, cuius versionem alias, etiam æmularum testimonio comprobavit, quam etiā in-ter dum traducere videatur (ut patet legenti) non formam interpretationis, sed incompellitum tradu-ctionis officium taxauit.

Ad tertium. Nihil prohibet dicere Spiritum sanctum etiam Hieronymo inspirasse, ut incorrecta, & inemendata illa loca relinquerent, & ad iudicium Ecclesiae corrigenda destinari. Nec necesse est, opus quod tribuitur Spiritui sancto esse perfectissimum, & optimum, sed quod sit bonum, & perfectum: talis autem versio perfecta est, & bona, & si quedam significantius verti potuissent, ut supra dictum est,

cur autem ea relicta sint inemendata etiam ab Ec-clesia, lege sententiam lib. 8. cap. ultimo in fine, nunquam tamen ista Hieronymi editio de linguarum imperitia, aut de falsitate damnata fuit.

Ad quartum, quod Hieronymus se lapsum fatea-tur ponendo *festiuitatem pro pauore*, re postea me-lius inspecta post editionem commentariorum in ultima manu persistit in versione, non in commen-tatione, ut dictum est supra.

Vel dicendum loqui Hieronymum non quātum ad veritatem sententiae, sed quod ille locus signifi-cantius exprimi potuisset: non autem loquitur de errore quantum ad veritatem historiæ, vel quod ea versione non attigerit mentem scriptoris sacri, quā non quantum ad veritatem, sed ut minus exprimen-tum sensum reprehendit.

Ad quintum responderetur. dato, & non concesso, quod S. Hieronymus consensiū PP. se opposuisset in interpretanda scriprura non præiudicaret sancto rū choro, qui Ecclesie consensem demonstrat, à quoru doctrina non esse discedendum decretum est in 6. Synodo Act. 12. & alibi. Verum non est suspicandum de tanto viro, qui Catholicam Ecclesiam sem-per defendit strenue in Hæreticorum, Iudæorumque phalanges, quod voluerit præferre interpreta-tiones Rabinorum, patrum traditioni.

Dicendum ergo primo, quod S. Hieronym. non loquatur de corruptis post sua tempora Rabinorū versionibus, & interpretationibus, sed de ijs, quæ ante sua tempora, vel suis temporibus Rabbini ad-hibebant, dolo, & fraudibus parentibus, vnde & ve-teres Patres traductionibus, & interpretationibus Aquile, Symmachī, Theodotionis ad scripturam intelligendam adhibebant, quamvis in nonnullis locis hi versores hallucinati sint, vbi Christum splen-dere aduertebant.

Secundo dicendum, quod usus est S. Hieronym. illis traductionibus, & ut vteremur ijsdem; non ad eas probandas, sed ut collatione facta talium interpre-tationum cum nostra, illas sondescere, nostram purè fluere inspicemus versionem.

Tertio dicendum, quod S. Hieronymus Iudaicas versiones laudauit, ut suæ fidem conciliaret, quæ ab Hebræo fonte ad mutilam, & laceram 70. inter-preatum instaurandam vtebatur, non quidem, ut eas præferret patrum interpretationi, aut Apostolicam, vel vbi Euangelicam fidem labefactarent, sed vbi no-stri aditipularent, & essent adiumento, vbi vero aduersarentur, cautionem nobis ministraret ad ta-les refellendas, & firmius Ecclesiasticas retineremus vnde & Orig. in cap. 17. Genesis homil. 13. in fine, sic dicit. *Confer ista, si placet, cum nostris Iudaicis fabu-lis, & narrationibus sauidis, & vide si in illis vestris, ac in ecclesiasticis hec obseruentur diuinus.* & propte-rea idem S. Hieronymus vitramque versionem Ec-clesiasticam, & Hebraicam, neuè nostri apud Iu-dæos magna esse recondita putarent, neuè Iudæi cō-quererentur si sua Hieronym. non referas.

Quarto dicendum ex eodem Hieronymo, quod cum illi esset à Ruffino obiectum, quod Iudeo præ-ceptore gloriaretur, & Iudaicas interpretationes es-set secutus in 1. Apolog. aduersus Ruffinum, dicit se commentatorum morem esse secutum, ut omnium sententias complecteretur, ut prudens lector cum omnium sententias legisset, tam probandas, quam im-

improbandus, iudicare quid esset verum, & tanquam bonus trapezita adulterinæ monetæ pecuniam reprobaret. idem respondet in procœm. in primum caput Hierœ. & in cap. 22. in illa verba [vnuo ego &c.] ait [non quidem liberum faciens arbitrium lectori, cum nostra, & Iudeorum legerit, ut idem sequuntur quod sibi magis attricerit, sed ut delectum haberet reprobado mala feligendo bona.] Quare autem idem Hieronymus non censurauerit sententias, & interpretationes Iudaicas quando illas referebat, illa causa est, quam alibi idem. S. assignat, ne scilicet eos infamaret, quos haberet magistros, sic respondet etiam Russino cum ei Hereses obijcerentur Origenis, quod recensendo quorundam sententias à fide alienas, nec illas hæreticas dixerit, nec authores, nemirum ne videretur carpere, quos imitabatur ex parte. & cum fidelibus doctis loqueretur Hieronymus, non erat opus aperire, quæ Iudaica essent, cum possent iij docti per se damnare, atque proscribere, propterea abstinuit à censura Hieronymi. ne maiore contra se inuidiam Iudeorum concitaret, quæ omnia si Erasmus, & alij Iudaizantes in Hieronymo aduertissent, non attribuisserint S. Hieronymo, quod Iudeorum patrocinium suscepisset.

Accedit, quod Hieronymi in Ep. cap. 33. cap. 50. & 59. in Iudaicas interpretationes, & versiones inueniuntur, item in ep. ad Galatas in illa verba [manifesta sunt opera carnis] & in cap. 3. iij verbis [nodi cum fermentum] idem praestat, easdem pro vitibus rejiciendo.

#### ARTICVLVS SEXTVS.

*An in ista versione Hieronymiana fuerit, & sit Verbum Dei.*

#### *Postio aduersariorum.*

**V**Ix Hieronymus versionē suam vulgauit, quod subito ei virtus tributa est nouitas editionis. unde Ecclesiæ quædam turbatæ sunt, aduersus illud opus insurgendo, Hieronymum incusando, quod post 400. annos tentarit, quod à nullo sanctorum veterum præstitum erat, insuper quod quædam à Christianis legi solita immutata est, noua quoque obtrudisset, sic significat Augustinus epist. cit. ad Hieronymum, Ruffinus etiam lib. 2. inuestiuarum, Hieronymum carpit, quod suam interpretationem per monasteria, per oppida, & castella transmisserit, & nullo modo recipiendam proclamat.

Ambrosius Catharinus in opusculo de clauibus scripturæ tit. de editione vulgata ait, quod Damasus Papa, non probauit editionem Hieronymi tanquam per omnia veram, & iuxta primæ lingue, qua vñi sunt authores ipsi sinceritatem, & quod si probata est, non probata est, ut scriptura sancta, quæ sit à Deo, sed ut interpretatio, quæ est ab homine, & sic probatur, inquit, ut recipi debeat, non quasi omnis prorsus erroris expers, sed ut illa, in qua non appareat error periculosus, & ut quæ valeat emendari, unde non est eiusdē fides, cuius est prima, neque propterea parum perspectū est nobis per eusmodi interpretationes, cum plurima recte maneat iuxta primam veritatem, & cum eorum,

quæ non recte bona pars, aut nihil habet in se mendacij, sed aliam veritatem enunciat (licet eam primus author non senserit) aut denique si quid habet erroris, nec sit pernicioſus, & plerumque nullius momenti, & si quid tamen tale esset nihilominus ad primam linguam emendari posset, ac debere, unde translatio facta est, præsupponit Ecclesia.

Nouatores passim Hieronymum proscindunt, eiusque editionem non esse habendam pro authenticā. sic Martinus Kemnitius in examine Concilij Tridentini, Ioannes Calvinus in Tridentinum, Gregorius Maior p̄fatione in psalmos, Tilmannus Heshusius lib. de 600. erroribus P̄tificiorum, Vvicker, plura effutuit contra eandem, conando ostendere non esse authenticam, & per consequens non continere verbum Dei, quæ etiam infra adducetur, præter superioris allata.

#### *Oppositiones aduersariorum.*

**A**rguitur primo ex authoritate S. Augustini ep. 19. qui Hieronymianam istam versionem his verbis impugnauit. Nolle, tuam interpretationem in Ecclesiæ legi, ne contra 70. auctoritatem tanquam nouū aliquid proferentes magno scandalō perturbemus plebes Christi, quarum aures, & corda illam interpretationem audire consuerunt, quæ etiam ab Apostolis probata est, nullo autem pacto de nouitate offensi essent, si de veritate interpretationis constitisset: ergo, &c.

Secundo, & est argumentum Ruffini, ista editio, vel recipienda est, ut humana, vel ut diuina: si recipienda est, ut humana scriptura, in ea error reperi potest, sicut diuina, ergo æquatur versionis auctoritas cum authoritate scripture.

Tertio, quia maioris authoritatis esset, & veriora quæ in versione Hieronymiana continentur, quæ etiam Apostoli probauerunt. Ex Ruffino.

Quarto, non est dicendum eam editionem contineat scripturam sacram, quæ ipsam scripturam sacram proscindit, & temerat, sed talis est editio Hieronymi; Iude Ruffini. quis præsumpsit sacras Sancti Spiritus voces, & diuina volumina temerare? quis præter te diuino muneri, & Apostolorum hereditati manus intulit, & quidem cum ingens copia fuisset ex initio in Ecclesiæ Dei, & præcipue Hierosolymis, eorum qui ex circuncisione crediderant, referatur in quibus utique lingue viriusque perfectam fuisse scientiam, & legis peritiam probabilem administrari. Ponitificatus testatur officium. Quis ergo in ista editorum virorum copia ausus est instrumentum diuinum, quod Apostoli Ecclesiæ tradiderunt, & depositum sancti Spiritus compilare? an non est compilare, cum quedam quidam imputantur, & error dicitur corrigi?

Quinto ex eodem. Petrus Romanus Ecclesiæ per 24. annos præfuit: dubitandum non est, quin sicut cetera, quæ ad instructionem pertinent, & librorum instrumenta Ecclesiæ ipse tradiderit, que utique iam tunc ipso sedente, & docente recitabantur. Quid ergo decepit Petrus Apostolus Christi Ecclesiam, & libros ei falsos, & nihil veritatis continentis ei tradidit, & cum sciret quid verum est haberi apud Iudeos, apud Christianos volebat haberi quod falsum est? cum ergo editio Hieronymi ex Hebriao versa sit, non poterit præferti 70. versioni, & per consequens in 70. non in

in Hieronymi versione ex Hebreo, vera erit scriptura sacra, & verbum Dei.

Sexto ex eodem, tam Petrus, quam Paulus præcipiebant discipulis, ut attenderent lectioni, quomodo ergo emendatas eis, & veras non dabane lectiones? & qui præcipiunt ne attendamus Iudaicis fabulis, & genealogijs, que questionem magis præstant, quam adificationem, fabulosa quoque tradere non debebant: ergo (cum emendata lectio in 70. habeatur, & ab Apostolis probata sit, cuius patrocinio, & suffragio Hieronymi editio et destituta) canonica centenda non est, & authentica, & per consequens non continet verbum Dei.

Septimo ex eodem. Apostoli preceperunt nos cauere, & obseruare maxime eos, qui ex circuncisione sunt idest Iudeos, videlicet ne eorum opera iniuraremur. Quomodo non præuidebant per spiritum, quod futurum esset tempus post 400. fere annos, quando Ecclesia cognito eo quod ab Apostolis non sibi esset tradita veritas veteris instrumenti: legatos mitteret ad istos, quos illi tunc ad circuncisionem vocabant obsecrans, & exorans, ut sibi de veritate, que apud ipsos est aliquid largirentur: per totos illos quadragesimos annos errasse, & ignorasse, quod verum est fatigetur? Ascitam quidem esse ex genibus sponsam Christo per Apostolos, sed non ab eis monilibus exornatam: putasse se lapides esse praeciosos: nunc autem deprehendisse, quod non sunt verae iste gemme, quas sibi Apostoli Christi imposuerant, eru bescere se ad publicum procedere falsis, & non veris lapidibus adornatam, & ideo rogare, ut vel Barrabam, quem aliquando, ut Christo nuberet, spreuerat, mittant ad se qui possit cum uno electo ex suis viro, ornamenti sibi vera, que Apostoli non præliterant repandere.

Octauum, Hieronymus pro una persona fecit sati, nulla enim priuata persona tantum efficere potuisse (ait Lutherus in serm. coiuua. cap. 1. fol. 1.) sed desiderabat aliorū sociorum opē, runc enim, ait, Spiritus sanctus quoque excellentius se ostendisset, iuxta illud, ubi duo, vel tres fuerint congregati in nomine meo ibi in medio eorum sum, & ut obcurmurat Iudius lib. 2. cap. 13. per alios sic occupabatur Hieronymus, ut cursim tanquam ei, & carpit plerumque vacare stringere, ipsem Hieronymus, ait, celeritate scribendi attribuit errorem suum, quod verterit inepit, ut supra dictum eit, his verbis. Nos autem verbum Hebraicum יְהָוָה dum celeriter, que scripta sunt veritus ambiguitate decepti refrænamen diximus, quod significanii Aquila translatis σεβλόντα, idest, qui nihil recte agit. Certum est autem non omnia omnes posse, & ex festinatione in plures lapsus incurri. Nō ergo adstringimur ipsomet testimonio Hieronymi tribuentis sibi lapsum ex festinatione, dicere in eius editione esse sacram scripturam, & verbum Dei.

Nono. Editio hæc Hieronymi non est probata simpliciter, sed in genere, id est in ratione editionis, ergo non inconvenit, ut in ea sint aliqui lapsus, & errores. Confirmatur: nam opuscula Sanctorum approbata ab Ecclesia propterea non approbantur secundum omnem particulam, quia approbantur non simpliciter, sed in genere interpretum, & doctrinam, ergo non approbatur editio Hieronymi, nisi sit opus doctoris priuani, & non ut continens verbum Dei, est Catherini.

Decimo, non minus probata est hæc Hieronymiana ab Ecclesia, quam factint probatae aliæ, & maxi-

mè editio Septuaginta, quæ nedum à Patribus, sed à Christo Domino, & Apostolis testimonio comprobata est, sed nihilominus Hieronymus non est veritus in multis locis eorum interpretationem taxare, emendare, commutare in melius, eosque etiam dicere interdum litterarum elementorum similitudine (quod puerorum est) fuisse deceptos, nec tamen propter hoc Ecclesia, & Apostoli erratunt habendo editionem emendabilem, ergo idem censendum est de Hieronymo, quod sit emendabilis: quod si illa reiecta est, quia emendabilis, per consequens reiecta est, quia non continebat verbum Dei: ergo & idem de Hieronymo dicendum, quod non in omnibus contineat verbum Dei; & litterarum similitudine potuit Hieronymus unum pro altero traducere.

Vltimo, ut dicebat Ruffin. supra, nemo succidit arborem, cui inniti parat: nemo in sua causa fidem eius explorat, cuius ipse reprobat fidem. At ipsem Hieronymus, ut supra ostensum est, nec suæ versioni fit, & de eadem sua versione ait Hieronym. ep. 11. ad August. si cui legere non placet: nemo compellit inuitum, sed ad verbum Dei retinendum, ipsos quoque inuitos compellit: ergo sua versio non continet verbum Dei.

#### Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo, quia Hieronymus in prologo super Esaiam ad Paulum, & Eustochium scribens ait. [Petite, ut pro obrectatione præsentis, qua me indesinenter emuli laniant, ipse mihi mercem restituat in futuro, qui scit me ob hoc in peregrinæ linguae eruditione sudasse, ne Iudei de falsitate scripturarum Ecclesijs eius diutius insultarent] insultabant autem dicendo, ut dicitur ab eodem epist. ad Sophronium dicendo contra Septuaginta, non sic haberi in hebreo, error autem peior priore existisset, si non recte vertisset Hieronymus, & de falsitate eundem conuincere potuissent, dicendo scripturam esse falsam in versione Hieronymi, non sic haberi in hebreo, cum tamen, ut ait Augin. supra citatus, Iudeos etiæ de Hieronymi versione testimoniun perhibuisse compertum sit.

Cassiodorus, [Beatus Hieronymus latinæ linguae dilatator eximius, qui nobis in translatione diuinæ scripturæ tantum præstitit, ut ad hebreum fontem penes non egeamus accedere, quando nos facundia sua multa cognoscitur vberitate satiasse.]

S. Gregorius 20. moral. cap. 23. [Sed tamen quia hæc noua (Hieronymi) translatio ex Hebreo nobis, Arabicoque eloquio cuncta verius transfusisse perhibetur, credenda est quicquid in ea dicitur, & oportet, ut verba illius nostra exppositio subtiliter rimetur.]

Isidorus lib. 1. de diu. off. cap. 12. De editione Hieronymiana loquens ait [quod eius editione generaliter omnes Ecclesia, & visqueaque vtuntur, & quod veracior est in sententia, & clarior in verbis.]

Hugo de S. Victore de script. & sac. script. cap. 9. [Hieronymi translario, quia hebraicæ veritati concordare magis probata est, idcirco Ecclesia Christi per uniuersam latitudinem præ cæteris omnibus transla-

translationibus, quas vitiosa interpretatio, siue prima de hebreo in Græcum, siue secunda de græco in latinum facta corruperat, hanc solam legendam, & in auctoritate habendam constituit. ] Non esset authentica(ex Patribus) nisi contineret verbum Dei.

Secundo probatur rationibus, quia si Hieronymi editio vitiata esset, neesse esset fateri per tot annorum myriadas in ore Ecclesie, & populi Christiani, non verbum Dei insonuisse, sed verbum hominis imperiti, & qui decipi potuit. Hoc autem admissio, vniuersae fidei fundamenta quatuntur, semper enim prolatis testimonij editionis Hieronymianæ conclamabunt siue Iudæi, siue Hæretici simi litudine litterarum deceptum Hieronymum, & in omni disceptatione ad Hebraicos codices fieri prouocatio.

Confirmatur, quia docet Tertull. non posse fieri corruptelam religionis, sine corruptela scripturæ. ergo si scriptura corrupta ex versione Hieronymi in Ecclesia insonuit, religio quoq; corrupta esset, quod est impium cogitare.

Nec valet effugium dicendo in minimis saltem Hieronymum fuisse hallucinatum, nam hæc est sophistarum, & malorum causidicorum techna, vnde ex Cicerone de diuinat. in Verrem, Hortentius, Ciceronis æmulus, aduersus patronos tenuiores adhibere etiam solebat, dicens. [da mihi hoc, concede quod facile est, quod cum dederis, sine tuo incômodo, vel infamia illud dederis.] facile dicebat versutus, quod erat totius causæ firmamentum, ita malæ causæ patroni, nobis dicunt. concedite in minimis hallucinatum Hieronymum, vt hoc concessio fidei, si possunt, fundamenta conuellant.

Ad hominem tandem, nam Vvitake. responsio ad Reginaldi refut. pag. 335. sic habet. [Translationes conuenientes cum originali textu sunt verbū Dei, non est idioma, sed doctrina à Prophetis, & Apostolis tradita.] sed talis est versio Hieronymi dicente, & fatente Vvitak. eam [vt bene elaboratam laudari à Patribus] quod est dicere emaculatā ab erroribus, pro omnia consonam textui originali in doctrina tradita à Prophetis, & Apostolis: ergo continet verbum Dei, & in eadem responsione 24. [Hieronymum, ait, veneror Damasum laudo, opus ipsū pium esse fateor, & Ecclesiæ Dei vult] vt supra dictum est.

## CONCLVSION CATHOLICA.

*In editione Hieronymiana continetur verbum Dei.*

**R**Espondeo dicendum necessario, Hieronymianam editionem, quæ & noua vulgata dicitur, iam approbatam, & emendatam continere verbum Dei. vnde sciendum est, quod in scriptura hæc omnia considerantur, scriptio, interpretatio, approbatio authoritatina, publicatio. Ex parte scriptoris cū Spiritu sancto per scriptores canonicos fuerit author, non est dubium, originalia scripta nullum errorem continere, etsi in secundis, & tertii transcriptionibus ignorantia, vel malitia scriptorum, error obrepere potuerit, scripturæ veritatem non infirmat, cum ex originali corrigi potuerit, & sic corre-

cta continere verbum Dei. Ex parte interpretationis iam supra dictum est, vel Spiritus sancti instinctu directum interpretem conformiter ad originale, transtulisse Hieronymum, & sic errorem abesse assertendū est, & contineri in illa interpretatione verbum Dei dicere necesse est, vel ex approbatione, & auctoritate Ecclesie, cui assistit Spiritus sanctus, firmitatem obtinuisse. Dupliciter autem facta est talis approbatio verbo, vel facto. Facto ex usu, & consuetudine: omnes enim fideles, & vniuersa Ecclesia mille, & amplius annis textu Biblico Hieronymianō, vt sacro, veroque, & legitimo usi sunt, vnde hæc tacita fuit approbatio, & publicatio. Quod enim in Ecclesia vulgatum est, in illa publicum est. verbo quoque, ex decreto Ecclesie, à Concilio enim Tridentino vulgata eadem authentica est declarata, & ab Apostolica sede cōformiter ad decreta eiusdem Concilij idem text. Biblicus, vt reuulsus, & correctus editus est, & ab vniuersa Ecclesia receptus est pro sacro, & diuino. Non esset autem textus sacer, & diuinus, nisi contineret verbum Dei. Certum est autem Ecclesiam, Dei promissione, & assistentia in veritate tuenda, tanta firmitate, ac infallibilitate pollere, vt sicut nunquam in fide spurium, vel adulterinum recipiat, nec verbum hominum pro verbo Dei venditet, aut obtrudat, sic approbando hanc editionem Hieronymi, non vt adulterinam, vitiatam, aut à suis fontibus discrepantem, aut vt verba hominū ad credendum proposivit, sed vt germanam, rectè elaboratam originali, & veteribus exemplaribus quoad sensum per omnia conformem proposuit. vnde cum authenticum, & verum in hac disputatione synonima habeantur, & authentica omnis, & vera versio eandem naturam induat cum autentico eo que vero originali, sequitur necessaria consequentia, quod cum in originali, & fonte, continetur verbum Dei, quod in hac autentica versione, verbum Dei pariter continetur.

## Ad argumenta in oppositum.

**A**d primum. Non est mirum si ad editionē Hieronymianam, illico mundus expuit amore, vetustatis, & zelotypia nouitatis; nondum enim ab Ecclesia verbo, vel facto fuerat approbata: cum autem vt minimum undecim secula ab illa translatione elapsa sint, quæ testimonium perhibent tali editioni, sincerè, candidè, perspicue eam fuisse latinitate donatam, & Ecclesiæ decreto, quæ tot erat seculorum usu probata, fuerit consignata, nullus offendit, imo ex hoc sumitar fortissimum argumentū, quod reclamantibus initio contra hanc versionem, nec vi, nec dolo Hieronymi defensores restiterunt, sed vi veritatis sensim animos ad illam suscipiēdam attraxerit, & (quod sine vi superioris virtutis fieri non potest) adeo p̄qualuit in Ecclesia, vt omnes aliae editiones fasces Hieronymianæ submitteret, nec tot nouis machinis tot nuperarum versionum unquam concuti potuerit.

Ad secundum. Ut diuinitus edita recipietur versio Hieronymiana, si tantus Doctor fuit Spiritus sancti illustratione adiutus. si vero solam industriā, & diligentiam in Hieronymo spectemus secluso spiritus sancti instinctu, humanum laborem dicimus fuisse in Hieronymi translatione, sed ex Ecclesiæ appro-

approbatione eam diuinam esse dicimus subiectiuē, & si non effectiuē; in illa enim continetur verbum Dei, cum ex Ecclesiæ testimonio authentica, & originali conformis fuerit declarata, diuino spiritu per Ecclesiā illi testimonium perhibente.

Ad tertium, Ruffino viderur respondere Hieronymus prologo in Iob. *Audiant quapropter canes mei, idcirco in hoc voluisse laborasse, non ut interpretationem antiquam reprehenderem sed ut in ea, que in illa, aut obiecta sunt, aut omissa, aut certè scriptorum vicio depravata, manifestiora nostra interpretatione fierent.*

Ad quartum, ista æmulatio fuit Ruffini, & aliorū obrectatorum putatiū editionem latinam à Hieronymo fabrefactam in 70. interpretum versionis fugillationem. Vnde contra eundem Ruffinum lib. 2. sic dicit. *Ego ne contra 70. interpretes aliquid locutus sum? & intra, tam Iulius eram, ut quod in pueritia didici, etiam senex obliuisci vellem? uniuersi tractatus mei horum testimonijs testati sunt in 12. Prophetas. & meam, & 70. editionem edis serunt. Olabores hominum semper incerti. O mortalium studia contrarios interdum fines habentia. Vnde me puabam bene mereri de latini meis. & nostrorum animos ad discendum concitare quod etiam Græcè versum de latino, post tantos interpretes non fastidirent: inde in culpam vocor, & naufragio stomacho cibos infero, & rursus omnes præfati unculae veteris testamenti (quorum exemplaria subiecī) huic rei testes sunt, & superfluum est, quod ibi dictum est aliter, quam ubi scriptum est scribere. Hac Hieronymus.*

Ad quintum, iam diximus vulgatam antiquam latinam à tempore Apostolorum in Ecclesia traditam, & 70. quoque editionem originalem maxima in auctoritate fuisse, sed cum in putum fluentū, transcriptum malitia, plura irrepellent in editio ne 70. sicut etiam in latina, causa fuit cur Hieronymus nedium iniuria temporum latine istam versionem, jam depravatam emendarit, & ad Græcam veritatē restituerit (ut dicitur in præfat. ad Paralipom.) sed etiam alteri noue translationi incumberet. Vnde ad Cromatium in prologo Paralipom. sic scribit. *si 70. interpretum pura, & ut ab eis in Græcum versa editio permaneret, superfluè me Chromati (Episcoporum sanctissimè, atque doctissimè) impelleres, ut hebreatibi volumina latino sermone transferrem, & poscea. Nunc verò cum pro varietate et regionum diversa ferantur exē plaria, & germana illa, antiquaque translatio corrupta sit, &c. hæc fuit causa sui laboris, editionem scribenti virtio corruptam, qui de emendatis inemendata scriptit, reparare. Accedit, quod iudicem Apostoli, qui editiones illas comprobatur, Hebræam etiam commendarunt scripturam, vnde culpandus non est Hieronymus, qui ex Hebreo nouam edidit translationem. Vnde ibidem sic dicit. Cur me non suscipiant latini mei, qui in iuio ita editione veteri, ita nouam condidi, ut laborem meum hebreis, & quod bis maius est Apostolis auctoribus comprobem? scripti nuper librum de opimo genere interpretandi ostendens illa de Euangelio. Ex Aegypto vocauit suum meum. Et quoniam Nazareus vocabitur, & videbunt in quem compunxerunt, & illud Apostoli, que oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, que preparauit Deus diligentibus illum, ceteraque his similia, in Hebreorum libris inueniri. certè Apostoli. & Evangeliste 70. interpretes nouerant, & vnde eis hæc, que in*

70. interpretibus non habentur, &c. & concludit, ad hebraus igitur carentem est, unde & Dominus loquitur, & discipuli exempla presumunt, & per hoc patet solutio ad textum.

Ad septimum, hoc in maximam laudem Hieronymi cedit, quod cum esset in lingua hebraica usque ad miraculum eruditus, non erubuerit etiam alios. Rabbinos interrogare: maxima enim sapientia pars est, esse quoque docibilem, sed nec exterorum opera uti Apostoli prohibuerunt, quando, & ipse Paulus gentium testimonia interdum assumit, Hebreosq; caendos docuit, ne eorum opera veteremur in suis superstitionibus fauendis, atque sestandis. nec eo fine scriptum testatur suam editionē Hieronymus, ut veterem destrueret editionem, qua Ecclesia 400. annis usā erat, & tanquam precioso monili ornabatur; sed etiam, ut de fonte quoque recentem versionem gustandam propinaret. Vnde præfat. in lib. Salomonis, sic ait. *Si cui sane 70. Interpretum magis editio placet, habet eam à nobis olim emendatam: neque enim noua sic vendimus, ut vetera destruamus, & tandem cum diligentissime legerit, sicut magis nostra scripta intelligi, que in tertium vas transfusa coacueint, sed statim de pælo purissimæ commendata teste, suum saporem seruauerint.*

Ad octauum, cum esset (teste Augustino lib. 18. de Ciu. Dei) Hieronym. triam linguarum peritissimus, imo videlicet Seneulis lib. 4. Bibliot. Græcam, Hebream, Syram, Chaldæam, & Latinam omnes & que ac Dalmaticam linguam calleret, non est mirum si solus tantam provinciam subiicit; non enim est difficile Deo saluare in paucis, sicut in multis, & sepe multorum instar, unus sat est. Nec mirum si citissime verterit sacram scripturam. Vnde ipsam præfatione in libros Salomonis testatur, versionem Parabolaram, Ecclesiastes, Cantici Cantorum fuisse opus tridui laboris, & librum Tob. ex Chaldæo Latinum fecit vnius diei spacio, ut dicit idem præfat. in lib. Tobiae. Quid si ex celeritate scribendi dicat Hieronymū se fuisse lapsum in illius loci versione, supra solutum est: imo hæc retractatio attestatur Hieronymi diligentiam in singulis ponderandis, atque librandis.

Accedit, quod et si labor transferendi fuit citissimus, præexistens cognitio, & diligentia in euolventis scripturis in quocumque idiomate fuit matura, & in hunc sensum Augustin. ep. 19. Hieronymi operam vocat, doctam, & oculos annosam studiosam, ingeniosam, diligenter, & certe diligens fuit non solum ex desiderio iuuandi Ecclesiam Christi, & obrectatorum Iudeorum ora obtrudendi, sed etiam ne occasionem daret æmulorum procacitati suam versionem iuicere calumniandi, neque eadem trutina suam appenderent, sicut ipse Aquilæ, Symmachus, Theodosianus versiones in iustum examen vocarat.

Ad nonum, probata est versio ista, ut authentică, siquidem, ut verbis S. Gregorij lib. 1. moraliū utar. Noua Hieronymi translatio ex hebreo nobis eloquio cuncta verius transfigurata perhibetur: propterea credendum est quidquid in ea dicitur, hæc ex Sancto Gregorio.

Ad decimum. supra dictum est, et si olim S. Hieronymus 70. interpretibus attribuerit multa ex suo sensu addidisse, multa interdum male, & sinistre vertisse, tamen senior, & doctior factus, ut pater ex lib. Paralipom. eosdem plenos spiritu exitissime fate-

car, & quæ vera sunt transstulisse, cum hoc tamen nullum inconveniens fuit nouam editionem cedere ut 70. pariter editioni ex noua versione testimonium perhiberetur, quæm conformiter etiam ad originale fuerit traducta ostendendo. & ut omnibus, & similibus obiectionibus respondeatur dicit optimus Hieron. 2. aduersus Ruffin. Qui istiusmodi neniae conjecturatur, & scripturæ hebraicæ, prout tempore Hieronymi pure fluere, nunc vult recipere veritatem, audiat liberè proclamatorem: nemo enim cogitur legere quod non vult, scriperat enim tunc petentibus, & studiosis, non ingratia, & oscitantibus, & subdit, tamen miror quomodo Theodotionem hereticum, & iudaizantem legit, & qualiscumque peccatoris Christiani translationem fastidit, & postea, quid nocet Ecclesys nostra translatio? quid nunc non diceret si non solum iudicium Doctorum, qui post Gregorium floruerunt, sed & Synodi decreta Tridentini promulgata vide re potuisse? esto enim Damasi tempore non ita esset in tanto precio (ut illa canicie venerabilis dicta Itala versio) ac proinde ab æmulis prius exagitari relicta sit, suavi prouidentia Dei id permittente, ab ipso tamen postea Hieronymo defensa, paulatim successu temporis recipi meruit, donec Ecclesiæ autoritate super omnes latinæ obtineret (prout iam obtinet) principatum. Quod ut manifestius appareat discutiendum est in sequenti articulo.

## ARTICVLVS SEPTIMVS.

*Vtrum editio Hieronymi e ceteris Latinis editionibus præferatur.*

*Pro parte negante.*

**V**idesur, quod non omnibus versionibus sit prædicta nostra vulgata versio: nam Concilium fest. 4. clausulam restrixiuam posuit dicendo. Si ex omnibus Latinis editionibus, quæ circumseruntur sacrorum librorum quænam pro authentica habenda sit innescat, statuit ac declarat, ut hæc ipsa vetus, & vulgata editio, &c. pro authentica habeatur. Vnde vetus versio latina, seu antiqua Italia non fuit huic editioni postposita.

Secundo, quia in ista vulgata quedam desiderantur clarius exprimenda, & significantius, ergo si quandoque accideret fieri ab Ecclesia nouam versionem, vbi hæc omnia supplerentur, talis editio principem locum teneret: ergo, &c.

Tertio, quia de facto in multis versionibus latinis, quedam verius expressius, & magis ad mentem scriptoris canonici translata reperiuntur: ergo saltem in ijs locis non est præferenda nostra vulgata.

*Pro parte opposita.*

**S**ed contra est, quia cum plurimæ extarent versiones, & magna perturbatio orta esset in Ecclesia, non alia via lites componebantur, quam unius Italæ versione, quæ tunc ut omnium optima ab Augustino quoque iudicata est. Sed cum rursus mendaciter inciperet, iubente Damaso partim emendauit, partim ex hebreo de nouo traduxit Hiero-

nymus meliora exemplaria nactus, quam suppeditare queant tempora nostra, aut quæ etiam suo tempore nonnulla aliter legerent vitia: ergo etiam Italæ antiquæ, & presentibus alijs Latinis merito Hieronymiana præfertur.

## G O N G L V S I O.

*Versio S. Hieronymi omnibus editionibus Latinis præfertur.*

**R**espondeo dicendum, quod in rebus duplex perfectio reperitur essentialis una, quæ rei essentiam constituit, ut illa sublata essentiam variari necesse sit, accidentalis altera, qua res ornatur, eademque (quæ potest adesse, & abesse) veluti accidentalis forma informatur. Rursus perfectio, ait S. Thomas 1. p. q. 73. ar. 1. duplex est prima, & secunda. una secundum quod res sua substantia est perfecta. altera, quæ est forma totius, quæ ex integritate partium consurgit, quæ dici solet perfectio totalitatis. Ita in versionibus dicendum est, quod duplex perfectio reperitur: accidentalis, & substantialis: rursus finis, & totalitatis perfectio. Substantialis, & finis respicit fidelitatem, & veritatem versionis in exprimendo sensum, & sententiam originalis scripturæ: accidentalis vero, vel totalitatis respicit claritatem, perspicuitatem sententiae versæ vim, & energiam sermonis, eloquentia melocutionis, omnium numerorum, absolutionem, & secundum utramque perfectionem fieri potest comparatio cum ceteris latinis, seu quæ ex riuis fuerunt etiam deductæ, ijsque tam præteritis, quam presentibus, quam futuris. Si fiat comparatio in sensu, & perfectione essentiali, & finis, non fuit, nec potest dari alia perfectior nostra vulgata, nec verior, cum veritas, & perfectio rei substantialis in indivisiibili consistat, nec suscipiat magis, vel minus. Si fiat comparatio in perfectionibus accidentibus, & totalitatis absolute loquendo (& loquendo de illa tota simul) respectu editionis italæ antiquæ, perfectior est ex testimonij Gregorij, & Isidori, eo quod, inquit, veracior est in sententijs, & clarior in verbis, signum euidens fuit, quod iam pridem illa antiqua, ceteræque versiones latine sunt cum honore, nostra vulgata superflite. Si fiat comparatio cum presentibus latinis alijs a vulgata hucusque non est repertus interpres doctior, & sanctior Hieronymo, nec villa editio purior, sincerior, & (ut diuina poscunt mysteria) simplicitate quadam eloquij, & grauitate venerabilior, quæ veritate, & diurna receptione firmata, Concilij auctoritate ceteris merito est expressæ prælata. De futuris editionibus diuinare esset, cum Spiritus sanctus, prout vult, quando vult, & quomodo vult interpretationis donum concedit plenus, & perfectius, prout non uerit expedire, & fieri posset, ut ad plenius (licet non ad verius) significantius Ecclesiæ inspiraret, ut omnia loca, quæ significantius, & expressius exprimi possunt, transferri curaret, & nouam editionem ederet, & tunc perfectior accidentaliter foret talis editio, quam nostra vulgata, sicut hoc modo antiquam Italam excedit: sed non esse immutandum, quod longo seculorum usu receptum est, Ecclesiæ grauitas, atque maiestas suadet, ne ex mutatione eius.

cius, quod lege sanctum est, & in fidelium pectoribus est irradicatum derogando, inuidiam levitatis, & in constantia subeat, et si paria, & perfectiora se præstat posse confidat, perfectione accidentalis, ut dictum est.

### Solutio argumentorum.

**A**D primum. etiam Itala si modo superesset inferior esset vulgata, quæ licet idem pura fluenter, procedente tempore mendis non caruit, & postmodum obliterata iam penitus sepulta est. Vel dicendum, quod in meliore formam commutata est, substantia sensus manente, mendis sublatis, & ad pristinum fontem restituta Hieronymi labore. vnde nostra præstantior est ad suum fontem proprius accedendo, ut idem Hieronymus testatur præfatione in lib. Salomonis citato superius.

Ad secundum, ea quæ clarissim, & expressissim verti possent, accidentalē perfectionem arguunt. Et tūc foret illa editio restitutis, vel redditis locis clarioribus, accidentaliter, & secundum ea loca perfectior, admissa illa hypothesi, de qua determinatè quid foret, differere, diuinare est.

Ad tertium, & si significantius, & expressissim quædam in Itala translata reperiantur, absolute etiam in hac perfectione accidentalē Itala à vulgata (integrum, & totalem versionem considerando, & totū totū comparando) superatur.

### ARTICVLVS OCTAVVS.

*An editio vulgata à Tridentino Concilio ita sit probata, ut ipsos Gracos, & Hebreos fontes reiecerit, & recursum ad eosdem vetuerit.*

### Positio Nouatorum.

**A**Statim Nouatorum fatus supra deteximus, qui ut haberent laxa perfugia, & licenter vagari possent, qualibet dogmata fingendo, ruptis repagulis editiōnēs vulgatae, cui nolunt esse adstricti, fontiū inspectionem obiciunt, ad textum originalem provocant, in eis solum esse veram scripturam agnoscētes, ipsosque præferendos originales codices vulgati, ac per illos emendanda quæcumque diuersa ab eis translata reperiuntur. sic communiter Calvinus, Kemnit. &c. superius allegati, sed supra iam refutati sunt.

Sed cum verum vero non contradicat, & ipsa vulgata de puto olim fonte expresa, & ad purum fontem conparata authentica sit, & puri olim fontis veritatem attestetur, alia diuercula sunt fabricati, nempe criminibus, & calumnijs causam agendo, vnde hæc mendacia aduersus Tridentinos Pares eructarunt, Pares Tridentini decernunt minime esse audiendos. etiam si ex fonte ipso purum liquorem profrant, & ex certa veritate falsum coarguant, sic dicit Calvinus in antidot. sess. 4. & Kemnit. in examine, non esse hoc tolerandum in Ecclesia conclamat. Eundem sequitur Vvitaker. controli. i. cap. 9. arg. 4. resp. 2. & Franciscus Junius, & Hunnius, eisdem subscribunt, & eisdem calumnias refrauit, nuper quidam mi-

nister Calvinianus Felix nominè apud Bouerium in lib. 3. demonstratione quinta de unitate scripturæ Romanæ Religionis, & quod omnium est impudentissimum, ipse Vvitak. quod licet recurrere ad fontes Hebreos, falso Melchioris Cani, & Bellarmini Cardinalis sententijs, & aliorum suam malam causam tueri iactabundus insultat.

### Oppositiones aduersariorum.

**A**Rguitur primo, sola vulgata in publicis lectiōibus, &c. vt authentica suscipienda, ita mandatur, vt nullo praetextu rejici possit, ab aliquo: ergo ex vi dictiōnis exclusiū 70. Interpretum versio, ipsa quæmet græca editio, & hebræa non eandem auctoritatem sibi vendicant, nec ijsdem ab Ecclesia silentio prætermis, eadem autoritas est attributa. Vnde Hunnius dicit, Tridentinos quidem Pares non facere quidem explicitē mentionem fontium: sed dum versionem latinam faciunt aubenticam, & omni ex parte sacrosanctam haberi iubent, sponte iam sequitur id, quod Calvinus ei tribuit, hæc ille.

Secundo, quæ inter se non coherent, imo maximè pugnat vera simul esse non possunt, cum verum vero non contradicat. sed omnes editiones dictæ hebraicæ, & 70. pugnant cum vulgata: ergo iam sola vulgata aptobata, ceteræ explosæ, damnataeque videntur, &c. probatur minor ex multis locis ante dictis in articulis præcedentibus.

Tertio, quia in ipsa 70. interpretū versione multa detracta, multa addita sunt, multa in hebræo desunt, quæ in græcis, & latinis codicibus, & vulgata præsertim reperiuntur: ergo hæc sola probata, ceteræ inprobatae videntur.

Quarto, codices hebreos, vel græcos, hodie quoque corruptione non carere supra ostensum est; ergo dum propter corruptionem multarum editionum latinatum una sola latina vulgata præponitur, pariter à simili propter corruptelas ceteris omnibus editionibus etiam originalibus prælata est; imo easdem interdictas constat, dum à corruptis editionibus abstinendum ratio ipsa suadeat.

Quinto, si non essent explosæ Græca 70. & hebraica editio, non interdictum esset, quin latina editio ex 70. & quæ ex hebraica posset transferri accipi possent. Quare sequeretur, quod alijs editionibus præter vulgatam vñ liceret, cum tamen omnes editiones huiusmodi latinas indifferenter Concilium exploserit.

Sexto, si non essent reiectæ possemus ad fontes recurrere, & ad illos prouocare, vbi aliqua discrepantia oritur, & isto pretextu vulgatam possemus rejicere.

Septimo, quia hanc sententiam tueri videntur non ignobiles authores. Cano 2. de loc. cap. 13. & 15. Val. 8. Analy. cap. 5. Villalpand. in Ezech. extrema visione, & 1. Isagog. cap. 3. Suarez 3. part. quæstion. 7. disput. 2. Bouerius loco citato artic. 3. His, & alijs technis aduersariorum nequitia fulciri, posset.

Confutatio eorundem ex orthodoxorum  
firmamentis.

**S**ed cōtra est primo, quia nō est credibile eā editionem, quae à Spiritu sancto diuinitus dictata est, à Prophetis descripta, ab Esdra restituta, à Christo Domino, & Apostolis citata, & interpretata, cuius auctoritatē fides robورata est, Iudei conuicti, à qua omnes editiones veluti ē fonte fluxerunt, ad quam olim in sua puritate fluentem, vel sua puritati restitutam, Patres prouocarunt in mendis corrigendis, in dubijs lectionibus terminandis, hanc gravitudinem reportasse, vt penitus nunc explosa, ac damnata sit, & nullo modo authentica. Similiter, nec dicēdū, quod editio 70. Spiritus sancti institūti descripta, à veteri Synagoga probata, à Christo, & Apostolis in testimonium assumpta, Ecclesiæ iudicio, & ysu commendata, à Patribus probata, & mirificis laudibus celebrata, à qua etiam aliae latine tāquam à parente procreatæ sunt ex suo partu, extincta sit. Similiter græca noui testamenti ab Apostolis, & Euangelistis diuinitus descripta, à Patribus, & Conciliis in testimonium assumpta ad dogmata firmando, hereses euincendas, à qua latina traducta est, reiici nullo pacto potuit, patrocinio Ecclesiæ diu robورata.

Secundo, ex triplici lingua hebraica, græca, & latina tres habemus editiones, ex quibus omnes nationes, quae sub cœlo sunt in fide instructæ, & in fide roboratæ sunt; non ergo una sola retenta latina, hebraica, & græca explosa sunt, cum ēt in titulo crucis Christi conservatæ fuerint, ijsque præsignabantur eiusdem mysteria ijs linguis enarranda, & prædicanda, vt supra dictum est.

Tertio, si explosæ sunt, ac reiectæ editiones græca, & hebraica, inane esset linguarum studium, frustra Academia ad hunc effectum institutæ, & perperam in clement. de magistris, professores linguarum destinati, qui easdem edocerent, nec interpretatio inter dona Spiritus sancti 1. Cor. 11. debebat connumerari, nec admirabilis Hieronymus appareret, nec spectabiles, qui ijsdem linguis incumbunt.

Quarto, multæ controversiae in quibusdam locis olim ex inspectione fontium sunt sotipæ, & emendatio bibliorū nouissima ab Ecclesia, etiam per fontium inspectionem facta est, & per multa quoque, vt dicetur, eiusmodi, quæ vitio librariorum irrepescunt emendata ex ijsdem fontibus supersunt; ergo damnari potuit id, ex quo emendatio processit?

Quinto, illud Gen. 38. mortua est Sua vxor Iude, ex hebreo emendatum est. mortua est filia Sua vxor Iude, & illud ps. 26. sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, correctum ad originale, fontem viuum, & illud, vt videam voluntatem Domini, correctum, voluptatem Domini. &c. Act. 16. Timotheus legebatur filius mulieris viduae, nunc correctum, mulieris Iude, conformiter ad græcum, & illud 1. Petri 1. non enim indoctas fabulas fecuti, correctum secundum græcum, doctas, alia exempla videnda in Luca Burgenii, & Salmerone proleg. 13. ergo hebræa lectio non est explosa.

Sexto, post emendata Biblia adhuc sunt multæ utilitates, quæ ex inspectione fontium emanant, non quidem ad eadem emendanda, sed ad illa tuenda,

& expressius quedam significada, & interpretanda: non ergo debent reiici, cum tot intelligendi opportunitates subministrent. antecedens probatur ostendendo utilitates huiusmodi.

Prima utilitas, ad tollendas ambiguitates verborum, & nominum, vt an nomen sit substantivum, vel adiectiuum, vt illud Provetb. 11. Circulus autem in naribus suis, mulier pulchra, & facta, vbi suis, est nomen substantivum ad casum nominis adiectui, suus, sua, suum, discernendum, vt illud Matt. 3. potes est Deus suscitare filios Abrabæ, vbi Abrahæ est casus datius. Ad genus nominis internoscendum, vt illud 1. Cor. 4. auferte malum ex vobis ipsis, quod neutrum potest esse, & masculinum, & in Græco masculinum est, ex nominis ipsius latini æquiuocatione, vt illud ps. 138. non est occultatum os meum, quod os ossis, & non os oris significat, & illud 1. Cor. 10. Omne, quod in macello venit, manducate, vbi ly venit, id est, quod venundatur, & illud Luc. 11. quod supereft, date elemosynam, ambiguum est latinis: duo enim significat, superfluum, & reliquum, seu illud vobis reiat; & græcus codex habet, quæ vobis suppetunt, τὰ ἔριτα. Similiter circa verba est, æquiuocatio in tempore. sic in latino illud Ioan. 7. Tempus meum nondum aduenit, non potest discerni cuius mentio fit temporis, at ex græco dicendum esse præsentis, Macci 7. ephphetha, quod est, adaperire. non est modi infiniti, sed impletatiū passiū, & ex originali hoc dignoscitur.

Secunda utilitas, ad explicandas dictiones, quæ in sua lingua nativa vim habent, nec in latina exprimi potuerunt. tale est illud ps. 38. ecce mensurabiles posuisti dies meos, hebraica vox נִמְנָה significat non quacumque mensuram, sed quatuor digitorum, hoc est breuissimam mensuram. & illud psalm. 33. immittet Angelus Domini, diminutum est in significacione latina, exprimit vero græca littera, addens castra sua, & ex hebreo legi potest, castrametabitur Angelus Domini. Illud, bene patientes erunt, ut amicent, exprimitur ex græco secundum expositionem Hesichij, bene affecti, corpore valentes, seu robusti viribus, qui incomoda æquo animo perforunt, apti sunt ad euangelizandum.

Tertia utilitas, ad agnoscendā multa nomina tum hebraica, tum græca relicta propter sanctiorem antiquitatis rationem, nec nisi paraphrasticè verti poterant, vt docet Augustin. lib. 3. de doctrina Christiana, talia sunt, Abba, Osanna, Alleluia, & similia, & in græca lingua. Encenæ, Næomenia, Parasceue, Schisma, Moechia, Melotum, &c. sicut è contrario Græcis valde prodest latina nostra. Euangelium siquidem græcum multis voces Romanas habet, vt legio, semicinthia, titulus, flagellum, speculator, &c. Imo ob significationem expressiorem quedam relicta sunt: plus enim exprimitur voce, presbyteri, quam senioris; & Angeli, quam Nuncijs; & Euangelijs, quam boni nuncij.

Quarta utilitas, ad plures sensus ex eadem sententia originali eruendos, plerumque enim vox hebraica, vel græca ambigua esse solet, tale est illud Io. 19. videbunt in quem transfixerunt: potest enim etiam verti, in quem insuauerunt, vt 70. vertunt, & sic duplex habetur sensus illusionis, & transfixionis, & illud Esa. 5. expectauit, vt faceret unas, & fecit lambrucas, ex eadem voce 70. verterunt spinas, & vtrumq;

significari potest eo verbo. Rom. 3. propter remissionem precedentium delictorum, vox illa, remissionem, quidam ex græco vertunt, tabem, dissolutionem, vel mortificationem, utrumque enim significare potest ea vox. Psal. 39. dicitur, aures autem perfecti mibi, verbum autem hebraicum οὗτον significat corpus, & sic 70. transtulerunt, corpus, significat statim Iob 6. & ad crucem adaptari potest. vnde cecinit Ecclesia, statim facta corporis. Rursus Isaia cap 16. dicitur. emite agnum Domino dominatorem terræ, vocem hebraicam τοῦτο car quidam interpretantur agnum, arietem principem. vnde quot significata proferri possunt tot sensus subministrantur, in scripturis enim Christus Dominus modo agnus; modo Aries, modo princeps vocatur. ps. 67. qui habuare facit unius moris in domo, illa particula Iochidim ωραῖον, quidam transferunt etiam solitarios, sic S. Hieronymus, alij monachos, & mitifex fit allusio ad claustrales, qui uniformiter vivunt in eadem domo sub iisdem canoniceis observationibus.

Quinta utilitas, quod alienæ linguae vocabula, quedam festiuum quandoque vocis usum, lusumque præbent, quem seruare nequeunt in exotericam linguam translate, talia sunt omnia seruare nomina hebraica: nomen enim Adam ab Adama, hoc est de terra assumptum est, &c. vnde cum particula illa secundum nucem, & vigilias significaret, aptius verius interpres, virginem vigilantem ego video, quam baculum nuceum: nam occasione illius nominis alludens Dominus respondit, Bene vidisti, quia ego vigilabo. Similis allusio habetur Dani. 13. in nomine scinios, de qua re supra candē allusionem reperies. Ecc. 43. à luna signum diei festi, &c. mensis secundum nomen eius: luna enim græce dicitur μην & mensis μην.

Sexta ad detegendas hæreticorum fraudes: nam v.g. dum illud psal. 118. inclinavi cor meum ad factores iustificationes tuas in aeternum propriei retributio nem, ex illa voce Τῷ ιψὶ vertunt, in finem, ut merita obscurant, quibus premia debentur satis ex fonte refutatur, qui admittit etiam nostrā significationē, ex Pagnino. Similiter illud Eccle. 9. peruerentes ex hebreo, nescit homo virum amore an odio dignus sit, dum vertunt, nemonost, vel amorem, vel oiam rei, quam habet coram se, que lectio discordissima est ab hebreo, satis ab hebreo codice confutantur. vnde ex Hebreo optimè Hieronymus vertit. Et quidem charitatem non est cognoscens homo, omnia in facie eorum, quem locum etiam secundum vulgata in explicat idem Hieronymus. Act. 13. ubi legimus, ministramibz autem illis Domino, recurrendo ad fontem, sacrificium probamus ex græco legendō, ut vertit Erasmus, sacrificiis, autem illis Domino, λειπούσιστον δέ αιτῶν τὸ κυρίων.

Sepuma, ad significantius, & clarius exprimenda quedam loca minus clare reddita, vel non ita concinnè versa, ut illud ps. 77. Et adfiscant sicut unicor nū sanctificum suum, quod clarius readi poterat, sanctuarium: & illud ps. 138. si sum psero pennas meas diluculo, quod clarius verti poterat, si sum psero aliis euolauero ab occidente in orientem: & illud psalm. 34. quasi proximum, & quasi fratrem nostrum sic complacabam, significantius, ut fecit Hieronymus verti poterat, quasi ad proximum, & quasi ad fratrem nostrum, vel ex græco, quasi proximo quasi fratri nostro sic complebam: & illud Io. 1. qui post me veniurus est, ante

me factus est. significantius verti potest, mibi præpositus est, ex Augu. in Ioan. homil. 3.

Nona, quia unaquaque lingua suas habet phrases, & idiotismos, proverbia, & præcipue hebræa. Quantum attinet ad phrases, & idiotismos, plerumque enim hebræi, ut aliqua dicamus, ipsam verbum ratent (ex Io. Alban. in centuria selectorum locorum cap. 20.) & illud subaudiere oportet, ut illud psa. 118. bonus tu, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas, ubi subaudiendum verbum substantiu[m] es, secunda persona. Lingua Syriaca, quæ de hebræa manauit, Hoc corpus meum, hic sanguis meus, exprimuntur verba consecrationis, & subauditur est, eo idiomate. vnde etiam S. Paulus græce loquens sine substantiuo, quod subauditum oportet locutus est. Plerumq[ue] hebraismus est, cu[m] ponitur præsens, scilicet pro futuro, ut El. 11. repleta est terra scientia Domini, pro replebitur, ps. 57. sicut viventes, sic in ira absorbet eos, pro absorbebit eos. Lucæ 22. hoc est corpus meū, quod pro vobis datur, pro dabitur. Io. 15. si non lauero te, non habes partem mecum: græce pro habebis. Io. 8. quo ego vado, vos non potestis venire, pro vadam. 1. Ioan. 2. Antichristus venit, pro veniet. Similiter præteritum præficiunt, cuius rei exempla ponit S. Ambros. lib. 1. de Abraham. Patria. cap. 8. &c. sicut Genes. 22. dicitur, Tolle filium tuum, quem dilexisti Isaac, secundum versionem 70. pro diligis. Ioan. 1. medius vestrum stetis pro flat, & sic legit Cyprian. 2. contra Iudeos: E contra præsens pro præterito usurpari sollet, Mat. 17. magis tibi non soluit didrachma, pro non pensasti: vel peperdit. futurum passim pro præterito perfecto, & huiusmodi. Quantum ad nomina, & reliquias orationis partes, multa legenda sunt apud Doctores, ut Salmeron. proleg. 15. Ioan. Alban. in annotationibus selectis. &c. Alij similiter idiotisant, & huiusmodi in dictioribus reperiuntur, quæ necessaria sunt ad intelligentiam pleniorē sacrarum literarum v.g. loqui ad cor, quod ex Hieronymo significat consolari, & osculari manum est supremum cultum alij exhibere, ambulare cum Deo, est facie Dei voluntatem, pedes contingere, 1. Reg. 14. purgare ventrem. Proverbia similiter reperiuntur, tale est illud, omnes habenti dabitur, date est noua beneficia recte videnti date, neminem per viam salutare. est nimia celeritate per viam festinare, &c. Non relinquere usque ad minigentem in partem, est idem, ac nulli patere, de quibus alias diffusius.

In ipsa quoque græca lingua sunt græcismi obseruandi, qui non parum faciunt ad intelligentiam scripturae. Græci enim cum careant ablative, illum casum substituant cum dativo. vnde in Greco Mat. 5. beati pauperes spiritu: quod scribitur τῷ πνεύματι. Si verteatur, ut iacet in græco spiritui, sensus est falsus: significaretur enim, qui paupertatem spiritus haberent, vel qui parum spiritus haberent esse beatos: at interpres tam pro ablative accipiat dativum illum, optime vertit, spiritu, exprimendo causam impulsuam voluntati paupertatis, quæ ex spiritu originatur. Casus similiter pro casu ponitur in græco, pro nominativo accusativum, ut illud, lapidem, quem reprobauerunt edificantes, in græco enim habetur λιθον. genitivus pro ablative, ut psalm. 77. deduxit eos in nube diei, pro die, vel per diem. infinitum usurpant pro supino, vel gerundio 1. Cor. 1. non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare. patti-

participia medie conjugationis sunt in græco significationis actiæ, & passiuæ redditæ sunt, vt Mat. 11. pauperes euangelizantur, pro euangelizant, græcè enim est εὐαγγελίζονται. Præteritum usurpant pro præsenti, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit etiæ multum, cum græcè legatur οὐ γένος, id est, diligit multum. infinita pene alia obseruanda sunt, quæ maximam lucem ad perfectam intelligentiam scripturarum manuducere posunt, quæ cum diligenterissimè à doctissimis viris sint tractata, non opus est acta agere, legantur Arias Montanus in idiomatis ad linguam sanctam, Driedo, Sanctus Pagninus, Salmeron in Prolegomenis.

Decimo, ad eruenda multa mysteria, quæ ex collatione cum originalibus, vel alijs translationibus reperiuntur: nam S. Augustinus illud Reg. 1. c. 21. vbi dicitur de David, & immutauit os suum coram Achis, & collabebatur inter manus eorum, collatum, cum 70. interpretibus, vbi dicitur, & mutauit os suum coram Achis, & collabebatur in manibus suis, mysterium agnoscit in explanat. psalm. 33. vt tunc factum id fuerit mysticè, quando Christus Dominus se rebatur manibus suis, quando commendans corpus suum dicebat, hoc est corpus meum, illud enim manibus ferebatur. idem mysterium agnoscit Arnaldus Abbas tract. de 7. verbis Domini. Illud quoque Abacuch 3. Domine opus tuum in medio annorum vivifica illud in medio annorum notum facies, explicationem, & dilucidationem habet ex text. 70. vbi legitur, in medio duorum animalium cognoscens, cum appropinquauerint anni cognoscens, cum aduenerit tempus demonstraberis, quæ verba mysterium incarnationis explicant. Similiter illud psal. 71. erit firmamentum in terra in summis montium, ex Chaldaica, paraphrasi explicationem habet intelligentiam, vbi dicitur, erit placenta tritici in capitibus sacerdotum, quod ad sacrificium Ecclesie, quando super capitula nostrorum sacerdotum eleuatur, perspicue referritur.

Vndecimo, ad historicum scripturaræ sensum clarius intelligendum. Genef. 14. v. 13. habetur, & ecce unus qui euaserat, nuntiavit Abraham Hebreo, 70. sic transulerunt. Veniens autem quidam salvatorum nunciauit Abraham transitori, quo verbo indicatur cur Abraham dictus sit Hebraeus, nimirum quia transiuit Euphratem. Ad Hebr. 7. vbi est sermo de Melchisedech, quod sit, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, ex explicatione Syriacæ translationis clarior habet, vbi dicitur, cuius nec pater, nec mater scribuntur in generationibus, neque initium dierum, neque finis vitæ ipsius, ex qua explicatione destruitur hereticus Melchizedecianorum, & error authoris libri qq. veteris, & noui testamenti, qui falsò sub Augustini nomine circumfertur, dicentium, Melchisedech fuisse Spiritum sanctum, qui sub forma humana apparet. Vnde apraret, quam rectè S. Augustinus ad hoc propositum dixit 2. de doctrina Christiana cap. 12. quod collatio interpretationum plurimum prodest, quæ quidem res plus adiicit intelligentiam, quam impedit, si modo legentes, non sunt negligentes.

Duodecimo, ad Iudaorum, & hereticorum pertinaciam retundendam: cum enim passim verum, & legitimum scripturarum sensum obscurare contentur, varias, multiplicesque lectiones, & amphilogia-

cas lectiones verborum obijcint, suorumque punctuationum distinctiones, & subdivisiones pro legendi, & punctuandi norma venditant; vnde fit, vt nisi perit hebraicæ linguae catholici viri illis occurrant, & grammatices hebraicæ peritia illos euincant, elatis, & inflatis collis intumescant. vnde ex hebraica lingua tanquam ab arce David sumimus armatum ad eosdem deiiciendos.

Decimotertio, ad Catholicorum consolationem, qui Hebraicas, vel Græcas litteras degustarunt videlicet nostram editionem quanta cum grauitate, & veritate translata sit, & quod in essentialibus à prototypis in nullo discordat, ijs exceptis, quæ corruptæ sunt in originali, vt demonstratum est. vnde si trilingues nostrorum temporum haeretici non precepit iudicium tulissent, sed rem mature tractassent, & simul cum cognitione linguae mysteriorum notitiam, & sensum Ecclesiæ habuissent, & sobrietè, humilique iudicio rem hanc tractassent, non tot delessent ex vulgata, nec virgula censoria expunxissent, nec propter pauca, quæ minus perspicue redditæ sunt, aut quæ non ita festiuè in nostram linguam transferri vlo modo potuerunt, interpretem infamassent.

## CONCLVSIO CATHOLICA.

Nullo modo fontes ab Ecclesia exclusi sunt originalium scripturarum in sua puritate considerati, praeposta tamen est vulgata (quæ in omnibus, & per omnia illis concordat) cœnosis fontibus.

**R**Espondeo dicendum de fontibus Græcis, & Hebraicis dupliciter nos posse loqui: uno modo, vt in sua puritate olim editis, vel ad natuam puritatem restitutis; alio modo de ijsdem turbidè fluentibus in aliquo, vel aliquibus locis. Si considerentur fontes primo modo, cū eadem veritatis aqua fluat pure pariter in rivo editionis vulgatae, per omnia est exæquatio in veritate inter riuum, & fontem: excepto quod in dignitate originis fons riuum præedit. vnde hoc modo nunquam exclusi sunt fontes ab Ecclesia cum authenticam vulgatam declaravit, nec unquam riuum probans, fontem exclusit, quem Patres sepe laudant, & ad quem incendatas olim editiones provocabant. Si considerentur secundo modo, cū purus riuis turbido fonti præferatur, præfertur pariter in ijs omnibus locis, qui mēdis asperfi sunt. Vnde si aliquando continget, vt alia sit lectio vulgata, alia Græcorum, & Hebræorum codicum, si tantummodo diuersæ sint, nec sibi contradicant, & conciliari possunt, utraque lectio recipienda est. Semper tamen interpretatio ab Ecclesia iam approbata in vulgata præferenda est, quæ hebraicæ veritati, & græcæ, per omnia correspondet, in sua tamen puritate descriptis, vt dictum est supra; ac subinde iuxta hanc vulgatam interpretationem postea catholico sensu explicanda. Si vero ad inuicem sibi aduersentur, sicut affirmatio, & negatio reconciliari nequeunt, præferenda est latina vulgata Græcæ, & Hebrææ, sicut præfertur riuis purus censu fonti. Impossibile autem iudicamus, quod aliquod purum

parum ex fontibus afferatur, & à latina vulgata diffentiat. Quod si dissentiant, hoc ipsum parum est, & quamuis ex nouis versionibus hæretici puritatem haurire affectent, ad vulgatam non explicandam, sed destruendam, dum aurum, & argentum, hoc est puritatem diuini eloquij repromittunt, simias, & pauores deferunt picturatos, & elaboratos ad ostentationem, versiones inquam nostræ vulgatæ æmulas, & ut ipsi in cœteris sunt simiaæ Catholicorum, sicut & diabolus eorum pater, qui res sacramentorum in nostris mysterijs emulatur, vt dixit Tertullianus lib. de præscriptionibus aduersus omnium heretum monstra concinnato.

### Solutiones Argumentorum.

**A**D primum, vt patet ex verbis Concilij solis Latinis editionibus expresse prætulit Concilium Tridentinum nostram editionem: ait enim sancta Synodus considerans non parum virilitatis accedere posse Ecclesie Dei, si ex omnibus latinis editionibus, que circumferuntur sacrorum librorum, que nam pro authenticâ habenda sit innotescat, statuit, & decreuit, vt hec ipsa vetus, &c. quare ex comparatione manifeste apparet se solum de latinis locutum esse, non de fontibus: cum enim ex multitudine latinorum versionum, dilaceraretur Ecclesia, ad consilendum unitari, & paci Ecclesiastica vnam solam latinam autheticam declarauit. Quia vero publici perturbatores pacis obijcere potuerint hunc, vel illum locum non fuisse, è suo fonte rectè translatum, alias particulæ adiecit ad hanc teineriam manum prohibendam, videlicet, vt nullus quis prætextu auderet eandem vulgatam editionem reiçere. Vnde sicut fontibus emendatis, & puris imphicitæ eandem latinam æquiparat, dum illam in genere versionis per omnia approbat, que purior fluit, & verum verò consonantæ necesse sit; sic noluit vulgaram, que prior fluit ex fontibus iisdem emendari; cum emendatione non indigeant, puroisque riuos è turbidis fontibus emendari absurdum sit. Quare imphicitæ turbidis fontibus prætulisse manifestum est. ex hac enim suppositione Concilium noluit quocumque pretestu reiçti, liberum etiam campum ingenij reliquit ad quosvis turbidos fontes recurrendi, & scripturarum profunditatem, & arcana rimandi, indeque lapillos preciosos, & aurum ad vulgatæ ornamentum adspiciendi.

Ad secundum contrarias, que obiicitur Hebraicæ, & Græcæ cum vulgata, secundum vocem esse nō secundum rem à plerisque existimatur in quibusdā locis, sed quicquid sit de hac re, de qua supra tractatum est; ea contrarietas, que reperitur inter vulgatā, & fontes ex negligentia, & oscitantia processit, que non authoribus, sed librarijs, vel aliis tribuitur, & quamvis Sextus V. editionem 70. restituere suo candori, nihilominus non prefertur editioni vulgatæ, cum illa sit approbata, vt regula fidei sub nullo prætextu reiçienda; ista vero in sua puritate restituta, conseruanda illibatè præcipitur in impressionibus absque calculo qualificationis; unde vulgata, & codices hebreos, & græcos excedit. Græca vero 70. iam emendata tantam obtinet autoritatem, vt reliqua

græca exemplaria, & editiones illi non nisi proportionaliter æquati possint.

• Ad tertium, multa, temporis progressu, vitiata sunt in editione 70. multa quoque in Hebreis codicibus, & quantum ad has partes, que vulgatae contradicunt per vulgatam emendanda, & sic similiter respondetur ad sequens argumentum.

Ad quartum, latina, que transferretur ex 70. & ex hebraica similiter eam non haberet auctoritatem, qualem habet vulgata editio, quare illi non posset æquiparari. valeret tamen si admitteretur ad elucidandam vulgatam, sicut & aliaæ catholicorum versiones, que in tantum ab aliquibus explosæ sunt, quatenus vulgatae contradicunt, vel interpretem carpunt vulgatum.

Ad quintum inanis est ista prouocatio, cum fontes sint turbati, recurrere ad eosdem pro veritate assequenda, et si olim in discrepantia latinorum codicum, cum pure fluenter fontes, per illorum aspectum ditimerentur controuersiae. Ad quos autem fines liceat fontes respicere iam supra dictum est.

Ad sextum, ij authores explicandi sunt, vt loquantur de impuris, & lutulentis fontibus, nam quantum ad fontes emendatos est æquiparantia, & æquatio. authenticæ enim versio est, que cum originali, & pura in suo fonte conuenit, eandemque subinde significacionis conuenientiam habet cum illa.

### ARTICVLVS OCTAVVS.

*Vtrum ante Concilij Tridentini decretamen-  
do fuerint Biblia in nostra editions  
vitio librariorum.*

### Positio Nouatorum.

**M**Ortonus Anglus ad cap. 11. contra Bellarmin. miratur, quod Concilium Tridentinum definiuerit vulgatam esse autheticam, & tamē iussuerunt, vt corrigeretur quædam emendatissime. Idem occinit, & inclamat Ioannes quidem Rainoldus Anglus lib. de 6. thesibus de script. & Ecclesia, cum eorundem Apolog. aduersus Bellarm. isteron proteron existimantes esse autheticam, & mendiscatere, & cauere, vt emendatissime imprimatur. De emendatione vero per Ecclesiam facta fabulas neclens Thomas James Anglus in libro, quem edidit, cuius titulus est. *Bellum Papale, seu concordia discors Sixti Quinti, & Clementis Octavi, circa Hieronymianam editionem*, totam operam præstat in annotanda varietate, & discrepantia editionis per Clementem, procuratæ, & vulgatae ab editione Sixti Quinti, & Louaniensem: & Sixti Quinti editionem, vocat, *Ignorantiam: Clementis scientiam, illam tenebras, istam lucem, illam antiquitatem errorum, hanc nouitatem veritatis*, sic ore rabido periodum concludens, orridam discrepantiam, & crassam stultitiam Pontificum Romanorum, hæc virulentus aspis.

## Oppositiones eorundem.

**V**Idetur, quod non, quia scriptura non continetur alibi, nisi in codicibus scriptis, ergo si pura, & illibata, & integra non continetur in illis, nulli continetur, & per omnia perire eius integritas.

Confirmatur, quia non minus necessaria est scriptio fidelis alicuius originalis, quam eiusdem interpretatio, ergo sicut interpres male vertendo abstulisset nobis veritatem scripturæ, ita si scriptor male transcribendo originale vituasset.

Secundo, tam de fide est scripturam non posse decifere, quam eius lectionem veram, sed ex interpretatione mendorum in omnibus humanis scripturis deperditur lectio vera, ergo etiam deperdita esset vera lectio si menda irrepissent.

Tertio, quia si mendis scatens ex proposito esset vulgata, cum non potuerint passim omnes discernere veram lectionem à vitiata, maxima pars insipientium decepta fuisset habendo pro fide mendosum locum, & maxima pars sapientum cum non sit major ratio de uno loco vitiato, & mendoso, & de altero emendato; pro sua libidine hæc diceret mendosa, quæ correctione no[n] indigent, illa diceret pura, quæ limæ necessitatem haberent.

Quarto arguitur, si mendis scatens, & emendatissimè imprimenda mandatum est à Concilio, & hoc ipsum de facto præstum est, monstrum simile est, ait Mortonus, ut versio prænuncietur, & decernatur authenticæ priusquam sit, & extet quam emendatissima; at Concilium Tridentinum editionem vulgatæ declaravit authenticam, & postea demandauit, ut in posterum, quam emendatissimè, & correctissimè imprimatur, & à mendis vindicetur, quod est *Utopia* *repon*; est argumentum Mortonii, qui subdit hoc esse baptizare infantem in utero matris.

Quinto, à Tridentino iussa est, ut posthac quam emendatissimè imprimatur vulgata, ergo Synodus Tridentina approbavit tanquam authenticæ librariorum errata, quæ in vulgata editione insunt. Reginulus.

Sexto, ex eodem, si emendationem Papæ reliquit, ergo eidem reseruauit, quæ tandem impressio vulgatae editionis authenticæ esset.

Septimo, ait Vvitakerus, si menda sunt reperta, quam lectionem authenticam voluerunt esse Louanienses, illamne veterem textus, an eam, quæ est in margine? si veterem cur illam notarunt, & in suis missalibus mutarunt: si nouam, cur illam non in tex. receperunt, sed foris ante limen stare cogunt? ut interim taceam, ait Vvitakerus, esse illam multis sæculis pro authenticâ habitam?

Octavo, si menda sunt, iam cernitur bellum Papale inter Clementem, & Sixti biblia, & Louaniensem, &c. cum alia, & alia prodierit emendatio omnino diuersa.

## Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo, quia in præfatione nuper Bibliorū correctorum, sic dī. Accipe igitur Christiane lector veterem, ac vulgatam sacre scripture edi-

tionem quanta fieri potuit diligentia castigatam, &c. conformiter ad decretum Concilij Tridentini à quo patiter quam emendatissimè imprimentam quoque mandatur.

Secundo, ex ostensione locorum præcipuorum, qui emendati sunt, qui diligenter annotati sunt à Francisco Luca, ad illum lectorum remitto.

Tertio, ex effectu: nam in aliquibus exemplaribus manifesti errores continentur, & inter aliqua exemplaria tanta est contrarietas, ut impossibile sit ambas lectiones veras esse.

Quarto ad hominem; nam idem Thomas James de Clementis correctione ait præfatione ad lecturæ, illud sine dubio, ait, apud omnes non vulgarem mereri laudem, qui tot loca in vulgata editione, post to i. P̄tificum, & annorum interiualla vindicauerit in libertatem reuocauerit, ad fontes correxerit, ad fidem codicūm tam Gr̄ecorum, quam Hebreorum.

## CONCLVSIQ.

*Ex incorruptis codicibus in Ecclesia reservatis, mendosi codices sunt emendati, & sacra Biblia suo candori restituta.*

**R**espondeo dicendum, quod sicut de primigenia lingua factæ sunt diuersæ translationes, quæ diuersas orbis partes occuparunt, ita ex illis alij Codices sunt exemplati, vt in manus omnium pervenirent: sicut autem ad diuinam prouidentiam pertinuit curare, vt fideliter translationes fierent, ut incorruptè verbum Dei in omnium gentium notitiam perueniret; a ad eandem disponentem omnia etiam suauiter, pertinuit, vt talis exemplatio more humano fieret per librariorum transcriptionem. Et autem talis librariorum conditio, vt dicit S. Hieronymus ep. 28. ad Lucinium Bethicum, quod interdū, scribit non quod inueniūt, & dum alienos errores emendare nituntur, ostendunt suos. vnde multa errata, & menda temere, & oscitantur à primigenio, & authographo exemplari recedendo deprehensa sunt, & à diuina prouidentia permissa, vt sicut inde in verbi dispensatione fideliter attigerit agnoscitur, hinc etiam, disponens suauiter, appareret circa obortos defectus humanos in transcriptione, vt librum arbitrium, vel infirmitas cognoscetur humana: nec nouum id fuit, cum eadem defectus maiores permiserit in scripturatum ipsarum adulteratione, & deputatione, vt dicit 2. Petri 3. Sed sicut defectus morales per principia regulantia, à quibus deviarunt corrigi possunt, eadem prouidentia sic ordinante, multo magis defectus isti, qui vel malitia, vel ignorantia emerserunt, emendari potuerunt. Quare vt in corde Ecclesiæ, discrepantibus olim translationibus à primigenio fonte, remansit verbum Dei incorruptum, & ex incorruptis translationibus restitutum fuit: & non solum ex inspectione fontium, Patrum lectione, mutua collatione, antecedentium, & consequentiam inspectione vera lectio, vbi deficiens erat, suo candori restituta; ita variantibus editionibus latinis ex corruptis librariorum, & huiusmodi, remansit semper aliquis codex biblicus incorruptus, per quem alij corrupti emendarentur, & iuxta

iuxta illum corrigentur, sicut factum est tandem Ecclesiæ auctoritate. Certum est autem, quod non est emendatio, si quod emendandum esset, non præcessit; cum ergo emendatio facta sit Latinorum codicū ex incorruptis, exhibita infinita diligentia inspectionis etiam fontium, & verissimorū codicū latinorum, dicere necesse est vitiata multa, quæ postea diligentī Ecclesiæ indagine sunt emendata, nec menda vñquam probata, quæ, probando veram lectionem, sunt meritò improbata.

### Solutiones oppositionum.

**A**d primum respondet probari eo argumen-  
to, necessario puram, & illibatam editionem  
vulgaram in aliquo codice incorrupto permanisse,  
& primum codicem interpretis, & aliquot ex illo  
limpidè exaratos, limpidos permanisse, & si alios  
contigerit vitiati. & per hæc pater ad confirmationem.

Ad secundum, ex irruptione mendorum in scri-  
pturis humanis deperditur lectio, quando cum au-  
thographo non concordant, quæ tamen per illud  
emendari possunt, ita & in nostro proposito fa-  
ctum est.

Ad tertium, poterat versio discerni vera à men-  
dosis, ex Patrum lectione, & animaduertione, &  
exemplarium ad inuicem collatione, ut veriusiores  
nouissimis, plures paucioribus anteferrentur. In-  
difficilioribus verò locis cohibebat se humana præ-  
sumptio confugiens ad Ecclesiæ autoritatem, ad  
quam ultima, & authentica emaculatio, & recogni-  
tio pertinet, & si contigerit aliquos in hoc, vel illo  
loco obseruando decipi potuisse, & de facto dece-  
pti sunt.

Ad quartum, nulla est implicatio, ut vulgata pro-  
baretur ante quam esset emaculata: probata enim  
est pura, & illibata ea quæ in tota collectione latino  
rum codicū in indiuiduo, & signatè reperi poten-  
ter, ut de facto reperta est, eamque authenticam de-  
clarauit Synodus Tridentina, non impressionem,  
quæ postea facta est. Quæ emaculata impressio, si tur-  
sus procedente tempore, lolia, & auenas immixtas  
cum tritico haberet, posset iterum castigari ex emu-  
lato codice, qui supereiset, vnde simpliciter vulgata  
editio repurgata, vbi cumque tandem reperta fuerit  
iudicio Ecclesiæ, vel olim impressa, vel futuriς æta-  
ribus imprimenda approbata est. Nec est, cur lude-  
ret, fuisse hoc, baptizare infantem in vtero matris,  
nec enim impressionem hanc synodus approbauit,  
sed vulgatam in se puram, & fidem in aliquibus  
codicibus diuina prouidentia conseruatam, quæ ut à  
mendis aduentitijs librariotum, & Typographorū  
emacularetur, quam emendatissimè imprimendam  
decreuit, quod postea præstitum est: ita emendatio  
nullo modo fatus dici potest, sed ipsa vulgata factus  
est Spiritus sancti, in vtero Ecclesiæ conseruatus, qui  
obstetricante diligenti manu doctissimorum viro-  
rum in lucem felicitor prodijt, reclamante inanite  
colubro tortuoso.

Ad quintum negatur consequentia, nec enim Cō-  
cilium authenticam pronunciauit vulgatam editio-  
nem quoad errores, qui ex audacia, vel incuria irre-  
plerunt, sed illam puram interpretis, prout ab inter-

prete prodijt, & in tota collatione codicum latino-  
rum repetebat illibata, quæ quoniam multis sca-  
tebat erroribus aduentitijs in multis codicibus, vo-  
luit corruptos per puros, & per emendatissimam  
impressionem pristino candori testitai.

Ad sextum, non commissa est à Synodo Pontifici  
declaratio, quænam esset vulgata, quæ controversia  
iam in Synodo à Pontifice approbata, iam declara-  
ta fuit, sed emaculatio commissa, quæ diligentissimè  
expurgata post 40. annos adspirante Deo emacula-  
ta prodijt.

Ad septimum, illam veram, & in textum reci-  
piendam lectionem voluerunt Louantenses, quam  
probaret, & recipere Ecclesiæ, prout modo factum  
est. Interim ante publicam Ecclesiæ emaculatiōē,  
quod sibi tanquam doctoribus priuatis videbatur  
annotarunt, sed quia ultima emaculatio, sicut & scri-  
puturæ approbatio ad Ecclesiæ iudicium pertinet,  
non à Louaniensium censura, sed Ecclesiæ decreto  
accipere debemus, quam proponit lectionem, à qua  
etiam si Louanienses discordarent, essent in hoc de-  
serendi.

Ad octauum, ipsemē Sixtus paulò ante quām ex  
humanis excederet sub incide reuocanda statuit  
à se correcta biblia multis aspersa mendis, quæ  
irrepererunt, nec ultimam manū apposuerat, nec  
illam adhuc emendatam promulgarat sollemitter,  
& judicialiter morte præuentus, sicut postea factum  
est à Clemente: certum est autem ex Isid. quod tunc  
leges instituantur cum promulgantur. Quare non  
est mirum si emaculatissima prodijt illa Clementis,  
& quod communī moralium lege præstare non va-  
luit Sixtus dum viam vniuersæ carnis ingressus est,  
prestitit Clemens, eademque (Sixti voto, & deside-  
rio satisfaciens) Sixti nomine, sublatis ijsdem men-  
dis, quæ Sixtus aduterat, & emendanda statuerat,  
emulgauit, ut dicitur in præfatione eorundem Bi-  
bliorum, quæ Clemens promulgauit.

### ARTICVLVS NONVS.

Vtrum ante Conciliū decretā, & nouissimam  
emaculationem Sixtinam, & Clementi-  
nam mendoza fuerit nostra editio, &  
in omnibus Codicibus Hebreis,  
& Græcis, præsertim Latini  
fuerint multa lo-  
ca corrupta.

### Catholicorum quorundam sententie.

**A**liqui apud Abulensem tenent partem affirma-  
tiuam, eandem sententiam tenuit Caet. 2. Re-  
gium 2. & Canus est in eadem sententia 2. de loc. c.  
5. solut. ad 12. argum. Mariana tractat. de vulg. cap.  
24. in sententiam Caetani propendere videtur.  
Alij doctores oppositum tenent. Abulensis loco ci-  
tato, &c. & alijs.

## Pro parte affirmante.

**P**rimum argumentum 4. Reg. 24. habetur, quod Ioachim regnare coepit 18. anno vita sua, & regnauerit tribus mensibus, & tamen 2. Paralipom. ultimo dicitur, quod octo annorum erat Ioachim cum regnare coepisset, ubi errore librarij omissum est decem, & positum octo, alioquin quomodo octo annorum fecit malum in conspectu Domini est aliquorum apud Abulensem, & Canum.

Secundum argumentum 2. Reg. 21. & 8. dicitur. Tulerit ergo Rex, &c. & quinque filios Michol filii Saul, quos generauit Hadrieli, ubi pro Michol, legendum. Merob, quae data est in uxore Hadrieli, & hunc locum corruptum putat Caiet. Siquidem ait, Michol filii Saul, non est natus filius usque ad diem mortis sua. 2. Reg. 6 fuit autem Michol nupta non Hadrieli, sed Phaltiel 2. Reg. 3. Merob vero soror Michol nupsit Hadrieli 1. Reg. 18. ergo filios genuit Hadrieli non Michol, sed Merob.

Tertium argumentum 2. Paralipom. 15. dicitur. bellum vero non fuit usque ad trigesimum quintum annum Regni Afa. & 16. cap. initio dicitur, anno trigesimo sexto Regni eius ascendit Baasha, &c. quo utroque loco pro trigesimo legendum est vigesimo, unde aperite textus corruptus est, aiunt, Caietanus, Lucidus de emendatione temporum cap. 9. Canus ijdem locis, item dicitur 1. Reg. 13. filius unius anni erat Saul cum regnare coepisset, quod si dicas describi filius unius anni propter innocentiam. Contra nam eodem modo accipiendum esset quando dicitur Hier. 53. filius viginti, & unius anni erat Sedechias cum regnare coepisset, & illud 2. Reg. 5 filius triginta annorum erat David, cum regnare coepisset, in simili namque forma similis debet esse debet interpretatio: similis autem esse non potest si unus anni filius esse dicatur. unde scriptorum virtus maior numerus nempe virginis omisus est in hebreis exemplaribus. Canus.

Quartum, expressè S. Thom. in Matt. lect. 1. ait, quod in libro Paralipom. multa depravata sunt virtus scriptorum praecipue in his, quae pertinent ad numerum, & nomina. Depravatos codices Marci, & Iohannis circa horam crucifixionis videtur asserere. 3. p. q. 46. ar. 9. ad 2.

Confirmatur ex Augustino ep. 19. ad Hier. dicente. Siquid in scripturis offendero, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud existimet quam mendosum esse codicem, vel non esse affectum interpretem, quod dictum est: potuit ergo ex oscitantia interpretis, vel scriptoris error in omnes codices irreperi, si potuit in hoc vel illo reperi.

## Pro parte opposita.

**S**ed contra est, quod August. lib. de utilitate credendi contra Manich. cap. 3. dicit de Manicheis. Quam multa solent dicere immissa esse scripturis divisionis, à nescio quibus corruptoribus veritatis, quae vox mibi, semper quidem etiam cum eos audirem, inutilissima visa est. Secundo, quia hoc modo scripturarum euenteretur authoritas, si talis falsatio universalis admittetur: quicunque enim locus, qui adduceretur, refutari posset à proteruo, & impio, vt falsatus. unde August. lib. 11. contra Faustum cap. 2.

ait, que auctoritas litterarum aperiri, quis sacer libre euolu, quod documentum cuiuslibet scripturæ ad convincendos errores exerci posset, si hæc vox admittitur, si aliquius ponderis existimat?

## CONCLVSI O.

Non omnes codices vulgatae falsati sunt, & si in multis multa loca deprehensa, qua postea emendata sunt.

**R**espondeo dicendum sicut dicit August. 11. contra Faustum cap. 2. hanc fuisse Manicheorum instantiam, quod multa in scripturis sacris dicerent esse falsata, usque adeo iniusta sunt, inquit sanctus, quae aduersus vos de diuinis codicibus proferuntur, ut non sit aliud quod dicatis, nisi eos esse falsatos, hoc autem impossibile esse demonstrat idem August. lib. 32. cap. 16. primo quod neque ipsi Manichei concessissent, si voluissent, potuisse falsare codices, qui iam in manibus essent omnium Christianorum, quia mox, inquit, ut facere coepisset et vetustiorum exemplarum veritate conuinceremini. Qua igitur causa, subdit, à vobis corrumpi non possent, à nemine potuerunt. Quisquis enim hoc primitus ausus esset, multorum codicum vetustiorum collatione confutaretur. maxime quia non una lingua, sed multis eadem scriptura contineretur. Secundo, quia ut dicit ibidem August. etiam nunc nonnullæ codicum mendositates, vel de antiquioribus, vel de lingua præcedenti emendantur. Tertio, ex eodem Augustino lib. 11. cap. 3. si de fide exemplarium quæstio versaretur, sicut in nonnullis, quæ ut pauca sunt, & sacrarum litterarum studiofis notissima sententiarum varietates, vel ex aliarum regionum codicibus, unde ipsa doctrina commeauit nostra dubitatio diuidicaretur, vel si ibi quoque codices variaret, pluries paucioribus, aut vetustiores recentioribus præferuntur, & si adhuc esset incerta varietas, præcedens lingua, unde illud interpretatum est, consulteretur. Impossibile ergo fuit, omnes codices, & exemplaria, præsertim latinos omnes corrumpi, sed semper remansit in corde Ecclesiæ verbum Dei, & in aliquibus codicibus prototypum, & exemplar incorruptum, per quod vitiat codices possent emendari, prout iā de facto emendati sunt, alioquin scriptura, non infallibilis esset veritatis, si aliquis admitteret, quod scriptor canonicus omnia vera scripsit, & tamen libertate temeraria diceret, in ea ipsa hoc eius est, hoc non esse eius, ex Augustino ibidem. Quare sicut negando in uniuersum codices scripturæ, ab ipsis fundatissimis sedibus Apostolorum decurrentem seriem Episcoporum, tot populorum consensione firmata respicimus, ita prætentibus mendositatibus paucorum codicum, vel recentiorum, meritò ad plures, & vetustiores recurritur, & ad originales linguas, sicut factum est in nouissima correctione, ut ex hoc probetur non fuisse omnes codices falsatos, quando pauciores ex pluribus, nouitii ex vetustioribus, ac proinde castigatoribus contigerit emendari, qui inemendatos omnes in tot nationibus corrumpere potuerunt.

## Solutiones oppositionum.

**A**D primum facilis est solutio ex Abul. 4. Reg. 24. q. 8. quod in 4. Reg. 24. & 3. Esdr. 1. initium Regni Ioaachim seorsum narratur, quando iam pater erat mortuus, & tunc erat 18. annorum, & tunc solum recensentur tres menses, quibus regnauit seorsum. ceterum 2. Paralip. 37. narrat in initium regni eius cum patre suo, & tunc erat 8. annorum, & licet ultra tres menses 2. Paralip. & 3. Esdr. 1. exprimantur decem alij dies, etiam referendi sunt ad tempus quando seorsim regnare coepit anno scilicet 18. vitæ suæ, quo tempore potuit agere malum in conspectu Domini, sic tres menses, & decem dies eius regni numerantur seorsim, regnauit ergo anno octauo viuente patre, dum vero decem, alij anni insinuantur, dum dicitur, *decem, & octo annorum erat Ioaachim cum regnare coepit*, intelligitur quod regnauit solus anno 18. iam patre mortuo, & sic omnia consonant.

Ad secundum respondet Iosephus 7. antiquit. c. 4. ex coniugio Davidis non esse natos Michol filios, sed ex alio viro. Sed non potest stare: nam dum dicitur, *Michol non est natus filius usque in diem mortis suæ*, ea phrasim insinuantur, quod non est amplius ei natus filius, & accipitur ea phrasim exclusuē, id est toto tempore vitæ suæ. Quod si accipiatur inclusuē dicunt Rabbini mortuam in partu, & inclusuē accipiunt.

Alij apud Galatinum lib. 5. cap. 13. Glosa ordinaria, & Hugo dicunt fuisse naturales illos filios Merob, adoptiuos vero Michol; dicti sunt autem geniti Hadrieli, id est in commodum, & utilitatem eius ex adoptione Michol: ibi enim Michol adoptauit, cum mortua est soror eius Merob: & hoc probabiliter dicitur, nam quod adoptati filii, adhuc superstibus parentibus, eorum nati dicuntur sub quorum cura, & familia suscipiuntur, habetur clare Genes. 48. v. 5. vbi Iacob suos filios dicit, quos tamen Ioseph gennaverat.

Ad tertium omissis varijs expositionibus Lyrani in eo loco 2. Paralipom. cap. 17. & Abul. ibidem q. 3. dicendum cum alijs, quibus fauerunt veteres Rabbini in Seder Olam, non esse numerandum illum annum 36. à tempore, quo Afa in Regno sublimatus est, sed sed ab eo tempore, quo post Salomonem Regnum scissum est in duas partes, in anno ergo trigesimo sexto, quo cepit exordium Regni Iuda, cepit regnum Afa, quia eo tempore Regnum Afa moderabatur. Legi Torniellum ad annum 3094. egregie hunc locum ponderantem, & supputantem, & ex hac responsive omnia inconuenientia dissoluuntur.

Ad alium locum 1. Regum 13. multi referunt duos illos annos ad vitam illo biennio innocenter transactam, sed difficile est textum salvare, nam sim pliciter recensentur anni in historia Regum ad scienda, & distinguenda tempora texendamque sacram historiam, & arguendum, & instantia de annis aliorum regum recurreret. Dicendum ergo præter alias superius allata, integrum periodum Regni huius ex auctoritate cap. 13. desumi, nimirum ex Samuelis, & Saulis præfectara, cum enim 40. annis durauerit, Samueli 38. anni, Sauli duo anni à doctoribus attribuuntur. legendi Arias Montanus lib. de seculis, & in Acta, Adricomius anno 2850. & Rabbini in Se-

der olami cap. 53. R. Abraham in hist. Gabala, &c interpretes recentiores in hunc locum.

Ad quartum repondetur. S. Thomas, & si det vnam responsonem afferentem id, quod obicitur, dat postea alias responsones, & tertiam vocat veriorem. itaque non ex propria sententia loquitur. similiter in 3. parte post alias multas responsones subdit ex aliorum sententia, non propria dicens. Quidam tamen dicunt, quod hec diuersitas ex peccato scriptoris apud Græcos contigit. Quare nihil de mente S. Doctoris concluditur.

Ad ultimum. loquitur de mendositate codicum, non omnium, sed aliquorum, quare inanis obiectio deprehenditur.

## ARTICVLVS DECIMVS.

*An hec mendosa editio repurgata fuerit, qua auctoritate, & in quibus locis.*

**C**Vm variae circumferrentur editiones Latinæ innumeris penè mendis respersæ, ut in similia tempora incidissemus, quæ deplorabat Augustin. & Hieronymus, vt tot exemplaria essent diuersa, quot versores, aut correctores, qui audaci manu, vel incisitia, quod ipsis videbatur, vel veru confodiebant, vel obelis, vel asteriscis quomodo legendum esset annotabant: & præter typographorum, & scriptorum oscitantiam multa irreppissent, vt non vna eademque facies appareret eloquiorum castorum: ad puritatem versionis, sicut ab initio defluxerat, sartam rectam conseruandam, & hereticorum ora oppilanda, qui puritatem fontium urgentes, cœnosos, & turbidos riuos obiciientes, de restituenda pristino candori puritate vulgatae editionis in Concilio Tridentino iancitum est; & eiusmodi repurgatio Summo Pastori referuata. Ad ipsum namque pertinebat decernere censoria maiestate, quæ proba esset legitio, quæ improba, quæ tanquam lolium è sacro textu expellenda, quæ veluti granum in horreum reconducta.

Apostolicæ igitur sedis auctoritate in re tam gravi feliciter absoluenda laboratum est. Igitur conquisitis vndeque exemplaribus vetustioribus, præsertim in Vaticano afferuatis, Patrum monumentis inspectis, fontium pariter autographis consultis, doctissimorum virorum studijs, lucubrationibus, consultationibus præmissis, nullo item, quod ad humanam diligentiam spectabat, prætermisso, diuini spiritus illustratione tandem restitura vera lectione, sublati mendis, vulgata in lucē prodijt: & quæ sub Sixto V. (qui eam interdum sub incudem reuocauit limatus edendam, vt dicitur in præfatione) morte præuenito publicari auctoritatue non potuit: à Clemente VIII. sollemniter publicata est, & promulgata, & ob auctoritatem capituli totius Ecclesiæ, sic repurgata in auctoritatem recepta est.

A quibus autem mendis sit repurgata, longum est differere; satis est aliqua enarrare, ex singulis scriptis libris.

## 6 Ex veteri testamento.

**I**N lib. Genesis cap. 6. corruptè legebatur, & tamen eius dolore cordis intrinsecus, præcauens in falso, sed prudentissime ea verba, præcauens in falso, sublata sunt, quæ etiam alij præponere solebant eisdem clausulæ.

Exod. 2. legebatur in multis exemplaribus. Etre spexit Dominus filios Israel, & liberauit eos, sed merito correctum est, & cognovit eos, pro liberauit eos.

Leuitici 19. v. 20. quæ sit ancilla etiam nobilis, corruptè legebatur, sed correctum est, nubilis pro nobilis, hoc est apta viro, vel ut dicunt Septuaginta, servata homini.

Numeri 14. v. 2. vbi corruptè legebatur. Et non in hac vasta solitudine. vitam pereamus. ablata est illa negatio, & pure legimus. Et in hac vasta solitudine vitam pereamus.

Deuteronomio 12. v. 29. corruptè legebatur, ad quos ingredieris possidendas, & merito correctum est presentis pro futuro, ad quas ingredieris, &c.

Iosue 4. vers. 14 dum adhuc viueret, habebat multi codices, sed ex antiquis codicibus correctores unam vocem substituerunt in Sixtinis Bibliis, dum aduiueret.

Iudic. 4 quiddam Debora quidam Delbora scribabant, sed Debora legendum ex correctione.

Ruth c. 4. quidam codices habebant. Iasa genuit David Regem, sed illa additio regem expuncta est.

1. Regum 3. Et oculi eius caligauerant, nec poterat videre lucerna Dei antequam extingueretur, Samuel dormiebat in templo Domini. Sic restituta est lectio, & emendatum, quod legebatur in quibusdam codicibus, nec poterat videre lucernam, & illud, Samuel autem detraeta illa coniunctione correctum est.

2. Reg. cap. 8. & 13. cæsis decem, & octo millibus, legimus in Sixtinis, vbi erronee quidam codices habebant, duodecim millibus.

3. Reg. 7. v. 24. corruptè legebatur. duo ordines sculptarum hystriatarum, vel hystriatarum erant fusiles, sed legendum censuerunt Patres Romani, hystriatarum.

4. Reg. 16. Quidam codices legebant, Syri venerunt in Ailam. Alij. Et Idumæi, & Syri venerunt in Ailam. Sed correctores hanc lectionem retinendam voluerunt. Et Idumæi venerunt in Ailam.

1. Paralipon. v. 32. quidam codices omittebant hanc clausulam. Filii autem Dadam, Assurim, & Latusim, & Leonim, sed retinendum omnino censuerunt correctores.

2. Paralipon. cap. 23. v. 11. hanc lectionem tradiderunt. Et imposuerunt ei diadema. & testimonium, dederuntque in manu eius tenendam legem. multi enim codices latini omiscebant illud non tenet testimonium, alij totam illam clausulam, dederuntque in manu eius tenendam legem.

1. Esdræ cap. 2. v. 69. Hanc lectionem retinendam mādarunt, auris solidō sexaginta millia, & mille, cum aliqui codices non nisi, quadraginta, recenserent.

2. Esdr. c. 3. v. 30. & scruta vendentium, legendum est, non scuta, ut mendosi quidam codices.

Tob. cap. 6. v. 9. & fel valet ad ungados oculos in quibus fuerat albigo, & sanabuntur, constanter reti-

nentur. Quare perperā in quibusdam codicibus iugulata erant.

Judith cap. 10. v. 3. & unxit se myrto optimo, corruptè legebatur in quibusdam codicibus, cum legendum sit demandatum, myro optimo, quod non est arbitrio, sed genus vnguentum.

Esther cap. 2. v. 12. oleo vnguentur myrtino. similiiter corruptè legebatur, sed restitutum est merito, oleo vnguentur myrrhino.

Iob cap. 19. vel certè sculpantur in silice, legebatur in quibusdam, sed hæc lectio retinenda est ex emendatione Romana [vel Celte sculpantur in silice.]

Psal. 26. vi videam voluntatem Domini, corrupte legebatur. germana lectio restituta est, ut videam voluntatem Domini, & iterum psal. 27. vbi corrupte legebatur. ne simul tradas me cum peccatoribus, restituta est vera lectio, ne simul trahas me cum peccatoribus.

Propterea cap. 14. si desperaueris lapsus in die angustie, mendosè legebatur, sed legendum est ex emendatione Romana, si desperaueris lassus, id est fatigatus.

Ecclesiastes c. 8. v. 16. & intelligere dissensionem, mendosè quidam legebant, sed legendum, & intelligere dissensionem, hoc est occupationem.

Canticorum 2. Super montes Bethel, mendosè legebatur, sed Romana correctio subtituit veram lectio nem Bethel pro Beibel.

Sapientia 7. v. 22. legebatur mendosè, Quem nihil vetat benefacere, sed Romana correctio legendum vult. Qui nihil vetat benefaciens.

Ecclesiasticus 3. v. 10. mendosè legebantur, ut superueniat tibi benedictio a Deo, sed Romana correctio repulit veram lectionem. Ut superueniat tibi benedictio ab eo.

Eccl. cap. 7. v. 13. mendosè legebatur, noli amare mendacium & legendum ex eodem correctione. noli arare mendacium.

Esaïa cap. 30. v. 29. vitiosè legebatur. Canticum erit vobis, sicut vox sanctificatae sollemnitatis, at pro vox restitutum est nox.

Hierem. cap. 52. v. 22. similiter columnæ secundæ, & malo granata, restituta est hæc clausula à Romanis correctoribus, quæ in multis codicibus desiderabatur.

Baruchi cap. 1. v. 9. hanc lectionem, & cunctos potentes, prætulerunt ei, quæ habet, & vincit, & potentes.

Ezech. cap. 32. v. 8. cum ceciderint vulnerati tui in medio terræ, ait Dominus Deus. retinendum voluerunt, quod in exemplaribus Hebreis desideratur.

Daniel. cap. 14. iste autem non est Deus vivens, retinendum voluerunt hunc versum, etiam si in Græcis codicibus non habeatur.

Osee cap. 1. & ego non ero vesper, alij codices superflue addebat, Deus, vel Dominus.

Loc. 2. Qui sci si conuertatur, & ignorat. hæc lectio restituta in ijs exemplaribus, vbi addebat Deus.

Amos cap. 1. verba Amos qui fuit in pastoralibus, corrupte legebatur: legendum, pastoralibus.

In Abdia v. 20. vbi legebatur, omnia Chananæorum, Patres addiderunt, omnia loca Chananæorum.

Ionæ cap. 1. v. 12. si legebatur, tempestas hæc grandis super vos, sed legendum voluerunt correctores. tempestas hæc grandis veniat super vos.

Michæl 7. vbi quidam legebant ex Heb. protur-

*babuntur, hoc est eijsentur de eadibus suis legēdum censuerunt, perturbabuntur in eadibus suis.*

*Nahum cap. 1. in itineribus conurbati sunt, quadrigae collise in plateis, legendum est: mendosē verò legebatur conurbatæ, referendo ad quadrigas.*

*Habacuc 1. v. 3. correctores expunxerunt, quod superflue legebatur. Quare respicis contemptores, & taces conculeante impio iustiorem se, & facies homines quasi pisces maris, &c. hæc enim clausula pertinet ad v. 13. & 14.*

*Sophoniæ 3. v. 17. filebit in dilectione tua, mendosē legebatur. legendum filebit in dilectione sua.*

*Aggæi 1. v. 12. Vocem Domini Dei sui, non est omitenda illa particula, Domini.*

*Zachariæ c. 9. eam lectionem, & ascendens super asinam, prætulerunt Patres, illi quæ habet super asinum.*

*Malachiæ 1. v. 1. In manu Malachiæ, non addendum prophetæ, ut in quibusdam exemplaribus.*

*1. Mach. 5. v. 6o. Quidam legebant, & facta est plaga magna in populo, sed emendatum est a correctoribus, & facta est fuga magna in populo.*

*2. Mach. cap. 4. v. 17. Misit Iason fascinorosus ab Ierosolymis viros peccatores, sic legendum, non autem facinorosos, ut aliqui codices habebant.*

#### 5. Ex novo testamento.

**M**atthei 27. v. 43. confidit in Deo: liberet nunc si vult eum, sic legendum adstringit Romana correctio, & particula eum, non est iungenda cum particula, liberet, ut plerique codices habebant.

*Marci cap. 5. talibæ cumi, hoc est, puella surge, est legendum: non autem, ut quidam codices mendosē legebant, ihabita cumi, sumpta erroris occasione alterius consimilis historiæ, quæ habetur Actor. 9.*

*Lucæ 15. pro eo, quod mendosē legebatur, & euerit domum, correctum est, & euerit domum.*

*Ioannis cap. 19. v. 4. mendosē legebatur. & ligauerunt illum linteis, sed prætulerunt patres Romani, & ligauerunt illud linteis.*

*Act 1. v. 13. legebatur in quibusdam, erat autem turba n. minus simili, sed emendarunt, ut dicendum sit, erat autem turba hominum simili.*

*Rom. 2. ignorans quoniam benignitas Dei ad patientiam te adducit. Correctores prætulerunt lectioni illi, quæ habet, ignorans quoniam. &c.*

*1. Cor. 7. 35. & quod facultatem præbeat sine impedimento Domum objecandi, prætulerunt similiter illi lectioni, quæ habet, obseruandi.*

*2. Cor. 1. v. 11. Ut ex multorum personis, ubi Patres corixerunt illam mendositatem, multarum personis facierum.*

*Ad Gal. v. 7. Quis vos impediuit veritatem non obdire? sincera hæc est lectio, & quod additum est. Ne mini consenseritis, ut superfluum a correctoribus expunctum est.*

*Ad Eph. 5. ver. 26. mundans eam lauacro aquæ in verbo vita, legebatur in quibusdam, sed correctores non addendum pronomen eam participio mundans, decreuerunt.*

*Ad Philippenses cap. 3. & societatem passionum eius, retentum est, loco passionis, ut in quibusdam exemplaribus.*

*Ad Colossenses cap. 2. Abundantes in illo in gra-*

*tiarum actione, retentum est, pro in ea, ut in multis codicibus.*

*1. Ad Thessalonicenses cap. 2. peruenit enim ira Dei, prælata est lectio a correctoribus illi, quæ legit. præuenit.*

*2. Thessalon. cap. 2. v. 13. in quam & vocavit, correctum est, in qua.*

*1. Timothei cap. 2. testimonium temporibus suis, non est autem legendum, quod expunxerunt, & correxerunt Patres, cuius testimonium temporibus suis confirmatum est.*

*2. Timot. 2. & quanta Ephesi ministrauit mibi, particula mibi addita a correctoribus, quæ desideratur in multis codicibus.*

*Epistola ad Titum cap. 1. sed hospitalem benignum sobrium, non addendum prudentem.*

*Ad Philemonem, in angnitione omnis operis boni, non esse omittendam vocem in operis, iudicarunt correctores.*

*Ad Heb. cap. 13. per hanc enim placuerunt quidam Angelis hospitio receptis, mendosē legebatur, sed correctum est, per hanc. n. latuerunt.*

*Iacob. cap. 5. adduxistis, & occidistis iustum, mendosē legebatur, sed correctum est adduxistis, id est condemnatis.*

*1. Petri 3. mortificatos quidem carne, vivificatos autem spiritu, mendosē legebatur, at restituta vera lectio, mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu.*

*2. Petri cap. 1. virtutem, & præscientiam, habebant mendosi codices, sed restituti sunt, ut legatur, virtutem, & præsentiam.*

*1. Ioan. 1. v. 14. omissa sunt illa verba, scribo vobis patres, quia cognovistis eum, q. i. est ab initio, quæ verba in quibusdam M. S. legebatur post illa, scribo vobis infantes.*

*2. Ioan. v. 11. illa verba, ecce prædicti vobis, ut non confundamini, Patres omiserunt, ut superflua.*

*3. Ioh. maiorem horum non habeo gratiam, restitutum est pro eo, quod mendosē quidam legebant, maius gaudium.*

*In epistola Iudei sanctissime nostræ fidei, correxerunt pro vestre.*

*Apocalyp. 13. qui in captiuitatem duxerit in captiuitatem vadit. legebatur mendosē, sed correctum, vadet.*

*Plura alia legenda sunt apud Burgensem diligerter hæc annotantem, ad alia transeamus.*

#### ARTICVLVS VNDECIMVS.

*An post ultimam istam correctionem, ita lectio vulgatissimus adstricti, ut varias interpretationes, relata ea, quæ in correcta circumfertur, sequi non liceat.*

#### Pro parte affirmativa.

**V**identur, quod sic. Primo, quia cum in originali voces habeant magnam latitudinem, ut varias patientur interpretationes; non magis ad unum sensum adstringimur, quam ad alterum sensum, sequen-

sequendum. Possimus ergo sensum expressum in vulgata relinquere, si alij sensus suppetant, & erui possint è fonte, & in alijs exemplaribus latinis habentur.

Secundo, quia vbi inter Patres est dissensio non eruitur firmum argumentum, nisi sit concors sententia sanctorum: & tuto possumus sequi grauiorū Patrum sententias, etiam si alij contradicant, vt patet in quæstione de sex diebus, quibus mundus conditus est, de cœlo chrystallino, &c alijs huiusmodi: ergo vbi inter Patres erit diuersus sensus in scripturarum expositione possumus vnam partem sequi, alia relicta, & similiter possumus aliquorum Patrum sensum sequi, relicto vulgato exemplum esse potest de illa sententia descripta apud Apostolum i. Corint. cap. 15. omnes quidem resurgent, & non omnes immutabimur, quam grauiores PP. secuti sunt, & tamen non damnate possumus alios vertentes, omnes quidem non dormiemus. &c. & iterum Cantorum primo dicitur Botrus cypri, quod multi referunt ad arborem, sed Gregorius Papa, Bernardus, Ruper tus, S. Thomas, & ferè omnes Latini patres pro Insula usurpant.

Tertio, quia quilibet sensus non contradicens testui, saltem est probabilis, at teneri posse, in speculabilibus saltem, opinionem probabilem relicta probabiliori nullus est, qui inficiat. Possimus ergo habita quacumque expositione probabili textui congruenti omnem aliam quamvis probabiliorem relinquere quam fortè vulgatus secutus est.

Quarto, quia omnem sensum originalis textus interpres semper est afflicetus; & si est afflicetus, non semper illum expressit, vel obscuris, vel inuolucris verborum abdidit: ergo nihil prohibet si post vulgatam, quæ obscura, vel abdita, vel minus propriè translata sunt, clarius, apertius, & significantius exprimantur.

Vltimo, nam de facto i. Reg. 2. v. 18. vbi legitur, retrahebant homines à sacrificio Domini, legendum est detrahebant homines sacrificio Domini. Similiter in libro Esther vbi cap. 15. vers. 4. dicitur, die autem tertio dispositi vestimenta ornatus sui, & circundata est gloria sua: vbi legendum est, oratus suis, non autem ornatus sui. alioquin sententia dicta se ipsam destrueret, nam supra eodem cap. aperte diciuntur. Cumque deposuisset uestes regias fleibus, & luctui apta indumenta suscepit, quod est oppositum primæ sententiae. Græca fiant, nam sic vertunt. Ut cessavit orans depositi vestimenta, tenebrosus id est luctus, vel ut alia Græca exemplaria deparcias seruitutis, & cultus, vnde similiter Baruch 4. v. 20. legimus, sacram obsecrationis. Sed ne insolens vox videatur illa oratus, Hieronymus prefatione in lib. Dydimi de Spitu sancto à se versos, illa vtitur, & bené omnia consonant legendō oratus, nam uestimenta, quæ decent orantem, & in eius gloriam cedunt, sunt uestimenta orationis, quæ lugubria sunt. innumerata possunt afferri ex aduertenis variatum lectio num in Latinis Biblijs editis à Francisco Luca.

### Pro parte opposita.

**S**ed contra est, quia in uno quoque loco posset quis dicere meliorem esse interpretationem, quam afferret ea, que per Ecclesiam traditur, si hic vel ibi, hoc vel illo loco liceret vulgata telenquerere; cum sit eadem ratio de uno, ac de omnibus locis. Nec esset firmum, qui locus esset inconcussæ autoritatis, & de tota editione daretur campus dubitandi, vt sèpissime de ipsa scriptura dicebat Augustinus reddi incertam, si hic vel ibi esse corrupta afferatur.

### CONCLVSI O.

*Non possumus vlo prætextu, vulgata relicta, alias quascumque sequi interpretationes, aut versiones.*

**R**espondeo dicendum sicut supra dictum est, quod cum vulgata editio declarata sit (etiam quod nos) authentica, vt regula fidei proposita est, in quibuscumque partibus. De ratione autem regule est, vt per aliam non reguletur, nec rectificetur (aliо qui non esset regula) sed per ipsam alia regulentur. Sicut ergo, vt supra dictum est, non est corrigenda, nec per Hebraicos, vel Græcos fontes, ita nec per quascumque alias editiones latinas, quibus ab eodem Concilio vulgata prælata est. Quando ergo editiones, vel lectiones occurruunt alter habentes, quād quod in vulgata cōtineātur; vel se habent tanquam affirmatio, & negatio, hoc est, vt sint omnino contrarie, vel contradictorie; & tunc contraria, vel contradictoria vulgata opposita omnino reiçienda. Si vero se habeant, vt diueræ, distinguendū est, nam vel contextus originalis eas patitur, vel non. Si non patitur, tanquam extraneæ alegande, si vero eas admittere possit tunc recipiendæ sunt, sed cum subordinatione, vt sensus vulgata authenticus recipiatur, aliarum vero editionum sensus, vt probabiles admittantur, & veluti administræ vulgatae, ceteræ editiones subseruant. Si quæ vero loca de industria in correctionibus Romanis ad offensiones vitandas (exemplo Hieronymi) relicta sunt, deprehenderentur, non est ullius priuati aliquid mutare, vel præferre, sed ad summum à virtis doctis obseruari deberent, variaque lectiones annotari, & iudicio Summi Pastoris (si de consulto derelectis, castigationem fieri contigeret eius mandato) offerendæ, vt quæ essent præferenda, & aliorum loco subroganda, eiusdem auctoritate ponerentur.

### Ad argumenta in oppositum;

**A**d primum responderetur, vt dicitur in præfatum credendum esse, facile fieri potuisse, vt maiores nostri, qui ex Hebreis, & Græcis Latina fecerunt, copiam meliorum, & emendatorum librorum habuerint, quamilli, qui post eorum ætatem ad nos peruenierint, qui foras tam longo tempore identidem describendo minus puri, atque integræ euaserunt, ac proinde cum ex emendatissimis istis libris facta sit ista correctio, & veteres, qui melius quam posteriores nativitas

voces intellexerunt: quod in correctis retinetur trāstulerint, præponderanda est antiquitas nouitiae etatis posteriorum temporum, & sensus antiquitus traditus retinendus, & præferendus cuicunque sensu posteriorum etiam si illum littera patiatur.

Ad secundum, ubi est dissensio inter Patres, sine periculo alterum sententiam possumus sequi; si iudicium Ecclesiæ non interponatur, at modo iudicium Ecclesiæ nos adstringit, ut nullo prætextu vulgatam reiciamus, & si alias lectiones in obsequium vulgatæ adducere non prohibeamur.

Ad tertium, si quilibet sensus, qui non repugnat vulgatæ est probabilis, nunquam tamen, vt autenticus declaratus est, vt de vulgata lectione factum est, quare, & si possimus relinquere opinionem etiam probabiliorem pro retinenda probabilis, non possumus vlo modo relinquere authenticam pro probabili, & etiam probabilissima lectione.

Ad quartum, etiam si clarius, & apertius quedam exprimi potuerint à vulgata, eius tamen autoritas poscit, vt quod verè expreßum est, sub prætextu expressioris, & clarioris versionis minime sit labefactandum, ne in maiora offendicula incurramus.

Ad ultimum, et si illa duo loca allata in argumen-to sint de illorum numero (vt notauit præfetus Typographiæ Vaticanæ litteris dictatis nomine Cardinalis Baronij ad Moretum, & Franciscus Lucas in opusculo de varietate lectionum vulgatæ) quæ in melius mutari possent, & iustis de causis omissa sūt; nihilominus non priuata usurpatione, sed publica Ecclesiæ autoritate restituenda, & substituenda sūt eiusmodi loca, alioqui graue periculum esset, & satis iuste plectendi essent ausus huiusmodi; non secus ac qui manu temeraria incompositos Reginae capillos accommodare, & si familiaris esset, attentaret; vel labentem arcam minimè corruentem Ozæ exemplo sistere exitimaret. Quomodo autem correcta ab ijs, quæ incorrecta remanserunt discerni queant, Ex uniformitate exemplarum, patrum &c. omnibus interpretum, & DD. animaduersoribus, & notacionibus id accipi potest, præsertim traditione, & Ecclesiæ sensu.

#### ARTICVLVS DVODECIMVS.

*An in editione ista vulgata, ita pura lectionis restituta, ut nullus defectus manserit, nihil que emendandum supersit.*

#### Positio Nouatorum.

**T**Homias James Anglus Caluinista loco cit. ait decem milia verborum in vitroque testamento à Græcis, & Hebraicis fontibus, & Chaldaico parphaste dissidentia, & à Clemēte retentia, adhuc corrigenda, & emaculanda superesse.

#### Quorundam Catholicorum sententia.

**S**ed, & diuersæ sunt in hac re catholicorum sententiæ. Petrus Llorca tr. de locis cath. disp. q. 2. 2. tenet partem negatiuam. contrarium tenet Serarius in proleg. biblicis, & Basilus de Ponce supra-

cit. c. vlt. §. an post vulgatæ editionem. Gretzerus def. cap. 1. lib. 2. §. porro non omnes voculas.

#### Pro parte negativa.

**V**Idetur quod nihil emendandum supersit. Primo, nam Clemens VIII. ait in quodam motu proprio præfixo Bibliis correctis quod *Sacrorum Bibliorum vulgatæ editionis tex. summis laboribus, ac vigilis restitutus, & quam accuratissimè mendis expurgatus. cum ergo absolutè haec verba proferuntur satis declarant omnino modam restitutionem, & expurgationem.* Petrus Llorca.

Secundo, Pontifex idem decreto citato præcipit, vt in posterum nullus liber biblicalus imprimatur, nec sit in vsl, nisi conformis in omnibus usque ad minimum apicem huic editioni. insuper vt delectantur ab ipsis textibus omnes marginales notaciones, quæ in marginibus esse solebant: certò ergo scilicet Ecclesiæ nullum superesse defectum. alias expulsisset nos manifesto periculo, delendo veras margines, &c. quibus menda deprehendi poterant.

Tertio, vel librariorum errata ante hanc editionem fuerunt animaduersa, vel non, si non, temere dicuntur errata, quoniam quod sine contradictione semper lectum est, non potest censeri erratum, si animaduersa, & in questionem adducta; iam habemus Ecclesiæ iudicium unam lectionem in omnibus particularis approbantis, alteram, si non expresa, & theorica definitione, practice tamen excludentis.

Quarto, quia magna esset confusio in legendō, & in qualis parte quis posset hærere, num illud sit modum reliquum rursusque emendandum, nec determinaretur intellectus fidelis ad omnes partes determinatè credendas, sed in unaquaque posset fluctuare. Et præterea aliquo signo notata essent ab Ecclesiæ, quæ particula corrigenda superesset asterisco, vel obelo, vel aliquo eiusmodi charactere ad hanc configurationem euitandam: cum ergo id præstitum non sit (quod necessarium erat, & ad rectam prudentiam spectabat) signum est indifferenter omnia correcta fuisse usque ad ultimum apicem.

Quinto, quia in præfatione dicitur, *nihil non canonum, nihil ascititum positum esse*, in tali emendatione: menda autem canonica esse non possunt, sed adscititia.

Sexto, quia nulla exempla adduci possunt, quin manifestam accipient solutionem, ut patebit: ergo, &c.

#### Pro parte affirmante.

**S**ed contra est (& sunt argumenta Seratij.) Primo quia in correctis Bibliis sunt capita, sectiones, numeri, sunt istæ vices Hebraicæ Aleph, Beth, &c. tam in psalm. 118. quam in Threnis, & tamen canonica non sunt: non ergo omnia, & singula, quæ sunt in Biblijs correctis approbata sunt, ut canonica, addūt aliqui præfationculam ad Threnos Hieremiac, quæ incipi, & factum est, quam quidam dicunt non esse canonicanum.

Secundo, quia humiliter, & modestè ij, quibus demandata est correctio Bibliorum fatentur quantitas fieri potuit diligentia castigatam, & subditus -em

*eam omnibus numeris absolutam pro humana imbecilitate affirmare, difficile esse.*

Confirmatur prius. expressè dicitur, quod in vulgato ipso vetere bibliorum textu visa fuisse mutanda quedam, quæ consultò mutata non sunt ad quorundam offenditum cauendam, & etiam quod fortasse sicut fuerunt libri posteriores minus puri, & integri, priorum Patrum libris sic fortasse in istis locis, quæ mutanda videbantur, & mutata non sunt, puri fuerunt, & integri: ergo cessante offensione, & adempta illa suspicione declarata per terminum illum fortasse, posset in correctis biblijs huius, vel alterius rei si deprehenderetur, fieri correctio.

Tertio, dum fatentur authores præfationis in tanta re nullam posse esse nimiam diligentiam; parem diligentiam saltem præstari posse insinuant, & studiosos virtualiter instimat ad manuscriptos codices fontes, Patrum labores (ut ijdem correctores præstiterunt) inspiciendos, & consulendos, & quicquid emendandum esset diligenter, & humiliter annotare.

Quarto, quia multi periti notant nonnulla huiusmodi, Sediq; Apostolicæ probâda, vel improbanda relinquentes, nimirum, an Iosue cap. 6. v. 17. legendum sit, omnia, quæ in ea sunt Domino, an vero omnia, quæ in ea sunt Dominus, & cap. 16. v. 6. circuit terminus, pro, circuit terminos, & v. 8. egressus eius in mare, pro, egressus eius in mare salissimum, &c. cap. 18. ver. 6. Ab Aquilone aliam inier nos terram, &c. pro, ab Aquilone mediam inter hos terram, ibidem v. 20. terminus il. ius australis, & Iordanis terminat ipsum, pro in fine Iordanis ad australem plagam, qui est terminus illius ab oriente, cap. 21. num. 37. in solitudine & Iaser pro in solitudine Misor, & Iaser, &c. Serarius in proleg. c. 19. quæst. vlt. hæc loca adducit.

Similiter, ut notant alij in oratione Judith cap. 9. non legitur, nisi bis, Domine Deus, & Esa. 37. similiter nonnisi bis legitur, Domine exercituum Deus Israel. Alex. verò Papa in ep. decretali 4. ter repeti demonstrat.

Similiter in Concil. Meleuit. can. 7. assumitur illud testimonium Iob 37. in manu hominum signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam: at in correcta legitur, qui in manu omnium hominum signat, ut nouerint singuli opera sua.

Hie ter 3. legitur, missa est fors in vnam, quæ Hebraicè dicitur Phur, hæc dicuo non est Hebraea, sed Chaldaea, & in ipso text. Hebraeo exponitur per vocem Goral. vnde in originali sic scribitur פָּרָה vbi Phur, est Chaldaicum, ipsum Ghoral Hebraicum.

3. Regum 16. in editione correcta post illa verba, & occidit eum, conseruata sunt illa verba. Hoc est Iehu filium Anani Prophetam, de quibus erat dubium an fuisse ab interprete posita an vero vitio scriptoris in textu inserta, videnturque falsum sensum inducere: significatur enim ijs verbis eam, qui paulo ante memoratur, occisum fuisse, idest Iehu filium Anani Prophetam, quod esse non potest. etenim ex 2. Paralipom. 19. hic allocutus legitur Regem Iosaphat triginta sex annis post, & in textu Hebraeo illa verba non sunt, sed clausula sicut in illis verbis, ob hanc causam occidit eum, & non adduntur illa verba, hoc est Iehu filium Anani Prophetam.

Amplius Marci 2. scriptorum vitio irrepit, quod legitur David sub Abiathar Sacerdotem somedisse panes propositionis, nam ex 1. Reg. cap. 21. constat id contigisse sub Abimelech.

Præterea Ioannis 4. habetur, erat quidam regulus, non est autem verisimile interpretem legisse, p̄sonas cum omnia exemplaria Graeca habeant, p̄sonas id est regius, seu de aula regia, & c. est conjectura, interpretrem regalem, vertisse, & à scolis super positum esse regulum. vnde in Syriaco dicitur, seruus regius. Rursus inter Marcum, & Ioannem manifesta contradictione appetit, nisi ad mendum scriptorum confugeremus: nam Marcus ait, cap. 15. erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum, Ioan. verò 19. alt. quod erat hora quasi sexta, quando Pilatus seddit ad iudicandum Christum, vnde expresse Hieronymus Marci textum dicit esse corruptum, scribens super psalm. 77. licet Theophil. cap. 13. esse mendum in codicibus Ioannis inclinare videatur.

Actor. 7. habetur, & translati sunt in Sichem, & positi sunt in sepulchro, quod emit Abraham pretio argenti a filiis Hemor filiis Sichem, vbi loco Abraham legendum est Jacob, & Syriaca versio omittit posteriora illa verba: nam dicit solum a filiis Chanor, non expli cando eius patrem. Accedit, quod Genes. 43. & Iosue ultimo dicitur. Hemor pater Sichem, immo & tate D. Hieronymi, ut patet in epistola de optimo gene re interpretandi deerat illa particula, filii, quæ in actis habetur. Quod si dicas, Hemor fuisse filium Sichem, & filium Hemor etiam appellatum Sichem primumque dici in Genesi, & Iosue, secundumhero in actis haberi. Cōtra quia ex nullo textu hoc potest haberi, & tanquam gratis dictum non habet ullum authoris fundamentum.

Item 1. Corint. 10. in correcta dicitur. omnes, qui de uno pane, pro, omnes quidem. 1. Corinth. 2. habetur. spiritualiter examinatur, pro examinantur, & auctoritate.

### C O N C L V S I O .

*Correctissima, & emaculatissima prodit editio vulgata, ut data hypothese, quod aliqua relicta essent, quæ libratorum acciderunt vitio, non priuata auctoritate, sed ecclesiæ emenda dona essent iudicio.*

R Espondeo dicendum sicut dicit S. Augustinus lib. 7. contra Donatistas cap. 53. quod in rebus nondum per Ecclesiam definitis, non licet aliquid temere affirmare, ac censurare. Nobis tutum est in ea non propedi aliqua temeritate sententia, quæ nullo in catholicis regionali cœpi, nullo plenario Concilio terminata sunt, id autem subdit, sit cura secura vocis assertere, quod in gubernatione Domini Dei nostri, & Salvatoris Iesu Christi uniuersalis Ecclesiæ confessione robatur, cum ergo nullum sit Concilij, vel Apostolicæ Sedis, & Ecclesiæ decretum in correctis Bibliis per Sixium, & Clementem nihil remansisse scriptorum vitio depravatum, non licet damnare autores oppositum sentientes. Securæ autem vocis asserere est, quod Tridentinum decrevit, & uniuersalis Ecclesiæ prius confessione robatur, ut erat, in KK 3 omni-

omnibus etiam minimis vulgatam esse authenticā, vt nullo prætextu rejici possit, sed quoniam non idealem quandam editionem, sed eam tot sacerotorū vnu receptam entendatissimē imprimendam concilium statuit, & hoc ipsum præstitum est à Sede Apostolica, cuius est iudicare de librorum canoniconum numero, scripturarum intelligentia, & interpretatione, adhibitis diligentij Academiarum, collatione veteriorum, & innumerorum codicū, vt in illa nihil non canonicum, nihilque adscitum, aut extremū repositum sit, & variæ annotationes sint expunctæ, variæ item lectiones explosæ, & pura lectione canonica relicta sit. Insuper cum eadem in prototypum reliquorum voluerit esse Ecclesia, & iuxta eam omnes emendandæ, quæ posthac impressioni tradentur: Certò certius est, eam esse metrum, & mensuram omnium aliarum editionum, & omnium locorum, & variarū lectionum, vt nullus nisi audax, & temerarius possit ne minimum locum in hac correcta vitio librariorum relictum censoria virgula notare, eoque prætextu rejicere, vel eas, quas correctas particulas non admittit, eadem correcta veriores iudicare. Cuius ratio accipi potest ab exemplo legis veteris; non enim aliunde quam à sacerdotibus exemplar legis accipere debebat Rex per legem informandus, vt supra dictum est. Quare potiori iure non aliunde quam à summo Ecclesiæ sacerdote exemplar scripturarum accipere debemus. Quodcumque autem exemplar, quod ab alio proferretur, non à legitima persona traderetur, ac proinde prototypi rationem non haberet. Et si sacerdotis summi exemplar per aliud modo corrigeretur, potius exemplati, quam exemplaris rationem obtineret, & à metri ratione deficeret. Adde, quod sicut ad diuinam prouidentiam pertinuit, vt dicit Senensis lib. 8 h̄tes. 17. quod nunquam in omnibus simul, & vnde que collectis codicibus exacta, absolutaque veteris testamenti translatione caruit, sed semper in ipsi generali codicū vniuersitate, quod in uno, atque alio codice corruptum fuit, id ipsum in hoc, vel alio codice integrum, & incorruptum permanxit, & ex Patrum obseruationibus mutua collatione, &c. corrigi poterat; ita nunc post editionem quam emendatissimā tanta diligentia præstitam, diuina prouidentia opem ferente, cùm vniuersis codicibus prælata sit, necessario dicendum est, nullam esse particulam, quæ non sit rectè ab interprete reddita, omnemque oscitantia librariorum, vel audaci correctorum manu in codicibus sacris intrusam, suffic expunctam, & ex hoc textu biblico recognito, cetera ab ista iam emendata, esse emendanda exemplaria: emendari autem non possunt cetera exemplaria, & codices, si adhuc correctus textus incompletus esset, & mendoſus, cum obliquum non ab aliquo sed recto rectificari necesse sit. Quod si iterum ad collationem codicum, & Patrum monumenta, sicut ante Tridentinum siebat, recurrendum esset; non simpliciter caſigata, & correcta, sed in genere (vbi ſcilicet Patres, vel collatio cum alijs codicibus non obſtarēt) dicēda eſſet; ac proinde forma textus biblii, quæ in indiuisibili, vt authentica tradita eſt, vt ſola, & omnia verba Dei ſcripta contineat, quæ authentica ſunt, quæ vero authentica non ſunt, non admittat, deſtruere tur; & via aperiretur fidelibus, & infidelibus, correctum etiam verbum vnum quoque

sub ſpecie incorrecti repudiare, aut de correctis omnibus voculis dubitate, dum quod incorrectum ſit, non poſſit ab omnibus ſciri (ſecundum ſuppoſitum opinantium) aut denotari.

Sed quoniam præfato Biblica nouiffimā Clemētinæ expreſſe ait, in hac peruulgata lectione, ſicut nonnulla conſulto mutata, ita etiam alia, que muſanda videbantur, conſulto immutata relicta ſunt, nec mutata eſſe, dici poſſit, quædam interpretis minus perspicue redditā (cum expreſſe intactum interpretem, & nulla ex parte corrige, vel emendare, ſed tantum menda veterum librariorum, & prauas emendationes repurgare voluſiſe, expreſſe fateatur eadem præfatio) propterea quoque poſſet poſtaffe dici, multa immutanda (non interpretis, ſed librariorum, vel temerariorum correctorum vitio relicta) non temere à quoquis priuato, & audaci censore, & expungere, ſed ab Ecclesiæ iudice emendari, quæ Patrum & Doctorum animadverſionibus, quæ immutanda & corrīgenda, vt ſola potheſt designare ex officio, ita eadem authoritate potheſt expungere, ex puro verbo Dei, quod in corde eius primario reſidet, & ex Patrum monumentis, ceteris Doctoribus priuatis, loca ex Patrum, & Doctorum ſententia emendanda obſeruantibus, eaque indicata Ecclesiæ censure offendentibus, omnibus vero fidelibus, quos non intelligendi viuacitas, ſed credendi ſimplicitas ſecuros facit, teuerent sacram editionem absque iſtis obſeruationibus viſque ad minimum iota amplecten-ibus.

An autem hoc recte dictum ſit, dico ſicut dicebāt in quadam quæſtione difficulti Auguſtinus 7. contra Donatistas, quod aliorum ſententias mallem expectare, quam ſine præiudicio diligentioris inquisitionis, vel maioris authoritatis hanc ſententiam aliquam nota inuere: nam iuxta eiusdem Auguſtinii documentum 1. de Gen. ad literam cap. 18. In rebus obſcuris, atque à noſtris oculis remotiſſimis, ſi qua inde ſcripta etiam diuina legerimus, idem de quocumque Ecclesiæ decreto, quæ poſſunt ſalua fide, alijs, atque alijs parere ſententijs, in nullam earum nos precipiti affir- matione ita proiçiamus, vt ſi foriē diligentius diſcuſſa veritas eam recte labefactauerit, corruamus, nō pro ſententia diuinarum ſcripturarum, vel Ecclesiæ ſen-tentia, quæ noſtra eſt, cum pothius eam, quæ ſcripturarū eſt, noſtram eſſe velle debemus.

Concluditur igitur vulgatam noſtram emendatissimam, & correctissimam prodijſſe, vt nullus priuata authoritate errata, virgula censoria poſſit notare vitio librariorum relicta, eoque prætextu eam rejicere, vel alias lectiones expunctas puriores, & veriores iudicare. An autem quæ etiam immutanda, relicta ſunt ad vitia librariorum referendum ſit, ac proinde modeſtè indicatis illis à Doctoribus, & Ecclesiæ offerentibus adhuc corrīgenda ſuppoſint. Dico ſententiam negatiuam eſſe ſatis probabilem; nulla tamen nota inuendos oppoſitum ſententes exiſtimo, qui graues Doctores ſunt, & probabiles afferunt rationes, dum modo non ipſi expurgent, & repurgent, definiant, ac designent eadem loca, ſed Ecclesiæ Catholica (data hypotheſi) corrīgenda inſi- nuent, atque ſupponant, vt decet modeſtos Ecclesiæ Catholicae filios.

*Solutiones argumentorum pro parte negativa.*

**A**d argumenta in contrarium pro quanto' probant censura aliqua aspergendo contrarium sentientes, ad primum ex verbis Clementis respondere possunt accuratissimè expurgatam hanc editionem haberi: sed quoniam in *præfatione* ad lectorem post illa verba, *editionem quantafieri potuit diligentia castigatam*, subditur, quam quidem sicut omnibus numeris absolutam pro humana imbecillitate affirmare difficile est, ita ceteris, que ad hanc usque diem prodierunt emendationem purioremque esse in nimè dubitandum, non absolutè, & simpliciter, sed respectuè quoad ceteras editiones, & determinatè quoad tempus præsens. Illud verbum, quam acutissimè, & illa, quanta fieri potuit diligentia, que synonima sunt, intelligenda sunt, insinuando, adhuc futuro tempore per Ecclesiam maiori perfectione talem editionem posse decorari, & omnibus numeris absoluta fieri posse, & ad credendum sub hac forma posse proponi, ut nihil amplius emendandum supersit. Hec solutio, et si notam, & censuram aliquam euaderet, à vero tamen aberrat: nam cum illud verbum accuratissimè, superlatuum sit, non est intelligendū comparatiue, deinde et si non sit omnibus numeris absoluta, &c. Si correctores species, quorum industria, & laboribus, illud opus elaboratum est: tamen spectando Ecclesiae publicationem eiusdem operis cum testificatione, quod accuratissimè mendis expurgatum prodierit, hanc editionem etiam, ut incorruptam probando, ut ceteræ corrigerentur, necessario dicendum est, quod omnibus numeris absoluta prodierit.

Ad secundum respondere possunt ad euadendam censuram, per publicam Ecclesiae autoritatem rectè statutum, quæ lectiones intra contextum admittendæ, quænam à textu ablegandæ: sed nunquam hucusque definitum est omnes, & singulas esse omnis vitij expertes, ut penitus mendis librariorum careant, ne meliori lima poliri possint. Sed adhuc non possunt saluare quomodo castigatissima prodierit, si vitio librariorum adhuc errata emendanda supersunt, præsertim cum puriora exemplaria repetiti non possint, iam vndique conquisitis omnibus antiquis, aliisque verissimis exemplaribns, per quæ correctio facta est, quæ si non in omnibus, & singulis particulis facta esset, per eadem alia lectiones expuncte essent, ut accuratissimè mendis purgatus textus biblicus prædicaretur.

Ad tertium, dicere possunt, ut censuram euadant opinantes, errata fuisse animaduera, sed non omnia correcta, sed multa, ut dicitur in *præfatione*, immutata consuliò fuisse relictæ. sed difficile salvant quomodo sit textus biblicus oīnnino incorruptus, per quem ceteri codices corrigi possint, si non in omnibus, & singulis vocibus incorruptione prædictetur. Et præterea non est verisimile, quod in omnibus codicibus vulgatæ in Ecclesiae lectis, &c. vitia irrepserint librariorum incuria.

Ad quartum, effugere possunt, dicendo. Sicut ante correctionem nouissimam verus erat in Ecclesia textus biblicus, quia ob illud, quod erat corrigitum mendum, ad monumenta Patrum, & veteriores,

& puriores, & vniuersaliores codices recurri poterat, per quos correctio fieri poterat: ita nunc Ecclesia posset recurrere ad ea, quæ habet principia, vnde hæc, quæ immutata relicta sunt, corrigeret valeret, & absolutissimam editionem cedere; si hæc immutata relæcta vellet sua censura castigare. Interim nulla confusio esset, & incertitudo, cum certè, & determinatæ sint viæ, quibus cognosci possunt (etsi infinitæ particulæ essent in textu biblico, quæ expurgatione iudigæ) easdemque posset quis indicate, nimirum, ut ubi concors est codicum consensus, & communis receptio litteræ, nefas sit mendum signare, ubi vero Patrum monumenta, vel Doctorum concors sententia, vel varietas codicum indicaret, consulto quædam immutata relæcta esse afferatur, quæ expungere, vel signare non virgula censoria, sed priuatum notare, & signare, & Ecclesiæ insinuare nullum reputant inconveniens. Sed præcluditur effugium huius responsionis: nam cum omnia Patrum monumenta, & codices vniuersalios perlustrarint censores deputati eiusmodi castigationis, non est verisimile, ut menda reliquerint, ex indultria, ubi deprehenderunt correctiora exemplaria, & Doctorum monumenta veram lectionem habere, quare nullus relictus est locus, qui per hæc corrigi valeat, cum omnia hæc loca ad eadem sint collata exemplaria, & per illa castigata.

Ad quintum, illa verba dicunt non respicere, nisi quosdam libros, vel partes librorum apochyphorū cuiusmodi sunt 3. & 4. lib. Esdræ, oratio Manasses. Sed hoc nihil est, nam ea verba cum sint vniuersalia, nihil adscititum, &c. nō tantum partes, sed particulas, & voculas comprehendere videntur.

Ad ultimum, cum hoc ex facto dependeat, oportet solutiones adhibere, & an sint rationabiles perpendere.

*Ad argumenta pro altera parte affirmante.*

**A**d primum respondetur à quibusdam divisiōnem librorum canonorum cum titulis eorum cum divisione capitum, & versiculorum, esse de essentia, & de substantia librorum: indecēs enim esset existimare à Deo factum librum incompletū, confusum, & inordinatum. Quia vero Hieremias Iudeorum afflictionem, & cladem ordine alphabetico conscripsit, ut primus versus inciperet ab Aleph, secundus à Beth, & interpres non potuerit explicare latinè, non sibi occurrentibus dictiōibus eodem tenore incipientibus, idcirco litteras alphabetti hebraicas ante initium vniuersiusque versus seorsum affixit characteribus latinis: idem dicendum de psalmo 118. vnde S. Ambros. in psalm. 118. ait, ipsa quoque litterarum elementa, ut omnia Hebreæ nomina, non sunt rationabilis interpretationis vacua, atque immunita, vnde diligenter significaciones earundem in singulis octonariis aperit, atque dilucidat, tanquam implicitè canonicas, & in actu signato productas ab interprete, quas in exercito sacri authorum scribenda scriptura posuerunt. Præfatione vnde etiam apud 70. Interpretes reperitur.

Ad secundum, illud modestie causa dictum est, non quia recognoscant, oscitantia librariorum, aliquem

aliquem errorem relictum esse . alioquin frusta dicerent ijdem , quod hæc editio traditur castigata quantum fieri potuit humana diligentia . Vel dicendum , quod hoc merito poterant dicere correctores nedum humiliiter , sed & veraciter spectatis ipsorum vigilijs , industria humana : accedente vero Ecclæsiae publicatione propter eiusdem auctoritatem omnibus numeris absoluta prodijt . vnde vbi iidem censores deputati comparatis verbis , spectata diligentia humana vñ fuerint , nihilominus Pontifex Clemens superlativo verbo vñs est , cum ait , quam accuratisimè , mendis expurgatum textum biblicum prodire , & sic respondeatur ad primam confirmationem .

Ad secundam confirmationem respondeatur , relata fuisse aliqua , quæ mutanda videbantur quātum ad clariorem , & expressiorem versionem , sicut Hieronymus in sua versione fecit ; nec enim Hieronymus , nisi de versione locutus est : nam in epistola ad Damasum expresse ait , quod in emendatione noui testamenti ad Græcam , & originalem editionem , ita inquit , calamus temperauimus , ut in his tantum , quæ sensum videbantur mutare correctis , reliqua manere pateremur , ut fuerint . Quæ vero ista correcta fuerint ante expressum , dum rationem huius correctionis assignans ait , fin autem veritas est querenda de pluribus , cur non ad Græcam originem reverentes ea , quæ vel à viuosis interpretibus male redditæ , vel à præsumptionibus imperitis emendata peruerstiuntur , vel à librarijs dormitantibus aut addita sunt , aut mutata corrigimus ? satis ergo aperte ostendit hos defectus correctos : hi enim sensum mutabant illi vero consultò relicti , qui conformes textui nec sensum variantes commodius transferri potuerunt ; nec enim Hieronymus correctoris munus egregiè præstisset , si eos , quos notarat , inemendatos propter scandalum dimisisset , cum in veritate aperienda , verum sit quod dicitur , vtilius scandalum nasci permittitur , quam veritas relinquitur , ut habetur in regulis iuris in 6 .

Similiter cum dicitur , propterea immutata quedam relicta sunt , ut dicitur in præfatione , quia maiores nostri copiam meliorum , & emendatorum codicium habuerunt , quām q̄. qui post illorum etatem , ad nos peruenierunt , qui fortasse longo tempore identidem describendo minus puri , & integri euaserunt , prædictam responsionem corroborat , ut non de mendis scriptorum orta , illa , immutata , relicta sint , sed solam minus expressa , vel minus clare redditæ . Nec ille terminus , fortasse , suspicionē indicat , quod multi posteriores libri propter transcriptionem minus puri , & integrū euaserunt , cum luce clarius sit inemendatos codices , & corruptos facile propemodum infinitos ; sed terminus ille fortasse , cadit super modum , quo minus puri euaserunt , nempe ex transcriptione , cum aliæ sint cause impuritatis recensitæ , nempe male redditæ versions a priuatis interpretibus , præsumptores imperiti , ut audaces emendatores , nedum librarij in scribendo oscitantia : quibus omnibus cum emendatores , & meliores maiorum nostrorum codices carerent , non menda , sed non ita clarissima redditæ , immutata relicta sunt .

Ad tertium , tanquam personæ priuatæ de se humillimè sentiunt censores ; ceterum eorum diligentia , publica Ecclesia Bibliorum emendatissimorum suulgatione , ac positione probata est , omnisiq; alia

precluderetur , si putarent aliquid emendandum ; eaque quæ non maxima diligentia a correctoribus iudicata , à Sede Apostolica iudicata est accuratisima .

A quartum , locus ille Ioseph nullo modo corrigi potest , cum iam vulgata correcta habeat . Domine , sic legunt etiam 70 . Pagninus , &c. ad locum cap . 16 . Quanquam Pagninus legit , & circuibit terminus ad orientem , melius exprimitur in vulgata , terminos , nā verba proximè antecedentia sunt . Machmethat vero Aquilonem respicit , & circuit terminos contra orientem . &c. Quomodo tamen vero legatur , semper id ē sensus illibatus perseverat : terminus enim vñis regib; alterius confinia , & terminos respicit . In versiculo 8 . eodem cap . quanquam in 70 . & in Pagnino , & alijs non habeatur , falsissimum , non est propterea suspicandum esse mendum , quia habetur in vulgata , sc̄um interpres vulgatus multa explicatiū reddiderit , quām 70 . vnde cap . 18 . v . 19 . dicitur , contralinguam maris falsissimi , vbi cōcordat Pagninus , ad limitem maris salis . Locus cap . 18 . v . 7 . sic habetur in vulgata , domus Ioseph ab Aquilone medium inter hos terciam in 7 . partes describite . v . vero 20 . habetur , qui est terminus illius , nempe Iordanis , ab oriente , & 70 . concordant . & Iordanis terminabit à parte orientis : & Pagninus , & Iarden terminabit cum ad latus orientis . Locus cap . 21 . in vulgata correcta habetur . Bosor in solitudine Misor , & Iaser , cui consentiunt 70 . Boser in deserto Miso , & suburbana , & Iazer .

Ad locum ex Iudith , potius dicendum est esse mendum in epistola cit . Pontificis , quām in vulgata , probata authentica ab Ecclesia , quod verisimiliter apparet ex eo , quod Alex . nedum ea loca recenset , in quibus Dei nomen ter reperitur , sed etiam vbi bis solū , vel sine expressione determinati numeri in numero plurali , elohim , Dei nomen recensetur . Quanquam ex ista disformitate textus vulgata , & epistola Pontificis non contrarietas , sed diuersitas solum comprobetur , & utraque lectio admittenda , licet vulgatae necessariò ; Pontificis vero illius (cum non sit decretum eiusdem determinans eam lectio nem) solum ut probabilis admittatur .

Ad locum ex Concil . Mileuit . dicendum simpli- citer , quod diuersa illa lectio est , non contraria , quæ ex translatione 70 . desumpta est , nostra tamen certior est , cui Hebraæ concordant ex Pagnino , vñsciat omnis homo opus suum .

Ad locum Heither , noster Pagninus verit , proti- cete fecit sortem , & per parenthesis subiungit , ipsa est Goral , hoc ejfors , vnde vrna , quæ latina dicitur , fors , Hebraice dicitur , Goral , Chaldaicē dicitur Phur & potius ab interprete redditum est vocabulum Chaldaicum Phur , quām Goral , quia magis vñstatū , & licet dicatur Phur , sc̄le Hebraicum , id factum est , quia Chaldaica non erat tunc pura , sed mixta maximè post captiuitatem , vnde factum est , ut vocabula Chaldaica , Hebraica quoque dicerentur . Vnde & S. Matthæus dixit , de monte Caluario , quod Hebraicē dicitur , Golgotha , & tamen illud vocabulum non est purè Hebraicum , sed Syriacum , vel Chaldaicum mixtionem habens cum Hebraica , vnde nullum mendum est , nec librarij oscitantia .

Ad locum 3 . Regum cap . 16 . Septuaginta adistipulantur nostra lectioni , nam dicunt , & propterea , quod percusit eum , Pagninus quoque , & pro quod per cusit eum , & vulgata , ob hanc causam occidit eum , nempe

nempe Baasa Prophetam Iehu, quia illius peccata exprobaverat, vnde ne dubitandi locus datur, & ad tolendam omnem amphibologiam, vbi dixisset vulgata ob hanc causam occidit eum, mox subdit, hoc est Iehu filium Anani Prophetam.

Lyranus coniunctus hoc argumento ex 2. Paralip. dicit illam particulam non esse in Hebreo, sed ex marginali glossa alicuius correctoris, vel expositoris irrepsisse in textum, vnde dicit ex Rabbi Salomon illa verba, occidit eum, referenda esse ad Nadab, quem occidit Baasa, de quo superiori cap. scriptura mentionem fecerat. vnde Baasa penas datus prænunciat, non solum quia fecit mala in conspectu Domini sequendo Ierooboam, sed etiam, quia occidit eum, hoc est Nadab, de quo superiori cap. dictum erat. Idem dicit Abulensis q. 4. qui dicit, quod talis expositio litteræ precedentis non est in Hebreo, neque in Biblijs correctis, sed fuit glossa interlinearis expositiva, & imperitia libratorum textu, inquit mixta est, &c.

Sed hoc non potest stare; nam non est verisimile talem glossulam correctorum potuisse peruaderi, omnes codices vulgatae lectionis, quæ illam particulam explicatiuam expressè continent, vt authenticā: & post correctionem nouissimam omnes particulae appositiæ, & marginalis glossæ fuerint sublatæ, & expunctæ. Nec Abulensis correctiores, & puriores codices habuit, quam amplissimus Senatus Cardinalium vndeique correctissima, & castigatissima exemplaria querens.

Alij, vt Hugo noster Cardinalis, etiam referunt ly eum, ad Hanani patrem Iehu, sed littera vulgata claram habet, & explicat occisum fuisse Iehu filium Hanani.

Caietanus dicit referri eum ad Hieroboam. vnde & pena peccati exprimitur, quæ vt exemplar quæ Baasa proponitur, vnde non esse de textu contendit. Sixtus Senensis lib. 2. Bibl. verbo Iehu autem eundem esse, qui increpauit Baasa, & Iosaphat, & impossibile esse, vt si à Baasa occisus. vnde eam particulam non esse de textu, sed aduentitiam docet, sed his Doctoribus obitata correctio Bibliorum nouissima.

Alij etiam, vt Dionysius Carthusianus dicunt fuisse increpatum Baasa à Iehu regnante Afa, & interfectum fuisse à Baasa, potuisse etiam increpatorem facere Iosaphat Regi, quod potuerit a Domino resuscitari. sed hoc ea facilitate, qua afferitur, refutatur.

Alij dicunt, vt idem Dionysius, quod duo fuerūt similis nominis, & officij, unus occisus à Baasa, alter qui locutus sit cum Iosaphat. exemplum est clarum, & appetat in genealogia Christi Domini, nam secundum Lucā memoratur Zerobabel filius Salathiel, & in genealogia Matth. similiter, quos tamen constat esse diuersos, cum in Patalipomenon lib. 1. c. 3. dicatur Leconias genuisse Salathiel, & Phaida, & Phaida genuisse Zerobabel. Salathiel ergo, & Phaida fratres, habuerunt filios eiusdem nominis, & Euangelista sequutum esse generationem Zerobabel filii Salathiel appetat manifeste, nec alia exempla desunt, ex eadem sacra scriptura, nam similiter legimus 2. Paralipo. 17. Leuitas Ionathan, & Iohanan, & Adoniam sub tempore Iosaphat, & alios eiusdem nominis, longe ante, vel post diuersis temporibus

exitisse, vt evidenter Tostatus ex temporum supputatione deducit similiter cap. 18. fuit mentio de Michæa quodam Prophetæ sub Iosaphat, cum tamē alter Michæas extiterit tempore Ioathan, Achaz, & Ezechiæ.

Scalante lib. 4. de causis sacræ script. cap. 40. §. iam verò, ait non posse esse unum, & eundem Iehu, qui occisus sit à Baasa, & qui increpauit Iosaphat ob initium fœdus cum Achab Rege Israël, quia 2. Paralipom. 20. capitulu dicitur, quod reliqua gestorum priorum, & nouissimorum scripta sunt in verbis Iehu filij Hanani: ille verò, qui occisus est à Baasa non potuit esse idem cum illo, qui increpauit Iosaphat, & eius gesta nouissima descripsit, cum 40. annis ante mortem Iosaphat fuerit occisus à Baasa Iehu.

Sed instatur: duos namque Iehu fuisse in nomine aequales in se, & in eorum parentibus, & in officio prophetali pariter consortes divinare esset, & rem sine fundamento dicere, præsertim cum Anani pater Iehu designetur: hic autem Anani fuit tempore Afa, qui pariter ob propheticam comminationem ab eodem in neruo, vel compede positus est 2. Paralipom. 17. Afa autem fuit tempore Baasa, qui Iehu occidit, vnde pater occisi verisimiliter esse potuit cù eodem tempore fuerint Anani, & Iehu: & alium Anani, & alium Iehu post ista tempora assignare difficile est. Sed hac instantia nulla est, nam nomina Abiathar fuit commune Abimelechi sacerdoti summo, ac eius filio 1. Reg. cap. 22. & 3. Reg. cap. 1. tres nomine Achis reperimus, quatuor sub nomine Alexander, legimus etiam duos Assueros, vnu maritum Hester, alteru qui templi edificationem prohibuit.

Alij saluantes identitatem personæ ad metaphoras cucurrerunt dicendo illud verbū occisum, accipi pro vulnerato lethaliter, vt ex vi vulneris moriturus esset, nisi Deus aliter prouidisset, & necessarium, aiunt, esse ad metaphoram confugere ad saluandam vulgatae auctoritatem: nam ex temporum chronologia difficile, aiunt, saluatur, quomodo idem fuerit occisus à Baasa, & idem reprehenderit Iosaphat, sed eidem soluto esset si aliqua auctoritate id possit probari.

Sed vt dicebat Augustin. lib. de unitate Ecclesiæ cap. 13. dans documentum, & regulam in solutione argumentorum, quæ sunt ab hereticis, quod satis est inuenire exitum in argumentis difficillimis, vt id, quod ab ipsis, vt certum profertur, incertum evidenter appetat. vnde adhibens quandam solutionem ad illa verba, erunt nouissimi primi, & primi nouissimi, quam afferebant Donatitæ, quod intelligebantur de Orientalibus, & ceteris gentibus, quæ in sanctis libris commemorantur fidem recepisse christianam, vt nouissimi forent, qui primi erant, quia nimis recenti erant à fide: respondet Augustinus esse calliditatem hereticam volentem conuertere verba Dei ad perueritatem, in qua ipsi sunt, & subdit, id intelligendum de Iudeis, qui cum essent primi, nouissimi facti sunt, & de Christianis, qui de nouissimi facti sunt primi, & subdit, quem intellectum si aliquo certiore documento probare non possem, sufficere debuit bene indicanti auditori, quod inueniri exiitum in his verbis, vnde istos appareat nihil pro se attulisse tanquam certum, ut dubitari non posset. Et ita in simili ad saluandam veritatem vulgatae nouissimè correcta etiam si documenta euidentia afferri non possent,

sent, satis est si obiectiones, quæ sunt, demonstrentur non aslumere aliquid certum, ut de eo dubitari non possit, hoc est esse eas, quæ assumuntur dubitables propositiones, quibus merito, quod certissimum est vulgatæ scilicet auctoritas præpondere debet.

Igitur si cui non atridet, quod sint duo Iehu dicat, quod idem sit Iehu, qui ante percussionem à Baasa reprehenderit Iosaphat, ut quidam supputat, vel quod percussus potuit quoque superiuere, & reprehendere Iosaphat: supponendum ergo, quod initio sui regni patrem habuit Iosaphat cum Acab anno 3120. & anno 3123. filiam Achab Athaliam, in uxorem filij sui Ioram obtinuit. vnde tunc fieri potuit Iosaphat reprehensione à Iehu, descripta 2. Paralipom. 19. his verbis, *Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia coniungeris:* constat autem ex temporum suppunctione, quod inter initium regni Iosaphat, illudque tempus, quo cum Acab amicitia iunctus est, quod fuit anno 3120. & ultimum Baasa, intercesserunt anni forte 18. atqui fieri potuit, ut percussus lethaliter non illico conuulerit Iehu, & ex vulnere fistula potuerit generari, ex qua tandem mortuus sit, multò vel paulo post correctionem factam Iosaphat, & sic verè causality occisus est à Baasa. Sed duo obisci possunt, primo, quia talis correctio facta fuit, non initio, sed in fine Regni Achab, nam post relatam mortem Achab in fine capituli 18. narratur reuersio Regis Iosaphat in patriam, & tunc factam reprehensionem. 2. quod *impio*, nempe Acab tribuisset auxilium, & sic cum ultimus annus Achab fuerit 38. post ultimum Baasa (nam post Baasa regnauit Ela duobus annis, Zambi diebus 7. & Ambi 12. annis), & Achab regnauerit 24. annis) non est verisimile, quod tandem lethaliter percussus, superstes permanere potuerit. Deinde, quia Propheta Iehu nouissimè gesta Iosaphat scripsit, ut dicitur 2. Paralipom. 20. Sed ista facile dissolui possunt ex regulis scripturarum, quandoque enim ab unius rei narratione ad alteram fit transitus sine ordine temporis, & ita prius facta narratur, quæ postea contigit, & è conuerso: potuit ergo fieri, ut author libri Paralipom. narraret reuersione Iosaphat à bello, & addiderit postea absque consequentia temporis, quod antea acciderat, cui occurrerit Iehu filius Anani videns, & ait ad eum *Impio præbes auxilium, & dato, quod in fine id acciderit nihil vetat, ut ex non obducta unquam cicatrice, tandem ex inficto illo vulnere verificari potuerit, quod Baasa percussit Iehu, & procedente tempore post quadraginta, & amplius annos pariter mortuus sit post mortem Iosaphat, cuius gesta priora, & nouissima scribere potuit.*

Vel potest dici post occisum Iehu Anani in demortuolum alium generare potuisse, & cum prole noua nomen mortui renouasse, & ille fuit, qui post 40. circiter annis increpauit Iosaphat, & scripsit partem libri Regum, alias à fratre suo occiso, nec extraneum fuit similiter spiritu Prophetæ donari cum etiam legimus in Actis cap 21. Philippum habuisse quatuor filias virgines, quæ prophetabant, & verisimile fuit à Deo luscitatum illi semen, cum prophetæ dono, in Iehu recenti, quod in alio Iehu extinctum erat à Baasa religionis iniuitu. sed etiam potest dici, quod & melius potuerunt esse duo Anani consobrini, sicut supra dictum est, fuisse duos Ze-

robabel, & virosque filios generasse, & simili nomine Iehu filios appellasse, quorum unus Baasa, alter Iosaphat reprehendit. vel dno Anani ex diuersa familia ijsdem temporibus clarere potuerunt spiritu propheticō donati, & unus eorum non casu, sed forte consilio Iehu filio nomen imposuit ob memoriam Iehu Martyris recenter occisi à Baasa, qui grandior factus spiritu prophetice donatus, redarguit Iosaphat. vnde à simili, ut dicebat Augustinus, 2. de consensu euangel. cap. 7. difficile est salvare quomodo sub Herode iuuenis Christus baptizatus sit secundū Lucā, & mortuo Herode puer Christus ab Aegypto remeauerit, nisi, inquit, duo intelligantur *Herodes*, ita & in propōsito. & quamvis in nostro proposito argumentum cvidens non habeamus, tamen in exemplo allato, sicut dicebat Augustinus egregiè duos Herodes extitisse, ita nos dicimus duo Iehu. Exemplum aperiissimum etiam in Genesi cap. 36. v. 2. habetur. vbiis recensetur Oolibama filia Ana, & post multas generationes rursus vers. 25. recensetur similiter Oolibama filia Ana, quare concluso verbis Augustini loquentis de duobus Hetodibus. *cum fieri potuisse nemo nesciat, qua cæcitate insaniunt, qui procliuiores sunt ad calumnandum euangelice veritati, quam paululum consideratores, ut duos homines eodem vocabulo appellatos intelligent, cuius rei exemplis plena sunt omnia, quod dictum nostro proposito egregiè pariter adaptatur.*

Ad locum ex Marci 2. cap. illam difficultatem proposuit Theodor. in catena sub his verbis, qualiter nūc Euangelista Abiathar Principem sacerdotum nominauit, cum liber Regum huc nominet Abimelech, & respondeatur ibideum ex Beda, quod hoc nūbil habet dissonati: ambo enim fuerunt illi, cum veniens David panes petiūt, & accepit. Abimelech videlicet Princeps sacerdotum, & Abiathar filius eius: occiso autem Abimelech à Saule fugit Abiathar ad David, & comes factus totius exilii eius: postea eo regnante summi sacerdotii, & ipse gradum accepit, multoque maioris excellēt. filius quam pater effectus est. ideo dignus fuit, cuius memoriam, Dominus etiam vivente pare, quasi summi sacerdotis faceret. Alij dicunt, quod idem, qui Abiathar idem erat, ac Abimelech, à quo David postulauit panes propositionis, & quod erat binominis, sicut & pater eius quoque binominus erat, qui vocabatur quoque Abimelech, & Abiathar. primo enim Paralipom. cap. 18. describuntur duo sacerdotes tempore David, qui cum sequebantur, erantque Sadoch filius Achitob, & Abimelech filius Abiathar, & cum ex alio loco habeatur Abiathar fuisse filium Abimelech, non potuit iste esse Abimelech ille occisus à Saule, quippe qui in toto discursu historiæ David Abiathar recensetur necessario: dicendum est vñū, & eundem fuisse dictum filium Abiathar, & filium Abimelech, habuisseque patrem binominum, qui Abiathar quoque, & Abimelech diceretur.

Ad locum ex Ioa. 5. Chrysostomus, regulus, etiam legit, & explicat, quod idcirco ita appellatus est, siue quod regio esset genere, siue quod alia principatus dignitate fungetur. vel dicendum ex S. Thoma in Ioa. lec. 7. cap. 4. quod regulus tripliciter accipitur, pro eo, qui præcit paruo Regno, vel pro aliquo stirpe Regia, & tandem pro aliquo officiali Regis, & dicit, quod Regulus hic accipitur, tertio modo. vnde Origenes text. 18. in Ioa. hunc vel fuisse Regulum

gulum Regis Herodis, vel de familia Cesaris exercitentem tunc temporis aliquid in Iudea, unde nullus scriptoris error, sed optima vulgati versio.

Ad locum Marci 16. & Ioan. 19. quidam apud S. Thomam, ut supra dictum est, 3. p. q. 46. art. 9. dicunt hanc diuersitatem ex peccato scriptoris contigisse apud Graecos, quam sententiam, nec videtur reprobare, nec approbare S. Doctor, illam indiscutam, relinquent: in quo autem textu Marci, vel Ioannis mendum fuerit non explicant doctores. Hieronymus, si autor est eorum commentariorum, in psa. 77. Marcum dicit esse vitiatum, illum sequuntur nostri Caiet. Sixtus annotat 131. Canus 2. de loc. ca. 18. Theophilatus errorem esse in codicibus, non quidem Marci (ut falsò citat Canus) sed Ioannis, ex aliorum sententia aperte insinuat. Sed hoc nullo modo potest stare, quod vel ambo, vel unius ex dictis codicibus sit incorruptus. Primo, quia inter ζ zeta, quod significat 6. & γ gamma, quod significat 3. est multa diuersitas, nec unum pouit pro alio subtitui. Secundo, quia semper in Marci, & Ioannis omnibus codicibus veteribus, & nouis, sic scriptum reperimus, & eodem modo in Ecclesijs decantatum. Vnde, & si inter ipsos Patres sit diuersitas (nullo ramen modo contrarietas) quidam etiam eorum, Thelesphorus de consecr. d. i. Ambros. in Hymno Mediol. Cyril. Hierosolym. cath. 13. dicunt Christum crucifixam hora tertia conformiter ad Marcum. alij ut Clemens 5. constitut. cap. 12. alias 16. & 4 cap. 40. alias 34. Ignat. epist. 2. ad Trall. Cyp. de oratione dominica. Isid. 1. de off. cap. 10. Athan. de Virgin. hora sexta, unde signum est, quod è scripturis Marci, & Ioannis utraque assertio probatur, non ut contrarietatem habeat, sed diuersitatem. Quare ad rei veritatem intelligendam dicitur cum Augustino 3. de consensu euangel. cap. 13. quod cum Christus traditus est crucifigendus eo tempore, quo sedit in tribunalii non erat plena sexta, sed quasi sexta, dicit idem Augustinus & rationabiliter, nam à sententia Pilati usque ad crucifixionem aliquod tempus decurrit, unde cù crucifixus est verè, & realiter erat hora 3. & tempus magis appropinquans horæ sextæ. Vnde hora quasi sexta latitudinem habet, & retro decurrit usque ad horam tertiam, ut hora tertia dici possit quasi sexta, quo tempore etiam Iudei clamauerunt, ut Dominus crucifigeretur, & veracissime (subdit Augustinus) tunc eos crucifixisse quando clamauerunt: & vere etiam dici potest crucifixus hora tercia, quia erat tempus proximum praecedens horam sextam, & adhuc durabat verè hora tercia quando crucifixus est. Necesse est autem dicere hora 6. vel quasi 6. crucifixum, nam tribus horis in cruce perpendisse, & mortuum hora nona constans est Patrium traditio. Nec obstat, quod idem Marcus dicat, facta hora sexta tenebre factæ sunt, & Luc. erat autem fere hora sexta & tenebre factæ sunt in uniuersam terram: hoc enim magis difficultatem explicat. licet enim medium sicut natura extremitorum, & unum pro altero accipi potest, & in tempore quoque hora computatur, vel in puncto, quo sphera appetat, vel umbra, vel in tempore proxime praecedenti, vel proxime sequenti, ita ut v.g. si umbra, vel signum attingens horam decimam patrum distat, ante vel post induat adhuc horam decimam (quod enim parum distat nihil distare videatur) ita in proposito tempus attingens horam sextam

ante, vel post dici potest hora sexta, hoc modo Ioannes dixit sedente pro tribunali Pilato, quod erat hora quasi sexta: nondum enim erat plene sexta, ita quod verè, & realiter duraret hora tercia, facta hora sexta secundum Marcum, vel quasi sexta tenebre factæ sunt secundum Lucam, hoc est integra hora sexta, quæ respectu puncti indivisibilis hora sextæ, quæ incepit, dici potest, quasi sexta, optimè verificatur, quod facta hora sexta, vel hora quasi sexta tenebre factæ sint: & Lucas etiam respexit ad tempus paulò post coniungens horam sextam, Ioannes vero ad tempus attingens horam sextam paulò ante. Vnde nulla contrarietas, sed concors diuersitas appetit, mirifice rem explicans. legendus Iansenius lib. 3 sue concordiaz pag. 1042.

Ad locam Actorum 7. Beza respondit ab aliquo fuisse additum in margine Abraham, & referri ad Iacob, quod Ioannes, ait, innuere videtur cap. 4. ibi, in civitate Samarie, quæ dicitur Sichar, iuxta predium quod dedit Iacob. sed si corruptio ista esset antiquam a Patribus præcipie Hieronymo esset notata; si post tempus Hieronymi, iam animaduersa esset a correctoribus Biblicis, Accedit, quod etiam inueniri simile est cogitare omnes codices esse depravatos, & in Ecclesijs talem lectionem depravatam. Quare, ut dicebat Augustinus de utilitate credendi cap. 3. nihil mihi videatur ab eis impudentius dici, vel ut minus loquar incuriosius, & imbecillus, quam scripturas diuinas esse corruptas, intellige in omnibus codicibus, cum id nullis in tam recenti memoria extantibus exemplaribus, possint conuincere, & postea tempora non possint correctoria, vel emendatoria aduersarii proferre, quam quæ in nouissima castigatione conquerita vndeque visa, & recognita sunt. Eugubinus, Lippoman. Salmeron to. 12. tract. 23. §. quidam similiter, dixerunt hunc locum virtus scriptorum depravatum, sed omnes codices sic legunt, ut vulgata correcta, vnde eorum responsio non admittenda.

Alij dicunt illud nomen, Abraham, esse casus genitivi, & supplendum esse filium, vel nepotem, ut sit sensus, nepos Abraham, qui fuit Iacob: & illud Abraham esse nomen patronicum Abrahades, hoc est filius, vel nepos Abraham, & sic esse in Graeco. sed hoc non potest stare, quia iam ostendimus nostram vulgatam non esse corrigendam per Graecam, &c. & optimè quadrat lectioni veteris testamenti, quod emptor fuerit Abraham, & non Iacob: etenim Abrahā emit agrū in usum sepulture, Iacob vero datum, ut dicitur Ioh. 4. iuxta predium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo, quæ valde diuersa sunt, & ad distinctos ususempta à diuersis personis, & sic nulla est repugnantia.

Quod autem versio Syriaca omittat illa verba filii Sichem non obstat, cum legamus ea in vulgata, & sic in aliquibus codicibus D. Hieronymi tempore deerant, satis erat quod in alijs, & quidem emendatoriis reperitentur.

Quod autem Gen. 33. Hemor vocetur pater Sichen. Salmeron epist. ad Cardinalem Carafa to. 16. in fin. §. 4. dubium, ait. D. Hieronymum in Actis non transtulisse filium Sichem, sed partem Sichem. & Canus dicit etiam lectionem, quæ est in vulgata esse non Hieronymi, sed Erasmi. Sed obstat castigatione vulgata. Gaspar Sancius in Acta, ait Sichem non esse nomen viri, sed Virbis. Sed obstat, quia dicitur Hemor

Hemor filius Sichem in Actis, & Gen. 43. Hemor dicitur pater Sichem. vnde scriptura non nomine filiationis, sed incolæ, & huiusmodi, locum, vel patriam expressisset. Alij dicunt ex linea ascendentia. Hemor habuisse patrem nomine Sichem, ex linea descendenti habuisse filium nomine Sichem, sicut videmus in lineis Imperatorum, & Regum frequenter fieri, ita Salmeron, & alij, & sic nulla est contradictione; nam Abraham emit sepulturam ab Hemor, qui fuit filius Sichem, ut dicitur Act. 7. vnde secundum morem scripturarum, quod Moyses non expressit, dicendo quoque, quod Hemor fuit pater Sichem, Stephanus in actis non tacuit, & è cōtra, quod Stephanus non expressit, Moyses explicavit.

Ad auctoritatem 1. ad Corint. 10. et si in text. Syriaco sit. Siquidem nos omnes ex uno illo pane accipimus, in correcta tamen vulgata habetur, omnes qui de uno pane, quam lectionem retinebant vetustiora, & emendatoria exemplaria, & planior est intelligentia, dicendo, quoniam unus panis unum corpus multis sumus omnes, qui de uno pane participamus, legendura appositorie (qui de uno) quam subiectando iterum aliam causalem, siquidem, vel quidem, & quomodo cumque legatus nulla sit sensus diuersitas, & si quidam dicant clarius exprimi potuisse, multi sumus, pro (esse debemus.)

Ad ultimum locū. recte dicitur spiritualiter examinatur, in singulari potius, quam examinantur, cum in numero singulari præcesserit: animalis autem homo non percipit ea, quae sunt spiritus Dei, &c. vnde & Syriacus etiam in numero singulari verit, nec potest cognoscere, quod spiritu djudicatur.

#### ARTICVLVS DECIMVSTERTIVS.

*An si expediens, ut fiat alia translatio, & priori latina lingua scripturæ traducatur.*

#### Positio aduersariorum.

**I**nter errores nostri temporis unus est eorum, vt Catherine errore 8 pg. 17. de clauibus scripturæ, qui eloquentiam secularem desiderant in scripturis, qua ipsi plus nimio delectantur, & glorianter, ac proinde, vt etiam Canus recenset lib. 2. cap. 15. veterem Latini interpretis editionem nouis aliis quasi elegantioribus, ac vt ipsis videatur, melioribus permuntant, optantes vt veteri veluti parum eleganti submota in illius locū latior illa succederet, & è veteri fonte noua fieret elegansque traductio, sic conati sunt veterem multi scoli nouis phrasibus traducere, & emendare, vt Erasmus, & alii, vnde Cholinus Zwinglianus præfat. in libris à se vextis, ait, elaborauit, vt quoad fieri posset satisfacerem omnibus, aut certè quamplurimis, id est, ita, vt Grecum exemplar (cū nibil eorum exiet Hebraicē) ad verbum sequerer, vt si cū opinor tamen linguæ munditiem seruarem, & fugerem obseruitatem vt quemadmodum sicut Erasmus nō uo, ita M. Leo iam veteri testamento munditiem linguæ conciliauit, ita vt iam, vt semper optauit, non utilius modo, sed etiam iucundè, & minori negotio, ingeniorumque diuinatione, sine que detimento, & offendit lin-

guæ politioris in ludis litterarijs à pueris, & extra eos a doctis sine tædio barbarici, quæ multos ne legerent deterrebant, legi iceat.

#### Oppositiones eorundem.

**A**rguitur primo, quia ipsi scriptores facti non aspernati sunt eloquentiam: ergo neque versores verborum concinnitatem destituere debebant, ac proinde è veteri fonte noua latior edito cedula esset. antecedens patet ex dictis inductione de Isaia, Moysi, Paulo. consequentia manifesta.

Secundo, quia ornatus, & elegantia Deum ipsum habet authorem, qui est autor omnis boni, & pulchritudinis: inornatus autem, inelegantia cum obliqua sint, & feruam mereantur non possunt in Deum cadere authorem: relictis ergo in cultioribus translationibus, vbi barbarismi, solçisini redundant, noua esset cedula, & elegantior ex primæuo fonte.

Tertio, quia ornatus, & elegātia efficax medium est claudendi ora aduersariorum, & insultantium Ecclesiae Christi: magis ergo hoc medium elegit Spiritus sanctus, quam inelegantiam, quæ vel stetupijs, impijs verò ridendi materia in submiserat. vnde Lactantius 5. de iustitia dicebat, quia defuerunt apud nostros: donec peritique Doctores, qui vehementer, qui acriter erroris publicos redarguerent, qui causam omnino veritatis ornare, copiose defenderent, provocauit quosdam hec ipsa penuria. Ut auderent scribere contra ignorantiam sibi veritatem. Adde non esse decens sermonis elegātia superari interpres Spiritus sancti, à ministris, & ancillis, hoc est artibus humanis, & pedagogis. vnde minime ferendum valebat Chrysost. lib. 5. de sacerdotio ab inferioribus dicens gloria vincit eum, qui dignitate præcellat.

#### Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est Apost. 1. Corint. 2. dicens, sermons, & prædicatio mea non in personalibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis, vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei: sicut ego fidei propagatio, & incrementum, & Principum huius seculi expugnatio, atque triumphus non verbis ornatis facta est, ne humano indignè tribueretur eloquio, ita non erat, quod scripturæ translatione, p quā fides nostra nutritur, atque defenditur, ad officinam, & incudem Tullij, & Demosthenis renocaretur.

Rursus psalm. 11. dicitur, eloquia Domini eloquia casta, à spiritu ergo puro, & simplici, pura, simplexque oratio expectanda erat, qualis in vulgata reperitur: satis ergo est ista traductio, vt noua non sit opus, et si inulta oculis sapientum huius seculi videatur.

Secundo probatur veterum exemplo: nam Theopompus apud Euseb. 8. de prep. euang. ca. 1. eo quod floridus Rhetoricis in scriptura luderet, dignas penas exoluit. Tryphilius cum ausus esset in conuentu Episcoporum illa verba Tolle grabatum tuum. O ambula, sic permutare elegantius. Tolle cubile tuum. O ambula, à Spiridione Cypriorum Episcopo his verbis est acriter reprehensus. Tum melior es eo, qui lectum dixit,

*dixit, quia verbis eius uti confunderis?* lib. i. [histor. tripartitæ, & S. Augustinus antequam scripturas degustasse, illas non tanti penderat, vt Tullianæ eloquentiæ minimè comparandas esse iudicaret ex tertio lib. confessionum cap. 5. quia palatio nondum sano pœna erat panis, qui sano suauis est.]

Tertio rationibus. prima, quia nec originale scriptum est eloquentia seculari, ergo vt riuis fonti correspondet, dedecebat scripturam transferri secundum eloquia eloquentia huius saeculi: ergo, &c.

Secunda, quia difficilior, & abstrusior reddetur scriptura ex verborum fausto supercilio, & calamistratis verbis, & ab eius lectione deterrentur etiam multi docti, qui planiter verborum contenti in spinosa dumeta incidenterent.

Tertia, quia scopus fuit interpretum res declarare aptioribus, & planioribus vocabulis, non secus ac Philosophi relictis compitioribus vocabulis interdū vtuntur ad res ipsas declarandas, simplicibus, eti in concinnis vocibus, vnde Gregor. præf. in Iob dicebat. *Quæso autem, ut huius operis dicta percurrent, in eis verborum solia nō requiras, quia per sacra eloquia ab eorum tractatoribus infraclusæ loquacitatæ levitas studiosæ competitur, dum in templo Dei nemus plantari prohibetur, & postea, quoties in folijs letæ segetis culmis proficiunt minori plenitudine spicarum granata turgescunt.* &c. vnde Cyprianus dicebat in ep. 1. ad Donatum. *In iudicij contentione pro rostris opulentia facundia volubili ambitione iactetur, cum de Domino, ac de Deo vox est, vocis pura sinceritas non eloquentia viribus nititur ad fidem argumenta, sed rebus.*

Confirmatur ex testimonio etiam sapientum huius saeculi, nam & ipse Tullius sapienter quoque admonuit omittendas esse phaleras ornatumque, & cultum orationis, & quandam potius diligentem in hoc negligentiam adhiberi, cum veritas ipsa plauta est, & fortius in animis iudicum infringenda, ne cultus ille, aut potius verborum strepitus in auribus à rei consideratione cor audientis auertat. vnde & quidam cecinit.

*Ornari res ipsa negat, contenta doceri.*

Philosophus docendi gratia opportunum iudicavit nouas voces fingere, quod interdum ipse suo præmonuit eum exemplo, & ratio in promptu est, quia non res pro verbis, sed verba pro rebus significandis sunt instituta. vnde & Poeta Lyricus.

*Multa renascentur, quæ iam cedidere carentque, Quæ nunc sunt in honore vocabula, si solet usus,*

*Qui penes arbitrum est, ut vis, & norma loquendi.*

Tandem valde violentum, imò ineptum esset propter tres, vel quatuor Grammatiolas, & Rhetorciolas, communem iam factam multorum populorum linguam, & in Ecclesijs decantatam, & in animis populorum radicatam conuellere, & affectatas eorum voces illi præponere, cum sciamus illis plus ardere Iouis capitolini, quam Iesu nomen dulcissimum quem intuocare (vt & piissimam eius Matrem) piaculum arbitrantur, nec volant Salvatorem, sed Seruatorem appellare. Qui si verè essent missi, vt iacent, à Deo, non pro Apostolatu, elegantia gratiae legationem substituissent, & si verè humiles essent corde, vocem humilitatis tanquam vilem, & abiectionem non contempserint. sed sapienti ipsorum palato Iuppiter, Juno, Diana, Pallas, &c. & aliorum Deorum verius Deorum prophana nomina effo-

rant inflatis buccis, boent, Cesares, Camillos, Furiros, Scipiones; nobis sat est eas voces recipere, quas interpres expressit, & innumeris, iisque eloquentissimi Patres, atque scriptores vni sunt, maiorem diuitiarum suppellectilem existimantes esse in simplici, clavo, apertoque sermone, quam in phalerato, & calamistrato sermone superciliosorum hominum, qui Paulinam sapientiam pro Cicerone, & Demosthenem libenter commutant.

### CONCLVSION ORTHODOXORVM.

*Non est expediens cultiori lingua rursus è fontibus nouas traductiones cedere.*

R<sup>E</sup>spondeo dicendum, sicut dicit Cyrillus Hierosolymit. cath. 4. quod Greci per eloquentiam capiant, mel enim fluit de labiis forniciariæ. Qui verò ex Circumcisione sunt per sacras scripturas, quas male interpretantur accedentes decipiunt, &c. Hæreticorum autem filii, per blandiloquentiam, & facundiam seducunt corda hominum maximè malorum, tales extiterunt nostrò saeculo Nouatores, qui sub specie eloquentis, & facundiæ scripturas aggressi sunt inuertere, eo deuenientes, vt omnis de medio vulgata tolleretur auctoritas, & sub nouitate vocabulorum suarum versionum cum Iudeis pariter darent manus, scripturas per peruersas intelligentias deprauantes. Verum vt scripsit Clemens Alexandr. 2. Stromatum, oportet eum, qui curam gerit veritatis, non insidiosè, captoque consilio, ac cura adhibita dictionem compонere, sed conari tantum id, quod vult, quomodo potest exponere, curandum enim est, vt idem dicit lib. 1. Strom. Si significatur id, quod intelligitur: quo autem nomine significetur id quod volo exponere, nihil mihi cur è est; opem enim ferre, vt seruentur ii, qui seruari cipiunt puto esse optimum: non autem dictiunculas tanquam quedam ornamenta componere. vnde & propter hoc Pythagoras, Musas, dicebat, Syrenibus iucundiores, quod & Socrates perpendit apud Platonem in Apologia Socratis. Cum ergo sacri scriptores tales dicendi genus assumpserint, quod non ad ostentationem, sed communi utilitati addiscentium deseruiret, pariter casti interpretes eam compositionem ornatam quidem assumpserunt, quæ conceptiones Spiritus sancti cum simplici stylo, necessariaque perspicuitate proferrent, non quæ illecebribus aurium deseruiret, breuiter, & aperte, & obseruata visitatorum vocabulorum proprietate res intelligendas enunciando. Quare nullo modo elaboratio traductio expectanda est ē fontibus vernantis eloquij venustate, atque amænitate luxurians, cum senilis eloquentia iuuenilem exuperet, & dicendi genus eompactum, numerosum, fucatum, filosculis abundans nonnisi leues auditores mulceat, & imperitum vulgaris alliciat, & fascinet; dicendi verò genus simplex, nudum, grauitatis, & maiestatis plenum, religiosis auribus sit accommodatum. vnde rectè etiam dixit Hieron. in Amos c. primo. In explanatione sanctorum scripturarum, non verba composita, & oratoriis floribus adornata: sed eruditio, & simplicitas queritur veritatis.

*Solutiones oppositionum.*

**A**D primum respondetur, fuisse quidem sacros scriptores eloquentia præditos, sed quæ senilè etiam decet, tali quæ personæ congrueret eloquentis, vt diximus ex Augustino 4. de doctrina Christiana. vnde eloquentia scripturarum omnem vim dicens exuperat, & continet omnem eloquentiam, vt quadrangulum continet triangulum, vnde sicut iure suo interdum vtitur, vt ancilla ipsa eloquentia, sic cum opus est iure suo, & arbitrio, ornamenta, & verba inuertit.

Ad secundum. omnis eloquentia à Domino Deo est, sicut & ipsa sapientia, vnde & multa præcepta Rhetoricorum, & Grammaticorum obseruasse etiā sacros scriptores supra visum est. Verum, quia indignum est verba sacri eloquii restringi sub regulis Donati, voluit etiam solœcismis, & barbarismis respergi interdum, vt homines barbaro sermone vtiens superarent leporem Græcæ elocutionis, eoque profus eliminarent, pectorumque solœcismis, dissoluerent acutos syllogismos, vt dicit Theodor. lib. de natura hominis. Quare quod ineptum, & distortum est, & regulis sapientum, & prudentum contrarium, humanæque ferula castigandum, tanquam sapientius ad confundendos superbos sapientes, afflumptum est.

Ad tertium, loquitur Laetantius non de seculari, & forensi eloquentia, quam Cyprianus quoque reiecit, sed de casta, & senili eloquentia, qua sacros interpretes decet, & quæ etiam sapientium arrogiam humiliat; quæne, iure suo vtiens, habet suas quoque figuræ, & schema, vt ostendere possit euidēter Græcorum sapientiam figuræ verborum, & sententiæ à nostris quoque suffuratos, vt supra ostensum est.

**CONTROVERSIA II. SPECIALIS.****ARTICVLVS PRIMVS.**

*An in alijs editionibus Latinis Pagnini, Catetani, Vatabli, & Clari, sit verbum Dei.*

**M**Ulti quoque Catholicæ varias ediderunt editiones nostris temporibus. Sanctæ Pagninius vetus testamentum ex Hebreo translulit, nouum ex Græco verbum ex verbo traducens, cuius laboribus viens Arias Montanus nouam interpretationem aggressus est, vt omnes dictiones primæ lingue in latina exprimerentur quoad fieri potuit, diuersitate characteris, Pagnini, & ipsiusmet Arias labores designans; nouū vero testamentum idem Arias ex Græco verbatim expressit, & vtrumque opus in Biblijs Regijs assuta sunt.

Thomas Caetanus nouam versionem cudit, psalterij autem ex Hebreo facta est inspectis quatuor versionibus, exhibita etiam opera quorundam ludorum, unius Neophyti, altero in iudaica perfidia remanente, vt ipse testatur prefatione in psalmos.

Noster F. Franciscus Forerius à sacro sancta Tridentina Synodo censor librorum totius christiane Reipublicæ designatus ad miraculum doctissimus ex Hebraica veritate translulit Esaiam, lib. Job, David, Salomonis, & omnium Prophetarum, ex Senensi lib. 4. Biblioth.

Isidorus Clarus Brixiensis ex Hebraica, & Græca lingua vtrumque testamentum vertit, quam versionem etiam scholijs illustravit.

Vatablo tribuitur, quod Biblia vertitur, eaque scholijs illustratur, sed reuera ipse non fuit author. sed Leo Iudas Hæreticus Zuingianus, Petrus Cholinus, & Theodorus Bibliander, ambo etiam pariter Heretici. vide Genebr. in chronologia.

Ex Syriaco nouum testamentum in Latinum vertit Guido Fabricius Boderianus, cuius translatio in Biblijs regijs reperiatur.

*Argumenta pro parte affirmativa.*

**V**Idetur ergo, quod in his editionibus sit verbum Dei. Nam optimum testimonium est aduersariorum in causa quacumque obtinenda: vnde Augustinus volens probare veritatem editionis Hieronymianæ dixit, quod eius labore etiam Iudei existimant esse veracem, vt supra dictum est. at textatur Sextus Scenensis lib. 4. Biblio. editionem Pagnini peritissimos Hebræorū Rabbinos, omnibus, quæ nunc extant translationibus, prætulisse, multis eam laudibus attollentes.

Confirmatur, nam idem opus dicatum fuit Clemeti VII. eadēq; editio Romano Pôfici grata fuit, atque probata; à doctissimis etiam commendata est, & passim in publicis lectionibus, & concionibus citatur.

Secundo, Biblia Isidori Clari, & si primo Christianis interdicta essent, tandem præcisus prologo, & prolegomenis restituta sunt autoritate Ecclesiæ in Concil. Trident. vt patet in indice. cum ergo exceptio firmet regulam, satis firmatur authoritas totius biblii corporis Isidori ex expunctione prologi, &c.

Tertio, & est argumentum Caiet. text. sacræ scripturæ non est ex verbo redditus, sed textus interpretum arbitrio compositus est: ergo.

Quarto, nam vel omnes istæ versiones spuriæ sunt, vel veræ. si spuriæ mirum est, quod non damnetur, imo in manibus omnium terantur, carentur, euilegantur, typis mandentur. si veræ iam habetur intentum, quod non sola vulgata vera est, atque probata, sed etiam ceteræ istæ editiones, suam quoque auctoritatem retinebunt.

Quinto, quia emendatoria exemplaria, eaque antiquissima summa diligentia, & labore conquista sunt à nouis istis versoribus: ergo castigatissima fuit versio ad normam purioris originalis exemplata.

*Pro parte negativa.*

**S**ed contra est de his editionibus doctissimorum virorum iudicium atque censura; nam de editione Pagnini, Genebrard. in procœmio operum Otagenii hæc scribit.

Quod

Quod, est minus diligens, nimis ambitiosa, nimis grammatica, nimirum Rabbinicarum minutiarum emula, ex recentium præceptionum subtilitate, non solum sive ritati, & sententiuarum veritati afferit. In propriis nominibus fluuiorum, hominum, est parum fidelis: aspera etiam, dum quod dulcissimus auribus latini insonat, ad hebraicum sonum attemperauit, ut loco Iacob substituendo Iacob, pro Isaac Ischach, &c. summa rei est, quod ad glandes inuitat inuentis frugibus. Accedit, multoties à Montano editionem Sanctis corrigi. A censoribus expurgatoribus Hispaniae, quædam annotationes, quæ in Biblijs Pagnini extant, siue ab ipso editæ, siue ab alijs insertæ suo operi tanquam iudaizantes explosæ, ex Posseu. in apparatu.

De Caietano nostro Melchior Canus de loc. lib. 2 cap. 23. tale profert iudicium, quod immemor Caietanus præcepti Ciceroniani lib. 3. de finibus dicentis verbum, è verbo exprimere indisertos interpretes soleare, psalmorum versionem, dum fidam voluit reddere, reddidit ad Ecclesiæ quidem usum prorsus inutilem.

De Forerio dum eo fine nouam molitus est traductionem, ut veterem replicaret, atque fulciret, quod omnium calculis perfecisse conclamatum est, nulla nota inustum, sed potius commendatum à viris doctissimis video, qui etiam opera omnia, quæ citantur, habere cupiunt, atque suspirant: sola enim commentaria in Esaiam circumferuntur.

De Isidoro Claro ait Canus loco cit. quod ferendus non est, cuius emendatio nihil est aliud, quam interpretis veteris reprehensio. Pollicetur enim in operis fronte veterem editionem correctam, postea vero pollicitatione hac depellit inuidiam nouitatis, multa inserit, adiicit quædam, nonnulla mutat, ut lector non aliud posset in locis mutatis intelligere, quam aut veteris interpretis errorem, aut veterum codicum depravationem.

Secundo, quia dum magis verba, quam sensus attendunt noui isti versores, & Rabbinorum potius, quam Patrum intelligentiam venantur, Grammaticorum, & Rabbinorum scholæ, non vero Ecclesiæ erudiendos se tradunt, ac proinde illi se periculo exponunt, quod potius Iudaicum, quam Ecclesiasticum spiritu haurire possunt ex his versionibus, imo iugulatas heres, & Iudaismum prostratum suscitare: siquidem ut Iudei tanquam male causæ paucani nunc haec, nuncilla pronunciant, nunquam sibi constantes, exempli gratia ps. 109. nunc ad Abrahā, nunc ad Ezechiam, nunc ad Salomonem referunt, & ad id incumbunt scriptis Tertull. contra Marcio. lib. 5. cap. 17. ut à Christo nos euocent, ita Moderni Hebraizantes Iudaismum instaurant, dum eundem psalmum (vt fecit Isidorus Claro) ad Dauidem referunt, ut non loquatur hic Dauid, sed alius Propheta de Dauide loquens. unde de Christo Domino ipsomet Christo interprete Matt. 22. interpretatio eluditur: & in titulo articulum genitium psalmus Dauidis in datiuum alij nasutuli mutant, ps. Dauidi, ut non sit sermo de Christo, sed de Dauid, cum tamen, ut dicit August. 17. de ciuit. cap. 17. tam clara sint verba de Christo, ut non solum infideliter, & infelicitate, sed etiam impudenter negentur. Insuper ita eiusdem psalmi versiculos vertunt, ut quicquid Patres contra Iudeos, eorumque Symmistas hereticos Arianos, Fortianos, Sabellianos, ex hoc psal-

mo protulerunt, eludatur. Ex illo versiculo. Tecum principium in die virtutis tuae. quem 70. transtulerunt ex fonte נְדָבָה בִּזְמַה הַלְּקָה legendo Himecha Nedaboch, quod verti potest, tecum principantes liberales, id est, tecum Pater, & Spiritus sanctus liberales in donis, ut exponit Chrysostom. In Gen. cap. 19. horn. 49. & ipsi 70. transtulerunt, principium, ad occultandum mysterium Trinitatis, insinuando tam, quod in principio filio, sit principium pater, ipsi legunt cum Iudeis Claro, & Vatablus Hameca Nebahod puncta variando, & vertendo, populus tuus liberalitatem, alludendo ad populum, aut exercitum, qui Dauid adiuvuit contra filium Saulis, ut exposuerunt Rabbi Dauid, & R. Abraham in dictione Nadab, & in dictione Racham, cum tamen Athanas. de fide sua lib. 1. Cyril. in cap. 23. Ioannis, Theodor. de curan. Græc. affectionibus, ex hoc loco probent, quod in filio sit pater, & illum ab æterno generavit. Præterea ex illo ver. לְתַלְיָדָךְ פֶּרְחָם מִשָּׁה transtulerunt 70. ex vtero ante Luciferum genuie, ex quo loco æternam generationem Verbi ex mente Patris vrgent Tertull. 5. contra Marc. cap. 17. Irén. lib. 3. cap. 6. Athanas. sup. Theodor. 2. de princip. Ambros. lib. 4. de fide cap. 4. August. in psa. 109. tamen ex mutatione punctorum R. Abraham, R. Joseph. R. Iehuda in dictione Rachā, & Sachar pro, ex vtero, vertunt, è vulua: ab aurora ros tibi natuitatis tuae, quos secuntur Claro, Vatablus, & alij extorquentes arma à Patribus Ecclesiæ ne Iudei, & Hæretici oppugnari possint, ut sensus sit, quem ad Dauidem referant, tibi fuit ros benedictionis in ipsa aurora, quando egredens es à vulua. Ex illo alio versiculo, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, vocem cohen dicunt Hebraizantes posse verti, Principem. Illud, secundum ordinem, volunt ex voce נְבָרָךְ nibrat posse verti, secundum morem, & vocem coniunctam Melchisedech diuidit Melchi-Sedech interiecta virgula, ut significet Regem iustitiae, & interpretantur Dauid.

Et si expendantur multa loca harum versionum non, tam varias versiones, quam inuersiones deprehendet, ut dicit Canus loco cit. & experientia comperit est.

Tertio, in nonnullis istis versionibus potius verbalibus, quam sensum exprimentibus, reperies innuera solēcismis aspersa, ut si diligenter conferantur, cum vulgata, cōfiteri necesse sit vulgatam nedū fidelissimam in sententijs, sed in verbis esse modernis istis aptiorem, clariorem, vberiorem.

Quarto, quia etiam si in nostra vulgata aliqua essent loca, quæ magis cōmodè verti potuissent à vulgato, non propterea religiosior esset noua editio, quæ ex nouandi libidine ausa est in vocibus minus claris, ac perspicuis, & huiusmodi veterem emendare, imo propter hoc quodammodo sacrilegij, & temeritatis est rea, quod trabem in oculo suo non videns, festucas de veteris interpretis oculo lucidissimo, manu temeraria leuare tentauit.

## C O N C L V S I O .

*In versionibus predictis, in ijs quæ repugnant  
vulgata, non continetur verbum Dei: in  
cæteris autem verbum Dei, tan-  
quam expositiōnibus, non tan-  
quam textu anthentico  
continetur.*

**R**espondeo dicendum, sicut dicit Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana cap. 11. quod suo tempore, qui scripturas ex Hebreo lingua in Græcam verterunt linguam, numerari possunt: latini autem interpres nullo modo. Ut enim cuique primis fidei temporibus in manus venit codex Græcus, & aliquantulum facultatis sibi met utriusq[ue] linguae habere videbatur, auctor est interpretari, sed quia ex multitudine editionū, & propter diuersitates interpretationum confusio oriebatur, ad originales linguas recursum habendū idem pronunciauit. Loquaciter autem S. Augustinus de suo tempore quando puriora erant, ut patet ex eodem loco. Et cap. 15. Italam interpretationem cæteris prætulit. Verum ut ibidem dicit Augustinus. Horum quoque Interpretum, qui verbis tenacius inhæserunt, collatio non est inutilis ad explanandam s[ecundu]m sentiam, & ut dicit cap. 14. plurimum hic quoque inuiae interpretum numerositas collatis codicibus, interposita, atque discussa, tantum absit falsitas.

Similiter dicendum est, quod nostris temporibus numerositas latinarum editionum reperiebatur, & iuxta peritiam quam habuerint linguarum nouas interpretationes cedere ausi sunt, sed omnibus istis vulgata editio à Concilio Tridentino prælata est ad dissidia componenda, ut non opus sit recurrere ad fontes Hebraicos, & (ut olim Itala) cæteris latini merito vulgata supereminet. Quare quicquid est in his versionibus contrarium, vel dissonum à communī vulgata, tanquam falsum, & adscititum respudendum est. Cuius ratio accipi potest. Primo, nā vñitas fidei pendet ex vñitate verbi Dei scripti, & non scripti: scriptura vñitas non seruatur, nisi una sit intelligentia, & interpretatio: vbi ergo multiplex est interpretatio, caue priuata, & propria per vñam, eamque communem, & publicam (si deuiait) dirigen da est: nam omne variabile per vnum immobile regulandum est. Secundo, quia ex vnius vocalē Græcē, vel Hebreæ oriuntur variae translationes quandoque inter se discrepantes, vel ergo omnes verae, vel omnes false: non omnes verae, quia non potest esse verum, quod diuersum est, ex Hier. præsat. in Iosue. non omnes falsæ, cum contrariorum, & contradicitoriorum vnum sit verum, alterum falsum. aliquā ergo oportet esse veram, aliquam falsam, sed quæ sit vera, quæ sit falsa discerni nequit à priuatis, cum vñusquisque interpretis suam iactet veriorem, se censore, ac iudice: optime vero promissum est de vera interpretatione (quæ est vñus ex Spiritu sancti charismatibus Ecclesiæ concessum) secundum quam ceteræ, si deuiant, corrigerentur. Tertio, quia si absque regulatione infallibilis huius editionis vni cuique liceret propriam cedere, nullus esset versionum finis, atque licentia, cum periculo nouitatis, & erroris, & destructionis Religionis, ex tam confusa,

& innumerabili varietate daretur, vnde Hier. de sui quoque temporis temerarijs interpretibus conquerebatur dicens præfat. in Iosue. *Apud Latinos tot sūt exemplaria quōd codices, cum vñusquisque pro arbitrio suo vel addiderit, vel subtraxerit, quod ei visum est.* Quarto, quia si vñusquisque versor pro verbo Dei obtrudit suam versionem, dum ab omnibus versoribus Ethnicis conuenitur, à nullo conuenitur, & incertus hæredit Gentilis, cui interpretationi fidat. Similiter à nullo scripturæ loco patietur Hæreticus euinci, aliam versionem obtrudens. Ergo si dubitatio verbi Dei in animo Ethnicorū, & ipsorum fidelium accedit ex versionum multitudine, ut immobili, & firma sit fides, nutantes versiones per immobilem, & invariabilem vulgatam corrigendæ sunt, & emendandæ: nec vlo modo illis accommodada fides, nam in fidem sub prætextu fidei consipit, quare illis intercludendus aditus, ut equo illi Troiano, qui exitum vrbi inuenit, ut merito ille clamarit. *Equo ne credite Teucri.*

Si verò in editionibus istis sunt quidem diuersi sensus non pugnantes, vel sensuum explicationes, quæ in vulgata editione habeatur, tunc ut dicebat Augustinus, talium interpretum, qui verbis tenacius inhæserunt, collatio non est inutilis ad explanandam sententiam, vnde tales in interpretes respectu vulgatae tanquam commentatores, & expositores habendi sunt, & in illis quoque diuinum eloquium non tamen tanquam in textu authentico continetur.

## Solutiones oppositionum.

**A**d primum dicendum, editionem Pagnini magnam meriti laudem in ijs locis, quæ lucem afferunt ad vulgata explicationem, propter quem finem tales laborem suscepisse confitetur dicens in epistola ad Clem. [verbum verbo reddimus, ut arcanis quantum fas est litteris deferremus, simul ac ijs, qui Hebreas perdiscere cupiunt litteras, faceremus satis, priphrasit tamen nonnunquam vt opus fuit, quod sensus alias commodè exprimi non potuit, quod omnes fecerunt interpretes, præcipue D. Hieronymus] & postea [ si Hieronymum pro nostra virili defendimus, quem vt sanctum, & peritissimum, & colimus, & adoramus, cuius editionem in veteri instrumento, neque conuelliimus, neque damnamus, neque mutamus, neque calumniamur vlo pacto, quanquam ab illo plerisque dissentimus in locis, quod & alijs euenerit doctoribus, qui in summa christiana fidei co-sentientes, ac aliud legunt, ut Cyprianus, ut Hilarius, ut Ambrosius, &c.] Verum quia nullum opus humana industria fabrefactum est, quin lima indigeat, & suos non habeat neuos, certè in ijs locis, vbi videtur ab interprete vulgato dissentire corrigendus est, & blandè, & humaniter excusandus: non autem inurbaniter puncturis stimulandus, cum in eadem præfatione videamus, non solum dicendi diligentiam, sed etiam dicendi modestiam, dum dicti se promptum ad palinodiam scibi lapsus fuerit, se, & suæ Academæ Parisiensis censuræ, & Ecclesiæ Catholicæ iudicio subiiciendo. Sanctis patrocinium suscepit Arias Montanus commentatione de varia liberorum scriptione, & commentatione, contra Erostratum, qui apertum bellum contra Pagninum suscepit

Incepit, & distinguit duplex esse genus translationū quoddam sensus, quoddā verborum simplicitatem respiciens. Primā vertendi rationem, quæ omniū est optima interpretē vulgatum esse assentum, ait. Secundam neminem hactenus, nisi Pagninum assentum esse, & hanc diuersam interpretandi rationem malestātem diuinā scripturā attestari, docet te Prologus Ecclesiastici, vbi dicitur. *Hortor cum benevolentia, & attentiori studio lectionem facere, & veniam habere in illis, in quibus videatur sequentes imaginem sapientiæ, & deficere in verborum compositione.* Nam deficiunt verba Hebraica, quando fuerint translatā in alteram linguam. Non autem solum hēc, sed ipsa lex, & prophetæ ceteraque aliorum librorū non paruum habent differentiam quando inter se dicuntur. propterea quod vna opera præstitum non est, diuiso labore molitum est, ut unus primus, alter secundum interpretandi genus sequeretur, ut dictū est, vnde subdit idem Arias, tantum abest ut haec duo interpretandi genera sibi aduersentur, ut mutuo se iuuent, atque lectoribus magnum fructum subministrēt. Et respondet Arias ad multas notas, & obiectiones Erostrati dicendo pro Pagnino, pugnantes non esse vulgatae, & Pagnini lectiones, sed diuersas & quæ mutuo conciliari possunt. Fatetur tamen idē Arias multa deprehēdi in Pagnino, quæ ad textum Hebraicum accurate examinata, nec recte conuersa multi docti indicarint. Hæc ex Arias Pagnini Hyperraspiste. & per hæc patet ad confirmationem.

Ad secundum, Biblia Clari iam restituta, & corrigēta in quantum faciunt ad vulgatæ intelligentiam, admittuntur, & in quantum sensus, qui in ea continentur, non repugnant translationi vulgatæ.

Ad tertium. contrarationem veri interpretis est reddere verbum verbo, ut diximus, cum potius sensus sensui reddi debeat. vnde in hoc Caius. tanquam bonus Homerus dormitauit, qui nec erat à quibusdā tanquam Rabbinicuſ, soleucus, & barbarus (sic enim eum carpit Gretzerus tom. 1. in Bell. pag. 946.) exulcerandus, cum de Christi Ecclesia sit benemeritus: & ut dixit Augustin. de Cypriano 2. contra Donat. cap. 8. sciebat multa singulis in melius reuelari, & debere unumquemque non pro eo, quod semel imbiberaſt, & tenebat, pertinaciter congregari, sed si quid melius, & utilius extiterit libet amplecti. quod pculdubio fecisse, si plenarij Concilij Tridentini tempora vidisset.

Ad quartum. Omnes aliae versiones differentes à vulgata secundum sensum eidem que ē diametro repugnantes vanæ sunt, & false, cum vna sit regula fidei, quæ autem vulgatam explicant atque corroborant, veræ sunt, cum hac tamen differentia, quod sensus isti non repugnantes vulgatae probabiliter continent verbum Dei: vulgata vero infallibiliter, ut piaculum sit atque hæresis, illam quocūq; prætextu rejicare.

Ad quintum. Laudatur diligentia, & labor priuatorum huiusmodi interpretum, quæ intantum recipitur in quantum vulgatam enucleant, atque propugnant, vbi vero ab illa discrepant, illa potius corrigendi, quam quod vulgata per ipsos debebat emendari.

## ARTICVLVS SECUNDVS.

*An sit expediens ipsam vulgatam cultiori lingua edere.*

### Positio Nouatorum.

**G**entilium vox erat aduersus scripturas nostras ex Arnobio lib. 1. contra Gentes, quod barbarismis, & solœcismis obsitæ essent. Hos ē vestigio sequuti sunt Nouatores illudendo vulgatae, quod sit solœcismis, & barbarismis referta, sic Valla, Erasmus, & Seṭtarij, inter quos Vvitakerus, Beza, Hunnius, & Mortonius Anglus in sua Apologia. Alij sunt, de quibus dicit noster F. Melchior Canus lib. 2. de locis cap. 15. versus finem, quibus quoniam noui testamenti antiqua versio parum elegans. & culia est, placet maxime, ut illa submota in illius locum latinior alia succederet.

### Oppositiones eorundem.

**A**rguitur primo, ex Vvitakero, nam Gen. 42. 13. ponitur hic solœcismus, aliis non est semper, & Gen. 21. non audiui preter hodie. Hunnius verò ex psalmis alios barbarismos, & solœcismos objicit. Ex psalm. 34. vbi particula gratis, inepite ponitur cum dicitur, quoniam gratis absconderunt mibi interitum laquei sui, pro sine causa, psal. 51. intransituum pro transitu usurpavit, emigrabit te, pro emigrare faciet te de tabernaculo tuo. & psalm. 59. partibor Sichimam, & conuallem tabernaculorum metibor, pro metior. psal. 76. scopebam spiritum meum, scopare non est latinum, psal. 77. attendite popule meus, pro popule mi, ibidem, excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino, vbi deponens crapulatus pro passiuo positum est, ibidem alijs barbarismos est plenum psalterium nam psal. 77. dicitur, de postfactantes accepti eum, psalm. 88. memorare, quæ mea substantia, pro memento, Hunnius psalm. 125. in conuertendo Dominus captiuitatem Syon, Vvitakerus item psalm. 67. benedictus Dominus die quotidie. Similiter & varia tempora, à verbo odiui, ut odientes odite, quæ reperiuntur in psalmis, objicit idem

Amplius in novo testamento, Matt. 5. quicunque te angariauerit mille passus, vade cum illo alia duo, batbatismus est in verbo, angariare. solœcismus est cum dicitur, vade cum illo alia duo, quid, num pas-sus? Erasmus, & Hunnius.

Matt. 20. *Principes gentium dominantur eorum,* dupli errorre notatur hæc clausula, quod genitius eorum, debeat dicere earum, nempe gentium, & verbum dominari, quod iungitur cum tertio casu iunctum sit secundo, Beza, Hunnius. cap. 22. *impletæ sunt nuptiæ discubentium pro discubentibus.* item, & ibidem, neque nubent, neque nubentur, vulnus iaf. 6. Prisciano, iterum ludit Hunnius. Nubent, inepite ponitur (ait Beza) cum sit mulierum.

Luc. 21. *omnis populus manicabat ad eum,* verbum latinum non esse ex S. Augusti. q. 46. in Iudicium dicit, Erasmus, Hunnius.

Cap. 23. *Ventreſ, qui non genuerunt, hallicinatum clamat Erasmus, & Hunnius, eo quod noīx, id est*

ventres apud Græcos sit feminini generis. Similiter in latino sub eodem genere sint positi.

Ioann. 4. non contundit Iudæi Samaritanis, in nullo vocabulario reperi verbum cœtorum dicit Hunnius, & cap. 14. maiora horum faciet pro maioribus faciet. Hunnius. Erasmus vero ait interpres per obliuionem reliquit genitum Græcum.

Act. 3. Pœnitentia igitur, &c. solecismus est manifestus.

Act. 8. multi eorum, qui habebant spiritus immundos clamantes voce magna exhibant, qui exhibat, an ipsi vexati à spiritibus immundis? Erasmus & Hunnius.

Act. 10. hoc autem factum est per ter. grauis alapatus infigitur bono Prisciano, dicit Hunnius, & vertendum erat, ad ter, ex Erasmo, vel tertio.

Act. 21. pro verbo persuadere simplex verbum, suadere retinuit interpres, & illa sententia, q̄ habet.

In Act. 20. beatus est magis dare quā accipere, interpretari violata latinitatis accusat Erasmus.

Iacobi 1. intentator, malorum dicitur Deus, cum tamen intentator malorum sit potius, qui intentat alii mala dicit Hunnius.

Secundo principaliter arguitur, quia puritas cum puritate coniuncta eam magis auget, & emaculatus opus ceditur. cum ergo potissima sit in sententia scriptura, puritate sermonis quoque nitere debet, ac selectibus vocabulis latinis, & tropis Rhetorū adornari.

Confirmatur, nam Esaiæ scriptura ceteris Prophetis antefertur, quippe, ut dicit Hieronym. prol. in Esai. vir nobilis, & urbanæ eloquentia, nec habens quicquam in eloquio rusticatis admixtum, ita prætaret versio versioni, que modo circumfertur, si latinitius redderetur, & solecis, ac barbaris vocibus non esset permixta.

### Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo authoritas Apostoli 1. Cor. cap. 2. que supra etiam allegata est, sibi habet [sermo meus, & prædictio mea non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, &c.] & iterum [non enim in sermone est Regnū Dei, sed in virtute] vbi apparatus verborum non curando evidentissime docet in sacrâ litteris interpretandis.

Amplius psal. 11. eloquia Domini eloquia casta, &c. non igitur fucatus calamitatis meretricio more correspondunt sunt: nec enim feminam honestam, nisi castus ornatus decet.

Secundo principaliter ex Patribus S. Hieronym. lib. 2. ep. ad Galat. ai. [Hebræus igitur ex Hebreis, & qui effet in vernaculo sermone doctissimus profundos sensus aliena exprimere non valebat, nec curabat magnopere de verbis, cum sensum haberet in tuto] idem S. Hieronymus epistola ad Eustochium, testatur propter fastidium, quo afficiebatur inulti sermonis scripturarum ad Tribunal iudicis petractum vapulasse, illique obiectum. ciceronianum, & non christianum esse.

Ambrosius in Lucam cap. 2. explicans illud Esai. [cognovit bos possessorum suum, & a sinu pœse domini sui] imo præcepit dixerim sicut scripsit qui transluit: nihil enim apud me distat in verbo,

quod non distat in sensu. Nam si orator illorum, qui phaleras sermonum sequuntur, negat in hoc fortunas positas esse Græcia, hoc, an illo verbo usus sit, sed rem spectâdam putat: si ipsi philosophi eorum, qui totos dies in disputatione consumunt minus latinis, & receptis vsi sermonibus sunt, vt propriis videntur, quanto magis nos negligere verba debemus, spectare mysteria, quibus vincit sermonis vilitas, quod operum miracula diuinorum nullis venustata sermonibus veritatis suæ lumine resulserant.]

Sanctus Augustinus 3. de doctrina Christiana, cap. 3. tractans illum locum psal. [non est occulatum os meum à te, quod fecisti in occulto] ait non posse intelligi [si os pro offe, an pro ore] accipi debeat, nisi Græcus codex aspiciatur, & cōcludit [vnde plerumque loquendi consuetudo vulgaris vtilior est significandi rebus, quam integritas litterata. Malè quippe cum barbarismo dici, non est absconditum à te ossum meum, quam vt ideo esset minus apertum, quia magis latinum est] & lib. 4. cap. 10. ait, quod [evidentia diligens aliquando negligit verba vtiliora, nec curat quid bene sonat, sed quid bene indicet, atque intimet, quod ostendere intendit. Vnde ait, quidam cum de tali genere locutionis ageret, esse in ea quandam diligentem negligentiam. Nec ramen sic detrahit ornatum, vt fortes non contrahat. Quamvis in bonis doctoribus tanta docendi cura sit, vel esse debeat, vt verbum nisi obscurum sit, vel ambiguum, latinum esse non potest, vulgi autem more sic dicitur, vt ambiguitas, obscuritasque vitezur, non sic dicatur, vt à doctis, sed potius vt ab indoctis dici solet. Si enim non piguit dicere interpres nostros. Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, quoniam senserunt ad rem pertinere, vt eo loco pluraliter enunciaretur, hoc nomen, quod in latina lingua tantummodo singulariter dicitur. cur pietatis doctorem pīgeat imperitis loquentem, oīlum potius quam os dicere? &c. Quid enim prodest locutionis integritas, quam non sequitur intellectus audientis, cum loquendi omnino nulla sit causa, si id quod loquimur non intelligunt, propter quos vt intelligunt loquimur] lege eundem 2. de doctrina Christiana cap. 13. elegantissime differentem.

Et 4. lib. de locut. sacræ script. exponens illud Numer. 18. [omnis primitia olei, & omnis primitia vini, & tritici primitia eorum quæcumque dederat Domino, tibi dedi ea] secundum versionem antiquâ italicâ ait, quod [interpretes non primitias, sed neutrum genus intulit, quod quidem fieri absoluta locutione etiam in lingua Latina solet. Neq; hoc quod dictum est, primitia latinum, videtur, primitia quippe numeri tantum pluralis dici solent, sed si potuerunt interpres nostri transferre, quod in Græco non inuenierunt. Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus] & alio loco. [Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus, cum sanguinis in latina lingua sit tantum singularis, cui etiam hic pīget, & singularem numerum primitia, sicut habet Græcus exprimere? aliqui tamen interpres primitias translulerunt, &c.] hęc illæ P. & præfricā horum Seclariorum audaciam longe præuidens Augustinus sic carhechizandos instruens rebelles, repremisit. [Sunt, inquit, quidem de scholis visitatissimis Grammaticorum, oratorumq; venientes, quos neque inter idiotas numerare audeas, neque inter illos

illos doctissimos, quorum mens magnarum rerum est exercitata questionibus. Hi qui loquendi arte certis omnibus excellere videntur, cum veniunt, ut Christiani sint, hoc amplius, quem illis illiteratis impartire debemus, quod sedulo monendi sunt, ut huius militate induti Christiana discant non contemnere, quos cognoverint morum virtutem, quam verborum amplius deuitare, & cordi casto linguam exercitatem, nec conferre audeant, quam etiam præferre consueuerant. Maximè autem isti docendi sunt scripturas audire diuinam, ne sordeat eis solidum elequium, quia non est inflatum. His enim maximè vtile est nosse, ita esse præponendas verbis sententias, ut præponitur animus corpori. Ex quo fit, ut ita male debent veriores, quam disertiores audire sermones, sicut malle debent prudentiores, quam formosiores habere amicos. Nouerint etiam non esse vocem ad aures Dei, nisi animi affectum. Ita enim non irridebunt, si aliquos antistites, & ministros Ecclesie foreranimatorerint, vel cum barbarismis, & solēcismis Deum inuocare, vel eadem verba, quæ probunqiant non intelligere perturbanteque distinguere. Non quod ista minimè corrigenda sint, ut populus ad id, quod plane intelligit, dicat Amen, sed tamen pie toleranda sunt ab eis, qui didicerunt, ut sono in foro, sic voto in Ecclesia benedici. Itaque forensis illa nonnunquam fortè bona dictio, nunquam tamen benedictio dici potest.]

S. Gregor. præfat. in lob. [Non Metacismi collisionem fugio, non barbarismi confusionem deuicti, situs, motusque propositionum, casusque seruare contemno, quia indignum vehementer existimo, ut verba cœlestis oraculi restringam sub regulis Donati. Neque enim hæc ab illis interpretibus scripturaræ sacre auctoritate seruata sunt, ex quo nimis, quia nostra expositio oritur dignum profecto est, ut quasi edita soboles speciem matris imitetur.]

Prosper lib. de prædictionibus temporum [ea], inquit, perspicua est iudicata latinitas, quæ res simpliciter enunciari, non quæ phalerorum verborum amaritatem luxuriat, quando non res pro verbis, sed pro rebus significandis verba sunt instituta] hæc ille.

Arnobius obiectiōibus Gentilium circa nostram scripturam satisfaciendo, ipsos pariter Nouatores eorum vestigia insectando confutat [sed ab indoctis hominibus, & rudibus scripta sunt, & idcirco non sunt facili auditione credenda] sed respondet. [Videne magis hæc fortior causa sit cur illa non sini vilia coquinata mendacijs mente simplici prodita, & ignata lenocinijs ampliare] rursus obiectiōibus [trialis, & sordidus sermo est] respondet [nunquam enim veritas sectata est fucum, nec quod exploratum est, & certum, circumduci se patitur orationis per ambitum longiore, &c.] verum ijsdem obiectiōibus. [Barbarismis, & solēcismis oblitæ sunt res vestrae, & vitiorum deformitate pollutæ] responderet. [Puerilis sanè, & angusti pectoris reprehensio, quam si admitteremus, vt vera sit, abiciamus ex viibus nostris quorūdam fructuum genera, quod cum spinis nascuntur, & purgamentis alijs, quæ nec aere nos possunt, nec tamen impediunt perfungi nos, eo quod principaliter antecedit, & saluberrimum voluit esse natura. Quid enim officit d' quæso aut quam præstat intellectui tarditatem, vtum ne quid leue aut hirsuta cum asperitate promatur? inflecta-

tur, quod acui, an acuatur, quod oportebat inflecti? aut qui minus id, quod dicitur verum est, si in numero peccetur, aut casu, præpositione, participio, coniunctione, pompa ita sermonis, & oratio missa per regulas concionibus, litibus, loto, iudicijque serueretur, deturque illis, imo, qui voluptatum delinquentes, omne suum studium verborum in lumine contulerunt [& infra] quanquam aut in mundi constitutionibus lex scripta, ut hic parties dicatur, aut hec sella, cum neque sexum habeant feminini generibus masculinisque discretum, neque quisquam docere doctissimus ne possit ipsum hic, & hæc quid sint, aut cur ex his unum sexum virilem designet femininis generibus, id quod sequitur applicet. Huma na ista sunt placita, & ad usum sermonis faciendi non sanè omnibus necessaria. Nam & hæc parties forsitan, & hic sella dici sine vila reprehensione potuissent, si ab initio sic dici placuisse, & a sequentibus sculis communis in sermocinatione seruatum. ] Sed & idem Arnobius eosdem delicatulos, & compros Grammatulos proprio mucrone debellat, nam Ad hominem insurgens contra huiusmodi ibidem subdit [& tamen o' isti, qui pollutas res nostras virtutum criminamini stirpiliges, & vos istas libris illis in maximis atque admirabilibus non habent? nonne aliud hæc vtria aliud dicitis hios vires? celus, & celum, non item filius, & filium, non item crocus, & crocum, non item fretus, & fretum, non itē apud vos positum hoc pane, & hic panis, hic sanguis, hoc sanguen, candelabrum, & iugulum ratione eadem, ingulus, & candelaber, nam si singula nomina non possunt genera plura habere, quam singula: neque eadem possunt esse huius generis, vel illius, genus enim transire in genus alterum non potest. Tam peccat, qui genera masculina femininis pronunciat legibus, quam ab eo peccatur, qui articulos masculinos feminini generis anteponit, atqui vos conspiciimus, & res masculinas feminines, & feminas masculinæ, & quas dicitis esse neutras, & illo, & hoc modo sine vila discretione depromere. Aut igitur nulla est culpa differenter his vti, & frustra nos dicitis solēcismorum obscuritate deformes, aut si certum est singula, quibus debeat ratione explicari in similibus viijs, vos quoque versamini quamvis Epi cados omnes, cæsellios, Verrios, Scauros teneatis, & Niphos. ]

Tertio principaliter probatur ex extetis scriptoribus: nam ipse Ciceron dixit, pro nouis rebus noua inuenienda esse vocabula. unde & ipse Ciceron multa in nominibus nouauit, & Catone, Varrone, Brutum, ut idem fecerant, hottatus est, vnde Horatius.

*Et noua fistulaq; nuper habebunt fidem, si Greco fonte cadant parce detorta, quid autem. Cæcilio, Plautoque dabit Romanus ademptum Virgilio, varioque, ego cur acquire pauca Cū possim inuidor? cum lingua Catonis, & Enni Sermonem patrium ditauerit, & noua verum Nomina protulerit, licuit semperque licebit Signum præsente nota, producere nomen.*

Ex Mureto lib. 16. variarum lectionum cap. 15. qui addit. Vnde ex Ciceroni vocabulum fingere licuit, quod ni alys alia ad eundem modum postea liquevit, &c.

Multò magis licuit interpreti ad exprimenda diuina

diuina mysteria noua vocabula reperire, etiam si in  
vetustis latinis authoribus non legerentur.

Lucullus in suis historijs, quò eas facilius proba-  
ret, *Romanū hominis esse barbara quædam, & solæca  
ad perspicere dicebat.*

Galenus quoque tradebat, *neminem prorsus ob ora-  
tionis solæcismos, & barbarismos reprehendendum.*

Cicero quoque monere solitus erat, cum ē Græco  
transferebatur nouæ voces non vñstatæ, quod vñ, ac  
confuetudine mollirentur. Non ergo vt barbarus  
debet notari interpres noster, si vel peregrinas voces  
emolliuit, vel proprias, vt ciuis habens Latij priui-  
legia decorarit, tot sacerdorum vñ iam probatas, at-  
que conseruatas.

Horatius quoque tradit plurimas voces antiqui-  
tate obsoletas tandem nouiter insurgere.

*Vt folia in sylvis pronus mutantur in annos  
Prima cadunt, ita verborum veius interit etas,  
Et iuuenium ritu florent mode nata, vigentq;  
Vnde munus veri Poetæ etiam describens subdit.*

*Obscurata diu populo bonus eruet, atq;  
Proferci in lucem speciosa vocabula rerum,  
Qua præcis memorata Catonibus, atq; Cethegis  
Nunc situs informis præmit, & deserta vetustas.*

Et Manutius aduertit multas Ciceronis elocu-  
tiones perijisse cum perierunt scripta, in quibus illi  
dicendi modi haberentur, quæ si aliquis modo pro-  
ferret in lucem proferendo authores aut Ciceronia  
ni laudandus esset.

Si prophano Poetæ hoc licet, cur non sacro inter-  
preti? Si laudatur proferens antiqui eui vocabula; ;  
laudandus interpres, qui ea dixit, quæ etiam anti-  
quiores usurparunt: vel saltē etate Hieronymi scrip-  
tores Latini usurpabant: talia sunt *angariare*, & si-  
milia, de quibus infra, & multò magis cum ipsi No-  
uatores euincere non posint, ob veterum scriptorū  
iacturam, deperditionem factam latini sermonis, &  
obliuionem nunquam passa usurpata vocabula, quæ  
im pugnant.

Quarto principaliter probatur rationibus. pri-  
ma, quia ex hac inconcinnitate, scripturæ maiestas  
comprobatur, quæ omnem eloquentiam superans,  
omnem elaborationem pariter absumpsit humana: ergo optimè curauit interpres, ad solam vim senten-  
tiarum attendendo, pulchritorem eloquentiam in-  
sua maiestate absque fuso relinqueret. vnde Budæus  
lib. 5. de axe sic dicit [ *sacra enim scripta omnē haud  
dubie elocutionem mentis humanae vincere intel-  
lexit S. Nazianzenus, quamlibetque figuris distingue-  
re orationem, ac multiplici eloquio laboratam, tamen  
præ dinini sermonis vi, ac fulgore obscurari, atque  
elangescere. ego quidem certè in ea sum opinione  
vt existimè tropos oratorios multò sublimiores, ef-  
ficacioresque in sacra lectione inueniri, quam in  
prætorum Græcorum, Latinorumque monumentis,*  
postea oratorium phrasim fieri, & lectionē mul-  
to locupletiorem: sed id persuaderi ijs vix potest, qui  
humanorum scriptorum lepore, ac suavitate capti  
horridi statim, & refractarij stylī lectione deterren-  
tur: neque verò concinnitatem eloquentiæ in sacro-  
sanctis libris requirere, sed vim sublimitatemque  
sententiarum consecutari debemus. ]

Secunda, quia cum nucleus scripturæ, & non ver-  
borum folia attendenda sint, merito idem dicit, *sidem Deus arcere prophanos voluit ab oraculis*

suis, qui orationis pigmenta, & elegantie lenocinia  
non sensus arcani, & mystici nucleus eliciendum  
putant.]

Tertia, quia interpres Spiritus sancti stylum etiā  
sequi debebat. at temperatur autem Spiritus sanctus  
similitudinibus, & rebus inferioribus diuina sacra-  
menta tradēdo, & explicādo, ergo etiam decens fuit,  
vt interpres verbis condescēderet humanis, vt inef-  
fabilia humano modo, & more loquens ad notitiā  
hominum dederet, & manifestorem sensum le-  
gēribus præberet, etiam si Grammaticas regulas nō  
seruasset.

Confirmatur, quia scripsit Aristot. 2. topicorum  
in vñ verborum sequendam esse vulgi consuetudinem,  
vt *salubre* vocandum esse, quod valet ad sa-  
nitatem efficiendam; & iterum 1. ethicorum, ait,  
*nominibus utendum, vt plures* fuerint etiam, & cui-  
que seculo sicut virtus, sic & verba sua, & nihilomi-  
nus per communem intelligentiam à virtuosa locu-  
tione propter conuictum, neque abstinentum fuit,  
sed seruata lex illa. *Vtere verbis presentibus: non er-  
go dedecuit interpretem se demittere propter no-  
itram utilitatem, propter quam etiam scripta sunt.*

Quarta, quia vt bene dicit Atnobius loco citato  
cum de rebus agitur ab ostentatione subnotis [ quid  
dicatur, spectandum est, non quali cum amēnitate  
dicatur, neque quod aures commulceat, sed quas af-  
ferat audientibus utilitates: maximè cum sciamus  
etiam quosdam sapientiæ deditos non tantum abie-  
cisse sermonis cultum, verum etiam cum possent or-  
natius, atque vberius eloqui, triuiale studio humili-  
tatem secutos, primo corrumpent, scilicet grauitatis rigorem, & sophistica se potius iactatione ostē-  
tarent. Enim verò dissoluti est pectoris in rebus se-  
rijs querere voluptatem, & cum tibi sit ratio cum-  
malē se habētibus, atque ægris sonos auribus infundere  
dulciores, non medicinam vulneribus admo-  
vere.] multò magis hoc præceptum seruare debuit  
noster interpres.

Quinta, quia non tam Spiritus sancti, quam spi-  
ritus mundi odorem scriptura spirasset, & plus elo-  
quentiæ, quam virtuti Dei tributum esset, vbi per  
scripturarum affectatam elocutionem triumphum  
de hostibus reportare contigisset, cum tamen op-  
positum contingat, dicente Chrysostomo hom. 46.  
in imperfect. Matthæi. [ *Propterea omnia verba  
diuina quamvis rustica sint, & incōposita viua sunt,  
quoniam intus sensibus suis habent positam verita-  
tem Dei, quasi sanguinem in venis inclusum: & ideo  
viuificant audientem, sicut testatur Petrus ad Chri-  
stum dicens. Quo ibimus verba viua habes. Omnia  
autē verba secularia, quoniam non habent in se vir-  
tutem Dei, quamvis sint composta, & ingeniosa  
mortua sunt] vnde sapientissime noster F. Melchior  
Cano 2. de locis, loco citato contra ipsos paraphasi-  
cos Ciceronianos, eorumque similiū Latinizatiū,  
similes versiones affectantium sic inuehitur. [Qua-  
mobrem ingenuè dicam, ne illos quidem probare  
vñquam potui, qui paraphrases latinas, & elegantes  
in sacras litteras ediderunt. Cum enim personam  
Christi, Paulinæ loquentes assumunt, quo elegatius  
nitidiusque eloquentur, eò minus illorum spiritum,  
& maiestatem seruant, atque adeo rei quodammodo  
sunt lēsi spiritus, & maiestatis. certè quod olim  
puer magno assensu virorum sapientum dixi, sicut  
Chri-*

Christus, aut Paulus istorum mihi lingua loquerentur, nec Christus mihi, nec Paulus essent. Non est nitidulus Christus mihi crede, non est compulus, nec elaboratè ornatus, Paulus verò non scientia illa quidem, sed sermone imperitus est tamen. Permitte Christo igitur linguam suam, linguam suam permitte Paulo: utraque enim calamus est scribē velociter sribentis, non ad singula verba, & apices elaborantis] hæc ille.

Sexto, quia latior campus ad hæreses inueniendas aperiretur, sub verborum enim lenocinijs scripturas peruertendo hæreses instillarent, quod & experientia didicimus. Nam vt benè notat Genesius Sepulueda lib. 1. de lib. arbitrio contra Erasmum. [Quādiū Germania more patrio grauioribus disciplinis intenta, rebus rerumque solide cognitioni, non verborum inanī garrulitati, ac sermonis lenocinijs studebat, proueniebant in ea acutissimi mathematici, perspicaces Philosophi, Theologi grauissimi, honestissimi, religiosissimi, vt non modo vera doctrina, sed etiam optimis moribus, ac exemplis ad homines instituēdos, & vera religione imbuedendos essent instructi.

Postea vero, quamvis optimis disciplinis ceptum, est à leuiculis quibusdam hominibus Latini, Graciique sermonis, ac dicendi facultati accuratius indulgeri, prouenere malo prauoque ingenio quidam, qui maledicorum impiorumque scriptorum commercio facilè omnem impietatem caninamque maledicentiam imbiberen, seque ad mortum pessima quæque via, multo etiam magis quam ad eloquentiae virtutes, dociles exhiberent. Itaque non hominem tantum, sed etiam Dei contemptores esse. Et, quantulacumque dicendi facultatem comparuerant, hac ad omniem religionem tollendam abuti cœperunt, quorum partim iactatæ voces, partim scripta, sic Germanæ iuuentuti latitans venenum infundebant, vt paulatim corruptos animos ad scelus impietatis concipiendū commodissimè præpararent.] Hæc ille.

Vltimo principaliter ad hominem, nam contra istos hereticos acerrimè Albericus Gentilis Iureconsultus Caluinista libro de Latinitate veteris Bibliorum versionis malè accusata dicit [vetus interpres, quo facilius probaret ex Hebræo, & Græco textu probè translationem suam se consecuisse, idcirco Barbara nonnulla, & solœca intexuit, quod olim à summis virtutis factum] & allegat Luculum, Galenum, ubi supra, quorum quidem libri in solœcizantes compositi, ait, non extant, allegat etiam Hieronymum [& Hieronymus sic, propter simpliciores multum in sermone deiiciendo laborauimus. Quid cum Apostolis Cicero? omnia munda mundis] & in fine. [Et nunc istam disceptationem absolu vellem, nostros Theologos non nugari cum Pontificijs] hæc ipsorum proprius Propheta, cui si obtemperarent, de his næpiis non quæstionem mouerent.

## C O N C L V S I O.

Nec ipsa vulgata cultiori lingua edenda est etiam si a Nouatoribus, vt soleca, & barbara traducatur.

R Esondeo dicendū sicut supra dictum est, quod sicut Spiritus sanctus scripturarum dignitatē feruauit, altiora mysteria inuolucris texendo, & diuina eloquentia, & sententiaturum pondere eam exponendo, vnde nedū sapientes, sed & eloquentes supra eum Augustino demonstrauimus extitisse scriptores, canonicos, amanuenses Spiritus sancti: ita nostræ vitiati consuluit sensibilius similitudinibus, & simplici dictione diuina referendo. Eodem prorsus modo ab interpretibus sacra scripture prefatum est in transferendo, vt sacra testam maiestatem in dicens genere grandiloquo seruirent, non quidem eloquentia ventosa, sed solida, qua nec ipso decreta alia, nec alios ipsa, vt de iisdem scriptoribus scribit Augustinus 4. de doctrina Christiana cap. 6. Verum quia nedū etiam utilitatem nostram respexit interpres noster vulgatus, cum grandiloquo dicendi genere submissam immiscerit, vt illo maiestas scripture seruaretur, isto nostræ utilitati consuleretur, & etiam libenter, & obedienter audiretur, vt enim dicit Augustinus ibidem cap. 16. quid agimus diuinis testimonys docendo, quod dicimus, nisi vt obedienter audiatur: idem vt credatur eis opitulante illo, cui dictum est, testimonia tua credibilia facta sunt valde, quid etiam cupit, nisi credi, qui aliquid licet submissio eloquio dissentibus narrat, & quis eum velit audire, nisi auditorum nūnulos etiam suavitate deinceat? nam si non intelligatur, quis nesciat, nec libenter cum posse, nec obedienter audiri: ita à fortiori, vt scriptura caperetur, & cū obedientia auscultaretur, submissum dicendi genus absque verborum apparatibus assumptū est, & cum graditate, & eloquentia (posita in figuris potius sententiariis, vt dictum est supra, quam in verborum calamistris) conglutinandum erat, & ad eundem finem nedū inornatis verbis, & incompositis, vti licuit, sed etiam solœcismis, & barbarismis ad exprimendam rerum veritatem, nam, vt ibidem annotat idem Aug. plerumque autem dictio ipsa submissa dissoluit difficillimas quæstiones, & inopinata manifestatio demōstrat, dum sententias acutissimas de nescio quibus cauernis, vnde non sperabatur erunt, & ostendit, dum aduersarij conuincit errorem, & docet fasum esse, quod ab illo videbatur inuictum, quod experientia iu vulgata cernimus: magis enim ex verborum simplicitate, inconcipitate, solœcismis, & huiusmodi, veritas ex intimis eruitur, & falsum cōfutatur, quā fuso erui posset, falsumq; cōvinci. Et magis ferit euaginatus simplex, & nudus gladius spiritus, quod est verbum Dei, quam si vasina ornaretur: ipsa que submissio dicendi, vt concludit idem Aug. non quia neque incedit ornata, neque armata, sed tanquam nuda congreditur, ideo non aduersarium neruis lacertisque collidit, & obtinentem subruit, ac destruit membris fortissimis falsitatem, nullo ergo modo interpretus vulgati dictio etiam si minus cōpta, damanda est, nec per comptiorem emendanda est versionem.

Solu-

## Solutiones oppositionum.

**A**D primum ex Gen. 42. *Et alius non est super.* Respondeatur, quod Virgilius 3. Aeneid. illam phrasim etiam usurpauit, *o mihi sola mei super Astynatis imago, & Valerius, nec spes villa super:* illud vero Gen. 2. *præter hodie, æquualet huic, præter quā hodie.*

Ad obiectionem ex psal. 34. & si vox *sopœav* propriè opponatur mercedi, & precio apud Ciceronem oratione pro Cluentio seruire alicui gratis, & apud nos tres Mat. 10. gratis accepisti *sopœav* ελαθέτε; usurpati etiam solet pro eo, quod est absque causa, ad quod significandum satis est usus ex accommodacione: secundum quam acceptionem Euangelista Ioannes locutus est cap. 25. citans illum psalmum ex versione 70. *quia odio habuerunt me gratis,* ubi Erasmus etiam vertit *frustra*. Iple quoque Beza illud Gal. 2. *Igitur sine causa Christus mortuus est,* vertit ex voce *sopœav*, vnde sicut vox ista ex prima impositione significat negationem precij, ex accommodatione merito usurpata est, ad significationem negationis cause, & non tantum attendendum, à quo nomen imponitur, docet non semel S. Præceptor Thomas Aquinas.

Ad ps. 51. Etiam graues authores transituē usurparunt, *migrare*, apud Gellium lib. 2. cap. 29. *nidum migrat*, pro transfert nidum, in Tarnbo habetur emigrare pro ejcere. Titinius Veltner ait, *Quot pestes senio, & iugia se semet diebus emigrarunt: id est eiecerunt se: nulla ergo est interpretis culpa, quæ ab exteris etiam testimonium accipit.*

Ad psal. 59. Antiquissima illa fuerunt verba, *scibo, audibo, metibor,* usurpata frequentissime ab Apuleio, & Plauto passim, qui princeps latij sermonis habetur à Gellio lib. 8. c. 17. & apud Arnobium, Tercullianum similia reperies.

Ad psal. 76. *scopebam*, & Aristophanes eo verbo usus est, ne scopes Greciam, ex Celio Rhodie. lib. 10. cap. 5. Hieronymus in cap. 14. Es. ita vertit, *scopabo Babylonem in scopaterens*, & ex Fabio illum loquendi modum probat.

Ad psal. 77. *Popule meus,* &c. Satis nota loquendi ista formula nominatiui pro vocatio apud prophanos. Nam Virgilius Aeneid. 6. sic habet, *proice tela manu sanguis meus.* & Lucret. lib. 2. *Deneger o populus,* &c.

Ad aliud ex eodem psalmo. A probatis authibus deponentia pro passiuis usurpata sunt. Cicero, de vniu. *imitata, & afficta simulacra.* si Cicero non culpatur, a quo verbum *imitata* passiuè usurpatum est, non culpandus interpres, quod *crapulatus* dixerit in passiuia significatione.

Ad illud, *de post fœtantes.* Similes locutiones revertiuntur apud prophanos. Florus de bello Ligustico, *sic de subalpibus, sub postea que veni,* Cic. lib. 2. ad Atticam, Balbus Ciceroni lib. 9. ad Atticum, *sub postea quam nostram rationes cum oppio ad te dedi,* cur non licuit sacro Interpreti vertere *de post fœtantes?* Ad illud memorare. etiam lexica si consultantur, legitur, & passiuum memor. Verbum *odiuui*, disserit verbis usurpauit Cic. Philip. 13. nee differere partes, quas Pompeius *odiuuit.* Ad illud psalm. 125. *In conuertendo,* &c. 82 psal. 57. *Benedictus Dominus die quotidie:* respondet cum Augustino lib. 2. de doctrina

Christiana cap. 13. hæc, & similia repetiti in Latinis interpretationibus, qui nec solœcismos, nec barbarismos curarunt [quia non solum verba singula, sed etiam locutiones sepe transferunt, quæ omnino in latinæ lingue usum, si quis consuetudinem veterum, qui latinæ locuti sunt, tenere voluerit transire non posunt] sed tamen eo magis inde offenduntur homines, quo infirmiores sunt, & eo sunt infirmiores, quales sunt isti Grammatistæ, quò doctiores videri volant non rerum scientia, qua ædificamur, sed signorum, qua non inflari difficile est, cum & ipsa rerum scientia sepe cervicem erigat, nisi dominico reprimatur iugo. Vel dicendum, quod si integritas locutionis, vt dicit Augustinus ibidem [non est aliud nisi Latinæ consuetudinis conservatio, loquentium veterum autoritate firmata] integritas locutionis interpretis latius ex consuetudine, & veterum auctoritate probata est, vnde in simili respondit August. [Illud etiam, quod iam auferre non possumus de ore cantantium populorum: super ipsum autem floriet sanctificatio mea: nihil profectò sententiae detrahit, auditor tamen petitior mallet hoc corrigi, vt non floriet, sed florebit diceretur. Nec quicquam impedit correctionem, nisi consuetudo canticum. Ista ergo facile contemni possuat, si quis ea cauere noluerit, quæ fano intellectui nihil detrahunt, &c.]

Ad loca adducta ex Euangelio Matthæi, ad primum locum. Tamen elegans est Græcum vocabulum *αγγελοις*, quam Latinū *angario*, eodemque vocabulo S. Marcus, qui Latinè scriptis, usus est cap. 15. nec illud vocabulum ex Beza in Matt. repudiavit Vopianus lib. 4. Pandect. de priu. veterum. & cum dicitur, *vade cum illo, alia duo:* intelligitur vade cum illo alia duo, nempe milia, & non ad genus præcedens respexit, sed ad sensum: & familiare etiam est prophanis scriptoribus aliud adjicere generi non respondens, sed aliud, quod vi, & notione cum illo conueniat, sic Varro 1. de rustica. cap. 12. *sin cogitare secundum flumen ædificare, curandum ne aduersus eum ponas hyeme,* &c. eum nempe fluuium. Terentius in Eunicho, sua Centauro inuehitur magna, &c. Ad locū Matt. 20. particula, eorum, referuntur ad homines secundum dictam regulam. vnde etiam Beza cum Erasto transtulit, *euntes ego docete omnes gentes, baptizantes eos (eos) nempe homines, & secundum eandem regulam Beza testante, sciuit interpres relativa ad sensum, quam ad verba potius referre.* Ad illam, particulam, *ministrari*, non dixit, *ministrari* homines, sed non veni *ministrari*, hoc est, vt mihi ministraretur, quæ loquendi formula frequens est apud bonos authores latinos. *Non veni spectari, sed spectare, non audiri, sed audire.* Ad alium locum Matt. 22. *impletæ sunt nuptiæ discubentium.* similis phrasis est Virgiliana 1. Aeneid. *Implentur veteris Bacchi pinquisque farinæ.*

Ad alium locum. Illa particula, *nubentur, recte posita est*, nam *nubere* significat operire, vnde Arnobius lib. 4. aduersi gentes ait, *quod aqua nubat terram,* &c. id est operat, inde translatum est *nubere* ex velandi capituli more in coniugio ad coniugalem nexū significandum. vnde vt non est solœcismus dicere, *capita nubentur*, id est, *velabuntur*, sic non est solœcismus interpres, & si apud Plautum in Persa legimus *nubitur* impersonaliter, idem licuit interpres passiuè idem significare. Nubere etiam marium. *esse*

esse accipiant ex Martiali. *uxori nubere et glo mea.*

Ad loca ex S. Luca ad cap. 21. 70. Interpretibus licuit verbum excogitare *ορθειγα* in psal. 62. unde interpres transtulit *de luce vigilo*, & Beza dicit *ορθειγα*, perinde esse, ac diluculari: cur vitio veri debet, quod manicare excogitarit interpres, cum diluculari, quod idem est, vitio non sit vertendum?

Ad cap. 23. in correcta nouissima habetur, qui, unde etiam si esset, que, tolerari posset, cum referretur non ad ventres, sed ad mulieres.

Ad primum locum ex Ioanne Dictio Graeca non simplicem vsum, sed mutuum vsum significat, quare tam attica sunt verba Euangeliste εγω συγχωνται quam Interpretis non contundunt, id est nunc utuntur. Alter locus etiam testimonio exterorum comprobatur, nam si licuit Ciceroni in Valer. dicere, ceterarum rerum praesertim erat, & Curtius, in oculis duo maiora omnium nauigia submersa sunt, licuit interpreti dicere, maiora horum faciet.

Ad loca ex Actis, vox paenitemini, iam per mille, & ducentos annos suam obtinuit authoritatem non pœnitendam, unde parum de verbo curare debebat, qui damnatus ab Ecclesia pœnitentiam agere debebat.

Ad loca Act. 8. etiam in originali Luce difficile est structuram intelligere, ubi dicitur πολλοὶ γὰρ τῶν ἔχεταν, πνεύματα ἀκαδέπτα βοῶτα μεγάλης φύης εἴησαν, id est multorum eum habentium spiritus immundos clamantes voce magna exhibant, & hunc habet sensum ait Beza. [Spiritus enim impuri multorum, qui eos habebant clamantes voce magna exhibant] sic nostra versio potest cum habere sensum. multi eorum, qui habebant spiritus immundos, suppleliberabantur, quippe qui spiritus clamantes voce magna, &c.

Ad locum Act. 10. etiam S. Lucas sic scriptis ēπιτησι, unde merito interpres constanter retinuit per ter.

Ad alium locum Act. 21. nō inusitatum est etiam prophanis verba simplicia pro compositis vnu pare: illa verò loquendi formula Act. 20. *beatus et magis, &c.* probari potest ex Ethnicis; nam Val. lib. 3. ait, *uterque nostrum inuidia magis quam pecunialocu pletio.* Iustinus lib. 3. *non inuenitione eorum magis quam exempl o clarior.*

Ad ultimum locum ex Iacobo, intentator negatiū vñspauit interpres pro non tentatore: non autem positiuē, quod et si vt barbarum calumniatur, an dicent barbara locutus etiam Lucretum, & Sallustium, qui vocabulis, *intactus, inclusus,* & huiusmodi vñntur? frequentissime Tertull. vñtur his vocibus, *infaderatus, inuefis, malienus,* cur non licuit interpreti dicere intentator?

Ad secundum principale respondeatur, quod putatis illa sermonis, quæ sensum exprimit, melior est quam calamistratus fucus, qui honestissimam matronam dederet, unde Augu. 3. de doctrina Christiana cap. 3. plerumque loquendi consuetudo vulgaris vñlior est significandis rebus, quam integritas litterata.

Ad confirmationem. Nam ostendimus quanta eloquentia scriprores canonici scriplerint, sed non vt domina, verum vt pedis equa atsumpta est secularis eloquentia, quare si modo elegantiori illo verba elaboranda essent, sensus verbis, non verba sentibus subiacebemus, essetq; ancillam Dominae principiari.

## CONTROVERSIA XI. GENERALIS.

### De versionibus Vernaculis.

#### ARTICVLVS PRIMVS.

*An licet sacra eloquia in linguam vernaculam transferre, & tali lingua populis legenda permitti debeant.*

#### Positio Nouatorum.

**Q**ui prius hanc tragœdiam excitatunt, fuerunt Græci, qui defensionem ab Ecclesia Romana, eo etiam titulo prætexerunt, quod sacra nō nisi propria lingua, plebiq; nota confici possent. sic Balsamō Patriarcha Alexandrinus de hac quæstione pulsatus num Syri, & Armenii propria lingua sacra conficeret debarent, Responderet. *Magnus Apostolus Paulus ad Romanos* scribens ait. *an Iudeorum tantum Deus nonne & Gentium? cerè & Gentium, qui igitur recte in omnibus de fide sentiunt, & si sint Græcae lingue omnino expertes propria dialecto sacro conficiant, &c.* hæc ille ex tom. 1. Iatini Græci Romani.

Qui Hæreses seminare studuerunt, hoc vnum satagerunt, vt vulgaria Biblia populis lectitanda proponerent. sic præstitum est à Vvaldensibus, seu Pauperibus de Lugduno, qui ex huiusmodi lectione infinitam populorum multitudinem in suam nascam pertraxerunt. Metis in Gallia quidam impotentes exorti sunt, qui pro seductis, & seducendis Biblia in sermonem gallicum versa proponebant, vt dicit Innoc. lib. 2. epistol. Vviteleph ex Vvald. to. 1. cap. 70. & 73. sua vulgari versione Anglicana, Angliam dementauit. Hussitarum Hæresis ex Cochleo lib. 1. hist. Hussiticæ in impietate profecit ex vernacula versione, ex qua factum est, vt mulieres ad disputandum Theologos prouocarent. Hus, vt haberetur tom. 1. operum suorum, testatur Vviclephum Biblia in sermonem Anglicanum vertisse. Lutherus per easdem semitas impietatis incessit, Biblia in Germanicum idioma transferens, ex qua versione examen sectarum prodijt, vide Cochlaeum anno 1522.

In vernacularum vero linguam scripturas vertendas nedū contendunt Nouatores, sed & saltē legendos vulgari lingua cum publicè leguntur, vel cantantur in Ecclesiis, sic Brentius in confess. Vvitemberg. cap. de horis canonicas. Mordicus defendit hanc Hęresim Smidelinus contra quem egregie scripsit Stephanus apologeticam, vide secundam partem huius auctoris eum egregie confutantem.

Beatus nomine Rhenanus, proscriptus auctor lib. 2. rerum Germanicarum scripsit [perpetua verò laus Francorum veterum, qui sacros libros in suam, hoc est Germanicam linguam vertendos curarunt, quod nuper à Theologis quibusdam improbatum scimus.]

Kemnitius in exam. sess. 4. Concil. Trid. barbaricā docet esse *tyrannidem id prohibere.*

Similiter obgannunt alii, Hunnius lib. 2. in Bel. Iarm. cap. 15. ob murmuratis contrà prohibitionem huiusmodi Bibliorum vulgarium. *Quis, inquit, dedit Pon.*

**Pontificibus potestatem, ut aliquos à librorum lectione  
arcant?** Caluinus etiam 3. inititut. cap. 20. §. 33. in eadem est salebra, quem sequuntur sui. Vvitakerus contr. prima q. 2. c. 13. [scripturas, ait, transferendas dicimus in omnes linguis Christianorum, ut ab omnibus in sua lingua legi possint, nullosque quantūvis imperitos ab earum lectione arcendos, aut deterrendos esse, sed excitandos potius omnes ad eas sepe, & diligenter legendas] & ibidem pag. 150. caluniatur lectionem eam [permitti à Patribus Tridentinis ijs, qui fidei, ac pietatis incrementum è vernaculis biblijs capere possunt] hoc est, ut ipse interpretatur [non alijs, quam quos ipsi multò magis peruerteret, atque obstinatos fore sperauerint.]

Iunius quoque oblatrat, dices [versutos homines esse Catholicos, qui non vulgares translationes, sed euulgari prohibet, & quoisum vulgares amabo, nisi vt vulgentur, & in commune prohibeant?]

Mortonus Anglus lib. 1. cap. 16. suæ Apologię scribit [a temporibus Apostolorum ab omnibus in differenter sacras litteras lectas.]

Pouelus lib. 1. de Antichristo cap. 18. à suis symmis nec degenerat, idem occinendo.

Philippus Mornæus præfat. ad Eccl. Rom. sectatores, obmurmurat, quod Ecclesia Romana tanquam Iethalem, & periculosa lectionem scripturæ vulgari lingua fidelibus in dictis grauissimis pœnis, publico decreto interdixit.

Facto autem probarunt huiusmodi versiones, nā præter Lutheranam, Tigurinam, Belgicam, Genuensem, Anglicanam, alia similiter ab Hæreticis emerserunt, vt Hispanica, Belgica, Polonica, Islandica, Hungarica, Danica.

### Oppositiones eorundem.

**P**Rimum argumentum. In veteri testamento Deuteronomio 6. mandatum proponitur tibi Israeli, ut legis verba sint sculpta in cordibus suis, & nati filii suis. Deuter. 31. verba legis coram omni populo mandantur legi, ibique nominantur viri, feminæ, parvuli, & peregrini. Deuter. 17. nominarim Regi præcipitur, ut legat Deutoronomium. 2. Esdræ cap. 8 Esdras aperuit librum coram omni populo, & abiit populus, quia intellexerūt verba, quæ docuerat eos. Hierem. 36. Mandatur à Hieremia Baruch, ut leget librum, quem scriperat ex ore eius coram toto populo. Ex novo testamento, nam Christus Dominus Ioh. 5. ait. Scrutamini scripturas, neque tantum doctos, & eruditos, sed indoctam quoque plebem, & imperitum vulgus inuitauit: nullus enim scrutari poterat ē plebe, nisi hebraicam linguam calluisse. Euangel. ita quoque ait cap. vlt. Hæc autem scripta sunt, ut credas, &c. omnes autem appetunt vitam, & salutem. Ipse quoque titulus dominice crucis scriptus est Hebraicè, Greccè, & Latine. Et in Actis Actorum 15. Moytes legebatur in synagogis coram omni populo. Actorum 17. Beroenses sedulò scripturas scrutabantur. Act. 26. dicit Paulus se audisse Christum Dominum Hebraicam linguam sibi loquentem, Saule, Saule quid me persequeris. Idem Paulus Roman. 15. scribit. Quacumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, Vvitakerus, & communiter Nouatores.

Secundo principaliter ex Patribus, quia versiones vernaculae probare videtur idem Hieronymus in psalmi. 86. in illis verbis. Dominus narrabit in scripturis populorum. Quæ scripture, ait, omnibus populus legitur.

6. Idem Hieronymus in Epitaph. Paulæ ait, in fine Paulæ psalmos Hæbræo, Greco, Syroque sermone fuisse decani los. Vvitaker.

Aug. 2. de doctrina Christiana cap. 5. dicit scripturam per varias interpretum linguas longè esse, latèque diffisam.

Chrysostomus homil. 1. in Euang. dicit Syros, Aegypcius s. Indos, Persas, &c. dogmata diuina in suā linguam transtulisse.

Similia Theodoreetus lib. 5. de curandis Græc. affectio. & Anattasius Synaita lib. qui ἀστυός inscribitur. Vvitaker. & Iunius.

Confirmatur, nam, ut obijcit Cornelius Agrippa lib. de vanitate scientiarum in Conc. Nicen. præceptum est, ut sacros diuinarum litterarum libros domi haberet quilibet Christianus, citat similiter Vvitakerus Socratem lib. 4. cap. 33. narrantem Vvphilam Gothorum Episcopum scripturas in linguam Geticam transtulisse. Hardingum citat Vvitakerus dicentem Armenos, Russios, Aethyopes, &c. scripturas legisse vernaculae.

Tertio probatur ex auctoribus versionum vulgarium. S. Hieronymus Clauonicam, seu Dalmaticam editionem fecit pro sua gente ex epistola ad Sophrom. Iunius lib. 2. cap. 16. & lingua Punica editam, aliam pro Afris veritabile est.

Præterea S. Chrysostomo attribuitur Armenica translatio à Sixto Senensi lib. 8. erga, &c. Vvitak.

Amplius in Britannia ante Bedæ tempora fuerunt hæc versiones, Anglica, Britanica, Scotica, Picta, & Latina, vnde Beda in Histor. cap. 1. ait [hæc insula in præsenti iuxta librorum numerum, quibus lex diuina scripta est, quinque gentium linguis vnam, eandem que summae veritatis, & verae sublimitatis scientiam scrutatur, & confiteatur. Anglorum scilicet, Britanorum, Scotorum, Pictorum, & Latinorum, quæ meditatione scripturarum omnibus facta est communis] Vvitaker. controu. 1. cap. 5. Lingua euam punica translata Biblia extiterunt tempore Auguſtini. idem Vvitakerus etiam inculcat.

Amplius. Gallica facta est sub Carolo Magno. Iunius lib. 1. cap. 15. Postellus lib. de 11. linguis, Gallicæ translationis meminit, quam procurauit Carolus Magnus Rex. Alia rursus Gallica extitit anno 1160. Vetus item alia Francica, seu Germanica extitit, & prohibetur. est & Britanica apud Treuis. lib. 5. c. 24 & 6. cap. 2. & Italica ante annos CCC. translata sunt Biblia à Iacobo Voragine nostri Ordinis S. Dominici Archiepiscopo Genuensi.

Quarto principaliter. Quia saltem in quibusdam locis, & populis fuerunt sacra Biblia omnino vernacula, & nullo modo fuit prohibitio, ut passim non legerentur ab omnibus, ergo nec vlo modo ultra debet esse prohibitio, ut vernaculae quoque legerentur. Consequentia patet, quia Bibliorum finis est diuina cognitione, qua in salutem dirigimur. Antecedens probatur, nam initio cum Hebraicè pure loquerentur alia non erant Biblia quam Hebraica, & saltem ante captiuitatem Babyloniam indisciminatum vernacula eaq; originali lingua legebatur.

Simi-

Similiter de Græcis, & Latinis dicendum est, olim fuisse vulgares, & cum purè loquerentur Græce, vel Latinè, nonnisi Græca, vel Latina Biblia legebāt, vnde passim Partes, quia vernacula ad fruc erant eo tempore ipsa Biblia, passim populos laicos, etiam fœmellas ad eorum lectionem inuitabant. legē Chrysostomum hom. 9, in epistola ad Coloss. hom. 11, in Ioan. Aug. expositione psal. 33. Hieronym. ad Marcellam, Fabiolam, &c. Gregor. 4, dial. c. 14.

2. Ratio ex fructu huius lectionis; nam in sanctitate profecerunt ex huiusmodi lectione Sancta Brigitta, vt est videre in eius vita; S. Donata apud Metaphrastem. fructuose quoque quosdam Iudeos eandem legisse testatur S. Epiphanius.

Quod si dicas multa alia esse incommoda exorta ex huiusmodi lectione. Contra. ergo oporteret etiā Biblia Latina prohibere: nam ex illa multi sumpererunt occasionem erroris. Accedit, ait Vvitakerus, nihil in scriptura referri, quod quempiam possit offendere, etiam si videatur admodum turpe, ac nefarium, cuius generis est adulterium Dauidis, incestus Loth, & Thamar. Et dato quod irrepletit abusus, nō est propter abusum tollendus vsus. Vvitakerus, & alij Nouatores communiter. Nec vsus imperatur (occidit Iunius) propter accidentium abusum, & infelicem euentum in alios incommodum. Et confirmatur, quia nullus vinum potare deberet, cum ex illo tot causentur ebrietates. est Smidellini argumētum apud Staphyl. p. 2, responsionis.

Tertia ratio. Ea arma, quibus populus est contra Satan muniendus, non sunt populo adimenda. At scripturæ sunt eiusmodi arma; ergo scripturæ populo adimendæ non sunt. Adimuntur autem si ab eam lectione populus arcetur. Propositio manifesta. Minor probatur Matt. 4, ex facto Christi Domini Diabolum scripturis profligantis Vvitaker.

Quarta ratio, ita legendæ sunt publicæ scripturæ, vt ex illis populus fructum aliquem capere possit: at in ignota lingua populo viles esse nō possunt. ergo in linguam populo notam vertendæ sunt, minor probatur 1. Corin. 14. Si veniam ad vos linguis loquens, &c. etenim si inceriam vocem dat tuba quis parabit se ad bellum: ita & vos per linguam, nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id, quod dicunt. Eritis enim in aera loquentes, & postea, si orem lingua spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. Quod ergo? orabo spiritu, orabo & mente. Psallam spiritu, psallam & mente. Ceterum si benedixeris spiritu, qui supplet locum idote. quomodo dicet Amen super iuam benedictionem & quoniam quid dicas nescis, nam tu quidem bene gratias agis, sed aliter non edificatur, Vvitaker. &c.

Confirmatur, quia Basil. lib. qq. ex vatijs scripturæ locis q. 278. sic loquitur. Quomodo spiritus aliquius (vt ait Paulus) orat, mens vero infructuosa est. Respondet hoc de his, qui in lingua audientibus ignota orationes edunt, dictum est, quia cum ignota fuerint presentibus verba orationis infructuosa est mens orantis, cum nemo uitilitatem capiat, &c.

Chrysostomus vero in eum locum hom. 35. Si peregrina lingua gratias agas quam nec intelligas ipse, nec ceteris interpreteris, subiçere Amen plebeius non potest, & illud in secula seculorum, qui finis precū est, audiēs nō dicet Amen, similia dixit Theoph. in eum locum.

Confirmatur secundo ex iisdem verbis Apostoli, ait Iunius, nam finem posuit Apostolus totius sui discursus ædificationem Ecclesie Dei.

Quod si dicas Apostolum ibi loqui de interpretatione, collatione, & spiritualibus canticis.

Contra, ait Hunnius, si cantiones illæ, & hujusmodi di sic erunt accommodæ, vt inseruerint aliorum intelligentiæ, & quæ hæc consequitur ædificatione, multò magis lectio scripturæ, & peractio sacramentorum ita in Ecclesia instituenda est, vt populus intelligent quoque, hinc fructum percipi, & ædificatione, quandoquidem scriptura est omnis fidei nostræ fundamentum, estque organum illud per quod saltem operatur Dominus. in summa, ait Hunnius, est axioma Apostoli, ne quid dicatur, aut legatur in Ecclesia, & non intelligatur à cœtu auditorum, aut legatur sine iporum ædificatione. hæc ille.

Quinta ratio, Dominus præcipit, & requirit, vt populus sit eruditus, & sapientia, & scientia plenus, &c. ergo debet populus scripturas legere, nam sine lectione scripturarum non potest eam scientiam consequi: legere autem non potest, nisi vertantur, verti ergo deberent scripturæ in lingua vernacula Vvitaker.

Sexta ratio, Ecclesiæ consuetudo non potest contra præceptum diuinum: est autem præceptum diuinum, vt scriptura lingua vernacula legatur: ergo. est argumentum Iunij. Non probat Iunius antecedens. Forsan illis loci abuti posset. Prædicate euangelium omni creaturæ, vel alijs locis supra allatis ex Deuteronomio, &c. sic eam insinuat dum arguit consimili arguento, Deus olim scripturam vulgari, vernaculaque lingua prædicari, & præscribi, & in vulgus exire voluit, ergo nunc etiam vulgari lingua prædicari, & præscribi debet.

Septima ratio. Si scriptura in linguam vernaculam versa publicè legenda non est, ergo nec priuatum legi debet. Hunnius.

Quod si dicas permitti iis, qui tum aliqua utilitate illam legere possunt: instar Hunnius. [ Qui Pontificio catharro non laborant, odorantur per facile quis dolus lateat, quia non conceditur nisi quos norunt in eōno barbarico Pontificiarum impiatum ita demersos, ita ex amatorio poculo purpuratæ Babylonica meretricis ebrios, & in Romanæ synagogæ placita iuratos, vt nonnisi ad sensum illius vniuersa exigantur quæcumque tandem in sacris Biblijs occurunt. ]

Ottava ratio. In Cōcilio Lateranensi sub Inno. III. dicitur. Pontifices huiusmodi Ciuitatum seu Diocesou, ubi permixti sunt populi variarum linguarum sibi prouideant viros idoneos, qui secundum diuersitatem linguarū, & rituum diuina illis officia celebrēt, &c. est Kemnitij, & aliorum.

Nona ratio, quia etiā hac ætatae Maronitæ, Monitis Libani accolæ, lingua Chaldaica vulgari sacra peragunt: Aegyptij ex concessione veteri Arabica, vel Aegyptiaca, Armeni lingua vulgari habent Breuria, Missalia, scripturas, descripta, & tali lingua celebrant.

*Confutatio eorundem ex orthodoxorum  
firmamentis.*

**S**ed contra est primo Legit. 16. vbi iubetur populus fortis manere, & sacerdotem expectare, dum ille ingressus preces pro se, & populo offerebat. quare nedum non intelligebat sacerdotem, sed ne audiebat; non ergo necesse est, vt populus intelligat diuinæ lectiones, & preces, quæ in publico sacrificio re-citantur.

Matt. 7. *Nolite sanctum dare canibus, &c.* quem locum entrans Chrysostomus in Matt. ait, *audiant hoc loco illi, qui imprudenter omnibus, ac temere copulant despiciablia, ea quæ sunt reverenda facientes, &c.* huic argumento non aliter respondent, quam *populum uniuersum Christianum, Imperatorem, Regem, & Principes, quia in eis non sunt, & lati sunt, stimulando, quod porcis, & canibus eum assimilemus, cum diffici-ri non debeant, in populo plurimos esse Ethnicos latentes, & Christianos etiam imperitos, & male af-fectos, qui non secus, ac porci diuinæ sententias af-fectu suillo conculcarent, & tanquam canes discum-perent.*

Lucæ 8. *Vobis datum est nosse mysticum regni Dei, &c. cæteris autem in parabolis, vi videntes non videant, & audientes non intelligant.* Quomodo ergo indoctis turbis, vulgari lingua propalanda erant mysteria, quare in sacris eloquiis continentur, si ab eorum oculis, & captu haec erant abscondenda.

Secundo principaliter ex decretis Ecclesiae, nam Innocentio Papæ III. epistola ad Abbatem Cisterciensem scriptum est à Metensi Episcopo, quod [tām in diœcesi, quam in urbe Metensi, laicorum, & mulierum non modica multitudo Gallicæ cuidam trā-slationi diuinorum librorum intendens, secretis cō-uenticulis etiam inter se cruciate præsumerent alio-rum aspernantes consortium, & in faciem redar-guentibus presbyteris resistentes, quorum simplicitatē fastidiunt, in sua translationis peritia confiden-tes, &c.] & infra [quod translationi eidem usque adeo insistentes, vt nec Episcopo, nec Metropolita-no, nec nobis ipsis (ait Papa) afferant parituros, si ea decreuerimus abolendam] vt ergo tanto malo medelam assertet, subdit [per Apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus ad Civitatem Metensem, pariter accedentes cum eodem Episcopo conuocetis coram vobis talia sapientes, & adhærentes translationi prædictæ, & si fieri poterit, quæ in eis reprehensibilia fuerint, auctoritate freti aposto-lica, sublato appellationis obstatculo, corrigitis]. Quod si correctionem vestram recipere fortè no-luerint, inquiratis super capitulis ilib, quæ in litteris, quas Episcopo miserimus expressa fuisse, superius vobis expressimus, &c.] & concludit. [Cum enim in hoc vniuersalis Ecclesiæ veritatur negotium, & aga-tur causa fidei Christianæ, ad exequendum Apo-licæ Sedis mandatum, cum summa diligentia, & cautela vos studiosos esse volumus, & mandamus] Eadem recensentur in epistola alia Innocentij ad Metenses lib. 2. epist.

Ex quibus verbis haec inconuenientia metiò re-prehendi videntur, vt idem Innocentius ponderat epistola ad Abbatem suis met verbis [quod occulta] conuenticula celebrant, officium prædicationis usur-

pant: simplicitatem despiciunt sacerdotum, & eoru-consortium, qui dictam translationem non recipiūt aspernantur] & vt ibidem dicitur quod [nec essent parituri Apostolica Sedi si eam translationem de-cesseret abolendā] similia in alia epistola recēsētur.

Gregorius Papa VII. epistola M. S. Ducem Bo-hemiæ petentem Bohemiæ nationi permitti lectio-nem sacræ Scripturæ in lingua Sclauonica non-exaudiuit.

Ioannes XXIII. (etiam testâte Morneo licet egrē ferente, & murmurante in suo progreßu 61. pag. 508.) versionem scripturæ à Vilepho in linguam Anglicanam factam damnauit, & hereticam esse voluit.

Itē. In Indice librorum regula 4. sanctum est Bi-blia vulgari lingua passim non permittenda, nisi cer-tis personis, conditionibus, & licentijs, quas rest ri-ctas postea habes ex obseruationibus circa regulam quartam.

Tertio principaliter, ex Patribus. Dio. de Eccl. Hie. [obserua diligētius ne sancta sanctorum efferas, &c. nequaquam ea rudibus tradens, sed sanctis solis sanctatuum rerum intelligentias sacratius pandens] & infra. [Non sunt aperte diuinis Pontificibus si Chi-rianorum rationes, quas in eos offerebas non est, qui adhuc fidei rudimenta percipiunt] Tertull. c. 9. de præscrip. loquens contra hereticos dicentes om-nibus datam facultatem scrutandi scripturas, sic di-cit, omnibus dictum sit, quarite, & inuenietis, hoc ad-missio per condescensionem, subdit, amen & hic ex-petit sensus certæ interpretationis gubernaculum: nulla vox diuina, ita dissoluta est, & diffusa, vt verba tantum defendantur, & ratio verborum non constituantur, cum ergo sensus ab hominibus vulgaribus percipi ne-queat, frustra traditur quod intelligi nō potest, imo perniciose traditur, cum ex eodem, facundior sit diuina litteratura ad facultatem cuiuscumque materiæ, & occasione accepta, hereticis materias erroris sub-ministrent: vnde & mulieres, quæ scripturas legere ausæ sunt, ab ipso reprehenduntur, ipsæ mulieres hereticæ quam procaces, quæ audeant docere contendere, quæ omnia per translationes Bibliorū Lutheric. ma-gno nostro malo accidisse compertum est. Et de Ar-gula femina disputatrice id refert Cochleus de actis & vita Lutheri, & adhuc extant opuscula, & episto-læ eiusdem, quibus vniuersam Academiam Louaniensem ad certamen tum imprimis Ekium pro-uocat, & heresim Lutheranam propugnat. Harum epistolarum meminit Lutherus tom. 2. epistol. lat. fol. 181.

S. Basilius interrogatus an expedit multa de scri-pturis cognoscere, respondet distinguendo, quod Reclitoribus populi necessarium hoc est, priuatos autem debere, que officii sui sunt, studiosè exequi, neque curiosè ulterius quicquam inquirere, nec sapere plus quam oportet. lege eundem lib. de Spiritu sancto cap. 27. S. Gregorius Nazianz. lib. de theologia, vbi ex professo docet, non cuiusvis esse disputare de Deo, nec diuina omnibus propalanda.

S. Hieronymus epist. ad Paulin. ait, quod medico-rum est promittunt medici, &c. sola scripturarum ars est, quam sibi omnes vendicant. Hæc garrula anus. &c. quam querelam iustum dicit Vvitaker. quia ait, non debent illis sacras scripturas tractare, qui sunt illa-rum ignari, & imperiti.

S. Au-

S. Augustin. 2. de doctrina Christiana cap. 11. cognitionem trium linguarum ad sacra Scriptura intelligentiam commendat, & in casu dissensionis codicum latinorum ad fontes tunc prouocabat. nulla alia ergo agnouit Biblia vulgari lingua descripta, quæ publice in disputationibus, concionibus, interpretationibus circumferrentur.

S. Ambrosius lib. 2. ad Gratianum cap. 7. de scriptura loquens, ait, *librum signatum illum propheticum non seniores, non potestates, non Angeli, non Archangeli aperire ausi sunt, soli Christo explanandi eius prærogativa seruata est. librum sacerdotalem quis nostrum resignare audeat signatum a confessoribus, & multorum iam martyrio consecratum?* per hæc verba designans diuinam scripturam, quæ sacerdotibus conseruâda, explicanda pro temporis necessitate reseruata est. Hunc locum Ambrosij citat S. Vincentius Lirinensis lib. contra proph. vocom nouit. c. 7.

S. Thomas 1. Cor. 14. ait, *quod hoc forte fuit in primis Ecclesia, dicere scilicet benedictiones in vulgari, sed postquam fideles instruti sunt, & sciunt quæ audiunt in communis officio, fiunt benedictiones in latine.* Hæc noster Angelicus.

Quarto, ex vñ Ecclesiæ antiquissimo, nam solum 70 seniores sacrorum Bibliorum mysteria legere, & intelligere potuerunt: neque enim idioma hebraicum litteras vocales olim habuit. vnde & Rabbinî distinguit linguam Hebraicam in eam, quæ ex vñ, & praxi potius, quam ex regulis addiscitur, & in eam, quæ ex regulis, & præceptis Grammaticæ comparatur, & est sensus litteralis fundamentum, vnde propter Grammaticæ ignorantiam turpiter in multis veteres Hebreos laplos, docet Zamoren-sis in ep. ad Rom. & ad Hebreos cap. 3. Et quamuis cum primum lex Iudæis scribereetur esset vulgaris Hebraica lingua, non omnes eam legebant, quia erat penes sacerdotalem Tribum liber legis Deut. 17. Post redditum à captiuitate Babylonica non amplius Hebraicæ, sed Syriacæ loqui cœpit populus: oblieti enim erant linguam maternam Hebraicam, & non omnibus erat nota desinens esse vernacula, & qui Syriacæ loquebatur non intelligebat omnia, quæ Iudaicæ loquebantur Reg. 4. c. 18.

2. Esd. c. 8. habetur expresse, qd non nisi Nehemia, Esdra, & Leuitis interpretantibus, sacra scriptura à populo intellecta, nec fuit mirum, quod spatio 70. annorum linguam mutarint Hebrei, cum hoc vñ veniat Italica, & Hispanica, & omnibus nationibus ex conuictu, & consortio alienigenarum, vide Massiū præfat. in Gramm. Syriam, & Guidonem Fabriciū in dictiorat. Syro Chaldaico. Imo etiam tempore prædicationis Christi Domini multa vocabula Syriaca ab eo dicta materna, & vulgaris lingua, pater, cui dixit Marc. 1. *Thalita Cumī, id est puella surge, &c.* Abba Pater Marci 14. &c. & turba legem non vnius habetur Ioan. 7. ea enim pure Hebraica in tēplis legebatur, vel in Synagogis (sicut & hodie) vnde vulgaris non erat.

Evangelistæ postea Hebraicæ, vt Matthæus, aut Latinæ, vt Marcus, aut Grecæ, sicut Lucas, & Ioannes scriperunt: similiter & Paulus (vna excepta epistola ad Hebreos) Græcæ scripsit ad iam fundatas per orbem Ecclesiæ, quibus non erant passim obuiæ istæ linguae, sed potius peregrinæ.

Et iam probatur ex Acto. 2. vbi diuersæ lingue numerantur Cappadociae, Ponti, Phrygia, &c. vnde & Plinius refert lib. 7. cap. 24. Mithridatem Regem Ponti 22. linguas in suo Regno habuisse, imo in ipsa Graecia nedum ab Attica lingua, in qua Apostoli scriperunt, differebant (dialecto quadam) Ionica, Aeolica, Dorica, quas Graecas affirmat quoque Plin. 6. histor. cap. 2. sed etiam aliæ erant, longe diuersæ à græca sicut Hispanica, & Gallica à Latina, & sexdecim quoque differentes numerat Strabo lib. 14. Geograph. Et de lingua Lycaonica patet Act. 14. de lingua Galata 2. lib. comm. Hier. ad Gal. in procem. de lingua Thraciæ apud Chrysostomum hom. 35. in 1. Cor. 14. de lingua Cappadocum apud Basil. in regul. breu. responsione 178. Verum etsi non omnibus Græca ista esset communis, communis erat tamen apud doctos illarum gentium, Romanos præfertim, sicut & Latina in Ecclesia occidentali.

Præterea. nunquam alia editione Ecclesia vñsa est, quam in tribus linguis dictis, nec intra primos quadragesimos annos alicuius editionis vernacula mentione facta est ab vño scriptore, quæ si extitisset, proculdubio tempore persecutionis exemplaria infinita reperta essent apud laicos, cūtamen hæc exemplaria nō passim, sed à Clericis expostulabant ab his quos ad codices sacros manifestando vrebant: cui dens ergo signum vulgati lingua sacros codices nō circumferri solitos.

Præterea. in Concilijs Generalibus non nisi exemplaribus trium linguarum vñ sunt Patres, & nullo altero vulgaris linguae, ergo &c. Antecedens probatur, nam si vno, vel altero exemplari linguae vernacula vnius, vel alterius nationis vti licuisset, suo exemplari vti cuilibet antistiti suæ prouinciae vti licuisset: posita autem hac licentia nunquam dogmata definire potuissent, cum in vna communi, & vniuersaliter intellecta editione conuenire vix potuissent.

Præterea, in Oriente tempore Hieronymi sola editio 70. circumferebatur ex præfat. 2. in Paralipomenon, in Africa ex versione sola latina lingua, quæ & Itala dicebatur, publicæ legebatur lectiones. vnde psalmos in Ecclesia latinè cantari consuetum testatur Augustinus 2. de doctrina cap. 13. Nullo modo eam fuisse vulgarem in Africa colligitur ex eodem in expositione inchoata epist. ad Roman. & serm. 35. de verbis Domini. Similiter in Hispania ex Isid. lib. de diu. off. & Concil. Toletan. 4. à canonie 12. vñ quead 15. Distinctam vero linguam tunc habuisse Hispanos à Latina testatur Hieronymus præfat. 2. ep. ad Galat. cum verò Gothis, vel etiam Mauris subiecta fuit, multo magis eorum lingua corrupta. In Gallia similiter publica lectione scripturæ erat ex Latina lingua ex Albino Alcuino, & Amalario lib. de diuin. officiis: vernacula autem Gallorum lingua ex Hieronymo ad Galat. citato loco diuersa erat. In Grammatica similiter idem seruabatur, ex Rabbano 2. instit. cap. 19. & 10. Ruperto de diuin. offic. Germanorum verò linguam à latina seinctam toto celo ostendit Hieronymus epist. ad Suniam. In Boemia similiter. vnde Gregor. VII. lib. 7. epistolarum eius manuscriptarum ad Ducem Bohemorum, noluit permittere, vt lingua Sclauonica in sacris officijs vterentur. In Anglia, ex Beda lib. 1. histor. Anglic. c. 1. habetur, scripturas suo tempore à quinque

linguis Britannicis lectas esse. Sed quod nonnisi latine, colligitur ex eiusdem verbis, ait enim loquens de lingua latina, quod meditatione scripturarum omnibus facta est communis, eam enim frequenter ruminabant, & legebant, Angli, Britones, Scotti, Picti, Latinī, sed ab omnibus latine, ut propterea nedum latinis, sed & alijs fuerit facta communis. In Italia idem probatur, quod latinæ lectæ sint lectiones ex Dam. epis. 2. ad Hieron. Galat. in dect. d. 15. cap. 5. Romana, & in libro sacramētorum vide Ifid. lib. 1. offic. c. 15. in ipsa Italia desijſe latinæ linguae vſum apud populum patet ex S. Thom. lib. 1. perier menias lectione quinta. Et ante S. Thomam in elecione Vīctoris Papæ à populo acclamatum est. Papa Vīctore S. Pietro v'eleſſe, ex Radeuico lib. 2. de gestis Federici. Imò vastantibus Italiam Hunnis, & Vandalis latina lingua vulgaris esse desijſt, vnde Donatus Grammaticam edere compulſus est, & in pimo Lōgobardorum ingressu in Italianam anno 589. ceſſatum eſſe latinè loqui ſcribit Sabellius Eneade 8. lib. 5.

Respondet Vvitakerus fuſſe latinè lectas scripturas in Ecclesijs Hispānicis, Germanicis, &c. ſed à vulgo intellec̄tas.

Sed vulgaris eſt hæc, ac proinde inepta reſponſio: nam ex dictis authoribus probatum eſt non fuſſe maternam, ac vernaculam dictam linguam latinā, ergo ab vniuersis intelligi non potuit.

Respondet Iunius fuſſe communem linguam.

Contra, quia non ſe mutuo inferunt eſſe commūnem, & eſſe vulgarem: nam Græca lingua per Oriētem ſicut Latina olim per Occidētem, & modo etiā per Indos, & Brasiliam, & totam Americam diffundit, nec vilus dicit hæc eſſe vernaculam, & maternam in omnibus nationibus, quas lustravit, atque ad præſens lūtrat. Vnde ergo ac pueriles euasions ſunt Vvitakerianæ, & Hunnianæ.

Quarto principaliter probatur rationibus. Prima ex maiestate scripture, exigit enim, ut eius mysteria non tria lingua proferantur.

Secunda, ex vnitate Ecclesiæ, quæ non ſeruaretur ſi vulgaribus linguis, quæ multiplices ſunt, & non Latinæ ſcilicet & Græcæ, & Hebraicæ, quæ tres ſunt tantum, legerentur, ſub quarum paucitate plures naſiones conuenire poſſunt.

Tertia ab incommodis: nam ex tali lectione cerdones, vilissimæ etiam mulierculæ ſupramodum ſe inflantes Paulum, & Christum resonantes, Theologos inuaderent, ſe melius intelligere, quam ceteri gloriantes, vnde Lutherus in coniugalibus cap. 1. fol. 5. dicebat, etiam Anabaptiste, & sacramentarij ſomniāt ſe cum vel unum libellum lexitauerint omnia ſcire, & paulo poſt conquerens de tali temeritate, & de ſuo magisterio ſe extollens, ait, dicebat doctoſ Lutheruſ quodam tempore nobilitatem ciues, & ruficos, & fermè quoſcumque ſummi, & infimi ſtatus euangelium melius ſcire quam ipſe ſciret doctoſ Lutheruſ, aut etiam ipſem S. Pauluſ. vt ipſi quidem ſibi viderentur; ſapientes enim eſſe, & ſe omnibus Parochiſ doctiores putantes, & ſubdit, quod illi non Parochos, ſed Dominiū contemnerent, & principem omnium Parochiorum, qui iſpis concionandi munus commiſſit. Ipſe viciſſim illos contemnet, boſtisque illorum erit, & tractabit eos, ut ſentiant. Ipſe qui inquit, qui vos audit me audi, & qui vos ſpernit me ſpernit. hæc illi alios lecta-

rios præſtingens, ſed ſuarum muliercularum, & improborum temeritatē non recenſens, qui audacius hæc præſliterunt.

Idem accidiſſe Vvaldensibus ob eorum versionē dicit Reinerius. Metensibus Innoc. III. Vvilephitis Thomas Vvaldensis lib. 2. c. 70. & 73. Hussitis Cochleus 1. & 4. lib. hiſt. Hussitatum.

Quarta, ex tali lectione vernacula in docti, & instabiles, vel nouas commentiſunt, vel veteres hærefes tenouarunt. Id Piccardicis, Anabaptiſtis, Suenckfedianis, & huiusmodi accidiſſe dicit Staphil. in Apolog. de vero, germanoque scripturæ intellectu p. 2. Monasterieſium Anabaptiſtarum Rex, Biblia ſemper, ſiue cum regia pompa equitaret, ſiue quomodocumque procederet deferri ſecum iubebat, vnde quicquid ei collibuiſſet ex textu ſacro probare nitebatur. Similiter ex lectione eorundem Bibliorū idem Rex, preut legerat in lib. Iosue ſe conſtituerat principē nomine Iosue ad debellandos Chananeos. Conſirmatur ex Hieronymo in Oſea cap. 9. vbi ait, in veteribus historijs ſe reperire non potuſſe indoctos extiſſe hærelum fabricatores præter eos, qui à Deo ſacerdotes conſtituti tunt in Ecclesia, & Prophetę, & ab hoc non ſoit aliud in cauſa, quia laici non habebant vernacula Biblia, vnde hærefes male illas intelligendo coniſſerentur: at nunc videmus laicos multos conuolasse ad ſtudia Bibliorū huiusmodi, quare non eſt mirum ſi in hærefes inciderint: talis fuit Suenckfeldius ſimplex laicus, talis Ioannes Loydenſis, item Knipperdolingus, & plures alii apud Monasterienses. Et eo deuentum eſt, vt prout vnicuique viſum eſt, nouam fidem cuderet, non ſe Pontificium, nec Calviniſtam, aut Lutheranum profitendo, ſed Bibliatam: & ex illo loco, creſcite, & multiplicamini, ait Staphil. in abſoluta reſpoſione parte 2. Grubenheimen. hæretici ſuas concio-nes, & coitiones nocturnas exercendi occaſionem ſumperferunt.

Quinta, cum ad vitia homines proclives ſint, ex ſcripturarum factis poſſent occaſionem prætexere imitandi, quæ diuina diſpensatione facta legimus, vt de Polygamia Patriarcharum, Oſea diſpensatione. Rurſus poſſent ſequi errantes, non imitari poenitentes, vt Dauidis adulterium, Loth, & Thamar inceſtum, &c. vnde ille apud Terentium ſic induci-tur, dum Iouis adulterium mente revolueret. Qui templa cœli ſummo ſpiritu concuit. Ego homuncio id non facerem? Ego verò illud ſponte feci, & lubens. Reſponder Hunnius, quod nullam eſt periculum in Lutheranis Ecclesijs, quandoquidem ſedulo edocentur polygamiam per Christum Saluatorem abrogatam. Sed cur illam probat Lutherus ſiuſ in cap. 16. Gen. t. 4. Germ. anno 1528.

Pergo. Pictor extitit in Prussia reſerente Staphylo, in abſoluta reſpoſione contra Smidelinum p. 2. Qui cum inceſtum Loth cum filiabus lexitaret, & ſibi id licero ſuaderet, cum filia concubuit, & ad tan-ti facinoris excuſationem, nihil aliud atrulit, niſi quod tale exemplum in ſacris litteris legiſſet. Mu-lier quædā ad instar Judith, prout legerat in Biblijs vernaculis cœdem Epifcoi Monasteriēſis meditata eſt, & opere complete ſtuduit, ſed re detecta cauſam perconctata tanti ſacrilegi, reſpondit, id ſe legiſſe in Biblijs, ac proinde ſe non minori sanctitate præ-ditam eſſe, ac ludith.

Sexta.

Sexta. Accedunt ipsorum met hæreticorum peruersæ glossulæ insertæ in huicmodi translationibus cum illa regula Lutheri, *cum qui Biblia legit, non debere secum efferre intelligentiam, sed ex ipsis Bibliis petere, & baurire, quæ verba lectorum simplicium, maximè pervertunt mentes, & vnicuique illotis manibus, & ocreis, vt dicitur, & calcaribus adytra scripturarum adire, suoque iudicio rimati, ac pertractare suadent, & liberam licentiam præbent.*

Præterea. plures huicmodi lectiones vernaculae sunt hæreticorum opera fabrefactæ, qui prauè vertentes, è verbo Dei verbum diaboli effecerunt, illorumque industria, manus satanæ, organaque fuerunt: ab illis ergo maximè cauendum est ne contingat ex illis inflari, & spiritu vertiginis agitari. Antecedens probatur, nam è canone multa truncavunt, in textu plura deprauarunt, infidè vertendo, pernicioſissimas addentes paraphrases, vt est illa Lutheri ad Prou. cap. 19. *Nihil charius super terram amore mulierum si quis eo potiri posse, & huicmodi.*

Septima, quia in versionibus ijsdem, & si multa bona essent secundum se, possent esse mala, huic, vnde mel et si bonum sit in se, tamen qui multum comedit de eo non est bonum illi. & recta prudentia docet, si ex similitudine possit esse error in aliquo eligendo quid bonum, quid malum sit, vetaretur accessus, vt si quis nesciat herbas noxias, vel innoxias, zacharum, & venenum, vnde ipsimet Nouatores suorum æmolorum sectariorum prohibent liberos, sic Lutherus in symposiacis cap. de Suermeris damnat libros Erasmi, & Caluinistæ Lutheranorum, & è contra prohibent libros, ergo & horum versiones ex ipsorum Ministromachia explodendæ sunt.

Quid? Etiam si nullo essent errore, & peruersitate editiones eiusmodi maculatae, vt sunt multæ versiones vernaculae catholicorum emaculatae, indocti ex illo Deus huius sæculi excœcauit mentes infidelium, &c. & non est malum in Ciuitate, quod non faciat Dominus, Caluinianum dogma probare studerent, Deum esse authorem peccati. Mendacium tuebitur proterius ex facto obstetricum, concubitum cum ancilla ex facto Abrahæ, amores lasciuos ebibet ex lectione Canticorum.

Accedit, quod cum linguae vulgares successu temporum variantur, variarentur in infinitum translationes, & bellum implacabile esset veræ, & germanæ lectionis, & fieret fides temporum, potiusquam scripturarum.

Præterea, ob periculum indoctorum hominum, & huicmodi non fuit fas omnibus, nec Genesis, nec Ezech. principium, nec Cantica Canticorum legere. ex Nazianz. Apolog. 1. Prosp. 3. de vita contemplat. Hier. ep. 103. & prefat. in Ezech. rationabiliter: ergo ob similia pericula tales editiones ventantur.

Quinto principaliter etiam probatur ex exteris, quia in Thalmud Hierosolymitano tract. de sabb. c. Kol cotebe, & tractatu sophrim. cap. 15. refertur de Gamaliele, qui cum staret in monte domus, seu templi Hierosolymitani, traditus est ei liber lob vernacula, seu Targuminica lingua translatus, & illico Gamaliel respondit, o filij hunc abdite sub paumento, id est ab omnium oculis remouete.

Vltimo ad hominem, ex ipsis Nouatoribus, nam.

Illyricus in catalogo testium veritatis citat codicem ante 300. annos scriptum (cuius author existimatur fuisse Ranerius, & hic idem codex citatur à Fretero Caluiniano in Bohemicis historijs) in quo codice Vvaldensium secta taxatur, quod nouum testamentum vulgariter transtulerunt, & quia sunt laici, idiotæ falso, & corruptè exponunt scripturam, nam Io. I. vbi dicitur, *sui eum non receperunt pro sui, suis transfluerunt, illud etiam increpa feras arundinis pro arundinis intellexerunt hirundinis.*

Ex qua traductione ea mala etiam enumerantur, quod in Provincia, & in alijs regnis plures auditores habebant, & in publico disputabant, &c. omnes insuper, viri, & mulieres, parvi, & magni, nocte, & die non cessant discere, amplius suam doctrinam præcipiunt occultari clericis, loquentes per signa, quæ nullus intelligit nisi ipsi, præterea verba transformant, Ecclesiam vocanti se in hujus vel strohafziclericos scribas, Religiosos Pharisæos, rursus, intendebant clericos, & claustrales redigere ad statum fossorum per ablationem decimarum, & possessionum, &c. insuper, quicquid Ecclesie docto docet, quod per textum noui testamenti non probat hoc pro fabulis totum habent, tandem dicebant, Ecclesiam Romanam non esse Ecclesiam Iesu, sed Ecclesiam malignum, & meretricis, quæ sedet super bestiam in Apocalypsi, hi, & alij fructus è vulgari versione; qui dum enarrantur ab authore prædicto damnato, & simul refutantur, virtualiter etiam reiiciuntur ab Illyrico, & Fretero: & dum Valdensium secta ab ijsdem damnatur, atque proscribitur, Nouatorum phantasia quoque eneruatur.

### CONCLVSION CAT HOLICA.

*Sapientissimæ Ecclesiæ decretis Biblia vulgari lingua translata, vetita sunt, certis circumstantijs adhibitis.*

R Espondeo dicendum, quod circa vulgarem editionem etiam inter Hæreticos diuerso modo erratum etiam. Quidam huicmodi lectionem vulgarem nedum permittendam, sed absolutè concepcionem volunt indiscriminatim omnibus, cum sit necessarium necessitate medij (dicunt) scripturas lecitare, & intelligere. Sed hoc nullo modo potest stare: præcluditur enim maiori parti populi Dei via salutis, cum nec sacras litteras legere nesciat, nec ad legendas eas teneatur addiscere. vnde merito Clemens Alex. dixit, *fides est non sapientum secundum mundum, sed eorum, qui secundum Deum sunt sapientes possessio: illa autem etiam absque litteris discitur: eius autem scriptum, quod & ad rudes, ignorosque homines pertinet, & est diuinum, vocatur charitas, quæ est decretum spirituale, & Tertull. lib. de prescript. cap. 14. fides tua salutem te fecit, fides tua, ait, non scientia tua, aut scripturarum exercitatio, & vt dicit Nazianzenus, nihil esset fide nostra infelicius, si tantum in eruditos caderet, & Augustin. si propter solos eos Christianos mortuus est, qui certa intelligentia possunt, que ad fidem pertinet discernere, penè frustra in Ecclesia laboramus. Alij sectarij dicunt esse necessariam huicmodi lectionem, & intelligentiam necessitate præcepti. sed cum nullum appareat vestigium talis præcepti, nec in sacris litteris, nec Concilijs, vel traditione, temere*

id assertur. Amplius cum Horat.lib.4.carm.ode 4. sc̄ tipserit, est enim modus in rebus, nec scire fas est omnia, modus constitutus est, vt non omnes sint Apostoli, non omnes doctores, vt ait Apostolus. Quare ut scripsit Tertull.in præscript.cap.14. si quid tibi vi detur, vel ambiguitate pendere, vel obscuritate obumbrare; est utique frater, aliquis docto rgratia scientiae dotatus, est aliquis inter exercitatos conuersatus supplicis consulendus, ceterum idem subdit. nouissime ignorare melius est ne quid nō debeas noris, quia quod debeas nosci.

Inter orthodoxos quoque fuerunt duo extremi dicendi modi: quidam omnibus laicis absque ulla exceptione interdictam, & interdicendam putant vernacula m versionem. Sed haec sententia circumstantias non obseruat, nam Ecclesia est fidelis, & prudens dispensatrix, quæ dat filiis suis in tempore tritici mensuram.

Alij existimant, indiscriminatim tanquam diuinno honori, & fideliū saluti conuenientius esse cōcedendam, nec ad id quod est per accidens attendendum, ruinam nempe perditorum hominum, cū etiam Christus positus in salutem, fuerit in pīs lapīs offensionis. Sed contra est, quia quod paucos offendit, multis quoque noxiūm esse potest; vnde si sit indifferens, & non necessarium, vel à Deo præceptū iuxta regulas prudentiales, & leges chatitatis prohibēdū, vel permittendum est. Propter quod merito ab Ecclesia non omnibus legenda permittitur.

Scindū ergo est, vt docet S.Thomas quodlib.5. artic.24. quod ex publicatione verē doctrinæ potest sequi detrimentum spirituale in auditoribus. uno modo, si quis doctrinam subtilem, & altam proponeret iudicibus, qui non essent illius doctrinæ capaces, qui ex hoc detrimentum salutis incurrent cōtra exemplām Apostoli, qui dicit 1.Cor.3. tanquam parvulus in Christo lac potum dedi vobis, non escam; alio modo, quia confusæ, & inordinate, non præferrendo majora minoribus, contra id quod dicit Gregorius in pastorali. Quotiescumque ergo ex huiusmodi prædicatione doctrinæ scandalum pusillorum sequitur, tunc, sicut & bona cetera spiritualia, vel occultanda, vel etiam differenda, vt dicitur 2.2. q.43. cap.7. in corpore, quia non tantum veritas attendenda est, sed actus docendi, vt veritatem proponat secundum congruentiam temporis, & personarum vt dicitur in response ad 2. Cum ergo ex una parte lectio scripturarum omnibus publicata ex versione lingua vernacula detrimentum spirituale sequatur in vulgo, vt supra exemplis probatum est, & confusio illa oritur, & inordinatio, quod non paulatim, & per gradus, sed vt dicunt illoris manibus ē media fece vulgi mysteria diuina audeant tractare, & fieri Theologi unius diei affectent, ipsæque mulieres docere audeant, indiscriminatim non est permittēda. Ex alia vero parte, vbi corruptæ versiones hæreticorum grassantur lingua vulgari editæ, in ijs partibus permissione, aut licentia Apoſtolice Sedis iuxta prudētiām, quæ magis edificare quam destruere potest conceduntur; in partibus vero Catholicorum, concedi poterant certis conditionibus ab ordinatijs, vt dicit Index authoritate Concilii Tridentini confessus reg. 4. quæ postea sunt restrictæ ex obseruationib⁹ in regulam quartā. Regia ergo ista via in-

cedēdo, medium virtutis, & veritas ipsa attingitur. hæresis enim proprium est per extrema vagari.

### Solutiones Argumentorum.

**A** D primum argumentum respondetur, quod ibi præcipitur referri ad præceptū, quod proxime antecedit, nimirum audi Israel Dominus Deus tuus unus est, diligē Dominum Deum tuum, &c. deinde etiam si referatur ad id, quod Dominus per Moysem in vniuerso Pentatheuco mandasset, intelligitur de vniuersa lege non præcise, sed vt explicata certis temporibus à sacerdotibus: per eorum enim interpretationem publicam, vel per priuatam patris familias traditionem scire poterant quæcumque necessaria erant ad salutem, sicut modo idiotæ à doctrib⁹ Ecclesiæ, & prædicatorib⁹ præcipua capita ad salutem recessitia, que in sacris scripturis continentur cognoscere possunt.

Deuteronomij 31. præcipitur legi Dei mandata, septimo quoque anno, sed explanantibus sacerdotibus filiis Leui, quibus etiam mandatum legimus ibidem, quod non legis librum euulgarent, sed in latere arcæ testimonij reponeretur.

Reg: quoq; præcipitur, vt legat Deuteronomiū, ea tamē conditione, vt exemplar acciperet à sacerdotibus Leuitic⁹ Tribus: ijsenim legis aſteruandæ demandata erat cura, nō à vulgaribus hominibus; tū vt incorruptum textum acciperet, tum vt ab ijsdem interpretationem edisceret: vnde Iosias Rex 4. Regum 23. in templo Domini, vbi erant sacerdotes, & prophetæ, & omnis populus à paruo usque ad magnum, legit cunctis audientibus verba libri fœderis Domini, sed vt dicitur 2. Paralipom. cap.34. Helchias sacerdos prius, misit librum legis Domini per Sapian scribam, quem cum præsente Regere recitasset, audiissetque verba legis, scidit vestimenta sua, vnde Scriba interprete, primo legis verba intellexit, & mox sacerdotibus stipatus, à quibus interpretatio postulanda erat, iterum verba legis pronunciauit.

Ad locum Esdræ. Non quis de fœce vulgi, sed Esdras scriba, non vbiique, sed in cathedra magistratiter, non legendo simpliciter, sed interpretando, & docendo. vnde ibidem dicitur. abiit itaque omnis populus, &c. quia intellexerant verba, quæ docuerat eos, & subdiuit ibidem, quod in die secundo congregati sunt principes familiarum vniuersi populi sacerdotes, & leuitæ ad Esdram scribam, vt interpretetur verba legis. Si ergo principes populi, & sacerdotes ipsi, & leuitæ Esdra interpretatione indigebant, haurire ne putabit Prædicans nasutulus veram intelligentiam suo iudicio ex scriptura nullo sacerdote interpretare?

Hierem. 36. legit etiam Baruch audiente populo, sed non sine adiuncta explicatione, sicut modo etiam sacra scriptura, vt sit in concionibus, & lectiōnibus, explicatur, & elegitur: nec ullus illius populi ex illo volumine exemplaria postulauit, vel exemplaria, vt priuatim in eorum domos afferrentur.

Ad loca noui testamenti S.Cyrillus 3. in Ioan.c.4 tenet non esse præceptum illud Christi Domini dictum, scrutamini scripturas, ac proinde non imperatiuum, sed indicatiuum modum exprimere, ac si dicaret, ait Cyrillus, quæ namque utilitas est si scripturas

ras quidem scrutamini putantes ad vitam æternam per ipsas peruenire? cum autem eas testimonium mibi peribentes inueniatis, in quibus ego vita sum appellatus, nō vultis ad me venire, ut vitam habeatis. Quare sequitur, inde maxima vos animarum vestiarum detrimenta colligere, unde salutem consequi putatis, &c. S. Chrysostomus verò hom. 40, in Ioann. tenet esse præceptum, & sensum esse dicit, Chrysostomus, vt re non in superficie, sed in profundo considerarent, nō solum legerent, sed fidem adhiberent; nihil enim ex lectione sola perficere poterant, nisi fides accederet, qui credere solebant, & in lectione sola gloriantur. Penetrare autem, & intelligere non omnium est, & interpretatio accedit necesse est. vel dicendum ex Tertull. de præscript. cap. 8. illud præceptum Iudeos incredulos respicere, qui ob delicta eieci, extra Deum esse cœperunt. Poterat illis hoc dici, cum adhuc dubius esset illis Messias, & ignoratio questionem pareret, unde querere tenebantur, vt crederent, & inuenirent; nec simplices, sed Pharisæos, & Principes, ad quos dirigebatur illud præceptum obligabat. Ceterum iam Christo inuenito, non scrutari debemus, vt queramus an sit, sed scrutandū, vt appareat infidelibus quomodo verum sit, non vt fidem nouam cudas, sed veterem defendamus. Quare nō est præceptum pertinens ad Christianos. Et sic illud imperium Christi, vt scrutentur scripturas Christiani, vt sciāt defendere quomodo verum sit, non omnes, sed solos sapientes expostulat.

Scriptum verò dicit Ioannes esse euangelium, vt credatur, non vt ab omnibus legatur: nam si necessaria esset lectio uniuersique, nescientes legere euangeli frustarentur, & imperiti. Ut autem ab omnibus credatur, non negamus proponendum scriptum Euangeliū, etiam rudibus, & indoctis, sed doctoribus, & concionatoribus explicantibus, vt quæ ad salutem necessaria sunt, illis exponentibus discant.

Titulus verò crucis Dominicæ lectus est à pluribus Iudeis, non omnibus, à doctoribus, & principibus populi, non à vulgo.

Moyses verò legi solitus erat, sed cum prædicacione coniuncta erat lectio, sic n. dicit Iacobus, Aet. 15. Moyses ab antiquis temporibus babet in singulis civitatibus, qui ipsum prædicant, cum in synagogis per singula sabbata legatur, vbi prædictio cum lectione coniuncta cernitur, & hæc erat praxis de scriptura, aliquid legere, deinde lingua patria eam explicare. Vnde Actor. 13. post lectionem legis, & Prophetarum surrexit Paulus, & sermonem habuit in synagoga, qui Syriaca lingua factus minime dubitatur, quæ hebraica propter affinitatem quoque dicitur Actor. 21. Similiter & Christus Dominus Luc. 4. cum legisset librum Isaiae, plicuit librum, & sententiam explanare cœpit, sine dubio lingua Syriaca, hæc enim erat lingua vernacula, quæ pro concionibus, & explanationibus scripturarum adhibebatur. Beroenses vero non erant de fœce vulgi, sed nobiles, & eruditæ, qui Pauli prædicacionem cum scripturis conferre poterant, non tanquam dubij de doctrina cœlesti, sed vt magis in veritate agnita solidarentur, vt alias diximus.

Quod verò Paulus Hebraicè loquèrè Xpū audiret, quid Xpō cū Paulo loquente, & ceteronibus Calabriae cum lectione vernacula sacrae scriptura?

nam si ea verè fuit pura Hebraica, intelligebatur à Paulo, qui eruditus erat ad pedes Gamalielis, nec intelligi poterat ab imperito vulgo. Verum si fuit illa lingua Syriaca, quæ per affinitatem Hebraica nun cupatur, si ab omnibus intelligi poterat illa vocatio, concio illa fuit, atque vocatio, non scripturæ aliquius dictatio.

Ad Auct. Rom. 15. quæcumque scripta sunt, etiam ad utilitatem ignorantium scripta sunt, quibus absq; vernaculis verboribus, interpretat one Magistrorum Ecclesie præsidentium abunde prouidetur.

Ad secundi argumenti principalem auctoritatem, generalis est responso DD. ijs locis non agere de versionibus, sed de doctrina, quæ ad gentes, & nationes omnes permeauit per prædicationem, & catechismi praxim, &c. Ad auctoritatem Hieronymi dicitur, in omnibus linguis legi scripturam, sed non euincitur, quod ab omnibus hominibus illarum gentium intelligatur, & turpis est fallacia à singulorum generibus diuertere ad singula illorum generum. In funere Paulæ, Syriacè decantatum est, at non vernacula lingua. Sed si vernacula, forte rythmi erant è psalmis, vel ad modum psalmorum concinnati.

Dicit verò Augustinus scripturam esse versam per plures interpretum linguas; nunquam tamen dicit illas fuisse vernacularis, sed intelligit Græcas, & Latinas.

Chrysostomus non dicit nouum, vel vetus testamentum in peregrinas linguas translatum, sed diuinæ dogmata, hoc est fidei capita: nulla enim gens est, quæ suos catechismos non dictarit, atque conscriperit, & quod lingua sua nativa, & materna iam diuinæ dogmata recitabant, ac profitebantur.

Eodem modo loquuntur Theodorus, & Anastasius Synaita. Vel intelligendi sunt, quod libri Hebrei, vel scriptura sit translata in gentium omnium linguas: adeo enim satis prædicationibus explanata est, vt omnipotens gētium linguis quotidie prædicetur sacrorum librorum historiae, & præcepta, &c. etiam si vernaculis linguis gentium non sint exarata.

Ad confirmationem Concilium Nicænum impi à Cornelio Agrippa citatur, voluantur omnes canones illius Concilij, & omnia acta eiusdem, nihil tale reperiens orthodoxus. Ad illud, quod assertur à Socrate, quod Vulpius Gothorum Episcopus sacrâ scripturam vertet, id non euincit publicè eam versionem lectam, sed quid nobis Episcopum Ariatum obtrudunt, qui diuinatis Christi testimonia, potius corrupisse, quam reddidisse fideliter suscipi cari possumus; sed fuerit incorrupta editio, nō euincit primis quadringentis annis lectam fuisse in Ecclesia vernacula lingua sacram scripturam.

Sed quod Vvitakerus Hardingu citat de Armenis loquentem, &c.

Sciāt, quod Hardingu nouus æui vestri scriptor est, nec euincit primis illis quadringentis annis scripturam vernacula redditam.

Ad tertium principale. S. Hieronymus ibi agebat non de Dalmatica, sed de Latina psalterij versione, vt patet ex epistola eiusdem ad Paulam, & Eustochium. Vel potuit alius vir, Hieronymus nomine, talis editionis esse author, qui alius à vetere Hieronymo Stridonensi merito perhibetur, unde, & quidam Nouatores ( vt Author notationum in Bellonij obser-

seruationes) nuperam dicunt esse linguam, & versionem. Accedit, quod talis versionis non est in tota antiquitate facta mentio. Sic nec de Punica, nec de Armenica. Quamuis Armenica, qua in templis, & sacris utuntur Armeni sacra illa sit, & arcana. lego Petrum Victorem Caietanum, lib. paradig. ling. orient. fol. 59. & sic respondet Chrysostomo.

Ad id quod ex Beda opponitur, dicitur hoc tantum insinuare, quod à quinque lingua utrum hominibus lectae fuerunt in Britannia scripturæ, non quod in singulas linguae versæ sint. Vel dicendum vernacula lingua explicatas per conciones, & catecheses. Vnde idem Beda subiungit Latinam linguam factam esse communem meditatione scripturarum, &c. per lectionem, & expositionem eorum: de lingua vero Punica tempore Augustini, ne vestigium quidem in S. Augustino, qui aliqualem mentionem de ea fecisset, ubi sèpissime, præfertim in lib. de doctrina Christiana de translationibus differit.

De Gallica, testis desideratur, vt producatur à Iunio illius translationis author. Postellus vero non explicat, quis Carolus fuerit author eiusdem. Alterius Gallæ versionis (vt videant Nouatores non esse generes à veteribus hereticis) heretici Vvaldenses fuere authores, & alij, vt patet ex Innoc. III. epistola 2. ad Metenses. Fracica vero illa vetus non est translationis omnium librorum, sed solius Euangelij, vel Psalterij ex rythmis constans. vide Trith. in catalogo in Ophrido: & Velserum in rebus Boiacis. De versione Brittanica sciendum est, duplum olim fuisse versionem, unam catholicam, de qua meminit Treuianus; alteram hereticam, cuius author fuit Vviclephex Vvaldensi lib. 2. cap. 70. ante prohibitionem legi poterat catholicæ, nulla extante adhuc prohibente lege, sic & illa Italica Archiepiscopi Genuensis, nunc vero Ecclesia prohibente non possunt.

Ad tertium principale, & ad primam rationem, sicut dicit Apostolus cauenda esse offendicula, & id, quod alias ex se bonum est, ratione offensionis vitandæ caueatur; ita & in casu nostro dicitur ex natura sua non esse malum legere vernaculam Bibliorum lectionem à Catholicis editam, sed ratione diversarum personarum, temporum, locorum, & aliarum circumstantiarum, & nullo scripturarum insevitio talia Biblia legere interdicendum est. Licit Cathaginenibus dubitantibus posse suam Rempublicam Græcis prodi (ex Iustino lib. 2. historiæ) vetare, ne quis Græcae lingue studebet, nec ad Græcos scriberet, vel cum ipsam absq; interprete alloqui posset; & etiam vetatur pueris interdum ne scribere, vel legere discant ob pudicitia periculum. Et temporibus destinatis medicina iuuat. Data tempore prouunt, & data non apto tempore vina nocent; ita & in casu nostro factum est, ne salutarem escam hauriens è scripturis sacris ex mala affectione stomachi venenum, non salutarem cibum concoqueret, non scripturarum, sed legentium qualitate, non valentium cibum digerere ex ignorantia, vel praua stomachi qualitate bonos succos in noxiū humorem convertendo.

Ad secundam rationem. Fallacia est ea, quæ uno tempore utilia visa sunt semper talia existimare omni tempore, nec enim sequitur, utilissime calefiunt in hyeme Hypocausta, ergo & media ætate.

Nocte utilissimè accenduntur lucernæ: ergo media ætate, sic non sequitur, olim causa erat legitima legendi talia Biblia, ergo & modo. etenim hominum temeritas, curiositas, cum experimento errorum ex huiusmodi lectione fecit cautos pastores, vt prohiberentur passim, & sub certis conditionibus, certis vero personis talis lectio catholicarum versionum in vulgari lingua concederetur.

Ad instantiæ resp. q; nō ideo miles armandus non est, quia nonnulli milites contra patriam sumserunt arma, sed rebelles plectendos nullus dubitat. Non optimum fuit quorundam consilium datum, Lacedemonijs ad vitandam ebrietatem, quod vites, quæ vinum producunt, incidentur, quin potius eorum sententia præualuit, qui superstitionibus vitibus alio remedio ebrietati obviandum putarunt. sic & in proposito, non in viuierum tanquam per se malum, & illicitum, damnantur versiones vernaculae, sed spectatis circumstantijs locorum, temporum, & personatum. Vnde sicut ad prudentiam pertinet, non omnibus gladium porrigitere, præfertim furiosis, nec pueris, nec mulieribus vina propinare, sic imperiæ multitudini, populo vertiginoso, & furioso præfertim heretico non est nudus gladius verbi Dei porrigidus. Vnde sicut unicuique permisum est ex Myropoljs, nisi arte pharmacopolarum calleat, præscribere aromata, & antidota, & potiones, ad medendum; quamvis in se aromata perfectissima sint, & virtutem habeant morbos expellendi si debite applicentur: sic passim interdicitur scripturam adire vulgarem, & pro suo cerebro pharmaca conficere, quæ detimento potius, quam commodo essent, si absque arte applicarentur, & si in se vim contineant salutarem. Talem autem occasionem adeo frequenter nequaquam subministrat, versio latina, et si interdum aliqui sua culpa in materiam erroris verterunt, quod erat editum ad manifestationem veritatis: sed nec mirum, quia etiam lex sancta, mandatum sanctum, ait Apostolus, et si occasione accepta per mandatum supra modum aliqui fuerint peccatores, vt dicitur Roman. 6. Nec unquam errandi occasionem aliquis accipiet ex scripturæ lectione, si scripturam legens ad normam Ecclesiastici sensus oculos direxerit, sed solus, qui patru sensu reliquo, priuatum iudicium sequitur, & quia vulgus præfertim impatiens est, præfertim hoc tempore tot heresis, & nouitatis grassantibus, ne opportunior eidem præbeatur occasio se mergendi in perditionem merito hodie interdicta est vulgaris scripturæ lection, quæ tamen superioribus sæculis fide, innocencia, obedientia vigente, omni errandi secluso periculo eiusdem Ecclesiæ autoritate quibusdam nationibus rationabiliter permissa est. Per abusum vero rationabiliter interdici potest usus alicuius rei non simpliciter, sed certis conditionibus adhibitis. Quamvis saltem ante 400. annos fuerit usus in contrarium, vt nonnisi Græca, Latina, Hebraica lingua in publico eorum usus scripturæ legerentur. Usus idem in vulgari lingua nunquam à Deo est imperatus, qui et si imperatus esset cum circūstantiis imperatus est, quæ non accidentia sunt ad prudentem actionem moralem faciendum. & Smidellinus bibulus cum suo exemplo de vino iam satis est confutatus ex dictis.

Ad tertiam rationem, arma sunt scripturæ, sed in manu

manu fortium non debilium, vel puerorum, qui vulnerari potius possint, quam ferire, vnde nec David armatus incedere poterat, nec enim omnium est intelligentia, quare falsa est maior Vvitakeri, necessariam esse omnibus fidelibus lectionem, & intelligentiam scripturarum, vnde idiotae bene adaptati potest, quod scribit Tertullianus [Ignorare pleaque satius est, ne quid, quod non debeas nos, quia quod debebas nosti.]

Ad tertiam rationem, sicut dicit Augustini. i. de doctrina Christiana c. 35, quod finis intelligentium scripturam, est charitas, ut quisque sine illa non edificet istam geminam charitatem Dei, & proximi nondum intellexit, qui vero non intelligit, si credat, & amet suum habet fructum. vnde & Clemens Alexandrinus de fide loquens ait, quod etiam absque litteris discitur, eius autem scriptum, quod ad rudes ignorosque homines pertinet, est diuinum, vocatur charitas, que est decretum spirituale, non ergo in eo, quod intelligitur, sed in eo, quod creditur, & amat diuinum, quoddam constituit Clemens. est & aliis fractus, quod verba diuinarum scripturarum etiam si ab indoctis non intelligentur virtutes diabolicas infirmant. vnde Origenes hom. 20. in Iosue, si ergo vides, o auditor aliquando legi scripturam in auribus tuis, quam non intelligis, & eius sensus tibi videtur obscurus, interim hanc primam suscipe utilitatem, quod solo auditu veluti praecantatione quadam noxiarum virtutum, que te obsidet, & qua tibi insidiantur, virtus depellitur, & fugatur. assert aliud exemplum de eo, qui suscipit medicamentum cibi, vel potus pro purgando oculo, quod etiam si non cognoscatur, que sit virtus, ramen tunc habet effectum, cum cibus transfit, ita inquit, credendum est etiam de scriptura sancta, que utilis est, & animae prodest etiam si sensus noster ad praesens intelligentiam non capit, quoniam, & bona virtus, que nobis adiungit, reficiuntur, & contrarie torpescunt bis meditationibus, & effugantur.

Ad auctoritatem Apostoli. Optabat quidem Apostolus intelligi ea, que in Ecclesia dicebantur, non tamen consequens est, quod ab omnibus intelligi deberent, nec quod omnes haberent respondere, Amen, super benedictionem. vnde sapienter prouisum est ab Ecclesia, vt non populus, sed Ecclesia ministri respondeant, Amen, isti vero ministri sunt, qui intelligentiam habere debent eorum, que dicuntur, & loco populi respondere, Amen super benedictionem, vnde de his ministris dicit Apostolus, qui supplere locum idiotae quomodo dicet Amen super tuam benedictionem? supple si ignoret, si non intelligat. Quod si dictum Apostoli ad omnes extendamus, sermo est de scripturam interpretatione ad populum, vnde inferius subdit Apostolus, sed in Ecclesia. Volo quinque verba sensu meo loqui, & ut alios instruam, quam decem millia verborum in lingua, ut ilius enim ait Ambrosius, paucis verbis in operatione sermonis loqui, quod orantes intelligent, quam prolixam orationem habere in obscuro. Vel est sermo Apostoli voluisse, ut Christiani ad cantus ab ipsis fidelibus compositos responderent Amen, & sic voluisse, ut nota lingua canerentur.

Ad confirmationem, ad Basilium responderet noster Senensis lib. 6. annot. 26. Basilium loqui non de recitancibus preces, vel Missas, sed de his, qui orationes ad populum habent. Chrysostomus vero per-

idiotam, plebeum intelligit ministrum ecclesiasticum, qui plebeius dicitur, in representando vulgus, & populum, vnde propterea dicitur ab Apostolo, supplere locum idiotae, hic autem conscientia esse debet eorum, que dicuntur in Ecclesia, ut dictum est, ut respondeat Amen super benedictionem.

Ad secundam confirmationem. Aedificatio Ecclesiae Dei est, si preces intelligat minister Ecclesiasticus: nam si passim idiotae illas intelligere debent, si cut & scripturas lingua vulgari legere, omnis ordo de Ecclesia auferretur, cum non omnium sit de diuinis differere, ut tradit Nazianzenus oratione 1. de theol. aedificatur etiam similiter plebs, cum scripturam per exhortationes, & conciones explicantur. vnde de sacris concionibus primitiæ Ecclesie loqueus Tertullianus in Apolog. cap. 39. ait, quod interueniebat ibi exhortatio, & explanatio scripturarum, cogimur, inquit, ad diuinarum litterarum commemorationem, si quid presentium temporum qualitas, aut præmonere cogit, aut recognoscere: certè fidem sanctoris vocabus scimus spernerimus, fiduciam figimus, disciplinam præceptorum nihilominus inculcationibus densamus, ibidem etiam exhortationes. aedificabantur quoque per cantica spiritualia, que ut colligitur ex Tertulliano in apologet. cap. 39. in conuentibus occinebantur christianorum: post enim cœnas, quas Agapes vocabant ad fidelium pauperum subleuationem institutas (que pariter erant pars facti conuentus) post cœnas, ait Tertull. ut quisque de scripturis sanctis, vel de proprio ingenio potest, prouocatur in medium canere.

Nec valer instantia, quod si haec omnia accommodata erant ad aedificationem plebis, quod pariter scriptura, & preces publica vernacula lingua expounderentur, ut passim ab omnibus legerentur; nam ex cantis illis, & exhortatione suam populus, & satis, hauriebat utilitatem, quam non potuisse haurire populus indoctus ex scriptura vulgari sermone descripta, imo potius damnum reportasset.

Ad quintam rationem negatur consequentia, cum intelligentia iuxta captū, & statum suum haurire possit populus, pastores, & interpretes sacros ausculando.

Ad sextam rationem, negatur antecedens, ad probationem iam supra satis responsum est.

Ad septimam rationem negatur consequentia, nam multa publicè aliquibus vetantur, que priuatum cōceduntur, maximè cum quodam dēlectu hoc nonnisi pijs concedatur, quos nonnisi impiè Hunnius dicit immersos in cœno barbarico Pontificiarum impietatum, cum hoc non sit arguere, sed blasphemare. Quod si sui tales essent, qui talē licentiam mererentur, concedere illis talis lectio, etiam mulieribus, sed ut quondam Bernardus monachis potentibus vinum, & allegantibus Thimotheum, respondit. da mihi alterum Timotheum, & cibabo eum, si vis etiam auro, sic dicimus istis, da mihi alteram Paulam, & Eustochium, & non solum vulgaris scripturarum lectio, sed si vis etiam secretiora arcana committi possent.

Ad octauum respondet, quod cum eo tempore Constantinopolis, & magna pars Palestinae in latinarum ditionem peruenisset, & in Concilio illo interfuerint Patriarchæ Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus, putarunt Patres, corum m̄ ḡres,

& ritus sustinendos esse, & ita constituerunt, non quidem ut vulgari lingua, sed ut Latini Latinè, Græci græcè sacra peragerent: sermo ergo est de homibus diversa lingua in eadem Ciuitate, vel Provincia habitantibus.

Ad ultimam respondetur, hoc quibusdam nationibus ab Apostolica Sede permitti, quæ permissio non est indiscriminatim, & passim ad omnes extendendam, maximè ad degentes in castris rebellium. Sed quantum attinet ad Armenos sciendum ex auctore quodam Græco in M. S. C. Biblioth. Bauariae, quod cum nulli in Armenia reperirentur, qui Romanam linguam perspectam haberent, extiterunt nonnulli, qui contra formam à magno Gregorio præscriptam sibimet Ipsi Armeniaca lingua psalmos, & litteras, & cantiones transtulerunt, quod audiens Theodosius Imperator, valde succensit Armenijs, eo quod traditionem à S. Gregorio acceptā violassent, qui placare illum conantes, promiserūt, se nunquam facturos discessionem ab Ecclesia, & tam Romanam, quam Græcam linguam intelligebant se semper esse retenturos, eo quod inquietabant. Romana, seu græca melodia sit angelica, & cælestis, quæ rusticitate nostra nequaquam aequa, aut æquare liceat: Et quamvis olim licuerit, vel aliquibus nationibus liceat, Ecclesia concedente vulgari lingua celebrare, &c. nunc quia Germani scissionem ab Ecclesia fecerunt, & ritus vniuersalis Ecclesiæ amplecti nolunt nullo pacto, etiam si liceret, lingua vulgari sacra fieri debent, ne scripturæ vertendæ in eandem lingnam, cum hæc sit militaris tessera, quibus Catholicus à Protestantē seiunctus agnoscitur. Certum est autem, quod nec nomina cum Hæreticis Catholicis habere debent communia. Quare sicut nunc illicitū est die Dominica ieiunare, quia cum Manicheis cōspirare videremur, vel decimaquarta Luna Martij Pascha celebrare, quia iudaizare censeremur: ita ne condescendere videamur nostrorum temporum hæreticis, permittendū non est, vt indiscriminatim Biblia vulgaria omnibus cōcedantur. Cum hoc etiā titulo discessionem ab Ecclesia fecerint, & à Christiano orbe Latinè, vel Græcè celebrante, & scripturas legente, impie se segregant.

#### CONTROVERSIA GENERALIS VLT.

##### *De Hæreticorum versionibus.*

D Einde considerandum de Hæreticorum versionibus an in illis contineatur verbum Dei, quod se solum sapere, & habere inaniter gloriantur; cum tamen, ut scripsit de illis Clemens Alex. lib. 7. Stromat. Gloria teneantur desiderio, qui ea, quæ ex sua natura diuinis sermonibus diuinitus inspiratis tradita à Beatis Apostolis, & Magistris, sua sponte fallaci sapientiae simulatione corrumpunt, diuina eloquia falsis traductionib[us] peruerendo.

##### ARTICVLVS VNICVS.

*An in Hæreticorum versionibus contineatur verbum Dei.*

*Nouatorum impietas.*

P Reclarè scripsit de Hæreticis Tertullianus 4. contra Marcionem cap. 5 faciūt fauos, & vespe, imitantes, & emulantes Catholicos. Hoc, vt in ceteris etiam versionibus nouatores nouandi studio præfici terunt, tam Latinam, quam vernacula versiones no[n], & inaudito modo cūdentes, orbique obtrudētes. Vnus igitur, qui latine tota biblia vertit in latinum fuit Sebastianus Castalio anno 1556.

Ceteri vero vel totum vetus, vel totum nouum, transtulerunt testamētū. Totum vetus, tam canonicos, quām (quos vocant) deuterocanonicos libros, transtulit Emanuel Tremelius primo Iudeus, secundo Monachus, tertio Caluinista. Addidit his Iunius Caluinista etiam Apochriphos lib[os], tertium scilicet, & quartum Esdræ, & orationem Manasse. Sebastianus vero Munsterus omnes libros, quos protocanonicos nuncupant, transtulit, reliquis qui in canonem ab eis non admittuntur, qui & deuterocanonici ab illis dicuntur, omissis.

Leo Iudas Tigurinus cepit ex Hebreo integrum, bibliorum versionem cedere, sed præcisā velut à texente vita eius, illud opus imperfectum reliquit, quod & ab alijs Symmītis perfectum à Theodoro Bibliandro, Petro Colino, Conrado Pellecano. Et hæc editio alias Tigurina vocatur. Quare mirum est quod à Scalante lib. 6. sui clypei concionatorum cap. vlt. nesciens istos esse hæreticos, speciosis titulis cum ipsa versione cohonester, quare merito illud caput ex decreto Sac. Congregationis indicis expungatum est.

Partem vero veteris testamenti transtulerunt sequentes Hæretici. Zuuinglius vertit psalterium ex Hebreo. Item Isaiam, & Hieremiam: Bucerus (qui se Aretium Felinum attulit) psalterium transtulit; quod etiam transtulerunt Vuolfangus Musculus, Calinus, Ioannes Bughehangius Lutheranus, Georgius Maior, Henricus Mollerus, cuius versionem in suum psalterium suffratus est Beza. Iodocus Villichius similiter psalterium ex Hebreo transtulit: Prophetas vero transtulit Oecolampadius.

Nouum testamentum ex Græco in Latinam trāstulit Erasmus. idem præstitus Beza, quotom antefigianus fuit Laurentius Valla, non tam nouus interpres, quam veteris vulgati interpretis sigillator.

E Syriaco vero nouam versionem præstitit Emmanuel Tremellius, quæ adiuncta circumferuntur cum versione Bezana Hannouie 1603.

Ex Arabico transtulit Franciscus Iunius Acta Apostolorum.

Totum testamentum vetus, & nouum Germanice reddidit Lutherus ex Cochleō de actis Luth. 1522 quæ etiam conuersa sunt in sermonem Islandicum, & Danicum.

Porro Biblia à Luthero in vernaculam linguam translata à Melanchthonem commentata ex libro contra

contra Staphil; à Pomerano adeo iactata, ut optaret festum diem instituendum pro translatione huiusmodi, cum tamen ipsi festos dies non recipiant isti belli euangelici. Tigurini aliam Germanicam versionem, Lutherio id egrè ferente, cuderunt, Leone Iuda interprete. Castallio etiam Gallicè biblia vertit, Beza, & Geneuenibus minime illi plaudentibus nouam versionem aggressus est Ioannes Piscator in Nassouia, ut refert Cudsemius in refutatione quadripartiti examinis, in qua innumera partim ridicula, partim impia, & blasphemica colligit Paulus Roderus prædicens Lutheranus. Innumeræ aliae versiones germinarunt Flandricæ, Polonice, Anglice. Porro in Biblio Anglicanis duo millia depravata loca Cuthbertus Tonitallus Londinensis Episcopus annotauit.

### *Oppositiones aduersariorum.*

**P**rimum argumentum. Quia antiqui Patres nihil tam necessarium, & utile ad vetus testamentum tere iudicabant, quācum vt cum Hebreis fontibus omnia comparatēt, ex ijs hauriretur veritas, & aliqua vna translatio cum Hebreo textu informata, in Ecclesia sua inualesceret, sed hoc non est hucusque præstatum, nisi per nouas versiones Iunij, Tremelij, &c. ergo istæ recipiendæ, tanquam in illis contineatur veritas, ac verbum Dei.

Minor probatur, nam propter ignorantiam sermonis Hebraici ab eo labore abstinuerunt, ad interpretationem 70. confugientes; alii ex multotum interpretationibus vnam conflabant editionem, alii non curantes de soliditate doctrinæ, quascumque interpretationes obuias assūmebat, & Augustinus ipse exp̄s fuit sermonis Hebraici, & in Latina ex 70. senioribus translata queuit, quia nihil melius videbat. Hieronymus magis mostravit viam, quam aliquid dignum tanto hiatu præstitit, cum ergo hæ nouæ verhones per omnia fontibus respondeant, in illis talis est veritas. Est argumentum Iunij, & Tremelij præfatione ad electorem Palatinum.

Secundum, quia in his versionibus singuli sacri libri, & singula verba penitata, versata, & reuersata sunt, & secundum Rabbinorum expositiones illustrata, & ex illis selecta meliora; cum in vulgata multa loca ab Hebraica veritate dissentiant: alicubi obscura, & aliena deprehenduntur, ut vel Prophetarum mens non sit expressa, vel certa intelligi non queat, & multa intelligi in eadem vulgata non potuerint, nisi hebraica lecta fuissent, & commentarij Rabbinorum consulti. Est Munsteri.

Quod si respondeant (ait Munsterus) solam vulgatam recipiendam, quia per veteres illa communis editio est probata.

Contra ait. Tanta est vetustatis consuetudo, ut D. Hieronymi utr̄ verbis, ut etiam confossa plerisque virtia placeant. Accedit (subdit idem) plurimum referre an aliquid è fontibus, an è qualibuscumque lacunis aliquid hauriatut.

Tertium, quia ob sermonū idiomata (ait Munsterus) sic in alienam linguam transfundi non possunt, ut vel eandem, & natuam paremè natuæ gratiæ, claritatemque referant. Nois ergo versionibus opus fuit; ergo, &c.

Quartum. nostro(ait idem) beneficio, multiudi neque librorum, quos priscis nouimus defuisse, id præstitum est, & Hieronymum præter nuda Biblia, & rudem præceptorem, eumque male fidum in veteri testamento nihil habuisse, compertum est: ergo, &c.

Quintum, quia multa male redditæ sunt, ex Hebreo, ut in uno Esaia plura quācum ducenta loca non recte vera deprehensa sint. Similiter in iis, qui ex Graeco translati sunt, ait Iunius præfat. versionis sapientæ, Ecclesiastici, Machabeorum multa loca sunt dispuncta, varia depraedata. Addit Cholinus Zuanianus præfat. versionis eorundem lib. multa esse soleca, & barbara. optima ergo eorum est versio, ne quid de Hebraica veritate desiderandum superesset, & sine detimento, & offensa lingue politioris sacra Biblia legerentur.

Sextum, quantum attinet ad versionem noui testamenti insurgit Beza suas merces venditando. Quia in vulgata versione veteri, quedam obscuræ interpretata sunt; quedam omissa, quedam adiecta, ut minimè, ait, mirum sit, eruditis hominibus nunquam satisfecisse: imperitis autem multis magnos errores obiecisse. Vnde Augustinum, Ambrosium, Hilatiū, vllum denique scriptorem eruditum, esse nego (ait Beza) qui non ab illa sepe numero discesserit. Vnde et si aliqua commiseratione digni sint, qui errata non intelligunt, veritatis hostes sunt, qui peruerso ingenio in crassis tenebris versatæ, veritatis lucem sponte refugiant, seque deridendos exhibit, dum vulgatæ inhærentes occidunt. Maiores nostri illa interpretatione fuere cōtentí. Cū ergo hæc omnia per nouas istas versiones corrígantur, in illis veritas, &c. verbum Dei reperitur.

Septimum, quia cum nō omnia possimus omnes, vni potest occurere, quod alterum effugit, & vnuquisque ex Aristot. t. ethic. iuuat ex tempore ad veritatem inueniendam, tam quācum ad vnum, eundemque hominem, qui postea videbit, quod prius non viderat, quācum etiam quantum ad diuersos, ut pote cum aliquis addit, & intuetur, quæ à predecessoribus non sunt obseruata, vel non recte ponderata. Hæc impij.

### *Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.*

**S**ed contra est primo. Quod hæ versiones rejici debent, quia omnia nouant. Primo in numero librorum. Secundo in ordine. Tertio in librorum inscriptione, & capitum numeratione. Quarto, in phrasibus, demum in punctuatione, orthographia, & pronunciatione.

In numero, nam vt supra visum est multos libros veteris testamenti machæra heretica detruncant, nempe Tobiam, Iudith, Baruch, partes alias Hester, & Danielis, librum Sapientæ, Ecclesiasticum, librum primum, & secundum Machabæorum, illos æquantes tertio, & quartio libro Esdræ, & tertio Machabæorum, & orationi Manasses. Enouo Lutherani mutilant epistolam ad Hebreos, Iacobi, posteriorem Petri, duas Ioannis, vnam Iude, Apocalypsim. Caluiniani vero religiosiores se venditant in hac parte Lutheranis, & si ad vnum usque apicem omnes

omnes libros novi testamenti recipiunt, solus Beza ausus est aliqua ex S. Ioanne detruncare.

Quantum ad ordinem. Siquidem, facta distinctio ne omnium librorum in protocanonicos, & deuterocanonicos (quos vt apochryphos habent) recensitatis protocanonicis, in angulum relegant dictos libros, quos secundi ordinis vocant, & pro apochryphis habent, separantes a reliquis, quos solos canonicos putant. In quorum librorum supputatione, quos vt canonicos nolunt agnoscere, mirifice inter se quoque variant, nam Lutherus in versione Germanica sic eos disponit. Judith, Sapientia, Tobias, Syrach, Baruch, Machabæi, partes Estheris, Partes Danielis, alias verò apochryphos 3. & 4. Esdræ profus omittens. Cholonus Zuunglianus alter disponit nempe. Sapientia, Ecclesiasticus, oratio Manasse, Baruch, partes Danielis, Judith, tertius & quartus Esdræ, 1. & 2. Machabæorum. Franciscus Iunius alter disponit scilicet. Tobias, oratio Manasses, Judith, Baruch, epistola Hieremias, partes Danielis, tertius Esdræ, quartus Esdræ, partes Estheris, tertius Machabæorum, quem 1. & 2. libris verè canonicis etiam præponere non veretur.

In protocanonicis nouitatem pariter exercere voluerunt. Tigurini post librum Esther collocant 4. Prophetas maiores, postea minores, deinde Iob, mox Psalterium, ultimo loco libros Salomonis. Musterus aliter disponit: nam post Prophetas 3. Maiores, Minores ponit, Psalterium, mox Iob: deinde Proverbia, postea libros Paralipomenon, quæ etiā annalium titulo decorat: tum Cantica Canticorum, Ruth, Threnos, Ecclesiasten, ultimo loco Esther. Quantum vero attinet ad ordinem librorū noui testamenti. Lutherus sic disponit. post Evangelia, Acta, & Pauli Epistolas, locat primo loco canonicas Petri, deinde 3. Ioannis, mox recenset epistolam ad Hebreos, tum epistolā Iacobi, & Iude, & Apocalypsim.

Quatum ad librorum inscriptionem, & capitum numerationem. 1. & 2. Regum liber apud eos dicitur 1. & 2. Samuelis. Noster tertius Regum illis primus est. Quartus vero secundus eR. Libri Paraliponititulantur apud eos, libri duo Chronicorum, siue annalium, sic in Biblijs Tigurinis. Euangelium secundum Mat. Marcum, Lucam, Ioannem, apud Castalianem describit, Euangelium authore Matthœo, authore Marco, &c.

In Psalmorum enumeratione, uno excepto Pomerano (ex Cochleō) Iudeos sequuntur, qui enim apud nos est decimus, est apud ipsos undecimus, & quem nostri centesimum primum dicunt, ipsi centesimum secundum. Idem faciunt in capitum enumeratione aliorum librorum, sectionem capitum Rabbinorum sequentes.

Quantum verò attinet ad phrases, & loquendi modos, tertio quoque verbo, vt aliiquid præstisset sui laboris videantur, verba murant, & idem prorsus interdum significant, quod nostra verba. sic observabis innumera in Beza, & Erasmo.

Denam in punctuatione Iudeos, & Masoretas, potius quam nostros sequendos voluit Pellicanus: & in accentibus, motionibus, punctis pueriliter occupati, satis cum ijsdem, se puros Grammaticos ostendunt, occidentis litteræ professores, & punctorum aucupes.

Secundo principaliter, quia nouas metamorphoses in scribendis, & transferendis nominibus proprijs hominum, Regionum, Vrbium, populorum, nedum contra sensum, & consensum orthodoxorū Patrum, verum etiam contra septuaginta interpretum translationem, qui erant Hebraicæ linguae peritissimi, imo & contra Apostolica, & Evangelica scripta, orbi inuixerunt. Sic Isaia apud ipsos transfertur Ischaia, ita Iunius, & Tremelius: à Munstero Iesaiā. Oecolampadio Hesaias, vel Ischaita. Sed Ieremias vertitur à Iunio (vt & à Tremelio) Iirmelia, à Munstero Iermelahu. Ezechiel à Iunio Iezhezel, à Lutherio Hesekiel, &c. Samuel apud Nouantes illos scribitur Schemuel, Anna Channa, Isaac Iitzchak, Iacob Iahakob, Pharao Pharango, Iosu Ichosuach, Solomon Schelomo. Phares generationem his verbis recēset, Tremelius, & Iunius. Peretz genuit Chetzonem, Chetzon autem genuit Ramum, & Ram genuit Haminadabum; Haminadab autem genuit Naschonem, & Naschon genuit Bo-hazum, & Booz genuit Hobedum: Hobed autem genuit Ischaim; & Ischai genuit Dauidem. Hæ autem metamorphoses etiam displicerunt Zuunglio præfatione in complanationem super Esaiam, quod hæ mutationes parum ciuititer à Rabbinis factæ sint. Et ipso Pellicano fatente incertum sit (ait) an Iudeorum antiquitas sic ea protulerit, vt Rabbinica pronunciatio haberet. Et non sic protulisse illud suaderet Pellicano, & etiam Zuunglio, quod olim notis vocalium, & diptongorum Hebreos caruisse magni virti existimant, usque constabat lectio sine illis, qui post tot captivitates prorsus exoleuit. Idem Zuunglius eidem nouitati infensus multa deprehendit perperam immutata dixit: nam propp. Ion, legunt Iasan, pro Darius שָׁרֵן legunt Dartga, pro Cyrus, legunt Korech.

Tertio principaliter, quia potius voces insectantur, quam sensum, & Grammaticam, potius quam Theologiam redolent. Oculariter id ostenditur in versione Munsteriana, que vt est tota Rabbinica, ita & tota cum annotationibus Grammaticalibus sed non mirum quia non 70. interpretes, sed nouos Rabbinos lectari voluit, vt Kimki, & alios, quos Grammaticos potius quam Theologos extitunt, eruditè per omnia demonstrat Genebrardus præfat. in psalt. idque quoque obseruauit idem Genebrardus præfatione in Origenem, de versione Castalianis loquens, de qua dicit, quod plus habet pompe, & phalerarum, plus faci quæ succi, plus hominis quam spiritus, plus humanarum cogitationum, quam diuinorum sensuum. Ibi ex inferius suscitati Genios, sic enim Angelos ausus est appellare, mysteria subducit mutatis verbis: vbi dicitur, dixit Deus fiat firmamentum, vertit, iussit Deus, ne verbi Dei, quo omnia facta sunt vestigium apparet. Baptizandi, baptismi, Ecclesiæ, Angelorum, Mediatoris, & si qua sunt huiusmodi vocabula sollemnia, & omnibus perspicua expunxit, prophana, & ignota subiicit, vt eidem virtus veritatis Beza edifferens de versione Castalianis: imo ex eodem Beza obsoleta nonnulla affectat, nempe publicare Euangelium, congregare, defatisci, pollicere, Pasca, pollucturus, contentius, tot deinde errata Beza dicit se deprehendere, vt dicat se non habere tantum ocij, vt in purgando Augæ itabulo tempus aliquod possit consumere. Sed & ministris

# De sacrorum Bibliorum versione. 421

Tigninis, neque probantur isti noui Grammatuli, qui nec veriti sunt ab Apostolis usurpata vocabula, immutare, cuiusmodi sunt, inquit, in præfatione suorum Bibliorum. *Fides profiducta fidelis profidet, & veraci, bencētus pro laudandus, benedicere pro fortunare, omni genis bonis dotare, benedicere, bene preceari gratia pro favore, constiteri pro libere fateri, euangelizare pro letum nuncium afferre, qua in re minus, ait, sunt morosi, qui cum omnibus professionibus, sine facultatibus, peculiaria quædam permittant vocabula, solis id diuinis litteris non concedunt, & utentes eis mire fugillent, & omnium hæreticorum Patriarcha Lutherus lib. de interpretando tom. 12. German. Vvitemberg. nō esse mitandum, ait, etiam si aliquādo à Grammaticis, & Rabbiniſ discedat: se enim secundum esse hanc regulam, ut sicubi verba commodiorem, & meliorem sensum tulerint, non passus sit se per Grammaticam à Rabbiniſ compositam ad sensum minus commodum abducere: esse enim communem litterarum regulam, non sensum verbis, sed verba sensui subjici debere.*

Quarto principaliter. Quia plus Iudeis, & hostiis Ecclesiæ Rabbiniſ, quām Christianis, & Orthodoxis tribuunt contra Tertulliani egregiam regulā in lib. præscriptionum cap. 12. que amus ergo in nostro, & de nostris, & de nostro. Quare autem Rabbiniſ non oporteat nos credere, multe possunt assignari rationes.

Prima ratio, nam vt dictum est, versores Grammatiſæ nedū explodēdi sunt, sed vt ēt aſſerit Lutherus apud Surium anno 1566. non sunt curandi Hebræi Grammatiſæ, quia in ſenſu ſcripturæ ſunt Rabbiniſæ, iedest animalia ſine ratioae: ergo, &c.

Secunda ratio. nullus ſeruus cibaria ab extraneo, ne dicam ab inimico Domini ſui ſperat, ex Tertull. ibidem: at Iudei extranei ſunt, ipſo Lutheruſ etiam farente lib. de Iudeis, & eorum mendaciis tom. 7. lat. Vvitemberg. vbi eos diabolis comparat, eorumque synagogam nidum diabolorum appellat, in quo fauſtus diabolicus, gloriatio, vaniſſima mendacia, blaſphemia horrendæ contra Deum: vnde ibidem ſubdit, caue ḥ Christiane Iudeos, quia per iram horrendam Dei Sathan traditi ſunt: nam non ſolum vero intellectu ſcripturæ, ſed omni pudore, cōmuni ſenſu priuati ſunt, & Sathan per eos ianum deridet ſcripturā, vt de cætero eis in nullo articulo confidere, aut tuto credere posſis etiam ſi nunquam excidat verbum veri.

Tertia ratio ex eodem Tertulliano: nullus miles ab infedariis, ne dicam ab hostiis regium donauim, & ſtipendium captat, niſi plane deforſor, transſuga, & rebellis: at iij inimici ſunt, & hostes nostri capitales. vnde Lutherus ſupra ſic dicit. ergo ſcias Christiane, & niſil dubita, te poſt ipſum diabolum nullum acerbiorē virulentiorē boſiem habere, quam verum Iudeum, maximè eum, qui ſerid vuli eſſe Iudeus: nam forſan multi ſunt inter ipſos Epicuri, qui credunt, quod bos, aut anferes credunt.

Quarta ratio, ne mo potest ſtruī, vnde deſtruitur, ex Tertulliano, at consulens Iudeorum expoſitiones potius deſtruī potest, quām inſtrui: ergo, &c. minor probatur, nam Iudei caci ſunt: & duces cœcorum, vt dici Christus Dominus: librum habent ſignatum, quem ſola clavis David aperit, hoc eſt Ecclesiastica intelligentia, & cum Christura odio habeant ſine Christo ſunt, & Spiritu ſancto, vt docet Hierony-

mus: ſine Spiritu ſancto ſcriptura reſerari non poſt, ſed & eadem minor etiam ibidem probatur à Lutheruſ, vbi ait, Iudei ſunt ſumma cœcitate percuſti, pleni ſtultiſimiſiſ ſuperiſtionibus, vbi fiduci signis, characteribus nominis tetagrammaton. Inſuper expli- cationes eorum ſcripturis convariae preteritum circa 70. hebdomadas Danielis intricate, & multiplicia mendacia, & fatuitates respondendo, nec melius elabi, aut euadere poſſunt, quārā claudendo oculos, & aures nullam ſcripturam, nullam historiam conſiderando, ſed ſe- cundum animi ſuſ ſomnia dicendo ſuperbē, nobis ita videtur. Nos ſic volumus. Ergo neceſſe eſt, Deum, & Angelos ſic locutioſiſ eſſe. Ipsi ſunt illi magni Rabbi- ni, & Rabbiosi, qui Deum, & Angelos docere poſſunt.

Quinta, nemo illuminatur à quo contenebratur, ex eodem Tertulliano ibidem, at Rabbini potius ob- tenebrant: nam vt dicit Lutherus lib. de nouiſſimis verbiſ Dauid tom. 3. lat. Vvitemberg. nihil certi ha- bent, & ubicumque poſſumſtudent, & in uocabulis, & ſententijs quaſita aliqua ambiguitate ſeu equiuocatione detorquere dicta ad ſua deliria, etiam cum ſententia in toto contextu ad doctrinam ſcriptorum Apoſtolorum pulchre congruent, & propter hoc, vt idem dicit, merito ſuſ, vt nihil videant, quos iunat eſſe cœcos, vt de ipſis iam olim predixit Eſaias fore, vt videntes non vide- rent, nec intelligerent. Quare & noſtros Rabbinoſ, vide- licet Munſterum, &c. illorum diſcipulos ſuos magiſtroſ ſequentes neceſſe eſſe cœcos.

Confirmatur, quia omni medio, quo illuminari, vel illuminate poſſunt careat: nam ad intelligentiā veteris testamenti, certa eſt, ait Lutherus, & minimè fallax eſt noui testamenti doctrina interpretantis propheticas ſententias. At Rabbini reſpouſt noui testamentum, ergo. Item ad intelligendum veius testamentum opus eſt ſinceris doctoribus habentibus clauem ſcientiæ, doctoribus intra Eccleſiam. vnde, vt ponderat Tertull. anuſ illa intra teclum ſuum dragam requirebat. & pulsator ille vicini ianuam tudebat. Iſraeliſ ſpiritualibus, non carnalibus Iudeiſ aurū accommodare oportet, qui curam habet, intelligentiam ſcripturarum. vnde ſic infert Lutherus. [Nunc igitur ſi credendum eſſe ducimus testimonij Iudeorum, ſeu Iſrael, quanto potius credemus hiſ Iudeiſ, quos conſtat eſſe veros Iſraeliſ, qui iam ab annis mille quingentiſ per orbem terrarum Eu- angelij vocem palam ſounarunt, & ea conſtitutas Eccleſias gubernarunt, & fide, ac confeſſione eius vicerūt Satanam, &c. ſingulare dono Spiritus ſancti ſcri- pturas propheticas interpretatiſunt, & illuſtrarūt, & qui cum ipſi, tum eorum diſcipuli in Eccleſia mi- randa opera fecerunt. Multo rectius, inquam hi verbiſ Iſraeliſ credimus, quām hiſ obscuris nuper natuſ nothiſ, aut certe quos res testatur ab illiſ ma- joriſbuſ ſuis degeneraſſe, qui hoc tanto tempore mil- lium, & quingentiſ annorum, nec ullo miraculo probati ſunt, nec ſcripturæ propheticæ interpretatione, ſuam lucem atulerunt, ſed maniſtis corru- pteliſ paſſim deprauarunt.]

Confirmatur ſecundo, cognitione Christi Domini ſeruatoris, ſi ad intelligendum ſcripturā veteris te- ſtamenti conducit, quicunque hac cognitione deſtitutus eis legit, non poterit, vt Lutherus lib. de nouiſſ. verb. Dauid tom. 3. lat. Vvitemberg. non multis modiſ impingere, donec ceu cœci, ac furē ſruat, idque

*eo magis, quo studiosus in horum lectione versabitur, vocetur is sane Iudeus, Turca, Scytha, aut si mauct etiam Christianus.*

Confirmatur tertio, ad intelligentiam, & illustratiōnē phrasis nativae linguae cognitio prodest plurimum, at ait Luth. [ne ab ipsis quidem negari potest nativam phrasim hebraici sermonis in hunc usque diem nondum in lucem prolatam esse, & sepe ipsis vim, & significationem hebraicorum vocabulorum multorum ignotam esse, ut res ostendit, tantum abest, ut vim phrasis, figuratum, & idiosyncrasiū in ea lingua nouerint] & in cap. 34. Genes. idipsum repetit, subdens [ita intercidit vius, & cognitio huius lingue, ut haud in qua perfecte reor restaurati queat. Nec vocum tantum, sed & phrasium, & constructionum multiplex, & varia est obscuritas, qua sit, ut vim, & figurās, aut emphases plurimatum dictionum ignoremus. Aut si qua ratione in integrum restitui poterit, per Christianos id fiat oportet, qui ex novo testamento nouam cognitionē scripturā sanctae habeant. Iudei obscurant genuinū sensum suis aequiuocationibus distractentes vocabula in varias, & multiplices significations, idque studiosè faciunt ad tendendas questiones, & errores omnis generis.]

Amplius, ad intelligendum, non tantum satis est scire quid nominis, sed oportet scire quid rei, at Rabinizantes, & Rabbini, ut dicit idem in comm. super Gen. cap. 16. *Norunt quid nominis, quid rei non norunt. Itaque nihil sani docere possunt. Nos Dei benignitate habemus cognitionem rerum, ipsi excœcati sunt. Et si igitur Grammaticam norunt, tamen sententiam veram scripture non norunt. Est ei scriptura, ut Esaias docet. Liber quem non possunt legere. Quis igitur eos sibi imitandos proponet? hæc ille, ut inimici sint iudices.*

Ad hæc veteres Iudei, à quibus translationem Ecclesiasticam accepimus, doctiores longe fuerunt posterioribus Massoretis, & Rabinulis, qui ob calamitates, captiuitates linguae sanctæ cognitionem (quæ cum imperio eorum quondam florebat) amiserunt, & sib captiuitate major pars eorum sunt pelliones, futores, ut sacrī litteris insūdare non potuerint. Si qui autem sunt periti Rabbini, vel (cum sit mendacissimus eorum stylus) fidem non merentur, nam qui mendax literatura, faciet, ut decipiatur facilis, dixit Plato in Ione. præstat ergo illis fidem accommodare veteribus, qui scripturam traduxerūt, quam posterioribus indoctis, vel dolosis Iudeis. Et cum dicat Aristot. in prol. Rhet. ad Theodectem, eam esse veriorem interpretationem, quæ ante ortam litem est facta, ea quæ sit post litem ortam, cum 300. annis ante aduentum Domini in carne, à 72. Iudeis facta sit scripture interpretatione, & post aduentum Christi lis inter nos, & Iudeos exorta sit de vera interpretatione, ad veteres interpres ante exortam litem prouocamus.

Et tandem ideo Iudei iactant suum Hebraicum fontem, quia ait habet verissimam Massoreth, id est traditionem ab Esdra, Gamaliel, Eleazaro descendenter, at impium est traditione Ecclesiæ reliqua ad traditiones synagogæ recurrere, nam viscit Irene. lib. 4. cap. 63. apostolica doctrina ad nos peruenit: sine fictione scripturarum, & sine falsatione. talis autem scriptura erat Ecclesiastica illa, de qua idem

Iren. lib. 3. cap. 23. & 25. translata non à nostris, sed antiquissimis Iudeis 72. interpretibus ab omni studio partium, & diuinatus illustratis; quæ per Apostolos, Euangelistas, doctores est cum successione verissima transmissa, & usque ad nostra tempora conservata: quæ licet in quibusdam locis disiecta, & viata; suo candori restituta est: ex qua etiam latina expressa est, ut eandem exprimat sententiam, quam 72. expresserunt. Iudeorum vero traditio illa recens conficta (nec enim Massoreth ad Esdram illum antiquissimum, qui fortè 300. annis 70. interpretes præcessit, referenda est, sed ad tempora recentissima ab hinc 400. vel 500. ad sumus annis) à Rabinulis quibusdam post trucata, addita, transmutata, loca innumera, Hebraicos codices vitiatis pro puro verbo Dei, venditatisbus. Quare qui relicta Ecclesiastica lectione ad Iudaicos fontes recurrunt, sic cum Chrysostomo oratione prima aduersus Iudeos, coniunctur [si Iudaismum verum putatis, qua gratia obstreptis Ecclesia]. Quod si Christianismus verus est, ut re vera est, in eo manete] & oratione. v. sic eosdem perstringit [Christiani propter hoc vocamur, & sumus, ut Christo pereamus, non ut ad hostes Christi curramus.] Hoc non est aliud (si liberè Iudei zantibus, quam volunt hebraicam lectionem promulgare permititur) quam Ecclesia doctrinam condemnare, ut in simili ait Nazianzen scribens ad Nectarium, loquens de Hereticorum doctrina, nec enim natura duos de eadem re contrarias doctrinas veras esse. Vnum ergo, vel alterum fatendum est, vel quod veritas scripture sit penes Iudeos, vel penes Apostolos, & Apostolicos viros, aut quando discrepant ad inicium nostra, & Iudaica, vel illa vel nostra esse vitiata dicere necesse est.

Sexto principaliter, nam quorundam translatio ethnica est, & superstitionis: ethnica in affectandis Gentilium locutionibus, & vocibus; & sicut ea, quæ Rabbinizat Iudeorum, sic ista, quæ gentilizat Gentilium, & Paganorum merito dici possit, ut non tam scripturam, quam libros Ethnicorum legere videaris, sic passim in Castalianis translatione obseruabis, ut merito eum semipaganum, vel semigentilem interpretarem dixeris: nomen enim Dei omnipotens, & Patris Domini nostri Iesu Christi, Iouem, Dicūm armipotentem, Grandæum, ac cælicolam; eiusdem ardentissimam charitatem vocat cupidinem, & Angelos eius Iouis Genios, Dei sedem Augustale Iouis, Dei templum fanum Iouis, sanctam Israel, Augustum Israëlitarum; Prophetas Dei, Vates, atque fatidicos Iouis vocat, pro prophetar, supponit baccari, pro gigantibus Titanum sibolem, pro Sole Phœbū, pro Inferno orcum, pro incolis inferni Manes, pro sacro cantu poeana, & innumera de spolijs Gentilium suffuratur. Et quod peius est sententias à castitatis authore Spiritu sancto dictatas in Canticis Canticorum peruerit fuscis, ac calamistris, lasciuia verborum affluentia luxurians, ut non Spiritus sanctus cum anima, vel Ecclesia, sed Catullus cū Lesbia de passerculo, de turgidulis puellæ ocellis (ut ipsemet in marginibus cantorum delicatulus, & effeminatus annotauit) loqui aperte videatur. audiamus nouum ganeonem, meretricum, & lenonū, potius, quam sacrorum Canticorum colloquia, lobicē, lasciū, & molliter decantantem ex nostro Senensi lib. 8. hæc. 13. & ex Genebrardo, & aliis

posterioribus scriptoribus. Huc ades o sororcula mea, amicula, mea columba, meum corculum in petra forulis, in coelestibus, & iterum. Quam bella es o delicula. ostende mihi tuum vulticulum. Fac ut audiam tuam voculam: nam & voculam habes venustulam, & vulticulum habes lepidulum. Et iterum, capite nobis vulpeculas paruulas vinearum vestaliticulas, & rursum. Ab te bellam, ab te formosam, ceruiculam habes eburnea & turricea persimilem. Capitulum habes eburnea & turricea persimile, & cincinnulos regie purpure similes, & columbinos habes ocellulos, cincinnulus interiectos, & iterum. Tu mibi cor vulnerasti mea sororcula sponsa, altero oculorum tuorum, altero comarum tuae ceruiculae. Quanto formosiores habes mammulas mea sororcula sponsa, quanto pulchriores mammulas vino, & ungua quibusuis odoribus fragrantiiora. Similes mali punici puaminibus habes genulas cincinnulus interiectos, & mammulas hinnulo formosiores. & iterum. Aperi mibi mea sororcula, mea amicula, mea columbula, mea perfecta. nam & caput rore, & capillos nocturnis plenos guttulis habeo exui meam tuniculam, & iterum. Hec una mea columbula, haec una matercula sue, haec sue genitricula lectissima est, &c. Quam formosa quam bella es amore delicula. Utinam mibi esses quasi fraterculus, qui mee mammas materculae suscisses. quem ego natu foris dissuauerer, &c. Et ut ostenderet iste impius non esse ita sacra Cantica, sed amatoria potius colloquia, Tibulliana, Propertiana, quibus Cinthias, Corinnas, Delias, impurioris celebrabant, non veritus est atutulace. Canticum musicum, quod Salomonis est nihil est, nisi amatorium, & initio ad marginem adscripsit. Sulamita Salomonis amica, atque sponsa, adeo haec etiam Beza, et si amatoribus sui Andeberruli irrestito, Castaliana ista versio paganizans displicuit, ut dixerit. [Atqui non erat istorum disertorum morositati indulendum, ac propterea tot hominum millia offendentes, atque adeo sacras literas tam fide profanares, &c. Quis vero sani iudicij homo non cohorruit cum beatos illos Angelos auditent in Genios esse transformatos?] & postea [itaque cum esses in hac ciuitate, ut omnes narrant, nullus dies praeteribat, quin prodigium quoddam in medium proferres, adeo ut de ipso factorum librorum canone non modo ambigeres, sed etiam pertinacissime, & arrogantissem diceres Canticum Cantorum inter prophanas cantiones numerandum.]

Superstitiosa quoque est corundem translatio, ut si ex versione Castalionis orandum, vel psallendum esset, nouis propemodum cultus introduci videbatur, sic namq[ue] legis Angelicam salutationem iuxta eius versionem. Salue accepta, cui Dominus adest, quaeque es mulier fortunatissima, Felix, & istius ventris fatus. Sed ante castilionem Lutherus eandem immutauit salutationem ex Cochlae dicendo. Ave gratia amabilis. Dominicam verò orationem sic etiam peruerit. Noster pater in celo, tuum nomen sit sanctum in fine addens, sed libera nos à malo, quia tuum est regnum, & virtus, & gloria in secula. Amen. & in cantico Virginis, ubi habemus. Beatam me dicent omnes generationes, Lutherus peruerit, Beatam me glorificabunt omnes filii hominum, & in Cantico Zach. ubi cum Ecclesia canimus, in sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Lutherus sic vertit. Quoad uitium in sanctitate, & iustitia, quae ipsi placita est. haec

ex Cochlae. Sed si psalleret aliquis nautilus, iuxta Castalionis versionem nonne inauditum sonum, & sensum autibus, & menti Christianorum inferret? vnum ex psalmo 10. proferatur exemplum.

Ait Iehoua Dominus meo, sede à dextris meis. donec tuos hostes effecero scabellum pedum tuorum. scepter tuae potentiae mittet ex Sione Iehoua ad dominandum inter hostes tuos. Tuæ copiae voluntarie erunt, qua die expeditionem cum sacra maiestate facies. ex viro aurora habebis rorem tue iuuentus. Iurat Iehoua non mutatu um sententiam te sacerdotem esse in æternum ad rationem Melchisedeci. Dominus tibi dexter, tum cum irascetur, Reges obtruncabit. Vlci scilicet gentes cum vasta strage corporum caput obtruncabit, quod amplæ terra præst, ita ut ex torrente bibat in via, atque ideo caput attollat. adeo insulsores pepone istæ versiones sunt nouam precandi, & psallendi formulam inducentes, ut odas Horatianas, & huiusmodi audire, non Dauidem diuino plectro diuinæ laudes resonantem, vel pueri fatarentur.

Septimo principaliter, quia tales versiones, ut dicit noster Sixtus loco citato materiam heresis subministrant. Tale est illud (ait Senensis) quod in euangelio Ioannis non Latine, sed Sarmancæ, & Doricæ potius versum est, & sermo corporatus est, quasi perperam versum sit ex fonte καὶ ὁ λόγος ὡραῖος ἐγένετο, & verbum caro factum est. & illa verba Actor. 2. Huc per manus iniquorum affigentes, ut est etiam Græce χρωστιζατε. Nouans peruerterat. quem vos ad palum deligitum sustulisti. Que versio ex Senensi hanc tragediam Florentiaz excitavit, ut addubitarēt Iudeian Christus iuxta vetustum Romanorum, & Hebraeorum morem cruci, an verò palo potius Turcarum more, ut Castalionis editio significare videbatur, fuerit affixus.

Ad suas hæreses quoque firmandas, versiones istas nouas cuderunt, nam ad euertendum ieunium impius Lutherus sic scriptit Roman. 3. textum peruerendo, carnis curam ne feceritis, varietas des leybes, id est, carnis curam feceritis, ita tamen ne recalciret, apponens in glossa marginali, ne martirizetis carnem vestram supra modum, cum insupportabili sanctitate vngilarum, ieuniorum, &c.

Ad præcepta Prælatorum euertenda illud Matt. 23. quæcumque dixerint vobis facite. addit Lutherus, quæ facere tenemini, similiter ad euertendum leges, & statuendum nescio quam libertatem Euangelicæ illud Coloss. 2. Vide ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam secundum elementa mundi, sic vertit. secundum leges mundi. verba illa Ioan. ep. 1. c. 5. & hi tres vnum sunt, e sua versione Germanica sustulit. vnde Lutherus deuinctos Ariomanitas so debere profitentur, quem secuti sunt Tigurini tam in corpore Bibliorum latinæ, & Germanicæ translationis, quam in novo testamento separatim excuso. quamvis ijdem Tigurini in editione anni 1558. & hi tres vnum sunt Germanicæ reddent, vnd dñe drey dienen in eyns, hoc est, & hi tres seruiunt in vnum. Quam translationem Anabaptistæ in Conuentu Franktelensi ad sui erroris confirmationem, in suæ causæ defensione attulerunt. Plura alia Lutherica exempla lege apud Rescium in Atheism. de script. pag. 10. impress. Neapolit. Similiter ex eodē Rescio ad negandum limbū in impress. Gallicis. illud erit filius hominis in corde terre vtererunt. erit

*filius hominis in terra, & illud Genes. 37. descendam ad filium meum lugens in infernum, pro inferno posuerunt fojam, & passim foueam, & sepulchrum pro inferno supponunt Caluinus secutus Bucerum, & Musculus in psalm. 7. & alibi, & sic Caluiniani in suis conuentibus statuerunt cantillari: nullum enim infernum agnoscent noui Athei, nisi metaphoricum, iram Dei, vel desperationem, ut ponderat egregie Anastasius Cochletius, de inferno Calvinii.*

Octauo principaliter ex modo, & instinctu, quo Bibliorum versiones editæ sunt ab istis faridicis, & arreptijs scribit Mathæsius Lutheranus cōcio. 12. de Luht. in editione sua biblica. *Lutherum Synedrion, & Concistorum quiddam instituisse, cuius assessores fuerint Philippus Cruciger, Pomeranus, Jonas, Aurogallus, & Rorarius tanquam Notarius, o Cōcillum illud Olympicum exuperans, in quo diuum pater hominū atque deorum tot sicarios, & lenones pro assessoribus habebat. Ibi ieiunijs, precibus, lachrymis, ut sancti nostri interpres intelligentiam postularūt à Domino? minimē. Sed Lutherum, & assessores in nouo Pharo congregatos, non rārō immensitate laboris defatigatos, & frāctos iucundē, ac hilariter simul cānasse, & aliquando musicam instituisse, semelque Virgilianos illos versus de Didone dulces exuixit etiam cecinisse succinente Philippo, qui cālestēm subdit Mathæsius, hanc armoniam præsens auribus suis hauſit, nouis enim erat Philippus Euangelij præco, qui recubuit in cōcina super pectus Lutheri, eoque recubitu tanquam spōngia de fētulento illo corde hausit catechismum, loca communia, &c. Sed fortasse ne humanam diligentiam repudiassē viderentur, solius Spiritus sancti prouidentia freti doctores, lexi- ca, & huiusmodi consuluerunt, vt in vertendo cum proprietate loquerentur? Maximē. Quos? Laniones. Nam Mathæsius testatur, Lutherum, aliquot verueces mactandos curasse, adhibito lanione, qui indicaret, quibus Germanicis vocabulis singula veruecum partes particulae, membra, & membranulae afficiantur, & vernaculae appellētur, o doctos interpres. Miror quod tam auari extiterint laniones, vt membranas scriptoribus non relinquenter ad lexicum conficiēdum, qui abunde carnibus pasti erant, nisi quod promacatis illis hostiis meliore atra illos dignos adiabant.*

Nono, quia ratione nouarum versionum tam multis sciolis interpretandi fenestram aperuit effrenis ista licentia, vt unusquisque pro sua libidine nouas auersiones cūdendi fastuissimo supercilios, & prædicantica auctoritate sibi usurpauerit, & pro melioris versionis Philautiæ vitio, vnumquemque propriam suam venditare, alijsque præferre ausus sit. Sed dum unusquisque ad propriam complectendam versionem inuitat, ad nullam inuitat, & apud neminem inuitantum, atque dicentium apud nos est veritas, nulla est veritas, & eos conuincat veritas ipsa, dum priuatam esse volunt, quæ communis, & publica esse debet. Vnde idem Lutherus de hac mira varietate, & interpretationum secunda ista genitura scriptis sequentia verba, quæ tanquam oraculum inter Lutheri Apocalypses à Georgio Valtero Lutherano prædicante titulo de libris script. sit descriptum. *Nostra ætate tot sunt Bibliorum versiones, ut temporis successione tam multa fortasse sunt Biblia, quā*

*multi saeculi in hebraica lingua magistros se se profitebuntur, vbi nec finis nec modus erit, vnum paradigmavariorum inter se in uno versiculo psalm. 109. ex Cochlae producimus.*

Illiū versiculum. *Tecum principium in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te, Lutherus vertit. Post victoriam tuam offeret tibi spontaneæ populus tuus in sancto decore filii tui nascetur tibi sic ut ros ex aurora, in psalt. Germanico. Bucerus vero. Populus tuus aderit spontaneus in die, quo virtutem tuam declarabis in urbe, sancto splendore insigni, viros matutinus aderit spontaneus in die, quo virtutem tuam declarabis in urbe, sancto splendore insigni, viros matutinus aderit ab vtero iuuentus tua. Pomeranus, Tecum principatus in die virtutis tue in splendoribus sanctorum. &c. Pellicanus, Populus tuus oblationes liberales in die virtutis tue, in decoris sanctitatis: ex vtero auroræ est tibi ros generationis tue. Munsterus, Populus tuus spontanearum est voluntatum in die exercitus tui, in magnificientijs sanctitatis: ab vtero auroræ est tibi ros nativitatis. Hac recēset Cochleus lib. de nouis translationibus. Iunius cum Tremelio vertunt. Populus tuus populus voluntarius, dic copiarum tuarum, in decoris locis sanctitatis: inde ab vtero, tibi aderit ros iuuenti accuratissime. Castilio. Tux copiae voluntarie erunt, qua die expeditionem cum sacra missa facies: ex vtero auroræ habebis rorem tue iuuentus. Zuwinglius in suo psalt. Populus autem tuus in die triumphi tui offeret cum sancta pompa. Leo Iudas in Bibliis Figurinis. Habes promptissimum populum, cum educet nouas copias: tibi etiam est ros generationis tue in summo decore, & sanctitate ex vtero aurore. Musculus. Populus tuus spontaneus in die virtutis tue in splendoribus sanctitatis: ex vtero, veluti ex aurora tibi ros iuuentus tue. Calvinius. Populus tuus cum voluntarijs oblationibus in die exercitus tui in pulchritudine sanctitatis: ex vtero ab aurora tibi ros adolescentiae tue. Hæc illæ.*

Decimo, ex inconstantia, & iastabilitate vertentium, vnde ipsem Lutherus suam versionem s̄epe mutauit, vt testatur in præfatione vltimæ editionis. sed non mirum cum inter dapes, & cantus, & fœcūdos calices Lutherus cum Melæthon, Rorario ex labore, & diligentia præstata refocillarent, ex Mathæsio concione 12. de Luthero, vt disertiorē spiritum hauriret. Ipse quem Luther. post annos 20. se errasse profitetur. Suamque inconstantiam prodit in translatione duplii psalterij, vt patet ex suo libello de interpretando tom. 12. Vuitenberg. vbi ait, prius psalterium Germanicum in multis locis est Hebræo propinquius, & longius à Germanico: illud vero est Germanico propinquius ab Hebræo longius, quibus verbis, vt obijcit Cochleus levitatem, ac dedecus suum proprio proditore. Bucerus Lutheri discipulus dialog. contra Melanct. ait, *Lutheri lapsus in vertendis scripturis manifestos esse, eosque non paucos.* testimonium hoc verum est.

Vndecimo ex mutua Ministromachia: versio enim Lutheri ab aliis Hæreticis exuflatur, à Tigurini sacrametarijs sic deplorat Stoltzus in defensionem Lutheri. Ab Osiandriacis ex confessione Mäfeldensi, qui eidem obiiciunt multa loca depravata dolo, & falsitate, Sebastianus Munsterus præfat. in noui testamētu, dicit plures versus omisios in recognitione Lutheri. Eiusdē versio ex Mathæsio supra insug-

# De sacrorum Bibliorum versione.

425

Suggeritur vapulavit, ministro quodam flagellante, & dicente, *dicere melius*. De deputationibus Lutheris quot, & quæ sint edidissent multi scriptores, quos consule, sunt autem Emserus præfat. noui testamenti. Tonstallus, Cochleus de nouis interpretibus. Lind. lib. 1. dubitantii, noster F. Ioannes Deitembergensis, Petrus Schererus contra Vitemberg. Idem Munsterus reprehendit versionem quandam Lutheri in cap. 2. Iona in illa verba. *Abieccus sum à conspectu oculorum tuorum, veruntamē, rursus video templum sanctum tuum.* miror, ait Mualterus, quomodo hic Lutherus respexerit, ut hanc sententiam negat. verterit quasi Propheta doluerit se amplius non visurum templum Domini. Hoc Hebraismus non habet, nec Hebreorum expositores, sed Lutherum illi respondisse refert Waltherus lib. aduersus Autifabrum, non esse curandos Hebraitas Grammatistas, qui in sensu scripturæ sint Rabbinistæ, id est animal sine intellectu.

Vltimo, ad hominem, Lutherus idem tom. 3. latino Vitemberg. comment. de nouissimis Davidis verbis in præfatione. [Omnino melius esset, ait, omisso studio hebraicæ lingue simpliciter retinere illam hactenus receptam, & visitatam versionem Bibliorum (quaenam tamen maxima ex parte iam per noui testamenti libros explicata, & illustrata est) quam tot nouas versiones exemplari (propter paucam quedam loca, vbi aut hebraicæ lectio alia est, aut quarundam vocum interpretatio nodum certa est) quibus nihil proficitur, nisi quod similitudo, & discrepantia lectionum memoriam legentium turbat, & studium remoratur, ac in multis locis incertiorum quam fuerat dimiserit.]

Facultas Theologica Academæ Tubigenensis in approbatione librorum Osianderinorum sic scribit. [Multi hoc nostro litteratissimo seculo in conuercionibus Bibliorum, & eorundem interpretum sedulam, & non contemnendam operam nauarunt, sed eam tamen, in qua lector non satis æquus desiderare posset. Nam dum illi nouas conueriones afferunt videtur studiolis Theologiae veterem illam, & visitatam velle manibus excutere. Nonnulli invertendo obscuram diligentiam Hebreorum, & sordidam *explicauit*, quam illorum Grammatici habent sequentes non modo gratias, sed fructum studij sui propemodum omnem amittunt. sunt etiam non pauci, qui destituti solidiore cognitione hebraicæ lingue, & ignari proprietatis, & elegantiae interpretationes in medium afferunt, aut prodigiosas, aut certè non satis instituto conuenientes.]

Aduic ex propria ipsorum confessione corroboratur propositum, nam de Luthero scribit Cochleus lib. lvp. cit. non se solum ait, sed etiam Sanctem Agnatum, & Sebastianum Müsterum crebro errasse insua ex Hebreo translatione, eo quod Rabbinorum glossis nimium crediderint, qui de Christo prauas opiniones habuerunt. sed & Zwinglius tom. 2. ad Lach. librum de sacra pag. 412. & 413. *Verbum dei adulteras manifestus, & communis sacrarum scripturarum corruptor,* ac peruersor deprehenderis. item ab Andrea Oliadro verbo noui testamenti per Lutherum condemnatur, vt patet ex colloquijs mercalibus German. fol. 245. Kikermanus in system. Theo. lib. 1. ca. 118. ait. *Lutheri versio Germanica in veteri testamento præseruit in Job, & Prophetis neuos suos habet, et non exiguo.*

Lutherus vicissim Zuuinglianam versionem reicit, vnde cum Bibliopola Tigurinus Frohsheuerus versionem à Zuuinglianis factam ad Lutherū transmitteret, illam reisicit, ac reicerit, ita refert Lazarus. in hist. sacrament. pag. 32. Beza in respons. ad defen. Castalionis in multis locis impianam, & à mente Spiritus sancti prorsus alienam, vocat traductionem Oecolampadij, & Basilicensium.

Caluini versionem Carolus Molinaeus in sua translatione testam. noui p. 11. fol. 110. his titulis coherest. Caluinus in sua harmonia, textum euangelicum, desultare facit sursum versum. vi res ipsa indicat vim inferit litteræ Euangelicæ. Illam multis in locis transponit. & insuper addit litteræ.

Castalionis versio sugillatur à Beza loc. cit. quod sit impia, sacrilega, Eibnica. Castilio vicissim in defensione translationū suarum p. 18. & seq. ait, tot est Bezae versionis errores, vt ad eas notandas opus esset numeris magno libro. Molinaeus lo. cit. p. 20. 30. 40. &c. ait Theodorus Beza de facto mutat textum.

Paulus Eberus Lutheranus Pastor. Vitembergensis in præfatione vulgatae à se correcte ad Ducc Saxonie sic dicit. [sopportet me hoc in loco fateri, & deplorate me sepius nimia festinatione officinæ typographicæ, & alijs meis Ecclesiasticis, & scholasticis occupationibus impeditum fuisse, quo minus verborum difficultorum propriissimas significationes diligenter inquiretem, & alios doctiores de iisdem confuletrem, adeo vt me nunc pudeat, & pœnitiat huius institutæ correctionis, & mutatae versionis Latinaræ, imo etiam si scirem per celstudinis vestrae intercessionem impetrari posse, supplex rogarem, vt clemetissimus elector, ac Dominus noster serio prohiberet, ne haec à nobis emenda data versio posthac unquam, aut ullibi excudatur, cum neque sit amplius vetus illa, quaenam in scholis, & templis usurpata fuit hactenus in lectionibus, & cōcionibus sacris, neque noua dici mereatur integra, & perfecta, cui in locis obscurioribus tuto fidere lector possit.]

Rex Britaniæ Iacobus in colloquio Hamptoni anno 1604. in 2. die coll. pag. 46. fatus est, se nondū vidisse villa Biblia Anglicana recte versa, se autem in dicare omnium pessimam Geneuensem versionem. ibidem pag. 47. initio, apud Ioannem Bergum in apo. pro Romana eccl. tract. 1. pag. 221. & Parkesius in Apolog. trium testimoniis pro descensu Christi ad inferos sic Vullectum alloquitur. Quod ad Biblica Geneuensis, vim illis erroribus, quibus textus, & margo scateat, purgarentur, aut planè prohibentur.

Putitanlibello, cuius titulus est, petitio Eccellenissime Regiae M. exhibita pag. 67. initio dicunt. Quam habemus in rituali nostro psalmorum versione addendo, subtrahendo, mutando plusquam ducentis in locis ab Hebraica veritate disidet, ac proinde se dubitare an tua conscientia eidem subscribere possint, pag. 75. in fine.

Christophorus Carleius lib. quod Christus descendit ad inferos, interpretes Anglicanos arguit, quod sensum deprauarint, veritatem obscurarint, simplices decepterint, multis in locis scripturam arecio sensu detorserint, & planè monstrauerint, se tenebras magis quam lucem, falsum magis, quam verum adamare. Minutri Diœcesis Linconiensis in compendio libri, quem Regi Anglorum exhibuerunt 1. Decembris

bris p. 11. versionem Anglicanam vocant, *insulsam absurdam*, & mentem Spiritus sancti plurimis in locis peruertentem, sententiam Regis in colloquio dictam approbantes.

## CONCLVSIO CATHOLICA.

*In Hæreticorum versionibus non est querendum verbum Dei.*

**R**Espondeo dicendum, sicut aureis verbis testatur Tertull. de præscript. cap. 19. quod, *vbi apparet esse veritatem discipline, & fidei Christiane, illuc erit veritas scripturarum & expositionum, & omnium traditionum Christianarum, vnde prius querendum est, ait idem. Quibus competit fides ipsa, cuius sunt scripturae. A quo, & per quos, & quando, & quibus tradita sit disciplina, qua sunt Christiani, quod est dicere utra scilicet pars sit Ecclesia, cui primum fides, & disciplina Christiana per successionem commendata sit. Nam cum Ecclesia Pastoribus, atque Doctribus promissus sit spiritus veritatis, qui est auctor scripturae, qui perseveranter, constanter, immobiliter maneat in æternum in Ecclesia, hoc est usque ad seculi consummationem, ut per os Ecclesiae loquatur, & eidem suggerat omnia, omnemque veritatem, ibi erit expositio, & interpretatio recta, vbi sunt veri Pastores legitimè missi, id est, vbi vera Ecclesia, qui, ut dicit Irenæus, cum successione acceperunt charisma veritatis, vbi etiam, lectio sine falsatione, & secundum scripturas expositio legitima, & sine periculo, & sine blasphemia, ut dicit idem sanctus adver. hær. lib. 4. c. 63. & c. 52.*

Cum ergo, inter nos, & Protestantes, sicut dicebat August. lib. de vnit. Eccl. cap. 3. & *Donatistas, quæstio fit, vbi sit Ecclesia, utrum apud nos, an apud illos, & ex notis Ecclesiae nostra deprehendatur vera, ut supponitur ex dicendis infra de Ecclesia, & ostendit fuisse Augustinus eodem libro; Protestantum vero secta, synagoga diaboli deprehendatur aperiens, nullo modo potest esse vera expositio scripturarum, vbi non est veritas, nec disciplina fidei Christiane. vnde Protestantum verbum potius verbum diaboli dicendum est, quam verbum Dei. Sed sicut expetente Rege Israel à pseudopropheticorum aculum, num Ramoth Galaad oppugnanda esset, tales reperit, qui veritatem non loquerentur, sed Regis assentarentur: sic accidit Nouatoribus, qui versores pseudoprophe tas non veros doctores, & os Domini consulentes, assentatores potius quam veri expositores reperirent. Et quemadmodum reprehensus est Rex Israel à Rege Iuda, quod veros non interrogaret Prophetas, & inuitus fassus est, reperiti quidem verum Prophetam Michæam, per quem possit Dominum interrogare; sed ideo illum non consuli debere, quia non prophetaret ei bonum, sed malum, quod ei placitum non erat: sic ipsimet Protestantes faciunt, & inuiti fatentur, Ecclesiam esse verum interpretem, eamque consulendam, dicente etiam Lutherum explicat. Euangelij Luc. 2. in Natalem Domini [quicumque aliquid de Christo nosse cupit, sibi non fidere, aut priuatum sua ratiocinatione pontem in coelum extruere debet: sed Ecclesiam adire, visitare, ac consulere, quæ conseruat omnia verba Dei in-*

corde suo, eaque ponderat, confert secum, & cum scripturis] additæ & cum traditione. Verum non audiendam vocem Ecclesiæ volunt, quia, inquiunt, cù Rege Israel, non prophatat mihi bonum, sed malum, sensui, scilicet crucis mortificationem, ieiunia, delictum ciborum, castitatem, &c. Et quemadmodum Sedecias percussit Michæam, & dixit, *me ne ergo dimisit spiritus Domini, & locutus es tibi?* sic Nouatores lingua percutiunt interpretes nostros, & seipso iactant à spiritu illuminatos. At ut olim in poenam repudii veri vatis, Deo permittere, egreditus est Spiritus, & mendacium dixit per pseudoprophetas illos decipiens Acab; sic etiam num, idem spiritus medax resonat in ore Rabbinorum, & Hebraizantius (qui eierato legitimo interprete, donum scripturæ interpretandæ se habere gloriantur) decipiens, & in errorem inducens, qua est iustissima temeritatis poena. Cöcluditur ergo, quod cum scripturæ sensus, & interpretatio exposcat, ex Tertull. de præsc. c. 9. *Certæ interpretationis gubernaculum: nulla enim vox diuina ita dissoluta est, & diffusa, ut verba tantum defendantur, & ratio verborum non constituantur;* quia gubernaculo Ecclesiæ interpretationis destituitur versio hereticorum, etiam si verbaliter (nulla tamen habita ratione verborum) videretur exposita, non continet verbum Dei, cum non in superficie, sed in medulla, non in verborum foliis, sed in radice, rationis reperiatur, ut dicit Hieronymus epistol. ad Galat.

## Solutiones Argumentorum.

**A**d primum. Optarunt veteres Patres, ut ex Hebrew fonte noua fieret traductio, quod Hieronymus præstituit, vel ut vetus per hebraicos codices illustraretur, sicuti difficulter est, & obscurus propter phrases, idiotismos, & huiusmodi: at nullus pius post ætatem Hieronymi iterum sub incude reuocandam editionem Hieronymianam censuit, imo per omnes recurrentes ætates usque ad præsens commendata est. Soli Heretici contra antiquitatē sapientes contra legitimam vulgatæ præscriptionē, instituta maiorum, Ecclesiæ decreta, in animum induxerunt pro libidine omnia nouare, nouas versiones ludere. Cöparare autem Iunij, & Tremellij versionem cum interpretatione Hieronymi est scarabæum Aquilæ assimilare. Sed ò pauperem Ecclesiæ veterem, cui posterior ista ètas Rabbinica sua lexica commodare non potuit, ut significantius, apertius transferrentur Biblia Hieronymiana. Exspectanda erat nativitas istorum hominiorum, hoc est fatidicorum istorum interpretum, ut veritatis lumen antiquis effulgeret. Sed dum à stirpe sanctæ radicis ipsius antiquitatis auulsi noui potius pro arbitrio cedere maluerint, quam antiqua instituta sectari, satis Nouatores esse deprehenduntur, & nouarum fabularum architecti.

Ad secundum. Difficile est credere tot doctissimos, & sapientissimos Ecclesiæ proceres effugisse, quod reuelatum modernis Hebraizatibus, vel quod iij vetustissimi, & sanctissimi Heroes de turbidis fontibus biberint, & huius ultimæ ætatis Rabbinici Nouatores purissimos latices hauserint. Sed quemadmodum Demones noui portentis, & nouitatibus turbarunt omnia, tenebras humanæ menti, & inge-

nō offendentes, falsa cum veris miscentes, ut homines cogerent ad ipsorum auxilia currere, ac per eum quam sicutabat verisimilitudinem, id satagebant, ut falsa vera esse crederentur, & à rebus grauitatis hominum credulitatem auferrent; non secus hæc membra diaboli nouis translationibus omnia miscuerūt, majori ex parte textui originali aduersa vi extorta, & à vero sensu aliena: & propter paucas voculas secundum Grammaticam originali interdum conformatores, secundum verò sensum, qui præcipue spectādus est, disformiores, superciliosi Thrasonico insipietiam despumantes, ausi sunt sua commentaria præferre quasi retroactis sculpsis, nullus hebraicam linguam in Ecclesia calluerit, Hieronymum (cuius laborem antiqui Rabbini existimarent esse veracem, & tota antiquitas felicem operam in transferendo Bibliorum corpore præstitisse vñanimitate confessos) sua ferule subiçientes, ausu temerario, ut per ea rūdem vocom verisimilitudinem certa dogmata, verosque scripturarum sensus eluderent.

Ad instantiam. Gentiles Ethnici hoc habent, ut suos errores, & superstitiones hoc solo titulo defendant, quia sic à progenitoribus didicerunt: sed longe diuersum est, antiquitatem Ethnicam tueri, aliud Christianam, & Catholicam antiquitatem propugnare, à qua recedentes Nouatores nullo modo valentes antiquæ vulgatae vitium aliquod ostendere illud effecerunt, ut fontem aquæ viæ relinquentes, cisternas Luthericas, Castalianicas, Thalmudicas, Rabbinicas effoderint, aquam salutarem continere non valentes.

Ad tertium, Munsterus expectabatur, qui sua inurbana, impropria, infideli, dicamus Iudaica, Rabbinica interpretatione, Hieronymi versionem cōptam, lucidam, vernantem, & Christianam reddebat: quæ Munsteri versio vna cum eiusdem scholijs Munstericis si appendatur in rationis recta statera, plus in hanc partem mendaciorum, sycophanticarū, & huiusmodi, quam in altera ex foliorum pondere, propendere liquidò apparebit.

Quarto, quod libtos Masoretarum, & Thalmudicorum Hieronymus non habuerit, magnum est veritatis testimonium de Hieronymi fida interpretatione: meliores autem, & plures libros insignium, & florentium Bibliothecarum consuluisse quam Rabbinicos istos translatores negati non debet, vnde tanquam apis argumentosa scilicet meliora, dulcia mella composuit, & non expectata Grammatica Munsteriana, satis illi fuit tantum imbuī præcepore Rabbinico ad elementa, & cognitionem Hebraicam hauriendam; qui tamen pro sensu legitimo scripturarum assequendo regulam fidei consuluit, & alijs adminiculis adiunctus externis, & internis p̄ciosam suppellestilē pro eadem interpretatione sibi comparaudo, felicem tandem coronidem tanto operi imposuit, ut de pixide Spiritus sancti accepisse videatur, ut in simili de Basilio scripsit Nazianzenus oratione in funere Basili.

Ad quintum. In editione nostra nedum ducenta, sed ne vnum quidem erratum deprehendere vñquā poterit iste impius Nouator: nihil distortum, variū, deprauatum, ut mentiūtur Sectarij. Quantum verò attinet ad barbarismos, & solēcismos id dicam Cholino, quod dixit S. Ambrosius lib. 5. epistol. 30. Symacho præfecto. Non verborum elegāiam, sed vim

rerum expectandam putes. Aurea enim (sicut scripture diuina docet) est lingua sapientium litterarum, quæ phaleratis dotata sermonibus, & quadam splendentis eloquij, velut coloris preciosi coruscō resultans capit animalium oculos specie formosi, vñisque persiringit. Sed aurum si diligentius manu iracles foris precium intus metallum est. Volute quoq; atque excute sectam Gentilium preciosa, & grandia sonant, veri effæta, defendunt Deum loquentem, & simulachrum adorant, sic de corū versionibus dicam. Foris preciosa ex verborum lexicinio Prædicantica versio reputabitur, intus in sensu metallum est: præciosa, & grandia sonat, veri effæta defendit, Deum loquitur, & diaboli verbum adorat. Quod si hæc documēta displicent, Oecolampadium auscultent, qui in proœm. super Esai. dicit, non abhorruisse manifestarios, & inexcusabiles solēcismos, & barbarismos, ut ante oculos poneret, qua phrasē Propheta sit usus.

Ad sextum. Rem calumniis potius, quam argumentatione, ut ceteri, rem peragit aduersarius: nam quod quædam sint obscurè reddita à vulgato nondiffitemur. Quod omilla, & adiecta sint aliqua, quæ eruditis nō satisficerint, & ineruditos offendentint, mendacium apertissimum est, & hoc non est aliud, nisi antiquitus eruditissimos proceres, qui illam probarunt in album cœctuentium collocare. Et si quandoque Patres discesserint à traductionibus, hoc fuit quantum ad verba, nunquam quantum ad sensum. Vel dicendum est, quod discesserunt à priuatis, iisque innumeris illis traductionibus, Italā semper commendantibus, ut patet ex S. Augustino cap. 15. lib. 2. de doctrina Christiana. Illi verò, qui ad maiorum autoritatem confugunt pro retinenda vulgata, non Cimmerii tenebris obfuscatur, sed inde maximè illuminantur, ex medio tamen efficaci, nempe ex antiquitate orthodoxorum, veritatem vulgatae defendendo, cui vetustati si obtemperare Beza voluisse, iam pridem Hæreticum prauitatem exuisset.

Ad septimum. Vnas nō est, & solus Hieronymus suæ editioni testimonium perhibens, sed tota antiquitas, quam est imitata posteritas, & Catholicæ Ecclesiæ decretum suo calculo talem editionem probans; ut iam priuato alicui melius occurre nō possit, quod vnu omnium suffragis recte translisse comprobatur: præsertim, cum Spiritus sanctus ab hac, vel illa lingua independens (qui linguarum donum, & interpretationem Ecclesiæ largitus est) absque Graeca, vel Hebraica lingua immunem ab erroribus Ecclesiam seruat. Et ad probādam talem versionem esse Hebraicæ linguae conformem, etiam Patribus omnibus Concilii Hebraicē nescientibus, sed soli vetustati acquiescentibus, inspirauit, qui & Hieronymum in lingua Hebraica, & Graeca, & Latina eruditum ad vertendum incitauit, atque in tam admirabili opere iuuit, atque direxit. Ipsi videant, quam sint turbulenti, quam noui, quod vix vna editione edita vulgata æmula, nec eiusdem superstitionis, & sectæ prædicatorum illam voluerunt recipere, sed tot editiones fabricarunt, quot sunt eorum synagogæ, in quibus ille triumphus reportatur, quod dum vna alteram insectatur mendacium produnt, & dum in sua vnaqueque conquiescit, fides eorum ex diuersitate etiam non oppugnata pulsatur.

Ad veritatem autem inveniendam iuvamur ex tempore, ad inveniendam inquam veritatem, quæ ex primis principijs deducitur, sed non ad principia ipsa stabilienda, quæ antiquitus impressa sunt cordibus hominum idem dicendum est, in profectu religionis, ex Letinensi lib. contra prophætæ vocum nouit, quod religionis profectus habetur, ut annis scientiæ consolidetur, dilatetur tempore, sublimetur ætate, nullam recipientibus principijs antiquis mutationem, quæ successu temporum in conclusiones euoluuntur. explicatio autem, & interpretatio quantum attinget ad sensum verborum, ad ipsa principia pertinent. Quare necesse est dicere antiquitus fuisse ab Apostolorum temporibus lectionem sine falsatione, veram scripturarum interpretationem, & secundum hanc lineam vulgata editam. Vnde quanto magis ad Apostolorum tempora accedimus, tanto necesse est dicere perfectiorum fuisse interpretationem. Cum ergo magis nostra vulgata accedat ad ea tempora, certè perfectior; melius enim antiqui Patres sensum scripturarum, quam posteriores hauebunt, cum tanto sapientiores extiterint quanto Apostolorum temporibus propinquiores.

Vel dicendum, quod in tantum in scientijs humanitatis acquisitis aliquod posterius inuentum verum, & rationabile appareat, in quantum in antiquitate luminis naturalis fundatur, ita etiam in supernaturalibus. Quare admittimus hunc progressum profectus quantum ad explicationem dogmatum; nam ut dicit Ambros. loco citato. *Anni ipsius ætas prima, quæ nos usu puerili colorauit nutu gigantum, sed in processu lapsuris floribus vernali, postremis adolescentiæ fructibus.* Nos quoque cui rudes sensus habemus infantia, sed mutati in annos ingens rudimenta deponimus, &c. & postea, *Quos hoc mouet, reprehendant messem, quia sera fecunditas est, reprehendant videriam, quia in occasu anni est, reprehendant olivam, quia postremus est fructus ergo & fides nostra fides animalium est, Ecclesia gratia meritorum vinaemia est, quæ ab ortu mundi virebat in sanctis, sed postrema ætate se diffundit in populis, ut aduertenter omnes non rudibus animis irrepuisse fidem Christi.* Nulla enim sine adversario corona vicerit, sed explosa ea opinione, quæ ante conualuit, id quod erat verum iure prælatum, ita à simili, quæ vigebat vulgata S. Augustini tempore, & postrema ætate se diffudit in populis, ostendit eandem nunc radicataq[ue] procedente tempore, quæ etiam antiquitus virebat, antequam omnium consensu acciperetur: sed quia iam oppugnari cepit à nouis versoribus explosa hac opinione, quæ apud multos ante Concilij Tridentini tempora inualuit, id quod erat verum, & primitus traditum iure prælatum est. Vnde manipulum istum adorare, & venerari iure debent ceteræ. Sed vroculariter appareat, quæ merito postponi debeant, oculariter ostendemus quot mendis, & falsitatibus Nouatorum illæ versiones inspersæ sint.

## OSTENSIO OCULARIS.

Errorum, & Hæresum, quæ in versionibus Hæretorum continentur, præsertim in Biblijs, quæ in Gallia, Anglia, Germania & Galuinistis leguntur.

**E** Gregiè de Hæreticis scripsit Clemens Alexan. 7. libro stromatum ad timem descripsit. Gloriæ tenetur desiderio, quæ ea, quæ ex sua natura conueniunt, sermonibus diuinitus inspiratis, tradita à Beatis Apostolis, & magistris sua sponte, fallaci sapientiæ simulatione corrumpunt alias tractationes, humanis doctrinæ resistentes diuinæ traditioni, ut hæresim constituat, nulla autem facilior via ad cōstruendam hæresim, quam pro libito scripturas in diuersas interpretationes trahere, quæ à sensu Ecclesiæ, & antiqua lectione discordant, quod quia facilissime ex Hebræo propter multiplicem vocum significationem à quolibet sciollo hebraizante, vel ex Græco similiter à quouis Gracilante prestari poterat, de infallibili versione prouisum est, à cuius norma, quæcumque deviant per eam, ut ostensum est corrigendæ, cui etiam omnis versio à veritate non degenerans deseruire debet. Quia autem à vero contingit multipliciter aberrare, ostendendum est iam exposita, & stabilita vulgatae editionis autoritate, quomodo in versionibus hæretorum adulterationes per additionem, truncationem, transmutationem reperiuntur, ex innumeris paucas felientes.

## Corruptiones locorum veteris testamenti.

**I**sti ergo Hæretici, de quibus Basilius hom. in Hexam. qui suam mentem non accommodantes scripturæ, sed ad suam voluntatem mentem scripturarum trahentes, ac peruerentes, adiectionibus truncationibus, vetus testamentum immutauunt.

Adiectione vñi sunt. In cap. 3. Genesis num. 22. vbi habetur in scriptura. *Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & vivat in eternum,* in Biblijs Gallicis anni 1568. addiderunt, *cyciamus illum foras,* quæ additio nullibi legitur, nec in tonie, nec Chaldaica versione, nec in Septuaginta. Nec addere opus erat, nam verbæ sacri textus Apologetismi continent, subintelligitur enim *prouideamus in posterum,* vel quid simile, qui modus loquendi, ut notat P. noster Stella, familiaris est Hebreis, & hominibus iratis, vel mēstis non exprimentibus, sed reticentibus aliqua, quæ subintelligi debent: simile est in Luc. 19. cum plorans Christus Dominus super Hierusalem dixit. *quia si cognouisses, & tu, nempe flettes, quod subintelligitur.*

Truncatione cap. 49. vers. 22. dicitur. *Filius accrescens Ioseph, filius accrescens, & decorus aspectu.* omiserunt illam geminationem, & legunt in iisdem Biblijs Gallicis, *Ioseph est veluti ramus crescens propè fontem.* Ea autem geminatio apud Hebreos est gratiosa, & consueta, qua ut dicit Hieronymus qq. Hebraic. in Genes. Ioseph maior futurus inter fratres prædicebatur, ob duos filios, duas tribus, & duas sorores,

roris, quas obtinuit, genuit enim Manassem, & Ephraim, qui duas constituerunt tribus in Israhel. Et quamvis Targum legat, multiplicabitur tanquam viuis, quae plantata est ad fontes aquarum, plus ex proficit Targum, quam Gallicana ista translatio, verbo enim illo multiplicabitur geminationem explicatam innuit, licet obscurius, quod non inquit in ramo.

Transmutatione cap. 4. num. 16. dicitur. Nonne si bene egeris recipies? vbi verbum פָּנָא scheet nedū parcere, attollere, & leuare, sed etiam recipere significat, & sensus est, ex vna Glossa Hebraica, si benē egeris pœnitendo, pœnas de te ipso sumendo remittetur tibi. vnde Chaldaeus paraphrastes. Si benē egeris opera tua remittuntur tibi, at apertius vulgata, ut etiam interpretatur Lyran. in lib. differentiarum. Nonne si bene egeris recipies? nempe mercedem, & in communi loquitur texius, yidelicet. Quodcumque opus bonum feceris, siue in oblatione, sive circa fratrem, siue circa te ipsum impietatem deserendo, acceptum erit in præmium, & mercedem accipies: si autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit. &c. Sed Nouatores retributionis, & mercedis inimici, ad alteram significationem attendentes verterunt. Nonne si benē egeris exaltaberis? nempe velille: vel, sicut quidam alij Hebraizantes, exaltabis, nempe oculos, quos rubore perfusos in tertiam defixisti. Sed ignorant differentiam inter exaltationem, & præmium, vel mercedem, quod exaltatio vni virtuti appropriatur, nempe humilitati, dicente domino, Quis humiliat exaltabitur, sed merces vniuersa opera complectitur, & respicit dicente propheta. Quiescat vox a ploratu tuo, est enim merces operi tuo. Hier. cap. 31. quare restrictior est ex hac transmutatione scripturæ locutio; amplior, prout in vulgato exprimitur, alia vero intelligentia leuabis, exaltabis, nempe faciem tuam; illum sensus habet: poteris leuare oculos, quos præ turbulentia diecisti. Et si elevatio illa explicatur de eleuatione confidentiali ad Deum, orta ex displicantia peccatorum (& est phrasis scriptura Iob 11. v. 15. 2b) dicitur: si iniuriam, que est in manu tua abflueris à te, & non manseris in tabernaculo tuo iniustitia; tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, tunc sensus est. Si benē egeris auferendo iniuriam, &c. tunc exaltabis vultum tuum, qui conciderat. sed adhuc est restricta expostio, & penitentia solum opus respicit, & hilaritatem animi ex condonatione peccati, non autem aliarum virtutum opera, cum tamen texius generaliter loquatur si bene egeris. Quare secundum textum de præmio bonorum operum sermo est, vt de pœna malorum, sic egregie præ omnibus noster Oleaster, qui locum præ ceteris subilius, & accuratius pertractauit, vt dicit Pererius lib. 7. in Genes, vt sensus sit si bene egeris, portabis, vt ex Heb. alij nempe præmium: si autem male, quoniam punio, ait Oleaster è vestigio peccatum sequitur, statim in foribus peccatum aderit, id est præstò est punio peccati, retributio ergo mercedis præmij, vel pœnae aperte insinuat, quam obscurate ex ista transmutatione nonnulli interpretari solunt.

Eodem cap. & subsecente, vbi habemus. Subtus te erit appetitus eius, & in dominaberis illius. Caliginosus ne cogatur ex hoc loco libertum arbitrium dominatus peccato, & concupiscentia, admittere, tras-

mutatione vtitur referens ad Abelem particulam, eius, & Biblia Gallicana 1566. sub te est eius voluntas vtererunt. Sed ab Abelem referri non posse docent S. Ambros. lib. 2. de Caim, & Abel. cap. 7. S. August. 15. de ciu. cap. 7. Hieron. in qq. Hebraic. & ex t. Hebreo pariter conuincuntur, nam legimus וְתַעֲשֵׂה 7:1 quod transtulerunt 70. & ad te cōuersio eius, nempe ad te vertetur solicitaō, Hieronym. in qq. Heb. ad te societas eius, alii, ad te obedientia eius. Et sensus est. Concupiscentia quamvis petalans, & improba ad te conuertetur, vel tibi cedet, & obtemperabit, sub tua potestate erit, illam si cures reprimere, & refranare, tu fatigas, vt domineris ei, si nō dominio despoteo, saltem civili. Et secundum nostram versionem sensus apertus est. Siue in bono, siue in malo, quid egeris, vel tibi contigerit, non indignaris alteri, tibi culpam imputa, quia Dominus est tuorum actionum, & liber: sub te est appetitus eius, nempe concupiscentia, quæ te ab arce rationis tentat deicere, sed tu illi poteris dominari non consentiendo, vnde Targum Hierosolymitanum, ita vertit, In manum tuam tradidi potestatem concupiscentiae tuae, & tu dominare ei, siue ad bonum, siue ad malum. Nec obstat, quod in text. pronomen eius in Hebreo est masculinum, nomen autem הַטְמָא chatat, id est, peccatum est femininum, nam etiam sub genere masculino peccatum, versiculo præcedenti, chatat robes est masculini generis, nempe peccatum turbans, ita & Leuit. 3. v. 24. peccatum ipse. Nec obstat quod alii apud Philastrium lib. de heresib. sic explicant hunc locum, Abel te obseruat, & ad te conuersio eius, id est te diligit; & tu, vt frater eius major dominaberis illius, & tribuitur Chrysostomo hom. 7. nā communis sensus SS, & interpretum, qui eum locum ad liberum arbitrium adstruendum adducunt, quod possit Dei gratia concupiscentia dominati.

Cap. 48. v. 16. vbi dicitur, inuocetur super eos nō men meum, nomina quoque patrum meorum Abrabā, & Isaac. Gallica versio habet reclametur. videbant enim inuocationis, & intercessionis sanctorum acerimi hostes ex hoc textu aperiissimè vrgeti; propterea peruersè transmutarunt reclametur, quasi nomina sanctorum reclamanda sint, non inuocanda ipsique sancti non implorandi, sed Baaliticis vocibus atque clamoribus excitandi. Quamvis autem ex phrasib. Hebreæ inuocari nomen alicuius super aliquem, sit etiam eius appellatione denominari (vt dicitur Es. 4. inuocetur nomen tuum super nos, id est vocemur vxores tuæ) vt eius appellatione filij denominarentur Abraham, Isaac, & Jacob; tamen cum inuocare sit imploratis opem, cui correspondet exaudito eius, cuius auxilium postulatur, vnde dicitur Iob 12. v. 4. Inuocabit Deum, & exaudiuit eum; quasi communes Patres Israelitici populi inuocandos insinuat Patriarcha, vnde & in praxi Moyses placatus iram Dei, sanctos istos Patriarchs inuocauit dicens. Recordare Abraham, Isaac, & Iacob.

§ In lib. Exodi vtuntur in eadem versione Gallica additione cap. 20. vbi legimus, non facies tibi sculptile. Non Iconomachi in odium sanctorum imaginum addiderunt. Non facies tibi imaginem sculptam, porro differentia est inter sculptile (לְבָזֶן Pasel, hoc est idolum, vt vertunt interpretes 70.) & imaginem, quod idolum, vt dicit Theo dori. q. 5

**E**xod. nihil representat, quod subsistit, ut sunt Spinges, Tritones, Centauri, quas rerum non subsistentium fictiones, Græci idola vocarunt. At similitudo est alii cuius subsistentius imago, & effigies, vetuit ergo eo loco Dominus idolatricum cultum. Sed cum non alia imagini reverentia debeatur, quam illa, quæ subsistenti rei, cuius est imago, debita est; nulla ex hoc loco sanctorum imaginum prohibitio à Nouatoribus probari potest. legatur sexta Synodus, Gregor. epist. lib. 7. 109. & lib. 9. epist. 9. Jonas Aurelianensis de imaginum cultu, S. Thom. 22. q. 84. ar. 1. ad 1. & 3. p. 25. ar. 3.

Transmutatione vtur Calvinus, nam vbi Ex. d. c. 7. dicitur: *Ego induabo cor eius.* quæ verba non causam positivam significant, sed permissionem (vt patet ex PP. Irén. lib. 4. cap. 48. Orig. hom. 2. in Iudic. Basil. homil. an Deus sit causa mali, & alijs cōtra Manichæos scribentibus, vel negationem adiutorij quo emolliretur, ex Augustin. & Scholasticis) ipse vt Deum faceret autorem culpæ posirivè, & efficienter, quasi ariete putat impius suam hæresim hoc loco stabilire vertendo. *Ego constringam cor eius.*

Eadem transmutatione vtuntur alii Nouatores dū illud. *Idcirco posui te, ut ostēdām foriūdinēm meām,* cap. 9. sic explicant, & vertunt. *Idcirco obdurauit te, ut occasionem haberem te assiduē puniēndi,* & ostendendi potentiam meam, apud Cornel. à Lapide in hunc locum. Sed manifestè revincuntur, nam verbum Hebraicum יְהוָה הַמִּדְתִּיחָה exponit fecit etare vnde Chalda. suffinuit te, Septuaginta seruatus es, & sensus est. Posui te, & constitui te Regem, permisi ut in populum meum insurges, ut te flagellando, omnes meam potentiam agnoscerent. leg. Augu. in Ex. q. 32. Ambrosium, & Photium, & Chrys. in cap. 9. ad Rom. c. 17.

Exodi 17. cap. 3. dicitur *quia manus soli Domini, & bellum Domini erit contra Amalech à generatione in generationem.* Calpinus. Certe manus super solium Iebouæ Prelatum Iebouæ cum Amalech à generatione in generationem. Iunius vero, & Tremellius. *Quia manus Hamalech iui contra solium Iah, bellum Iebouæ in Hamalech erit, de etate in etatē.* Joseph Scaliger inaudita versione 3. de emēdat. temporum scriptit. Cippus triumphalis propter diem mesis ultimum, bellum irreconcilabile contra Amalechum, vbi manifestè peruerstiones inspicuntur, reclamante text. Heb. 70. & Chaldaica versione. referuntur à Seratio in lib. Iosue.

**S** Leuitici c. 19. transmutatione similiter vtuntur in eadem versione, vbi enim legimus, *Sabbatha mea custodite, ipsi inuertunt, custodite requies meas.* quem locum ad festorum celebrationem eludendani insulcè peruerterunt, ignorantes sabbathum nedum requiem importare, sed diem peculiari obsequio Domino consecratum designare per cessationem ab operibus seruibus, vnde Chaldaeus quoque vertit. *Dies sabbathorum, & Græci vertunt σαββατον, & c. 23. vbi dicitur. Hæ sint feriae Domini, quas vocabulis sanctis, ipsi vertunt, conuentus, congregations sanctæ, & licet Hebreæ vox mohbedim עֲרֵבָת festiuitates, & conuentus significet, voluit scripture ijs verbis significare cessationem ab operibus in tali die ad vacandum Deo: quæ feriae, & si sint Nouatoribus execrables, ipsi gentiles lumine naturæ edociti eosdem sequuntur, qui ferias instituerunt, vide*

quæ Ioannes Gulielmus Stuchius scriptis de hac re in lib. de sacrificiorum, & sacrorum Gentilium descriptione, & Cic. 2. de legibus de institutis ferijs sic loquitur. *Vt feriarum festorumque dierum ratio in liberis requiem habere, lumen, & iurgiorum in servis operum, & laborum, ut pudere debeat. Nouatores nō exhibere vero Deo præscriptos cultus festorum tempore reuelatae gratiæ, cum edocti lumine naturæ Gē tiles feriandum in Dei obsequium sancirent: liceat ignorantiæ tenebris excœcati, vel ignoto Deo, vel superstitionis dijs sacrificarent.*

In libris Numerorum. restrictione vtuntur, nam vox sacerdotis sepissime usitata, cuius officium est ne dū sacrificare, sed orare pro populo. Iol. 2. discernere inter lepram, & lepram Deuter. 17. questiones legis dissoluere Mal. 2. sic restringitur, ut eius loco semper sub rituānt sacrificare, ut sacerdotalia munera tollant, ita in Biblijs Francisci Stephan. anno 1567.

Deuteronomij 33. transmutatione vtuntur, vbi enim legitur, *in dextera eius ignea lex.* Ipsi legunt, *in dextera eius signis sua legis, & tamen ex Hebræo Pagninus, à dextera eius ignea lex eis, & Chaldaeus, legē scriptam dextera eius dedit nobis de medio ignis, & magis exprimit sensus, quod illa lex in igne latet, ut dicit Chaldaeus, & Rabbi Salomon exponit, fulgurante enim monte Sina latet, quām quod dicunt, quod in dextera Moysi sit ignis sua legis, hac enim formula significatur, quod lex Moysi ignis sit, quod potest intelligi causaliter ex pœnis mortis igne, &c. non autem ignea ab euentu, quod cum igne, & flamma latet.*

Iosue cap. 2. tollens mulier viros, abscondit, at Tremelius, tollensque viros mulier absconderat, vbi manifestè verba inuertuntur, & propria vis verborum absque necessitate relinquuntur, & significatur hac inuersione, ante satellitos missos, Raab iam abscondebat exploratores, quod non est necesse asserere.

Cap. 3. apparebant, aquæ, procul ab rive [quæ vocatur Adom] Lutherus in sua Germanica versione homines interpretatur. at esse proprium nomen textus Hebraicus, Græcus, cum vniuersis interpretationibus Græcis, Latinis, Chaldaicis, Rabbini recentioribus, & antiquis, aperte demonstrant: ipsa que puncta Masoretica cum duobus τ τ cametzim monstrant, nō esse commune nomen, sed speciale absolutum, & proprium.

Cap. 5. *Fac tibi cultos lapideos.* Dauid Chyträus cultos acutos cote lapideos, sequentes Rabbinos dicentes, non fuisse eos cultos lapideos, sed ferreos, aut Chalybeos. cum tamen Chalda. Græca, & Rabbini antiquissimi petrinos intelligent in Berescith Rabbæ legentes nonaculas saxeas, & in Morenebuchim p. 1. cap. 16. silices verterint. alii Nouatores transferunt fac tibi cultos radentes. Sed illis, editiones ferè refragant omnes, interpretes Rabbini, & Ecclesiæ DD.

Judicium cap. 3. v. 19. *Et reuersus de Galgalis, vbi erant idola, verti volunt, vbi erant imagines, noui illi Iconomachi, Iunius Tremellius in Gallicanis Biblijs. sed repugnant 70. nam sèpè eandem vocem vertunt sculptilia, interdum simpliciter, idola, Exodus 20. Chaldaeus, dolatos, vel incisos lapides, & hæc significat vox hebraica, Peselim, nempe incisa dolata, sculpta, & figurata. Quod si apud hos Nouantes,*

Syno-

# De sacrorum Bibliorum versione. 431

Synonima sunt *imago*, & *idolum* vertere, quis prohibebit illud, *facimus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*, hoc modo, *ad idolum, & similitudinem nostram*, & id, quod dicit de filio Dei Apostolus 2. Cor. 4. qui est *imago inuisibilis Dei*, posset transferri, qui est *idolum inuisibilis Dei*.

Eodem capitulo de Aod dicitur, *quod utraque manus pro dextera utebatur*, sed Nouatores Pellicanus, Vermilius, Cythraeus, Bruhtonius, Albericus Gentilis 2. de bello cap. 8. non ambidexterum vertunt, sed *scenam, vel sc. euolam*, qui sinistra tantum utitur, id est, ut Italice dicimus *mancino*, sed potius interpreti, quam nouellis Rabbinis, à quibus hauserunt Nouatores est credendum: quia ad ipsum exponunt 70. apud quos *duo etiam ambidexterum clarè appellant*.

Cap. 6. ver. 24. *Aedificauit ibi Gedeon altare domino, vocauitque illud domini pax*, nolunt istam altaris consecrationē cum ista impositione nominis agnoscere Nouatores, nam Iunius, & Tremellius sic pertvertunt, & inuertunt. *Extruxit ibi Gedhon altare Iehouæ*, quum proclamasset ipsi Iehouæ pacem, sed sane impositum esse nomen pacis aræ Deo consecratæ, nedum agnoscent 70. omnes Græci, & Latini codices, sed & alij eorum Symmictæ Nouatores, nam Petrus Martyr Vatablum explicans scripsit. *Aedificauit ibi Gedeon altare Iehouæ, vocauitque illud Iehouæ schalum*. Pellicanus, & Munsterus vertunt. *Adificans Gedeon ibi altare Domino vocauit ipsum, dominus pacis*, idem habent Gallica Geneuensia.

Cap. 7. recesserunt de monte Galaad. Iunius vero, & Tremellius vertunt. recedat versus montem Galaad, quæ potius depravatio est, quam traductio & inuentum terminum, à quo, cum termino, ad quem, cum solum primi fiat mentio à vulgato, cui concordant Heb. Græca, Chaldaica.

1. Regum 1. Inferni, & Purgatoriū eueflores familiari cantilena solent loco inferni foueam, vel sepulchrum reddere, vnde illud *Dominus mortificat, & vivificat deducit ad inferos, & reducit*, ipsi legunt, *Dominus facit descendere in foueam, & facit reascendere*, & quamvis vox Seol נְרָב significet interdum sepulchrum, vel foueam, hic tamen Septuaginta, Chaldaeus, Arias, Pagninus, inferni vocem retinent. & quod hic locus exponi quoq; possit propinquum loco, Gregorius in posteriori commentario insinuat dicens. *Deum ducere ad inferos est, peccatorum corda aeternorum cruciatum consideratione terrere, reducere est territas penitentium metes spexitæ indeficientis attollere*. aliam expositionem habet in commentario, ad populum Iudaicum, & Gentilem applicando.

In Paralipom. 2. cap. 34. vbi legimus. *Vt custodiret præcepta, & testimonia, & iustificationes eius in toto corde suo*. ipsi Caluinæ transmutant, & inuentunt, vt præceptorum iustificationumque loco legant, statuta, suæ namque fidiculae iustificationem tribuentes, & opera ablegantes, hæc eadem diuina statuta, præcepta, & iustificationes appellare renunt contra manifesta diuinæ scriptura testimonia Ezech. 18. Matt. 12. Rom. 2.

Iob cap. 9. vbi legimus. *Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceret delinquenti*, ijdem transmutant. *Tremo de omnibus laboribus meis, sciens quod non me indicabis innocentem*, quibus verbis duplice-

errorem recondunt. Vnum de damnanda operum nostrorum incertitudine; alterum omnem operum iustitiam excludendo, iustosque in omni bono opere peccare adstruendo. Vocemque Hebraicam בְּשׁוּ satis demonstrant ignorare, quæ opus doloris significat, ad penitentiam conducens, de quibus operibus penalibus Job dubitabat, atque tremebat.

In libro Psalmorum, transmutatione vtuntur in psal. 1. vbi enim legimus, & iter impiorum peribit, sic in Biblijs Gallicis impio ritmo vertit Marotus, Et quoniam curam omnem, atque solitudinem de improbis abiecit, via quam inibunt, ipsi, resque ipsorum coincident, duos statuens errores; quod Deo nullæ curæ sit de improbis: & quod de impiorum salute desperatum sit, cum Epicuro, & Caino cōspirans. Ps. 8. additione vtuntur, vbi enim legimus. Quid est homo quod memores eius, de suo addunt Caluiniani, tunc ego cogito, quæ verba in nullo exemplati, vel exemplato hucusque lecta sunt. Eodem psalmo transmutatione vtitur Marotus, vbi enim legimus. Minuisti eum paulominus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum, ipse sic vertit. Talem fecisti, nihil vt ei reflet, quam vt sit Deus, ceteroque abunde circūcinxisti cum gloria. Psal. 10. vbi legimus. Dixi Domino Deus meus es tu, &c. additione vtuntur. O anima mea die aeterno tu es Deus meus, &c. Psalm. 29. transmutatione vtuntur, vbi enim legimus. Non sunt loquela neque sermones, quorum non audiantur voces eorum, quò loco Apostolus prædicationem Apostolicam toto orbe diffusa adstruit, isti inuersores Hebraico textui vim intulerunt transferendo per negationem. Non est lingua in eis, nec verba, neque vox eorum auditæ est, quam peruercionem ostendunt Septuaginta, Hieronymus, Pagninus, Arias. Inclinaui cor meum ad facientes iustificationes tuas in aeternū pp retributionem. Anglici versores Munsterum sequentes inuerterunt ea verba, In aeternū propter retributionē] semper vsq; in nem] contradicentibus 70. qui verterunt semper propter mercedem. Proprietate autem בְּשׁוּ significare mercedem Pagninus in suo dictionario docet, eamque veram proprietatem, retinuit quoque in sua versione Hieronymus, quem sequi debebant potius quam Munsterum, & falsas Geneuenium notas.

Prou. 9. dicitur. *Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & posuit mensam suam*, quem locum SS. Patres Hieronymus, Cypr. August. Thomas Aquinas, vt expressam prophetiam de sacra Eucharistia, vbi mixtio aquæ, in vino quoque exprimitur amplectitur, peruerterunt vertendo. *Ila tñes victimales, ila versè son vin*, hoc est, occidit opsonia, vinum suum fudit. Sic Caluinus in versione Gallica, impressa Lugduni per heredes Ioannis Michaelis, quem sensum impiū amplexi sunt Anglicani in versione anni 1551. 1552. & 1562. & licet verbum Græcum ἐκτραπεῖ nondum miscere, sed & fundere significet, tamen Hebreus, ex quo Græcus cum Latino noster cōsonat, omnemque ambiguitatem effugat, & 70. quoque concorditer cum vulgata legunt. miscuit in cratera vinum suum. Truncatione vtuntur cap. 15. nam integrum versum iustitiae iurati hostes de medio tollunt, nempe, *In abundantia iustitia fortitudo multa*, &c. & cap. 16. aliud quem apud 70. nu. 5. Initium via bone facere iustitiam. Transmutatione quoque Proverb. 16. nu. 6. vbi enim legimus, misericordia, & veritate redimitur iniquitas pro redimitur, ipsi legunt, con-

condonatur, vt opera bona pœnalia, quibus Deo satisfacimus ad expiationem pœnæ de medio tollant. Ecclesiastes 9. Sunt iusti, atque sapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen non scit homo utrum odio, vel amore sit dignus, ac Geneuenses noui Sexti, & Pyrrhones legunt: serui eorum in manu Dei, & nemo nouit amorem, vel odium rei, quam habet coram se, sic habent in editione anni 1552. & 1562. & certe ex illa particula קְדֻשָׁה ex nostro Pagnino in dictionario, R. Abraham in Commentario, & R. D. in lib. Radicū, illa radix קְדֻשָׁה cum habet post se בְּנֵי significat seruire, sed operari, vnde S. Hieronym. Symmachus, & Pagninus opera vertunt, & magis Hieronymo credendum est, quam Munstero, quem Geneuenses, & Angli imitati sunt veluti simia larvæ. Alteram vero partem Hemistichij, melius idem Hieronymus, Septuaginta, & alij expresserunt, & sensus est. Etiam in hoc dedit cor meum, & scire volui quos Deus odisset, & inueni iustorum quidem opera in manu Dei esse, & tamen utrum amentur à Deo an non, eos scire non posse. Sed non mirum si novitiam illam paraturam de sua speciali fide, & certitudine iustitia introducentes, Dei verbum sede dilacerare non isti Magistri laborarunt.

Cant. 5. Gene illius sicut areola aromatum consit & à pigmentarijs. sed Furterus sectarius Luthéranus inuenit legendō pro consit & à pigmentarijs, hoc modo, turres loquuntur, eo quod vox Migdal מִגְדָּל ait, significat turrim, sed sequens vox Merkahim pigmentarios significat, quod & R. Abraham, & R. Kimchi pariter adstruuntur.

In libris prophetarum Es. 6. vbi habemus, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, velut natus Homerus Iouem, vel Martem bellicis epithetis, & ornatis vertit Castalio, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Iona armipotens. plura sunt paradigmata in aliis prophetis, ita sufficiant.

Sed quid mirum si Rabbinos, & Hebraizantes sequendo nouelli isti interpres turpiter lapsi sint, nā qui alienis videt oculis, vt scipit Hieronym. neesse est, vt cuiusque interpres errorem saniori intelligentiae anteponat.

#### Corruptiones locorum noui testamenti.

**I**nnumera similiter loca noui testamenti peruerterunt noui inuersores. Truncatione vñi sunt Calunicola in libello dicto, Baculus fidei, vbi enim Matt. c. 26. legimus. Hoc est corpus meus, ipsi legunt, est corpus meum, vt admirabile in transubstantiatione ablegent, contra omnia exemplaria, & antiquissimam, & robustissimam omnium Patrum intelligénam.

Transmutatione ijdem vñi sunt legentes similiter. Hic est corpus meum, ita habent Biblia Gallica impressa Londini, & Geneua apud Badium, & item apud Jacobum Poolain, & Matthæum de la Roche, & in libello dicto Thesaurus precum. Biblia vero Gallica Francisci Stephani legunt in genere neutro, nā vbi apud Matthæum legimus. Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus, ipsi sic transmutant. Hoc est sanguis meus, primo autem modo, hic est enim sanguis meus, nedum vetustissima exemplaria, & antiquissimi Patres legerunt, vt Iustinus in Apolog. ad Anton. Pium, Cyrill. catechesi 4. Mytagog.

Orig. 35. in Matt. & alij quamplurimi, sed & omnes alia translationes etiam Lutheranorum, & aliorum sectariorum communiter habent. [Hic et] & licet in Græco sermone habeatur in neutro generis τέρτο γένος idcirco factum est, quia sanguis apud ipsos & ipsa generis est neutri, vnde apud nos, quia sanguis est generis masculini cum masculino pronomine iungi debebat, dicendo. Hic est sanguis. Sed in Harmonia in Lucam, idem Calvinus, verba consecrationes eiusdem sanguinis, sic invenit. Hoc nempe poculum est nouum illud testamentum per sanguinem meū, qui pro vobis effunditur, cui interpretationi violentæ Beza reliqua Patrum intelligentia subscriptis. Sed detur Beza, vt transferat, hoc est sanguis meus, & per ly hoc demonstretur poculum, am oportet facti id dictum pro Metonymiam, vt Lucas, & Paulus, quod continet, nempe vasculum memorarint, Matthæus vero, & Marcus, contentum, nempe verū sanguinem.

In Evangelio Marci transmutatione vtuntur cap. 1. vbi legitur, pœnitentia, & credite Euangelio, ipsi legunt, emendate vos, & credite Euangelio, ipsum pœnitentia nomen odio habentes cum re ipsa, quæ consistit non solum in emendatione, & nouitate vita, sed etiam in detestatione præterita propterea, legunt emendate vos, & credite Euangelio, cum tamē Græce legamus πενitentia pœnitentia, vel pœnitentiam agere. Similiter cap. 6. ex eodem errore, vbi legimus, & exunes preædicabant, vt pœnitentiam ageant, ipsi legunt, & exunes preædicabant, vt recipiscerent. adeo isti sunt osores nominis pœnitentia; cum tamen omnes codices sic legant, & Syriaca versio. Porro πενitentia, non solum confitit, & mentis mutationem includit, sed etiam dolorem, scū tristitiam, quæ secundum Deum est, vt dicit Apost. 2. cor. 7. vide Augustin. lib. 50. hom. in 50. & Basilius in Moribus, & alios Patres.

In eodem cap. 6. alia transmutatione vtuntur; vbi enim dicitur, & præcepit eis ne quid tollerent, & c. sed calceatos sandalijs, vt etiam legitur in Græco, ποδες επι' οις σανδάλιαι, & Syriaca. Pro sandalijs veterunt [calceamenta] cui versioni atristis Beza in annotatione citans Erasmus. Sed non solum ex Augustino 2. de consensu Euangelistarum cap. 25. & 30. sed ex ipsimet Nouatoribus aliis symmictis reununtur, nam ipse Beza in versione anni 1580. transferunt sandalijs, & in versione Geneuana 1596. apud Tornelium, & ex Actor. Apost. cap. 12. v. 9. etiam reuicuntur, vbi enim habemus [calcea te caligas tuas] Græce habetur σανδάλιαι, id est soleas tuas, sic autem erant disposita, vt solea subtus esset tegens plantam pedis, & pars superior delecta esset, vt calceus feneratus appareret, suadetur vero ex Iansensi. sic incelsisse Apostolos in concordia cap. 55. quia secundum morem regionis sic pauperes quoque incedebant, & Christus Dominus, cum non nudis pedibus incesserit, & alij pedes eius lacrymis sint irrigati à muliere peccatrice, certe superior pars nuda pedum irrigata, sandalia Christum gestasse arguit, & Terrull. lib. de pallio morem sui temporis describit, vt Christianorum, pedes nudi magis, certe viriles magis, quam in calceis, sandalia innuens.

In Evangelio Lucae vtuntur additione cap. 1. nu. 19. vbi enim legimus, & missus sum loqui ad te, & hac tibi enageli Zare [bona addunt, nuncia bonas, nouvelles] sed

# De sacrorum Bibliorum versione.

433

sed non quicunque bona nuncia, primo & per se, sed bonum nuncium, eumque per antonomasiam præstantissimum dicimus importari nomine euangelij, nempe filii Dei uiuersam economiam. lege Ambrosium verius Remigium in cap. 1. ad Rom. Euseb. 1. de p[re]parat. Euangelij cap. 1. definitem Euangelium esse bonum nuncium, quo peccatores ad indulgentiam, adde per Christum vocantur.

Et nu. 22. vbi legimus de Zacha. & ipse erat annuēs illis addunt. & permanxit manus, quam additionem etiam redargunt textus tam Græcus, quam Syriacus.

Transmutatione vero, vbi enim habetur Luc. 1. ad Virginē despōsatā viro, ipsi legunt, ad Virginem promissam viro, per h[oc] verba negantes inter Mariam, & Ioseph, tunc non extitile coniugium, cum tamen proprietas verbū Græci μηνεύεται nedum despōsam, sed & despōsatam significet, vel recenter nuptam, quo etiam verbo cap. 2. num. 5. vsus est Euangelista dicens, ut profiteretur cū Marie despōsatā sibi uxore prægnante, vnde iam tum cum Christus conceptus est, fuisse matrimonium inter Mariam, & Ioseph afferunt PP. vide Augustin. 5. contra Iulian. cap. 9. & lib. de nupt. & concupisc. cap. II. Chrysostom. hom. 4. in Matt. Ambr. 2. in Luc. &c. num. 28. vbi legitur. Ave gratia plena Dominus tecū, ipsi Nouatores vertunt. Eene tibi sit, quæ es recepta in gratia, addentes in maijine, quæ facta es grata, sed Syriacus legit Miliath Taiborath, idest, Gratia plena, Græca editio haber, χαρίς κεχαριτωμένη, idest, Ave gratia plena, à χαριτῷ, quod est gratificare, implere, quibus verbis plenitudo gratiae Sanctissime Domine nostra Deipara designatur (aduersus quā semen diaboli, hæretici bellum gerūt, dum plenitudinem gratiarum eius oppugnare conatur, sed ipsos cum suo parente protiroto, & conculcato virginem intercessione quotidie experimur) & articulus [ώ] abundantiā, & superfluentiam denotat, vnde Epiph. h[er]. 78. addit verbum [secundum omnia] vide Athanasium hom. de Deipara vocem cecatiūnem ad eundem dictum sensum, egregie expli- cantem.

In Euangelio Ioannis cap. 2. additione vtuntur, vbi legimus. Quid mihi, & tibi mulier? ut ambitione mentis ream afficiant, atque ob id a filio dure incipiatam persuadeat, vertunt. Quidā est inter te, & me mulier? vel quid rei mibi tecum est? vel quæ pars meū tibi est? ac si diceret, ait Melæcton. in annot. Euang. Ioan. cap. 2. quia mater es, ideo videris alicuius prerogatiæ, merito à me imputatura, ideo scias, te nō plus esse apud me, quam vel mulier peccatrix est, vel Syrophænissa. Caluinus quoque in Harmonia reprehensam ait, quod fauorum captasset. Pellicanus, quod muliebri sollicitudine teneretur. Lutherus dure repulisse Christum iis verbis explicat, ut eam coram conuiuis pudefecerit. Sed ut his impiis respondeamus, sciendum eam clausulam, quid mibi, & tibi, scelum facere, quid ad nos, ac si diceret ex Iustino qq. ad gentes q. 136. vt hoc declararet nen- pe [ne nos dicant eos esse, qui nobis vinum in nuptijs consumptum curę esse polliciti simus. tamen abundantia amoris, si vis, ne eis vinum deficiat, dic ministris, vt ea, quæ iubeo, faciant] vnde ut idem dicit [non verbo matrem obiurgavit, qui facto honorauit] ac si diceret, nec mea nec tua cura est prouide-

dere de vino, sed in uitantium. eundem sensum habet Epiph. h[er]. 51. & 79. & Euthym. sed omnem ambitionis, vel durioris increpationis suspicionem, quam aduersarius potest abijcere miraculum illius intercessione factum propulsat. Patres legendi sunt S. Maximus hom. 1. in fest. Epiph. Laurentius Brixiensis. in hac lectione Euangel. Iustinus loco citato, Augustin. tract. 8. in Ioann. at quid mitum si B. Virginem reprehendendi ex hoc loco male intellecto sumant Nouatores, cum Gentiles ex Iustino Christianis opposuerint, quod Christus matrem contemplaverit eam reprehendendo? Non est hic contemptus nec reprehēsio matris, dicere quid mihi, & tibi mulier; discant hanc phrasim à Dēmone, qui Luc. 8. dixit Christo [quid mihi, & tibi] quem tamen non contemnebat, sed deprecabatur.

Additione similiter vtuntur cap. 14. num. 26. vbi legitur. [Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo] ipsi legunt. [Paracletus, vel consolator, qui est Spiritus sanctus] quæ additio, neque in textu Syriaco, neque Græco inuenitur. forte innuunt nullam aliam personam, præter Spiritum sanctum habete rationem paracleti, cum tamen Christus Dominus seipsum etiam paracletū, & cōsolatorem dixerit, & aliū paracletū dabit vobis, quod etiam Patri conuenit, cum dicitur ab Apostolo quoque, Pater totius consolationis, vnde nomen Paracleti est communē tou Trinitati ex Basil. c. 19. & Hier. ep. ad Hedib. appropriatum vero esse tertię personæ orthodoxi sentiunt Patres, & legendus est Athanasius oratione contra Arianos, quæ incipit. Ex Deo, &c.

Transmutatione quoque vbi sunt nam ea verba. Ego sum panis viuus, Job. 6. Beza in editione 1556. 80. 88. 90. quasi ζωή idem esset, ac ζωοτοιχία verit, ego sum panis ille viuiscens, dicens. Valui hic, viuiscū interpretari, quæ viuū, ea astutia, vt per effectus solum sumi Christum adstrueret, & suas cenas, & vinolas offas commendaret.

In Actibus Apostolorum cap. primo, num. 26. vbi legimus [& dederunt sortes eis, & cecidit fors super Matthiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis] ipsi verterunt [& dederunt sortes eorum, & cecidit fors super Matthiam, qui ex communi consensu annumeratus est cum vndecim Apostolis] facta est autem additio subdolo ad protectionem erroris eorum, qui volunt sacerdotes, & Episcopos à magistratu seculari, & plebe eligi: conciuitur autem additio falsitatis ex textu Græco, Syriaco, & alijs versionibus, & Patrum, & expositoru testimonii, Græcus textus habet συγκατεψησθε. i. suffragii electus est, vt viso diuino signo electionis Matthie Apostoli apertis suffragiis electionem probarint, & in eorum confessum admiserint. Porro in sacrum illum chorum admittere, nō erat plebis, sed Apostolorum, cū etiā non à populo, sed ab ipsis, vt testibus præordinatis à Deo, voluit manifestum fieri Christum Dominum.

Truncatione vtuntur cap. 5. num. 15. vbi enim legimus [vt veniente Petro, saltem umbra illius obvratet quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis] in odium sancti Petri, & ne miraculo sanitatis miraculosa umbrae Petri, vt instruhen- to tribueretur, truncarunt illam clausulam, & libera- rentur ab infirmitatibus suis, quam clausulam anti-

Oo qua

qua editio, qua vñi sunt Hieronymus, Gregor. & ceteri Patres retinet, eti in textu Graeco minimè legatur, sed magis standum est veteribus codicibus, vt non semel supra ostensum est.

Transmutatione sensum euertendo pluries vntur nam cap. i. num. 20. illa verba, Et Episcopatum eius accipiat alter. Episcopatum vunt, administrationē, ad statuendā hæresim, non esse aliud Episcopatum, nisi simplex ministerium, cum tamen non simplicē administrationem, sed etiam dignitatem, præfecturam, & iurisdictionem præferat non solum apud prophanos doctores, vt videtur in Suida verbo Episcopus, Cœlio Rhodicio lib. 8. cap. 3. sed etiam apud SS. Patres, lege Chrysost. demonstratione, quod Christus sit Deus, vbi ea verba Esaiæ cap. 1. Et restituam iudices tuos, &c. sic vertit constitutam principes tuos in pace, & Episcopos tuos in iustitia, & dicit ibidem [neque ipsum sacerdotum nomen obtinuit Episcoporum dico] vnde & 70. usurparunt eam vocem τὴν επισκοπὴν, quæ & inspectionem significat, & translatâ enī à scriptoribus prophaniis ad præfecturam, &c. designandam, & textus sacer conuinicit: nam Petrus his verbis abscoaruit Dominum, ostende quem elegeris ex his duobus vnum accipe re locum ministerii huius, & Apostolatus] ad insinuādam Apostolicam dignitatem, & Episcopalem cum ministerio esse coniunctam, illique tanquam superexcedentem superadditam.

Cap. 2. num. 34. [quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni] vertunt [doloribus mortis] vel [doloribus sepulchri] & illud ibidem num. 27. non derelinques animam meam in inferno] vertunt [non derelinques animam meam in sepulchro] ad negandum descensum animæ Christi ad inferos, quam infanīa eleganter confutat Anatalius Cocheletius Carmelita in tractatu intitulato Caluini infernus confutans Polianum Caluinistam ex scriptura, & Patribus, talem vocem perperam ibi ad sepulchrū adaptari, eti interdum in textu græco alibi morte significet; illum legito.

Etc. 3. nu. 1. ad euertendas statas horas, vbi legimus [Petrus autem, & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam] vertunt, vt statam istam horam explodant [ad horam orationis, quæ erat hora nona] at ex ipso textu Græco non diei partem, sed orationis, quæ illa determinata hora fiebat, verba græca significant, dicitur enim ἐπὶ τὸ πρόσευχον ἐντάλμα. Exempli hoc Apostolorum statam horam orationis nonam intellexerunt Patres Tertull. aduersus Psychicos c. 10. Basil. de virgin. Hier. in c. 6. Daniel. Cassian. 3. de institut. renunciant. c. 3.

Et tandem ad obruendum incruentum sacrificiū missæ cap. 13. illa verba [ministrantibus autem illis Domino] ipsi sic vertunt [seruientibus illis Domino in suo ministerio] cum græcus textus sic habeat. λατεργίας τὸν οὐτὸν τὸν κυρίον, quamvis autem illud verbum λατεργίας, vt notauit Stapletonus contra Calvinum in hunc locum latè pateat, & non solum sacrificare significet; hic pro sacrificare usurpat ex adiunctis, nam ieiunium non quodcumque ministerium prædicationis, & huminodi, sed sacrificium præcedere solebat, & illa particula, Dommo, ostendit sermonem esse de sacrificio, quia hoc opus Deum respicit proximè, alia ministeria prædicationis, &c.

huiusmodi populum intuentur. Certum est etiam quod vox liturgia non ministerium tantummodo, quod fit priuatum orando, vel ieiunando, vel prædicando, sed publicum, ac fæderiale, quod sacrificio perficitur, & per se significat, vnde & eorū symmistes Erasmus, hunc locum vertit [sacrificantibus Domino] vnde Hebr. 10. etiam dicitur [omnis sacerdos prestò est, quotidie ministrans] Græcè λατεργῶν, & Luc. 1. de Zacharia sacerdote dicitur [impliedi sunt dies ministerij] Græcè εἰσι λατεργία.

In epistolis Pauli additione vñntur c. 3. ad Rom. nu. 25. [quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius] nam sic legit [quem Deus constituit omni tempore in propitiatorium per fidem] ad eum finem, vt perniciosum dogma de sola fide iustificante ad omnia sæcula extenderent. At eos confurant textus Græcus, qui eandem nostram electionem reiinet λατεργίας, & Syriacus, qui legit [quem proposuit Deus propitiatorium per fidem] voluit enim Deus participes nos fieri reconciliatiois Christi per fidem, qua credimus eum nostrum propitiatorem, sed non per eam solum, sed & per spem, & charitatem, vnde apparet, quam insulsa hunc locum inculcent suam illam statuentes fiduciam speciem iustificantem, cum nihil tale hic dicat Apostolus.

Et in c. 15. [vt sim minister Christi Iesu in gentibus sanctificans Euangelium Dei] illi per additionē legunt: [incumbens sacrificio Euangeli Dei] vt træferant vim sacrificij ad Euangelium, vt idem sit sacrificium offerre, ac Christum Euangelizare, repugnante Græco textu: nam est vox Græca λέποργήτα [id est sacrificiis operis] prædicationi Euangeli, aptata, per quod gentes sacrificantur, & sic non sacrificium in rigore, sed sanctificationem significat, & Syriacus habet [administrans Euangelium Dei]. Metaphorice autem sanctificare Euangelium, est sacrare sacram victimam, nempe per Euangelium, gentes conuertendo, vnde cum non ad laicos, sed presbiteriū, quod Nouatores laicis id munus demādarint eosdemque sacerdotes efficiendo, sacrificium ita restrinxerint, vt sacrificium solam esse prædicationē Euangeli indoctissime dogmatizarent.

Transmutatione vñntur cap. 8. nu. 4. [vt iustificatio legis impleatur in nobis, qui non secundum carnem anibulamus] ipsi vertunt [vt iustificatio fidei] vt illam suam fidem iustificantem foueant, legis observationem excludendo, & Græci codices, qui habent διαιτησια, id est iustitia, & Syriaci perpetuo legunt [est iustitia legis] & est illa, quam præcipit Dei lex, quam exercendo Dei legem implemus.

Additione nu. 16. [ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei:] ipsi autem legunt [ipse enim spiritus testimonium reddit simul cum spiritui nostro, quod sumus filii Dei] ad eum finem, vt diuinæ gratiae certitudinem, & prædestinationem in spiritu nostri testimonio, & persuasione collocent, & tamen Græcus textus habet [ipse spiritu contestatur] συμμαρτυρεῖ, vt idem sit, quod, testificatur, & Syriacus [& ipse spiritus suffragatur spiritui nostro] nullus autem legit [cum spiritu nostro] quasi spiritus Dei cum nostro testimoniu nobis perhibeat de gratiae certitudine. Quare periculam hoc loco Heretici abutintur ad adstruendū

# De sacrorum Bibliorum versione.

435

certitudine fidei ex hac testificatione Spiritus sancti & nostri, cognoscere posse nos esse Dei filios, sed esto duos testes filiationis adoptivæ, hoc loco ex vi vocabuli Græci producat Apostolus; sciendum duplum est. Spiritum sanctum testimonium posse perhibere: expressæ, & clare, ut cum dictum est, *Dominus transluit peccatum tuum*, alio modo obscurè, & per quædam indicia, & hoc modo testatur nos esse Dei filios non auferendo incertitudinem, & timorem, sed signa probabilia dando, quibus possumus cognoscere coniecturaliter esse in gratia de quibus signis cōsule Basil. interrog. 296. in brevioribus, Greg. 1. dial. 1. Bern. ser. 4. de orandi modis.

1. Cor. c. 9. nu. 5. transmutatione vtuntur ea enim verba [nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, sicut & certi Apostoli?] sic inuentunt Beza, Tremelius, Tigurini, Vermilius, ut suadeant Paulum, &c. Apostolos vxoratos [nunquid non est potestas nobis sororem uxorem circumducendi?] cum tamen in texu Græco vox *vraena*, & si interdum significet uxorem, sed non semper significare docet Tertull. aperte lib. de Monogam. c. 3. & lib. de pudicitia cap. 14. qui hunc locum egregie interpretatur, ut significetur mulieres virtuaria exhibentes, quæ circumducebant ab Apostolis, ut Christo Domino quodque faciebant Luc. 8. quam expositionem sequuntur Theodor. Chrysost. Theop. vide Hieronym. in Matth. cap. 27. de hoc more ludorum antiquo differentem. Vulgata concordant quoque Syriacus.

Item transmutatione vtuntur cap. 15. num. 29. [Alioquin quid facient, qui baptizantur pro mortuis si mortui non resurgent] quam lectionem habet etiam Græcus, & Syriacus. Ipse vero Beza, & Gallicæ Geneuenis versiones legunt [alioquin quid facient hi, qui baptizantur tanquam mortui?] ea autem fuit intentio transmutationis ipsorum ad auferendum baptismum metaphorice sumptum, hoc est satisfactiones penales, quæ sunt pro mortuis: porrò penitentias etiam baptismi nominis praenatas, legimus Luc. 12. Marci 10. [potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari?] vnde penitentia baptismus lachrymarum quoque appellatur a Nazianz. orat. 39. Cyprian. serm. de cena. Quod si de proprio baptisme sit sermo, arguebat Apostolus ad hominem contra eos superstitiones, qui pro mortuis suscipiant baptismum ex Tertull. lib. de resurrectione. cap. 24. Iræn. Ambros. Chrysost. & hæc exppositio præstat expositione Epiph. hæc. 28. exponentis hunc locum de Clinicis, id est, qui iam morituri in lectis baptizabantur tanquam mortui, vel morituri, nam verba text. seq. venuit. Ut quid baptizantur pro iis ad ly mortuis, referuntur, & Tertull. exppositionem probant.

2. Cor. 2. n. 10. [Nam & ego quod donavi, si quid donavi propter vos in persona Christi] ipsi vero peruerentes text. legunt. [Quia si quid condonavi, si cui condonavi id feci propter vos ante faciem Christi] Calvinus, Beza, Erasmus. Eo tendunt aduerfati, ut cum videant ex hoc text. usum indulgentiarum ab Apostolorum temporibus comprobari, ut auferant à gerentibus personam Christi talem protestatem, illa verba, in persona Christi, transmutant, ante faciem Christi, cum texus Græcus sic legat, εν προσώπῳ Χριστοῦ, certum est autem πρόσωπον personā

appellari, & licet προσώπη significet etiam in facie non exprimitur εν προσώπῳ, sed locutione Græcis visitata κάτια πρόσωπον Luc. 2. Act. 3. quibusdam adverbii, &c. vide Estium egregium diuinæ gratiæ defensorem in hunc locum, & Syriacus, & Latini, & Græci omnes interpres iuxta vulgati mentem exponunt. & quamvis Theodor. & Theophil. exponat in facie non contradicunt vulgato nam Theodoreus ait, intuente Christo, & quod fit gratum habente, & Theophil. coram Christo, hoc & illo iubente, ac veluti eius loco existens dimisi, quod idem est, ac in persona, & authoritate, & imperio Christi, ut etiam dicit Chrysostomus.

Ad Galatas transmutatione vtuntur cap. 1. nu. 10. [modo enim hominibus suadeo an Deo?] illi vertut [modo enim de hominibus euangelizo, an de Deo] quæ particula textus intelligētiam corruptit: nam in sensu eorum sensus est, de Deo sermonem facere, & euangelizare: at sensus Pauli planus est, ut suadere Deo sit suadere propter Deum, ut dicatur [hominibus suadeo an Deo?] id est propter homines an propter Deum euangelium suadeo: vnde & mox inuitit. [An quæro hominibus placere? si hominibus placarem Christi seruus non essem] vnde Græcus textus clare sensum exprimit. Modo hominibus γε περὶ διωκεῖν, id est suadeo, aut morem gerō, an Deo? apud Græcos siquid illud verbum, cū suadere significat, est cum dativo, aut accusativo: apud Latinos vero quando significat idem, quod patere, vel morem gerere ponitur solum in dativo, de qua re, & intelligentia vide Aug. epist. ad Galatas huic sensum codē in modo explicantem, & confirmantem. Sed & Chrysostomus docet eam vocem personam designare, & esse forensem, & sensus est, Paulum non apud homines, sed apud Deum causam dicere, ac proinde non curare si de ipso sinistrum Galatæ sentiant. sed si quartus casus Græcus non personæ iungantur, sed materiam designet, certè interpres Latinus non significat personam, cui aliiquid est suadendum, sed cui usui sua fio fit futura, & sensus est; prædicationem in eum usum cedere, ut non hominum, sed Dei gloriam quereret, ut supra dictum est.

Cap. 2. additione in signi vtuntur num. 6. ante illa verba. [Ab his autem, qui videntur aliquid esse] addunt [ego nihil dixi ab ijs, qui videbantur aliquid esse.] Qua appositione se plagiis dignos monstrant reclamantibus, & texu Græco, Syriaco, & omnibus interpresibus, qui talia verba commentitia non habent. Ceteræ ea oratione per sequentem paræthesim est suspensa, videlicet [quales aliquando fuerint, nihil mea interest, mihi enim qui videbantur, nihil contrulerunt] & ultimis particulis sententia suspensa finitur, & absolvitur, ut heretica illa additione non egeat.

Ad Ephes. transmutatione vtuntur cap. 1. num. 4. [ut essemus sancti, & immaculati in conspectu eius] qui vertut [irreprehensibiles] ea astutia, ut errorem suum instaurent, homines quantum uis iustos, lethali peccati, & damnationis esse reos, omnemque hominis iustitiam sepellant, nisi ad fidei iustitiam confugiant. cum tamen in sanctis interdum aliquid reprehensibile inueniatur, & propterea à sanctitate non excidant. texus græcus legit αὐτούς, id est inculpatos, seu ut vertit Arias, sine culpa, aut macula; eligendo nos ad omne virtutis genus per innocentiam

morum, & puritatem, quæ & si venialia peccata nō excludit in præsenti vita, tamē prædestinati ad vitā futuri sunt immaculati, cum pertineant ad statum Ecclesiæ non habentis maculam, vel rugam, ut dicit Sedulius in Glossis.

Cap. 5. [Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & Ecclesia] ipsi vertunt [secretū magnum est, dico autem, quod spectat ad Christum, & Ecclesiam] at Græcus legit τὸ μυστήριον μυστήριον, vel sacramentum hoc magnum est. Fraus autē versipellis est, cū de sacramēto matrimonij locum illum interpretentur Patres, & scholastici: & id quod dicitur, ego autem dico in Christo, & Ecclesia, ad rem significat, qui est terminus significationis, referatur, sacramentum vero referatur ad coniunctionem sensibilē, quod particula demonstrativa, hoc, aperte declarat: quæ et si singulariter Adg, & Euæ coniugij significare videatur, tamen singulis fidelium coniugijs competere, docent PP. & frequētissimè Aug. de bono coniugali, & text. litteræ conuincit, cum de dilectione vxorum tractaret Apostolus, qualiter à fidelibus diligendæ essent, &c. & de fidelium matrimonio loquitur.

Ad Philipp. 1. nu. 10. transmutatione vtuntur, vbi legitur in vulgata. [Ut probetis potiora, vt sitis sinceri, & sine offensa in diem Christi [ ipsi legunt [vt discernere possitis contraria] ea autem est astutia, vt potiora, seu meliora bona tollant, putantes Stori cè, omnia operum merita esse æqualia, cum textus græcus etiam latinam exprimat lectionem εἰς τὸ δοκιμαζεῖν ὑμᾶς τὰ οὐαφέπορτα, quæ ad verbum ab Arius Montano redundunt vñ. [ad probandum vos præstantia] Syriacus [diuidebit, ea quæ sunt commodiaria.] Vatablus [vt probetis ea, quæ sunt præstantia] imo optima, & præstantissima, hæc enim à Philippenisibus exigebat Apostolus, nō communia, vel mediocria. Probandi vero verbum cum idem valeat, quod expendere, explorare, eligere; certè non nisi meliora, viiiora, & præstantiora eligimus, & eligenda docet Apostolus.

Ad Coloss. c. 1. transmutatione vtuntur: vbi enim legimus. [Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ desunt, passionum Christi in carne mea] ipsi legunt [gaudeo in passionibus meis pro vobis, & adimpleo, quæ superfluent afflictionū Christi in carne mea] superaffluentiam hanc statuentes, ne opera, & afflictiones nostræ adiungantur passionibus, & afflictionibus Christi; ei enim quod superfluit nihil addi potest, nec impleri aliquo modo supereffluēs pōt. Sed aperiè Græcus legit ὑερπίματα idest defectiones, seu ea, quæ desunt, vel relicta sunt, vox autem ὑερπίμα frequenter in opere, indigeniā significat, ad Philipp. c. 2. v. 3. 2. Cor. 11. 29. & Syriacus legit [gaudeo in passionibus, quæ fiunt pro vobis, & suppleo, quod deerat passionibus Meschicho in carne mea] & communis expositiō sanctorū est, impletionem istam passionū Christi esse quoad efficaciam, & si illæ sint sufficientissimæ: & quod ea, quæ desunt Christo, prout est caput mysticum Ecclesiæ adimpleantur in membris, quæ patientur, in quibus Christus pati dicitur propter communem regulam Ticonij, quod quæ corpori mystico attribuuntur, capitl. quinque tribuuntur, & è contra. vnde Anselmus. Patitur Christus adhuc [non in carne sua, quæ in qua ascendit in cœlum, sed in carne mea, quæ

adhuc laborat in terra].

Cap. 2. vbi nos legimus [delens quod erat aduersum nos, erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis] legunt [deleto quod aduersum nos erat chirographo, quod situm erat in præceptis, & erat contrarium nobis] non alio fine, nisi vt præceptorum obseruantiam deletam, & impossibilem esse suadeant: & tamen in Græco habetur τοῦ δογματικοῦ, idest decretis, vel editiis, quod melius verbum est à Hieronymo in singulari [id quod erat decretum] nempe diuinæ iustitia per mortem punientis, quam dicere in decretis. sed si præcepta Iudaica decretorum nomine velint intelligi, & esse hæc deleta, quantum ad ceremonialia, &c. damus libenter, dummodo noua addita præcepta in legi euangelica fateantur priscis abrogatis, quæ erant nobis cōtraria, quantum ad punitionem, & severitatem legis.

Ibidem num. 20. transmutatione vtuntur [si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam viventes decernitis?] ipsi tanquam onagri nullis legibus, vel præceptis obtemperare volentes, ad infirmandam potestatem legum ecclesiasticarum. sic inuertunt [si ergo mortui estis cum Christo à rudimentis huius mundi, quid præceptis vos onerant, tanquam si adhuc mūdo vixeritis?] at ex græca voce δογματικός dogmatizamini (vt vertit Arias) sensus percipitur aperitus, vt eos carpat, & reprehendat, qui post suscepsum baptismum hærebant quid credendū esset, ait Theo phil. [siquidē, vt pueri, inquit, vel instar puerorum, qui nunquam discere cōperunt, sedetis audientes institutionem quidnam vos oporteat facere] ac si dicat Apostolus: Apud vos decernitis, vt pueri, quid vobis in fideli doctrina sequendum sit, vel ita vitam instituebant, ac si statuerent pristinos mores etiam post baptismum refinendos, vnde Tertull. de resurrect. carnis cap. 23. legit. [Quonodo quasi viuentes in mundo sentientiam fertis?] & Cyprianus 3. ad Quirinum. [Quid tanquam viuentes in mundo vana sectamini?]

In epistola ad Thessalon. cap. 4. num. 3. additione vtuntur: vbi enim legimus. [Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione] addunt post illa verba, sanctificatio vestra, particuliā, idest, volentes suam hæresim roborare, quod iustificatio, & sanctificatio hominis sit posita in recessu à malo tantum, sed nec in Græco, vel Syriaco est talis additio. Porro voluntatem Dei ex contrarijs, quæ prohibet agnouimus] ait Tertull. s. contra Marcionem cap. 15. Sed non solum sanctificatio in solo hoc recessu posita est, quādoquidem ait, idem in exhortat, ad castitatem c. hunc locum citans [vult imaginem suam, nos etiam similitudinem fieri, vt simus sancti, sicut & ipse sanctus est] ibidemque sanctificationem in plures species distribuit.

Transmutatione num. 12. vbi enim dicitur [et vt honestè ambuletis ad eos, qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis] ipsi sic legunt. [Nihil vobis sit cura] quod absolute dictum Epicureis sibi simillimum, & Atheis (quibus nec cultus, nec virtutum studium est cordi, aut curæ) est gratissimum. Si vero vt est in text. græco legatur. [Nulla re indigeatis] vel vt Ambrosius vertit. [Nullius rei desiderium sit in vobis] desiderium superflui præciditur.

In secunda vero epistola ad eosdem Thessalonienses

# De sacrorum Bibliorum versione. 437

censes c. 2. nu. 3. additione vtuntur, vbi enim dicitur. [Ne quis vos seducat vlo modo, quoniam nisi vene-  
rit discessio primum] ipsi addunt dum dicunt [Ne-  
quis vos seducat vlo modo, quoniam non veniet  
dies illa, nisi venierit discessio primum] quæ additio  
nullo modo est in Græco, vel Syriaco, & ab ipsis  
censoria autoritate, sacræ Scripturæ, plagas non-  
verentes, apposuerunt: & peius Caluinus 4. initit.  
ad docendam omnimodam Ecclesiæ defectionem,  
sic inuertit, atque peruerit illa verba [Eni si vniuersa-  
lis discessio venierit] cum græce sit solum ἀνοσθία,  
quam Tertullianus abscensionem, Ambrosius defe-  
ctionem vocant, vel à Romano Imperio, vel ab Ec-  
clesia, & regno Christi multarum, non omnium na-  
tionum, & Græcus atticulus insigne deflectionem  
demonstrat.

Num. 10. Ideo mittet illis Deus operationē erroris,  
vt credant mendacio, ipsi legunt, efficaciam erroris,  
ad docendam illam impietatem Deum efficaciter  
ad malitiam concurrere. & tamen Græcus habet  
ἐργα τάλαντα, energia autem operationem signi-  
ficat, quam ipsi, efficacia, male vertunt, vt Deum ma-  
lorum efficiant effectorem. Est autem sensus Deum  
permisurum errorem, non causaturum, vt communi-  
niter interpres legendus quoque Theodoreetus, qui  
sic explicat, mittet, id est, concedet, vt error apparcat.

Num 15. state, & tenete traditiones. &c. ipsi verūt  
documenta, vel institutiones, & tamen græce legimus  
ταπαδότεις, iste est traditiones ex communi interpre-  
tatione, & lectione sanctorum præsertim Chrysostomi hic, Clem. Alex. 6. 7. Strom. Iren. lib. 3. cap. 4.  
& certè κυριακούς Authorē Gellio doctrina est  
ore tradita, & mirum est, vt notat Staplet. tract. de  
Protestatismo, & eius partibus, quod Nouatores isti  
cum tractant de traditionibus Iudaicis, traditionis  
vocabulum usurpat, & vertant, quod tamē hic refu-  
giunt fraudulenter.

1. Timoth. cap. 4. [Noli negligere gratiam Dei,  
quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam, cum  
impositione manuum presbyterij.] Ipsi loco, pre-  
sbyterij, substituunt hanc particulam, cætus seniorum,  
Gallice, cōpagnie des Anciens, & vocem presbiteri,  
noluerunt traducere in vocem Presbre, repugnat au-  
tem isti transmutatione non soluto venerandus, san-  
ctorum; & interpretum Chorus Ignat. ep. ad Trall.  
Clemens can. 2. Apost. Clemens Alexandrinus 6.  
Strom. qui nomine presbiteri nedum seniorum, sed  
& sacerdotem significarent, sed & posteriores ver-  
siones Gallicanæ, nam vna inter ceteras apud Ba-  
dium impressa, hunc locum vertit, cum impositione  
manuum sacerdotum. Syriacus vero textus eleganter  
exprimit propositum, ait enim, cum impositione manus  
dignitatis presbiterij, loquebatur autem Apostolus  
de sacramento ordinis, quod non nisi ab Episcopis  
traditur. vnde Chrysostomus nomine presbiterij,  
cetum Episcoporum intelligit, & Cornelius ep. 46.  
inter ep. Cypriani, ait. [His ita gestis in presbiteriu  
venerunt Maximus, Urbanus, &c.] alludens ad lo-  
cum, vbi fiebat initatio, seu consecratio ab Epi-  
scopis.

Cap. 5. peccantes coram omnibus argue. ipsi sic  
peruerint, arguè publicè eos, qui peccant, & sensum  
faciunt, quod peccata secreta coram omnibus ar-  
guenda sint, contra Christi præceptum, correctionis  
fraternæ normam præscribentis. si peccauerit in te

frater tuus, &c. Sed cum Apostoli verba, coram om-  
nibus, possint iungi cum particula peccantes, & cum  
alia sequenti, argue, quocumque modo legatur de-  
struitur hæretica versio. nam sitendo in primo, sens-  
sus est (ex voce græca ἔλεγε, quæ non correctionem  
simplicem, sed iudicariam significat) peccantem iu-  
ridicè conuictum coram omnibus argue per indicū  
& sententiam. Secundus vero sensus planior est, &  
illum sequuntur Chrysostom. hic, & August. præser-  
tim in serm. 16. de verbis Domini secundum Matt.  
vbi Pauli verba cum præceptio Christi Domini con-  
cordat.

Epist. 2. cap. 3. sine affectione, sine pace, criminatores  
incontinentes, ipsi loco, incontinentes, supponunt, in-  
temperantes, fortè incontinentiam veritatis in catalo-  
go peccatorum ponere, quæ excludunt à regno Dei,  
cum vox textus Græci ἀνηρτεῖς etiam libidinosos, &  
incontinentes significet. Certè Apostolus voluit ex  
August. tract. 123. in Ioannem significare eos, qui  
cupditatibus laxant habenas, vel ex Occum. &  
Theophi. omnis lingue & ventris abusus notatur à  
Paulo.

Epist. ad Tit. c. 1. vbi dicitur, filios habentes subdi-  
tos, non in accusatione luxuriæ, pro voce luxuriæ, le-  
gunt, dissolutionis, est autem in Græco ἀνηρτίας, quod  
luxuriam etiam significare compertum est, vnde  
& textus Syriacus etiam veritatis, non lascivientes. Et  
num. 8. sobrium, pium, iustum, sanctum, continentem  
ἐνηρτήν vocem, continentem, transmutant in tempe-  
ratum, sed pugnat vox ἐνηρτά, quæ continentem,  
non temperatum significat. certè temperatus di-  
citur ille, qui prauis cōcupiscentiæ catet, secundum q  
dicit Philosophus, quas continens patitur easdem  
que refutat. sed nec potest adaptari nostro propo-  
sito istorum versio, nam isti versores verbum tempe-  
ratum ad refrænationem superfluitatis nutrimenti  
adaptare videntur, at hoc non intendi potest in tex-  
tu: nam superflua fuisse repetitio prius dicere Epi-  
scopum sobrium esse debere, non vinolentum, &  
postea dicere temperatum, cum temperatus in  
rigore significetur, abstinentis non solum à cibis, sed  
& a venereis, & vt dicit S. Hieronym. non in rigore  
continens, vel imperatus accipitur pro abstinenti à  
libidine, sed ab omnibus quoque animi perturba-  
tionibus.

Tiu 3. vbi habemus, Hæreticum hominem post  
enam, aut alteram correpionem deuita, in Bibliis An-  
glicanis 1549. 51. 52. & 62. habetur, auctorem sectarū  
deuita, solum Hæresiarchas comprehendens, cum  
S. Augustinus de utilit. credendi cap. 1. conclamat  
nedum hæresiarchas esse hæreticos, sed quoscun-  
que, qui alicuius temporalis commodi, & maximè glo-  
ria, principatusque sui gratia, falsas, ac nouas opinio-  
nes, vel gignit, vel sequitur.

Epistola ad Heb. cap. 5. exauditus est nempe Chri-  
stus, pro saireuerentia, & certè εὐαγγελία reuerentia  
significat, vt interpretatur Chrysostomus, Photius  
vero pietatem veritatis, & sensus est, esse exauditum ob-  
suam dignitatem, vel pro sua erga nos pietate, &  
tamen Caluinus, desperationem Christo impinges,  
& timores gehennales, veritatis impiè, ex metu &  
dubitacione.

Ad Heb. 12. est autem fides sperandlerum substantia  
rerum. Caluinus hoc in loco ait non sibi displicere si  
quis hypothesum pro fiducia accipere malit. in eo

enim est errore, fidem nihil aliud esse, quam fiduciā, cum tamen ne dum Latinus interpres, sed & S. Paulus apertissimum discrimen statuant inter fidem, & fiduciā, nam fides *mis*sis, fiducia vero vel confiden-  
tia tum *ap*p*en*s*ia*tum *re* nuncupetur, lege  
de hoc discrimine S. Aug. in enchirid. c.8.& 5. Th.  
2.2.q.1.9.a.6.in corpore & ad 3.

Iacobi 5. *Infirmitur quis in vobis inducat presby-  
teros Ecclesie, versores peruerterunt seniores.* Luth-  
rus, & Tigurini. Caluinus delectos senatus Eccle-  
sie, cum hoc loco non senectutis, sed ordinis signifi-  
catio tradatur, & minister sacramenti extremæ un-  
ctionis declaratur aperiè ex doctrina Patrum, &  
Conciliorum. mirum autem est, quod allegoriarum  
osores, vt sacramenti eiusdem materiam eneruarēt  
nomine olei, non visible elementum, sed Spiritum  
sanctum digna cachinnis allegoria inclamat.

2. Petri 1. vbi dicitur, *fatigite, vt per bona vestra  
opera certam vocationem & electionem faciatis,* Lu-  
therus hæc verba exponit, *vt per bona opera, & in  
eiusdem epistole præfat. operum bonorum hostis*

monet per solam fidem certam nobis reddi voca-  
tionem.

1. Ioan. 2. vbi S. Ioannes ait, quod Christus est,  
propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autē  
tantum, sed etiam pro totius mundi. Caluinus, & Beza  
liberalitatem Christi eiusdemque passionis sufficien-  
tiā abnegantes, ea verba ad solos predestinatos, &  
electos restringunt.

Iudæ vero illa verba. *Qui potest conseruare vos si-  
ne peccato, transtulit, vt libi admodum videbatur,  
contra ramen Apostoli mentem Dñi apostolj. idest,  
absque offendiculo.*

Apocalypsis vero figuræ, & enigmata sacra, ma-  
litia hæretica peruertere student dum hæretica li-  
centia modo Babylonem dicunt esse Romanam ec-  
clesiam, & septem capitum belluam, Gogique,  
& Magoci figuram non esse aliud, nisi grifos, &  
aenigmata Papatum designationia, cum tam hic liber  
adeo faueat Apostolicæ Sedi, vt nullus fermè alias  
contra eorum truculentas blasphemias acrius bel-  
lum gerat.



TRACTATVS III.  
**CONTROVERSIA**  
**TERTIA**  
**GENERALISSIMA.**  
**DE VERBI DEI**  
**SCRIPTI.**  
**HOC EST SACRAE SCRIPTVRAE**  
**INTERPRETATIONE.**



Einde considerandum est de verbi Dei scripti interpretatione, nam et si ut scripsit S. Iraneus lib. 2. aduersus haeres. cap. 47. *Scriptione quidem sunt perfecte quippe à verbo Dei, & spiritu eius dictæ, ut supra ostensum est; nos autem secundum quod minores sumus, & nouissimi à verbo Dei, & spiritu eius, secundum hoc, & scientia mysteriorum eius indigemus; & non est mirum si in spiritualibus, & cœlestibus, & in his quæ habent reuelari hoc patimur nos, quandoquidem etiam eorum, quæ ante pedes sunt (dico autem, quæ sunt in hac creatura, quæ & conteruntur à nobis, & videntur, & sunt nobiscum) multa fugerunt nostram scientiam, & Deo bœc ipsa committimus. Errantigitur toto celo, qui sacras litteras adeò claras, & apertas omnibus, & per omnia claritant, ut passim liceat omnibus illouis manibus, & pedibus, ut dicitur, ad eas tractadas accedere, vel quod unicus fas sit proprio sensu, relicta Parvum, & Ecclesiæ doctrina, easdem interpretari. cum ut dicit Augustin. 2. de doctr. Christiana cap. 17. aliquando aperte ponitur in scripturis ipsa diuina auctoritas, aliquando autem occultatur, ut & manifestis letitor instruatur, & exerceatur obscuris, & ut dicit Tertull. lib. de resurrectione carnis, ratio diuina in medulla est, non in superficie, & plerumque emula manifestis: nec haereses esse possent, si non & perperam scriptura intelligi possent.*

Quia igitur controvèrtunt Nouatores, scripturas esse faciles, ut expositione non egeant, & consequenter sensuum pluralitatem scripturæ negant, & vñquamque easdem posse interpretari; per trium generalium controversiarum dissolutionem illis est occurrendum.

Prima ergo controversia generalis erit de obscuritate sacræ Scripturæ.

Secunda de sensibus saeræ Scripturæ.

Tertia à quibus, & quomodo interpretanda sit sacra Scriptura.

**CONTROVERSIA I GENERALIS.**

**De obscuritate sacræ Scripturæ.**

*An sacra Scriptura adeo sit clara, & aperta in omni sui parte, ut interpretatione non indigeat.*

**Positio Nouatorum.**

**C**onantur Nouatores suadere sacram Scripturam in omnibus, & per omnia nullo modo esse obscuram, sed apertam, perspicuam, & omnibus obuiā, ut nullis glossis, nec commentarijs opus sit ad eas explicandam.

Lutherus in procœm. assertionum hoc axioma statuit, quod scriptura sit ipsa per se se certissima, facilissima, apertissima, sui ipsius interpres omnium omnia pro-

*probans, iudicans, & illuminans.* Et lib. de seruo arbitrio contra Erasmum ait, *contra te, Erasmus alioquens, de tota scriptura dico, nullam eius partem volo dici obscuram: stat ibi, quod ex Petro reuelimus. Lampadem lucem in nobis esse verbum Dei in loco caliginoso. quod si pars huius lampadis non luceat, potius pars caliginosi loci, quam ipsius lampadis erit. Non sic illuminauit nos Christus, ut aliquam partem obscuram voluerit relatum nobis in suo verbo, dum nos ad illud iubet attendere; frustra enim attendere debet si non luceat, & in contutione Latomii, tomo secundo latino, Vitembergensi sub finem ait, non sum Euangelia tam obscura, ut pueris ea non possint patere. Verum pressus rei evidenter, quæ scripturarum multatum obscuritatem monstrat, ut fucum lectori faceret loco citato de seruo arbitrio duplum adhibet distinctionem. Prima est, quod duplex est obscuritas, una Grammaticalis, altera rerum. unde ait. *Hoc fateor esse multa loca in scripturis obscura, & abstrusa non ob maiestatem rerum sed ab ignorantem vocabulorum, & Grammaticae, & subdit homo varius, & inconstans, sed quæ nihil impediunt scientiam omnium rerum in scripturis.* Secunda distinctione est, quod duplex, ait est claritas scripturæ, sicut & duplex obscuritas. Una externa in verbi ministerio posita. Alia in cordis cogitatione sua. si de interna claritate dixeris, nullus homo unum iota in scripturis videt, nisi quis spiritum Dei habet. &c. si de externa dixeris, nihil prouersus relatum est obscurum aut ambiguum, sed omnia sunt per verbum in lucem producta certissimam: & declarata toti orbi, quicumque sunt in scripturis, quam distinctionem tibi contradicentem, nedum sui, sed & Calvinista. Vvitakerus controu. I. q. 4. Sauubrandus lib. 4. de principijs Christianorum dogmatum amplectuntur. Aliud diuerticulum obscuritatis idem Lutherus de seruo arbitrio tradit docendo, quod si multa manent abstrusa, hoc non sit scripturæ autoritate, sed illorum cœxitate & socordia, qui non agunt ut clarissimam veritatem videant, quales dicit esse superbos, infideles, &c. unde non per se, sed per accidens esse, obscuram significat. Rursum quod et si scriptura sit obscura in aliquo loco, per aliud locum clarescit. hæc Lutheri mens.*

Lutherum securi sunt sui, Philippus in loc. cōmu. anno 1523. qui ex Lutherico principio, quod scriptura sit facilissima, apertissima, & sui ipsius interpres dixit [censeo non aliter atque pestem fugiendos hominum commentarios in rebus sacris, quod doctrina spiritus purè, nisi ex scripturis hauriri non possit.]

Brentius in prolegom. cōtra Petrum è Soto eiusdem scripturæ in omnibus perspicuitate mordicus defendit dicens [augantur enim scripturam esse obscuram, ideo indigere interpretatione, negari quidem nequit, quod impijs & incredulis scriptura sit maximè obscura, sed pijs & credentibus in Christum, atque spiritu Christi donatis, præcipua capita doctrinæ ita nota, & manifesta sunt, ut audeant omnne de his cum Satana ipso certamen intrare] posuit etiam aliam obscuritatis causam, minirum phrases Hebreæ, & Græcæ linguae: ceterum ait, in sensu per se scripturam esse clarissimam.

Martinus Kempnius in censura Coloniensi à vñigis sui magistri nō recedens, calumnijs rem agit. catholicos fugillat, quod in omnibus, & per omnia

dicant scripturam obscuram, ut nec historiam Passions excipiant.

Vvitakerus vero duo dicit. Primum scripturas ita esse apertas, ut à populo, atque ab indoctis cum fructu aliquo, ac utilitate legi possint. Secundum omnia, que ad salutem necessaria sunt, aperius verbis in scripturis proponi.

Hannius in disputatione de colloquio cum Pontifice, & sineundo thesi 273. ait [sunt quidem aliqua in scripturis obscura, & intellectu difficultia, at quod attinet ad dogmata fidei, & maximè, que inter nos, & Papistas controvèrtuntur, sunt illa tam clare propria sacris litteris, ut si Solis radix scripta forent, clariora esse queant.]

Summa ergo doctrinæ horum Hæreticorum est, scripturam per se esse claram, & apertam in omnibus. Si quæ obscuritas est, vel est propter Grammaticam, non propter res: vel propter interna, non externa est: vel non per se, sed per accidens vitio legendum, vel propter phrases alienæ lingue, non secundum sensum. Et tandem si quæ obscuritas est, non est in dogmatibus, sed in alijs dogmata non cōcernentia: vel si in uno loco ea obscuritas, per alium illustratur. Hec est Nouatorum professio. Age iam quibus argumentis perniciosa hanc suationem suis mentibus insculpserint, videamus.

### Oppositiones eorundem.

Prima classis argumentorum desumis ex ijs scriptura locis, in quibus lux esse scriptura significatur. Primus locus ps. 118. dicitur, *declaratio, seu ut Hebrei propriè habet. Apertum, seu ostium verborum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis.* Hic clare (ait Luther.) spiritus tribuit illuminationem, & intellectum dari docet per sola verba Dei tanquam per ostium, & apertum; seu principium, quod dicunt, primum a quo incipit oporteat ingressum ad lucem, & intellectum. Et subdit. Sunt ergo Christianorum prima principia non nisi verba diuina, & mox illas primo omnium debent esse notissima cūlibet, non autem per homines queri, & disci, sed homines per ipsa iudicari. Est argumentum in assertionum proœmio. Eodem psalmo habetur, *Lucerna pedibus meis verbum tuum, quo modo verbum Dei est lumen, vel est lucerna si est obscurum & clamat Brentius.*

Confirmat Lutherus, nam si dicamus scripturas sanctas esse obscuriores, & ignotiores commentarijs, & interpretationibus Patrum, sequeretur oes suis commentarijs notiora probasse per ignotioras, ac proinde in uanum laborasse: ergo, &c.

Secundus locus psalm. 18. lex Domini immaculata, &c. præceptum Domini lucidum, illuminans oculos, non potest illuminare oculos, ait Brentius, quod est obscurum. Quod si dicas ibi Daudem non loqui de vniuerso verbo Dei, sed de præceptis Domini, præserum de præcepto dilectionis, quod ex Clem. lib. 3. pædag. c. 11. adeo clarum est, ut absque litteris discatur. Contra insurgit Vvitakerus: nam eo psalm. 118 non partem, sed integrum verbum Dei laudat Propheta, quod verbum vocatur lex, doctrina Christi Domini, statuta, mandata, &c. & hanc ait Daudis esse doctrinam integrum, & perfectam affe-

affertem sapientiam imperitis. Non ergo partem aliquam intellexit, sed totam scripturam veræ, perfectæque sapientia magistrum. vnde Augustin. ser. 23. in psal. 118. totū verbū, ait, esse lucernam, non tanquam partem, praterquam quod letificare cor, &c. nonnisi verbo Dei potest competere. nam lex potius infert iram, & terret, quam consoletur, subdit Sauubrandus. Totam ergo hanc instantiam sic ponit in forma idem Sauubrandus. Quod efficit hominem sapientem, & illuminat oculos nostros, item quod pedes nostros dirigit, & in via lumen est, hoc adeo clarum est, ut veram sententiam in rebus controversis ostendere possit. Sed verbum Dei efficit hominem sapientem, & illuminat oculos nostros, est lumen nobis in via, & affert nobis lucem, ergo verbum Dei adeo clarum est, ut veram sententiam in rebus controversis ostendere possit.

Confirmatur secundo, si tempore Davidis (ait Sibbrandus) verbum Dei erat lucidum; si illuminabat oculos, &c. multò magis iam totum lucidum censeri debet, quia post B. Davidem edita sunt multa scripta prophetica lucidissima, &c. Præter meritum ergo Pontificij scripturis obscuritatem impingunt, cū tot lumina tam lucida, & soles tam radiosissime mutuo clarissimè illustrent, dispulsis omnium nebulis.

Quod si dicas iterum dici scripturam lucidam nō formaliter, sed effectiue, hoc est, quod cum fuerint explanata mentem illustrent. Contra, ait Virakerus. Lucerna aspicitur ab his, qui oculos habent: qui verò ceci sunt, ijs nulla lucerna lumen ostendit. Nec quia scriptura illustrat lux est (ait Sauubrandus) sed quia lux est, ideo illuminat: sed non propterea lucida est, quia à nobis intelligitur, alias illius lux penderet à nostra intelligentia, & nos intelligeremus, quod esset lucida: si vero non intelligeremus, non esset lucida. Confirmatur (ait Danus) si eatus dicitur scriptura lux, & lucerna, quia illustrat mentem: lingua Arabica quoque dici potest lucida nobis; nullum obscurum esset, quin lucerna dici posset; ipsamet folia Sybillina si interpretentur, præbent lucem: hoc autem dicere est pro rebus dare verba, & pro thesauro carbones.

Tertius locus adduci: ut à Brentio Matt. 5. vbi dicitur, vos esis lux mundi. ergo inquit prædicatio Apostolorum, quæ est ab ipsis exceperat, & litteris mandata, non est obscura, & si alicubi locus est obscurus, aliud est apertus, & perspicuus. Quod si dicas (& est responso Cardinalis Hosij) aliud esse prædicationē Euangeliū, aliud scripturam Euangeliū; illam esse claram, vt pote viua voce factam, quæ energiam maximam habet, istam in multis obscuram vt pote voce destitutam, secundum quem modum dicitur in scriptis Demosthenis magnam Demosthenis partē abesse. Contra (ait Vvitaker.) quia eadem in scriptis Apostolorum facilitas, & perspicuitas apparuit, quæ erat in prædicatione viuæ vocis, peragi consueta. quod si sermo propheticus lucernæ assimilatur 2. Petri 1. etiam & Apostolicus, ac proinde clarus erit, imo clarior, & lucidior propheticō. Totum ergo discursum vñico claudit syllogismo Sauubrandus. Omnis lux est clara, sed Apostolica doctrina est lux mundi. Ego Apostolica doctrina ita clara est, ut tenebras à luce, id est errores à veritate distinguere possit.

Quartus locus 2. Petri 1. Habemus, inquit, firmiore propheticū sermonē, cui benefacit is attenedentes tanquam lucernæ lucenti in caliginoso loco, cerrum est ait Vvitakerus (à prædecessoribus hereticis suffuratus) scripturam lucernam comparari, quod in se lucem, & claritatem habeat, quam etiam hominibus ostendit, nisi illi, aut cæci sint, aut oculos avertant. Quem discursum ponit Sauubrandus in forma. Omnis lucerna splendens in obscuro loco tenebras pellit, & viam monstrat, hoc est errores patefacit, & veritatem manifestat, & iterum subsumit. Quod errores patefacit, & veritatem manifestat, hoc est ita perspicuum, vt ex eo in rebus controversis vera sententia indagari possit. Verbum Dei errores patefacit, & veritatem manifestat. Ergo verbum Dei adeo perspicuum est, vt ex eo in rebus controversis vera sententia indagari possit.

Quintus locus 2. Corin. 4. vbi dicitur, quod si etiā operū est Euangeliū nostrū, in ijs qui pereunt est operū, in quibus Deus huius sæculi excœcauit metes infidelium. Fidelibus igitur omnia scriptura est aperta, & facilis, quo testimonio vsus Theodoreetus argumēto in Ezechiel. ait [Quidam diuinam scripturam accusare sunt aggressi, & præcipue Prophetarum oracula, contra quos merito Paulus dixerit. Quod si operū est Euangelium nostrum, &c.] & concludit [nō omnibus igitur diuina obscura sunt, sed voluntaria cœcitate laborantibus.] Eudem locum ad idem propositum ponderat Cyrill. catech. 6.

Secundum argumentum ad probandam in omnibus scripturarum perspicuitatem haberi. Deuter. cap. 30. dicitur. Mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, non super te est, neque procul possum, &c. vt non sit opus montes superare, ire Romanum pro interpretatione scripturarum. Vnde Apostolus Rom. 10. hec verba exponens ait. Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc est verbum fidei, quod prædicamus. Quem discursum sic ponit in forma Sauubrandus.

Quod non est occultum nobis, neque est remotū à nobis, sed est nobis propinquum in ore, & corde nostro, illud prorsus obscurum non est: sed verbum Dei non est occultum à nobis, sed est nobis propinquum in ore nostro, & in corde nostro: ergo verbum Dei non est prorsus obscurum.

Quod si dicas intelligi auctoritatem illam de facilitate ex Dei gratia ad implendum mandata decalogi, ad quæ seruanda Moyses, & Paulus proclives, & aptos homines esse intelligebant, vt exponunt multi Pates Tertull. 4. contra Marcionem. Orig. epist. ad Rom. lib. 10. Ambros. Chrysost. ad Rom. Philo Iudeus lib. de victimis offerend.

Contra, quia decalogi præcepta difficillima sūt, aiunt isti blaterones: & obseruatu difficillima. Insuper addit Iunius, Patres ea verba non retulisse ad præcepta, sed ad doctrinam fidei, & ad apprehensionem illius per fidem.

Quod si dicas iterum: posse intelligi etiam de cognitione decalogi, quia fortasse non erat eo tempore scriptum Pentathecum. Contra instant Iunius, Hunnius, quia iam erant scripti libri Moysis mandato Dei, vt patet Deuter. 30. Ex. 24. & 34. cum ergo eo tempore ait Sauubrandus, quatuor priores libri, & maximè quinti pars scripta fuisset, sequitur, quod non essent intellectu difficiles.

Tertium argumentum: Ioan. 6. dicitur. ad quem ibimus? verba vite eternæ habes, scripturæ verba Dei sunt, & per eas exhortatur Christus seruanda, scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam eternam habere, ratiocinari per eas vitam eternam adipiscamur; evidenter sequitur, quod cum omnes ad vitam eternam aspirent, quod per eas tanquam per ianum ingredi oportet. Certo autem certius est ianuas patentes, & apertas esse ad ingrediendum.

Quartum argumentum. Amplius ait Apostolus, quæcumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt: cum autem erudiri non possit, qui non intelligit, necesse est unumquemque intelligentia complecti quæcumque diuinus scripta sunt. Quod si quæ inuolucris figurarum quædam opera sunt, apertas esse quoque debent ad nos informandos mores: nam scriptum est. omnia contingebant illis in figura: scripta sunt autem ad correctionem nostram; & iterum 2. Timoth. 3. scribitur. Omnis scriptura diuinus inspirata utilis est ad docendum ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum, &c. Luth. vbi notandas illas voces, omnia, omnis, aduertit.

Quintum argumentum Apocal. 5. agnus, qui occisus est, aperuit librum, & soluit singula eius, nempe veteris testamenti, qui liber signatus dicitur, Isa. 29. propter quod & velum templi scissum est. unde Hieronym. in Ezechiel. ca. 44. docet, quod ante adventum Salvatoris, omnis scientia scripturarum erat clausa. Postquam autem ille peperit in cruce, &c. velum templi scissum est, & aperta sunt omnia, ablatum que velamine dicimus. Nos autem reuelata facie gloriam Domini contemplantes, &c.

Secunda classis ex Patribus; interdum enim dicunt Sancti non explicatione, sed auditione, opus esse, sic Iustinus dialogo cum Triphone. Attende igitur, quæ ex scriptis scripturis commemorabo, quæ sunt huiusmodi, ut auditione tantum, non explicatione aliqua egeant.

Eam ab omnibus legi posse, & ab idiotis, ut per se quisque discere possit, ea quæ dicuntur ex sola lectione, ait Chrysostomus homil. 3. de Lazaro, ad Philipp. homil. 10. ad Coloss. homil. 9. in Genes. homil. 29. Athanasius, vel Bulgarius in cap. 6. Ephel. Procop. præf. in Isa. Cyrill. 7. contra Iul. Laetant. 6. diu. insti. cap. 1. & S. Fulgentius sermon. de confessio. Or. g. 4. contra Celsum, Basil. in regulis contractioribus. Greg. epistola ad Leandrum.

In iis esse omnia manifesta, & clara, idem Chrysostom. 3. d. Lazaro, sed & S. Irenæus lib. 2. cap. 46. Epiph. hæres. 9. contra Actium, Laetant. 1. de falsa relig. cap. 1. Bernard. serm. de verbis sapientiæ. Iustus deduxit Dominus. Sed & ea sole clariorē, vocat Tert. lib. de resurrect. carnis, Chrysostomus homil. 1. in Ioan. Ambr. de Cain. & Abel. cap. 6. Origenes necessaria ad fidem in ea manifestissime tradita, ait lib. 1. Periarch.

Non esse per se obscuras, sed per accidens, ex velamine peccatorum, docet Chrysostomus hom. 3. in 2. ad Thessal. Incodoretus apud Cassiod. 5. instit. c. 74 specialiter autem arguitur ex Chrysostomo hom. 1. in Ioannem, ubi loquens de ijs verbis, multa scriptis earissimus Fr. noster Paulus, quæ sunt difficultia intelligentia, subdit non quod si apte natura talia essent, sed quod desiderat eos, & negligenter in his recipiendis argueret.]

Tertia classis ex rationibus I. oportet id, quod est

aliorum metrum, & mensura multò certissimum, & clarissimum, quale est lex: sed tota scriptura est metrum, & mensura, ergo, &c. Minorem probat Luth. ex loco allegato, quacumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt: est argumentum Lutheri contra Erasmus supra.

Secundo. Accipiuntur illa verba. In principio crevit Deus cælum, & terrā. Verbum caro factū est, & omnia q̄pro articulis fidei totus mūdus accepit: si ambigua sunt, certè per interpretationem declaranda sunt, sed quis nos certos facit ipsam declarationem esse certam? Alia noua declaratio. Quis & illam declarabit? ita fieri progressus in infinitum. Luth. ibidem.

Tertio, si scriptura sacra obscura est, vel ambigua quid illam opus fuit nobis diuinus tradi? an non sumus satis obscuri, & ambiguë nisi de celo nobis agetur obscuritas, & ambiguitas, & tenebra? ergo, &c. idem Lutherus. Frustra etiam utilitates scripturæ describerentur ab Apostolo, frustra exhortatus esset Titum, ut ex scripturis contradicentes argueret. Non vero promisisset Christus. Ego dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes adversarij vestri. Quomodo autem non reflectent quando obscuris, & incertis contra eos pugnamus? idem.

Quarto, si volumus scripturam cum Patrum commentarijs comparare, ait Vvitakerus, maiorem fere in his, quam in illa difficultatem inueniemus: non enim minor perspicuitas est in Euangelio Ioannis, aut in Epistolis Pauli, quam in Tertull. Irenæo, Origene, &c. immo aut idem in Scholasticis omnibus tantum est obscuritas, quanta in scripturis nusquam inuenitur. Et cōcello, maiorem esse scripturarum, quam Patrum obscuritatem, non efficitur siccæ obscuras, ut à populis legi non debeant: immo scriptura non minus a perté de rebus necessarijs loquitur, quam vili Patres, aut multò etiam magis, quia Spiritus sanctus omnibus dicendi virtutibus excellit.

Quinto Iunius arguit. Quod perfectam in se claritatem habet verborum, aut sententiārum, & rerū diuino modo id per se notius est, & clarius imperfecto, ut riuis ductis, clarior est fons putus. Scriptura, perfectam diuinus claritatem habet, est igitur clarior, & notior per se.

Sexto, Sauvbrandus, & Hunnius arguunt. Quod absque commentariis in primitiva Ecclesia intelligi potuit, hoc ita perspicuum est, ut ad vetam sententiam in dogmatibus controversis ostendendum sufficiat. Sed scriptura tempore primitivæ Ecclesie absque commentariis intelligi potuit, ergo scriptura ita perspicua est, ut ad vetam sententiam in dogmatibus controversis ostendendum sufficiat.

Septimo, arguit Vvitaker. Si scriptura sunt adeo difficiles ad intelligendum, ut cum fructu à populo legi non possint, tum id factum est, vel quia non potuit Spiritus sanctus apertius scribere, vel quia non luit. Noluisse pugnat cum sine scribendi; non enim ludit nos Deus, cum iubet scripturas legere, sed ideo voluit nos legere scripturas, ut eas intelligamus. Non potuisse, absurdum est cogitare, ergo voluit Spiritus sanctus scripturas litteris mandari, ut nos eas intelligeremus.

Octavo, arguit idem. Hominum, alii sunt fideles, alii infideles; fideles scripturam intelligunt, ergo scri-

# De sacrorum Bibliorum versione. 443

scriptura adeo est clara, ut nullo egeat interprete.

Nono, sacra scriptura continet mysteria fidei, quorum cognitio est necessaria ad salutem, ergo non sub verbis obscuris, aut enigmatibus tradita est, sed claris, & apertis, ut omnes arcana in ea contenta intelligere possint.

Confirmatur, quia summa totius scripturæ, quæ in præceptis decalogi, symbolo, oratione dominica, & sacramentis consistit, habet in scripturis aperta testimonia, ergo tota scriptura aperiussima est.

Dicimo, quia Deo maximè conueniebat ne locis difficilioribus deciperemur, & non intelligentes, aut male interpretatae in errores laboremur, ergo aperte nobis, & clarè diuinæ scripturæ traditæ sunt.

## Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primò authoritas sacrae scripturæ psalm. 118. reuelo oculos meos, & considerabo mirabilia in lege tua, quæ verba perpendens Hieronymus epistola ad Paulin. ait, lex spiritualis est, & reuelatione opus est, ut intelligatur.

Psal. 17. tenebrosa aqua in nubibus aeris, ut exponeat Hieronymus in Ezech. hom. 6. quia obscura est sententia in Prophetis, vel ex Ansberto in Apoc. lib. 9. cap. 19. quia eloqua Prophetarum sub obscuris enigmatibus sententijs regebantur, ac per hoc à vulgi multitudine non intellegabantur recte tenebrosa aqua in nubibus esse pronuntiatur, idem dicit Rupertus ad c. 5. Amos.

Pro. 25. [Gloria Dei est cœlare verbum, & gloria Regum inuestigare sermonem] quia ait Gregor. hom. 6. in Ezech. [& honor est hominum eorum, secreta abscondere, & gloria Dei est mysteria sermonis eius aperire.]

Isa. 29. [& erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti litteras dicent. lege istum, & respōdebit non possum signatus est enim] Quem locum ponderans Origenes homil. 13. in Numeros ait [signatus autem dicitur liber pro eo, quod figuris perplexus est, & enigmatibus plenus.] eundem locum enarrans idem Origenes Philocalia cap. 2. ait. [Hec verba nō modo de Apocalypsi, & Isa: a dicta eis existimandum est: verum, etiam de vniuersa scriptura diuina citra controveriam, quæ quidem apud eos, qui posunt diuinam oracula percipere plena est enigmatibus, & parabolis, & obscuris sermonibus, alijque varijs obscuritatum formis, humanae naturæ ad concipiendum difficultibus] idem docet Cyrillus Alex. 3. in Es.

Daniel. 12. Tu Daniel clade sermones, & signa librum usque ad tempus statutum, plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia, quem locum interpres expendunt dicendo, mandatum Danieli enigmatū inuolucris eos describere, ne palam propositæ irridereantur ab infidelibus, & apud omnes authoritatē, & maiestatem fruantur.

Osee cap. 14. Quis sapiens, & intelliget ista, intelligent, & sciet hanc vbi Hieronymus dicit, obscuritatem voluminis, & difficultatem explanationis ostendit, &c.

Matt. 15. quæ dico vobis in tenebris, dicite in lumine, idest ut dicit Gregorius loco citato, idest aperte exponite, quæ in allegoriarum obscuritatibus audiatis, &

Matt. 13. Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non audient, & audientes non audiant, & iterum, vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum; ceteris autem non est datum, in quem locum, difficultatem scripturæ ponderans Reinigius in catena ait. Accedamus ergo, cum discipulis ad Dominum puro corde, ut nobis Euangelicam doctrinam interpretari dignetur iuxta illud, qui apropinquant pedibus eius accipient de doctrina ipsius.

Luc. 24. Incipiens à Mosè interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant, & paucis interiectis, tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas, aperuit sensum, ut intelligeretur quod legitur. Beda in Lucam.

Ioannis 5. scrutamini scripturas, &c. quem locum exponens Chrysostomus hom. 40. ait [non dixit legite scripturas, sed scrutamini: diuina enim summa indigent diligentia: in umbra enim majoribus illis non ab re locutus est, ideo effodere profundius iubet, ut quæ altè delitescunt inuenire possimus: nō rem in superficie, & in promptu positam effodimus, sed quæ tanquam thesauros profunde reconditur.]

Acto. 8. dixit Philippus Eunicho legenti textum Esaiæ. [Putas ne intelligis, quæ legi?] qui ait [Et quomodo possum si non aliquis ostenderit mihi?] vbi Chrysostom. hom. 19. [est autem hoc manifeste insinuantus se scire hoc, quod ille nesciebat, dām dicit. putas ne, &c. & simul ostendit magnum in his late re sensum.]

2. Pet. 3. quedam ait S. Petrus esse in Epistolis Pauli [difficilia intellectu, quæ indocti, & intabiles depravant sicut & ceteras scripturas ad suam ipsorum perditionem.] de quo loco lege Augu. c. 4. de fide, & operibus c. 15.

Secunda classis ex Patribus, & primo ex Græcis S. Clemens lib. 1. recognit. docet, quod dicta scripturae [non manifeste scripta sunt, in tantum, ut leguntur, intelligi sine expositore non possint.]

Dionysius de cœles. hierarchiæ cap. 2. ait. [Hoc occultis scripturis est dignissimum, & consentaneum maximè abditis, sacrisque obscuritatibus inuolui, nec patere aditum plenique ad diuinam, & occultâ diuinatarum mentium veritatem.]

Irenæus 4. adu. hereses cap. 43. [hic enim thesaurus absconsus in agro, id est isto mundo. Ager enim mundus, absconsus vero in scriptura, quoniam per typos, & parabolæ significatur] & 2. lib. cap. 47. [scriptura quidem perfectæ sunt, quippe à verbo Dei, & spiritu eius dictæ: nos autem secundum quod minores sumus, & nouissimi à verbo Dei, & eius Spiritu sancto secundum hoc, & scientia mysteriorum eius indigemus.]

Iustinus Martir dial. aduers. Iul. [scis ait Propterea omnia quæ dixerunt, ac fecerunt similitudinibus, ac figuris adumbrasse, ut non facile plurima à quibusvis intelligi possint, occulta eorum veritate ita ut etiam iij, qui eam querant multum operæ in ea inuenienda, discendaque consumant.]

Clemens Alexan. 2. Strom. cap. 6. ait [neque prophetia, neque ipse Saluator adeo crassi, & generaliter locutus est, diuina mysteria, ut ea facile capi possent à quibuslibet, sed differunt in parabolis, &c.] c. 7. ait [propter multas ergo causas occultant scripturae sententiam] quas ibidem recenset, & nos infra.

Ori-

Origenes lib.7 contra Celsum. [Alii quoque cor-  
dati viri scrutando scripturam, intellectum eius in-  
uenire potuerunt, licet reuera multis locis sit ob-  
scura] in Leuit. hom. 3. [sentio quod in explanando  
vires nostras mysteriorum superat magnitudo: sed  
quamvis non valeamus cuncta differere, tamen sen-  
timus cuncta repleta esse mysterijs] legendus hom.  
13. & 27. in Nûm. & homil. 12. in Exod.

Athanaf. in epistola de synodis Arimi. & Seleuc.  
ait. Quæ non intelligimus in scripturis, non abdi-  
camus, sed requirimus ab illis, quibus Dominus reuela-  
uerit. & ab eis discere cupimus, & de Incarnatione  
Verbi circa finem ait. Ad scripturarum indaginem,  
verumque intellectum opus est vita proba, animo puro,  
& viriue, quæ secundum Christum est.

Basil. lib. de Spiritu sancto cap. 27. [Silentij spe-  
cies est ea obscuritas, qua virtutur scriptura, ita dogma-  
tum sententiae congruens, vt ægræ assequi possis,  
atque hoc ad legatum vtilitatè] & in procœm. super  
Esa. [ad eum modum citra ostensam in scripturis  
versabitur, dum & ex iis, quæ facile percipi possunt,  
adiuuabimur, & ab iis, quæ sunt intellectu difficulto-  
ra, non offendemur.] Legendus epist. 75. ad Neocœ-  
sat. vbi assert similitudinem Symphonie, & agricul-  
ture, quæ non nisi agricolis, & musicis committuntur,  
de quo loco infra.

Epiph. hæret. 55. diuinæ scripturæ profunditas, &  
claritudo mentem humanae naturæ exceedens decipit  
quamplurimos. Idem contra Origenem [omnis di-  
uina Scriptura, quod in confessio est, & apud eos, qui  
mediocriter sermones diuinos inielligere possunt,  
referta est enigmatis, parabolis, obscurisque sermo-  
nibus, & alijs variis speciebus obscuritatis, quas hu-  
mana mens ègrè capere potest.]

S. Gregor. Nazianzen. In Apologetico. [Hebreo-  
rum sapientes hanc olim Hebrais legem fuisse nar-  
rant in primis rectam, & laude dignam, qua non  
cuius etati quiuis scripturæ liber concedebar, nā  
ne hoc quidem vtilius esse, quandoquidem, nec tota  
statim à qualibet percipi posset, &c.] legendus in  
epistola ad Nemesium.

S. Iohannes Chrysost. in ps. 48. [Christus loqueba-  
tur in parabolis, separatis autem eas soluebat disci-  
pulis. Parabola enim dignum ab indigno distin-  
git: dignus enim querit inuenire ea, quæ dicuntur:  
indignus autem prætercurrit. Quod etiam tunc vnu-  
venit; Iudei enim ne difficultate quidem excitati  
impellebantur ad interrogandum, ita non attendebant  
omnino, quæ dicebantur. Ad incitandum autē  
ad exquisitionem sufficit, quando fuerit aliquid adū-  
bratum, & obscurum.] Idem in Homilia 44. in c. 23.  
Math. operis imperfecti. [Ergo non sunt scripturæ  
clausæ, sed obscuræ quidem, vt cum labore inueniantur,  
nō autem clausæ, vt nullo modo inueniantur] &  
post redditas aliquas rationes obscuritatis, de qui-  
bus infra concludit. [Non ergo abscondita est in scri-  
pturis veritas, sed obscura; vt enim non inueniant, qui  
querere nolunt.] legendus hom. 40.

Cassian. coll 8. cap. 3. ] divinatum scripturarum,  
quædam clarae sunt, quædam ita contextæ, & qui-  
busdam obscuratae mysterijs sunt, vt in eorum di-  
sciplina, & intellectu immensum nobis exercitij  
campum, ac sollicitudinis reseruant.

Cyrillus Alex. in Iohannem docet, quod pleni sunt  
libri Mosayci figuratum, quæ ita latent, vt sine ma-

gno labore, & studio, addam etiam gratia Salvato-  
ris, interpretari rectè non possint] & in Esa. lib. 1.  
orat. 1. [obscura semper est sanctorum Prophetatum  
oratio, & recōditis sententijs referta, ac diuinorum  
mysteriorum prædictionem continet] & libr. 3. in  
Iohannem cap. 36. [solet Christus enigmaticè quo-  
dammodo nec aperte nimium mysteria exponere,  
ne res diuina scelestis etiam hominibus in deriso-  
nem patenter.

Theodore. in Cantic. Cantic. [ Vasto pelago  
nos commisimus, vt in litteræ profunditatem de-  
scendentes, tibi intelligentiæ margaritam extrahe-  
remus, neque vero oleum ore sumpsimus, cuius au-  
xilio tanquam factitio lumine vteremur, sed orationē,  
ac preces, quarum præsidio potissimum egēt  
ij, qui ad facrosanctæ scripturæ cognitionem cupiūt  
peruenire: sic enim dicere nos docuit Beatus David.  
reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de le-  
ge tua] legendus idem lib. 1. Reg. q. 1.

Procopius Gazetus præfatione in Genes. si quis lo-  
cus se offert obscurus, quām vt hunc ingenii sui vires  
assequi valeant, aut Piores tibi consulendi sunt, aut sci-  
tiarum Deus precibus fatigandus est. lege eundem  
præf. in Esaia 1. n. elegantili iné differentem.

Maximus Monachus de varijs capit. centut. 2.  
cap. 29. Putens Iacob est scriptura, aqua vero est scien-  
tia scripturæ: profunditas autem obscurè dictorum scri-  
piuræ, interpretatiæ difficilis positio est.

Damas. 4. fidei orthod. cap. 13. [Si quæ semel atq;  
iterum legeri nūs, nec quæ à nobis lecta fuerint in-  
tellexerimus, ne animis cadamus, verum persternus,  
ac meditemur, & interrogemus. Interroga enim in-  
quit. Deuter. 32. patrem, & annunciat tibi, maio-  
res tuos, & dicent tibi: non enim omnium est cru-  
ditio.]

Ex Lati nis Tertull. lib. de pallio cap. 3. [dehinc  
Adamum de originis loco exterminato, quippe  
deliquerat pellitus orbi, vt metallo detur. Sed ar-  
cana ista nec omnium nosse.]

Hil. prol. in psal. [sunt omnes prophetæ ad mun-  
dialem sensum, & prudentiam sæculi clausæ, & ob-  
signatae, secundum illud Iohai. 29. & erunt vobis om-  
nia verba hæc, tanquam eloquia libri huius si-  
gnatai.]

Ambros. in psal. 118. ibi, *Justificationes tuas doce*  
*me, ait, misericordia est obscuritas in scripturis propheticis,*  
*& subdit: quod si ea, quæ sunt occulta diligenter exami-  
nes, paulatim incipies rationem colligere dictorum, &*  
*aperies ut tibi non ab alio, sed à Dei Verbo. Et in ea ver-  
ba, dā mibi intellectum, &c. ait: Si Propheta intelle-  
ctum sibi dari postulat, quis tam arrogans, qui pro-  
fitatur in sua potestate esse intelligentiam?] lege  
eundem epist. 44 ad Constantinum.*

Hieronymus in Daniel. cap. 11. & 13. [scripturæ  
sacræ difficultas maxima est, cuius intelligentiam  
absque Dei gratia, & doctrina maiorum sibi impe-  
nitissimi, vel maximè vendicant] & epistola 13. ad  
Paulinum de institut. Monac. cap. 4. exponens ea  
verba, reuela oculos meos, &c. [si tantus Propheta  
tenebras ignorantiæ confiterit, qua nos putas par-  
vulos, & pene lactentes infelit nocte circundari?  
Hoc autem velamen non solum in facie Moysi, sed  
& in Evangelistis, & Apostolis positum est] legen-  
dus idem Sanctus de difficultate in specie epistola  
52. & epistola 150. epistola 103. ad Paul. de omnibus  
scri-

Scripturæ diuinæ libris: proœm. in Ezech. & in Osca. item legendus est epistola ad Algas. q. 8. ad Marcellam lib. 8. in Esa. in psalm. 93. ap. Ephes. cap. 4. in c. 7 Ecclesiastes, epist. 150. ad Hederiam q. 10. & in pref. epist. ad Ephes.

Augustin. lib. 2. de doctrina christiana cap. 6. ait, ita obscurè quedam dicta sunt, ut denissimam caliginem obducant. de vera religione cap. 17. si in scriptura sacra tantum essent, quæ facillime intelliguntur, nec studiosè quereretur. nec juuiter inuenireur veritas, & ad Volusianum: modus autem ipse dicendi, quo sacra scriptura vultur, quam omnibus accessibilis, quam paucisimis penetrabilis, &c. legatur idem Augustinus de Genes. ad literam, & in ps. 140. in prefat. cap. 9. 12. confess. cap. 14. 3. contra Maximin. c. 22. de utilitate credendi c. 7. ep. 119. c. 21. in psalm. 7. 10. & 93. & pref. in psal. 140. de vera relig. cap. 50. de cōfens. euangelii. initio.

Gregor. pref. in lib. moral. cap. 4. dicit, diuinus sermo sicut mysterijs prudenter exercet, sic plerumque superficie simplices refouet. habet in publico unde parvulos nutriat, seruat in secreto unde mentes sublimiū in admiratione suspendat, lib. 20. Moral. cap. 1. ait, dictis obscurioribus exercet fortes, & parvulis humili sermone blanditur.

Isidorus de summo bono lib. 11. Ratio, per quam fit heresis, obscuritas est diuinarum scripturarum, in qua caligantes heretici, aliud quam res se habeat intelligunt, vide etiam illum in lib. 1. cap. 18.

Beda in psal. 10. quisili hominum quibusdam obscuris locis scripturarum, quasi clausis oculis Dei exercentur, ut querant, quibusdam vero manifestis scripturarum locis illuminantur, ut videant.

Rabbanus li. 3. institut. cleric. cap. 3. multiplicibus obscuritatibus, & ambiguitatis decipiuntur, qui temere sacras scripturas legunt aliud pro alio sentientes. Quibusdam autem locis quid vel falsos suspicentur non inueniunt, ita obscurè dicta quedam denissimam caliginem obducunt.

Rupertus 7. in Matt. cap. 7. [Talem scripturam condidit, quæ non facile posset intelligi quod tendet, vel quale contineret mysterium regni Dei, & sicut ipse tunc fecit, ita docet cum dicit nolite sanctū dare canibus, &c.] vide eundem in caput v. Amos.

S. Thomas Aquinas quodlibeto 7. q. 6. at. 10. 15. utiliter est à Deo dispositum, ut veritas in sacra scriptura cum aliqua difficultate manifestaretur, & citat Augu. de doctr. Christiana, prout infra.

Tertia classis ex rationibus ex causis talis obscuritatis. Et primo ex causa finali, quæ desumitur ex S. Dionyl. Areopag. cap. 2. cœlest. hierarch. & Hieronym. in cap. 3. Naum. Theoph. in cap. 8. Lucæ propter infideles, ne mysteria nostra irrideant, neque eadem mysteria in vulgus prophanum effterantur, quam ob causam in valvis templorum Sphinges in symbolum silentij arcanorum ipsi gentiles collocabant, ex Clem. Alex. 5. Stromatum, & ob eandem causam moralium dogmata inuolucris contextiss. referunt Plutarchus lib. de institut. puerorum, & multa eiusmodi refert S. Hier. in Apolog. contra Ruff. ut illud, coronam minime carpendam, idest leges Vrbium conseruandas, & illud, hinc undinem in domonō recipiendam, idest, verbosos sub eodem testo non habendos, &c. eandem rationem tangit Cassianus coll. 8. c. 3.

Secundo, ex Gregor. hom. 10. in Ezech. fuit decēs talis obscuritas, ut multiplicitate posset exponi.

Tertio, ut fides magis exerceatur, non asequendo mysteriorum profunditatem, unde Dionys. Alexander. de Apocal. contra Nepotem [& quanquam, ait, cum ipse non intelligo, suspicor tamen intellectum quemdam reconditionem verbis ipsis inclusum: atque ista res non propria ratione metior, ac pondero, sed fidei potius tribuo, & altiores diuinior res profecto arbitror, quām quas ipse vlo pacto cogitatione comprehendere valeam. Atque non eas improbo, quas non intelligo, sed potius admiror, quod mentis acie lustrare non queo.]

Quarto, ut dicit Basilius in Esa. in proœmio, ut difficultatibus mens occupata à deterioribus auocetur dum illis operam nauamus, quod & dixit Procopius in Esa.

Quinto, obscurata est notitia veritatis, ait Chrysostomus, seu author operis imperfecti hom. 44. in cap. 23. Matt. Ne vilius, & contemptibilis habeatur. Niceph. Gregoras lib. 10. anna. unde S. Prosper sententia 67. bone sunt in scripturis sacris mysteriorum profunditates, quæ ad hoc teguntur ne vilescant, ob hoc aperiuntur, ut pascant, & eis desumpta a S. Augustino præfat. in psal. 40. idem docet Gregorius hom. 6 in Ezech. Isid. de summo bono lib. 1. cap. 8 lege Ori genem in hom. 23. in Iesu Naue, Theodo. in Ezech. in argumento.

Sexto, ut etiam inter domesticos fidei dum intellectum spacia coram eis immensa tenduntur, in eis desidiosorum argueretur ignavia, & studiosorum alacritas, & industria probaretur.] Cassianus loco citato c. 1.

Septimo, ut magis in precio scripturas habemus, quia ea, quæ labore parta sunt, nescio quo pacto magis amantur, Basil. Procop.

Octavo, ad edomandam superbiam, ait Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana cap. 6. [& intellectum à fastidio reuocandum, cui facile inuestigata plerūque vilescant, sed ne aperta fastidientur eadem rursum opera desiderantur, desiderata quodammodo renouantur, renouata suauiter intimantur] idem docet Rabbanus 3. instit. cleric. c. 3.

Nono, ut studiosè queratur veritas, ex Augustino cap. 17. de vera religione [nam si omnia dicta, vel facta factæ scripturæ passim intelligerentur torpe sceret animus, mens vacaret, dormiret ingenium, cor tabesceret, &c.] Chrysolog. serm. 69.

Decimo, quia ut dicit author operis imperfecti [Deus voluit alios esse Doctores, alios discipulos: si autem omnes omnia scirent docto necessarius non erat, & ideo esset rerum ordo confusus.]

Ex causa efficienti, qui est Deus, cuius mens cum infinita comprehendat, voluit quoque non esse adeo eius verbum pressum, & angustum, ut plures sensus non comprehendenderet, ut eleganter ostendit S. Augustinus 12. confessio. cap. 14. 18. 20. 24. 25. &c. cumque eos non extenso, nec patentes scripturæ præferant, sed complicatos, & pressos; eisdem latentes deprehendere, absconditos patefacere, constrictos extendere, inuolucris delitescentes in publicum producere, studio, & indagatione, & multa intelligentia opus est.

Ex causa materiali: nam quedam sunt ait Augustin. quæ sua vi non intelliguntur, aut vix intelliguntur.

Puntur quantolibet, & quantumlibet quamvis plenissimè dicens versantur eloquio: talia sunt ait Rabbanus, vbi supra in scripturis multa magnitudine eximia, atque ideo necesse est, ut & sensus ingenij sagacitate investigentur, &c. Quæ si legere volueris, ait Hieronymus epistola 52. ad Pamachium, probabis quæ difficultatis sit diuinam scripturam præsertim Prophetas intelligere: quis enim ex eadem epist. 103. ad Paul. & Hieremiam, Ezechielem, & Danielcm potest intelligere, vel expondere? Ezechielis principium: & finem habet tanta obscuritas inuoluera, ut apud Hebreos istæ partes cum exordio Genesis ante annos 30. non legerentur, &c. Quanta difficultatis sit Pauli doctrina S. Petrus supra testatur, & ad Romanos præcipue epistola ait Hier. ad Hedi. ep. 10. vt ad eam intelligendam Spiritus sancti indigemus auxilio, qui per Apostolum hæc ipsa dictauit Iacobus, Petrus, Ioannes, Iudas, septem epistolas ediderunt tam mysticas, quam succinctas, & breves pariter, & longas, breues in verbis, longas in sententijs, ut rarus sit, qui non earum cœcutiat lectione: Apocalypsis Ioannis quis intelliget prophetica verba?

Ex causa formalis: modus enim dicendi ait S. Augustinus epist. 3. ad Volus. quo sacra scriptura contextur, paucissimis penetrabilis: in ea enim ait Tertullianus lib. 3. contra Marcionem, plerumque figuratae locutiones pretenduntur, per enigmata, & alegorias, & parabolas aliter intelligendi, quam scripta sunt. Tropica locutio, negotium quoque facessit ex Augustino 3. de doctrina Christiana cap. 37. ad quam inuestigandam, orem, & intelligentiam. Nec leuis obscuritatis ratio ex Euthym. præf. in psalm. quod de prima, & propria Hebraica lingua in aliam conuersa, ut plurimum difficultatem generant: habet enim omnis lingua propria locutionum genera, quæ cum in aliam transferuntur videntur absurdæ, ex Augustino de vera religione cap. 50. Ad causam hanc reducuntur obscuræ phrases, & idiotismi, & adagia incetta, Hebraicarum vocum diuersa significata, figuræ, & tropi. Confirmatur ex varijs disreptionibus, & confutationibus Patrum inter se salua charitatis pace pro vera intelligentia assequenda. rursus ex multis erroribus corundem, in quos re nondum perspecta, & definita incidentur. rursus ex variis regulis, & observationibus, quas post multum laborem ad scripturam intelligentiam nobis tradiderunt: si autem in omnibus perspicua fuisset scriptura, nec conflictarentur Patres, nec nœvi aliqui in aliquibus repertirentur, nec tot regulas nobis ministrassen.

Sic ergo arguitur demonstrativa ratione. In rebus claris, & per se evidentibus nullus contradicit, vt quod sol sit lucidus, nam vel helleboro, vel pena est dignus. Sed in multis locis etiam in ijs, quæ ad mysteria fidei attinent, & fundamentales, & symbolicos articulos, v.g. consubstantialitate filij Dei, Incarnatione, Eucharistia, multi sunt, qui contradixerunt, vt patet de illo loco, ego, & pater unum sumus, & de alio. [Verbum caro factum est] & de illo, hoc est corpus meum, & nullus contradicentium se stultum purat, & hebetem etiam si aduersetur veritati, putando veram religionem habere: ergo, &c.

Vltima classis ab exteris, Iudeis, & ad hominem. Ab exteris: nam difficultatem probant vastissima, eorum commentaria Peruschim, & Midrascim, eorumdem exhortationes ad indefessum studium legis,

confessio eorum multis in locis fatendo nescire se à difficultiis passibus extricare, dicendo Eliahu Ichazar colcasche, ioth vba he ioth, id est, Elias cum uenerit corriger, & dissoluet omnia, que difficultia nunc, & dubia sunt, sic notat Elias in Tisbe, & in Syrochald, fol. 149.

Ad hominem contra Hereticos generaliter arguitur: nam si aperta esset scriptura in omnibus nulla esset inter sectarios Ministro machia, & pugna in serie verborum cœnæ, in articulo iustificationis, sacramentorum numero: at cum implacabile sit inter eos bellum, vel inuiti probant suis scriptis, saepe dissidiis, scripturæ difficultatem.

Sed Lutherus præfatione in psalmos dicit post multa, scio esse impudentissime temeritatis, eum qui audeat proficer unum scripture librum a se in omnibus partibus intellectum. lib. de Concil. pag. 12. ait. Ante viginti annos coactus sum contempnere Fatrum commentaria cum scriptura legenda esset in scholis, & magno sudore veram, & germanam sententiam querere. In colloquio mensalibus fol. 2. lciat, ait, In scripturis vix scimus A. B. C. & adhuc non recte, & fol. 3. Dei verbum est inscrutabile. testatur Aurifaber anno 1546. die 16. Febr. biduo ante mortem hæc manu propria scripsisse.

Virgilium in bucolicis non potest intelligere, nisi qui fuerit quinque annis pastor.

Virgilium in Georgicis non potest intelligere, nisi quinque annis agricola.

Ciceronem in epistolis nemo integrè intelligit, nisi 20. annis sit versatus in aliqua Republica insig. n.

Scriptores sanctos lciat se nemo degustasse satis, nisi centum annis cum Elia, & Eliseo, Ioan Baptista, Christo, & Apostolis Ecclesiæ gubernarit. Hanc tu diuinam Eneida tenta, sed vestigia pronus adora, videtur hoc dictum mutuatum esse à S. Basilio epist. 75. ad Neocesarientes, vbi sic dicit. [At cum de agricultura operibus iudicare non poterit, qui non est agricultor, & qui musices scientiam non teneret, nec consonantiam, nec dissonantiam in musicis rhythmis cognoscet sermonum, ludex erit quicumque valeret, qui neque preceptorem suum, neque tempus, in quo didicerit, assignare valeret, nec protus quicquam eorum, quæ ad sermones iudicandos attinent, siue multum, siue parum intelligat, ego vero noui, quod quæ in oraculis spiritus dicuntur, haud cuiuslibet proprio subiecte examini: sed ei, qui spiritum habet discretionis] hoc est Ecclesiæ, cui datum est donum interpretationis.

Luthericam retractationem fecuti sunt Brentius in confess. Vvitenberg. c. de sac. script. dicens, non est obscurum, quod donum interpretandi scripture non sit humanae prudentiae, sed sancti spiritus. Kentius in examinatione seu. 4. Deus inquit, voluit extare in Ecclesia donum interpretationis, & infra. Grati, & renenter vitimur Patrum laboribus, qui multa scripture loca commentarijs illustrarunt Centuriat. 1. lib. 2. c. 4. col. 52. ait, communiter senserunt Apostoli scripturas non posse intelligi sine spiritu sancto, & interprete, sed preli argumentis Lutherani in colloquio Ratisponensi fol. 469. edit. Lang ait, monendum est initio lector de statu controversie inter nos, & aduersarios, si non est an quædam, vel etiam multa sint in scriptis litteris obscura. Hoc namque fatemur ipsi, ijdem disertis verbis afferunt, opus esse interpretationis do-

no, quod concescit Deus Ecclesiæ suis, & fol. 470. &  
471. nemo, inquit, nostrum somnium unquam adeo clara-  
ram, & facilem esse scripturam, ut quis eam primo  
velut instinctu statim intelligat etiam circa operam di-  
scientium, quorsum enim instructum esset ministerium  
docendi in scholis pariter & Ecclesiis, sic elabi putant  
& extricare se ab his argumentis ad hominem.

Sed contra: nam fatetur Lutherus contrarium.  
dum ait lib. de seruo arbitrio, esse in scriptura quedam  
abstusa, & non omnia exposita inuulgatum est per im-  
pios sophistas, sed nunquam unum articulum produxe-  
unt, nec producere possunt, quo suam banc insaniam  
probarent.

At dices ibidem distinguere de obscuritate dupli-  
ci, rerum, & verborum: primam abesse, secundam  
vero inesse scripturis, quam distinctionem esterunt  
Vvitaker, & Sauibrandus.

Contra: res non innotescunt nobis, nisi per verba,  
ergo si verba obscura sunt, res quoque obscuræ erunt;  
deinde signanda erant ab aduersariis, que verba  
sunt in lauinis Biblis obscura, ut clariora reperian-  
tur. Amplius si in versione Lutheri aliqua verba  
Germanica obscura sunt, in separato lexico repona-  
tur, & clariora tradantur, ne res clarissimas obfu-  
scant, & obscurent. Et tandem si scriptura est obse-  
cura propter verba, ea est omnino, que extra legentum  
animos posita est, & externa est: sed ex eodem (vt in  
libro de seruo arbitrio dicitur) nullam habet obse-  
curitatem externam, in qua nihil inquit, relictum est  
obscurum, & ambiguum, sed omnia per verbum in  
lucem producta; & omnem obscuritatem esse inter-  
nam in omni cogitatione: ergo vel aperta pugna-  
tia est, vt sit verbalis obscuritas, & sit externa claritas  
(vt Satyrum se monstrat Lutherus ex uno eodem  
que ore calidum, frigidumque spirat) vel falsa eius  
sit dicenda assertio, prout euidenter conclusum est.

At dices, scripturam sacram in se esse claram, sed  
per accidens obscuram, ita idem Lutherus eodem  
libro ait, id oportet apud Christianos esse in primis ra-  
tum, atque firmissimum, scripturam sanctam esse lucem  
spiritualem, ipso sole longe clariorem, presertim in ys,  
que pertinent ad salutem, vel necessitatem, & nullum  
dicere sonum publicum non esse in luce, quod hi, qui in  
angipore sunt, illum non vident, cum omnes, qui sunt  
in foro vident. Contra: quia prius dixit ibide, si in  
uno loco obscura sunt verba, at alio loco clara sunt:  
nam inquit, eaem res manifestissime toti mundo de-  
clarata dicitur in scripturis ium verbis claris, tum ad-  
huc latet verbis obscuris, ergo ex te, vbi obscura sunt  
verba, scriptura obscura est: obscuritas enim  
prouenit etiam ex ipsiis verbis. Accedit, quod  
nendum ex verbis ipsiis, sed ex rebus significatis  
per verba difficultas prouenit, que capium, no-  
strum superant, & intelligentiam, ut diuina inter-  
pretatione, & lumine opus sit. Quod si per accidens  
ob scordiam cœcitatem, &c. obscura est scriptura.  
ergo quandiu Eunuchus non assequutus est intelli-  
gentiam, similiter, & Apostoli quando scripturas  
non penetrabant, & Sancti Patres, qui humiliter fa-  
tebantur se non assequi sensum scripturae in omni-  
bus, cœci, scordes, stupidi erant, Luthero vidente, &  
a quilibus oculis rotam solis cernente.

Calvinistæ quoque retractionem Lutheri se-  
quuntur. Vvitaker. centur. 1. quæst. 4. cap. 1. sic ait,  
bac nostra axiomata sunt: scripturas esse ita apertas, ut

à populo, atque indoctis cum fructu aliquo, & utilitate  
legi possint omnia, que ad salutem necessaria sunt, aper-  
tis verbis in scriptura proponi. Interim concedimus  
multa loca obscura esse, scripturas egere explicatione,  
& ob hanc causam ministros Dei audiendos esse cum  
verbis Dei explicant, & scripture veritatis esse  
consulēdos, & consequenter simulator sophista sibi suis  
que imponi, quod dicant omnia in scripturis esse  
aperta.

Sibrandus lib. 4. de principijs Christianorum  
dogmarum: non enim ait, nostra sententia est scriptu-  
rā adeo perspicuum esse, ut nullū interpretatione opus  
habeat, neque dicimus eam adeo facilem esse, ut quilibet  
idiotæ eam perfectè intelligat: palam enim asseri-  
mus, donum interpretationis esse in Ecclesia necessa-  
rium; satem etiam in sacris scripturis multa adeo  
obscura esse, ut non tantum idiotis, sed etiam doctissi-  
mis quibusque negotium faceant, nec à nobis, nisi in  
altera vita perfectè cognosci possint. Interea tamen ne-  
gamus omnia obscura esse, ut vel nihil in ys absque cō-  
mentariis intelligi, vel ut idiotæ ex earum lectione nihil  
proficiere possint. Similia alij tam prædicatorum Luther-  
ani, quam Caluiniani, qui injuriam fieri Lutherum  
conclamat, cum tamen lucē clarus sit Lutherum  
in opposita fuisse sententia, sicut & ipsos, sed quoniam  
misçuit in eis Dominus spiritum vertiginis,  
ponens eos in rotam, non est mirum si modo hac  
modo illac incedunt, à semetipsis tam pueriliter di-  
scordantes.

Sed si adeo aperta est scriptura cur tot Genouæ ca-  
thedralæ ipsorum pestilentiae creatæ? quorū tot cō-  
mentaria elaborata, & ad Francofurtenses nundinas  
transmissa? de quibus cum Caluinicula cōqueren-  
tentur, sic à Caluino 1. inst. cap. 7. §. 2. sunt perstricti.  
[Ferre non possunt, que diuinorum intelligentiæ  
inseruant, & Filios Dei iuuent, quo instructiores, &  
doctiores euadant.]

### CONCLVSIO CATHOLICA.

Sacra scriptura, ut in multis facilis est, ita  
quoque in multis difficilis est,  
& obscura.

R Epondeo dicendum, quod haec fuit inanis Ho-  
norati Manichei temeritas, quod legens scri-  
pturas, per seipsum illas intelligere gloriabatur, ut  
refert Augustinus de utilitate credendi cap. 7. cuius  
verbā ibidem refert S. Augustinus, cum legerem (di-  
cebat) per me ipse cognoui. Sed illum confutat Augu-  
stinus, quod sicut, nullus imbuīs poetica disciplina  
Terentianum Maurum sine magistro attingere non au-  
deret; Asper etiam Cornutus, Donatus, & alij innume-  
rables requiruntur, ut quilibet poeta posset intelligi,  
cuius carmina, & theatri plausus videntur caprare,  
sic in eos libtos, qui ut sancti diuinarumque rerum  
pleni, prope totius generis humani confessione diffinan-  
tur, sine duce irruere, & de his sine p̄ceptore ferre seu  
teniā, insignis audacia est, ex Augustino ibidem.  
Ibi enim talia sunt, quæ mentem nostram effugiunt,  
ut propter tarditatem nostram, & rerum maiestatē  
intelligi nequeant. Quod si catamitum Bucolicum  
conantur homines interpretari, & Alexim puerum  
(in quem Plato etiam carmen amatorium fecisse)

dicitur) nescio quid magnum significare, & imperitorum iudicium effugere affirmant, ut ibidem dicit idem Augustinus, rationabilis est dicere in diuinis libris esse plurima loca, & ut dicit Rabbanus, super topicis locutionibus difficultas, alta rerum magnitudine eximia, ut meritò dixerit de se Augustinus epist. 119. ad Iau. in sacris scripturis multo nesciam plura quam sciam. Sed non mirum ait Irenæus lib. 2. c. 47, in intelligentia diuinorum hoc patiamur, cum multitatum rerum naturalium causam reddere nesciamus, ut id exemplificat de ascensione Nili, Oceanus accessu, & recessu, pluvia, ventorum, & coruscationum materia, & causa, quæ nostram superant cognitionem: à fortiori concludit mysteria diuinæ scripturarum non posse cognosci à nobis sine Dei intelligentia, & subdit: si ergo & in rebus creatis quedam quidem earum adiacent Deo, quedam autem & in nostram venerunt scientiam, quid mali est si & eorum, que in scripturis reperitur universis scripturis spiritualib. & existentibus, quedam quidem absoluam is secundum gratiam Dei, quedam autem commendemus Deo, & non solum in hoc seculo, sed in futuro, & semper quidem Deus doceat, homo autem semper discat, quæ sunt à Deo? licet autem, ut ibidem dicit Irenæus ipse scripturæ & perfectæ sint quippe a verbo Dei, & spiritus eius dictæ: si ipsas in se consideremus, tamen si infirmitatem, & ignorantiam humanam attendamus, dicit idem Sanctus, aut secundum quod minor res sumus, & nouissimi à verbo Dei ex eius spiritu, secundum hoc, & scientia mysteriorum eius indigemus, ne dum ex significatione, & respectu eorum, quibus significat, sed etiam propter ipsas res significaras. Quare etsi in aliquibus locis habet, unde parvulos nutritur in publico, seruat tamen in secreto, vnde mestes sublimum in admiratione suspendat, ait Gregorius præf. in lib. moral. vt simul sit potus, & cibus; potus in apertioribus, quæ sine expositione possunt intelligi potus in difficultiorib. ex Haymone in Apoc. li. 3. c. 10. simulq; flavius (ex Gregorio mox citato) appareat, planus, & altus, in quo & agnus ambulat, & Elephas natat. Quare si ignorantiam nostram fateamur, quedam quoq; quæ non intelligimus Deo committendo, ut dicit Irenæus. & fidem nostram seruabimus, & sine periculo perseverabimus, quod non attendentes Nouatores, nec fidem seruatunt, & naufragium passi sunt.

### Solutiones oppositionum.

**A**d primam regu mentorum classem, & ad pri-  
mum locum. Ostium est, & principium, & caput sermonum Dei veritas ipsa, ex veritate enim proficiuntur omnia, quæ dixit Deus. ostium est, & principium ipsa scriptura respectu eorum, quæ ex scripturis deducenda sunt, apertum quidem, sed angustum, & humile, ut inflati vento superbie non ingredi possint, nisi se humilièt. Quibus nec ostiarius, qm Spiritus sanctus (ex Cyrillo) intelligitur, aperiens, qui intellectum dat parvulus, nec ostium illuminat, nisi aperiatur. Vnde rectius in vulgata exprimitur: declaratio sermonum tuorum illuminat, sunt autem scripturæ, prima principia, sed non propriæa conficitur commentaria esse conclusiones, sed potius expositiones, & illustrationes dicenda sunt. Sunt enim hæc principia scripturarum notissima secun-

dum se, sed non quoad nos, & in omnibus locis, & sicut non inconuenit principia scientiarum, per homines explicari, & dilucidari: sic & non inconuenit per homines haec principia addi super Ecclesiæ sanctæ Doctores, de quibus dicitur: Qui elucidant me vitam eternam habebunt.

Ad id, quod dicitur, lucerna pedibus esse verbum Dei, non dicitur lucerna aperta, sed qualis est viatoribus necessaria in laternis occultata. Vel dicitur lux, & lucerna in quantum est manifestatio veritatis. Non autem est necesse, ut sit in omnibus lux spiritualis assimilis corporali, quæ absque alio manifestatio illico se prodit, & omnium oculis patet: in exemplis enim ex Damasco non identitas est, sed similitudo.

Ad confirmationem. Cum Patres scripturas interpretari tunc non sua probant, sed eas perspicias facere conantur, illis autem enucleatis iam videntur ad probandum si difficultas emergat. Sic non notiora per ignorantia probantur. Sed & illud debebat distingue hostis Ecclesiæ, aliud esse scripturam esse certiore, aliud est notiorem nobis, ita intellexisset, quod scripture sunt certiores, & firmiores Patrum commentariis, at commentaria notiora sunt, quoad nos: sic notiora quoad nos per certiora ignorantia, tam secundum nos notiora secundum se comprehenduntur.

Ad secundam respondetur per responsem ibi datam. Optima etiam est Hosiana responsio pro defensione nostri Petri à Soto contra Brentium, ibi sermonem esse de lege, & præcepis bene vivendi, præsertim de dilectionis præcepto, quod est totius scripture summa ex Augustino l. de doctrina Christiana cap. 36. Quod si ad totam legem, & scripturam extendatur illud dictum, lucida fuit Davidi, & alijs spirito propheticō astutis, non idolo Islebiensi, & ceteris lucifugis hereticis. Sed & respectu omnium sit lucida scriptura, lucida erit in actu primo, non in actu secundo, solum enim actu primo lucidus est, dum in abscondito est: in actu secundo cum in cœlo est. Lucerna quoq; dum est sub modo, occulta est: clara est, cum reponitur super candelabrum; sic scriptura in se, & in actu primo lucida non est, nisi in cœlo Ecclesiæ, & nisi super candelabrum Ecclesiæ videlicet interpretationem reponatur; sicut & scientiae naturales lucernæ sunt, sed non in tabernaculis Pastorum, sed publicis Academijs, vbi enodantur, & explicantur difficultates, ynde ad syllogismum Saubrandicum distinguitur maior, quod efficit hominem sapientem, & illuminat oculos absque media interpretatione, & explanatione, adeo clara est, &c. vera maior; falsa minor: sed si maior hoc modo formetur. Quod efficit hominem sapientem, & illuminat oculos, hoc adeo clarum est, ut absque interprete veram in rebus controversissimam ostendere possit; maior est falsa: & minor falsa quoque deprehenditur.

Ad confirmationem, multa sunt enodata, & illustrata post David, sed non omnia, additæ etiam tot prophetæ obscuriores, Danielis, Ezechielis, addita Apocalypsis, in quibus & omnibus scripturis ex Augustino epist. 3. ad Volus. tam multa tanquam multiplicibus mysteriorum umbraculis operata intelligenda proficientibus restant, tanta que non solum in verbis, quibus ista dicta sunt, verum etiam in rebus, quæ intelligendæ

genda sunt latet altitudo sapientiae, ut annosissimis atutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem scriptura quodam loco habet. cum consumauerit homo tunc incipiet, solum quantum Euangelium eo decoratum est priuilegio, ut sectatores suos iactet Augustino sagaciores, Patribus sapientiores.

Ad instantiam. Nec oculos sanorum sol, & lucerna illuminant, nisi appareant, & in situ, quo illuminate possint, statuantur. Lucidus est sol interdum sibi, non nobis noctis tempore, ita ut lucerna quoque nisi accendatur, lucere non possit. Vnde qui interpretatione non illustrantur, lucernam vident, nudam scripturam, quod materiale est; lumen nisi accendatur non vident, quod formale est, ac præcipuum, id est scripturæ declarationem. Et ut ad Sauvbrandum respondeamus, nec propterea quia in actu secundo illustraret, lux est scriptura secundum se, & in actu primo, bene tamen scriptura lux & lucida nobis est, quia à nobis intelligitur. Sicut autem sol lucidus est nobis, quando illum aspicimus, & ut sit nobis lucidus, à nobis pendet oculos aperiendo, &c. ita in nostro proposito, ut nobis sit lucida scriptura, à nobis quoque pendet, non claudendo oculos mentis offerentibus lumen, ut ipsi faciunt, dicendo, receive de à nobis, ipsi quoque, rebelles lumini. Danus verò carbones excitat, & azotice loquitur, ut intelligi nō possit, qui si interpretationem, & lucem posset insuis verbis suscipere, non verendum esset concedere eius linguam quoque lucidam esse, nō minus quam Arabem linguam: nullum enim inconueniens est dicere, quicquid mentem illustrat, si explicitetur esse lucidum.

Ad tertium locum respondet per responsionē ibi catam. Ad instantiam, aperta battologia, seu tautologia est non demonstrare, quod demonstrandum est, & pro concessio habere, quod esset probandum. Disparata, & impertinentia quoque assumit; nec enim agimus de comparatione propheticæ, & apostolici sermonis, sed an prædicatio Apostolorum propheticæ scripturæ addita, sit lucida, & de hac dicimus eti lucida sit in se in actu primo, non sit unquam lucida nobis in actu secundo seclusa interpretatione. Vnde distinguitur maior Sauvbrandica. omnis lux est clara, in se, concedo; nobis absque adiumento, negatur.

Ad quartum locum. si lux luceret in caliginoso loco, certum est, quod ratione loci, & status, non omnia monstraret, sed multa, quæ latent monstranda à superueniente lumine conuinet, talis est scriptura, quæ multa monstrat in hac vita, in qua sub obscuritate ambulamus per speciem, & maiora, & omnia luce gloriae manifestabuntur in patria. Vnde subdit Apostolus, donec dies illucescat. Quamvis autem in se scriptura claritatem habeat, tamen dum est aperata, vel in caliginoso loco non potest totum suum lumen diffundere. Sic falsa est maior, omnis lucerna splendens in obscuro tenebras pellit, si vniuersaliter intelligatur; non enim omnes tenebras ratione loci expellere potest, & si aliquas fugat. & cum subsumitur, omne quod errores patet, &c. verum est adiuncto adminiculo interpretationis.

Ad quintum locum. Ibi Paulus locutus est de prædicatione Euangelij, quæ planior erat ob viuam vocem, non de scriptura Euangelij: est autem obscurius

Euangelium scriptum non in se, sed quatenus via voce interpretis caret. Non solum autem infidelitatis cœctas, &c. faciunt opertum Euangelium, sed nostra quoque incapacitas, & imbecillitas. Vnde Apostolus loquens de altissimo mysterio sacerdotij Christi ad Hebr. 5. ait, de quo grandis nobis sermo, & interpretabilis ad dicendum, quia vos imbecilles facti estis ad audiendum: imo obscuritas adeo est innata quibusdam scripturæ locis, ut illis quodammodo sit essentialis, ut per omnia genera causatum monstratum est: addita verò accidentalis obscuritate cœctuentium, stolidorum, & aliorum infidelium obscurior est, & hæc significant verba Apostoli. Quod si Euangelium opertum est (ex natura sua) in ipsis, qui perirent, opertum est, propter alium titulum, nempe infidelitatis.

Ad secundum argumentum respondet per responsionem ibi datam. Ad instantiam ex officina Lutherica arguunt inimici præceptorum, & gratiae: et si enim difficillima sint non amanti, facilimam sunt amanti, & quæ per legem implere non possumus, per gratiam possumus.

Ad tertium. Per scripturas tanquam per ianuam ingredi oportet, sed clavis scientia opus est, & interpretationis, ut referantur, & ostiarius humiliter intelligentia spiritum postulantibus aperit. Vnde ab ipso opus est, ut intelligentiam postulemus, ut dicit Origenes hom. 27. in Num.

Ad quartum. Omnis scriptura utilis est, & quæcumque scripta sunt, &c. sed requiritur applicatio, & explicatio per Ecclesiasticam interpretationem: nam & omnis scriptura humana, & omnes libri scripti sunt ad utilitatem nostram, & interprete quoque opus esse nullus inficiat. sed soli superbi, qui scrutantur cœli plagas, ut dicit Ambros. serm. 10. in ps. 118. qui se ipso scire non possunt, putant intelligentiam sine Dei dono posse concedi.

Ad quintum. Agnus aperuit sensum Apostolis, ut intellegent scripturas, & ex intelligentia veteris testamenti per Christi Domini interpretationem. Apostolis factam, iam velum scissum est, sed adhuc ut dicit Origenes hom. 27. in Num. & in scriptura euangelica, & apostolica multa sunt, quæ nos latent. Quare ut dicit idem hom. 12. in Exod. diebus, ac noctibus obsecrandus est, ut veniat agnus de Tribu Iuda, & ipse librum signium dignetur aperire, & ad apostolicam regulam pro intelligentia, & solutione recurendum.

Ad secundæ classis argumenta ex Patribus, quibus claritas scripturæ insinuati videtur, respondet, vel locutos de scriptura in superficie considerata, & sic à Patribus potius dicitur, & flauius planus: vel quoad generalia quedam credendi dogmata, & vel viuendi disciplinam: vel partes historiales, vel morales: Vel de scriptura non se sola, sed ad iunctam explicationis luce, & cathechesi, doctrina, prædicatione, expositione: Vel respectu hominum suadibilium, & disciplinabilium, qui interpretationis linea ab Ecclesia expectant. sic etiam in necessarijs ad salutem, & mores quantum ad generalia documenta auditione opus est: ab omnibus, in hoc sensu legi possunt, & sunt clara, & manifesta. Verum est etiam, quod quidam per accidens nedium per se ex velamine peccatorum intelligentia priuantur tamen, ut dicit Ricardus lib. 7. in Apoc. cap. 8. Quamvis sa-

eræ scriptura mysteria obscuritasibus figurarum signentur, vi bonos exerceant, malos lateant: nequaquam tamen ipsi mali de ignorantia sua habent excusationem, quia manifestiora scripturae paginae verba possunt intelligere, & si vel ni vitia deserere, virtutes exercere, possunt ad occultiora quoque cognoscenda adiuuante gratia Dei peruenire. Specialiter ibi Chrysostomus inuictus contra fastidientes concionis longitudinem, quod fastidium ex terrenis affectibus dicit orati, ut nihil alium valeant iuuenti; imo & contemnere, quæ ad virtutem, & vitam utilia sunt, vnde expresse loquitur quantum ad communia, & principia capitula fidei, & nostræ vite informanda, dum ait haec suapte natura non esse difficultia, sed ex desidia, & negligentiâ: vnde subdit. Qui enim infirmus, imbecillusque est, non secus breui, quam longa oratione perturbatur, & que manifesta, & facillima sunt difficultia esse autumat.

Ad primum argumentum tertiae classis. Quod est mensura, & metrum, certissimum est, & nonnullum, sed lex sine intelligentia metrum non est, sed cum intelligentia adiuncta, & ad hanc lineam interpretationis Ecclesiæ, omnia tanquam ad metrum, & regulam certissimam, atque nonnullam omnia oportet dirigere, ut dicit Lyrin. contra Proph. vocū nouitates c. 3.

Ad secundum. Verba ambigua per interpretationem, non proprio spiritu facta, sed ex communione Ecclesiæ Sanctorum magisterio enucleanda sunt, de qua declaratione non alia declaratio nos certos facit, sed eadem Ecclesia interpretans, haec autoritate de certitudine talis declarationis nos certos facit, in qua sit status: vnde sui minor debebat esse Lutherus in post illa in euangel. Lucæ in Natali Domini, docet enim eū, qui aliquid de Christo scire cupit, sibi non fidere, aut priuatum sua ratiocinatione pontem in celum extrahere debere sed Ecclesiam adire, visitare, consulere, que conseruat omnia verba Dei in corde suo, & que ponderat, & confortat secum, & cum scripturis. Hæc ille pro intelligentia scripture ad Ecclesiam transmittens.

Ad tertium. Abundè causæ obscuritatis scripturaræ recensitæ sunt, nec frustra scripture nobis inculcantur addiscendæ, nec frustra utimur illis ad aduersarios retundendos; non enim nuda scripture hostes ferimus, qui nonnisi acie sensus, & intelligentia feriti possunt: parum enim proficit ex Tertulliano lib. de præscript. disputatio cum hereticis ex nuda scripture: clarissima autem est acies gradij verbis Dei per interpretationem verbis Dei illustrata, ut fulgurans Catholicos consoletur, feriens de aduersariis triumphet, vnde Origenes hom. 27. in Num. sed non possumus hoc dicere de spiritu sancti litteris, quod ali quid in eis ociosum sit, aut superfluum, etiam si aliquibus videantur obscuræ: sed hoc potius facere debemus, ut oculos mentis nostræ convertamus ad eum, qui haec scribi iussit, & ab ipso horum intelligentiam posuimus.

Ad quartum. In Ioanne explicato per Patrum commentaria clarius est intelligentia, quam in multis Patrum sententijs, præsertim Tertulliani, quæ explanatione opus habent. Et in scholasticis quantum attinet ad subtilitates admixtas ex exteris disciplinis, & propriis terminis, ac pluribus, quibus unaqueque facultas suo ritu gaudet, plus est obscuritatis quam,

in multis scripture locis, sed in iisdem scholasticis quantum attinet ad scripturarum explicationem, & ex iisdem conclusionum deductionem plus luci est in explicata scripture, quam in nō explicata. Ex obscuritate vero scripturarum sequitur, ut populus sine duce, & interprete scripturas non legat, vnde Procop. in Genes. si quis locus se offert obscurus, quam ut hunc ingenii tui vires assequi valeant, aut Pares ibi consulendi sunt, aut scientiarum Deus precibus fatigandus. Etsi autem Spiritus sanctus dicendi virtute ceteros omnes antecellat, tamen ut dicit Basil. in. Elsa. in scripturæ studio voluit esse obscuritatem, ad uitiatem mentis humanae, suam ipsum indicans virtutem, & efficaciam.

Ad quintum respondetur negando minorem, & intelligatur de claritate quoad nos, secundum quam clarius est nobis fons expositus ex uno, quā filius proper obcuritatem inaccessibilis.

Ad sextum negatur minor, vnde in Actis cap. 13. dicitur erant in Ecclesia Prophetæ, & Doctores. Prophatarum autem nomine tractatores diuinorum eloquitorum intelliguntur, seu magistri secundum Lyreni lib. contra prophanas vocum nouit c. 40. qui propriea nuncupantur Prophetæ, eo quod per eos Prophetarum mysteria populis aperiuntur. Hos ergo subdit, in Ecclesia Dei diuinus per temporas & loca dispensantes, qui quis in sensu Catholicæ dogma vnum aliquid in Christo sentientes contempserunt, non bonum contemnit, sed Deum.

Ad septimum. Potuit Spiritus sanctus, & noluit, quia non fuit expediens. vnde Basil. in. Elsa. in proposito huic obiectio occurrit, ait. Quod si quis illud diuina scripturae virtus veritatis, quod non doceat, neque importaret ea, que professe possunt, sciat quod in his opifex noster, non inuidens nobis in scripturæ studio voluit esse obscuritatem, ob causas aliquatas nostræ utilitatì coniulens.

Ad octauum. Propheta erat ille, qui accepit spiritum sanctum, & sibi dixi posuit, ut mandata Lei intelligat, ait Ambrol. in psal. 118. Ieron. 10.

Ad nonum. Scriptura nedum continet generalia, præceptia fidei, & morum, qua parte claritatem habet, sed etiam, ut dicit Ambro. epist. 44. ad Constantium mare est scripture diuina habens in se sensus profundos altitudinis Prophetarum anigmatum.

Ad confirmationem. Sopnista est arguere à clari tate partis ad totum. sed in eis quoque, quæ clara videntur, tanta est profunditas, ut in ijs (dicit Augustinus ep. 3. ad Volus.) quæ necessaria sunt salutem, in quibus fidem tenere necesse est, proficientibus intelligentia multa opacarentur, proprie multipliciam mysteriorum umbracula.

Ad ultimum respondetur. Non eo fine tradita sunt scripture sub inuolucris difficultatum, ut deciperemur, sed ad maiestatem scripturarum demonstrandam, & nostram utilitatem. Præsto autem diuina prouidentia voluit esse interpretes, & regulam fidei, ne in baratum demergemur erroris, si pro nostro ingenio eas interpretari voluissemus. vnde dicit Cluniac. lib. 5. epist. 1. Vides ne quam cautè incedendum sit, per tot angustias semitas eloquiorum Dei, similia quippe huic obscuritati sepe contingunt, que nisi lector cauerit, offenso ad lapidem pede sepe procubet, hoc autem fit non scripturarum, sed superbientium vitio, cecitatem pro intelligentia reportantes.

CON-

**CONTROVERSIA II. GENERALIS.**

*De sensibus sacrae Scriptura.*

**D**einde considerandum est de sensibus sacrae Scripturæ, quia enim à Spiritu sancto scripturarum dictatæ sunt, potuit sub una littera plures sensus includere. Auctor autem rerum, non solum potest verba accommodare ad aliquid significandum, sed etiam res potest disponere in figuram alterius, & secundum hoc in sacra scriptura manifestatur vetitas duplíciter, uno modo secundum quod res significantur per verba, & in hoc consistit sensus litteralis; alio modo secundum quod res sunt figurae aliarum rerum, & in hoc consistit sensus spiritualis, &c. S. Thom. quodlib. 7. quæst. 6. art. 4: circa quam veritatem explanandam sequentes Articuli exagitantur.

Articulus primus. An in scriptura sint plures sensus, & quos sint.

Articulus secundus. An sit sensus litteralis in scriptura, & de eius speciebus.

Articulus tertius. An sensus litteralis noxius, & mortiferus sit.

Articulus quartus. An sub una littera sint plures sensus litterales.

Articulus quintus. Qui sint alii sensus præter sensum litteralem, & primò an detur sensus allegoricus.

Articulus sextus. An detur sensus aliquis Tropologicus.

Articulus septimus. An detur sensus Anagogicus.

Articulus octauus. An detur aliquis sensus per accommodationem.

Articulus nonus. Ex quo sensu desumitur efficax argumentum.

**ARTICVLVS PRIMVS.**

*An in sacra Scriptura reperiuntur plures sensus.*

*Postio Nouatorum.*

**G**entiles, Ethnici, & Apostatae, sensuum pluralitatem apernabantur, scilicet Porphyrius apud Eusebium lib. 3. cap. 17. Celsus apud Origem lib. 4. & nonnulli heretici apud Moysem Barcepham lib. 1. de Paradiso cap. 3. Hos imitati sunt Nouatores, quorum aliqui dicunt, disputare de sensibus sacrae scripturae, Nihil ad rhombum facere, hoc est impertinenter se habere ad cognoscendum legatum iudicem interpretationis. sic censoria virgula, sed heretici pronunciant sine probatione. Hunnius lib. 1. de principiis, & lib. 3. contra Bellarm. cap. 3. Sed & Saubrandus cap. 10. omnes neutrós intendit, ut probet in sacra scriptura non esse, nisi unicum, verum, & legitimum scripturarum sensum. Rullus Basiliensis disput. 5. de verbo Dei cap. 277. sic scribit. Figmentum scholasticorum de quadruplici scripturae sensu Grammatico, Tropologico, Anagogico, & Allegorico repudiamus. Bartolomeus Keiermannus pri-

mo Systematis Theol. cap. 9. pag. 195. inter errores Pontificios, ut tingit, hunc primum erroris loco ponit, in scriptura esse plures sensus. Vvitakerus q. 5. cap. 2. ineptum dicit asttere in scriptura esse plures sensus: sed inquit, unus est, idemque litteralis, qui varie accommodari potest, & ex quo varia colligi possunt, idem tenet Mortonus lib. 5. 1. 2. Apol. & horum omnium antesignanus extitit Erasmus, præfatione paraphras. ad Imperatorem, qui in eundem impedit errorem dicens, Veteres Ecclesiæ doctores in allegoris partim variant, parum sic agunt, ut mihi laderem videantur, & Lutherus Erasmi pollus, sic Erasmizauit loquens de Dionysio, ludit in allegoriis, quod est ociosorum hominum studium, & in psalm. 22. tom. 3. l. 1. Vultembergen si ait, Thomam cum Lyra, et suis in orbem vulgasse quadrigam illam sensuum scripturæ litteralem, tropologicum, allegoricum, & anagogicum, insuper esse impios illos versus, littera gesta docet, quid credas allegoria. Moralis quid agas, quo tendas anagogia. Amplius ait, scripturas ita esse paritas, & quadrupletionibus in laciniis inutiles, & incertas redactas, nec sicut, nec morum doctrinis seruantur.

*Argumenta Adversariorum.*

**A**rguitur primo. verbum Dei dicitur purum argentum, excoctum in fornace, terra de secatu septem phester psal. 12. num. 7. hoc est esse certum, verum, tatum, atque indubitatum. idem esse repurgatum valde psal. 119. & 140. hoc est esse doctrinam puram, & expurgatam ab omnibus ludis, & sophismatibus. idem esse velut igne expurgatum. Propterea num. 5. ergo sacra scriptura habet tantum unam quandam certam, ac simplicem sententiam.

Probatur consequentia, nam oratio, quæ non habet unam, & simplicem sententiam nihil probat. est argumentum Saubrandi.

Et confirmatur, nam hæc differentia (ait idem)

inter oracula Dei, & Satanæ, quod hæc sunt ambigua, & in varias formas verti possunt, ut illud. Ait te Aeterna Romanos vincere posse: illa vero sunt certa, rata, firma, & indubitata.

Secundo, sacra scriptura nescit fallere, aut falli,

ut dicit Augustinus lib. 1. de peccatorum meritis, &

remissione c. 22. at si habet tam varias formas posset

fallere, & falli, ergo, &c. est elusdem.

Tertio, in epist. ad Volusianum prima ait Augustinus, sancta scriptura sincera, & solida res est, nec fucatis eloquiis ambit ad animum, nec ullo lingue teclorio inane aliiquid ac pendulum crepitat: at secundo, qui variè exponi potest neque sincerus, neque solidus est, neque ab omni foco, & inanitate liber esse recte dici potest.

Quarto, scriptura seipsum exponit, & auditorem errare non sinit teste Chrysostomo homil. 13. in Genes. sed quod iuxta tam varios sensus explicari potest hoc auditorem errare sinit: ergo, &c.

Quinto, Lactantius lib. 5. cap. 21. dicit, Deum dixerit locutum esse, & summa prouidentia, carere foco, voluisse ea, que diuina sunt. At quod tam varios sensus aduertit, id diserte dictum non est, neque fucare carere recte dici potest: ergo, &c.

Et confirmatur, quia iam olim Porphyrius Christianis irritis propter tam varias scripturarum expositiones, hæc ille.

Sexto,

Sexto, & est Lutheri supra. Quia allegoria, tropologia, &c. ab Apostolo non agnoscuntur pro sensibus, sed pro mysteriorum locutionibus, idque probari. 1. Cori. 14. in illis, inquit, verbis, spiritus autem loquitur mysteria.

Vtimum, oportet dicere, quod possent erui infiniti sensus, cum secundissimum asseratur verbum Dei, & infiniti infinita esset proles.

**Confutatio eorundem, ex orthodoxorum firmamentis.**

**S**ed contra est primò autoritas sacrae scripturae Genes. 1. dicitur. Quamobrem relinquit homo patrem suum, & matrem. & adhæredit uxori sua, & erunt duo in carne una, hunc locum Christus ad matrimonii vinculi indissolubilitatem probandam adduxit Matt. 19. subdicens. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separat, & S. Paulus Ephes. 5. quod ex vinculo matrimonij significabatur (ex ijsdem verbis Adæ, & Christi Domini) expressit, subdicens, sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & Ecclesia.

Genes. 16. dicitur. Peperitque Agar Abraham filium, qui vocavit nomen eius Ismabel, & Gen. 12. vocavitque Abraham nomen filii sui, quem genuit ei Sara. Id ac tex quibus locis altius sensum eruit Apostolus Galat. 4. Scriptum est enim, quod Abraham duos filios habuit unum de ancilla, & unum de libera sed qui de ancilla secundum carnem natus est, qui autem de libera per reprofessionem, quae sunt per allegoriam dicta haec enim sunt duo instrumenta, &c.

Deuter. 13. dicitur. Non alligabis os boni trituriati, & quod ad litteram intelligebatur de bobus, illud S. Paulus 1. Cor. 9. allegoricè transluit ad prædicatores Euangeli, qui non debent impedire ne accipiant alimenta à populis.

Facta etiam in scriptura commemorata secundum historicum sensum, sunt etiam allegorice accommodata secundum spiritualem, ut illud Ioannis. Sicut exaltauit Moses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, & illud Matt. 12. sicut enim fuit Iudas in veire ceteris tribus diebus, & tribus noctibus, ita filius hominis erit in corde terræ.

Et generaliter ait Apostolus Rom. 15. Quæcunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, ut ex ipsis historiis spiritualem aliquem percipi fructum edoceret.

Secundo, ex Patribus. S. Dionys. lib. de Eccles. Hierar. cap 1. sacratum scripturarum, & dogmatum mysticam intelligentiam non minus perfectis tradere hortatur. Timor heum, sed iesu solis, qui sancti erunt cum sancta illustratione, profacrarum rerum dignitate communicaret, & iterum ex signorum, quæ sub sensum cadunt, inter quæ sacra scripta enumeravit, varietate ad diuinatis societatem pro captu nostro traduci docet, & lib. de mystica Theol. Trinitatem inuocat, ut eum deducat ad ignorassimum scriptorum diuinorum cacumen, in quo simplicia, & absoluta theologia mysteria abstrusa sunt, præfulgente silentio obscura docentis, caligine, que & eo quod obscurissimis tenebris offusum est id, quod est splendidissimum maxima luce illustratum ostendit, ubi litteralis sensus obscurus innuitur, mysticus vero apertus, & splendens.

Ireneus lib. 2. c. 46. duplicitis sensus meminit eius; qui in aperto est, & sine ambiguo ipsis distinctionibus positus, & alterius, qui parabolas seu allegorias explicat, vbi etiam documentum traditur, quomodo parabolæ explicande sint, ut scripturarum corpus integrum, & simili aptatione membrorum, & sine concusione perseueret.

Clemens Alexandrinus luculenter ostendit s. lib. 8. from. ex Apostolica sapientia, hoc est scripturarum, mysticam intelligentiam in abscondito repositam, in enigmatibus, & parabolis: nec ab hoc abhorruisse Pythagoricos, & alios Philosophos, qui multa enigmatische, & parabolice tradiderunt, & dicit, longum esse omnia persequi propheticæ, & legalia, & afferendo, quæ dicta sunt per enigmata, ferè enim uniuersa hoc modo loquitur scriptura, ibidemque cum mysticæ, & symbolice explicasset, quæ de velo, atrio, candelabro, &c. dixit Moyses Ex. 25. & 26. concludit, sufficit mysticam interpretationem hucusque procedere, & lib. 6. ait, quod quæ seruantur sacra mysteria Prophetarum reguntur parabolis, scripturarum enim stylus parabolicus est, ibidem dicit, quod scriptura utitur quoque metaphoris, &c. citatque libellum Petri, eis apochryphum, vbi Petrus de Apostolis loquens sic introducitur. Nos autem cum euoluissimus libros, quos habuimus Prophetarum, qui partim quidem per parabolam, partim autem per enigmata, partim vero expressa sua auctoritate, & ipsis verbis Christum, iesum nominant, inuenimus eius aduentum, & mortem, & crucem. &c.

Origenes in Esa. hom. 7. ibi. videntes videbitis, & non scietis, zit, si autem, ut existimat, simplicia illa, quæ facta sunt, non propter nos, sed propter se facta sunt, & non erant exempla alterius rei, exponat, quod hic dictum est videntes, videbitis, & non scietis, habeat sensum: nam si non ea, quæ videbantur, habebant aliquem sensum sacram, ut cum carnalibus oculis etiam spiritualiter inspicerentur, nunquam dixisse videntes videbitis, & non scietis. legendus idem homil. 2. in Exodus.

Cyprianus libris duobus contra Iudeos, multos sensus mysticos è scriptura eruit, ijsdemque reuinxit eorum peruvicaciam.

Nazianzenus in Apolog. docet non omnes libros scripturarum omnibus expositos fuisse ab Hebreis, quandoquidem nec tota (tempore scriptura) à quolibet percipi posuit, ac quod in ea reconditus est ob exterram speciem imperitoribus plurimum detrimentum afferre possit, talia erant cantica cantorum, & alia bimodis, que secundum litteram intellecta detrimentum afferre possit: ys autem committit batur, qui 25. annum excesserunt, quæ subtili indumento mysticam pulchritudinem obiegiunt laboris, & industria, proximum solis suis, qui mente purgati sunt, fulgentem. & conspicuum, quod scilicet sola haec etas supra corpus asurgere, atque a littera ad spiritum recte ascendere queat. Idem sanctus ibidem, ad quid historia scripturæ conferat edisserens, mox exposita Ionæ historiæ ad intimos Prophetæ sensus percipiendos se transfert.

Chrysostomus in Gen. hom. 37. talis enim scripturæ mos est, ut & in paratis verbis plurima sèpè multitudo sensuum inueniatur, diuinæ enim sunt doctrinae non humanæ, & propter hoc omnem illam videre licet, secus se habere quam humanam. vide cuncte processus in psal.

Cassianus collat. 8. cap. 3. dicit, quod in scripturis, ita quadam significacione litteræ planæ, & luculentia resplendent, ut cum sublimiori interpretatione non egeant. simplicitatuum litteræ & soni abunde pascant, ac nutriant audientes, ut est illud, audi Israel Dominus Deus tuus Deus, & unus est. Et quædam autem subdit per allegoriam, esse intelligentia, & allegat illud, sint lumbi vestri prædicti, & lucerne ardenties in manibus vestris, &c.

Gregorius Nissenus de vita Moysis. Hic qui omnino litteræ seruit rerum ipsarum consequentia corruptibilem esse Deum opinari compellitur, est autem Deus incorruptibilis omnino, atque immortalis. Non ergo ubique sequenda littera.

Hieronymus epist. ad Damas. Non sunt, ut quidam putant, in scripturis verba simplicia, plurimum in ipsis absconditum: est aliud littera, aliud mysticus. sermo significat, & epistola 150. ad Hebreos, triplex, ait [descriptio, & regula scripturarum est. primo ut intelligamus eas iuxta historiam, secunda iuxta allegoriam, tertia, iuxta tropologiam] &c. vide eundem libro 16. in Ezech. lib. 5. ad Gal. cap. 4. & epist. 103. in epist. Paulæ, & in Amos. 5.

S. Ambrosius in Lucam lib. 8. cap. 18. [Non una tantum figura, sed multiplex in diuinis scripturis esse consuevit, ut unus sermo plures species comprehendat, vide eundem lib. 1. de pœnit. c. 5.]

S. Augustinus lib. de utilitate credendi cap. 3. ait, somnis igitur scriptura, quæ testamentum vetus vocatur, diligenter eam nosse cupientibus quadrifaria traditur, secundum historiam, secundum ethyologiam, secundum analogiam, secundum allegoriam] legendus primo contra aduersarium legis c. 13. &c 20. lib. 2. c. 5. & in psal. 113. & de Genes. ad litteram lib. 1. cap. 1. 15. de ciuit. c. 27.

S. Gregorius homil. 18. in Ezech. [duo limina habet] scriptura [exterius, & interius, qui in litteram dividitur, & in allegoriam. limen quippe sacrae scripturæ exterius littera, limen vero interius, allegoria: quia enim per litteram ad allegoriam tendimus quasi à limine, quod est exterius ad hoc, quod est interius venimus] & hom. 40. in Euang. idem docet, & in lib. moral. in pœnit. c. 5.

S. Eucherius lib. de formis spiritualibus, quatuor, ait, sunt diuinarum expositionum genera. Historicum, tropologicum, allegoricum, & anagogicum, ibidemque omnia explicat, & explanat. Vide Senensem nostrum lib. 3. tit. de duobus sacrarum expositionum generibus.

S. Bernardus serm. 47. in cantica. [Non sine causa sanè multiplex spiritus à sapiente describitur, nisi quod sub uno litteræ cornice diuersos plerumque sapientię intellectus tegere constituit] & serm. 51. in cantica [sic cum charitas, cui scriptura seruire oportet, eo edificet plures, quod plures ex eis in opus suū veros erudit intellectus, cur etiam hoc displiceret in sensibus scripturarum, quod in visib. rerum assidue experimur? in quantum verbi causa, sola aqua ad nostrorum assumitur corporum vsus, ita unus quilibet diuinus sermo non erit abs te si diuersos patiat intellectus].

Hugo de S. Victore lib. 7. eruditionis didas. cap. 3. & 4. plures sensus sacrae scripturæ disertè conseruat.

Anastasius Sinaita Anagogicæ contemplationis lib. 2. in fine in Exam. dicit de scriptura sicut enim facie multiplex, multaque & eandem habens lucem, aqua divina scripturæ, quæ scaturit ex uno fonte Sancti spiritus.]

Philo Carpatus in Cantic. Cantic. [quotquot ad sponsum peruenient nituntur iij duplicitis vberis factores meditando fiunt, spiritualis scilicet sensus, & literalis, sive historici.]

Moyses Barcepha Episcopus Syri cap. 1. 2. & 3. ostendit preter sensum litteralem, spiritualem quoque esse admittendum, & cap. 4. consentaneum, ait [paradisum] duplicitate interpretari, mystice, & corporatè] assimilatque sensum mysticum pateti, litteralem fundamento subditque. [Congruum esse, ut de rebus ipsis interpretatio prior, hoc est litteralis constituantur] quo hac deinde ex fundamento mystica illa sustentetur, nimirumque.

D. Adelhelmus Saxonum Occidentalium Episcopus, & Martyr lib. de laudibus Virginitatis cap. 2. [secundum quadriformem Ecclesiæ traditionis normam, secundum historiam, allegoriam, tropologiam, anagogem digesta solerter describere statuit.]

S. Thomas p. 1. q. 1. art. 10. expressè docet in sacra scriptura esse plures sensus, historicum, allegoricum, tropologicum, anagogicum.

Tertio probatur idem ex Rabbini ante Christi aduentum ex Aristea lib. de 72. Interpretibus, qui extat tom. 7. Bibl. Patrum, & alijs post tempora Apostolorum. Philo enim lib. de vita contemplativa refert Essenos lectioni diuinatum scripturatum insisterem solitos, quos etiam summo studio ad spirituales, & allegoricos sensus traducere conabantur. Rabbi Moyses in Gen. 23. & 67. allegoricam expositionem construit ex Lyrano. Rabbinos suorum temporum citat S. Hieronymus epistola ad Fabiolam in mystica explanatione vestis sacerdotalis. Thalmudistæ sensum spiritualem agnoscunt, & rem parvam dicunt: litteralem vero rem magnam: illum canentes in laterna, hunc candela per se splendorē emittenti assimilant.

Probatur quarto, rōnibus. Prima, nā etiā ista multiplicitas sensuū, quæ reperitur in scriptura, difficultatem causet; tamen ut difficultatem in se induueret, fuit diuina prouidentia dispositum, ut propter hoc, fastidium tolleretur, nam ad difficultiora maior surgit attentio, quæ tedium tollit. Amplius secundo, ut veritas fidei indignis non exponeretur, & ab irrisione vindicaretur iuxta præceptum dominicum, noli te sanctum dare canibus, tandem, ut superbiendi auferretur occasio, dum homo difficulter veritatem scripture capere potest ex S. Thoma in quodlibeto 7. q. 6. art. 4.

Secunda, quia si sola littera interdum aspiciatur presertim in institutis legis Mosaycæ multa oculis infidelium videntur abiecta, & vilia, & puerilia, ut quod non coquatur hædus in lacte matris, ut exoneratur aluum secedente extra casta, & paxillo terram effoderent, & egesta excrementa humo contigerent; quæ tamen secundum sensum mysticum exposta grauitatem, & maiestatem redolent. Ergo cōuenienter preter litteram, sensos alij inclusi sunt à Spiritu sancto in ipsa scriptura. unde & Plutarchus in vita Numæ Pompili, de Nomo Pompilio loquens

ait multas leges traditas de cultu Dei, verius superstitionibus diaboli, quæ nisi mystice intellegentur, pueriles viderentur, ut non esse sacrificandum Dijs sine farre. Non libandum ex vite non putata, & huiusmodi.

Tertia, quia veteres Patres, & fideles conclusi erant in eam fidem, quæ revelada erat; & sub signis præsignantibus aduentum Christi adunabantur, ergo preter illa signa, quid altius intelligebant adimplendum. etiam num ex collatione veritatis impletæ cum umbris futurorum fidei corroboratio, & fidelium ædificatio, & instructio cernitur.

Vlximo ad hominem: nam Sibrandus ait. In ipsis verbis est vera historia. & illa historia est typus, siue figura alterius cuiusdem mysterii. Vuitakerus ait, ex historia, & re gesta, & typo unus sensus plenus, ac perfectus ab solutus, sed in hoc deficit, quod dicere debebat, quod non pars, sed tota historia significat res gestas, tota etiam res futuras. Sed & Biblia Anglicana anno 1576. excusa hanc veritatem adstruunt sacram scripturam habere plures sensus, ut patet in epistola ad fratres Angliæ Scotiæ, & Hiberniæ circa mediū. Pseudotheologi Geneuenses in propositionibus, & principiis disputatis Geneuae p. 149. c. 52. Hieronymus Zanchius de sac. script. p. 422. 424. 425. Arethus in locis communib[us] loco 59. pag. 187. & 177. vide Apologiam Protestantium pro Rom. Ecclesia Ioannis Barlaei sect. 4. tract. 3. sect. 4.

Amplius si una est scripturæ sententia, cur tot expositionibus ipsi Nouatores exonerant eundem locum, & non una, sed multiplici interpretatione, et si impia, interpretari conantur?

#### CONCLV SIO CATHOLICA.

*Sub una littera continentur plures sensus.*

R Epondeo dicendum, sicut dicit Augustinus de Genes. ad litteram lib. 1. cap. 1. quod in omnibus libris sanctis intueri oportet [quæ ibi æternæ intimentur, quæ facta narrantur, quæ futura prænuntiantur, quæ agenda præcipiantur, vel moneantur] & quidem si secundum res gestas accipiamus scripturæ verba, historia est, & littera. Si futura, quæ presignabat, allegoria, si æterna anagogia, si morum informationem tropologia constituitur. Vnde secundum hos quatuor modos scripturam exponentiam traditio constans est Patrium. Sicut autem in scripturis humanis, atque propheticis interdum assumuntur Verba, quæ conceptus exprimunt, interdum ipse res ad alias res significandas (vt fecerunt Aegypti in suis hieroglyphicis, Pythagoras in symbolis), multo magis Spiritus sanctus nedum voces, sed & res ipsas assumere potest ad aliquid significandum. Sed hæc differentia est inter symbola hominum, & res à Deo ad significandum assumptas, quod illæ iam in suo esse existentes, & ab alio dispositæ ad suos determinatos fines ad aliud significandum assumuntur ex hominum placito; hæ vero, vt etiam res sint, diuinus sunt dispositæ à Deo ad aliquid præsignandum v.g. quod Isaac orietur de libera, Ismael de ancilla, quod Oseas acciperet fornicariæ, &c. vnde sit, quod etiam in scripturis sint multæ res naturales à Deo

institutæ etiam, ut mysteria significant. Et propterea, vt dicit Gregorius 2. moral. cap. 20. [scriptura sacra scientias omnes, atque doctrinas ipso etiam suæ locutionis more transcendit, quia uno, eodemque sermone, dum narrat textum, prodit mysterium, in quo sensus spiritualis consistit, & sic præter litteram videmus in scriptura esse plures sensus.]

#### Solutiones oppositionum.

A D primum, concessio antecedenti negatur consequentia. Ad probationem. Negatur antecedens assumptum: maior enim, & vberior doctrina est, quæ non tantum signa exponit, sed & signata demonstrat: vnde maior sapientia erat discipulorum Pythagoræ, qui symbola intelligebant, quam exterorum, qui nuda illa symbola, & ænigmata secundum sonum, & litteram accipiebant.

Ad confirmationem. Olin respondit S. Thom. t.p. q. 1. ar. 10. ad 1. & 3. & in quodlib. supra non esse equiuocationem in varietate sensuum scripture, quorum unus ab altero dependet, & in altero fundatur; addo, vel alter ex altero gignitur, vel confirmatur, vel aperitur. Ille vero sermo fallaciæ, & amphibologiam gignit, qui plures sensus parit disparatos non conexos ad inuicem, perplexos, indeterminatos, & ambiguos, vt nullus concepimus finis, & determinatus formati possit: talia erant ora cula dæmonis dubia, amphibologica, perplexa, vt quasi contrariis sensibus ligaretur intellectus, & nihil determinatè, & certò posset concipere.

Ad secundum negatur minor, imo, vt dicit Augustinus 3. de doct. Christiana cap. 27. ex ipsa multiplicatione sensuum fecunditas scripturæ demonstratur, & fructus nouæ intelligentiæ reportatur [ille quippe auctor in eisdem verbis, quæ intelligere volumus, & ipsam sententiam forsitan vidit, & certè Dei spiritus, qui per eum hæc operatus est, etiam ipsam occursum lectori, vel auditori præuidit, imo vt occurreret, quia & ipsa est veritate subnixa prouidit. Nam quid in diuinis eloquijs largius, & vberius potuit diuinus prouidet, quam vt eadem verba pluribus intelligatur modis, quos alia non minus diuina contestantia faciunt approbari?]

Ad tertium, negatur minor: nam præsupposito sensu litterali, mysticum sensum ædificamus. sic super certum, & solidum fabricamur. In sensibus vero litteralibus valet, quod dicit Augustinus loco citato [quando autem ex eisdem scripturæ verbis, non unum aliquid, sed duo, vel plura sentiuntur, etiam si latet quid senserit ille, qui scripsit nihil periclit est, & quodlibet eorum congruere veritati ex aliis locis sanctorum scripturarum doceri potest: id tamen, eo conatæ, qui diuina scrutatur eloquia, vt ad voluntatem perueniatur auctoris, per quem scripturam illam sanctus operatus est Spiritus: siue hoc assequatur, siue aliam sententiam de illis verbis, quæ fidei rectè non refragatur, excusat, testimonium habet à quocumque alio loco diuinorum eloquiorum] caendum tamen valde est, vt idem S. Augustinus monet lib. de Genes. cap. 16. ad litteram, quod in rebus obscuris atque à nostris oculis remotissimis siqua inde scripta etiam diuina legerimus, quæ possint salua fide, qua imbuimur alijs, atq; alijs parere sententij, in nullam eorum nos præcipiti affirmatione,

tione, ita proieciamus, ut si forte diligentius discussa veritas ea recte labefactauerit corruamus non pro sententia diuinorum scripturarum, sed pro nostra ita dicimatis, ut eam velimus scripturarum, quae nostra est, cum potius eam, quae scripturarum est, nostram esse velle debeamus; & ibidem assert exemplum idem Augustinus lectu dignissimum, & a Philautis, & proterius diligenter memorie mandandum, ne ab hostibus exhibemur.

Ad quartum, seipsum interdum scriptura expavit, cum in aliquibus locis facilis est, & peruvia. Ceterum multa sunt alia loca difficillima, propter quae ad sensum Ecclesiae configiendum, & certe, ait Augustinus i. de doctrina Christiana cap. 1. spadonem illum, qui Esaiam Prophetam legens non intelligebat, neque Apostolus ad Angelum misit, nec per Angelum eo quod non intelligebat expositum, aut diuinum in mente sine hominis ministerio reuelatum est sed potius suggestione diuina missus est ad eum, sed tunc Philippus, qui nouerat Esiam Prophetam, eique humanis verbis, & lingua, quod in scriptura certum erat, aperuit. Nec ullus errare finit scriptura. Sed toto celo aberrat, qui relieta norma interpretationis, extortos sensus communiscunt, vel ridiculos introducunt, vel sic determinate vni sensui inhaerent litterali in obscuris rebus, ut ceteros repudiem, cum iuxta doctrinam August. de Genes. ad litteram cap. 20. nihil in rebus obscurè positis ad nostram exercitationem temere affirmandum sit cum præiudicio alterius expositionis fortasse melioris: sed pro modulo suo eligat quisque quod capere possit: ubi autem intelligere non posse est, scriptura Det det honorem, sibi timorem.

Ad quintum, fucu voluit carere scripturam Spiritus sanctus, nec illam voluit esse frondosam vitem, tamen vberimos fructus, & sensus sub uno cortice litteræ voluit abscondere.

Ad confirmationem. Si Porphyrius irrisit hos sensus, non debeat Librandus in cathedra deiisorum, seu pestilentia sedere. Quibus respondemus cum Augustino loco citato cap. 20. [Sed cum tam multis exitibus, & expositionibus, verba scripturae, quae traetauimus, exponantur; cohibeant se tandem, qui litteris inflati secularibus, hic ita posita, ut omnia pia corda nutriat, veluti imperium, atque impolitum aliquid exagitant, sine peccatis in terra reptantes, & volatu ranatum, auium nidos irritidentes.]

Ad sextum, quod assumit Lutherus apertissimum mendacium est, ut patet ex Apostoli doctrina, dicit enim. Scriptum est, quod Abraham duos filios habuit, & c. subdens, que sunt per allegoriam dicta.

Ad septimum. Verbum Dei, quod est proles facti patris infinitum est, ceterum verbum creatum, quale est, quod scribitur finitum est, & ad tot significata extenditur, ad quod denotanda a Spiritu sancto designatum est; certum est autem in certo numero, & mensura præfixam eius significationem, quamquam negandum non sit, multa esse significata, & innumera, quae & si non omnia, nec ab omnibus penetrantur, id in secunditatem scripturae cedit eiusdemque maiestate, ut ex mysterijs prudentes quoque exerceat, & mentes sublimiore in admirationem suspendat, ut dixit Greg. præf. in Job c. 4.

## ARTICVLVS SECUNDVS.

*Quis sit sensus litteralis, & de eius speciebus.*

*Positio Hæreticorum.*

**C**ommunem definitionem sensus litteralis tradidit a Doctoribus scholasticis reprehendunt satis insulse Vvitakerus, Sibrandus, & Kekermanus lib. Systematis Theologiae cap. 9. nimis, quod sensus litteralis nequaquam sit, quem immediate voces significant; in eo decepti, quod in metaphoris locutionibus nesciunt distinguere id à quo, & ad quod significandum nomen imponitur. argumenta eorum sunt sequentia.

*Oppositiones eorundem.*

**P**rimo arguit Vvitakerus. Quis erit sensus litteralis horum verborum psal. 90. super aspidem, & basilicum ambuabis? Ic. si is sit sensus litteralis horum verborum, sensus quem verba immediate preferunt; ostendant leonem, quem Christus consumulauerit; ostendant aspidem, vel basilicum, super quem ambulauerit. Vvitaker.

Confirmatur, quia multi Patres verbis metaphoricis, & locutionibus tropos continentibus, non litteralem, sed spiritualem sensum attribuerunt, sic Origenes 4. Periacr. c. 2. Ambros. 5. in Lucam cap. de missione discipulorum, Ioannes Chrysostomus hom. 39. in Ioannem, Cassian. collat. 8. c. 3. Greg. 4. moral. c. 1.

Confirmatur secundo, quia propterea Cantica Canticorum non habent sensum litteralem, quia liber ille videtur constare perpetua allegoria, & continuata metaphora.

Confirmatur tertio, quia sensus litteralis vocatur historicus: historia vero non tropos, nec figuratus habet locutiones.

Confirmatur, quia multi doctores, ut Lyranus, Abulen. tenent sensum metaphoricum esse spiritualem.

Confirmatur ultimo, quia S. Thom. i. p. q. 1. art. 10. ad 3. cum dicitur, ait, Brachium Domini, non est sensus litteralis, & tamen haec est metaphorica dictio.

Secundo, si talis definitio sensus litteralis vera est, quem quælo sensum litteralem habebunt illa verba Christi Matt. 5. Si oculus tuus dexter te offendat, erue eum: si manus dextera te offendat, absconde eam? Vvitakerus.

Tertio, quia ab Alfonso de Castro melius definit litteralis sensus, ut sit ille, quem aut voces, aut res vocibus expressæ significant.

Quarto arguit Sibrandus, si ille in genere est litteralis sensus, quem verba immediate preferunt, tum ille non est litteralis, quo verba à propria significatione ad alienam transferuntur; & contra, si ille sensus est litteralis, quo verba à propria significatione ad alienam transferuntur, tum ille in genere non est litteralis, quæ verba immediate preferunt: duo non contradictria de eodem subiecto simul vera esse non possunt.

Confir-

Confirmatur, quia hæ consequentiæ valent, est metaphoricum significatum, ergo non immediatū; seu; metaphoricē significat: ergo non immediatē, vnde enim sit, vt de finito tradita de sensu litterali nō conueniat omnibus speciebus, num proprio? numero? metaphoricos? ergo, &c.

Quinto, si sensus litteralis ille est, quem voces immediatē significant, siue in propria, siue in translatione significatione, oporteret excludere parabolā, & similitudines à sensu litterali, cum nec propriē, nec metaphoricē aliquid significant. vnde ex non-existentibus, & impossibilibus rebus quandoque assumuntur.

Sexto, excludendæ essent pariter multæ visiones propheticae, vt non possent intelligi secundum sensum litteralem: quædam etiam facta prophetica à sensu litterali excludenda, vt quod Hieremias ambulauit onustus catenis: nam in hoc consistit differentia inter sensum litteralem, & spiritualem, quod sensus litteralis est, quem voces immediate significant; sensus vero spiritualis est, qui per res ipsas declaratur, & tamen multi tenent ad sensum litteralem visiones dictas, & facta prophetica pertinere.

Septimo, quia si tam sensus metaphoricus, quam proprius, tam parabolicus, quain qui significatur per visiones, & facta prophetica ad sensum litteralem pertinerent, difficile potest cognosci quando sensus est proprius, quando figuratus, &c. ergo nata oriatur confusio præstat dicere, quod solus sensus est litteralis, quem voces ipsæ immediate significant in propria significatione.

Octavo, si ad litteralem sensum pertinet quodlibet signum, vel vox, quæ sensam immediate exprimunt, atque significant, tunc oporteret admittere, ænigmaticam expositionem, quæ fuit quoque Gentilibus familiaris (vt etiam docuit Clem. Alex.) & fabulosos Grifhos, de quibus Athenæus lib. 10. introducimus, quod scriptura maiestatem dedecet, vnde quos Septuaginta Num. cap. 21. Aenigmatistas vocant, S. Augustinus vocat poetas, quorum ait q. 45. in Num. propria ænigmata, hoc est tropi, seu versiones, figura sermonis, vt Theucites illa dixit 2. Reg. 14. vi. verterem figuram sermonis huius, in quibus, vt in Sileni simulacro multa arguta delitescunt.

Insuper admittemus elementariam illam expositionem, quæ versatur circa significationem litterarum, & ex litteris Hebreis presertim, & Græcis siue etiam numerorum notis variis sensus litterales possemus formare, exemplo Dei, qui unum elementum Abraæ nomini addidit, alterum à Sarai detraxit, & nouum sensum efformavit: & exemplo Iohannis, qui nota numeri 666. bestiæ nomē designauit in Apocalypsi. Hoc tamen, vt quoddam Kabalisticum refutatur à Pattribus. Similiter expositione, quam Physicam vocant multa litteraliter intelligere possemus. sic Clemens Alexandrinus, & Hieronymus fecuti Philonem, & Iosephum per atrium tabernaculi intelligent mundum sublunarem, per partem dictam sanctam, intelligent mundum cœlestem, per partem dictam, sanctum sanctorum, mundum intelligibilem: præsertim cum Origenes dicat homil. 3. in Cant. quod creatura mudi rebus ipsis invisibilibus nos de visibilibus docet, & à terrenis trahit

fert ad cœlestia, quod etiam dixit Tertullianus lib. de resurrect. carnis, & hoc propter comparationem, quæ apparet inter res naturales, & supernaturales. hoc tamen admitti non debet: nam si ad opera naturæ significanda S. Augustinus 6. de Ciu. Dei cap. 8. prohibebat fabulas gentium adaptari, multo magis hoc genus exponendi reprehenderet. Similiter multæ dicta prophetica, & alia scripturæ loca per accommodationem ad nostras phantasias possemus inflectere, sic oporteret recipere prophetias, quas fabricatus est Ioachinus Abbas ex accommodatione scripturarum, quas ad suum propositum adaptauit; item prophetias Melitonis cuiusdam apud Tertullianum lib. 7. aduersus Ecclesiam, & (ex Hieronym. in catalogo) Methodij Martyris, & cuiusdam Procli apud Soer. lib. 7. hist. c. 42. qui illud Ezech. 39. filii hominis vaticinare contra Gog, & Magog, pœnas in alio sensu à Prophetæ descriptas, barbaris imminere predicit, quod & euenit.

#### Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo, quia frequenter in scripturis datur sensus metaphoricus, qui tamen non est anagogicus, nec allegoricus, vel tropologicus: ergo cum spiritualis non sit, litteralis dicendus erit: probatur nam exempli gratia cum dicitur Esa. 2. Dies Dñi exercitū super omnē superbū. Exeelsū, & super omnē arrogantem, & humiliabitur, & super omnes cedros Libani sublimes, & erectos, & super omnes quercus Rasān, quibus verbis metaphorice humiliatio superborum perbellè depingitur. Similiter cum dicitur Ezech. 16. & fornicata es cum filiis Aegypti vicinis tuis magnarum carnium: mox prophetico, fornicari positum est pro Idola colere. magnarum carnium, Aegyptios vocat, id est insignis libidinis, hoc est insignis idolatriæ, sic accipitur mare pro genitum multitudine psal. 92. monatur mares, & plenitudo eius, &c. Quod si ad litteram non pertinerebant figuratae locutiones maxima scripturarum pars, quæ his figuris, & tropis abundat, sensu litterali caret.

Secundo ex autoritate S. Augustini lib. contramendacium cap. 10. vbi cum facta prophetica non mendacium, sed mysterium continere docuisse subdit. [Quæ si mendacia dixerimus, omnes etiam parabolæ, ac figuræ significandarum tertium quarumcumque, quæ non ad proprietatem recipiendæ sunt, sed in eis aliud ex alio est intelligendum dicerent esse mendacia, quod absit omnino] & mox [si autem non est mendacium quando ad intelligentiam veritatis, aliud ex alio significantia referuntur, profecto non solum id, quod fecit, aut dixit Iacob patri, vt benediceretur, nec cetera huiusmodi mendacia, iudicanda sunt, sed locutiones, actionesque prophetiae ad ea, quæ vera sunt intelligenda referenda] & infra [tamen] vera, non falsa significantur, seu verbo, seu facto, quæ significantur enim, utique esse dicuntur, &c.] ex quibus verbis deducitur de mente S. Augustini cum per metaphoras huiusmodi verē intelligentia exprimatur, per illam verum sensum litteraliter haberi, non secus, ac cum dicimus fluctuare segetes, floridam iuuentem, vt ibidem exemplificat

Augu-

# De sacrorum Bibliorum interpretatione. 457

Augustinus secundum tropicas istas locutiones legem [agitationem] & viuidam iuuentutem explicamus.

Tertio ex S. Thoma quodlibeto 7. ar. 15. qui sic dicit, *totum id ad sensum litteralem pertinet, quod ex ipsa verborum significacione recte accipitur, significatio autem non solum est propria, sed improppria, seu figurata ex 1. p. q. 1. ar. 10. ad 3. & eodem quodlibet 7. q. 6. ar. 15. ad primū dicit, quod significatio, que per illas similitudines, nempe propheticas, designatur, non pertinet, nisi ad sensum litteralem.*

Quarto, ratione, nam non aliud bellum cum Iudeis, qui obtusos habent sensus, quotidie gerimus, nisi quia nudam illi litteram secuntur; & spiritum, & arcanae significaciones respiciunt, quae tamen vel propria, vel metaphorica significazione rebus vel verbis scripturarum significantur, & sensum litteralem faciunt.

Quinto, ad hominem arguitur, nam Sibrandus sic definit sensum litteralem, est inquam, quem litterae, verba sive propriæ, sive impropriæ sumpta præseferunt, hæc autem definitio nō differt à definitione S. Thomæ, & communis, nisi quod Sibrandus non apposuit verbum immediate: suo ergo gladio confuditur.

## CONCLUSIO ORTHODOXORVM.

*Litteralis sensu est, quem voces in propria vel translatâ significacione signo, vel facto, præsignant, cuius multæ species affignantur.*

R Espondeo dicendum sensus animi nostri voce, vel figura explicari: contingit autem dupliciter voce posse exprimi conceptum, uno modo per voces secundum primam intentionem ad significandum impositas, altero modo secundum quamdam similitudinem, & translationem, in qua re non attenditur prima impositio, à quo homen ad significandum, sed secunda, nempe id, ad quod significandum est nomen impositum: vltimo attenditur tam id, vnde similitudo sumitur, quam id, cui accommodatur, & quod per similitudinem explicatur, quamvis intus ista duo metaphoram, & similitudinem, seu parabolam sit differentia, quia metaphora primo, & perse, & proximè rem ad quam transfertur vox significat. Similitudo autem inmediate vtrumque significat, id quod comparatur, & assimilatur, & id cui assimilatur, vnde Quintilianus dicit, quod in hoc est differentia inter metaphoram, & similitudinem, quod illa comparatur rei, quam volumus exprimere, hæc pro ipsa re dicitur. Comparatio vero est cum dico fuisse quid, fuisse quid, hominem, vt leonem; translatio cum dico de homine leo est. Sic ergo dicimus in scripturis sacris, quod quædam voces, seu dictiones, & enunciations sunt, quæ in propria significacione consistunt, vt cum dicitur, ecce virgo concipiet, &c. & iterum Abraham genuit Isaac, &c. quædam sunt voces vel dictiones metaphoricae, & enunciations coatinentes hyperboleum ironiam, antiphrasim, & huiusmodi; vt cum dicitur vici leo de Tribu Iuda, leo metaphorice accipitur, & cum dicitur, quod si libri scribendi circa gesta

Christi, non caperet eos mundus, hyperbolica est locutio. Ironica cum dicitur, ecce Adam quasi unus ex nobis factus est. Gen. 2. per antiphrasim Iude traditorum dicitur, amicè ad quid venisti? Quædam sensum habent parabolicum, & sunt quæ inmediate versantur circa significata parabolaram; sicut enim enim in metaphorica locutione vox metaphorica, vel translativa usurpat: inmediate pro re, ad quæ transfertur, seu ad quod significandum nomen est impositum, ita in parabola significatio illius immediate est res ipsa, ad quam significandam assumpta est parabola, immediate enim significatur id, cui comparatur: non enim collatio esse possit inter duo, nisi virtusque significetur, inter quæ oportet esse collatio: verum tamē est, quod id, cui fit assimilatio, non oportet, vt in re ita sit, vel fuerit, vel esse possit, nam interdum de rebus impossibilis assumitur parabola, vt cum dicitur Iudicum cap. 9. ierunt lingua saltus, vt vngerant super se Regem, & de rebus quæ nō fuerunt, vt parabola de prodigo, &c. Satis enim est, etiam si res non sint existentes, vel impossibilis, vt aptè rem significant, & accipiuntur parabolæ, & similitudines huiusmodi non vt res significatae, sed vt signa eorum, quæ per eas significari intenduntur, & ipsæ quoque accipiuntur, non vt significetur sic contigisse, sed quasi sub conditione si fierent, aut contingeret, quod simile illis foret, quod per easdem parabolas explicatur.

Si vero sensus nostri explicitentur per figuram, scidum quod ex mentis homine inuenta sunt signa ad eosdem explicandos, sic in ape, quæ mel, & aculeum habet Aegyptij presignabant Principem, in serpente ore suo caudam excipiente annum designabant, vnde Horus vetus author cecinit apud Macrob. 1. saturnal. Atque in se sua per vestigia voluitur annus, & talia similia erant Aegyptiorum Hieroglyphica. Similiter & factis quædam presignabat, Aristotele lib. 1. politicorum. legato cuidam percontante quomodo subditos in officio contineret baculo papauere cōcūtientem, factio respondit ille, si summa capita ferias. similia vide apud Clementem lib. 5. Stromatum. Transmissa esse murem ranam, auem, sagittam Dario Regi ad denotandum debellandos Persas à Scy: his ni velut mures se conderent, vel in aquis se absconderent, aut aues aufugerent, iaculis Scytorum debellandos, legimus. Sic ē in scriptura illa signa, quæ diuinitus impressa sunt imaginationi, vel mentis propheticæ ostensæ sunt ad suum finem, sic exempli causa aries conculcatus ab hirco Dan. 8. in sensu litterali significabatur Darius ab Alexandro expugnatus, & si alicubi (vt dicit S. Thomas) Christus significatur per huiusmodi imaginarias similitudines, talis significatio non excedit sensum litteralem, sic est cū Christus significatur per lapide, qui excisus est de monte sine manibus. Similiter facta prophethica captiuitates futuras presignabant v. g. noui pallij Ahias Saloniæ scissio, significabat litteraliter Salomonis regnum scindendum, & decem eius partes tradendas Hieroboam. Incessus discalceatus Esaiæ litteraliter significabat Aegyptios, & Actyopes nudos, & discalceatos in captiuitatem ducentos per Regem Assyriorum. Adequata ergo definitio sensus litteralis est, quem vel voces in propria vel translatâ, vel parabola, vel similitudine signo,

*vel factio aliquo præsignant, atque significant.* Diuisio vero eiusdem est in signum, & vocem. Et qui est ex voce diuiditur in proprium, & metaphoricum, & parabolicum. ex signo diuiditur in eum, qui per visiones, & rerum imagines, & alterum, qui per facta prophetica designatur. Quorum omnium æthiologia, analogia, historia, quarum meminit Augustinus non sunt membra diuidentia, & species sensus litteralis, sed potius modi: vnde talis inter eos diuersitas, non satis est ad diuisionem artificioam. Etenim æthiologia ex S. Augustin. super Genes. imperfect. cap. 2. & lib. de utilitate credendi est, cum redit ut causa alicuius, quod in scriptura continetur, ut diuitia cordis exprimitur causa libelli repudij in lege Moysi Matt. 19. analogia vero declarat unam sententiam alteri esse conformem, vt cum Marci 1. de prædicatione Ioannis dicitur. *Vox clamantis in deserto.* Historia cum alicui narrationi simile historicum attexitur, vt Matt. 19. pro defensione discipulorum euellentium spicas, assertur exemplum Davidis comedentis panes propositionis.

### Solutiones oppositionum.

**A**d primū S. Aug. ad Cosen. contra mendacium cap. 10. Vvitakerianam tampridem confutavit audaciam his verbis [cum enim dicimus flucta- re segetes, gemnare vites, floridam iuuentutem, niueam canicem proculdubio fluetus, gemmas, florē, niuem, quia in his rebus non inuenie nimus, in qua hæc verba aliunde transstulimus ab istis mendacia putabantur, & petra Christus, & cor lapideum Iudeorū, item leo Christus, & leo diabolus, & innumerabilia talia dicentur esse mendacia. Quid, quod hæc tropica locatio usque ad eam pertinet, quæ appellatur antiphasis, vt dicatur abundare quod non est, dicitur dulce quod acidum est, lucens, quod non luceat, Parce quod non parcant, vnde illud est in scripturis sanctis: si non in faciem benedixerit tibi, quod diabolus ait Domino de sancto Iob, & intelligitur maledixerit, &c. Hi omnes modi locutionum mendacia putabuntur, si locutio, vel actio figurata in mendacio deputabitur] procul autem dubio mendacium esset si attenderetur id, à quo, & non id, ad quod significandum nomen esset impositum, quod tamen attendere debebat bardus iste Caluincola.

Ad primam confirmationem, metaphoricum sensum Patres appellarunt spiritualem secundum quandam similitudinem: vt enim in litera includitur spiritus, sic in verbis, & figuris, quæ propriè aliquid significant metaphoræ, &c. & in voce, à qua nomen imponitur, laterid, ad quod significandum nomen impositum est.

Ad secundam confirmationem, quomodo in canticis cantorum littera saluetur ostendimus supra, cum ex Basilio, & Gregorio substratum spiritualis connubij cum anima, & Deo, &c. sit sensibile, & castum sponsi, & sponsæ connubium.

Ad tertiam confirmationem sensus litteralis historicus dicitur, quia in historia maximè, & præcipue reperitur, vnde translatum est postea, vt omnis littera scripturæ, *historia, vocetur à Cassiano coll. 8. cap. 3.* vel *cortex litteræ ex Nazianzeno ad Nemesium, vel superficies litteræ ex Gregorio 20. moral. cap. 11.* vel *intellæctus simplicis formæ ex Ambroso 5. in Lut-*

*cam vel expositio secundum litteram, ex Clem. 2. constit.* Apost. c. 3. lege Turrianum 2. constit. Apost. c. 5. & lib. 2. pro epist. Pontif. c. 13.

Ad quartam, ea sententia communiter refellitur à Doctoribus, quæ non est tenenda, vel exponendi sunt, iuxta dicta in response ad primam confirmationem.

Ad quintam S. Thom. intelligit, si spectetur id, à quo nomen imponitur, non id, ad quod significandum nomen imponitur: vnde signanter dicit non est litteralis sensus ipsa figura, sed id, quod est figuratum: non enim cum scriptura nominat Dei brachium, est litteralis sensus, quod in Deo sit membrum huiusmodi corporale, sed id, quod per hoc membrum significat, scilicet virtus operativa.

Ad secundam principale. Verus sensus litteralis ibi habetur, quod omnia: quæ nobis sunt impedimento in via salutis, etiam si nobis sint coniuncta, vt manus, & pes, sint abscondenda, vnde Hieronymus in hunc locum. *Igitur omnis truncatur affectus, & universa propinquitas amputatur, ne per occasionem pietatis enus quisque credentium scandalis pateat, &c.*

Ad tertiam, illa definitio potest commodum habere sensum, vt non res ipse ad significandum assumentur, sed quod vel voces in propria significacione aliquid significent, vel ex rebus ipsis, ducta similitudine vox translatina assumatur ad aliquid significandum. Vel dici potest facta ipsa, & rerum imagines assumi quoque posse ad aliquid significandum, vt patet in parabolis, visionibus, & factis propheticiis, vt supra dictum est de enigmatibus, & hieroglyphicis.

Ad quartum argumentum, negatur consequentia: tam enim sensus litteralis est, quem verba in Proptia, quam translatitia significacione præseverunt: nam cum dicimus *brachium Domini,* operatum virtutem significamus etiam immediate, quævis nomine ordine ad brachium corporale: & sic cessat probatio de contradictorijs.

Ad quintum, iam dictum est quomodo parabolæ pertineant ad sensum litteralem.

Ad sextum, similiter dictum est, quomodo visiones, & facta prophetica ad sensum litteralem, pertinent.

Ad septimum, non desunt regulæ generales ad cognoscendum sensum litteræ, prima est, vt omnia, ita vt dicta sunt accipiuntur, hoc est, vt non recedamus à sensu verborum proprio, vt dicit Basilus hom. 3. in examiner. *omnia periclitabuntur,* ait Tertull. lib. de carne Christi, aliter accipi quam sunt, & admittere, quod sunt, dum aliter accipiuntur, si aliter quam sunt cognominantur. Limitatur vero hæc regula ab Augustino lib. 1. de Genesi ad litteram cap. 31, vt teneatur id certò, quod circumstantia scriptura non impedit, & cum sanas de concordat: vel secundum doctrinam eiusdem S. Augustin. 3. de doctrina Christiana cap. 5. 15. & 16. videlicet, nisi necessitate quadam compellamus ad figuratam configere locutionem, v.g. cum secundum litteram aliquod impossibile iudicatur, vñcum dicitur, quod Deus habeat palpebras, oculos, quæ mystice accipienda sunt ex eodem Augustino; vel in sua significacione indecora, & absurdia continere videantur, vt cum dicitur Luc. 12. ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt sedentes super mensam, & comedatis, & bibatis, &c. vel

vel recte rationi, verba sonarent Matt. 18. *si oculus tuus scandala te, vel ut dicit Augustin. cap. 16. loc. cit. cum flagium, vel facinus videtur iubere, aut ut litatam, & beneficentiam vetare, figurata locutio est, vt ibidem exemplificat.* Illud tamen aduentendum docet Cathar. de clau. script. cap. de sensu litterali, seu carnali, & spirituali sensu, quod quadam in littera habent mixtum sensum carnalem, & spirituale, & tunc nec pure carnaliter, nec pure spiritualiter accipienda sunt, vt cum dicitur Gen. 3. *Serpens erat calidior cunctis animabibus terra, vbi de diabolo intelligitur dictum, quod dicitur de serpente, non tamen de diabolo simpliciter, sed prout in serpenti latebat, cuius conditiones appropriantur.* Similiter cum dixit Christus Ioan. 6. *Nisi manducaveritis carnem filii hominis. Si enim de carnali manducazione, qua dentibus carnes incidimus, & mandimus intelligatur iudaicus conceptus est: si de pura, & sola māducazione spirituali per fidem, Caluinistarum est, & Canalistarum heres. Si autem de sacramentali māducazione, qua spiritualis manducaatio est cum sensibili sacramenti manducazione coniuncta, in qua vera caro Christi ad manducandum non solum spiritualiter, sed sacramentaliter, non carnaliter dentibus terrena exhibetur: talis intelligentia spiritum, & vitam continet, idest quod non carnaliter Iudaice, non spiritualiter pure, hoc est, & mysticè, & tropicè, ea verba sint intelligenda, sed eo sensu spirituali, quo designatur manducaatio sacramentalis, & spiritualis, cum sensibili manducazione coniuncta, & in hunc sensum dixit Augusti. esse sensum spirituale in his verbis contradistinctum à carnali, cum dicit cap. 16. [ Figura ergo est præcipiens passioni Domini esse communicandum, & suauiter, atque utiliter recondendum in memoria, quod pro nobis caro eius crucifixæ, & vulnerata sit. Proinde ut dicit idem Augustinus ibidem cap. vlt. sicut in verbis propriis de quibus superioris disputauimus, vbi res ut dicuntur, intelligenda sunt: sic in translatis, quæ faciunt tropicas locutiones, vbi aliud ex alio intelligendum est, de quibus hucusq; quārū visum est, satis egimus, nō solum admonendi sunt. *Audi si venerabilium litterarum, vt in scripturis sanctis genera locutionum, sciant, & quomodo apud eas aliquid dici soleat, vigilanter aduentant, memoriaque retineant, verum etiam, quod est perspicuum, & maximè necessariū orient, ut intelligant.* ]*

Ad octauam, quantum attinet ad expositionem enigmaticam. sciendum est, quod eam multi Doctores eam satis probant in specie nostra. Senensis lib. 2. verbo Ægyptiorum sapientia, illa usum esse Moysem, adstruit Clem. Alex. dicens lib. 5. Stromat. vt cum præcepit, non vesci porco, neque aquila, neque accipitre, &c. nam porcus est ad voluptati deditus, & immundus, & inquinata significat temperaniā, &c. idem docet Prophetias. & responsa data per enigmata Davidem pro eadem esse locutum ps. 77. loquar propositiones ab initio idest enigmata ex Hier. similia quoque Apostolum locutum dicit, vt cum dicit 1. Cor. 2. loquimur sapientiam inter perfectos.

Hæc eadem proposita à Sansone Iudic. 14. sacra Scriptura commemorat, quæ licet problematis nomine indicentur, tamen 3. Reg. 19. enigma vertitur, vbi Regina Saba venit ad Salomonem ad sciendam solutionem enigmatum. in quo excelluisse Salomo

nem habetur Eccles. 27. nu. 16. Apud Hebreos hæc interpretandi rationem in vsu fuisse scribit Euseb. 11. de prepar. cap. 3. ad quos allusit Salomon Prou. 1. *verbas apienium, & enigmata eorum, ex his ergo enigmatibus, vel hieroglyphicis litteralem sensu, vel saltem mysticum hautire possumus, & licet genitatem redolere id obiiciatur; sciendum, vt dicit idem Clemens eodem libro, Gentiles à nostris vocibus propheticis veritatem per partes suffuratos.* vnde ait, *Græca quidem Philosophia est similis illuminationi, que fit ex spiro quem homines accendunt, lucem artificiose à solo suffurantes, & exemplificat de multis symbolis Pythagoricis.* reprehenduntur autē Poetica, eo quod ex Augustino supra. Poetarum sit cōsuetudo miscere carminibus enigmata fabularū, &c. Quantum vero ad elementariam, quæ consistit in resolutoria, sive in compositoria, & in transmutatione litterarum; non est idem omnium doctorum dicendi modus. Quidam rei ciunt talem interpretandi rationem, quia inquiunt, datur occasio Iudeorum somnia souere, fingendo & supputando litteras pro suo arbitratu. Etiam talis interpretandi ratio è scholis, hæreticorum effluxit, quo nomine Valentinus, & cœterum Gnosticorum turba inusta est, qui vt dicit Iræneus lib. 2. cap. 40. & per syllabas nominum, aliquando autem, & per syllabarum litteras: aliquando vero, & per numeros tentant inferre probations, & si id liceret facere in sacris litteris quilibet quod sibi arridet reperiret. vnde Patres, aiunt, hoc interpretandi genus non sunt insecati, sed potius detestati, & ex hac via Iudei falsas extortiones sacris litteris interseruerunt, legentes caati pro caru. Canam pro Colam, normam pro sono. Similes exponendi ratio reperitur apud Gentiles, & apud Platonem in Cratyle, & apud Aesopū Phrygium. Alij hoc interpretandi genus ad sydera extollunt, tanquam partem Kabalisticam secretiorem, & arcana sapientiam (vt dicunt) continentem, quæ Moysi primo à Deo reuelata est. quadrifariam autem, aiunt, potest accidere hæc interpretatio. Primo, si singulis litteris unius vocis singula verba respondeant v. g. in ps. 3. dī [multi insurgunt aduersum me] vox illa Rabbim בְּרַכָּה quattor persecutores explicat Romanos, Babylonicos, Græcos, seu Iones, Medos. ex nominis quoque Adam ethimologia ΑΔΑΜ, ex Græcis litteris desumpta est, & PP. videlicet Aug. trac. 9. in Joan. Beda ibidem, Cyprian. vel quicumque est auctor lib. de Syon, & Sina, eadem conficiunt interpretationem.

Secundo, si litteræ inter se commutentur, vt in Genes. cap. 1. בְּרַכָּת Berescith, exemplificat Picus, vbi mysterium S. Trinitatis insinuari docet, similiter & in ineffabili nomine Iesu per eandem transpositionem, ex Irenæo, docet Lusitanus lib. 10. de arcana cap. 13.

Tertio, si una littera pro alia substituatur, vnde per vocem Sesach intelligendum nomen Babel, docet S. Hier. in c. 5. Danielis.

Quarto, si circa litterarum figuram aliquid peculiariter obseruetur, vt in dictione לִמְרַבָּה lemarbe Es. 9. multiplicabitur eius imperium. cum in medio semper sit aperta, hoc loco sit clausa, significari mysterium suppurationis annorum à tempore Esaiæ vñque ad tempus Messiae docet R. Hamai in lib. Sanhedrim. Prodigiosam illam visionem litterarum

descriptarum in pariete ad resolutoram elementarioris expositionis partem, idem Sixtus refert.

Quantum vero attinet ad arca, & intelligentias exnumerorum supputatione defumpta, Salmeton proleg. 7. & alij, ut incerta, & fortuita repudiant. Alij probant, & ex scripturis causam tueruntur, ex autoritate Apocalyp. cap. 13. vbi nomen bestie, & numerus nominis eius describitur 666. & S. Augustinus, de perfectione lineamentorum corporis Christi (non quidem ea necessaria, que in instanti facta est, sed quantitativa, nouem enim mensum spacio, haec est completa) loquens tract. 10. in Ioannem ait, templum corporis sui 46. annorum spaci naturalis templi ædificatione præsignatum. In nomine Iesu candide numerandi rationem obseruat Beda lib. 2. in Lucam. Sed media via incedendum est cum nostro Senensi, ut sicut non damnari debent, qui moderatæ, & aptæ haec suis locis accommodant, sic non laudandi sunt, qui nimis anxiæ, inutiliter, & inani labore, & quod peius est, extortæ, vel superstitione, ut Gnostici faciebant, haec omnia prestant. Sicut autem, que ex scriptoribus canonice firmum habent argumentum, que ex ista elementari ratione Spiritos sancti auctoritate ad significandam assumuntur, sic probabilem fidem faciunt, que ex Doctoribus sacris ad mysteria significanda adaptantur. Inversimilia autem sunt, que priuata auctoritate temere, & fortuito à sciolis fabricantur, ut pena potius quam admiratione sint digna.

De his supputationibus consulendi sunt Bernardus Gomesius lib. 5. de sale. Alphonsus Xamorens. in sua grammatica, & in epistola sua ad Hebreos Romæ commorantes, Petrus Brunus apud Sextum, in bibliot. lib. 3. & alij apud Ludovicum Lusitanum de diu. arc. lib. 10. cap. 14. Leonardum Mariu in prolegom. q. 8. sect. 2. in Pentat.

Quanti vero ad id, quod obiectatur de expositione Physica, & si quidem eam reiecerint, inter quos Bergensis recensetur; illa vñi sunt Philo, Iosephus, Ariobolus, & c. nostris Ammonius, Origenes, Clemens Alex. de quibus vide Venetum t. 4. cant. 1. & à Deo intenta est secundario, ut scriptura quoque de rebus naturalibus instrueret, & ad ipsum duceret tanquam auctorem naturæ, à quo cum deuiaret Philologia Gentilium ducens ad falsum deorum cultum merito ab August. reprehensa est.

Nec absurdum obiectum de extorsione scripturarum militat, cum delectu enim signa illa expenda sunt iuxta Patrum regulas, quas cum non servavit Joachinus in multis est hallucinatus. Quando uero vaticinia antiqua etiam alijs impleta, iterum adimplenda manent, sicut obiectitur. tunc dicendum illud expositionis genus non humano ingenio nisi, sed in diuinam inspirationem refundi dicere necesse est, & pertinere ad sensum literalem, vel saltē mysticum, ut de planctu Rachelis Hier. 32. graues interpres exponunt, & de Apocalypsi sustinet Alcazar quantum ad sensum literalem; licet nimis sit in illo suo filo, & contextura symbolorum ad literalem sensum sepe semper exprimentum, & de hac re alijs.

### ARTICVLVS TERTIVS.

*An sensus literalis noxius, & mortiferus sit.*

#### Positio Hæreticorum.

S. Sebastianus Francus lib. de paradoxis scripsit sensum litteralem scripture esse gladium Antichristi: hoc revocatur Otto Brunsfeldius ad Hæreticos transfigua infelicissimus, qui scripsit, Euangelium esse somnium figuratum, & rem Kabalisticum prorsus, nihilque ad salutem promouendam facere, ut apud Cochlaeum de auctoritate sacrae Scripturæ, videre poteris.

#### Oppositiones Hæreticorum.

A Rguitur primo ex 2. Cor. 3. vbi dicitur, qui edocentes nos fecit ministros noui testamenti, non littera, sed spiritu: littera enim occidit, spiritus autem vivificat. vnde Athan. de communione essentia trium personarum, sic ait, Admonet Apostolus iudicans litteram occidere: spiritum autem vivificare pleraque siquidem sacrarum litterarum, si iuxta litteram sentiamus, in nefarias collabemur blasphemias.

Secundus locus, quia dicitur Ezech. 10. dedi eis præcepta non bona, quod exponens Origenes lib. 7. cōtra Celsum dicit. litteram, non tam nos, quam Deus per quemdam Prophetam, si non bonum nominat, & præcepta non bona.

Tertius locus, Exod. trigesimo quarto, ut aduertit, & scribit Theodor. vbi dicitur [reddis peccata patrum in filios usque ad tertiam, & quartam generationem his qui oderunt me] alibi autem dicit: non morientur filii pro patribus, nec patres pro filiis, sed unusquisque pro peccato suo morietur, & per Ezech. Quæ est parabola vestra cū dicitis: Patres comedenter viuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt. Vnde ego dicit Dominus si ultra erit hæc parabola, sed obstupescerent dentes eorum, qui comedenter viuam acerbam, quoniam meæ sunt omnes animæ. Quod ergo nudam litteram attendere non sit religioni consentaneum Deus ipse demonstrat legem contrariam statuens dicto: reddens peccata patrum in filios] hæc ex Theodoreto.

Secundo, ex dictis Patrum: nam Origenes in psal. 36. exponens illud [quoniam bracchia peccatorum conterentur] ait. [Quomodo potest hoc secundum litteram stare, etiam si aliquis vim facere conetur per imperitiam? sunt multa in scripturis ita posita, que etiam cum, qui valde brutus est, & stertit, mouere possunt, imo cogere, ut necesse habeat litteram defelicta ad intellectum descendere spiritualem, &c.]

Nissenus de vita Moysis. [Hic qui omnino litteræ seruit, rerum ipsarum cōsequentiā corruptibilem Deum opinati compellitur: est autem Deus incorruptibilis omnino atque immortalis: non est ergo ubique sequenda littera. Quod si in hac parte altiorenam quam littera patitur sensum, querere coginur, qui alienum esse à scriptura dicat, si ad spiritualem sensu totam reducimus? nam cū necesse sit partes aliquas spiri-

# De sacrorum Bibliorum interpretatione. 461

spiritualiter intelligere totum quoque necesse est, vt & possit, & debeat sicut & partes intelligi: est enim totum ex partibus, quare partium naturam sapiat necesse est.

Hieronymus aduersus Luciferianos [ si litteram sequimur, possumus, & nos quoque nouum nobis dogma componere, vt afferamus in Ecclesiam non recipiendos, qui calceati sunt, & duas tunicas habent.]

S.Cyrill.9. contra Iolianū [ qui autem inquit soli litterae mentem suam alligant, & diuinorum, ac oculorum nihil intelligunt, quod etiam longe à veritate absunt, & ridicula argumenta faciant, absque labore monstrabimus ex ipsis conjecturis, quas in manibus habemus sermonis occasionē sumere.]

Tertio rationibus. Prima ex litera carnaliter intellecta fornicationis materiam assumet cum leget quis factum Osee, aut Iudam cum Thamar esse cōgressum, &c. Ebrietati insertuendum dicet alius ex ēplo Noe. Vindicta vlcisci existimabit esse licitum ille, cum carnaliter leget. Beatus, qui retribuet tibi retributionem, quam retribuisti nobis. Curiosis artibus insistendum, cum tres pueros Magis, & Chaldeis sapientiores, & Moyen omni sapientia, & doctrina Aegyptiorum eruditum esse reperiet, quæ omnia ponderat Hieronym. in epist. ad Gal. c. 4.

Secunda, quia multoties opus est relinquere literam, ergo saltem in aliquibus mortifera est: Antecedens probatur, nam Origenes 4. Periarch. c. 7. ait, ubi deficit littera adeundum esse mysterium, & S. Hieron. lib. aduers. Iouinia. secundum circuncisionem non posse secundum litteram intelligi.

## Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo ex scripturis: nam ea verba. Quamobrem relinquit homo patrem suum, & matrem, & adhæredit uxori sue. Et erūt duo in carne una, vt supra ponderatur: est, Christus Dominus secundum sensum litteralem referens, atque exponens vinculi matrimonialis indissolubilitatem confirmavit. Similiter Apostolus Paulus ex litterali sensu scripturarum comprobauit mortem, & resurrectionē eius dicens, tradidi enim vobis in primis, quod Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas: & quia resurrexit tercia die secundum scripturas, similiter, & incarnatione, & conceptio Christi Domini, & multa mysteria fidei ex ipsis scripturis secundum sensum litteralem iuxta Conciliorum, & Patrum expositionem deducuntur, quod si hæc non secundum litteralem sensum intelligerentur fides nostra prorsus corrueret.

Secundo, ex Conciliorum autoritate: ex sensu enim litterali hereticos debellarunt: ex symbolica, enim argumentatione, vt dicetur ex doctrina Dionysij infirmum deducitur argumentum, & Origenes cum suis in 6. Synodo act. 11. & 13. damnatus est, quod suis allegorijs Paradisum terrestrem cuertere.

Tertio, ex dictis Patrum. Athanas. serm. in illud euangelij profecti in pagum, quod ex aduerso est inuenientis pullum alligatum. Hec cum dico, historiā non aufero; non enim spiritu litteram tollimus, sed

spiritus vim, officiumque littera conservat: verissimum siquidem est, Dominum in sensibili asino sedisse, vt ex Bethania Hierosolymam proficisceretur: de eo enim Zacharias ita oraculis edidit. Dicit̄ filiæ Syon, ecce Rex vester venit mansuetus sedens in asino, & pullo subiungalis sobole. Salua igitur historia fide, persequor quæ in ea defossa sunt.]

Chrysostomus proem. in psalm. [Apostolus nunquam euerit historiam, licet contemplationem, vocat allegoriam, non quod nomina, quid sibi vel lent ignoraret, sed docens, quod licet sententiis allegoriarum nomen attribuerit, per contemplationem, tamen id sufficiat accipere nusquam lēdentes naturę historiam: sed diuinæ scripturæ innovatores, & qui sibi videntes sapientes de historia, vel dubitantes, vel in eam se improbè gerentes introduxerunt allegoriam, non ex sententia Apostolica, sed ex vanâ sua gloria, facientes, vt qui legunt alia pro alijs accipiant.]

S. Augustinus de Genesi ad literam cap. 8. [quisquis voluerit omnia, quæ dicta sunt secundum litteram accipere, id est non aliter intelligere quam littera sonat, & potest euitare blasphemias, & omnia congruentia fidei catholice prædicare, non solum ei non est inuidēdū, sed præcipuus multumque laudabilis intellectus habendus est] & cap. 2. aperit facetus cum esset tyro Moysi doctrinam de mūdi opificio duobus libris contra Manicheos figuratē tantum edidisse, diffidens se verum sensum litteralem habere se posse: postea vero cum compserisset eandē doctrinam Moysi melius secundum sensum litteralem exponi posse, propterea 12. de Genesi ad litterā libros composuit.

S. Hieronymus in Amos, debemus enim scripturā sanctam primum secundum litteram intelligere, vnde idem Sanctus cum secundum sensum myticum iunior Abdiam interpretatus esset, senior ad litteram confugit tanquam ad perfectiorem commentationem, vnde sic in præfatione ait. [Quid igitur? condemnamus, quæ olim pueri lūsimus? minime, sed liberè profitemur illa fuisse puerilis ingenij, & hoc esse matutæ senectutis] & in Esai. cap. 13. [verbora sacræ scripturæ intelligentia in primis querenda est, & constituta, non quia tropologicam intelligentiam condemnemus, sed quia spiritualis interpretatione debet sequi ordinem historiæ, quod plerique ignorantes lymphatico in sacra Scriptura vagantur errore.]

Quarto rationibus. Primo, nam in humanis etiā litteris tanti sit litteralis sensus, vt à verborum significatione, & proprietate non sit recedendum: vnde in vitroque iure extat titulus de verborum significazione. Ad hæc cum litigatur à verborum proprietate non est recedendum, & eloquentis intentio alia non fuisse demonstratur, quam quod verbis exprimitur, nisi vel rerum ipsarum absurditas, vel manifesta alia indicia contrarium demonstrarent, vt docent Iuristæ: ergo etiam id in scriptura seruandum est, vt à verborum significatione non recedatur, nisi vbi esset manifesta absurditas in propria significatione, & huiusmodi.

Secundo, ab incommodo, quia litterali sensu negligēto antiqui Gnostici Valentiniani, Hieromegnes, & alij sua somnia, & fabulas mundo intruserūt. Origenes è terra sustulit paradisum, eumque in-

cœlo collocavit. Quamobrem ut ait Anastasius Synaitalib. 7. anagogicarum contemplationum siure quoque Origenem synodica deponens sententia deiecit: oportebat enim primum admittere histriam, quæ conuenit litteræ, deinde, ubi oportet, procedere ad anagogias. [ Melchisedecianis (spreto sensu litterali verbo) carnaliter intelligētes illum versum Pauli ad Hebr. 7. Melchisedech, sine patre, sine matre sine genealogia, &c. dixerunt Melchisedech hominem non fuisse, sed vel Angelum, vel Spiritum sanctum]. Origenem pariter accusat Serapion Episcopus lib. contra Origenem, quod asseruerit propter ea verba. In sole posuit tabernaculum suum, quod Christus Dominus pertransiens celos relinquerit corpus suum in globo solis. Manichæi similiter referente S. Augustino lib. 20. contra Faustum ex hoc testimonio carnaliter intellecto, incidentur in idolatriam adorando solem. Donatistæ ex August. epi. 48. dicebant Ecclesiam ex orbe terrarum periisse, & in Africa remansisse, allegantes non secundum litteram illud Cant. 1. *indica mihi, ubi pascas, ubi cubes in meridie.* Quod redarguens Augustinus ait, eodem modo id ipsum posse fingere Aquilonares Ecclesias, quia adducere possent illud psalm. 47. *lateralis Aquilonis Cuiitas Regis magni.* Lutherus illud, *tunc Petrus,* & super banc petram parvus pendens litteram non ad certam personam, sed ad eandem Ecclesiam dictū fuisse contendit, turpiter aberrans, ut idem respectu sui ipsius esset ædificium, & fundamentum. Similiter verba consecrationis, tropica significatione, & non secundum litteram alij turpiter sunt interpretati.

Tertio, à fructibus, qui à sensibus historiæ, & litteræ proueniunt. Primus, edificatio fidei: ex litera enim scriptura edoceatur fideles de mundi creatione, humani generis reparazione, corporum resurrectione, quæ in articulos fidei reposita, secundum litteram à fidelibus creduntur, atque traduntur intelligenda. Secundus fructus est edificatio morum per ostensionem iustitiae diuinæ punientis Adam, mundum diluvio, &c. similiter & misericordie, & aliorum attributorum. Per propositionem virtutum heroicatum sanctorum virorum, ut religionis in Abel, obedientiae Abraham, &c. unde & ille eas imitandas proposuit, *memento quomodo salvi facti sunt Patres vestri.* Per detestationem vitiiorum ab impijs patratorum, nempe murmurationis, concupiscentiae csi, unde Paulus dicebat. *Nec simus concupiscentes malorum sicut illi concupierunt.* Proprieta confert ad nostram eruditonem, quedam enim non tantum sunt ad certas personas, quam ad omnes directa. Ut cum dicitur, *nisi abundauerit iustitia vestra,* &c. & si vis perfectus esse vade, & vende, &c. unde tanquam sibi dictum accipiens B. Antonius vendidit omnia, & etenim petiit, quod non tantum ad Apostolos, sed etiam ad nos dicta sunt, ut sensus iste literalis extensius sit ad nostram instructionem, unde & in huiusmodi Christus dicebat, *quod vni dico omnibus dico.* Verum est, quod multa solis determinatis quibusdam personis dicta: quædam sunt vi. g. ne mepuis solis Apostolis, vel tanquam sacerdotibus, vi. *Quorum remiseritis peccata remittentur eis,* quæ ad ipsos, & sacerdotes tantum, & non laicos Christianos, competunt, vel ut ouium pastoribus, quæcumque allegaueritis, vel ut fundatoribus Ecclesiarum, eunes

*in uniuersum mundum, unde, & propter hanc distinctionem Luc. 12. Petrus regulam edoceri, cupiebat quando ad ipsos tantum Apostolos, quando vero ad ipsos, & coeteros verba destinabat. Dicis ad nos hanc parabolam, an ad omnes? hæc autem ex litteræ circumstantia, & subiecta materia, quæ ex literali sensu comprehenduntur, oportet colligere.*

### CONGLVSIQ CATHOLICA.

*Sensus litteralis nullo modo noxius, sed proficuus est, cum ex litteræ circumstantijs, subiecta materia, &c. deprehendatur documentis.*

R Espondeo dicendum, sicut dicit Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana cap. 9. *Iquod in extremo peccatur à nonnullis [ quidam enim nudam litteram sequuntur, & signa ].* id est secundum sonum litteralem grammaticalem: & translata verba, sicut propria tenentes, pro rebus, quæ his significantur. Quidam in altero extremo sunt, qui non accipiunt signa, & litteram pro rebus, sed ut verè signa sunt, tamen male res, quæ illis significantur, interpretantur. Vnde concludit, quod [ ut litteram sequi, & signa pro rebus, quibus significantur accipere seruatis infirmitatis est ], ita inutiliter signa interpretari male vagantis erroris est ] & melior est illius conditionis, ut dicit idem eius qui [ non intelligit signum, & tamen signum esse intelligit ] quam eius [ qui præmitur signorum servitute, vel inutiliter ea interpretando, cervicem à iugo eductam laqueis erroris inficerere non formidat ]. Ille autem regia via incedit, qui signa non pro signatis accipit secundum exteriorem sonum, sed secundum signorum exigentiam; aduertendo, quæ sit propria, quæ figurata locutione secundum eisdem Augustini documenta codem lib. cap. 20. cauendo ne translata quasi propriam, nec propriam quasi figuratam accipiat, ex cap. 10. Insuper tuto incedit, qui vel per propriam, vel figuratam locutionem, vel ad sensum, & intelligentiam pertingit, vel saltē noscere a signa, non adhuc à se intellecta, signata indicare. Qui sono extero vocis innititur, non intelligens res quas significat, & confundens translatas cum proprijs locutionibus à littera occidit. Qui in interpretatione fallitur turpiter hallucinatur, & eluditur. Vnde idem Augustinus 3. de doctrina Christiana cap. 5. exponens illud [ littera occidit ] ait [ neque illa mortis animæ congruus appellatur, quam cum id etiam, quod in ea bestias antecellit, hoc est intelligentia carni subiectum sequendo litteram ]. Qui enim sequitur litteram, translata verba sicut propria tenerit: neque illud quod proprio verbo significatur refert ad aliam significationem, sed si Sabathum audierit v.g. non intelligi, nisi vnum dies a septimo, qui continuo volume repetuntur: & cum audierit sacrificium, non exedit cogitationem, quod fieri de victimis pecorum, terrenisque fructibus solet, & demum est miserabilis animæ seruitus signo pro rebus accipere, & supra creaturam corpoream oculum mentis ad eternum lumen leuare non posse. ] Qui media via incedit minimè labitur, & sensus litteralis minimè illi

# De sacrorum Bibliorum interpretatione. 463

illi noxius est, sed proficiens: quicquid enim in sermone diuino cuam historicè dictum secundum regulam Augustini cap. 10. neque ad morum honestatem, neque ad fidei veritatem referri potest, figuratè, & quicquid enunciatur secundum proprietatem verborum propriè accipitur, nisi absurditas sequatur, vel tropi figurata locutionem insinuent, ex eiusdem Augustini documentis cap. 29. ac proinde non nudum sonum litteratum infectatur, sed quod ipse sonus siue propriè, siue figuratè significat, vel quicquid per easdem voces significatur vere, & veraciter intelligit.

## Solutio oppositionum.

**A**d primum est prima responso, quod tunc solum littera occidit eum translata verba accipiuntur, ut propria. Sed contra ait Augustinus de spiritu, & litera, &c. de doctrina Christiana cap. 3. quod quamvis hoc congrueret de figuratis locutionibus accipi posset, tamen Apostolus ibi non alia vult intelligi litteram, quam ipsum decalogum: unde de vera, & propria, non de translata locutione, loqui videtur Apostolus. Quare aliter eum locum interpretatur Augustinus, ut dicatur littera occidere, &c. [non ut aliud implens quam tibi per litterā iubetur, sed sola littera reuici facit, gratia & à peccato liberat, & litteram donat impleri.] Quod si litteram nedum præcepta decalogi, sed omnia ceremonialia, & iudicia, omnia facta Patriarcharum, &c. intelligamus, littera certè occidit, ut dicit Gregorius lib. 18. moral. quia quedam leguntur [quaè quidem sunt omnino digna despectu, si ex sola narratione pensentur] & ut dicit idem [ali quando res gesta eit in facto causa damnationis; in scripto autem prophetia veritatis] ut patet in facto Q[ua]e, &c. Vel occidit, ut colligo ex Chrysostomo præcep. in psalm. si inhereremus dictioni, & illam coleremus, & observaremus nihil ulterius cogitantes; ut v.g. si quis vellet circuncisionē vti, & ceremonialibus. Vnde propterea dicebat Athanasius serm. dicto [profecti in pagum, &c. Jnos 1. gaudi frates certi litteram occidere, spiritum vivificare, non solam historiam scripturarum sequamur, neque vt Iudei nudæ litteræ adhæremus, sed quemadmodum scriptum est, perscrutemur, ut ibi testimonia de Christo reperiamus.]

Ad secundum respondeatur, non dici illa præcepta mala simpliciter, quia erant a Deo: nec bona simpliciter, quia ex vi illorum non pertinet homo ad vitam eternam, sed negatiæ dicebantur non bona, vide S. Augustin. Plura diximus supra de script. verit. controu. 2. speciali 4. 1. ad. 1.

Ad tertium, eo loco euincitur ex doctrina Augustini non sistentiam in nuda littera, sed ad significationem oportere a surgere. Et quia mors non tam spiritualem, quam corporalem significat, quod in uno loco carnaliter, in altero spiritualiter mors significatur, quare bene dicebat Hieronym. in comment. ad Gal. multorum ergo malorum occasio est, si quis in scriptura carne permaneat.

Ad secundum principale ductum ex auctoritate Sanctorum respondet satis probari, illum sensum esse noxiū, & à mente Spiritus sancti alienum, quando translata sicut propria tenentur, & non ad aliam significationem refertur; vel si quod iubetur ex preceptis iudicialibus modo aliquis seruandum putaret, vnde & talia præcepta secundum spiritum sunt tenenda. vnde etiam Apostolus carnalem circumcisionem ad spiritualem refert, & illud, non alligabis os boui tritirati ad alendos spirituales ministros adaptatur 1. Cor. 9.

Ad tertium principale responderet ex regula S. Augustini 3. de doctrina Christiana cap. 22. quod illa, qua non figuratè, sed qua propriè lector acceperit [si laudati sunt illi, qui illa fecerunt, sed tamen ea abhorrent à consuetudine bonorum, qui post aduentum Domini diuina præcepta custodiunt, figuram ad intelligentiam referat, factum vero ipsum ad mores non transferat; multa enim sunt, qua illo tempore officiorè facta sunt, qua modo nisi libidinosæ fieri non possunt]. Si que vero peccata magnorum virorum legerit, tamen aliquam in eis figuram rerum futurum animaduertere, atque indagare potuerit, rei tamen gestæ proprietatem ad hunc usum assumat, ut se nequaquam suis factis iactare audeat, & pro sua iustitia ceteros tanquam peccatores contemnat, videat tantorum virorum, & cauendas tempestates, & flenda naufragia.]

Ad quartum. Quidam apud S. Augustinum li. 17 de ciu. cap. 17. dicebant in nonnullis locis non esse sensum litteralem, sed solum spiritualem; sic diluvium, arcum non res gestas, sed figuræ tantum significandarum rerum autemabant. Alij, ut Lyrandus regulam, quod ybicunque tropus est in scriptura non est sensus litteralis, sed spiritualis. Sed hoc non potest stare, nam ut dicit S. Gregorius homil. 4. in euang. [in verbis sancti eloquij prius seruanda est veritas historia, post modum exquirenda spirituæ intelligentia allegoria]. Tunc namque allegoriae fructus suauiter carpitur, cum prius per historiam in veritatis radice solidatur] eaque ut dicit Chrysostomus proœmio in psalmos [est basis, & fundamen- tum aliarum intelligentiarum.]

Non obstant Patres citati in contrarium: nam intellexerunt per mysticum sensum litteralem, non proprium, sed figuratum; sic Origenes in psalm. 36. reprehendebat intelligentes carnaliter illum versicolum [contere brachium peccatoris, & maligni] ceterum ipse alibi fassus est in lib. 7. contra Celsum [legem esse duplē, alteram iuxta litteram, alteram iuxta sententiam, &c. & Hieronymus vult in littera interdum grauiora, & maiora intelligi, ut dixit Apostolus. Nunquid de bonis cura est Deo?] vnde idem S. Hieronymus sensum litteralem omnium aliotum esse radicem, & fundamentum adstruit, sic in epitaphio Paulæ præfatione in Esa. 8c. cap. decimo tertio in cap. 9. Amos, in Ezechiel, cap. 40.

## ARTICVLVS. QVAR TVS.

*An sub una littera sint etiam plures sensus litterales.*

## Positio quorundam Catholicorum.

**P**luritatem sensus litteralis sub una eademque littera contra communem Theologorum quidam dissentunt, sic Michael Medina lib. 6. de recta in Deum fide, P. Ribera in Oseam cap. 11. & alij. Sed contrariam sententiam tuerunt omnes fere Theologi, qui negantem sententiam erroris insinuant, ut Abulensis q. 57. in c. 2. Matthæi, vel temeritatis incusant, ut censet Bannes par. 1. quest. 1. artic. 10.

## Positio Nouatorum.

**R**illus verò Basileensis thesi. 281. ut unum solum litteralem contineti in scriptura suaderet nouā commentus est distinctionem sensus litteralis in simplicem, & compositum, & declarans, & definiens compositum sensum ait [esse] illum, qui ex figura, & veritate consistit, & hic est, inquit, in omnibus illis locis, in quibus sub typo aliquo Christus describitur, ut ex Aegypto vocavi filium meum Osee 11. in hoc dicto [filius] non populi modo Israelitico, sed & Christum significat. Qui tantum de populo Israelitico interpretantur, partem tantum sensus litteralis asserunt, nomen sensum, quia totus sensus litteralis compactus de signo, & re significata simul intelligendus est; consistit enim in accommodatione signi ad signatum.

## Argumenta pro parte negatiua.

**V**identur quod non. Quia eatenus nonnulli defendunt oppositam sententiam, ut saluent quomodo multa testimonia veteris testamenti citata ab Evangelistis in sensu litterali diuerso, cuiusmodi est illud citatum. Ex Aegypto vocavi filium meum, quod ad litteram de populo Israelitico exponitur, & ab Evangelista pro reditu pueri Iesu ab Aegypto citatur. Sed ad hoc saluandum sufficit sensus mysticus ergo, &c. Minor probatur, nam mysticum sensum habere docent S. Hieron. in cap. 11. Osee, & Chrys. & Theop. in Matth.

Secundo, sensus litteralis ille est, quem sacer scriptor significare intendebat: at est præter communē consuetudinem scribentium, ut ijdem verbis plura significare intendant; ergo.

Confirmatur. Quia nec humanum ingenium est capax plurium sensuum proximè significatorum per eadem vocabula; nec humana loquendi consuetudo fert, ut ijdem verbis, & vocibus plures subsint sententiae.

Tertio. Si essent in una littera plures sensus, tunc nihil certum ex sensu litterali posset desumi; unusquisque enim suum posset obtinere, alterum repelere; essetque procedere à disiunctiva propositione ad alteram eius partem, quæ argumentandi ratio saticulib[us] est, & infirma.

Quarto, ex auctoritate S. Thomæ: nam secundum S. Thomam sensus litteralis est, qui immediate significatur per voces, at secundum eundem eodem art. 10. quest. 1. si sint plures sensus per easdem voces significati nascitur confusio, & æquiuocatio: omnis autem æquiuocatio à scripturis tollenda est, ne otacula demonum amulari videatur.

Quinto. Quia positio opposita inuenta est ad fecunditatem scripturæ celebrandam: at similiter idē accidit in emblematis poetatum, Hieroglyphicis, Agyptiorum: ergo, &c.

## Pro parte affirmativa.

**S**ed contra est primo, quia ille locus Ex. 12. Os non comminuetis ex eo, ad litteram intelligitur de agno Paschali, & tamen de Christo Domino verificatur Ioan. 19. Hoc autem factum est, ut impletetur scriptura, quæ dicit os non comminuetis ex eo, scriptura autem completur quando fit quod per eam significatur: at sensus mystici non significantur per scripturam, sed per res significatas per scripturas: scriptura insuper cum verificatur, impletur; in sensu autem mystico non semper certò scitur, si ita, vel ita, verificatur (cum sepe inter se discordantes sint sensus mystici) & secundum istam non potest desumi determinata veritas; ergo non impletur: & cum liberum sit unicuique sensus mysticos varios effingere, nesciremus quando esset impleta: imo nunquam impletam, cum sint illi alii sensus applicabiles. Impletio ergo scripturæ non est per sensum mysticum, sed per litteralem. Sed dici posset ad hoc argumentum impleri scripturam quoque in sermone figurato per primarium significatum, & sermonem esse de adimplitione secundarij significati per sensum mysticum, ut innuunt S. Augustinus tract. 120. in Ioann. & S. Thom. in cap. 19. Ioann. Sed S. Augustinus dicit agnum præcessisse tanquam figuram immolandi Christi, de quo subdit. *Predictum erat ab Esaiæ. Sicut ouis ad occisionem ductus est: at in sensu litterali ac impleta est hæc Prophetiæ Esaiæ: sic & illa, os non comminuetis ex eo, quæ vt facto exprimebatur, sensum mysticum continebat, & S. Thomas dum dicit significatum eo facto fortitudinem Christi, & doctrinam eiusdem per Passionem non comminuendam, sensum mysticum in hac significacione comprehensum, in significacione reali, quod ossa Christi non fuerint comminata, litteralem sensum tacite profitetur.*

Secundo, ex psalm. 2. *Dominus dixit ad me. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Hanc autem scripturā de aeterna generatione explicat D. Paulus Hebr. 1. dicens. Cui enim Angelorum aliquando dicitum est, filius meus es tu, ego hodie genui te? de resurrectione ex mortuis interpretatur Petrus in Actis Apostolorum cap. 13. [ Nos annunciamus vobis eam, quæ ad patres nostros facta est repromissio, quando hanc Deus adimpleuit filiis vestris resuscitans Iesum, sicut in psalm. 2. scriptum est. Filius meus es tu, ego hodie genui te.] De promotione ad sacerdotium. Paulus Hebr. 5. ait. [ Christus non semetipsum clarificauit, ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum.. Filius meus es tu ego hodie genui te, quemadmodū & in alio loco dicit. Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech; ] hi autem sensus non sunt*

# De sacrorum Bibliorum interpretatione. 465

sunt mystici; nam Apostolus non ex rebus per voces significatas, sed ex sensu per ipsa verba propriè significata, tot sensus eruit ex vna eademque littera. Explicatur idem locus Davidis in sensu-litterali de generatione secundum carnem: nam & ipsa ex supernis fuit ex Spiritu sancto, & Patris voluntate bona, ut dicunt quidam apud Theophil. Quod si ex illa regula, quod tunc aliquid fieri dicitur cum aliquid nobis innotescit (ut cum dicitur, nunc cognoui, quod timeas Deum, &c.) sensus est, ego hodie genui te, id est ego feci ut homines te esse filium meum substantialem esse cognoscant, & huic sensui quadrat, quod Christus dicit, clarifica me ea claritate quam habui priusquam mundus fieret apud te.

Tertio, nam Esa. cap. 53. dicitur generationem eius quis enarrabit, quia abscessus est de terra viventium, quem locum S. Hieronymus in Matt. cap. 2. Cyri. 4. in Es. Augu. tract. 31. in Ioann. ad eternam Christi generationem referunt: alij verò ut Iustinus dial. 2. contra Triphonem, Tertull. contra Iudeos, Lactantius 5. diu. inst. cap. 15. Leo serm. 9. de natu Christi, ad temporalem generationem adaptant. Alij ad resurrectionem: nam causaliter additur, nempe mors ignominiosa, quæ præcessit, quia abscessus de terra viventium. Alij ad regenerationem filiorū per adoptionem, quæ ex Christi morte processit, accommodant; nam ibidem idem Propheta ait. Si posuerit pro peccato animam suam videbit semen long. euum. Alij ad totum progressum, & oeconomiam Salvatoris, hoc est nativitatem dicta, gesta, mortem, &c. nam generationis nomine in scripturis acta, & mortis, & progressus vita alicuius designatur; unde scriptum est. *Noe vir iustus, atque perfectus in generationibus suis.*

Quarto, Danielis cap. 9. prophetatur templi Hierosolymitani destrucción, & dicitur, & erit in templo abominationis desolationis: hoc autem 2. Machab. 1. sub Antiocho successit, vnde 2. Machab. 1. dicitur [quinto & quadragesimo, & centesimo anno] adficiavit Rex Antiochus abominationum Idolum desolationis super altare Dei] Christus autem Dominus vastitatem eiusdem templi per Romanos futuram prænunciavit ex eiusdem Prophetæ interpretatione, [cum vero videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Prophetæ stantem in loco sancto: qui legit intelligat] ergo.

Quinto, illud Matt. v. 1. Ecce vobiscum sum omnibus diebus] plures sensus litterales admittit. S. Augustinus lib. de quinque hæresibus cap. 6. explicat hoc de Christo, secundum quod Deus, dicens quod nos non deseruit, cum ad patrem ascendit. De praesentia sacramentali, alij doctores interpretantur. Et S. Augustinus de supremo mundi die, de afflentia uniuersæ Ecclesiæ [quæ alij (inquit) morientibus alij nascentibus hic usque in saeculi consumatio nem futura est] interpretatur.

Sexto, Philipp. 2. [qui cum in forma Dei esset nō rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed exanimauit semetipsum] de exinanitione multiplex expontur litteraliter, de exinanitione in Paschone explicant Chrysostomus in hunc locum, Fulgentius de fide ad Petru. De exinanitione per carnis nostræ susceptionem Tertull. contra Marc. August. 7. &c. Trinit. cap. 3. Cyrill. 2. in Ioann. & S. Thomas in hunc Pauli locum. De exinanitione in mysterio Eu-

charistiae, ut dignaretur dari nobis in cibum videtur exponere S. August. in psalm. 33. dicens [nisi humilius esset non manducaretur, neque biberetur] & ante Augustinum fuit sententia S. Dionysij Alexandrini, qui exponens verba ista Pauli ait [exinanitionem dicit factam ad nos, ad capiendum sacramentum vitæ per puras, & incorruptibiles, ac diuinæ ipsius manus] & Methodius martyris in symposio 10. virginum, quod per hoc sacramentum Christus exanimauit se, ut cogi posset.

Secunda classis ex Patribus id ipsum docentibus, primo ex secunditate verborum scripturæ in suo fonte, quæ cum variam interpretationem admittant veram, & litteræ consonam, nullo iure quis, nisi audax, recurrere potest diuersorum sensuum multiplicitudinem. Exemplum est de illorum verborum expositione קְרָבֵן osculum filium, quæ cum variè interpretata essent a D. Hieronymo, dicere coactus est, nisi & prolixum esset, ait Hieronym. lib. 1. Apol. ad aer. Ruffin. [& redoleret gloriolam, iam hinc tibi ostenderem, quid utilitatis habeat magistrorum limina terete, & artem ab artificibus discere, & vides quanta sylva sit apud Hebreos ambiguorum nominum, atque verborum. Quæ res diversæ interpretationi materiam præbuit, dum unusquisque inter dubia, quod sibi consequenter videretur hoc transfert] vnde alia est editio 70. alia Aquilæ, alia Symmachi, alia vulgatæ, quæ tamen in veritate, & proprietate sententiarum omnibus præfertur, ut scitis supra probatum est.

Secundo, ab excellentia scripturæ. Idem enim S. Hieronymus epist. 103. scribens ad Paulinum ait, Apocalypsis Ioannis tota sacramenta quot verba habet. Parum dixi pro merito voluminis laus omnis inferior est, in verbis singulis multiplices latent intelligentiae, & in cap. ad Ephes. 3. ait, singuli sermones singuli apices, & puncta in diuinis scripturis plena sunt sensibus, quæ verba etiam dixerat S. Chrysostomus homil. 2. in Genes. & Basil. lib. de Spiritu sancto in principio. Respondent quidam, ut Gilius lib. 2. in 1. par. tract. 7. de locis theol. cap. 4. hæc & similia Sancti Hieronymi verba intelligi de sensibus mysticis; nam intollerabilis esset hyperbole asserere in singulis verbis minutissimis esse multiplices sensus litterales, quod non est adeo dictu intollerabile de sensibus mysticis. Sed contra nam exponens S. Hieronymus illa verba Danielis cap. 12. Tu autem Daniel clade sermones, & signa librum usque ad tempus statutum, plurimi pertransibuntur, & multiplex erit scientia, ait, precipit, ut inuoluat sermones, signa librum, ut legant plurimi, & querant historias veritatem, & propter obscuritatis magnitudinem diversa opinentur, ecce quod multiplex scientia referuntur ad multiplicitudinem sensuum circa veritatem historiarum, quæ quando contrariæ non sunt, sed eas compatit littera maximè cum tradidunt à sanctis Patribus luminaribus Ecclesiæ refellendit non sunt, sed religiose suscipienda. Ergo saltem in historijs contra opinionem plures sensus litterales sunt de mente Hieronymi. Notanda sunt quoque Danielis verba multiplex erit scientia, per quæ excluduntur opinions, & falsæ interpretationes: includuntur vero illæ, quæ secundum sensuum pluralitatem à Patribus nostris interpretatae sunt.

S. Augustin. 12. confess. cap. 28. Deus, ait, per sermonem unum in lueris sacris plerumque non unum solum, sed

*Sed plures etiam litterales voluit significare sententias, & omnes sensus, quos idem Sanctus enumerat cap. 20. & duo litterales sunt, nec unus alterius figuram continet, & cap. 30. postea, post varias enarratas litterales interpretationes, ait, in hac diuersitate sententiarum variarum cōcordiam parat ipsa veritas, &c. & mox. Ac per hoc si quis querit ex me quid homo Moyses ille famulus tuus senserit, &c. subiungit, nescio; & suo tamen illas esse veras sententias, exceptis carnalibus, de quibus quantum extimaui locutus sum, &c. & cap. 31. subdit, ita cum alius dixerit, hoc sensit quod ego: & alius, smo illud, quod ego; religiosius me arbitrari dicere, cur non utrumque potius, si utrumque verū est? & si quid tertium, & si quid quartum, & si quid omnino aliud verum quispiam in his verbis videt, cur non illa omnia vidisse credatur, per quem unus Deus sacras litteras vera, & diuersa visus multorum sensibus temperauit? &c. & de iisdem diuersis sensibus, & intelligentijs loquens lib. 3. de doctrina Christiana cap. 27. ait, Similiter ille quippe author in eisdem verbis, que intelligere volumus, & ipsam sententiam forsitan vidu, & certè Dei spiritus, qui per eum operatus est etiam ipsam occursum lectori, vel auditori siue dubitatione prouidit, imo vi occurreret, quia & ipsa est veritate submixa, prouidit. Nam quid in diuinis eloqujs largius, & uberioris ponit diuinitus prouideri, quam vi eadem verba pluribus intelligantur modis, quos alios non minus diuina contestantia faciunt approbari?*

S. Bernardus exponens in Canticis illud, fulcite me floribus homil. 51. ait, scio me hunc locum in libro de dilectione Dei plenius explicuisse, & sub alio intellectu posteriori ne an deteriori, lector iudicet. Si cui utrumque videre placuerit, non sane à prudēte de diuersitate sensuum iudicabor, dummodo veritas utrobique nobis patrocinetur, & charitas, cui scripturas seruire oportet, eo edificat plures, quod plures ex eis in opus suum veros erudierunt intellectus.

S. Thomas q. 4. de pot. ar. 1. Aliud est scilicet vietandum ne aliquis ita scripturam ad unum sensum cogere velit, quod alias sensus, qui in se veritatem continent, & possunt salua circumstantia litterae scripture, penitus excludantur: hoc enim ad dignitatem diuine scripturæ pertinet, ut sub una littera multis sensibus contineat, ut sic ex diuersis intellectibus hominum conueniant, & unusquisque miretur se in diuina scriptura posse inuenire veritatem quam mente concepit, & per hoc contra infideles facilius defendatur, dum si aliquid quod quisque ex sacra scriptura falso apparuerit, ad alium eius sensum possit haberi recusus, &c.

Tertia classis ex rationibus, prima ratio, nam hoc cedit in maximā Dei gloriam, quicquid enim ei supra mortalium cōditionē attribuimus, Deo dignius est: maior autem est Dei gloria si afferamus scripturam diuinam sic ab ipso conditam esse, ut fons esset uberrimus, diuersas, easque comp̄ssibiles sententias scaturiens per plura capita, quam si esset angustus rius in uno alveo tantum decurrentis.

Secunda, quia eo in maiori veneratione habetur, quo eius magis profunditas cernitur, & in ea multiplices sensus habeat, vnde dicebat Augustin. 12. confess. cap. 14. mira profunditas eloquiorum tuorum, ecce ante nos superficies blandiens: sed mira profunditas Deus meus, mira profunditas, horror est intendere in eam: horro honoris, & tremor amoris, vnde diligētia,

labor quærentium laudatur, qui margaritas ē profundo abstrahunt.

Tertia, quia potest scriptor prophanus per vocē æquiuocām plures sensus in una ratione concludere, & Deus ipse scripture conditor, potest rebus ipsis propter diuersas proprietates, vel inditas, vel ex impositione ad placitum, plura significare. Ergo etiā potest iisdem vocibus, siue tropicis, siue propriis plures sententias, siue sensus significare. Et quod de facto sic fecerit suadetur ex verbis Augustini 12. confess. cap. 30. vbi dicit, ego certe quod intrepidus de corde meo pronuncio, si ad culmē auctoritatis aliquid scriberem, sic mallem scribere, ut quod veri quisque de ipsis rebus capere posset mea verba resonaret, quam ut una veram sententiam, ad hoc apertius ponerem, ut excluderem ceteras, quorum falsitas me non posset offendere, ergo sic Deum fecisse recta ratio suadet, cum hoc ad dignitatem conditionis scripture conducat.

Quarta, quia ex ista multiplicitate litteralium sensuum, nēdū sapientia conditoris ostenditur, sed maxima utilitas, quæ allata est hominibus demonstratur: dum ad scripturatum exercitationem accendimur, ad plures, & plures intelligentias inuestigandas, puocamur, ut dicatur, Letabor super eloquia tua sicut qui inuenit spolia multa: dum etiam plurimæ mysteria panduntur, & Hebraicæ linguae nomina ambigua elucidantur: dum tota commentaria Patrū, & Doctorum scripta cernuntur, ut repleta sit terra scientia Domini, quæ scripta non essent, si ad unum sensum solum attendissent ē scriptis litteris eruendū; Dam plures nobis exitus dantur ad dissoluenda infinitum argumenta, quando ex uno sensu litterali nostro proprio, & priuato, illorum argumenta non solueremus, relinquunt enim nobis alia via alios sensus litterales veros indagandi, & quem non possumus attingere, qualis sit agnoscarur, quod non inueniatur, & tamen inueniri ab alijs possit, ex Augustino loco citato.

Quarto principaliter ad hominem contra Rullū sic arguitur, nam in illa sententia ex Aegypto vocauit filium suum, sunt duo significata distincta ab illis verbis immediate significata, ut fatetur Rullus, ergo sunt duo sensus litterales, quorum unus alterius pars non extat, ut ex illa compositum sensum perficiat. Amplius contradic̄tio est fieri sensum compositum ex signo, & re signata: nam si ex thesi 275. secundum Rullum, litteralis sensus est, quem verba immediate praeserunt, certe eductio Israel, ut res quædam in est non facit sensum litteralem, sed allegoricum. Male ergo assertur, quod sensus litteralis compositus constet ex figura, & figurae veritate.

#### CONCLVSIO ORTHODOXORVM.

Sub una littera sunt plures sensus litterales.

R Epondeo dicendum, sicut dicit S. Thomas p. 1. q. 65. ar. vlt. in corp. quod sunt quidam, qui veritatem capere non possunt intelligibilem, nisi eis particulatum per singula explicitur, & hoc ex debilitate intellectus eorum contingit: alij vero qui sunt fortioris intellectus, ex paucis multa cognoscere possunt. Similiter quidam sunt minimæ excellētia.

tix in scientia, & eloquentia, & hi plura nonnisi pluribus explicant, sive signis, sive verbis: alij vero sunt qui praediti sunt maiori scientia, & hi signis eisdem, & paucioribus plura exprimunt, atque significant: Cum ergo Deus sit summa, & infinita sapientia per unum cognoscit omnia, nempe per suam essentiam eterno suo Verbo se totum, & omnia dicit. Quia ergo verbum suum scriptum in sacris litteris (quod ad traditum etiam extendi potest) est participatio diuinæ sapientiae, decens fuit, ut per illud multiplicata intenderet, & multa significaret. Angelus vero non per suam essentiam, sed per species res cognoscit, & quanto fuerit perfectior eo per species pauciores, universitatem intelligibilium apprehendere potest, & significare; homo etiam multa per multa cognoscit, cum sit intellectus inferior, nihilominus multa per unum signum, & per eandem vocem apprehendere, & significare potest: unde apud diversas nationes idem gestus, vel inclinationes diuersae significant. Similiter ut dicit August. 2. de doctrina Christiana cap. 23. v. g. una figura Lutheræ quæ decussatim notatur, aliud apud Grecos, aliud apud Latinos valet, non natura sed placito, & consensione significandi: ac ideo qui utramque linguam nouit, si homini Græco velit aliquid significare scribendo non in ea significacione ponit hanc litteram, in qua eam ponit, cum homini scribit Latino, & Beta uno eodemque sono apud Grecos litteræ apud Latinos oleris est nomen, & cum dico lege in his duabus syllabis aliud Græcus, aliud Latinus intelligit: scilicet, quod Græcis est define vel cessa, Latinis significat lectionem, vel legem. & tandem quo quisque est perfectior intelligens, signis eisdem, & paucioribus plura significare solent, & multa paucis explicare, sicut etiam eo perfectior est artifex, qui ad multa fabrefacienda, non multa, sed pauca assumit, & perfectissimus si esset artifex unum assumere instrumentum. A fortiori dicendum est, quod Deus verbo suo voluit ex instituto plures sensus includi, eosdemq; per illud significari. Sed quia fortioris intellectus fuerunt ij, qui sunt ministri sermonis, quam ij, qui secuti sunt eos, nempe Catholici tractatores (unde eis primus datur in Theologia locus) in paucis verbis multa cognoscere potuerunt, unde inueniens Augustinus questionem 12. confess. cap. 31. an Moyles omnes sensus litterales intenderit, sic respondet affirmando, sensit ille omnino in his verbis, atque cogitauit cum ea scriberet, quia quid hic veri potius invenire, & quicquid nos non potius, aut nondum possumus, & tamen in eis inveniri non potest, & non solum Moyli, ut dicit S. Thom. in disputatis q. 4. de pot. ac. 2. sed & alijs scriptura auctoribus, hoc diuinius esse concessum, ut diversa vera, quæ homines possunt intelligere, & ea sub una littera serie designarent, ut sic quilibet eorum sit sensus auctoris. Unde si etiam aliqua vera ab exposito-nibus sacra scriptura litteræ aptentur, quæ auctor non intelligit, non est dubium quin Spiritus sanctius intellexerit, qui est principalis auctor diuinæ scripturae. Unde omnis veritas, quæ salua littera circumstantia potest diuina scriptura adaptari, est eius sensus, quod adeo verum est, & certum, ut negari non possit, & S. D. formiter loquitur, conformiter ad Augustinum sup. cap. 32. dicendo, quod Deum latere non poterat quicquid erat in eis verbis reuelaturus legentibus,

etiam si ille, per quem dicta sunt, unam fortassis ex multis verbis sententiam cogitauit. Hæc autem est communior Patrum, & Theologorum sententia, ut Lyr. 2. prol. Bibl. Abul. q. 57. in cap. 2. Matt. & q. 28. cap. 13. Syl. p. 1. conflati q. 1. Dried. lib. 2. de sacr. script. cap. 2. Castro lib. 3. aduersus haereses cap. 3. Sebastian. Oxf. reg. 10. de sensibus sacr. script. Bannes, Caietani, & interpretum, S. Thom. & aliorum. Licer aliqui oppositum teneat, ut Michael Medina de recta in Deum fide lib. 6. cap. 25. Alensis 1. par. q. 1. num. 4. artic. 2. ad ultimum, Henric. in summa art. 16. q. 2. & 3. Alb. q. 5. m. 2. ad 4. in sua summa, & ut probabilem hanc sententiam sequitur Gillus in 1. par. lib. 1. tract. 7. cap. 4. Bellarin. tom. 1. sed improbabilis omnino dicenda est.

## Solutio oppositionum.

**A**D primum, non ut Euangeliū solum cum veteri testamento concordemus, Patrum sententiā de pluralitate plurium sensuum litteralium defendimus: sed ex fecunditate verbi Dei, eiusdemque diuinæ sapientiae dispositione, & alijs congruentijs supra assignatis. Ille vero locus etiam in sensu literali de reditu Christi intellectus est ab aliis Patribus, unde Chrysostom. 18. in Matt. ait. est enim prophetæ lex multoties dici de alijs, completi autem in alijs. Sicut de Simeone, & Leui dictum est, diuidam eos in Iacob, &c. quod non in eis sed in nepotibus completum est, quod & hic apparet: Christus enim natura Dei filius: & sic in eo vera prophetia completur.

Ad secundum, si tanta capacitate essent homines omnes, ut possent significare unum scripto, vel verbo, multa paucioribus, non dubium est, quod sicut cum possunt paucioribus instrumentis uti ad res efficiendas, ita in loquendo verborum esset avaritia, laudabilis, paucioribus verbis ad exprimendos multos conceptus utendo: nunc vero quoniam id præstare possunt sapientes, non est id denegandum superero intellectui, & summa sapientiae Dei, quod verbo suo tantam præstantiam communicari, ut plura posset significare, & per haec patet ad confirmationem.

Ad tertium, sicut dicit S. Thomas in q. 4. de pot. ac. 2. in corpore, nihil derogatur dum diuini modo exponitur, salua tamen fide, quia maiori veritate eam Spiritus sanctus fecundavit, quam aliquis hominum inuenire posset, unde non hoc, vel illud determinate intelligere voluit Spiritus sanctus: sed ut dicebat Augustinus & hunc, & alium, & terrum, & quartum, ut per se unusquisque verus sit, atque certissimus secundum se, & si interdum nos lateat. Unde non est bonum argumentum à disiunctiva, ad aliquam eius partem, quod fallax est in bona dialectica: sed ut dicunt à copulativa ad partem eius quamlibet, quod est sicissimum. Verum tamen est, ut ad hoc, quod argumentum sit efficax, oportet, quod vere sensus certò constet, sive unum, sive plures esse litterales: constat autem, quod sensus litteralis sit, ex antecedentibus, consequentibus, serie narrations, &c. item si in alio sensu, scripturæ ea interpretatione confirmetur, & tandem ex Patrum sententijs. Quando ergo Patres communiter unum locum se-

cun-

etundam utrumque sensum litteralem accipiunt, cū teneamus auctoritate, & ex præcepto Ecclesiæ se qui vnaminem sanctorum Patrum interpretationem, tunc refemur utrumque sensum admittere. Similiter si Ecclesia, vel Patres in dogmatum confirmatione utantur aliquo loco scripturæ modò in uno sensu, modò in altero, utrumque sensum tenemur admittere. Si vero non omnes Patres eodem loco ad sensum litteralem utantur, sed aliqui unum sensum litteralem affigunt, alij alterum, si non pugnant inter se, nec cum textu, vel veritate probabili tantum est ambos intentos à Spiritu sancto, & tunc ex utraque parte attendenda est assertorum numerus, gravitas, ratio, &c. vt unus sensus litteralis alteri præferatur, & iuxta has regulas habetur quid certum, quid incertum sit in huiusmodi sensibus astruendis, lege S. Th. de pot. q. 4. art. 2. in corp. & art. 1. in corpore de his differentem, & exemplificantem.

Ad quartum, propter illud argumentum quidam negant de mente S. Thomæ in una littera esse plures sensus litterales, sed exp̄esse S. Thom. in eodem art. ait, non est inconveniens, vt dicit August. 12. confe. si etiam secundum litteralem sensum in una littera scripiunt & plures sint sensus. Sed dicendum est, quod cum S. Thomas præmisit argumentum, quod ex multiplicibus propositionibus non conficitur argumentum propter fallaciam figuræ dictioris, soluit argumentum dicendo. Quod sensus non multiplicantur propter hoc, quod una vox multa significet sed quia ipsæ res significatae per voces aliorum possunt esse signa, & ita nulla confusio oritur in scriptura, cum omnis sensus fundetur super litteralem. Vnde cum ibi agat de sensuum pluralitate litteralis, & mystici, sufficienter soluit argumentum docendo, non esse significacionem æquiuocam quando plura ita significantur, vt unus significetur proximiè per verba, cetera remota per res significatas; an vero quando proxime plura significantur sit æquiuocatio S. Thomas non testigat, quia id argumentum non postulat. Sed dicendum est, quod tunc committitur æquiuocatio, vt notat Sylvester noster in rosa aurea tract. 1. cap. 6. cum enunciatio profertur, in qua unus sensus est verus, alter falsus ad decipendum audientem: ceterum quando utique sensus verus est, cohærens textui, non in ambiguitatem, & fallaciam inducit, sed ad maiorem intelligentiam illustrat. Oracula autem demonum erant ad deceptionem fabrefacta, & si in uno sensu veritatem habebant, in alio expressam continebant falsitatem.

Ad ultimum. Nulli scripture humanæ ea felicitas obuenire potest, vt tam abundantanter, atque frequenter tot profundos sensus, & mysteria contineat, vnde merito S. Thomas pat. 1. art. 10. quæst. 1. allegavit Gregorium 15. moral. dicentem, sacra Scriptura omnes scientias in ipso locutionis genere trascendit, quia uno, eodemque sermone dum narrat gestum, prodit mysterium.

## ARTICVLVS QVINTVS.

*Qui sint alijs sensus præter litteralem, & primo an detur sensus allegoricus, & recte sit definitus.*

*Postio Hæreticorum.*

C Alumnatur Lutherus in psalm. 22. loc. cit. nostros Doctores, illustrium Patrum Abraham, Isaac, & sanctorum toius populi Israel gesta, non ad fidem docendam tractauisse, sed ueluti mortuas historias fastidisse. & quod figuratum inueniebant hoc mysticum. hoc est nullum sensum fecisse.

Contendit V vitakerus, quæ per allegoriam dicuntur in scripturis non allegoricè accipienda, sed typice, inquit, ac proinde historicam illam de duabus vxoribus Abraham, quam S. Paulus allegoricè Gal. 4. interpretatus est, non accipiendam esse allegoricè, sed typicè, ita vt, inquit, aliud suus typus, aliud allegoria, & per typum metaphoricam, & tropicam locutionem intelligit, allegoriamque definit, esse continuatam quandam metaphoram. Saubrandus lib. 5. de principijs cap. 11. & ultimo, ubi S. Augustini, & Hieronymi definitionem refellisset, definit, allegoriam, nihil aliud esse, nisi continuatam metaphoram, quæ in hoc differat à metaphora, quod huc unum, atque alterum uerbum in aliqua sententia: illa uero totam sententiam à nativa sua significatione ad alteram transserat. Ut Deus eripuit me ex ore buius leonis 2. Tim. ca. 4. est metaphora: os enim leonis posuit pro potestate Neronis: reliqua accepintur proprièt. Hæc sententia uero semen mulieris contineres caput serpens. Gen. 3. est allegoria. Tota enim sententia à nativa significatione ad alienam transferitur, semen mulieris pro eo, quod ex muliere nasciturus erat, serpens pro Satana, concretus pro superabit: est enim idem ac si dicas: Iesus Christus filius Virginis destruet opera diaboli. Hæc est uera, & orthodoxa doctrina de allegoria. Hæc ille.

*Oppositiones Hæreticorum.*

P Rimum argbmentum, & est Vvitakeri, quia ex sententia S. Hieronymi super epistolam ad Galatas, allegoria de arte grammatica est: non tropus ergo, & figuram rhetoricae significat: vnde & Rethores allegoriam tunc vocant, cum aliud sonat verba ac nos intelligimus, vt in metaphora, Hyperbole, & similibus, vnde sensum allegoricum, Grammaticum esse, docent omnes Rethores. Confirmatur ex Augustino, qui 15. de Trin. cap. 9. allegoriam dicit, esse tropum quo aliud ex alio intelligitur.

Secundo, ex Saubrando. Allegoria est continua metaphora, vt docet Erasmus ad Gal. 4. & Cic. de orat. At sermo totus metaphoricus, secundum proprietatem verborum intellectus de eodem subiecto, plerumque falsus est: ergo.

Tertio. Sensus allegoricus, qui proprièt, & vere allegoricus est, secundum proprietatem verborum intellectus plerumque fictitious est, exempli gratia super aspidem, & basiliscum ambulabis, hoc allegorice intellectum verum est, ait Saubrandus, at fictitious non est, cum per tropos intelligitur: ergo, &c.

Quarto,

# De sacrorum Bibliorum interpretatione. 469

Quarto, si sensus allegoricus esset, quando significatur aliquid in veteri testamento, in novo gerendum; & quādō significatio est de Christo, & Ecclesia, tunc sequeretur, quod omnes prophani libri sint allegoriarum pleni.

Quinto, quia sensus litteralis est ille, qui intenditur à Spiritu sancto, mysticus vero non ex intento Spiritus sancti, sed ex concionatorum arbitrio, & voluntate dependet inuenientium, prout libuerit, varias allegorias, &c. Amplius sensus litteralis cognitus est a scriptore sacro: non autem sensus allegoricus. Ergo &c.

## Confutatio eorundem, ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primò, quia expressis verbis Apostoli solus loco cit. sensum allegoricum exprimit: inquit enim *αττίνειστιν απόλυτον μέρον, quæ sunt per allegoriam dicta*, non autem dixit Apostolus *αττίνειστιν τον οὐρανον*, hoc est, quæ typice facta sunt. Sed denus allegoricē idem significare, quod typice, habemus intentum. Si enim duo filii, duo testamentoa significant, & Agar seruitutem, veterem nempe legem, certè aliquid tunc præsignabatur, quod tempore legis gratiae geri debebat.

Secundò ex Patribus. Origenes tract. 23. in Matt. Spiritualis enim, & propheticus sensus scripturæ cœlatus est in historia rei propositæ, et omnis scriptura à mediocribus quidem secundum historiam intelligitur: à spiritualibus autem, & perfectis secundum misterium spirituale.

Batilius in Exameron hom. 1. *Omnem igitur tropicam, allegoricamque expositionem in præsens prætermittentes. &c.*

Chrysostomus hom. 8. de pœnit. exponens ea verba Apostoli: *Abraham duos filios habuit, & cœpit: Vidiisti per rem prophetiam: in eo enim quod mulieres habet, non verbum, sed res est, & seruum, & liberum, &c. ostendit tibi per uerbas quoniam duorum testamenterū unus est legislator. Disce & ipse figuram, &c.* & in procem. super Psal. *Apostolus nūquam euerit historiam, licet contemplationem introducerit, & hanc contemplationem vocavit allegoriam, nō quod nomina quod sibi vellent ignorare, sed docens, quod licet sententias allegoria nomen attribuerit; per contemplationem tamen id sufficiat accipere nūquam lèdentes naturam historiam.*

Hieronymus in Amos c. 4. Debemus enim scripturam sanctam primum secundum litteram intelligere, facientes in ethica quæcunque præcepta sunt. Secundo iuxta allegoriam, intelligentiam spiritalem. Legendum in Abachuc 3.

Gregorius in Euang. hom. 40. In verbis sancti eloqui, fratres carissimi, prius seruanda est veritas historia, & postmodum requirenda spiritualis intelligentia allegoria, tunc enim allegoria fructus suauiter carpitur cū prius per historiam in veritatis radice solidatur.

S. Ambrosius lib. de Noe, & arca cap. 16. Deleuit Deus, inquit, omne quod est super faciem terræ, ait: Scripti euidenti explanatio. Allegoria autem expositam nobis declarat superbiam, quæ se exollit in hac terrena, fragiliq; substantia. & Gal. 4. Ideo, ait, per allegoriam esse asserta dicta, ut aliud ex alio significenti persone Ismael, & Isaac, Ismael enim Indorum significat na-

tivitatem, vel eorum qui servi peccati sunt, Isaac verò Christianorum, qui in libertate nascentur, &c.

S. Augustinus lib. de utilitate credendi c. 3. & lib. de Genes. imperfecto c. 2. ubi sensus scripturæ diuisset in litteralem, allegoricum, &c. allegoricū definit hoc modo: *Allegoria est cum figura ab dicta intelliguntur.* Et quomodo allegoria vtendum, docuit, nimis ut clarioribus testimonij allegoricus sensus cōprobetur: sic ait ep. 48. ad Vincent. *Quis autem non impudenter similitudinem aliquid in Allegoria possum proferre interpretari nisi habeat manifesta testimonia, quorum lumine illustrenur obscura?*

Cassianus exponens illum locū Pauli coll. 14. c. 8. ait: *Ad allegoriam autem pertinent que sequuntur, quia ea que in veritate gesta sunt, alterius sacramenti forma præfigurasse dicuntur.* Hac enim, inquit, sunt duo testimonia, &c. & infra exponens illum ad Apostoli 1. Cor. 14. Nunc autem fratres si venero ad vos linguis loquens quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina subiungit: *Reuelatio namque ad allegoriam pertinet, per quam eis, quæ tegit narratio historicæ, spirituali sensu, & expositione referantur.* & ibidem exemplificat.

S. Thomas leđ. 7. Epistolæ ad Gal. c. 4. *Mysticus autem sensus, seu spiritualis dividitur in tres. Primo namque sicut dicit Apostolus, lex vetus est figura nouæ legis, et ideo secundum ea, quæ sunt veteris legis significant ea quæ sunt nouæ, est sensus allegoricus. &c.*

Tertio principaliter probatur ex rationibus. Prima, quia duplex est significatio vocum, & rerum, prima pertinens ad sensum litteralem, secunda ad mysticum: ergo quot modis contingit fieri variationes in assumptione rerum, tot modis cōtinget fieri variationem sensus spiritualis: sed possunt res assumi vel ad significandum futura, vel præsentia, vel quæ pertinent ad patriam: ergo triplex spiritualis sensus efficitur, allegoricus qui in veteri testamento futurū nouum præsignabat, tropologicus qui præsentem informationem concernit, anagogicus quo significantur quæ ad patriam pertinent. Secunda, quia in singulis explanandis sensibus, speciali prouidentia apparent destinati quatuor Doctores, Hieronymus pro sensu litterali, Ambrosius pro allegorico, Augustinus pro anagogico, Gregorius pro tropologico. Allegoricum ergo destruere sensum, Ambrosium est ablegare.

Vltimo ad hominem sic arguitur, nam Sibrandus cum sibi obiecisset, *Instas siue typicum, siue allegoricum dicas, res eodem redit.* Sunt enim duo sensus huius loci, unus litteralis, ut verba sonant, alter typicus, qui præter litteralem sensum intelligitur, mox respondet huic obiectioni dicens: *Respondeo in ipsis verbis esse veram historiam, & illam historiam esse typum, siue figuram alterius cuiusdam mysterii.* sed quæ vocat typum Sauvbrandus, nos cū Apostolo appellamus allegoriam, nec nomenclaturam apostolica scribēdi charactere signata, patimur inaniter eludi.

## CONCLUSIO ORTHODOXORVM.

*Sub mystico sensu allegoricus rectè comprehenditur, cuius recta est definitio.*

R Espondeo dicendum, quod, quantum ad vim significacionis, allegoria, ut sapienter dixit Ciceron,

tero, præter alias translationes, alia est oratio, quam Graci allegoriam vocant, & S. Thomas supra, dicit, quod allegoria dicitur ab uno, quod est alienum, & goge ductio, quasi in alienum intellectum ducens, & propriea, ut dicit Aug. lib. 5. de Trin. c. 9. Quidam interpres nostris, quod ait Apostolus, que sunt in allegoria, &c. nolentes Gracum vocabulum ponere, circumloquendo interpretari sunt dicentes: Que sunt aliud ex alio significativa, & subdit, quod huius allegoriae plures sunt species, ut ex eodem ibidem colligitur: quædam est verborum, quædam est rerum. Verborum vero, simplex allegoria est cum ex verbis aliquibus aliud intelligitur. Nihil enim ait Augustinus, est allegoria, nisi tropus, ubi ex alio aliud significatur, ut cum dicitur, qui dormiunt, & qui inebriantur nocte ebry sunt. Nos autem qui diei sumus, sobry sumus, & talis allegoria etiam tardis est in promptu ad intelligendum. Alia vero verborum, est allegoria, que perspicacibus solis est peravia, & hec dicitur enigma. Enigma autem, ut dicitur ab Augustino, nihil aliud est nisi obscura allegoria, ut cum dicitur, sanguis sive sumus duæ filie. Vnde cum definitio, ait idem Augustinus, ipsius nominis generalis omnes species complectatur. Omne enigma, aut, allegoria est, non omnis allegoria enigma est, sicut exemplificat. Omnis equus animal est, non omne animal equus est. Sed quia ex alio, nepe aliquo facto aliqd quoque significati potest, datur alia species allegoriae, nempe rerum, nimitti quando ex aliqua re gesta aliud significari intelligimus, sed ubi, (subiungit Augustinus) allegoriam nominavit Apostolus, non in verbis ea reperit, sed in facto, cum è duabus filiis Abrahe, uno de ancilla, altero de libera, quod nondictum, sed etiam factum fuit, duo testamenta intelligenda monstrauit, &c. Vnde dicit Hieron. in Epist. ad Gal. Paulum impropter allegoriae vocabulum usurpasse, non quod, ut dicit idem, litteras saeculares ignorauit, vel, ut dicit Chrysost. proemio in psal. nomina quid sibi vellent ignoraret, sed docens, quod licet sententijs allegoriae nomen attribuerit, per contemplationem tamen id sufficiat accipere, nusquam hædentes naturam historiam. Et quia aliud sensus est, qui ex verbis accipiatur, aliud qui ex rebus, merito sensus, qui ex uno facto ad aliud significandum accipitur, allegoricus sensus habetur, & congrue nominatur, & non sub litterali, sed sub spirituali sensu merito collocatur.

### Solutiones oppositionum.

**A**d primum, secundum doctrinam Augustini, allegoria non solum est verborum, sed & rerum. Allegoria verborum ad Grammaticos, & Rhetores etiam spectat: at allegoria, que est rerum, Theologia est, & proprium, & spiritualem sensum habet à litterali (in quo etiam tropi verborum reperiuntur) distinctum.

Ad confirmationem. Definitio Augustini est universalis, & complectitur omnem speciem allegoriae: nec enim tantum verbum, sed & rem aliud significantia, importat. Sicut autem allegoria, que ex Aug. non unum tantum verbum, sed integrum orationem, qua aliud ex alio intelligitur, complectitur, ut aliud significet, quam verba ipsa praeferre videantur, ita & re ipsa aliud significatur, quam verba, que sensum allegoricum non per se primum significare videantur.

Sicut autem tropus (ut dicit Clem. Alex. lib. 6. Strom.) est dictio transcripta à proprio ad non proponsum, quod ad verbum refertur; ita metaphorice dici potest tropus, cum res sita naturali proprietate, & accidentibus ad aliud significandum adaptatur. Et propterea interduci Patres tropicam cu allegorica expositione confundunt. Iuxta hunc sensum ergo dicit Basilius ubi supra. Omne igitur tropicam, allegoriamque expositionem in præsens prætermittentes, & Hieron. in Abacuchi c. 3. ait, quod si quis dixerit, ecce in historiæ expositione, dum nescis, allegorie clausus es retibus, & tropologiam historiæ miscuisti: audias non semper metaphoram historiæ allegoriam cōsonare. Dicitur autem allegoria, metaphora historiæ, quia sicut in verbis proprium translatè accipitur, ita res aliqua ad aliud mysticè significandum à Deo assumpta est.

Ad secundum, allegoria Grammatica, & Rhetorica continuata metaphora est, Theologica vero allegoria, cum non in verbis primò, & per se, & directe, sed in rebus consistant, non est continuata metaphora. Metaphorice autem tropus dici potest cum res ad significandum assumitur, quamvis propriè, & in prima sui significatione, tropus de verbis dicitur, non rebus, sicut & significatio quoque verborum est primò, & principaliter, & deinde ad res quoque significatio transfertur.

Quod autem assumitur, totum metaphoricum, sermonem de eodem subiecto secundum proprietatem verborum intellectū plerique fallunt esse: admittuntur. Sed somnia aduersarii, si velit subsuere has locutiones, Vicit Leo de Tribu Iuda, nos intelligere, quod secundum proprietatem verborum debeant verificari.

Ad tertium. Fictiū sensus est metaphoricus, cum translata, ut propria significantur. Cum vero proprium assumimus, & transferimus ad aliud significandum, verus sensus est, isq; litteralis. Metaphora autem, & tropus allegoria est, sed Rhetorica, & Grammatica: non autem Theologica, quæ rerum est, quæ ad aliud significandum mysticè assumuntur.

Ad quartum, prophani libri, ut suos habent tropos, sic habent suas allegorias, sed Grammaticas, & Rhetoricas, fabulosas, ut detraherent doctrinæ Fidei, eo proposito à Poetis fabrefactas. Vnde dixerūt exempli gratia ad designandam sapientiam, ex cerebro Iouis Mineruam ortam. Venerem ad designandam libidinem, ex spuma matis. Sed homo in scripturis exercitatus nihil his opus habet, habens allegorias sacras & propheticas, & Theologicas. Quare non nisi sacrilegè poetarum dicta, & fabulas ad allegorias theologicas transferret. Vnde quidam, non nisi sacrilegè, & insulse in discrptione Actæonis à canibus, persecutionem Christi, esse figuratum automauit.

Ad quintum. Eisi quidam id dixerint, tamen in contrarium est Parrum, & Theologorum chorus, quia Spiritus sanctus non tantum voces, sed & res ad futura significanda potest adaptare, legi Abul. q. 57. in Matt. c. 2. & q. 28. in c. 13. Quia ergo non est in potestate hominis, qui ignorantia futura, sicut nec est in potestate eiusdem sunt præsentia; & ut non potest esse futuron conscius, sic non potest præsentes res ad futura signanda accommodare. Inde sequitur, quod

NON

non pro nostro arbitratu debeamus fingere allegorias. Sed ne incidamus in defectus multorum sciolorum, oportet primò videre, & considerare si verba ipsa, & verborum significaciones, ita benè adaptantur ad id, quod per allegoriam intelligitur, sicut id, quod primò significant, id est rem ipsam gestam. Deinde videre si quid allegoricè significare quis vult, impletum iam videt, aut iam relet et implendū. Si talis quoque sensus ad ædificationem Fidei, & Ecclesie statum pertineat. Sensus ergo, qui ex proprio arbitratu, absque his canonibus configuntur, de veritate suspecti sunt. Vide nostrum Catherinū de clauibus sacrae scripturae lib. 2. Quod verò dicitur sensum litteralem solum esse cognitum à scriptore facto, non mysticum, id senserunt nonnulli, inter quos citatur Alb. 1. dist. 1. ar. 5. & non repugnat dicere, ut séper sacer scriptor sensus mysticos intellexerit, ut scripsit Catherinus supra c. de fructibus, qui ex allegorico sensu percipiuntur. At S. Augustinus est in contrarium, qui sic dicit lib. de mendacio c. 5. Credendum est, ait, illos homines, qui propheticis temporibus digni autoritate fuisse commemoratur omnia, que scripta sunt de illis propheticè gesisse, atque dixisse, nec minus propheticè eis accidisse quecumque sic acciderunt, ut eodem propheticō spiritu memoria, litterisq; mandanti iudicarentur. & S. Thomas in quodlib. 7. q. 6. ar. 14. ad 5. (quitamen perpetram in contraria sententiam adducitur à Gilio lib. 1. tract. 7. c. 13. n. 8.) ait, Nec est inconveniens, quod homo, qui fuit author instrumentalis sacre scripturæ in uno verbo plura intelligeret, quia Prophetæ, ut Hieronymus dicit super Oseam, ita loquebatur de factis præsentibus, quod etiā intenderunt futura significare. Vnde nō est impossibile simul plura intelligere, inquantū unū est figura alterius. Et dato, non autem concessio, non omnes sensus mysticos agnitos à scriptoribus sacris, nihil obstat: nam cum ipsi fuerint amanuenses, & instrumenta, quamvis animata, & nuncij Dei ad causam principale, per quam fiebat reuelatio, spectabat nedium res assumere ad significandum, sed proponere signa ab eo intelligenda, à quo intelligi volebat: vnde & Reges mittentes litteras cífratas (quas vocant) ad ciuitates, etiam si à nuncij per quos deferantur, intelligi non possint; velint autem ciuibus innotescere, adhuc illæ litteræ, ut signa, destinatae sunt ad significandum; ita & in proposito.

## ARTICVLVS SEXTVS.

*An detar aliquis sensus tropologicus.*

### Positio Hæreticorum.

**L**Vtherus in psal. 22. calumniatur nostros Doctores docere, idem esse Allegoriam, Tropologiam, & Anagogia, & Catholicos mysticum sensum in mere allegoricum commutare, hoc eit solum allegoricum sensum pro mystico agnoscere.

Vvitakerus, & Sauvbrandus sensum tropologicum contendunt non esse nouum sensum, quibus subscriptus Rullus Basiliensis thesi 231. Tropologia, ait, anagogia, et allegoria non sunt varii sensus eiusdem locis sed tantum varia ex uno sensu conjectaria, vel varia unus sensus accommodationes ad usum, &c.

### Oppositiones eorundem.

**P**RIMO arguit Vvitakerus, quia sensus moralis ex ipsis verbis necessariò, aperteque fluit, atque adeo ex ipso textu colligitur: ergo non est nouus, atque distinctus.

Secundò arguitur. Tropologia genus est ad omnes figuræ: significat enim inuersionem, seu mutationem verborum: at hæc inuersio potius litteralem sensum indicat: ergo.

Tertiò. Per quemcunque alium sensum à morali distinctum mores instruuntur: non ergo peculiaris hic moralis, siue tropologicus a signandus erat.

Quarto etiam libri Gentilium aspersi sunt tropologijs, ait Sibrandus: ergo.

### Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ED contra est primò, quia Prou. 22. dicitur: Ecce descripsi eam tripliciter in cogitationibus, & scientiis, ut ostenderem tibi firmitatem, & eloquij veritatē. Iubetur nobis, ait Hieronymus explicans hunc locum lib. 5. in Ezech. cap. 16. ut eloquia veritatis, id est scripturas sanctas intelligamus tripliciter, iuxta litteram, mediè per tropologiam, sublimius, aut mystica quoque noscamus.

Apostolus etiam dicit, Quaecunque scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt, &c. & iterum: Hæc omnia contingebant illis in figura, scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos seculorum deuenerunt.

Secundò ex Patribus. Origenes hom. in Gen. ait, Propter hæc ergo, ut his similia non solum tricamerata, sed & bicamerata arca contextitur, ut sciamus in scripturis diuinis non semper triplicem, quia non semper nos historia sequitur, sed interdum duplices & tanquam modo sensum expositionis insertum: tentemus igitur & tertiam expositionem differere secundum moralem locum. & hom. 11. loquens de Abraham triduo commorante in loco visionis, ait: Si tamen potuero unū aliquem intellectum sentire de visionibus Dei, unam diem videbor fecisse ad puteum visionis: si verò non solum secundum litteram, sed aliquid & secundum spiritum attingere, biduum videbor fecisse apud puteum visionis, quod eis moralem locum contigeret, fecerim triduum. Hugo in prologo lib. de sacra scriptura idem docet apertissime. Sed ne quæ dicta sunt repeatantur, probatur quoque ex alijs Patribus allegatis supra a rr. 1.

Probatur demum ratione. Tropologia, & allegoria, & anagogia habent distincta significata, ergo & diversi sunt sensus. Probatur, quia tropologia significat mores, allegoria res gerendas in novo testamento, anagogia rem perficiendam in patria, at hac significata sunt prorsus diuersa, ergo & diversi sensus, ut supra dictum est.

### CONCLVSIONE CATHOLICA.

*Præter sensum litteralem, & allegoricum, datur tropologicus.*

**R**espondeo dicendum, quod historiæ veritate supposita, per quam facta narrantur, oportet, ut dicit idem Aug. lib. 1. super Genes. ad litterā c. 1. discamus quis sit modus exponendi allegoriam, hoc est

Rr 2 sensum

sensum mysticum, an sufficiat à visibilibus, que precesserunt, nempe facta, & gesta historiarum, usque ad inuisibilia recentiora eam perducere, an usque ad animę perfectionem, an usque ad incommutabilem aeternitatem? & quidem cum veteres historias, in quibus apparet sensus litteralis, transferimus ad recentes in novo testamento res adimpletas, vera, & propria allegoria est: cum easdem res tam in novo, quam veteri testamento gestas ad animę perfectionē adaptamus, sensus tropologicus est: cum verò transferimus ad incommutabilem aeternitatē, sensus est anagogicus. Quia ergo distincta sunt, id, per quod sperandum est, is qui sperare debet, & quod sperandum est, distinctis quoque significacionibus designata sunt. In primis Christi Domini œconomia, in quo est salus, vita, & resurrectio nostra, quæ multifariā, multisq; modis prænunciata est, per allegoriā designata est: anima nostra, quæ scripturis erudienda suscipitur, tropologia instruitur, ut per patientiam, & consolationem scripturarum, spem habeamus. Quod sperandum est, anagogia demonstrat, habentes fiduciam in introita sanctorum. Vnde & bene hæc omnia duobus metris oīm conclusa sunt.

*Littera gesta docet quod credas allegoria,  
Moralis quid agas, quo tendas anagogia.*

### Solutiones oppositionum.

**A**d primum negatur assumptum: nō enim proximè, & immediate, & directè ex verbis scripturæ fluit, sed in illis litterali sensu supposito, mysticus omnis sensus fundatur, & mediate ex verbis, sicuti immediate ex rebus per verba significatis, elicitur.

Ad secundum respondetur. Non eo significato tropologiam sensum tropologicum (de quo est sermo) efficere, sed tunc quando historia ad nostros mores adaptandos accommodatur.

Ad tertium. Non efficitur sensus moralis in rigore, & propriè, nisi quando ex similitudine aliquarum gestarum instructio ad mores nostros efformandos adaptatur.

Ad ultimum. Tropologiæ, quæ in Seneca, Plutarco, &c. sunt, Theologicæ nō sunt, sed Rhetoricæ, & Grammaticæ, quæ etiam non à rebus, sed à verbis proximè, & immediate sumuntur; nostræ verò proximæ à rebus: vnde in rigore præcepta, quæ à scripturis per verba describuntur, potius pertinent ad sensum litteralem.

### ARTICVLVS SEPTIMVS.

*An detur aliquis sensus Anagogicus.*

#### Postio Nouatorum.

**N**on esse nouum, & distinctum sensum anagogicum à litterali prætendunt Vvitakerus, & Sibrandus; & Vvitakerus sensum anagogicū typicū solum vocat, Sibrandus verò dicit sensum anagogicum esse sensum grammaticum, seu litteralem: vnde illud, v.g. quod à Catholicis assertur, *Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam*, quod dictum est à Propheta ad significandum vetulum ingressum in terrā promissionis, in terra Chanaam, & cœlestis

patriæ, litteraliter dicit solum esse intelligendum, terram Chanaam per metonymiam per requiem significatam.

#### Oppositiones eorundem.

**A**rguit Vvitakerus ex S. Thoma p.p.q.1.ar.10. vbi dicit sub litterali sensu plures sensus esse posse, hoc intelligi nō potest nisi de sensu allegorico, tropologico, vel anagogico, ergo ita sunt sensus litterales, & quod hinc sequitur, nec noui, nec distincti. hæc Vvitakerus.

Secundò arguit Sibrandus. Aug. de utilitate credendi c.3. omnes scripturæ explicandæ modos recensent, & anagogem præterit: idem facit lib. de Genes. imperfect. c.2. ergo.

Tertiò S. Hieronymus q.12. ad Hædibiam omittit sensum anagogicum. Similiter scribens in c.4. Amos idem.

Quartò nō videtur disiungi anagogicus sensus ab allegoria: nam idem S. Hieronymus in proœmio octa vi libri in Esa. vocat eam allegoriam anagogem in 6. & 7. libro, imo & S. Dionysius perpetuò illos sensus anagogicos appellat, quos & re ipsa spirituales, & allegoricos quiuis potest intelligere. Et confirmatur ex Apostolo vbi cum dixisset, *Quæ sunt per allegoriam dicta*, subito hunc sensum explicans subdit, illa autem quæ sursum est Hierusalem, &c.

#### Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primò authoritas scripturae: ait enim Apostolus 1. Cor. 14. *Nunc autem fratres si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero nisi vobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in propheta, aut in doctrina? quæ verba exponens, ut supra dictum est, Cassianus coll. 14.c.8. ait: Reuelatio namque ad allegoriam pertinet, per quam ea, quæ tegit narratio historicæ spirituali sensu, & expositione resonantur, & scientia verò quæ similiter ab Apostolo memoratur, tropologia est, quæ vniuersa quæ ad discretionem pertinent actualem, virum utilia, vel honesta sunt, prudenti examinatione discernimus. &c. Item propheta quam tertio Apostolus intulit loco Anagogem sonat, per quam ad inuisibilia, ac futura sermo transfertur.*

Secundò illud Ps.99 *Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam*, quod secundum litteram intelligitur de terra promissionis in Palæstina, anagogicè de vita aeterna interpretatus est. Apostolus Heb.4. & frequentissimè in eadem Epistola S. Paulus anagogicos sensus nobis tradit.

Secundò ex Patribus. Origenes hom. 5. in Leuit. ita etiam sanctam scripturam credendum est ex visibilibus, & inuisibilibus constare, veluti ex corpore quod in littera scilicet, quæ videtur, & animæ sensus, qui intra ipsa deprehenditur, & spiritu totum id, quod etiam quædam in se Ecclesia tenet, ut Apostolus dixit, quia expletari, & umbre deseruunt cœlestim, &c.

S. Hieronymus in Amos c.4. Debemus enim scripturam sanctam primum secundum litteram intelligere, facientes in Eibica quæcumque præcepta sunt. Secundo iuxta allegoriam, i.e. intelligentiam spiritusalem. Tertiò iuxta futurorum beatitudinem. S. Bern. de ordine vitæ dicit, quod in scriptura intueri oportet illud

# De sacrorum Bibliorum interpretatione. + 473

Illud trimodum genus intelligentiae, quorum primū est historicum, secundum allegoricum, tertium superius, ille intellectus, quem dicunt anagogē, idem docet in Cantica serm. 23. vide alios Patres supra art. 1.

Tertiū ratione probatur, quia ad diuersos fines ordinantur hi sensus. Allegoricus quid credendum monstrat. Tropologicus quid ex charitate sit agendum. Anagogicus quid sperandum sit. Sic ergo tres iste virtutes ad finem supernaturalem ordinantur, ita quoque diuersa ista media sunt, quae fidem generat, vel firmant, charitatē augent, spem firmat.

Vltimō ad hominem arguitur: nam secundū aduersarios cum dicitur, *Si introibūt in requiem meam, duo significantur, terra promissionis, & patria cœlestis,* ergo sunt secundum ipsos diuersa significata, ergo duo modi significāti diuersi, igitur duo sensus distincti: proprio ergo ore reuincentur aduersarij.

## CONCLVSIΟ CATHOLICA.

Datur etiam sensus anagogicus prater assignatos.

R Esondeo dicendū, sicut dicit S. Thomas in expositione Epistole ad Galat. lect. 7. quod mysticus sensus, seu spiritualis dividitur in tres. Primo enim, ut ait Apostolus ad Gal. c. 4. lex vetus est figura nouæ legis, & ideo si secundū ea, quae sunt veteris legis significantur ea quae sunt nouæ legis, est sensus allegorius. Rursus secundum ea, quae sunt in noua lege (principaliter ea quae sunt in capite gesta) sunt exempla eorum, quae nos facere debemus, *qua quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.* & ideo secundū ea, quae in noua lege facta sunt in Christo, & in ijs, quae Christum significant, sunt signa eorum, quae nos facere debemus, est sensus moralis, sive tropologicus. Tandem lex noua secundū doctrinam Dionysij lib. de cœlesti Hierarchia, est figura æternæ gloriae, & ideo si secundum ea, quae sunt in noua lege, & in Christo præcipue significantur ea quae sunt in patria, est sensus anagogicus.

## Solutiones oppositionum.

A D primum. Ibi S. Thom. docet in eadē scriptura esse plures sensus litterales: nūquam autem dixit S. Thomas (nec ullus id potest afferere) sensus allegoricos tropologicos, anagogicos esse litterales, cum litteralis proxime à verbis, mysticus vero à rebus desumatur.

Ad secundū, retunditur mendacium Hæretici ex S. Thoma loco cit. in solutione 2. articuli eiusdē, dicente Augustino, *Sub sensu allegorico duos spiritualis sensus completi: anagogicum, & tropologicum,* sic ex eodem S. Thom. explicādus alter locus Aug. de Genesi ad litteram.

Ad tertium. In questionibus ad Hedibij S. Hieronymus exp̄s de anagogico sensu meminit sub nomine intelligentiae spiritualis, cum dicit: *In spirituali theoria ad sublimiora transimus, tenebra dimittimus, de surorum beatitudine, & eccliebus disputamus, ut praesentis vita meditatio umbra futura beatitudinis fuī, exp̄s autem meminit eiusdem sensus anagogici, loco citato super Amos scripta.*

Ad quartum. Quādoque antiqui Patres indiscri-

minatum pro eodem usurpauerunt allegoriam, & anagogiam, sic duos sensus uno interdum nominant vocantes. Ad confirmationem, ut dicit S. Hieron. Epist. ad Galat. quod ibi vocat allegoriam, alibi, ait, vocat spiritualem intelligentiam: porro spiritualis intelligentia genus est ad sensus mysticos. Quare allegoriam vocante Apostolo anagogiam, usurpauit (ut mos est) genus pro specie.

## ARTICVLVS OCTAVVS.

An detur aliquis sensus per accommodationem.

### Positio Hæreticorum.

T Heodorus Mopsuestenus quæcumque dicta sunt de Christo, & eius mysterijs omnia interpretabatur secundum *xer. i. x. x. x. v. i.* secundum rei evenitum, & accommodationem sic interpretabatur illud Iocelis: *Ef. ndam de spiritu meo super omnem carnem.* & illud psal. Non derelinques animā mēā in inferno. & illud Oseā 9. Post hæc reuertar, & rediscabo tabernaculum David. & illud, *Et tu Beihleem terra Iuda.* & illud, *Ego mittam vobis Eliam Prophetam,* quod est dicere. Quod præter institutum, & scopum Prophetarum, ea loca scripturæ rebus alijs significādis, quae illi, inquit, non intendebant, sint accommodata. Hanc interpretandi rationem quidam in Hispania renouare conati sunt ex Turriano 2. constit. A post. c. 5. Vasquez disp. 6. c. 4. Vnde Iansenius c. 9. sive concordia tripliciter dixit posse impleri scripturam, literaliter, & mystice, addit, & per accommodacionem, quando se licet impletur, quod scriptura coimmemorat, etiā si id non fuerit præcipue ab authore sacro intentum, ut cum dicitur: *Ex Aegypto vocavi filium meum,* quod historie de populo Israel, per accommodacionem Christo applicatur ex Aegypto reuertenti. Sed differunt hi Catholici auctores ab Hæreticis: nam illi peruerso dogmate docent nec per verba, nec per res, nec proximè, nec remotè, à Spiritu sancto esse mysteria gratia, & gloria significata. Hi verò qui nonnulla loca per accommodacionem à scriptore sacro intellecta dicunt, tantam tribuunt illis auctoritatem, quantam habet facit auctor qui scriptit, ut vigeat versiculis, inquit V. S. ille Epiménidis, quem S. Paulus adaptavit, & transtulit, quam auctoritatem non habet priuatus Doct̄or tali v̄tens accommodatione, & sic se expli- cant auctores isti, sed de hoc infā.

### Oppositiones eorundem.

A Rgitur primō, quia omnes auctoritates scrip- tūrā recensit̄ Iocelis, Davidis, Oseā, &c. cum non sint impletæ secundum sensum litteralem, hec secundum sensum mysticum, necessariō dicendū est impletas secundum evenitum, & accommodacionem.

Irē quia Tob. 2. adducitur testimonium Amos 8. Manducāi panem cum luctu, memorans illum sermonem, quem a xii Dominus per Amos Prophetam, dies festi vestri convertentur in lamentationem, & luctum. ubi illa propheta per accommodationem presentis Tobit̄ calamitati applicator.

Matt. 2. adducitur ille locus pro nece innocentium: *Vox in Rhama auditæ est, &c. qui locus per accommodationem ad necem innocentium translatus est.*

Cap. 13. Hypocrite bene prophetauit de vobis Isaia dicens, *Populus hic labii me honorat, cor autem eorum longe est a me.* qui locus per accommodationem a Christo iudicis præsentibus applicatus est.

Et cap. 12. accedit modanit Christus factum Davidis comedentis panes propositionis ad tuendum discipulis licuisse spicas conterere, ut manducarent. Et cap. 12. difficultè est adaptare illud, *Sine parabolis non loquebatur eis,* ut adimpleretur quod scriptum est per Prophetam dicentem, *Aperiā in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi.*

Apocalyp. 11. loquens Ioannes de Enoch, & Helia, usurpat illa verba, *Hi sunt duæ olinæ, & duo candelabra in conspectu Domini stantes, quæ Zach. c. 4. pavulum immutata, dicta sunt de Iesu Sacerdote, & Zerobabele.*

Arguitur secundò, quia S. Paulus per accommodationem usurpauit illud poeticū contra Cretenses: *Sicut quidam proprius eorum Prophetā dixit, Cretenses semper mendaces, maleficiæ, ventres pigri, & tamen dicit, dixisse Prophetam, &c. addēs, & testimonium hoc esse verum: ergo etiam si dicatur hoc, vel illud esse dictum per Prophetam Esaiam, vel Hieremiam, &c. possent omnia supradicta loca explicari per accommodationem.*

Secundò arguitur ex Patribus, qui passim utuntur eiusmodi scripturarum accommodatione, iuxta eorum propositionem. Qua in re excellentes fuerunt S. Bernardus, Riccardus, Hugo, &c.

Arguitur tertio ex vsu Ecclesiæ: nam ea verba, quæ dicta sunt ad Abraham, *Non est inuenitus similis illi, qui conseruare legem Excelsi,* applicantur ad SS. Confessores Nicolaum, Ambrosium. & illud Hieremiam. *Ante quam exires de vulva sanctificavi te,* & Prophetam in gentibus dedi te, nativitatē S. Ioannis Baptistarum applicatur.

Arguitur quartò ex vsu concionatorū, & scriptorum Ecclesiasticorum passionis similia loca scripturarum ad propositionem, de quo loquuntur, adaptantur.

Arguitur quinto, nam sacra Biblia etiam commune quid habent cum alijs, sed videmus perspicuum multa a Virgilio, & Homero assumpta ad scribentium propositionem, ut patet ex Tertull. lib. de præscript. cap. 39. & Hieron. epistola ad Paulinum, & in tot adagijs, &c. quæ recensentur apud Lipsium in Politicis, & apud Martinum del Rio in adagijs factis: ergo &c.

#### Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primò auctoritas Vigilij Papæ, qui cum c. 22. revulset errores Theodori ait. *In supradicto capite hoc videatur dici prophetiam, que ex persona Christi loquens ait, non derelinques animam meam in inferno, non de ipso Christo prædictam fuisse, sed de populo Iraelitico: hoc autem verum euenum ex ipsis rebus accepisse in Domino.* Ideo Beatum Petrum ad Christum hanc prophetiam per euenum aptare voluisse, qui haec ita sapit, docet, credit, prædicat, anathema sit. &c. 23. similiter alia Prophetarum dicta, quæ per euenum similiter dicebat Theodorus euensem sub

anathemate interdicit.

Secundo est auctoritas Patrum: nam si haec per eventū accidisse dicamus tunc ut recte arguit S. Hieronymus epistola ad Paulinum, & Marone sine Christo possemus dicere Christianum, quia scriptum est.

*Iam redit & virgo iudeo saturnia regna*

*Iam noua progenies cœlo demittitur alto.*

Et patrem loquentem ad filium,

*Nā & mē vires mea magna potentia solus.*

Et per verba Salvatoris loquettis in Cruce, *Talit pœnabat memorans, fixusque manebat.* & subdit S. Hieronymus: *Puerilia sunt haec, & circulatorum ludo simili a docere, quod ignores, imo vi cum stomacho loquax ne hoc quidem scire quod nescias.*

Secundò. Quia hæretici hoc modo etiam procedere solitos describit Tertullianus de præscript. c. 39. *Habent vim, & excogitandis instruendisque erroribus felicitatem non adeo mirandam quasi difficilem, & inexplicabilem, cum de secularibus quoque scripturis exemplo præesse sit eiusmodi facilitatis.* *Vis bodie ex Virgilio fabulam in totum aliam componi secundū versus versibus secundum materiam coccinnatis?* Denique Ouidius Geja Medeam ex Virgilio plenissimè expressit, &c. Homer centonas etiam vocare solent, qui de carminibus Homeri propria opera more centonario ex multis hinc inde compositis in unum sarcinanti corpus. Vnde Proba Falconia quia ex Virgilio centones composuit, hoc est ex Hemisticis, vel particulis Hemisticiorum, Virgilij multa ex veteri, & novo testamento scribere ausa est: suis scriptis detraxit authitatem: vide Senensem in Biblioth.

Sed & Michael Seruetus, referente Beza in vita Caluini, illum locum Apocalyp. Michael, & Angeli eius prelibabantur cum dracone, ad scipsum adaptabat per accommodationem. & hoc est omnibus hæreticis familiare, ex doctrina S. Augustini ait in lib. 3. contra Donatist. c. 19. *Quod hæretis ad imaginēphantasmatum suorum, cum quibus voluntari carnalis anima delectatur, conuertit omnia sacramenta, & verba liberorum sanctorum.* Et ante ipsum Iræneus lib. 1. c. 1. eleganter descripsit, quod Hæretici fidei imaginē dissoluunt, & isdem sacre scripture auctoritatibus perperam expōsitis, atque transpositis imaginem perfidie sue confidunt, & ornant, dicentes illam esse fidei, & veritatis imaginem.

Tertiò principaliter rationibus. Prima, nam si aliquis certens nimiam patris curam, & solicitudinem erga filium, diceret, v. g. impletum est quod Virgilius dixit, vel hoc autem factum est, ut impletetur illud Virgilianum, ut fatetur etiā Ianzenius: *Omnis in Ascanio caro stat cura parentis, fallit, & ineptum diceret: ergo cum Euangelista recensendo supradicta testimonia, addant: Hoc autem factum est, ut impletetur quod dictum est,* &c. dicendum est haec omnia prævisa esse, & intenta, prophetia enim non impletur, nisi quando fit quod prædictum est, & prouisum ut fieret. Secunda, quia Euangelistæ, & alii scriptores novi testamenti expresse eam rem, quæ cuenit, probant ex testimonio quod adducunt, & intenū eorum est, Spiritu in sanctum eandem rem prædictissimæ, vel testificatum esse. Haec autem maxima esset falsitas si nec mysticè, nec litteraliter illis verbis, sed sola accommodatione, ex qua probatio non desumitur, significata esset.

# De Sacrorum Bibliorum interpretatione. 475

## CONCLVSIΟ ORTHODOXORVM.

Non datur in scripturis sensus per accommodationem, ubi loca scriptura à scriptore sacro allegantur in confirmationem eorum, quae afferuntur.

**R**espondeo dicendum sicut dicit August. de doctrina Christiana lib. 3. c. 10. quod non afferit scriptura nisi catholicam fidem, rebus præteritis, presentibus, & futuris. Præteriorum narratio est futurorum prænuntiatio, præsentium demonstratio. In præteritis ergo est historia, in præsenti allegoria, & tropologia, pro futuro est anagogia: nihil ergo eorum, quæ euenierunt in præsenti, fortuito factū est, sed longe ante prædictum. Vnde & in confirmationem veritatis scriptores facili post præteriorum prophetiarum, vel factorum propheticorum allegationes addunt, ut impleretur quod scriptum est, ut significant non fortuitum euentum, sed in eo euentu impletū esse, quod Propheta dicit, vel factis predixerunt: nec enim aliter impletū possent, nisi euenirent quod dixerunt. Quare dicendum est, quod nullus est scripture locus à scriptoribus canoniscis in confirmationē aliquius mysterij, & veritatis adductus, quod sola accommodatione intelligendus sit, sed vel in sensu litterali, vel mystico. Quando vero scriptores facili allegationes præteriorum non accipiunt, ut confirmationes præsentium, vel futurorum, i. futura beatitudinis, vtendo ijs verbis, tunc adimpletum est, vel ut impleretur, &c. sed vel simplici videntur verborum usu, vel ut exemplum adducant, aut ut ex una similitudine altera res declaretur, tunc accommodatius sensus congruē dici potest à posterioribus scriptoribus canoniscis merito usurpatus, etiam si à prioribus canoniscis scriptoribus, nec intentus, nec præuisus esset.

## Solutiones oppositionum.

**A**d primum negatur antecedens, nā ex præterita regula in omnibus illis auctoritatibus significatur impletio eius rei prædictæ per Prophetas.

Ad secundum locum Tobiae illa verba, *Memorans illum sermonem*, satis declarant Tobiam intellexisse verificatam litteraliter prophetiam Amos, quæ cū generalis esset, sine determinatione loci, & temporis, comminante Deo filiis Israel propter peccata præstiratum ut omnes festivitates eoru conuerterentur in luctum; ex illa generali particularem illam calamitatē merito intulit Tobias discursus Theologico. Vnde etiam I. Mach. non per accommodationem, sed in sensu litterali ad illorum temporum calamitatem translatis facit scriptor eundem locum.

Ad tertium locum Math. ibi non potest cadere accommodatius sensus, cum S. Matthæus præmittat ea verba, ut impleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem. Et ergo, secundum quodam, sensus myticus figuratus per exitum populi Israel de Ægypto. Alijs placet esse sensum litterale, & tunc non est inconveniens, quod uterque sensus, reges sensus populi Israel, & Christi Domini sub utraque littera comprehendantur. Et quamvis præmittatur in ea auctoritate Osee, puer Israel, vnde videtur loqui de vocatione Israel; tamen, ut dicit S. Tho. super Matt.

cap. 2. in omnibus auctoritatibus, quæ in Euangelijs, vel in Epistolis dicuntur de Christo, quædam dicuntur specialiter de Christo, sicut illud Isa. 53. *Tanquā ouis ad occisionem, &c.* Quædam autem dicuntur de quisbusdam, secundū quod duxerunt figuram Christi, & sic est ista authoritas. Iste enim non fauerunt filii Israel, nisi in quantum similitudinem gesserunt veri filii unigeniti, & hoc est, *Ex Aegypto vocavi filium meum*, scilicet specialem, hęc S. Thomas. Alijs placet non esse sensum litteralem eo loco de populo Israel, sed de aduentu Christi, & Iudeorum infidelitate. lege Petrum Lorca tract. de loc. theol. disp. 13. n. 7. sed S. Thomæ expositio verior est.

Ad alium locum ex eodem cap. 2. propter allegatam regulam non est sensus accommodatius, sed myticus, secundum quodam, quia fletus ille captiuitatis, erat figura planctus Bethleemiticorum matrum dolentium de infantium suorum nece; vel, secundum alios, ille sensus est litteralis, nec enim Propheta subiunxit, *Quiescat vox tua à ploratu, et oculi tui à lacrymis*, quia est merces operituo, quæ verba captiui adaptati nō poterāt, redditus enim ex captiuitate nō fuit merces meriti captiuorū. Conuenientius ergo dicendum, quod respexit Propheta ad matres plorantes suos infantes occisos propter Christū, quæ magnam mercedem pro ea reportarunt. Vel dicendum, ut dicere videtur S. Thomas, ibi duos esse sensus litterales: dicit enim: *Ista est una (auctoritas) de illis, quæ introducuntur in Euangeliō, quæ tamen sensum litteralem habet, qui est figura eius, quod fuit in novo testamento:* præter enim prophetam de futura captiuitate, eodem loquendi modo, locus ille adducitur, in quo introducitur figurata locutione Rachel plorasse, quia quando pertransierūt captiui per illū locum, plorarūt. eodem modo plorasse significatur ex Innocentium nece, plorantibus Bethleemiticis matribus, designatis in plorante Rachele, quæ in Bethlehem in via Benjamin erat sepulta.

Ad cap. 13. ille sensus litteralis est, quia Iudeos quoquaque simulato comprehendit Esaiæ prophetam. Vnde secundum litteram Christus Dominus applicauit eam ad Iudeos sui temporis, quibus familiaris erat illa quasi nativa, & genuina hypocrisis, durties, atque crassities, secundum quam dicebat S. Stephanus Act. 7. *Dura ceruice, & incircuncisi corde, vos semper Spiritui sancto restiuitis.*

Ad cap. 12. ille sensus est accommodatius, quia formatur argumentum, nō confirmando rem testimoniij verbis, sed à simili ab una re ad aliam ducta similitudine. Vnde locus ille est ab exemplo.

Ad locum cap. 13. habetur sensus myticus, quia, ut ibi notat S. Thom quod factum est in Prophetis, signum fuit eius, quod fiendum erat per Christum. Vel dicendum, quod ille locus litteraliter adimpletus est in Christo Domino: etenim cum in eo psalmū introducatur Deus loquens in persona Dauidis: *Attendite popule meus, &c.* ille idem qui loquitus est in Daide, in Christo locutus est, & ipse Christus, qui est Deus, & homo, qui quondam dixit: *Aperiāt in parabolis os meum, ipsem loquens Iudeis, parabolis proponebat.* Vnde sensus est, ait S. Thomas, *Ego Dominus qui aperiūt os Prophetarum in parabolis, aperiāt in meipso: eructabo abscondita à constitutione mundi, &c.*

Ad locum Apocalypsis. Putant quidam illum locum

cum esse per accomodationem, quia absque allegatione ad impletionis testimonij, sed simplici casu verborum dicitur. *H*is sunt duo oīus, &c. sed melius dicendum est cum S. Ioannes utatur verbis. *H*i sunt, quæ eis non expressionem, similitudinem tamen indicant, quod sit ibi sensus mysticus, & duæ oīus descriptæ Zach. 4. in proximo sensu ad Zorobabelem, & Iesum sacerdotem referri, & per eos designatos fuisse Enoch, & Heliam, vide Lyran. &c. Stunicam.

Ad secundum negatur, quod S. Paulus eo loco sit vñus verbis poetæ Epimenidis per accommodacionem, sed illum poetam alius p̄mit, qui de omnibus Cætēnib⁹, & eorundem morib⁹ nativis loquens, omnes eo dicto poetico comprehendebat, & ex hoc convincitur pro nostra sententia argumentum firmum: nam absurdum esset dicere, non maiorem vim habuisse testimonia Prophetarum à Prophetis adducta, quām testimonium Poetæ à Paulo citatum.

Ad tertium prudenter, & sapienter à Patribus tā à litterali suo proprio quām mystico sensu traductio, & accommodatio facta est, & multò magis ab universalis Ecclesia in officijs sacris. vnde S. Bern. serm. 3. in vigilia nativitatis Domini dicit ea verba. *H*odie scietis, quia venit Dominus, & mane videbitis gloriam eius, hoc modo, verba hæc quidem suo loco, & tempore in scriptura posita sunt, sed non in eōngnē illa vigilia nativitatis Dominicæ Ecclesia mater aptauit, vnde quia eiusmodi adaptationes veritatem exprimunt, suamque grauitatem, & energiam præferūt, mirificè mysteria illustrant, & apud fideles fortissimum subministrant argumentum ad eadem comprobanda. Vnde nullus est scripturarum abusus, si vel aliquando immutat, vel truncat, vel addit quædam, quia ea assumit, quæ proposicio mysterio declārando, & prōponendo ceteris omissis conducant, quod quia priuatorum hominum non est, non paſſim temere usurpandum est, sed sicubi contingere ut in tali accommodazione, sibi prescribant fideles DD. scripturis allatis, puram mysteriorum diainorum, explicationem, morum informationem, sanctorum virorum vitæ excellentiæ commendationem, &c. nullo autem modo ad facetias, & nänias accommodent scripturæ verba, vel ad proprios sensus extorqueant: nam ut dicit Augustinus super psalm. omnia diuina eloquia salubria sunt bene intelligentibus: periculosa vero ijs, qui volunt ad sui cordis peruersitatem detorquere, &c. nec accommodacionem illam ullo modo tanquam littoralē, vel mysticum sensum venditare, & per hanc patet ad secundum, & tertium.

Ad ultimum respondetur nullum esse incommodum, quod eliciatur accommodatius sensus ex scriptura, dummodo illos non venditemus pro litterali, vel mystico sensu, & qui litteraliter, vel mystice traduntur in ea scriptura, veteri cuni illa nota, hoc autem factum est, ut impleatur, &c. per accommodacionem temere explicantur: aequalis enim est periculi, quod nō est effingere, & quod est, vana interpretatione cludere.

## ARTICVLVS VLTIMVS.

*An ex solo litterali sensu defumatur efficax argumentum.*

### Pro parte affirmativa.

**V** Ideatur, quod ex solo sensu litterali, primo ex doctrina S. Dionysij, qui in epistola ad Titum, aut, Theologiam symbol. can non esse argumentatiūd.

Secundo, ex S. Augustino epistola 48. art. Quis nō impudentissime nūatur aliquid in allegoria posūm pro se interpretari, nisi habeat manifestissima testimonia, quorum lumine manifestentur obſciōra? Idem Augustinus lib. de unitate Ecclesiæ cap. 14. & 19. cum Donatistę suam heresim ex illis verbis. Indica mībi, ubi pascas, ubi cubes in meridie, stabilitate conarentur, quod remanserit Ecclesia in parte Donati in Africa, non aliter eos reiecit, quod symbolicè arguerent. Similiter Epiphanius, & Ireneus Valentianos exuſtant, quod mysticis sensibus pro argumentis viterentur in suis illis. Nonibus stabilientis.

Tertio, S. Hieronymus in cap. 13. Matt. cum relatis expositiōnē eorum, qm per ſatia trīa, sanctam Trinitatem interpretabantur subiuxit. Pīces quidem sensus, sed nunquam parabol., & dubia enigmata in intelligentia potest ad authōriatē dogmatū proficere.

Quartò, exp̄ressè S. Thom. pat. 1. q. 1. ar. 10. abſolute dicit, quod omnes sensus fundārūt super vñū ſelicet litteralem, ex quo solo potest trahi argumentum: non autem ex ijs, quæ secundum allegoriam dicuntur.

Quinto, quia sensus allegorici, morales, anagogici sunt ferē infiniti, & de nouo ſemper repetiuntur: incertum autem est quisnam horum intentiūt sit à Spiritu sancto, ex qua incertitudine nascitur, quod cuiuscumque sensus non litteralis veritas vacillet, & titubeat, & vñusquisque figuret quodlibet, & mysticum ſenſum ſuum, ut irrefragabilem obtineat. Et confirmatur, quia cum in cortice litteræ delitescat huiusmodi ſenſus mystici, multa diligentia, & ſudo re eos deducere oportet: ex tali autem deductione, quæ ope humana eruuntur, potest accidere error, atque deceptio.

Sexto, quia vi ſupradictum est, cum Christus Dominus ad ſtabiliendū dogmata diſcrebat, in ſenſu litterali ſcripturas interpretabatur, nempe contra Saducos ex text. Exod. 3. Ego sum Deus Abraham, &c. subiecte: non est autem Deus mortuorum, ſed viuentium? resurrectionē probavit. Similiter Mesiā non tantum esse filium David ob humanitatem aſſumptam, ſed & illius Dominum ex illo loco. dixit Dominus Domiuo meo, &c. Eadem praxis appetet in Apostolis in ſenſu litterali argumenta prouidentibus, cum in Synagogis, & alibi contra Iudeos diſputarent, ut patet ex Actis Apoſtolicis. Quam præxim ſecuti ſunt Patres, cum de dogmatib⁹ diſſerent aduersus H̄ereticos, nec vñquam Cœcilia ē ſenſu mystico, ſed litterali dogmata fanxerunt.

## Pro parte opposita.

**S**ed contra est primo, quia frequenter Christus Dominus legem, prophetas, psalmos de se ipso locutos esse testatur, & iterum incipit à Moysè interpretabatur illis scripturas, quæ de ipso erant: certum est autem non omnia litteraliter accipi posse: ergo, &c.

Secundo. Plenæ sunt scripturarum paginæ, quod nec Apostoli aberrauerint a sensibus mysticis ad probandum intentum. Sic unitatem indissolubilem coniunctionis Christi cum Ecclesia ex matrimonio Apostolus probat sacramentum hoc magnum est, ministros Euangelicos, ex illo loco, non alligabis os bœ uitriturani, & in summa, quod omnia in figuris contingebat illis, aperte tradit.

Tertio. Difficiliter, aut vix doctrina Euangelica integrè posset ex veteri testamento demonstrari, cū ferme prophetæ omnes non carnaliter, aut litteraliter intelligi possint, sed opus sit recurrere ad spiritalem intelligentiam, vnde nihil orthodoxus proficiet aduersus Iudæos litteræ cortici inhérentes cum medullâ spiritalem enucleare oporteat. Quin est ruina occasio, occidens littera, & ceremonias iam mortuas, ac sepultas rediuius facere.

Quarto. Multos libtos canonicos multarum earum partes abradere oporteret, quæ non possunt iuxta litteram semper intelligi, vt patet de multis, quæ enarrantur in Apocalypsi de Hierusalem futura gemmis, & auro coruscante: de regno millenario, quod perperam Chiliasmæ interpretati sunt carnaliter litteram illam intelligentes, &c.

Quinto. Quia Patres passim spirituales sensus ad demonitrandum dogmata adhibent v.g. ad probandum casum Luciferi allegant illum locum. quomodo cecidisti Lucifer: & alium; factum est prælum magnum in cælo, &c.

Sexto, nam ut supra demonstratum est, sensus mysticus est à Spiritu sancto intentus; at ex veris non potest, nisi verum, firmumque concludi. Firmum ergo, & irrefragabile argumentum desumitur ex mystico sensu.

## CONCLVSION ORTHODOXORVM.

*Ex omnibus sensibus desumi potest secundum se irrefragabile argumentum, sed quoad nos ex solo litterali, cum ut plurimum sit manifestior.*

**R**espondeo dicendum circa hunc articulum extremas esse sententias Doctorum, vñā affirmatē, alteram negantem. Sed pro resolutione dicendum, sicut dicit Augustinus 2. de doctrina Christiana cap. 2. quod signa diuinitus data, quæ in scripturis sanctis continentur, per homines nobis indicata sunt, qui ea conscripserunt, & diuinitus quoque de varijs interpretationibus ab una lingua promisum est, vt legentes, nihil aliud appeterent quam cogitationem, volum atemque illorum, à quibus conscripta est, inuenire; & per illas voluntatem Dei, secundum quam tales homines loculos esse credimus, vt dicit idem Augustinus ibidem cap. 4. de natura autem significacionis, seu sensus ipsius signi eit, non omnis is, qui à

quo quis vidente signum haberi potest, sed quod habetur, & significatur ab eo, qui profert signum, quod instituit esse expressum conceptus, seu sententia, essetque quoque significativum illi, qui virtutem tali signo ad intelligendum: vnde ænigma ponens, vel aliquod emblema ad aliquid significandum, & alio illud exponente, etiam si authoris ænigmatis mente non assequatur, & si sensu quadraret expositione, procul à mente authoris instrumentis ænigma, penitus eiset. Cum ergo omnis sensus siue mysticus, siue litteralis, sit intentus à Spiritu sancto, necessario dicendum, quod omnis sensus secundum se contineat infallibilem auctoritatem. Verum quia multoties sunt quedam signa, que secundum se, & si significantia sint, nihilominus significant quoad aliquos, qui signi naturam, & virtutem non penetrant; ita secundum se omnes sensus ex natura sua sunt infallibilis auctoritatis, sed quoad nos quousque non penetremus quid significet res gesta, seu intentio Dei reuelantis, non sumitur infallibile argumentum, & quousque ex Ecclesiæ, & Patrum auctoritate certo non constat de sensu aliquo mystico, non desumitur infallibile argumentum. Quia vero litteralis sensus, vt plurimum constat ex Ecclesiæ, & Patrum doctrina, sufficienter ex eo desumitur argumentum infallibile, licei quando obscurus sit nihil certi possumus statuere: vitiumque enim ehet periculum, vel afferere, vt de fide reuelatum esse, qui non est, vel qui est reuelatus à fidei objecto alegare, & ita amba sententia possunt conciliari, sed pro quanto argumenta pro parte affirmante contrarium probare videntur, dissoluenda sunt.

## Solutio rationum in oppositum pro parte affirmante.

**A**d primum intelligendum est dictum Dionysij, theologiam symbolicam non esse argumentationem, nimur contra hostes fidei, præfertim quando sensus huiusmodi non possumus ex traditione venari. Cæterum si sensus huiusmodi ex traditione demonstratur, & constanti Patrum doctrina, si rebellis non cogit, fideles captiuat, & confirmat. veretur. hac seclusa traditione, & Patrum consensu talis sensus si non probat, edificat, & si non persuadet, suadet. Vnde dixit August. lib. 2. contr. aduers. legis, & proph. c. 1. In omnibus istis scripturis secundum sacra fidei regulam figurare dictum, vel factum. si quid exponatur de quibuslibet rebus, & verbis, quæ sacræ paginis continentur, exposicio illa adducatur, non aspernatur, sed sapienter audiamus.

Ad secundum. Benè dixit S. Augustinus infirmum sensum argumentum à Donatistis in sensu mystico, quem nec aliquo scripturæ testimonio litterali, vel traditione poterant probare. Certum est autem non solum de sensu mystico, sed de litterali non plenè apud omnes demonstrate, nec convincere, nisi scripturis alijs, vel traditione propheticus, vel apostolicus esse comprobetur.

Ad tertium. Benè dixit Hieronymus tam sensum esse pium, nec ad dogmata probanda proficer, cum non ex alio loco scripturæ, nec alio testimonio traditionis talis intelligentia possit tali loco affigi, & tunc ia talibus sensibus libertas relinquitur

fen-

entiendi quodlibet sine fidei detrimēto. Vnde dixit C. sian. collat. S.c.4. Ea verò, quae meditationi et exercitio nostro reseruātur obiecta sacerdotali scripturis, Spiritus diuinus inseruit, quibusdā ea volūs indicij. & opinionebus colligi, ita pedetentim debet, cautèq; cōferrī, vt sit eorum assertio, seu confirmatio in disputantib; vel suscipientib; arbitrio collocata; nonnunquam enim cum super una re diversa promaur sententia, potest viraque rationabilis indicari, & sine detrimēto fidei vel fixe, vel mediē suscipi, id est, vt ei nec plena credulitas, nec abso luta refutatio deputetur; priorique sequens opinio derogare non debeat, cum neutra earum fidei inueniatur obistere.

Ad quartum, id dixit S. Thomas, comparādo sensum mysticū ad litteralem iam propositum ex traditione, & communi sanctorum intelligentia. Quod si euident quoad nos esset, sensum mysticū aliquem à Deo proponi, quām manifestum est litterales innumerous propositos, pat vtriusque in probatione, vel improbatione esset auctoritas, non secus sensus mystici in litteris Apostolicis contenti, & ex communi veteris Ecclesiae consensi, receptaque traditione veterū habiti: & quod magis est, ex auctoritate Spiritus sancti, qui illos sacris scriptoribus dībat, ex quo le pondus habereat cū litterib; sed quousque certe non constat de certa traditione in gradu probabilitatis & opinionis, & suasionis reponuntur.

Ad quintum, infinitas, & incertitudo huiusmodi sensuum respectu nostri, non tollit firmitatē eorum secundum se: qui si signatim ē traditionis linea deprehenderentur, suā haberent in probando, vel improbando firmitatem, & temeritatem compesceret inuenta analogia fidei, non quodlibet singendi, sed quod traditionis linea concordaret, proferendi. Certū verò est, quod si à priuatis personis huiusmodi sensus inuestigantur, contingere potest, vt hallucinentur eorum mentes in abstrusis sensibus eruendis, sed de tali hallucinatione non esset timendum, si publico Ecclesiae, vel Patrum sibi consentiente magisterio propounderentur.

Ad sextum, etiam ex sensu mystico Christus Dominus, & Apostoli argumenta petierunt, quia perspiciebant mentem Spiritus sancti in illis scripturis manifestatam, ipsiq; Apostoli eosdē sensus inculcabant, qui veteris Ecclesiae consensum, receptamque apud Iudeos traditionem demonstrabant. Cæterū si nos perspectam haberemus Spiritus sancti mentē, ex communi sensu Ecclesiae, vel Patrum, vim fortissimam haberet argumentū ex tali consensu deproptum: sed dum non apparet, seruandum est August. documentum t. contra aduers. legis, & proph. c. 13. dicentis, Illud quod magis Prophetæ huius libri (Genes) author intendit, vt eius narratio rerum factarum esset etiam præfiguratio futurorum, non est contentiosis, & infidelibus sensibus ingerendum.

Argumenta verò pro parte opposita probāt, quando mens Spiritus sancti certò deprehenditur ex traditione, scripturis alijs, &c. tunc etiā sensus mysticos habere irrefragabilem auctoritatem: secus verò si probabiliter, aut per quandam accommodationem, vt multi existimant, illud quod scriptum est, Quomodo cecidisti Lucifer, &c. & illud, Factum est præliū magnū in cælo, quod ad casum Luciferi adaptant. De qua re infra controversia tertia generali, secunda speciali, a. 4. in corpore.

### CONTROVERSIA III. GENERALIS.

*A quibus sacra scriptura interpretanda est, & quomodo.*

D Einde differēdum est de sacra scripturæ interpretatione tam ad fidem adstruendam, quam mores formandos. A quibus enim, & quomodo interpretanda sit, non conuenit inter Hæreticos, & Catholicos: illi enim, vt erroribus viam sternant, & publicam, & communem veritatem, faciant priuatam cū illo suo priuato spiritu, priuatos interpretes obrudunt. Nostri publicum Ecclesiae iudicium, sanctorumq; Patrum consensem pro legitimo cognoscunt interprete. Illi relicta fidei regula, vt media infallibilita interpretationis solū agnoscent scripturam ipsam, seu spiritum in scriptura latente, eiusdem scripturæ collationem, phrasim, stylū eiusdem, & alia huiusmodi: Nostri etiā hæc nō spernant, imo in subsidium interpretationis assumant, non tam men vt media irrefragabilia accipiunt. Necesitas verò huius disputationis inde habetur, quod cum Hæretici specioso scripturarum titulo fallantur, & fallant, iisdemq; malè intellectis, suam causam tueri satagant, opere pretium est interpretationem ipsam scripturatum ad certas, & infallibilis normas dirigere, vt appateat, sicuti scripsit Aug. lib. 7. de Genes. ad litteram c. 9. Non ob aliud esse Hæreticos, nisi quia scripturus non recte intelligentes, suas falsas opiniones contra earum veritatem pertinaciter afferunt.

Tres ergo speciales controversiae tractandæ sunt, Prima quis sit legitimus, & infallibilis factarum scripturatum interpret.

Secunda de modis, & vijs, quibus scripturam interpretari debeamus.

Tertia de clauibus, & regulis ad intelligentiam scripturatum.

### CONTROVERSIA I. SPECIALIS.

*De legitimo, & infallibili scripturarum Interpretre.*

Q Via verò omnium Hæreticorū studium, præserium Protestantium (malorum litigantiū more) eò tendit vt dilatoria querant, & cōtra legitimi iudicis interpretandi potestatem cœlulationes nestant: cū satis aperte sint supra damnati, & refutati à Catholicis, in ostensione difficultatis profunditatis, & obscuritatis scripturæ, rursus interpretandas scripturæ necessitatem insipientes, rimas euadendi excogitarunt, negando in Ecclesia Pastoribus esse interpretationis donum, sed unumquēq; plū ex spiritu Dei, certoq; iudicio posses sacras scripturas interpretari. Vnde duo discutienda sunt,

Primo, an authentica, & infallibilis interpretatio scripturarum sit in quoconque priuato, qui spiritum Dei habet, vel se habere iactet.

Secundo, an penes Ecclesiam sit sola authentica certa, & infallibilis earundem scripturarum interpretatio.

# De sacrorum Bibliorum interpretatione. 479

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum authentica, & infallibilis interpretatio scripturarum sit in quocumque priuato, qui spiritum Dei habet, vel se babere iactet.*

**I**N hatis buccis lectarij adstruunt Spiritum sanctū esse diuinarum scripturarum interpretarem, quod nec nos diffitemur, eo enim spiritu interpretandæ sunt quo sunt editæ: sed cum Spiritus sanctus hoc munus non immediate exerceat, nec visibiliter, querendū est, per quos nam legitimos, & visibiles interpres scripturam interpretetur, an per unum quemque priuatum, an vero per publicum, & authenticum Ecclesiæ magisterium.

Lutherus initio sui noui Euangelij, ut etiam cerdones, & laniones interpretetes faceret, & ad cathedras eueheret, & repente Theologos crearet, in uno quoque, qui veram fidem habet, & spiritu Dei renatus sit iudicandi, & interpretandi scripturas, potestatem esse dogmatizauit. Sic autem scripsit in primo assertionum, error, inquit, manifestus hoc verbo. Non licet scripturas proprio spiritu intelligere. Nobis non mandari, ut sepulchris sacris litteris, intendamus, & credamus hominum commentarijs, & postea, cum si potius sit intelligendum, scripturas non nisi eō spiritu intelligendas esse, quo scriptæ sunt, qui spiritus nusquam presentius, & viuacius quam in ipsis scriptis suis, quas scripsit, litteris inueniri potest, & postea. Hinc enim huius spiritu iudicium suum quisque formabit, non modo super omnia gentium, sed & sanctorum Patrum scripta, & in prætatione aſtentionis articulorum ad Fabianum Felicem, dicit quod sapientia sum anteā testatus. Fabiane Felix, mo felicissimè, esse & in laicis spiritum iudicij. Ardoris (ut cum Isaia dicam) vel tu maxime euincis, & declaras, qui de re Christiana, quam valeas pure, argute, pīe, feliciterque, & iudicare, & differre, &c. & postea, pertinet, & hoc ad nostram peruerſitatem, & sensum reprobum, in quem nos tradit Deus, ut clerici veritatem damnemus, quam laici amplectuntur, & sicut sacerdotes, qui sacerdotes non sunt, & laici, qui laici non sunt, & in concione super euangelium. Attendite a falsis Prophetis, & habetur tom. 1. opere Germ. Luth. ab Autif. editorum, & Lypsiæ reuiforum fol. 66. non est ullus index in rebū spirituallibus de Christiana doctrina, nisi homo qui veram fidem in suo corde habet, siue vir, siue mulier, siue inuenis siue senex siue seruus, siue ancilla, siue doctiſ, siue indoctiſ, quia Deus non respicit personas, omnes & qualiter amat. Quocirca sole etiam potestate iudicandi habent, & in libello edito Vvitemberg. anno 1523; ex Lutheri doctrina, cuius titulus est. De iure, & potestate Christianæ communitat̄ omnium doctrinam iudicandi, & Doctores vocandi. &c. hæc dicuntur, Christus adimit Episcopis, Doctribus, & Conciliis, & potestatem iudicandi doctrinam, eamque omnibus tribuit, & universis Christianis in communi.

Melancton in loc. communibus cap. de Ecclesia vult, quod in dirimenda controvēria de scripturæ sententia valeat, sententia congruens cum verbo Dei, & confessio piorum virorum, siue similes, siue patruiores simplices, totum iugicium interpretationis uni-

enique priuato relinquens. Vnde post multa allegata testimonia concludit. Hæc testimonia perspicue ostendunt interpretationem scripturarum esse donum piorum, nec alligatum presumi.

Anabaptistarum quidam dicunt, eos statim, quod in sectam illam transmigrant, scripturas percallere, & ab ea si discedant, obliuisci penitus. Et Villavintcentius lib. 1. Theol. studij, assertit Hereticos quædā nostro tempore obgannire, sic à Spiritu sancto exceptandam esse uniuersam intelligendi, atque explicandi sacras litteras, facultatem, ut neutquam opus sit, nos descendis ullis artibus operam nauare. His cōnumerandi sunt Suuenfeldiani, quos Lutherus vocat cœlestes Prophetas, & Heretici Angliei vocati superr̄luminati.

Brentius in prolegom. ait. Quod quemadmodum olim Deus in veteri populo, cum nondum esset Rex exercitauit iudices, & postea cessantibus Regibus Prophetas, sic Deus his temporibus, postquam ordinarijs successores non sunt amplius Ecclesiæ uniti, excitat ecclesiasticos, & politicos viros, qui dogmata illustrant, & scripturas exponant.

Centuriatores lib. 2. cap. 4. centur. 1. sic scribunt, donum interpretandi, & intelligendi scripturas non esse alligatum ad certas personas hominum, sed à Deo ad adiunctionem Ecclesiæ liberè donari sacram scripturam legentibus, & mediantibus, & à Deo sapientia, & intellectum petentibus docent scripturae.

Kemnius similiter exam. 4. Concil. Tridentin. ab Episcoporum subcellijs interpretandæ scripture aufert auctoritatem, & ad priuatos homines transfert.

Caluinus 4. instit. cap. 9. §. 12. 13. priuatos etiam homines iudices facit in fidei controvēsijs, & lib. 4 §. 25. c. 17. cum versaretur in extortione verborum, cœnq; ait. Hos ut in tota scriptura sanam huius loci intelligentiam non minori obedientia, quam cura consequimus, neque pro populo seruore temere arripimus, & sine defectu, quod primum se mentibus ingerit, sed sedula meditatione adhibita sensum amplectimur, quem spiritus Dei suggestit. Quo freu despicimus ex alio, quicquid terrene sapientia contra opponitur, idem scribit alijs in locis.

Hunnius verò subscribit Centuriatoribus, donum hoc nec ad locum certum, nec ad alligationem Episcoporum successionem alligatum, multo minus alicui peculiariter cœntestamento ligatum, sed distribuit Spiritus sanctus hoc donum prout vult, mouens autem quæfionem quomodo inter suos non agnoscentes visibilem iudicem auctoritative decernentem quæfiones decidantur, ait. Hos unum iudicium Deum agnoscamus. ipsi Ecclesiæ sua commendavit librum scripturæ prophetica, & Apostolica tanquam indubitatum ea, nonem faciendo iudicij. Donum insuper contulit interpretationis, cuius admicculo Doctores Ecclesiæ ad suos alludens prædicantes scripturæ sensum eruere, & tuxia scripturam de mōta questione iudicare debent, & subdit, hoc iudicat etiam Ecclesiæ minimè certe mīia cuius iudicium non est abolutum sed determinatum, & ad scripturæ canonem restrictum, quando Doctores Ecclesiæ fa. a diligenti examinatione ex diuinis litteris commostrarunt, elisqua Ecclesia de sententia latâ nem iudicat, quod si forte recalcitraret populus, non probando scripturæ interpretationem prædicantium, tunc magistratus piam sententiam, nempe præ-

prædicantium salutaribus editiis defendit, hæc est Hunnius sententia.

Franciscus Iunius distinguit de duplice indicio priuato, & publico, illud dicit esse omnium fidelium uniuersitatem, & singulariter hoc eorum, qui vocatione publica, & auctoritate fulentur, hoc est Prædicantium. Este item aut particularis Ecclesia, aut plurimum in unum corpus coeuntum, aut omnium, & virtusq; iudicij legem, & canonem esse scripturam sacram: auctorem verò, & ducem esse Spiritum sanctum. Sed & Puritani in Anglia ex Stapletono de auct. interpretationis scripture lib.9. princip. controu.6. cap.6. hanc exercent praxim, quod congregati in synagogis suis, unusquisque ceteris audientibus, prout fingunt Sanctum Spiritum suggestere, expoununt scripturam.

Summa ergo totius hæreticæ doctrinæ est, spiritu Dei intelligendas scripturas, non per publicos, & à Deo missos Pastores, & Doctores, sed in scriptura latitante, & in quocumque fideli habitante, & tale interpretationis donum non alligatum ad certos homines, sed à Deo omnibus indiscriminatim donari: & omnibus concedi iudicium priuatum, publicum verò esse Doctorum, & Prædicantium ea conditione, ut tandem plebis iudicio de interpretationis sententia per ipsos lata iudicetur, iudicijque legem esse, vel canonem scripture, vel authorem codicum Spiritum sanctum.

### Oppositiones eorumdem.

**A**rguitur primo à Centuriatoribus probando donum interpretationis non esse certo ordini, vel successioni alligatum, quia ubi Apostolus 1. Corin. 12. locutus est de gratijs gratis datis, in specie de dono prophetæ, & de interpretatione scripturarum subdit, quod omnia operatur Spiritus sanctus diuidens singulis, prout vult, & iterum ait, spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere, omnia probate, quod bonum est tenete. ergo omnium fidelium est interpretari scripturas.

Confirmatur ex 1. Corin. 14. ubi dicitur, Prophetæ duo, aut tres dicant, ceteri diuidentur, quod si alii reuelatum fuerit sedēti prior taceat potestis enim omnes per singulos prophetare, ut omnes discant. & omnes exhibentur.

Confirmant secundo ijdem ex illo 1. Petr. 4. ubi dicitur, Vnde quisque sicut accepit gratiam, in alterum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiforis gratia Dei.

Confirmatur tertio ex illo loco Ioan. 6. erunt omnes docibiles Dei, & 1. Ioh. cap. 1. Vnde docet vos de omnibus, quibus locis addit Brentius illud Rom. 8. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius, & illud, nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto.

Arguitur secundo, quia hoc donum datur petribus à Deo intellectum, & sapientiam, vnde dicitur Iac. 1. si quis indiget sapientia postulet à Deo, & dabit eam omnibus affluerenter, & Christus Dominus petite, & dabit vobis, & iterum, si duo ex vobis consenserint super terram; de omni re, quamcumque pertierint fieri illis à patre meo. Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sū in medio eorū. Mat. 18. Vnde Dionys. Nos eam pro virili parte secuti, ad di-

uinios splendores contendere debemus; illic enim dinisi interpretationibus acceptis quasi pulcherrima quādam veritatis regula, ea quæ ibi posita sunt non aucta, non imminuta, non derivate mutata, & corrupta custos dire debemus.

Origenes in Exo. hom. 12. supplicandum Domino, & diebus, & noctibus obsecrādum, ut veniat agnus ex Tribu Iuda, & ipse accipiens librum signatum dignetur aperire; ipse est enim, qui scripturas ad aperiens accedit corda discipulorum, ita ut dicant. Nonne cor nostrum ardens erat cum loqueretur nobis in via?

Chrysostomus ho. de Spiritu sancto, sicut si quis explicat scripturam, siue tu, siue alius Christianus, ei si absconditum nomen, & obscurum fuerit, dei autem Spiritus sanctus alicui abscondita sensuum reuelare, si accipit spiritum reuelationis, qui reuelat profunda, vnde & Apostolus volens discipulos pios intelligere scripturas dicit, precor Deum, ut dei nobis spiritum sapientie, & reuelationis in agnitione illuminatos oculos mentis nostre.

Hieronymus in Oseam in proœmio, si explanationibus omnibus Prophetarum, Sancti spiritus indigemus aduentu, ut cuius instinctus scripti sunt illius reuelatione pandantur, idem docet epistola ad Paulum diffusæ.

Augustinus in Ioannem tract. 2. quicquid illarum scripturarum est, Christum sonat; sed si aures inueniat, & aperiat eis sensum, ut intelligerent scripturas. Unde & nobis hoc orandum est, ut ipse sensum nostrum aperiat.

Theodoreto in Exod. 9. 24. ne que enim litteram tantum attendimus, sed mentem seruamus, non quidē, ut diuinis sermonibus humanam interpretationem superinducamus: nam hac de causa Iudas quosdam notauit (velut permiscent aquam vino) sed igne tantum diuino hoc est gratia sanctissimi Spiritus vitam.

Cyrillus lib. 4. in Ioannem. cognitionem autem filij sui non sono, aut voce pater nobis immittit, sed illuminatione mentis, qui recte scripturam intelligimus. Imo experientia comprobatum est, homines litterarum ignorans hoc spiritu, quem postularunt, scripturas calluisse, & interpretatos, sic Bernardus serm. 2. de Pentecoste se dogmatum Aristotelis, & Platonis ignorantia fuisse asserit, & sacras scripturas ex spiritu est interpretatus, vnde epist. 106. ait, experito crede. Aliiquid amplius in syllabis quam in libris, ligna, & lapides docebant le, quod à magistris scire non poteris. Rupertus lib. 12. in Matt. Verè Deus, ait, liberum sum: id est scripture sacræ mihi aperunt. idem. S. August. de S. Antonio, & alijs referit lib. 1. de doctrina Christiana in prologo.

Arguitur tertio, quia donum hoc datur omnibus à Spiritu sancto scripturas ipsas legentibus, ac menditibus, quia eosdem illustrat. vnde 2. Petri 1. dicitur. Habemus propheticum sermonem, cui beneficitiis attendentes tanquam lucerne in caliginoso loco, & S. Paulus ad Tim. 1. c. 3. ab infantia sacras litteras nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, &c. Hæc Magdeburgentes.

Id ipsum ex Patribus potest probari: nam Augustinus epist. 120. sub finem scribit, ama etiam Ecclesiasticas legere litteras, & non multa inuenies, que requiras a me, sed legendo, & ruminando, si enim pure Dominum largitorem bonorum omnium deprecaris, omnia quæ cognitione digna sunt, aut cerie plurima ipso

ipso magis inspirante, quam hominum aliquo commoneente perdisces quamquam & ipso quo formosus bene admonentem iudicio non errante apponamus, quid aliud quam internum lumen magistrorum nos habere testantur? & epist. 102. cum expositione S. Ambrosij de videndo Deo, adduxisset, subiungit: Quasi approbas, tene mecum Sancti viri Ambrosij sententiam iam non eius auctoritate, sed ipsa veritate firmatam: neque enim & mibi propterea placet, quia per illius os potissimum me Dominus ab errore liberavit, & per illius ministerium gratiam mibi baptismi Salvatoris indulxit, tanquam plantatori, & rigatori meonimium faveam. Sed quia de hac, & ipse hoc dixit, quod pie cogitant. T recte intelligenti loquitur euam ille, qui incremetum datur Deus, & Cassianus lib. 5. de capitalibus virtutis cap. 34. referens Abbatis Theodori doctrinam, ait, scripturam velamine peccatorum cordis oculis obnubiente reddi obscuram, subdens, quibus rursum naturali traditis sanitati ipsa scripturarum lectio ad contemplationem verae sententiae, abunde etiam sola sufficiat, nec eos commentariorum indigere doctrina. Bernardus ad fratres de monte Dei, quod spiritu factae sunt scripturæ eo legi debem, & ipso etiam intelligenda sunt, nunquam ingrediens in sensum Pauli, donec usq; bone intentionis in lectio eius, & studio assidue meditationis spiritum eius imbibens.

Confirmat Lutherus in proœm. assertionum. Moysi facies glorificata fuit ex consortio sermonis Domini, non utique ex consortio sermonis hominum etiam sanctorum, qui tunc erant: inde ergo hauc spiritu iudicium suum quisque formabit non modo super omnia gentium, sed & sanctorum scriptarum.

Arguitur quarto rationibus, & est Lutheri lib. de invenientia Ecclesiæ ministris tom. 2. lat. Vviterberg. [Est Christianus, ergo habet Spiritum sanctum, ergo est index omnium. Qui est Christianus habet Spiritum sanctum, ergo doceatur omnia à Spiritu sancto, ergo omnia iudicare potest. Vnctio docet illum omnia, ergo Iudicis officio ritè fungi potest. Christianus est certus quid credere debeat, & quid non credere debeat, ergo est index omnium.] Ha sunt consequentiae Lutherice.

Confirmat in proœmio assertionum [si nulli licet sacras litteras suo spiritu interpretari: cur ergo non obseruant Augustino, nec vlli alij Patrum id licuisse? & qui scripturas secundum Augustinum, & non potius secundum scripturas sanctas intelligit, sine dubio secundum hominem, & spiritu proprium intelligit.]

Et præterea confirmatur [si non licebit secundum proprium spiritum intelligere, sed secundum Patres, quis nos certos faciet num recte Augustinum intelligas? dandus ergo erit alius interpres Augustino quoque, ne proprius spiritus nos fallat in illius libris. Quod si ita fieri oportet, dandus est, & tertio quartus interpres, & quartio quintus usque in infinitum, & coget nos proprij spiritus periculum nihil unquam dicere, aut legere: id quod certe impleri est, dum primo neglectis sacris litteris soli Augustino insudarum est, post & hoc non intellecto, & neglecto, Thomas Aquinas regnauit, & hunc alij sine fine interpres fecuti sunt. Hæc ille.

## Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo authoritas scripturæ, quia Prover. 3. dicitur. Ne innitaris prudentie tua, ne sis sapiens apud te metipsum. Isa. 5. Vx qui sapientes esis coram oculis vestris. Ezech. 13. Vx prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum &c. quia promis. onem spiritus non priuatiss, sed Ecclesiæ factam legimus a Christo promittente spiritum veritas, qui inquit Ioa. 14. 10. ut maneat vobiscum in aeternum, unde non leonisim sed simul, non in occulto, sed factio de celo sono, datus est spiritus. Actorum secundo, & iterum loquens quis ex spiritu priuato, ex proprijs loquitur, & est præcursor Antichristi, de quo dicitur Ioann. 8. Si alius venerit in nomine suo, illum accipietis, unde & Diabolus cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur: ergo & pertinentes ad castra eius ex proprio spiritu loquuntur.

Secundo, 1. Corint. 12. & Rom. 12. docetur expressæ gratias gratis datas non omnibus, & indiscriminatim, sed iuxta mensuram fidei, & unicuique ad utilitatem, dari unde ad similitudinem corporis humani, sicut non omnia membra eundem actum habent, sic inquit Apostolus. Singuli autem alter alterius membra: habentes donationes secundum gratiam, que data est nobis, differentes, & inde deducit quod non omnes Prophetæ, non omnes Doctores, & quosdam quidem dedit Apostolus.

Et secunda Petri c. 2. hoc primum, ait, intelligentes, quid omnis prophetia scripturæ propria interpretatio non sit, & reddens rationem ad conterendum Neuatorum superbiam, ac proprium spiritum, subiungit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirata locuti sunt sancti Dei homines, ut ab eodem spiritu interpretationem accipiamus, qui & Doctores proposuit, qui & primis amanuensibus, ut scriberent inspiravit.

Et 1. Ioannis cap. 1. vbi præmisissetunctionem habet à Spiritu sancto, & nos omnia, mox cap. 3. quomodo sciti possit aliquid audire vocem Dei, ad confusionem tollendam, ob cuiuscumq; spiritus obstructionem, subdit. Qui nouit Deum audit nos: qui non est ex Deo non auitat nos. In hoc cognovimus spiritum veritatis, & spiritum erroris, internam unctionem à magisterio Ecclesiæ non se iungens.

Tertio ex Patribus, Sanctus Clemens Romanus epitt. 5. quasi paraphrastes magistri sui Sancti Petri loco citato. Diligenter obseruandum est, ut lex Dei cum legitur non secundum propriam intelligentiam legatur, vel doceatur, & lib. 10. recognitionum, oportet ab eo intelligentiam dicere scripturarum, qui etiam à maioribus secundum veritatem sibi traditam seruat.

Dionyssius Areopagita de cœlesti hierarchia cap. 1. ad sanctissimarum scripturarum intelligentias prout illas à Patribus accepimus, contuendas pro viribus pergamus.

Tertullianus de præscript. cap. 37. unde Heretici inimici, & extranei Apostolis, nisi ex diuersitate do-

Ss Strin.e,

*Arine, quam unusquisque de suo arbitrio aduersus Apostolos, aut protulit, aut recepit?*

Athanasius de cruce, & Passione Domini. Quod autem nunc reiectum est verbum, euangelium quidem est: sed tamen evidenter, claritudinique gratia, defugiendum est ad sanctos. Et ab ipsis intellectus huius rei excipiendus: vero enim similius est, eos rerum euangelistarum magis quam nos conscientes, & peritos esse, & epist. de Synodus Ariminii, & Seleuciae ait, que non intelligimus in scripturis non abdicamus, sed requirimus ab illis, quibus Dominus reuelauerit. Et ab eis discere cupimus, declarans autem, qui sint isti oratione contra Idola, dicit esse sancti illi magistri, quorum libros subdit. si quis euoluit intellegit aliquo modo scripturarum mentem, & foris eam, quam cupit cognitionem adipsicetur.

S. Hieronym. 1. epis ad Ephes. Alexandriam perplexi, ut viderem Dydimum, & ab eo in scripturis, omnibus, que haberem dubia sciscitarer.

Sanctus Augustinus homil. de verbis Euangelij, quomodo verba scripture intellectu exerunt sancti, sic virtus intelligenda sunt: idem in expositione illius versiculi psalmi 103. inter medium montium pertransibant aquæ, sic dicit, inter medium exponit, id est Apostolorum, quibus Apostolici succedunt, & subdit, quid est inter medium Apostolorum, quod medium dicatur commune est, res communis: unde omnes aequaliter vivunt, media est, nec altius, nec ad te nec ad me, propterea loquitur, & sic de aliis omnibus habent inter se pacem, habent inter se fidem, habent inter se charitatem, sic verè dicimus. Quid est inter se? in medio sui. quid est in medio sui? commune est illis, audi aquas inter medium montium, quia communis illis fides erat, nec quisque aquas, quasi proprias, & suas habebat: si enim non sunt in medio quasi priuatae sunt: nam publicè fluunt, & ego habeo meam, & ille habet suam. non est in medio, quod ego, & ipse habemus, sed & talis non est pacifica prædictio: at vero et inter medium montium fluunt aquæ audi vocem montis. Deus, inquit, pacis dei vobis id ipsum sapere inuisum, & iterum, ut id ipsum sapiat omnes, & non sint in vobis schismata. Quod sensus sentis, in medio fluit aqua, non habeo quasi priuatum meum, nec tu priuatum tuum, veritas nec measit propria, nec tua, & ut & tua sit, & mea: inter medium montium pertransibant aquæ, & paulo post, si quis autem vellet aliud prædicare, interpretari iam de suo prædicaret, nec de meo, & audi quid de illo dicatur ab ipso, qui emittis fontes in consallibus, qui loquitur mendacium de suo loquitur, &c. quibus verbis apertissime Luthericus spiritus, qui Augustinum proscindit ex August. eliditur.

Vincentius Litinenensis lib. aduersus proph. vocavit, ex Apostolicis verbis Sancti Pauli iactantiam priuati spiritus concusat. Et ne quis pretermisseceris se solum audiri, sibi soli credi arrogaret. paulo post, ait, nec ipse Paulus. An à vobis verbum Dei processit, aut in vos solos deuenit? & ne hoc quasi perfunctione acciperetur, summo studio equalitatis, & unitatis cultor existat, ut scilicet neque opiniones suas ceteris praferat, & ab uniuersorum sensibus non recedat.

Tertio rationibus, prima est ex lumine naturæ deducta: aut enim Aristoteles & polit. vnum vel pos-

sibilium, vel difficultum est eos bonos, & accuratos esse iudices, qui operis nullam habent notitiam, & Galenus, neque, inquit, morbo laborans sat scio te ipsum vulgo commiseris, sed ex omnibus, delectis paucis aliquot atque his quidem modice rei peritis suis, neque nauigans cuiuslibet numero ventorum, sed tui videlicet gubernatori, denique & in rebus minimis si edificias, fabro credis, si calceamentis egeas coriarior. Qui fit igitur, ut ibi de rebus summis periculum est, tibi vendices potestate admens eam ius, qui plus sapient, quam tu? & Sanctus Basilus epist. 75. ad Neocesienses, oportet, ait, ut eodem propè sint animi industria prædicti, & qui aliorum scripta indicaturus est, & qui illa conscripsit. At etiam de agricultura & operibus iudicare non poterit, qui non ipse est agricola? & qui musices scientiam non tenet, nec consonaniam, nec dissoniam in musicis Rythmis cognoscit? sermonum iudex non erit quicunque volet, qui neque præceptorem suum, neque tempus, in quo didicerit assignare valer, nec prorsus quicquam eorum, que ad sermones iudicandos continent, siue multum, siue parum intelligit. ex qua inductione sic discutiri evidenti ratione Sanctus Augustinus de utilitate credendi cap. 14. si unaqueque disciplina quamquam vilis, & facilis, ut percipi possit, doctorem, aut magistrum requireat: quid temerari superbia plenius, quam diuinorum sacramentorum liberos, & ab interpretibus suis nolle cognoscere, & incognitos velle damnare? non est, inquit, Sanctus Hieronymus contra Vigil. tom. 2. eiusdem hominis aureos numeros, & scripturas probare, degustare via na, & prophetas, & Apostolos intelligere, unde Basilus merito reprehendit Imperatoris culinæ. Præfectum, dicens, tuum est, inquit Basilus, insulorum curare condimenta: nam cum aures habeas, oppletas cordibus, sacrosancta dogmata audire non potes, ex Nazianzeno, & alijs in Basili funere, &c.

Accedit cum vulgi inscitia prauus affectus, qui aciem rationis obnubilit, ne veritatem deprehendat: nam ut idem Basilus epistola citata docet mel male morbo affectis amarum videri, quia & oculus vitiatus multa non videt eorum, que sunt, & multa suspicatur, que non sunt: idem, & in iudicanda sermonem virtus sepe numero fieri video, quando eorum, qui conscriperunt mentem, habitumque non assequitur index. igitur cum inscitia in vulgaribus præsternit cum prauo affectu sit coniuncta, non potest esse æquus censor, & iudex cerdonum, & lanionum spiritus, ignorantia tenebris circumfusus, prauisque affectibus circumvallatus.

Secunda ratio. Scripturarum interpretatio pars est doctrinæ, & ad clavem scientie pertinet, & cum auctoritatua potestate coniuncta est: at doctrina catholica vna est, ad quam ordinatur clavis scientie doctorum, & iurisdictionis Pastorum clavis ad continendas plebes, in unitate doctrinæ: è contrario vero priuatus spiritus non est omnium, vnuus, & interpretatio est communis omnibus, nec regulis vallis ad amplectendam determinatam interpretationem adstringitur; male ergo feriata est interpretatio priuata, quæ configitur ab aduersariis. Maior probatur diffusus articulo sequenti, minor est clara, & concessa.

Tertio,

# De sacrorum Bibliorum interpretatione. 483

Tertio. Interpretatio ut fidem gignat, certa debet esse, & infallibilis, at ex priuato cuiuscumque spiritu redditur incerta: ergo, &c. minor probatur ex Ministrumachia. Præstatiū in una sola interpretatione verborum formæ Eucharistice, quæ octauagenerium numerum excedit: in pari ergo interpretationis gradu, & spiritu, quæ vnaqueque factio iactat, dum singulæ ab omnibus fidem exigunt, nullam nec singulis, nec omnibus fidem dandâ esse merentur.

Quarto, quia nō alia via, quā ex priuata interpretatione, relicta communī regula, hæreses superinductæ sunt, ergo iamdiu priuatus iste spiritus sepultus, ab orco iterum reuocandus non est. Antecedens probatur, dicente Tertul. de præscript. *Nihil autem mirum si ex ipsis instrumento captentur argumenta, cum oporteat hæreses esse, que esse non possent, si non, & perperam intelligeretur, & iterum, idem licuit Valentianis, quod Valentino, idem Marcionitis, quod Marcioni de arbitrio suo fidem innouare, consequentia patet, nam data ea licentia emortuæ, & extinctæ hæreses nedum quattuor, sed iam mille, & quingentis, & amplius annis sepultæ rediutæ prodidenter tumulis, & cineri, & ossibus cuncte superinducerent, nec enim aliunde hæreses exortæ sunt, ait Augustin. 12. confess. cap. 25. nisi quia, quisq; hereticus propriè vendicat, & suum vult esse, quod omnium est, à communi propellitur ad Iua, hoc est à vanitate ad mendacium. Qui enim loquitur mendacium de suo loquitur.*

Quinto, priuatus spiritus diuisionem gignit, ecclesiasticum ordinem perturbat, nec tam incertitudinem fidei parit, quām in eius interitum vergit; non ergo potest esse à Deo, qui est Deus non diffensionis, sed pacis, qui omnia ordinatè fieri voluit in Ecclesia, & fidei falcimētum stabile constituit. Antecedens manifestum est ex dictis.

Sexto, si Spiritus sanctus dat omnibus hoc munus intelligendi, & interpretandi scripturam sequitur euidenter omnes hæreticos (qui Spiritum iactant) verum dicere, vel nullum: vel quosdam sic, quosdam autem non: sed quicquid horum dicatur destruitur priuatus spiritus ergo. minor probatur. Nam impossibile est omnes errores, & hæreses vera dicere, cum apertissimè inter se pugnent. unde eo titulo Rhetoriani exsufflantur ab Augustino lib. de hæresibus, quod putarent omnes hæreticos verum sentire. Si nullus verum dicit, in hoc quod ipsi dicunt, spiritum priuatum cuiusque esse legitimum interpretari, decipiuntur. Si quidam verum dicunt, quidam non, oportet de spiritu certificari, & cum discordes, & pugnantes inter se sint, non potest esse causa certitudinis ipse spiritus, qui in controvèrsiam vocatur, an in hoc, vel illo loquatur.

Septimo, nam ut supra in primo tomo monstratum est, Hæretici non competit ullo modo possesso scripturarū. *Vbi enim apparuerint esse veritatem discipline, illuc erit veritas scripturarum, & expositionum, & omnium traditionum, ut dicit Tertullianus lib. de præscript. & postea si hæretici sunt, christiani non sunt. Ita non christiani nullum capiunt ius christianarum litterarum, cum ergo nullum ius habeant christianatum litterarum, multo minus doctis hereticis, quām laicis fidelibus competit scripturarum interpretationem.*

Vltimo ad hominem, nam interdum Prædicantes aiunt, solum Deum esse supremum indicem cōtrouersiarum, & scripturatum interpretari, seu Scriptum sanctum, ut loquitur per scripturam: quandoque scripturam, ut habentes spiritum Dei latenter esse suum interpretem: Sunt qui Ecclesie hanc auctoritatem deferant non catholice, sed sua Synagogę Prædicantum, sic Franciscus Ianius, & Hannius dicunt, *beneficio domi interpretationis doctorum sensum erui, & in Ecclesia promulgari, non potentia prætoria, ceu bī penī Zenedia quæstiones decidēti, nec iudicio absoluto, sed determinato, & ad scripturæ canonem restricta, censuræ populi illud subiciendo, si deprehenderit esse scripturæ consentaneum.* tunc ergo arguitur. Possibile est, ut (imo est de facto) Deus illustreret mentes interpretum sacerdotum, ut Augusti Hieronymi, & veram intelligentiam scripturæ adducant; sed quia aliud est veritas, aliud certitudo, multi enim veritatem cognoscunt, & quia non certum est, veritatem attigisse, talis interpretatio probabilis sit infirmis, certa nequaquam. ex hac via autē Prædicatiū, nullo pacto potest quis certificari, ergo. minor probatur: nam dum liberam licentiam danti (sine coercitu ad non aliter interpretandum potestate) ut libet opinandi, etiam interpretandi liberā dant facultatem: opinandi autem libertas certitudini viam præcludit. Iterum dum iudicium ad scripturæ canonem restringunt, ad perplexum, & interminabile labyrinthū dedicūt, & includunt, cum alium iudicem opus sit accersire, ad quem prouocemus, num secundum scripturas latum sit iudicium. Dum verò plebis suffragium expectandum est, cordonibus committitur iudicandum, imo & cōtradicendum, eam interpretationem Doctorum Prædicantium non esse scripturæ consentaneam. Quocumque ergo le vertant ex hoc priuato, & libero spiritu, in angustias rediguntur, ut interminabile si interpretationis iudicium, imo spiritum, qui per Prædicantes loquitur à plebe vili iudicante corrigi fateri necesse sit, quod absurdissimum esse nullus eorum inficiati potest.

Amplius isti Interpretates, ipsis inuitis fatentibus, falli, & fallere possunt: aiunt enim si à scriptura recentur non posse fallere, & falli quandiu scripturæ adhærent, sic pronunciauit Georgius Mylius Prædicans Saxonus in disputatione de iudice cōtrouersiarium: *sic enim eius verba recensentur thesi 3. Quod errare iudicando, interpretando omnes possunt, errantque non raro, aut leuiter, & nulla, subdit, hic disparitas est hac parte, nisi quatenus ex accidente quopiam atatis, eruditiss., experientie, loci, aut vite quouspiam differentiae se offert.* ergo cum omnes æqualiter prædicantes uti interpretari possint, & de facto in muluis, & in hoc, quod nunc refutamus hæretico dogmate suspecti esse possint exteris (ut certi nobis sunt) quod mentiantur, seipso veritatis regule fluctuagæ committunt, & à causa cadunt, ut eius fidem adhibentes, & se committentes, tenebris inuoluti pedibus offendant.

## CONCLUSIO CATHOLICA.

*Non est unusquisque priuatus spiritus, interpres legimus sacrae scripturae.*

**R**espondeo dicendum, quod sicut in corpore naturali solum caput est, quod habet omnes sensus, non autem alia membra, quæ, experientia teste, non eundem actum habent: sic in corpore mystico solus Christus, qui est caput Ecclesie, habet plenitudinem gratiarum, quæ ad membra diuisim deriuatur. Vnde sicut de Christo scriptum est, quod non dedit illi Deus spiritum ad mensuram, sic iuxta mensuram spiritus dona celestia ad Ecclesiam deriuata sunt, divisiones enim generalia sunt; ait Apostolus Rom. 10. & omnia dona operatur unus, & idem spiritus singulis diuidens prout vult. Inter gratias vero gratis datas connumerat Apostolus interpretationem sermonum, quæ cum sit particularis quidam actus, non omnibus attribuitur. Vnde dicitur, quod dantur alii genera linguarum, alii interpretationes sermonum: cum enim scriptura difficultatem habeat ad hanc tollendam datur, ait S. Thomas, interpretatio sermonum, id est difficilium scripturatum, iuxta id, quod in Daniele cap. 5. scriptum est, audius de te, quod possis obscura interpretari. Sicut autem schisma sequeretur in corpore ex duplice capite, ut colligitur ex eodem Apostolo, si vel debita proportio membrorum tolleretur, vel si unum membrum non operaretur, ut membrum corporis ad subventionem videlicet, aliorum membrorum; ita in corpore mystico schismata esset in corpore, si oes essent (ait S. Th.) eiusdem conditionis, & gradus, cunctemque actum haberent, nec pe si omnes linguis loquerentur, aut si unum membrum corporis mystici non operaretur, ut pars eiusdem corporis mystici, sed independenter a corpore, non ordinando suam functionem in bonum commune omnium aliorum membrorum (cum manifestatio spiritus detur ad utilitatem propter bonum commune) vel si aliorum ministeria, & functiones abjeceret. Priuatus ergo spiritus interpretationis, dupli ex capite schismaticus, ac proinde execratus deprehenditur. Primo, quia non dividit gratias singulis secundum donationem Spiritus sancti, sed omnia in unum in unoquoque membro coaceruat, atque confundit; cum ramificationes membrorum diversorum membrorum diversos actus, & functiones Spiritus sanctus voluerit esse in Ecclesia, secundum quod scriptum est, in multitudine discipulæ dominis separauit eos. Eccl. 33. & iterum Rom. 12. habentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis differentes. Secundo, quia nec a principiis membris, nempe a peritiis, & doctoribus (quibus expeditio concedita est) percipere vult; nec cum altero communione habere potest, hoc enim ipso, quod priuatum interpretationem habere vult, & corporis communem esse non vult, proprium influxum communicare non potest, qui communi influxu exteriorum, & principiorum membrorum, principiis capitatis vigore destituitur.

## Solutiones oppositionum.

**A**d primum responderetur. Apostolus dicit, omnia illa munia operari unum, & eundem spiritum, sed iuxta ordinem, & mensuram donationis Christi, nempe prout idem expressit Apostolus, ut non omnes essent Doctores, &c. non omnes habent gratiam interpretandi; vnde qui non secundum hanc mensuram, & ordinationem dona metirentur, sed secundum priuatum regulam, mentirentur, & deciperentur.

Ad secundum locum. Non est extinguendus spiritus, nec spernenda prophetæ, quas gratias partitum Spiritus sanctus, sed non omnibus, diuidens singularis prout vult. Ille vero spiritus priuatus, penitus ut linum fumigans extinguendus est, qui dum omnia confundit, seipsum destruit: vnde Dionysius Alexandr. apud Euseb. lib. 2. Socr. lib. 3. cap. 24. haec verba Apostoli ait, non omnibus passim, sed perfectioribus, & firmioribus Ecclesiæ membris, quæ non sunt vulgaria, & communia, directa esse contendit.

Ad primam confirmationem. Ex loco 1. ad Cor. cap. 14. non colligitur (quod falsò mentiuntur Novatores) ut interpretatio Ecclesiæ, & Doctorum ad regulam verbi Dei per hominum omnia iudicium exigatur. Nec enim ibi loquebatur Apostolus scripturæ doctrinali interpretatione, sed de ea, quæ ad pietatis studium per modumhortationis erat accommoda. Vnde S. Thomas ait, quod ibi si sermone ijs, qui proponunt verbum Dei per modum exhortationis ad plebem, exponendo sacras litteras. Et quia in primitiva Ecclesia erant plures hoc dono dotati, ut aduerit S. Doctor, ne confusio, & tandem oriretur, non dicit, quod omnes prophetent, id est sacram scripturam exponant, sed aliqui, & determinati. Vnde Apostolus præmisit. Prophetæ autem duo, aut tres dicant. Quia autem in interpretatione poterat se transfigurare dominus in Angelum lucis, videlicet (ut dicit Chrysostomus) si aliquis arius admisceretur, aut diabolicus quispiam preceptor ingredieretur, certi debebant iudicare, an bene, vel male dicta essent. Et quidem quantum attinet ad communem fidem regulam, sicuti dicit Augustinus lib. 12. de Genesi ad literam cap. 14. non est magnū tunc discernere spiritum, cum ad aliqua perueniat, vel perduxerit, quæ sunt contra bonos mores, vel contra regulam fidei; tunc enim à multis discernitur; ideo unusquisque poterat iudicare, ut dicit S. Thomas, vtrum bene dicta essent, vel male, illa approbando, ista reprobando. Vnde dictum est, ait, spiritualis homo omnia iudicat, quamquam nomine spiritualis, doctores ibi intelligentur non plebei, hi enim carnales infantes dicuntur 1. Corin. 3. non potui vobis loqui, ut spiritualibus, sed ut carnalibus, &c. Verum auctoritatue non omnium, sed maiorum Ecclesiæ erat talis interpretationem iudicare. Quia autem eriam in vtendo tali dono ordinandi seruandus erat, ut si alteri illorum, qui sedebant, & tacebant, & dijudicabant fuisse aliquid melius revelatum, prior ille qui stabat, tacere debebat, & sic successiue poterant prophetare, & exponere per singulos. Semper ergo in auctoritatua, & decisiva interpretatione primatum dabatur maioribus in Ecclesia; in ea autem interpretatione, quæ erat potius

potius per modum concionis, & exhortationis (vt in nūt Apostolus) dicens, qui prophetat hominibus loquitur ad edificationem & exhortationem & consolacionem. Mira ē erat modestia, dum honore in uicē se praeueniebat, vt omnia iuxta apostolicam normam, & secundum ordinem fierent; sic enim Apostolus concludit. Iaque fratres emulamini prophetare. Et omnia autem honeste, & secundum ordinē fiant in vobis. Eudem ordinem quoque ponens, dando eandem normam Sanctus Augustinus docet lib. 2. de bapt. contra Donatist. cap. 8. quod si contigerit multa singulis in melius reuelari, debere [v]num quemque non pro eo, quod semel imbibetur, & tenebat, pertinaciter congregari, sed si quid melius, & utilius extiterit libenter amplecti, quanto autem distet hæc spiritualis Academia à synago- ga Protestantium res ipsa loquitur; hic enim omnes prophetant, verius insanunt, omnes diuidant, omnia inordinate sunt, confusione omnia plena sunt, cum tamen id ipsum Apostolus prohibens subdat, non est Deus dissensionis, sed pacis, ut in omnibus Ecclesiis Sanctorum doceo.

Ad secundam confirmationem. Non negamus administrationem, & communicationem gratiarū adiuicem in membris corporis mystici, sed dicimus cum Apostolo, quod membra eadem non eundem actum habent. Porrò administratio illa, de qua loquitur S. Petrus, non omnium erat, sed dispensatorum mysteriorum Dei: vnde sequitur, sicut boni dispensatores muliformis gratiae Dei. Vnde & de hac dispensatione, aut administratione loquens Paulus dicebat, sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, de quo etiam loquitur 2. Tim. 1. ad meo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te. Et quæ omnia non ad plebeios, & laicos, sed Praefectos ecclesiarum attinent.

Ad tertiam confirmationem. Is locis probatur, docilis fidelium ad assentiendū fidei per spiritum Dei, qui etsi ab hominibus audiunt, tamen quod intelligunt intus datur, intus corruscat, intus reuelatur, vt dicebat Augustinus in Ioannem, & nihilominus plantatoribus, & rigatoribus opus est, ministris Ecclesiasticis interpretibus, doctoribus Ecclesiæ, propositione, & definitione.

Ad secundum caput argumentorum. Ad locum Iacobi dicitur, loqui eum ibi de sapientia, prout ponitur donum Spiritus sancti, quod ad perficiendum intellectum in ordine ad affectum, & operationem fidelibus datur: præmisserat enim Iacobus. Omne gaudium existimat fratres cum in varias tentationes cederitus, &c. ad quam doctrinam affectuam acquirendam, quæ sapientia, & sapida scientia est, mox subdit. si quis autem vestrum indiget sapientia postulet a Deo. Ad alium locum. Satis perbelle illum expavit Cyprianus, siue aucto[r] lib. de simplicitate Praeflatorum inquietus. Dominus autem de Ecclesia sua loquitur: ad hos, qui sunt in Ecclesia loquitur, vt si ipsi concordes fuerint, si tamen quod mandauit, & monuit, duo aut tres collecti vnanimiter orauerint, duo aut tres licet sint, interpretari possint de Dei maiestate, quod postulant. Vbi cumque fuerint duo, aut tres collecti in nomine meo, ego, inquit, cum eis sum, cum simplicibus sci licet, atque pacatis, cum Deum timentibus, & Dei precepta seruantibus, cum his duobus, vel tribus licet, esse fe dixit, vbi duo aduertenda, quod Dominus de-

Ecclesia loquitur, & ijs, qui sunt in Ecclesia. Quare expressè Spiritus priuatus excluditur: nec enim per Ecclesiam, nec ijs, qui sunt de Ecclesia hereticis, loquitur cum ipsis Protestantes, nec habeant Ecclesiam, nec in vera sint Ecclesia. Vnde temere Spiritum sanctum iactant, & generaliter ad hæc, & similia loca respondendo dicendum est, loqui Christum Dominum de ijs, quæ singulis necessaria sunt: & hæc vniusquisque iugiter a Deo postulare debet, ceterum dona alia, quæ non omnium statum concernunt, sicut optari possunt, emulamini chrisma meliora, ita & peti possunt modo statui, & ordini postulantis conueniant. Et licet a Deo potissimum expectanda sit illuminatio ad intelligentiam scripturarum, studium etiam, & labor noster, & magisterium requiritur ex Cassiano coll. 14. per totam. Origen. hom. 12. in Hexam. Bonavent. tract. de illuminat. ser. 19. seu in Hexam. ne in superbi si nas, & periculosis tentationes incidas, si solum diuinam illuminationem expectantes, studium, & doctorum interpretationem excludamus, vt docet S. Augustinus de doctrina christiana lib. 1. Et per hæc patet responsio ad auctoritates Patrum, quæ vt probant recursum ad diuinum auxilium, sic non negant humanam industriam, laborem, & disciplinam. Privilegia vero in consequentiam non sunt trahenda, facile enim fuit in oculis Domini honestate pauperem, & dare memoratis per infusionem, scientiam Sanctorum. Quanquam, quod de Bernardo adducitur, non probet illum non calluisse litteras liberales, nec ab hominibus didicisse, cum Petrus Abbas Cluniacensis eum litteris operam dedisse testetur. exponendus ergo est de effectiva cognitione iuxta illud. ecce audiujmus eam in Epbrata inuenimus eam in capitellis silue, pl. 131.

Ad tertium caput. Quamvis lectio sit vnum ex medijs ad assequendam intelligentiam scripturarum, quia tamen in multis locis difficultis est, interprete opus est. Et licet sit assimilata lucerna & lucenti in caliginoso loco, dicendum quod verè in se lucerna est, & lux, vt supra etiam dictum est, sed quia oculi nostri caligant, vt lumen illud videre non possumus, directore opus est, ne pedes nostri offendant etiam præsente lumine. vnde idem S. Petrus prævidens Protestantum audaciam hoc loco abutentibus occurrit dicens. hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia scriptura, propria interpretatione non fit: & si n. lucerna sit pedibus nostris verbum eius, si tamen proprio spiritu interpretetur in offensionem, & petram scandali incidimus, dicente Augustino, multa de Christo inueniuntur in scripturis, ita dicta, vt impias hereticorum mentes prius volentes docere quam nosse, in errorem miserint. de fide & symb. c. 9.

Ad confirmationem. Nunquam Augustinus, vel alij Patres secundum prout spiritum scripturas sanctas pertinaciter ad dogmata adstruenda, & fidem firmandam intellexerunt, vel exposuerunt cum dicant aperte typhum esse superbiae diuinorum sacramentorum libros, & ab interpretibus nolle cognoscere, vt dicit Augustinus de utilitate credendi cap. 17. & in praxi idem seruauit, nam 26. in Ioanne non ex propria, sed maiorum sententia de sacra missa Eucharistiæ differuit. Propterea quippe sicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines Dei. Dominus no-

ster Iesu Christus corpus, & sanguinem suum in eis rebus commendauit, quæ ad unum aliquod rediguntur, &c. Donatitas quoque non semel arguit, quod scripturas interpretarentur contra vniuersalitatem Ecclesiæ consuetudinem. Verum est, quod in rebus ad fidem non pertinentibus priuato suo sensu aliquæ Patrum inhesisse dubium nō est, imo eriam ex humana infirmitate unum, aut alterum Sæctorum etiam in dogmatibus esse hallucinatum. Sed discernendū est quid de infirmitate humana proueniat, quid ex potestate, & infallibilitate concorditer id ipsum interpretantibus conueniat.

Ad ultimam confirmationem. Timendum non est de processu in infinitum, quod enim Patres recte scripturam sint interpretati, non Patres eosdem ut iudices assumimus, sed Ecclesiam audimus testificantem, & testimonium perhibentem per Spiritum sanctum ex eodem spiritu Patres esse locutos, & hanc, vel illam esse legitimam interpretationem, conferendo omnia verba cum corde suo, ubi recordatum est verum verbum Dei; in corde enim Ecclesie primo, & per se residet.

#### ARTICVLVS SECUNDVS.

\* An Ecclesia sit sola, & infallibilis scripturarum Interpres.

#### Positio Hæreticorum.

**I**mpius Luther, in processu assertionum sic contra Catholicos debacchatur, quod sepositus, ait, *sacris litteris solis commentarius hominum immersi sunt, non quid sacre litteræ sed quid illi in sacris litteris sentirent querentes, donec uni homini Romano Pontifici non nisi indoctissimi sophistis circumuallatio soli tribuerent ius interpretandi scripturæ sacræ, etiam de sola potestatis, & sublimitatis maiestate citra omnem intelligentiam, & eruditio[n]em presumunt fabulanus Ecclesiam id est Papam non posse errare in fide.* Idem docet Caluinus sub fine antidoti 4. scilicet Trident. ad se, & suos transferens interpretandi facultatem, de nobis quominus dicam quod res habet, impedit verrecundia. Verissime tamen licebit profiteri. Nos intelligentis scripturis plus lucis attulisse, quam omnes, qui ab exorto Papatu inter eos extiterunt doctores. Idem docent paucim Lutherani omnes, vt Brentius Kemnitius. Sed & Hunnius nō veretur obgannire dicens. Papam sibi eiusmodi potestatem arrogare, vt quequid ex cathedra stercoraria diclet, ac eructet, id pro indubitate oratulo recipiat sine ulteriori disquisitione. Rullus Basileensis modernus Caluinista disputatione de sacrarum scripturarum usu iudiciali, definitio, seu de supremo controversiarum iudice, distinguit de dupli iudice, supremo, & inferiori. Diuidit Dantus iudicem alia divisione in diuinum, & humanum, humanum in ordinarium, vel extraordinarium. Inferiorem vero diuidit in delegatum, vel subdelegatum, eumque in Ecclesiasticum, vel ciuilem, & rursum in publicum, & priuatum. De summo iudice, ait Rullus thesi 4. *Hunc nullum alium agnouimus, nisi Spiritum sanctum in scripturis loquentem, & thesi 13. concludit, absit, vt summum fidei Tribunal Prælati Ecclesiæ solis, vel congregatis, vel Pontifici, vel Curie Romana concedamus, &*

ratio est (subdicit) thesi 14. quia Pontifex & Episcopi in Concilio congregato ne possint quidem in omni controversia jupremi iudicis officio fungi. Idem V vitakerus controu. prima conans, sed satis bardè, respondere argumentus Catholicorum.

Gripus Launganus disput. de fact. scrip. auctoritate, interpretatione, & controuersiarum religionis norma, ac iudice in thesi 13. includit. Notetur hic Papistarum vertigo, & inconstitutia: nam alijs simpliciter Ecclesiam, alijs sanctos Pares, alijs Concilia Ecclesiæ iurca iudicem illum supremum statuant. Liberius disput. de iudice controuersiarum thesi 6. ait. Papistæ, indiscrepantes abeunt sententias modo Patrium orthodoxorum consensem, modo Ecclesiam, modo Papam propterea iudice venditant, & inflatis buccis, nec Ecclesiam, vel Papam volunt esse iudicem interpretationis scripturarum.

Petrus Martyr prefat. in 1. ad Corint. dicebat, ex interpretatione per Ecclesiam facta per Episcopos, per doctores, per Concilia firmata em religionis constata non posse. Per culcisimum esse in deliberationem, & definitionem spiritualium rerum sapientiam carnis adhibere, & idcirco, ait, Ecclesia tribuere nolumus de scripturis, & ijs, que ad salutem necessaria sunt supremam censuram. Nouissime M. Antonius de Dominis in consilio protectionis sue cap. 4. reddens manum causam, & praetextum sue protectionis dicit, videlicet enim, & facile tu p[ro]p[ter]em scripturarum abusum, cum ad vanos sensus, mutiles, & impertinentes, imo etiam pernicioſos detorquentur.

#### Argumenta Hæreticorum.

**P**rimum argumentum ex Ioannis 5. ubi dicitur, *P[otes]t testimonium hominum non accipio.* Ergo nec verbum Dei accipit testimonium ab homine, vt a Pontifice, vel Concilio. V vitaker.

Secundum, si Pontifex iudicatur de scripturis, sequitur Pontificem, seu Concilium esse supra scripturam, & si scripturæ sensus sine pontifice, seu Concilio nō est authenticus, sequitur verbum Dei accipere robur, & firmitatem a verbo hominum, est V vitaker.

Tertium, si quædam Papaæ interdum ignorat, nō potest esse iudex controuersiarum fidei; at Papa ignorat multa, & interdum (attentantibus ip[s]i]s Pontificijs) parum scit. Ergo nō potest esse iudex controuersiarum fidei. Hunnius.

Confirmatur, quia nullus, nisi insanus dicit dogmata non aliter esse certa, & sine dubio vera, quam quia Papa Rom. sic affirmavit, atque è sua cathedra respondet. Quod si recurratur ad priuilegium non errandi, priuilegi sui Papa interpres esse non debet. Addit Saubrandus. Si admittatur hoc priuilegium, oportet valere hæc consequentiam, qui docet ex cathedra Petri non errat. ergo qui non docet ex cathedra Petri errat.

Quarto, & est argumentum Saubrandi. Cuius interpretatio est regula autenticae veritatis illa est in eadem, cum canonici scripturis, auctoritate. Sed Papæ interpretatio est regula authenticæ veritatis: ergo Papæ interpretatio est eiusdem cum canonici scripturis, autoritatis.

Quintum, est V vitakeri. Summus iudex controuersiarum, & legitimus scripturæ interpres debet habere tres conditiones. primo, vt certò sciamus il-

# De sacrorum Bibliorum interpretatione. 487

Iam sententiam veram esse, quam proponit, secundo, ut non licet ab illa sententia prouocare, tertio, ut nullo studio partium ducatur. Sed nihil horum Ecclesie Pontifex habet. Probat minorem, quia per Ecclesiam intelligunt Papistae primo Patres, si sint co-sentientes, nam si non co-sentiant omnes non tribuant illis tantam autoritatem. At consentiens Patrum sententia, non fuit semper regula interpretandae scripturae, aliquando enim fuit, quando scripta Patrum non erant, similiter & Concilia, regula autem debet esse firma, ac perpetua. Item per Ecclesiam intelligunt Concilia: quomodo autem sciemus Concilia legitima esse congregatae per Ecclesiam intelligunt Papam. Quomodo autem certi esse possumus ipsum non errare? imo & Papistae fatentur Papam non modo errare, sed & haereticum esse posse. Et praeterea Concilia, Patres, Papae, homines sunt: at scriptura testatur omnem hominem esse mendacem. Quomodo ergo in illorum sententia acquiescam? Confirmatur quia si Patres, Concilia, Papae, habent auctoritatem interpretandi scripturas, tunc ultima resolutio fidei nostrae fieret in illorum iudicium, quod est aperte falsum.

Secunda conditio deest, quia a Papa appellatur ad Concilium, & econtra: imo & a Papa ad Deum, spiritum. s.

Tertia conditio deest, nam num sit Papa controvèrtitur, & in questionem vocatur.

Sexto, & est Vvitakeri. Si Papa sit summus iudex controversiarum, & interpres scripturarum, quævis diffinitio Papæ esset tam authentica, quam scit ipsura: sed consequens est falsum, quia absurdum, & indignum est dicere, omnes Pontificum definitiones habere equealem auctoritatem cum scriptura sacra, ergo.

Septimo, & est eiusdem. Nullus homo etiam sufficiens iudex controversiarum aut scripturæ interpres est: ergo non Papa. Nam nullus homo debet auctoritate sua controversias dirimere, sed aliena, scilicet Dei, ac scripturarum.

Octavo, & est Paræ thesi 14. Quia Pontifex, & Episcopi in Concilio congregati ne possunt quidem in omni controversia supremi iudicis officio fungi; nominatio namque de hoc iudicium ferre negantur; num ipius supremum iudicium competit, quia sunt pars, pars autem non potest esse iudex. Idem scribit Labrax, addens iudicium Ecclesiae errare posse; exinde enim Ecclesia ex olea potest Rom. 11. num. 21. erravit autem (subdit) tum in veteri, tum in novo testamento. Ecclesia autem errans (aut) Calvinius, & Drusius in quadam epistola libello de nomine tetragrammaton non magis est Ecclesia, quam homo mortuus est homo: nam Ecclesia, vel Apostolo teste, columna est veritatis.

Nono, & est Labracis. Iudex debet habere has conditiones, ut sit absolutus, nec ad alium iudicem alligatus; ut sit summus; ut sit legitimus, & ordinarius; ut sit iustus; ut sit infallibilis. sed has conditiones non habet Papa ergo. Minor probatur ab ipso, quia Papa iudicium penderet a Deo, qui est supremus iudex in celo. Penderet scriptura ergo non est absolutus. Item non est summus, habet enim Deum, seu Spiritum sanctum, ut iudicem supremum. Non est legitimus cum sit pars litigans. Non est iustus, quia iusticiam Dei vicariū suū ius cuique non tribuit, a mo-

nialibus auferens connubium, à laicis usum calicis. Non habet infallibilitatem, cum non minus erroribus, quam quiuis alius homo, sit subiectus, quod, inquit, collocutores Ratisponenses confessi sunt, concedendo Papam posse esse hominem ridentem, scindidum, & stupidum, nullam in pensatione decidendæ controversia studium adhibentem, & ita incogitantem, & obliuiosum, qui etiam suipius sit immemor.

Vtimum, quia Vincentius Lerinensis non meminit Romani Pontificis, cum de recta scriptura interpretatione disputaret, & hinc colligi præclarum hunc scriptura interpretem Vincentio fuisse ignotum, est Vvitakeri.

## Confutatio aduersariorum, ex orthodoxorum firmamentis.

Si Ed contra est primo scriptura auctoritas. Exod. 20. Moyses ad dubia legis respondebat. Deuteronom. 17. De dubijs religionis decidendis ad summum sacerdotem concludendum populus mittitur, & 2. Paralipom. cap. 19. similiter sacerdotibus præcipitur ostendere solutiones, ubiunque quæsio est de lege, de mandato, de ceremonijs: ergo multo magis in noua lege tribunal erectum est, ubi Summus Pontifex verum sensum, cum ipsa scriptura credenda prescribat.

Respondent aduersarij Vvitakerus, & alij, Moysen fuisse Prophetam, & extraordinariè missum. Papam vero nihil tale habere. Contra quia et si Moyses ratione successionis fuerit extraordinarius; non enim Moysi aliquis succedit, tamen tanquam iudex ordinarius iudicabat. Papa vero ratione munieris, & ratione successionis ordinarius est, non successus, ac succedentes. Simmi Pontifices Sacerdotes veteres Aaron in ratione munieris, & successionis ordinarij erant. Papa vero quamvis Propheta non sit (nec enim opus est, ut dono prophetiae donetur) cum scripturam condere non habeat, instinctu prophetico non caret, ut dicemus, cum interpretatur scripturas ex diuina motione, & assistentia.

Respondent iterum, Moysen ex verbo ad Deum facto scripturam interpretatu. Papam ex suo libito, & priuato spiritu. Sed admissio interpretationis domino illius cathedra; talem honorem vult Christus exhiberi, ut intantum illi honor deferatur, in quantum secundum scripturas pronunciarent, super eam sedentes. Ergo similiter intantum acquiescendum erit sedentibus in Petri cathedra, in quantum Apostoli Petri doctrinam proponunt.

Sed contra est, quia non diuinando, sed ex traditione, Patrum doctrina tanquam medio Pontifex scripturam interpretatur infallibiliter, ex assistentia Spiritus sancti. Nece conditione voluit Deus credi Sacerdotibus si pronuncient conformiter ad legem, sed absolute, & simpliciter ex promissione, & assistentia Dei cogentis etiam malos bona dicere, qui in cathedra unitatis, posuit doctrinam veritatis, ut alias dictum est ex doctrina Augustini.

Secundo ex Matt. 16. ubi dicitur. *Tibi dabo claves regni cælorum;* inter has claves est etiam clavis scientiae, qua significatur auctoritas scripturas interpretandi, ut exponunt Patres. Præterquamquod dum

aperiendi regna cælorum Petro, & successoribus, facultas datur, etiam facultas remouendi omnia ob-  
stacula, & impedimenta, quibus regnum cælorum  
poterat obserari, conceditur, peruersa autem intel-  
ligentia, & ignorantia locorum scripturæ, & dog-  
matum poterat esse impedimento aperitionis regni  
cælorum: datur ergo facultas Sancto Petro, & suc-  
cessoribus, per doctrinam, & intelligentiam rectam  
scripturarum, & dogmatum cælestes fores aperire,  
& omnia obstacula errorum amouere.

Secundo principaliter ex perpetua praxi Ecclesie ab initio decurrentis: mota enim quæstione de legalibus, conuenerunt Apostoli, & seniores videre de verbo hoc, & declararunt eo facto, Præsidente Pe-  
tro, in iudicio publico enodationem difficultatum,  
dogmatum, super intelligentiam scripturarum,  
non ab unius, vel alterius sensu, sed vel à generali  
Concilio, præsidente ibi Papa, vel à solo Pontifice  
esse petendum. Vnde cum Sabellius, male intelligentes  
scripturas, vnam personam in Deo confiteretur: re-  
cte scripturam interpretatus, Xistus Secundus, tam  
que impietatem ex mala scripturatum intelligentia  
exortam eliminavit. Manichæi peruersas inter-  
pretationes addicentes apud Euseb. in Hist. lib. 7.  
cap. 3. à Romanis Pontificibus Felice Primo, &  
alijs, anathematis mucrone percussi sunt. De Ario,  
& complicibus definitionibus Nicæni Concilij, Syl-  
vestri, Iulij, Romanorum Pontificum, veram intel-  
ligentiam male extortis scripturis, afferentibus Ec-  
clesia triumphauit. Sic & Damasi magisterio Mace-  
donius victus est, qui ex mala scripturam intelligentia  
illius inquam loci spiritus quem ego mitto vo-  
bis à patre, Spiritum sanctum Deum esse negauit.  
Ephesina Synodus Nestorij impietatem plures in  
Christo personas dogmatizantis gladio verbi Dei  
legitimè interpretari, penitus exixit. Si clues Euthi-  
chiana, Priscillianistæ, & alia hæreticorum porten-  
ta ab Ecclesia rejecta sunt, non quia scripturas alle-  
garent, sed quia male illas adducendo, & interpre-  
tando dogmatizarent. vnde Augustinus dicebat  
epist. 222. ad Consentium, Intellectum valde ama-  
quia & ipse scripturæ sanctæ, quæ magnarum rerum an-  
te intelligentiam suadent fidem, nisi eas rectè intelligas  
viles esse non possunt. Omnes enim Hæretici, qui eas in  
auctoritate recipiunt, ipsas sibi videntur sectari, cum  
suos potius sectentur errores, & per hoc non quod eas  
contemnant sed quod non intelligent, hæretici sunt.

Tertio principaliter ex Patribus allegandis infra  
in sequentibus tomis cuim tractabitur de legitimis  
iudicibus controversiarum. magis manifestabitur  
hec veritas. Satis nunc, sequentes Patres adducere.

S. Augustinus lib. 1. de nuptijs cap. 20. concordas  
illa duo loca scripturæ, cum eiusmodi nec cibum su-  
mere, 1. Cor. 5. & illud, omne quod vobis apponitur mā-  
ducate, 1. Corin. 10. quæ prima facie discordare vi-  
denter sic dicit, In hac veluti angustia quæstionis non  
aliquid nouum aut insolitum dicam, sed quod sanitas obseruat Ecclesiæ, exponens vero illud 1. Tim. cap. 2.  
de obsecrationibus, orationibus, postulationibus,  
& gratiarum actionibus faciēdis pro Regibus, &c.  
in epi. ad Paulinū illa verba interpretatur ex intelli-  
gentia, & praxi Ecclesiæ sic dicens. Multa hinc dici  
possent, quæ improbanda non sunt: sed eligo in his ver-  
bis, hoc intelligere, quod omnis, vel penè omnis per or-  
bem frequentat Ecclesiæ.

Cyrillus Alexandrinus lib. 10. in Ioann. cap. 12.  
impugnans Nestorij dogmata ait, b. ec quidem il-  
le astutè simul, ac impiè. Nos autem Patrum, & Eccle-  
siæ fidem sequentes huius sensum rimati sumus.

Sed & Vincentius Lyrinensis, non solum hoc do-  
cer aperte: sed grauissimiis verbis hoc contestatur  
cap. 2. libelli aurei aduersus prophanas vocum no-  
uitates, sic dicens hic forsitan requiret aliquis, cum sit  
perfectus canon, si bique ad omnia satis superquæ suffi-  
ciat, quid opus est ut ei Ecclesiastice intelligentie in-  
gatur auctoritas? quia videlicet scripturam sacram  
pro ipsa altitudine, non uno, eodemque sensu uniuersi  
accipiunt; sed eiusdem eloquia aliter, atque aliter aliis  
atq; aliis interpretatur, ut penè quorū homines sunt tot  
illinc sententia erui posse videantur. Alter namque  
illam Novatianus aliter Photinus, aliter Sabellius ali-  
ter Donatus exposuit: aliter Arius, Eunomius, &c. si-  
c ut & aliter Lutherus, aliter Zwinglius, aliter  
Oecolampadius, vt in uno solo cœnæ articulo, sit im-  
placabilis ministromachia. Atque necesse est idcir-  
co, propter tantos ac tam varij erroris anfractus, vt  
prophetice & Apostolice interpretationis linea secun-  
dum Ecclasiastici, & catholici sensus norma dirigatur.  
Hæc Sanctus.

Quarto principaliter rationibus. Primo, nam fi-  
des nostra (quæ in scripturis, sicut & in verbo tradi-  
tio continetur) cum vna sit, vna quoque debet esse  
scripturarum intelligentia: non posset autem idip-  
sum dicere omnes, & in vna intelligentia conueni-  
re, nisi per eos, à quibus acceperunt scripturas ad cā-  
dem intelligentiam tenendam constringerentur per  
eum, qui toti Ecclesiæ præst, aut per generale  
Concilium auctoritate Summi Pontificis confir-  
matum: ergo.

Confirmatur, quia Hæreticorum vitiosissimum  
dicendi genus est, depravate sententias, & ad volun-  
tatem suam scripturam trahere repugnantem, vt in  
simili dicebat S. Hieronymus epist. ad Paul. Insuper  
ex multis hinc inde compositis in vnum sarcinunt  
corpus ex Tertull. de præscript. cap. 39. vt facilius sit  
depravare scripturas, quam centones ex Virgilio  
effingere, & vt dixit Iræneus primo adu. hæref. c. 1.  
sacræ scripturæ auctoritatibus perperam exposuitis, at-  
que transpositis imaginem perfidie sua conficiunt, &  
ornant dicentes illam esse fidem, & veritatis imaginem,  
eo quod ex iisdem sacrarum scripturarum locis est con-  
structa, ergo si publica non esset relata auctoritas,  
quæ priuatam temeritatem priuatorum hominū  
compesceret, & emendarer illa, quæ illa vitiat, in va-  
rias formas transformaretur.

Nec valet si respondeant, Ecclesiæ in hac re  
esse iudicem incompetenter, & partem, & sic non  
posse esse iudicem legitimum (vt opponit Sauubrā-  
dus inter ceteros inutiliter consuens, & coaceruās  
multa loca legalia ciuilium legum) nam ex eoden-  
tis in re ciuili exceptio incompetenter, quæ opponitur,  
probanda est, & priuatus iudex non obstante tali  
exceptione liberè sententiam potest ferre, quanto  
magis non probata incompetencia, sed potius per-  
peram adhuc illa cognita à male feriatis contempta  
à mirioribus istis, potest solus supremus Pastor,  
Ecclesiæ Dei de vero sensu scripturarum iudicare?  
pars autem, & iudex nō pot est priuatus, sed subla-  
to Principe supremo à rebellibus, idem, qui est pars  
offensa, à iudicio minimè absoluatur, & suam digni-  
tatem

# De sacrorum Bibliorum interpretatione. 489

tatem propugnare potest, & rebelles punire.

Nec valet secundo si dicant, intantum eorum interpretationi standum esse, in quantum conformiter ad Dei verbum interpretantur: nam hoc est constitueret se Dei iudicem sub pretexitu tuendi verbi Dei; dum iudicem Ecclesiae se faciunt, quae in verbo Dei etiam scripto index absolutus praedicatur, & simpliciter non sub conditione Ecclesia iubetur audiiri.

Vltimò ad hominem: nam Caluinus in admonitione ad Vestph. pag. 1129. Ecclesiae iudicio vult premi, detorquentes sacram scripturam ad suum sensum, dicens, scriptura sitam violenter prematur, ut isti volunt, tot ferè absurditatibus scatebit, quot versus occupat, & in def. sacram pag. 1087. contra eundem. Homo profanus sacris sententiis turpiter pro sua libidine abutitur, non secus ac magi sacra verba ad impias incantationes detorquent, sed cum Vestphalus pro se adducere vult, vt ait, Ecclesiarum consensum, easque sufficere dicens ad damnationem Caluini (unde dicebat apud Caluinum ultima admonitione, 1098) Ecclesiarum consensus ad damnationem sui, nepe Caluini, sufficare debet; respondit Caluinus, cur ergo vicissim nostrarum Ecclesiarum iudicio à quibus damnatur, non acquiescit? si ego non satis est hereticis fatentibus, ad difimendas controvexas scripturarum priuata interpretatio, sed oportet, ipsis etiam factentibus, vel Tigurinas, vel Helueticas, vel Saxonicas Synagogas falso vocatas Ecclesias pro legitimis Interpretibus adduceres; à fortiori, vt dicit Augustinus de utilitate credendi cap. 15. tanto deuotius obtemperari oportet Ecclesiae Catholice, quanto videmus nullum errorem se audere extollere ad congregandas sibi turbas imperitorum, qui non Christiani nominis velementa conquirat, immo & simpliciter soli Ecclesiae acquiescendum est, quando vt dicit idem Augustinus epist. 55. per celeberrimos Conuentus populorum, atque gentium, sedesque istas Apostolorum, arce auctoritatis muniuit suam Christus Ecclesiam. Quare vt idem dicit est, securæ vocis afferere, quod in gubernatione Dei nostrri, & Salvatoris Iesu Christi uniuersalis Ecclesiae consensu roboratum est, lib. 7. contra Donatist. c. 53.

Lutherus in postilla Eccles. in explicatione Evangelij Lucae in natalem Domini sic ait, quomodo sciatur Christus, & fides eius, nisi prius scirentur fideles eius? quique aliquid de Christo nosse capiit sibi non fide re, aut priuatum suam ratiocinatione possem in celum exirencere debet. Sed Ecclesiam adire, visuare, ac confulere, quae conservat omnia verba Dei in corde suo, ea quo pondere, confort secum, & cum scripturis; anima ergo, & sensus scripturarum intelligentia est, & doctrina Ecclesiae, fatente Luthero.

## CONCLV SIO CATHOLICA.

Auctoritatiua interpretatio scripturarum  
ad Ecclesiam pertinet.

R Epondeo dicendum, sicut dicit Tertullianus lib. de præsc. c. 19. quod ordo rerum desiderat illa prius proponi à quo, & per quos, & quando, & quibus tradita sit disciplina, qua Christiani sunt. Vbi enim apparerit esse veritatem disciplina, & fidei Christiana-

næ illic erit veritas scripturarum, & expositionum, & omnium traditionum, cum ergo in Ecclesia Catholica vera sit traditio disciplina, ibi veram esse expositionem, eamque infallibilem certò constabit. Unde (vt supra diximus) Iren. lib. 3. c. 45. ubi charis matia Domini posita sunt, ibi discere oportet veritatem apud quos est ea, quæ ab Apostolis Ecclesiæ successio, & id, quod est sanum, & irreprobabile sermonis constat. Hi eum fidem nostram custodiunt & scripturas sine periculo nobis exponunt, & iterum lib. 4. cap. 45. & 63. vt infra. In Apostolorum doctrina secundum successiones Episcoporum, & secundum scripturas expositionem legitima, & diligens, & sine periculo, & sine blasphemia est, haec ille, quibus verbis veram traditionem disciplina, & consequenter omnium interpretationum scripturæ ex traditione Apostolorum per successionem Episcoporum illis succeditum, & ex diuinis charismatibus, quibus prædicti sunt, luculenter ostendit. Et hoc rationabiliter, nam ad legitimam, veramque, & sine periculo interpretationem duo requiruntur, legitima scilicet auctoritas, & infallibilis directio. Auctoritas quidem: si enim usurpata esset, obligare, & adstringere non potest. Unde vt auctoritatem docendi Christus Dominus commendaret. dixit, data est mihi omnis potestas, subdens. Eentes ergo docete, id est potestatem mihi traditam vobis communico, vt sicut docui ego tanquam potestatem habens, & vos à me participata potestate doceret, interpretamini, &c. quod ad verbum ad successores Apostolorum pariter dictum est. Quantum autem ad infallibilem directionem, vt potestas infallibiliter suum effectum conqueretur, ius, seu facultas spiritualis concessa est, quod charisma dicitur 1. Petri 4. Vnuquisque sicut accipit gratiam sive donū in alterutrum administrantes, & 1. Tim. 4. non negligere gratiam Dei, quæ data est tibi per prophetiam. Interdum virtus vocata est eadem facultas, collaborate Euangelio secundum virtutem Dei, 2. Timot. 1. donatio etiam nuncupatur, secundum mensuram donationis Christi, interdum clavis scientiæ, vt Luc. cap. 11. certum est autem in rebus naturalibus, quod non solum datur inclinatio naturalis ad aliquem finem, quæ dicitur appetitus naturalis, sed forma etiam, unde profluit motus, qui est etiam ab agente naturali, quod formam producit. Similiter in moralibus, non solum datur appetitus naturalis, qui nihil aliud est, nisi inclinatio voluntatis in volitum, sed etiam potentia voluntua datur, unde profluit actus ille, quin & habitus perficiens ipsum. Sic & in supernaturalibus dicendum est, quod praeter potestatem, & facultatem supernaturalem, datur vis quedam saltem per modum actus, perficiens supernaturalem potestatem, vel dirigens eandem ad actus supernaturales; talis autem est inter cetera, donum interpretationis. Quia vero eius tantum est actus, cuius est & potentia, & cuius est potentia eiusdem erit habitus, vel actus perficiens ipsam, cum potentia auctoritativa interpretandi (quam comitatur actus, vel habitus perficiens ipsam) non sit nisi Apostolorum, & Apostoli succedentium in quantum Ecclesiam uniuersalem representant in Concilijs legitimis, aut solius Summi Pontificis, in quo residet plenitudo potestatis; omnino dicendum est, quod auctoritativa interpretatio scripturæ ad Ecclesiam pertinet. Doctoribus vero cum nulla sit facultas

facultas commissa; sed ijsdem illustratio solum data fit elucidandi, enucleandi scripturæ authoritatem, eis actus interpretandi scripturam auctoritatius non competit, sed Concilio cum capite unitim, vel soli (etiam absque Concilio) summo Pontifici, ut dictum est. Bene tamen ijsdem Doctoribus per modum elucidationis, enucleationis conuenit, ut primis contradicere piaculum sit, rebellio, heres: posterioribus superbia, temeritas, vel si in uno cōcordauerint error censeatur, ut perduellibus hereticis affines reputari debeant, qui vniuersis vel penè omnibus Patribus, atque Doctoribus audeant contrarie.

*Solutiones oppositionum.*

**A**D primum. Nō accepit scriptura testimonium ab homine quoad veritatem, seu quoad se, sed illa supposita ostenditur per interpretationem quoad nos, hanc, non illam esse legitimam interpretationem; sic index civilis non tribuit legibus veritatem, sed illam, quam in se continent ex suo testimonio, & auctoritate enucleat, & interpretatur.

Ad secundum. Negatur sequela. Nam quoad se, & in actu primo in se continent veritatem; insuper in se, & in actu primo sic condita est ab ipso Deo, ut legitima interpretatio per Pastores fieret, quæ institutio nullo modo ab homine est, sed à Deo scripturæ conditore. Quia vero nos nescimus, sub quo sensu reuelata sit, authētica interpretatione quoad nos, & in actu secundo opus est, quæ interpretatio, ut sit authentica, firmitatem recipit ab homine, nō ut simplex homo est, sed ut Pontifex est; sensus vero quia à Spiritu sancto intentus est: ideo firmus est, quia a Deo est.

Ad tertium. Cum fides nostra fundetur non in sapientia hominum, sed in virtute Dei, etiam si, secundum se considerati, sapientia essent destituti Pontifices, sapientes tamen sunt, ex Doctorum consilio, quorum doctrina in dogmatibus examinandis, definiendis videntur, & sapientium consilijs corroborantur, vnde scriptum est Proph. 20. *cogitationes consilij roborabuntur*, & quod magis est, directione sapientissimi Dei diriguntur, ita ut data hypothesi, quominus habent sapientia, eo magis diuinitus diriguntur, ut fides ostendatur fundata non in sapientia hominum, sed in virtute Dei.

Ad confirmationem. Non propterea, quia Papa determinat, veritatem obtinet, sed quia in se veritatem continent ea, quæ definitur, propterea quoad nos vera esse, infallibiliter definitur: tale autem priuilegium ex scripturis, & traditione manifestissime constat, cuius priuilegij interpres esse debet, qui huius, & aliorum dubiorum circa mysteria fidei enodanda, à Deo constitutus est interpres indubitatus. Insulsa vero est deductio Sauvbrā dicas; non enim sequitur, quod qui non docet ex cathedra errat, nam in ore Patrum, qui solum fuerūt Episcopi, & aliorum Doctorum, veritas reperitur, abunde. Sed sequitur solum, quod qui non docet ex cathedra non habet infallibiliter interpretationis donum, sicut habet Summus Pontifex, qui ex cathedra docens, semper habet hanc non errandi immunitatem.

Ad quartum, si per authenticam veritatem tenebriscosus iste homo intelligit scripturam canonica, & definitionem, & interpretationem Papæ vocet regulam; certum est, quod incongruè dicitur, quod definitio Papæ sit regula scripture, loquendo secundum se, regulæ enim non est regula: nihil enim nisi distortum, est regulabile. Sed si quoad nos regulæ accipienda est, potius scriptura definitionis Ecclesiæ regula est quando ex scripture definitur aliquid, quam econtra; & ex alio capite cum hæc scripture esse canonica definitur, ecclesiastica definitio potius regula eius, quod olim euocabatur in dubium, (num scilicet scripture Tobiae v.g. esset canonica) dicenda est. Secundum se tamen parem auctoritatem obtinet scripture, & Ecclesiæ definitio, & interpretatione, licet quoad nos id quod assumebatur in dubium, per concessam, & indubitate acceptam regulam, sit authenticæ explicandum, & definiendum.

Ad quintum. Duas conditiones in maiori positas fatemur. tertiam vero conditionem insidiosè ponit aduersarius: nam si intelligat non debere esse partem, hoc est vacuum ab omni studio partium, vera conditio est: si autem intelligit non debere esse Iudicem, si ius eius indubium vocetur, quasi tunc habeatur ut pars laesa, & falla est conditio: nam in ciuilibus omnibus Magistratibus si potestas eorum in dubiū euocetur, quæ in confessò haberi debet; non propter hoc ad vlciscendum inobedientiam non debent accingi. Ad minorem dicimus quantum ad, primam conditionem, quod per Ecclesiam intelligimus, ut definit S. Cyprianus, *plebem sub Episcopo adunatam, gregem suorum pastorum hærentem*, ergo nomine Ecclesiæ vel intelligimus Concilium cum Pōtifice determinans, & interpretans scripturas, vel Pontificem solum sine Cōcilio è cathedra docente, & exponentem. Patrum vero auctoritas est unum è medius, & critition, quo, interpretandæ scripture. Cetero autem agnoscimus Papam, Cōcilia non posse errare ex diuina promissione. Similiter & media quibus innituntur, ut consensus Patrum, infallibile medium quoque est: vnde & Apostolus dixit, quod in Ecclesia Deus posuit Pastores & doctores, ne circumferatur omni vento doctrinæ. Qui etsi homines sint, acti sunt spiritu Dei, nec enim scripture propria interpretatione sit, sed Spiritu sancto inspirati locutis sunt sancti Dei homines. & licet omnis homo, secundum se spectatus, si mendax, & varijs conditionibus miserabilibus obnoxius; tamen Pastores, & Doctores, ut subduntur diuinæ directioni, & inspirationi excedunt hominum conditionem: vnde David, *in excessu*, dixit, *omnis homo mendax*, seipsum à mendacio eximens, quia iam in excessu, & instinctu Dei loquens à mendacio, & falsitate, se sicut & ceteros scriptores canonicos, & eiusdem scripture interpres excipiebat. Nec ultima resolutio sit in Ecclesiam, cum ipsa sit ministra obiecti fidei, & organum Dei reuelantis, docentis, & interpretantis. Quantum vero attinet ad secundam conditionem, nullo modo à Papa ad Concilium fieri potest appellatio, cum sit supremus iudex omnium ouium, & Episcoporum: nec ad Deum appellare licet à Papa, tum quia delegatus est index, & à Deo constitutus, quem omnes audire tenentur: nec aliud tribunal singi potest à Deo constitutum pro huiusmodi

# De sacrorum Bibliorum interpretatione. 491

modi appellationibus, ut ius dicat appellantibus, ac si esset index ordinarius, & immediatus; ad quod appellare, non nisi subterfugium est: & litigiosa res esset, si relicto tribus mali iam in terris à Deo constituto, aliud fingeretur, quarendo Deum in cœlis, qui quoque habet tribunal in terris. Tertia conditio iam satis ex dictis refutata est, potest enim Papa, cum suæ authoritati contradicatur, rebelles, ex sua potestate compescere, & suum iudicium repudiare, ad recipiendum adstringere.

Ad sextum. Quantum ad substantiam utraque infallibilis, vnde ex S. Thoma opusc. contra errores Grecorum cap. 32. non potest dici expositionē Concilij Nicenij preterendam esse litteris sacris, ex modo vero se habent sicut excedens, & excessum. Ex modo etiam alia differentia est, quia scriptura immediate est à Spiritu sancto, definitio vero, & interpretatio mediata. Ex alio verò capite Ecclesiæ definitio, major est extensiōne, quia scripturam, & alia dogmata proponit, quod scriptura præstare non potest.

Ad septimum. Nullus homo, vt homo est, est interpres scripturæ; secus vero vt homo spiritu Dei actus, & inspiratus, talis est Papa, qui vt Pôtifex est, auctoritate diuina, scripturam proponit, & interpretatur.

Ad octavum, quod assumitur est etiam controfensem praxim; si enim iudex laceretur, vel posses eius in contioueriam vocatur nō proprieatè à iudicio repellitur. Nec ipsi heretici admittunt possunt scripturam esse iudicem eodem argumen- to, quia etiam scriptura in contioueriam ab Ethniciis vocari solet. Mirum autem est, quām sit prædictæ fontis aduersarius, vt quod Apostolus ibi de particuliaribus fidelibus dicit, de vniuersali Ecclesia, quæ excidere non potest, ab Apostolo enunciatum extorqueat.

Ad ultimum. Papa est Iudex supremus in terris, etiam si supremum iudicem habeat in celo. vnde etiam Rex, & Imperator; quamuis à Deo dependent, supremi sunt in ciuilibus in foro huius vitæ. Pender ergo Papa à scriptura, vt norma iudicij, sicuti iudices forenses à legibus, sed legitimus iudex est, legitimè, & canonice institutus. Nec partis, sed iudicis officio fungitur, cum eius auctoritas ab ipso met Papa defenditur. Iustus etiam est, qui non nisi iusta decernit per Spiritum sanctum. talia sunt decreta de interdictione connubij monialibus, & hujusmodi, quamvis ad officij potestatem sanctitas minime, & iustitia personalis requiratur. Nec ignorantia officeret, si in summo inesset Pastore (vt falso ex illo colloquio effingunt dixisse catholicos tractatores) qui Spiritu sancto instructus inuisibiliter, et à sapientiū consilio exterius roboratur, vnde sit, vt ex directione Spiritus sancti infallibiliter dirigatur, humana diligentia præmissa, vt semper factum est.

Ad ultimum, satis mendax deprehenditur aduersarius, dum decreta Cœlestini, & Sixti Romanorum Pontificum contra Hereticos facta, honorificenter simē Vincentius commemoret, vt patet ex cap. ultimo sui commonitorij, vbi eorum doctrina aduersus hereticam pertinaciam allegat, ad quem lectorum remitto.

## CONTROVERSIA II. SPECIALIS.

### De Medio interpretationis sacre Scripturæ.

D Einde considerandum est de medio interpretationis scripturæ. Circa quod queruntur sequentia. Primo, an scriptura ex scriptura exponenda sit. Secundo, an stylus, phrasēs accurata obseruatio, & huiusmodi sint media genuina obseruanda in scripturæ interpretatione. Terdo, an regula, & analogia fidei sit medium irrefragabile interpretandæ scripturæ. Quarto, an PP. sensus sit medium, interpretatio, & p̄ter, vel contra consentum Patrum scripturam licet interpretari. Quinto, an in Ecclesia reperiatur legitimus sensus traditione acceptus ad dogmata firmando, & heres exuffandas. Sexto, an apud hereticos sit legitima scripturarum interpretatio. Septimo, an apud Iudeos sit legitima scripturarum intelligentia.

### ARTICVLVS PRIMVS.

#### An scriptura, ex scriptura exponenda sit?

#### Positio Nouatorum.

C YM nulla interpretatione egere sacram scripturam contendit Lutherus, & ex se esse claram, lucidam, nec ab interpretibus, vel Ecclesiæ consensu petendam, consequenter ad suum errorē, ex se ipsa, & ex suo spiritu, qui, ait, in sacris litteris continentur, & ex alia scriptura interpretandæ docuit; sic ergo ait in proemio assertionam. *Nolo omnium doctiō iactari, sed solum scripturam regnare, nec meo spiritu, aut aliorum hominum interpretari, sed per se ipsam, & suos spiritu intelligi volo.* & infra, non est hoc elucidare sapientiam de quo gloriantur multa Patrum dicta congerere, & ex ijs scripturam intellectam præsumere, sed ex scriptura intelligentia relata, & per sui solius collationem elucidata illorum dicta iudicare. *Sic & Beata Virgo conferebat omnia verba, omnia in corde suo.*

Matthias Illyricus in clave parte 2. cap. 1. vocat, dexteram scripturæ collationem ingens remedium, & rectissimam expositionem.

Martinus Kemnitius 3. par. exam. cap. 9. §. 4. ad collationem scripturæ configit ad interpretationē illorum verborum Apostoli. Adolescentiores viduas deuita, que cum luxuriantur furint, in Christo nubere volunt, quia primam fidem irritam fecerunt, & iactabundus profecti [rectius fitius, & iucundius interpretationem scripturæ ex ipsis fontibus, quām ex cisternis humanarum commentationum peti.]

Vvitakerus contioueria 1. q. 5. cap. 13. vbi de medijs ad scripturam interpretandam differisset, eaque distinxisset in interna, & externa, in internis locans spiritum priuatum iam supra explosum; inter externa numerat collationem scripturarum, & concludit, dicens. *Sequitur ex ijs, que demonstrata sunt, scripturam esse sui ipsius interpretem: nam si se scriptura interpretatur, tum nos ut scripture interpretationem*

tionem assequamur hæc media adhibere debemus: nam qui aliis viti nolunt, & non concedunt scripturis viti/ se interpretentur, & iterum ad collationem confugites ait, unus locus cum alio, inquit, est comparandus, & conferendus, obscurior anempe loca cum apertioribus. vel minus obscuris, exempli gratia (ait) Iacobus c. 2. afferit Abraham operibus iustificatum fuisse, locus obscurus est, & Papistis fauere videtur. Vnde ergo sésu borum verborum sciens? comparandus scilicet hic locus, cum 2. ver. 4. cap. epistola ad Romanos, atque ita facile quomodo hic locus intelligendus sit apparet. Paulus enim 4. 2. dicit ait. Abraham ex operibus iustificatum non fuisse, quia non habebat quod gloriaretur.

Rullus vero Basileensis disputatione de interpretatione sacrae scripturae, quæ extat tom 3. syllologes, thes. theol. fol. 557. querit unde petenda sit sacrae scripturae interpretatio? Respondei ex ipsam etiā scriptura, quæ seipsum interpretatur.

### Oppositiones aduersariorum.

**P**rimum argumentum ex Rullo, si scriptura non est scripta humano ingenio, sed ex inspiratione Spiritus sancti, non sequitur eam non debere exponi ex proprio ingenio, sed secundum dictamen Spiritus sancti, non certè extra scripturam. Enthusiasmorum error confirmeatur, sed ex scriptura, in qua idem Spiritus sanctus loquitur. Verum est antecedens ex 2. Timo. 3. ver. 15. & 2. Petri 1. ver. 20. verum ergo & consequens: quod est pressius arguere. Scriptura non humano, sed diuino spiritu scripta est, ergo non habet alium interpretēm nisi seipsum.

Secundum eiusdem Rulli. Si sacra scriptura potest præstare homini sapientiam ad salutem, iūm quoque se ipsam interpretatur: antecedens est vetū teste Apostolo Paulo, qui 2. Tim. 3. ait, quod sacra littera possint sapientia hoc est sapientia prælata, ut habet glossarium vetus, ergo & consequens verum est, quod est arguere in hanc formam. Scriptura præbet sapientiam, ergo interpretatur seipsum.

Tertio, si interpretatio scripturæ est explicatio sapientia illius salutis, quæ in scriptura patefacta est, tum certè sequitur si sacra scriptura potest sapientiam præstare homini ad salutem, eam quoque seipsum interpretari, ex eaque interpretatione sumendum. Rullus.

Quarto, si scriptura diuinitus inspirata est ut illis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad instiutionem, quæ est in iustitia, ut perfectus sit homo Dei ad omnem opus bonum perfecte instrutus, tum eadem docet omnium, quæ in ipsa tradūtur verum sensum. Verum est, quod antecedit, teste Apostolo. Verum est ergo, & quod consequitur. Rullus.

Quinto, si scriptura sacra lux est, ipsa igitur illuminat, si quæ obscura in illa occurunt, ipsa mentem illuminat ad intelligendum arcana cœlestia. Prius verum est, ut sequentia loca euincunt psal. 19. præceptum Iehoua purum, illustrans oculos, & ps. 119. *Lucerna pedi meo verbum tuum est, & lux itineri meo,* &c. idem Rullus.

Sexto, si Prophetæ, & Apostoli, alijque Doctores Ecclesiastici scripturam per scripturam sunt inter-

pretati, consequenter volunt interpretationem ex ipsam, et sumendam esse: antecedens verum est, et go & cōsequens. Antecedens probatur inductione. N. hem. 8. dicitur de Ezra, & sacerdotibus alijs q̄ legēbā librum illum, legem Dei explanatè, & exponēdo sensum dabant intelligentiam per scripturam ipsam. Vaicinium ex psal. 132. iuravit Iehoua Dauidi veritatem, à qua non reuertar, dicens de fructu ventris sui ponam in solio tuo, interpretatur Petrus Actorum 2. ex collatione cum psal. 110. vers. 34. Idem Rullus.

Septimo. Si ναυσκηςque est optimus interpres scripturam verborum, tum etiam Spiritus sanctus in scriptura loquens, erit optimus sui ipsius interpres in eadem scriptura. antecedens est certum: ergo & consequens. Eiusdem.

Octauo, si Propterea sunt interpretes legis Mosaicæ, & nouū testamētū est interpretatio veteris, & si historia Euangelica explicatur in Epistolis Apostolorum, & omnia in scriptura se mutuo confirmant, tunc sequitur interpretationem scripturæ ex ipsa scriptura hanc fidam. Quæ antecedunt omnia vera sunt, ergo quod sequitur. Idem.

Nono, Patres Orthodoxi ipsi metu statuunt, non aliundē scripturæ interpretationem sumendam, quam ex ipsa scriptura, dicit enim Clemens epist. 5. & habet 37. ca. relatum. Non sensum, quem ex iriñsecus adulteraris alienum, & extraneum querere debet, aut quo modo ipsum scripturarum auctoritate confirmare, sed ex ipsis scripturis sensum capere vereatis. S. Irenæus lib. 4. cap. 63. alt. secundum scripturæ expositio legitima, & diligens sine periculo: ergo scriptura per isolam scripturam explicanda est, & lib. 2. cap. 47. omnis scriptura, ait, a Deo nobis data, consonans nobis inueniatur, & parabolæ his, que dicta sunt, consonabunt, & manifestè dicta absoluunt parabolæ. Athanasius disputatione contra Arium dicit, scripturam veteris testamenti, noui testamenti scripturam, & hanc vicissim illam confirmare.

Probatur etiam ex Basil. de bap. cap. 3. ex quo hanc consequētiā constui posse, ait Rullus. Christus dicit [scrutamini scripturas] & Apostoli dicta, & instituta Domini non satis assequuti, petebant ab illo obscurè dictorum clariorem expositionem: ergo scripturæ per scripturas explanari debent, & in Ascetica cap. 267. Quæ ambigüe, ait, & quæ obscuræ videntur dici in quibusdam locis sacrae scripturæ, ab iis, quæ in aliis locis aperi, & perspicua sunt, explicari.

S. Hilarius assertur à Luthero in proœm. assertio num, qui sic dicit in lib. 1. de Trinit. optimus interpres hic est, qui sensum è scriptura potius retulerit, & quā attulerit, nec cogat hoc in dictis cōtentum videri, quod ame intelligentiam docere præsumperit, ecce subdit Lutherus, hic insignis auctor vuln. è scripturis referri, non afferriri in scripturis intelligentiam, & mox, per scripturæ solius collationem, patrum quoque dicta judicanda, subdens, quod sic Beata Virgo conferebat verba omnia in corde suo.

Adducitur quoque à Rullo, Chrysostomus in Gen. hom. 13. dicens, sacra scripturæ ipsam exposuit, & neminem errare finit, &

S. Augustinus 2. de doctrina Christiana cap. 9. Sed obscuritas locutionis de manifestioribus sumuntur exempla, & quedam certarum sententiarum testimonia

# De sacrorum Bibliorum interpretatione. 493

monia dubitationem de incertis auferunt, in quare memoria valet plurimum, & cap. 28. tertij libri docet, quod ubi est controversia eruendi sensus est scriptura, ex eadem scriptura ubicumque inuenientis, atque adhibitis eius testibus terminetur.

Afferri potest Origenes homil. 24. in Num. facilius ait, ait, in scripturis quod queritur agnoscitur, si ex pluribus locis, quae de eadem re scripta sunt, proferantur. Hucusque nullizat Rullus in disputatione de interpretatione sacrarum litterarum, quae 3. tomo sylloges. thesaurus Theologicarum alligata est.

## Confutatio aduersariorum ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo auctoritas sacrae scripturæ: nam non intelligere Eunuchus Isaiam audebat, vel alio loqueretur, interpretationem petiit non ex scriptura, vel ex collatione scripturæ, sed a Philippo, qui aperiens os suum, & incipiens à scriptura ista euangelizavit illi Iesum. Act. 8.

Secundo, ex ijsdem scripturis constat, phrases, & verba non idem significare vbiue, sed aliter, & aliter accipi: inanis ergo ex collatione ista desumitur interpretatio tanquam medium, certum, & efficax. Antecedens ostenditur ex S. Augustino 2. de doctrina Christiana cap. 24. 25. & 26. docente multa esse verba, & phrases scripturarum, quæ ad diueras res significandas accommodantur. exempli gratia dicamus, quod peccatum quandoque sumitur pro vindicta. Osee 13. colligata est iniquitas Ephraim, id est referenda vindicta, & supplicium ipsius Ephraimi, & Gen. 3. In foribus peccatum tuum, id est vindicta secundum illud. Scitote quia prope est in ianuis, & illud, Index ante ianuam assedit, & quandoque accipitur peccatum pro oblatione. Osee 4. peccata populi tui comedent, id est patientur oblationibus, quas populi afferunt, & Rom. 8. de peccato damnavit peccatum, hoc est sacrificio peccati damnavit, & iterum pro nobis peccatum fecit, id est oblationem pro peccato. Aliquando somitem peccati nomine scriptura nuncupavit, ut cum dicitur. Non habitat in carne mea bonum, sed quod inhabitat in me peccatum, &c. Rursus similitudinis particulae non vbiue similitudinem importat, sed ipsam rei veritatem, ut cum dicitur. Vidi mus gloriam eius gloriam quasi, & iterum sic saluus erit quasi per ignem, quibus verbis non posse villo modo adaptari analogia significatio. Vnde S. August. 2. de doctrina Christiana cap. 24. Non poterimus esse prescripsum, quod in aliquo loco res aliqua per similitudinem significauerit, hoc enim semper significare credamus. Singularis numerus pro plurali frequentissimus est in Prophetis, ut cum dicitur, super montem excelsum ascendet tu, id est super montes excelsos, & quam pulchri sunt pedes annunciantis, & praedicantis pacem, pro annunciantium, & praedicantium pacem, & illud, filius ascendebat de terra, & tamen de pluribus intelligendum monet S. Augustinus lib. 5. de Gen. ad litteram cap. 10. Aliquando totum pro parte, pars pro toto accipitur, ut pondere Sanctus Gregorius 3. mortalius cap. 9. & alii. Præterea multa sunt verba, & periodis quæ in una sunt tantum scriptura, que cum aliâ conferriri non possunt, v.g. in Paulinis epistolis hæc sunt. consepe-

liri cum Christo per baptismum in mortem. rufus, Christum crucifigere, veterem hominem corrumpit: veterem hominem exuere, nouum induere, item, lex membrorum, lex spiritus, corpus peccati, & huiusmodi, quæ nec cum Euangelijs, nec alijs epistolis canonicis, vel actibus Apostolorum conferti possunt. Amplius multa sunt, quæ in temporum supputatione, & genealogijs, & huiusmodi prima facie dissidere videntur, & nihilominus non ex collatione conciliati possunt, non ergo ex collatione cum alijs scripturis semper habetur intelligentia.

Secundo principaliter ex Patribus, dicit enim Hilarius lib. 10. de Trinit. quamvis enim omne dictum veritatem perfectum sit, tamen dum alijs aliud videatur, aut complacet patet veritatis sermo aduersantium responsionis, qui a contra veritate maut non intellectum, aut offendit, vel stulte, vel vitiose voluntati obnittitur, noui tam ergo ex similitudine, & collatione, quam ex affectu conferentium, interpretatione cuiuscumque præferretur, & præjudicata alterius collatio extimaretur.

S. Augustinus lib. 32. contra Faustum cap. 19. [videtis] ait [id vos agere, ut omnis de medio scripturarum tollatur auctoritas, & unusquisque animus auctor sit, quod in unaquaque scriptura probet, quid improbat, id est, ut non auctorati scripturarum homo subiectatur ad fidem, sed sibi scripturas subiectat, non ut ideo illi placet aliquid, quia hoc in sublimi auctoritate scriptum legitur, sed ideo verum scriptum videatur, quia hoc illi placet. Qno te committis misera anima carnalibus tenebris involuta?] Hæc inconvenientia sequentur si ex collatione sola istorum conferentium scripturæ sensus hauriendus esset.

Tertio principaliter rationibus. Primo quia difficultas valde est ista collatio: fieri enim potest, ut sensus alicuius loci, cum quo fieri debet collatio, vni sit obscurus, alteri clatus videatur & è contra, & qui putat obscurum cum eo conferendum, alter non iudicet debere fieri talem collationem, iudicans esse clarior em eo, cum quo fieri debet ista collatio, in partem alterationis gradu de claritate, vel obscuritate, ex collatione ista quæ controvertitur, utrumque certi tudo haberi non potest. Inefficax ergo est ex ipsa sola interpretationis firmum argumentum deducere. Confirmatur. Quia cum assumitur locus ille cum quo sit collatio dubius sensus alterius loci, tanquam in norma, & regula certior esse debet eosensus, qui regulandus suscipitur, & esse extra controveneri potius, at de illo altercationes possunt contingere: ergo. Confirmatur secundo, quia non semper quivis locus obscurior cum alio clariori comparari potest, cum non semper obscuriori clarior correpondeat, ino interdum clariori obscurior obviabit.

Secunda, hoc medium hereticis omnibus communè exutum, & quia collatione sola vñi sunt, turpissime aberrant, & in errores abierunt: ergo &c antecedens probatur inductio: nam illum locum: ego & pater unus sumus, Io. 10. quia cum illo loco Io. 17. contulerunt. rogò pater, ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, &c. unione non in essentia, sed secundum voluntatem in pœnitentiis interpretati sunt, quam interpretationem Calvinius quoque Arianae iam-

Tt pridem

pridem extinctum suscitauit in hunc locū scribens. Pelagianus similiter Julianus , ut patet apud S. Augustinum lib. 6. cap. 12. illud dictum Apostoli, in quo omnes peccauerunt, nouum atque distortum, & à vero aborrente intellectum molitus est exculpare, affirmās idem esse, illud dicere, ac propter quod quod, omnes peccauerunt, sicut dictum est, in quo corrigit adolescentiā viam suam, idest propter quod? in custodiendo, subdit, sermones suos, & propter alium locū, fugit Moyses in verbo hoc, idest propter verbum hoc, & nihilominus aberrabat Pelagianus ille, ait S. Augustinus, disertē ibidem ostendens hæc citata testimonia eidem minimè suffragari. Iterum ex ista collatione, quia (est) quandoque pro (significat) usurpatur Zwinglius à Diabolo edictum se fatur illo loco Exo. 12. est enim Phasē, idest transitus Domini significatur, ut interpretaretur verba verba forme Eucharistiae, hoc est, idest hoc significat. Et in vniuersum tam Hussitæ, Vvitchleitæ, Lutheristæ, & Calvinistæ, &c. collatores reperti sunt, & ab uno veritatis centro, in quo quiescere debebat lineas ducentes, adeo diuersas, minime que inter se concurrentes protraxerunt, ut non tam à centro, quam inter se contrarijs erroribus, & collationibus diuersis sint longè seiuinci.

Respondeat Vvitakerus non recte procedere hoc argumentum, quia media interpretanda scripturæ debent esse non propria, sed communia, non priuata, sed publica.

Sed satis insulsa respōsio: nā non propterea quod sit commune hæreticorum studium tali norma ea que non infallibili. vti, idcirco communem, & publicam normam interpretandi habent, cum necessarium sit omnem sensum ex Lyrinſi ad certam interpretationis Ecclesiæ Catholicæ normam, & canonem dirigī: imo talis communis hæreticorum regula, quia vniuersalis Ecclesiæ regula non est, priuata est, & quod omnibus hæreticis commune est, non veritatem regulæ infert, sed perditum (in eiusdem regulæ vnu, veræ autem & infallibilis, non vnu) communem conspirationem, & commune studium nec quia communis: est falsas monetas fabricantū conspiratio, culpa extenuatur, sed augetur, ita & in nostro proposito.

Respondeat idem, falsō à nobis assurni, quod hæretici istis regulis collationum vtantur. Sed experientia negante, Vvitakerus va pulare dignus est, Julianus Pelagiano illum flagellante.

Respondeat iterum, si hæretici istis legitimè vtrarentur suas hæreses damnari prospicerent in scripturis. Sed contra, quia nunquam damnari prospicient quia non legitime vtruantur, dum relicta Ecclesiæ interpretatione, sola collatione è suo cerebro ortæ vti: volunt, & hæc eorum mysteria, quod nullus potest esse legitimus eorum v̄sus, dum ab Ecclesiæ interpretationis linea seiuunguntur.

Tertio, etiam si ex scriptura posset fieri certa ista collatio, hæreticis non posset esse medium infallibile, cum peruerso animo, eqq; depravato legant ad sua phantasmata formanda, nō secus ac ludac legentes, conferentes scripturas, Melliam in illis nō possunt inuenire, cū depravato corde illas extorqueat. vnde S. Aug. lib. 16. contra Faustum. cap. 13. cum introduxisset Faustum sic loquentem, quod Moysis scripturam scrutatus nullas ibi de Christo prophetas

inuenis, mox respondet Aug. cui citò respondeo quia non intelligit, & si cur non intelligit quispiam quæsterit, respondebo, quia inimico, quia aduerso animo legit, quia non ideo scrutatur, ut sciat, sed quod nescit scire se putat. Hec præsumptio tumida & arrogantiæ oculum cordis vel claudit, ut omnino nō videat, vel distorquet, ut peruersè videat, & aliud pro alio probet, vel improbet.

Confirmatur, nam littera ipsius scripture ipsa sola lecta, vel visa, ministerium mortis est, vnde in lectione veteris testamenti dicebat Apostolus contra Iudeos [ manet velamen nondum reuelatum, quoniam in Christo euacuat. ] Vnde concludit necessarium esse spiritū ad scripturā intelligendā, hoc est fidei donum dicens. Fecit nos idontos ministros noui testamēti, nō litterā, sed spiritū, nō ergo ex se sola scripture satis est, nisi fidei dono illustratus legeris, donum autem fidei, regula in fidei necessario requirit, Ecclesiā. s. proponentem exterioris, & Deum inclinantem interioris: non ergo ex sola collatione scripture sensus, & interpretatio scripture haberi potest.

Confirmatur secundo, nam ob eandem rationē eadē scripture, occasione accepta, alijs odor est mortis in mortem, alijs odor vitæ in vitā, dum alijs format heresim, alijs dogma ad fidem, & nō ob aliud, quia alijs sine fidei regula, alijs cum eadē norma ad scripturas interpretandas ingreditur.

Dices præsumptum esse in ipsis scripturis spiritum Dei, qui non nisi scripture inuenitur; hic n. posuit latibulum suum, & in crux. i. in Apostolis tabernaculum suum: beatum esse illum, qui die, noctuque fuerit in lege Domini.

Contra, quia tot hæreticorum sectæ inter se diuisæ, quæ scripturas scrutantur sunt, non inueniuntur spiritū Dei, nec inuenire poterant, qui spiritus est unitatis, & pacis, qui discipline effugit fictum, & animū tumidum refugientem unitatem, nolentem ad sobrietatem sapere.

Dicunt vsum assidui studij, victo periculo, certū nobis facere spiritum scripture.

Contra, nam in humanis litteris ex labore, & meditatione, exercitatione proficiuntur, quia eodem lumine naturali acquiescimus; at scripture expositiō: propria interpretatione non fit, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti homines, vnde in hoc non tam legeamus industria, quā in vncio Spiritus sancti commendatur, que in capite eius Romano Pontifice, principaliter residet, & in Episcopis in Concilio legitime congregatis, tanquam de barba descendens usque ad oram vestimenti particularium fidelium, qui tantum de intelligentia participant, quantum unitatem vestimentū retinunt inconsutilis tunica, Ecclesiastice unitatis.

Quarto principaliter ad hominem: nam Lutherus 10. 2. epistolarum lat. in epistola ad Galatianos pag. 197. sic dicit. [ Quid doces me, esse locos scripture per collationemq; aliorum locorū expōnēdos, & hac regula freatis incipis, & Ioa. c. 6. velut lucem in verbacē Domini affers, hic quæsto me patienter audi. Si omnis locus scripture per aliquam locum est expōnendus, quis erit finis conferendi locos scripture? Quia hac ratione fiet, ut nullus locus sit in scripture certus, & clarus, & erit quædam mutua collatio in infinitum. Sic alius præsumet expōnere sextum caput Ioannis per coenam, sicut ut contra per 6. caput Ioannis præsumis coenam expōnere, &

vñetur

viter tua regula, scilicet locum per locum expōnendum. sentis ne hic te satis infidele fundamentū iecisse, & ex particulari ad vniuersale procedere. Nam ista regula locus per locum exponi debet, absque dubio particularis est, scilicet locus ambiguus, & obscurus debet per locum clarum, & certum exponi. Nam claros, & certos locos velle per collationem aliorum exponere, est nequiter veritatem illudere, & nebulam in luce videre. Similiter omnes locos velle per collationem exponere, eset totam scripturam, & incertum chaos confundere. sunt ne hæc satis clara? absque dubio intelligis pulchritè hæc ita habere ] hæc ille, se ipsum quoque mucrone eodem percutiens, quo Carolo stadium confudit.

Et licet callidè Lutherus idem, dicit, *eſſe locos quidem ſcripturne explanandos per alios, ſed iuncum ſunt dubi, & obſcuri, tamen contra adhuc initatur.* Nam ad quod tribunal deferetur q̄ſtio hæc, an aliquis locus sit obscurus, vel clarus? Lutheri in ſiliet Carolostadii, & impanationem, quam ex collatione scripturam putant ſe colligere impugnabit. Calumia? alij Sectarij canalifticam illam mandationem, quam ex scripturæ collatione perperam intellexerat fundare intendunt, impotent. Et quod vni obscurus videtur locus, alter clarum eſſe pretendet, & implacabile bellum erit, & claritas cum obscuritate confundetur.

## CONCLVSIO CATHOLICA.

*Sola scripturarum collatio non eſt medium irrefragabile ad interpretandam scripturam.*

**R**espondeo dicendum, ſicut dicit Augustinus 32. contra Fauitum cap. 19. Hæreticorum eſt proprium, ut omnis de medio scripturarum tollatur authoritas, ut ſius unicus que animus authoritatis, quid in unaquaque ſcriptura probet, quod improbat, id est, ut non auctoritati ſcripturarum homo subciatur ad fidem, ſed ſibi ſcripturas ipſe subciuiat, non ut ideo illi plueat aliiquid, quia hoc in ſublimi auctoritate ſcriptum legitur, ſed iaco recte ſcripturne videatur, quia hoc illi placet, ſic & in intelligentia ſcripturarum ad scripture locos conſimiles prouocant, non quia tales ſint, ſed quia placet illis, ut conſimiles accipere, cum interdum diſſimiles ſunt, imo & contrarij, & nullam conuenientiam habentes, ſed ſolum quia tales, & tales accipiuntur ab ijs, qui fumos vendunt, flammarum ſe elicere putant claritatis ex dilucidioribus locis, cum magis à tenebris illis domus fumo obscuritatis impletatur ex abſtruſionibus, & diſſicilioribus diſſimilibus, atque contrarijs. Sicut ergo nullo modo ex ſcripturis ipſis potest probari hanc vel illā eſſe ſcripturam canoniam, ſi controverſia de hac re excitetur, ſed extra ſcripturam iudex querendus eſt; ſic nec ſensus ſcriptura ex aliis haberi potest, qui certo, & infaſibiliter illum conſirmat; ſed extra ſcripturas querenda eſt earundem intelligentia. Cuius ratio inde accipi potest, quia verbum Dei, ut dicit Augustinus in Io. trac. 80. operatur, non quia dicitur, ſed quia creditur, eſt autem ſicut omnis alia enunciatio, etiā ſcriptura ex animis quædam res. Et ſicut ſcriptura, vel vox, & ſi ſenſu percipiatur, quoad uſque metem moueat, & penetreret, dicitur mortua: cum vero con-

ceptum in nobis efformat viua dicitur: ſic & viua dicitur sermo Dei tūc, cū mente penetrat, & opera tur affensū, quia creditur, hoc eſt, quia fit fidei obiectum. Vnde tunc non quia legitur, aut recitat, ſed quia creditur, dicitur ab Apoſtolo Euangeliū, *virtus omni credenti:* certum eſt aurem non ex ſcriptura mortua fidem generari, ſed ex affensu audiētis, & auctoritate proponentis: in auctoritate autem non attenditur quod dicitur, ſed ille, qui dicit. Quare conſequens eſt, quod ſensus non eſt à mortua ſcriptura petendus, ſed ex fidei intelligentia, cuius author eſt principalis Spiritus sanctus, ministra verò eiusdem eſt Ecclesiæ authoritas.

Sicut autem hoc medium collationis ſcripturarum cum ſcriptura, ſimul cum aliis mediis ſigillatim vel collectiū ſumpta, infaſibilem intelligentiam, & interpretationem non facit, ſeclusa Ecclesiæ auctoritate; ſic illa ſupposita, non mediocrem afferit lucē eiusmodi collatio ad intelligentiam ſcripturarum. Verum diligenter attendendæ ſunt regulæ in tali collatione. Prima ut non vnuſ tantum locus cum altero conſeretur vnuſ locum mordicus retinendo, & non aduertendo alia loca, ſed integrè oportet ſcripturam cuſu ſcriptura conſerre. Vnde Iudei quia vnuſ Christi Do ni aduentum illumque gloriosum attendunt, cuius eſt præcursor destina tus Elias, & nolunt alia loca attendere, ybi ignomina, & mors, & aduentus humilis deſcribitur, velamen habent ſuper corda corum, ut docet Ambros. Catherinus lib. de clauib⁹ ſcripturæ tit. Inuestigatio viatum, quibus acceditur ad obuiantem ſpiritu, & aperientem ſenſum ſcripturarum. Arius etiam cuſu illis, quia locum illum. Pater maior me eſt, legūt, & cuin uno loco coferentes (ybi vox maior inferioritatem denotat) & nolentes attendere ad innumerata loca, ybi frequenter identitas naturæ demonſtratur (ut cum dicitur, ego, & pater vnuſ sumus, & mil le huicmodi) ut piter lapſus. Protestantes legentes illū locum, credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iniuſtiā: de ſola fidei ſibi blandiuntur, opere negando, & non attendunt infinita loca, ybi nedum fides Abraham, ſed & aliae virtutes recenſentur, ut cu dicitur, ambula coram me, & eſto perfectus, & iterum, ſi ſili Abram eſtis, opera Abraham facite. Secunda regula, ut ita collatio non ſit ſuperficialis, ſed cum profunda inquifitione, & perſcrutatione, facta cum illis quadam familiatate, & cu ipſa lingua diuinarū ſcripturarum, attendendo idiomata, phraſes: tūc enim ex Auguſtino 2. de doctriña Christiana lib. 2. In ea, quæ objicia ſunt aperienda, & diſcuenda pergendum eſt. Necesse eſt etiam aduertere personā ſcribentis, vel loquentis in ſcriptura, vel loquentis intentionem: res, & verba, ut non ſemper, ſicut litera ſonat, accipiantur, ne ineptus, & indignus resultet intellectus. Similiter ad rerum, & verborum ordine, & ſerię. Similiter loci illius, qui claritatis gratia adfertur, diligenter annotandum eſt antecedens, vel conſequens, & an explicando loco aptum ſit, vel contrarium, atque repugnat. Tertia, ut ad exercitatos doctores in huiusmodi collatione recurrat fidelis, iuxta Tertulliani documen⁹ lib. de præſcriptionibus, cum quo querat, & conſert. Vnde cum conferebant docti pueri Emmaus cu Christo in habitu peregrini cor eorū inflammatū eſt in luce iucundissimae veritatis. Quarta cu regula fidei, principaliter eſt

conferendum, vnde & Beata Virgo, quæ à pastori-  
bus audiebat, conferebat cum corde suo, non solum  
cum scripturis sacris, quas videbat verificari, sed &  
cum ijs, quæ sibi diuinatus reuelata erant tanquam de-  
fide, ut similiter edisceremus à Beata Virgine Aduo-  
cata nostra, quæ cūctas heresēs destruxit, omnia cō-  
ferte non solum cum scripturis, sed cum corde Ec-  
clesiae, vbi scriptura cum earundem intelligentia, &  
interpretatione, tanquam in diuite depositario (vt  
dicit Iræneus vbi supra) afferuatur.

*Solutiones Argumentorum.*

**A**d primum conceditur pars sequelæ, scriptu-  
ram propria interpretatione non esse expli-  
candam, sed ex Spiritu sancto: negatur tamen al-  
tera pars, quod non ex Spiritu sancto extra scriptu-  
ram, sed in scriptura id fieri debeat: etenim Spiritus  
Sanctus, qui mentes scriptorum affluit, nō in mor-  
tuis membranis residet, sed in corde Ecclesiae inter-  
pretantis scripturas. vnde interpretatio non est per  
scripturā, seu per Spiritum sanctum inclusam scrip-  
turā, seu quatenus formaliter loquitur per scriptu-  
ram, sed per Ecclesiam, seu Spiritum sanctum af-  
flantem, & dirigentem Ecclesiam, vt infallibiliter  
interpretetur. vnde vana est hæc collectio: scriptura  
non est scripta nisi spiritu Dei, ergo non habet in-  
terpretem, nisi seipsum, cum colligendum esset, er-  
go non habet interpretēm nisi Ecclesiam, vt instru-  
mentum Spiritus sancti, vel Spiritum sanctum per  
Ecclesiam loquentem.

Ad secundum. scripturæ præstant sapientiam ho-  
mini ad salutem, sed enucleatæ, explicatæ, alioquin  
sine interprete velle illas legere est incidere magis  
ex temeritate, & superbia in puteum erroris: maxi-  
maque dementia est, cum in ceteris hoc requiratur  
artibus, sacrarum litterarum intelligentiam, vt di-  
cit Augustinus, ab interpretibus suis nolle agnoscere,  
futilis ergo est Rullana consequentia, scriptura  
præstant sapientiam, ergo &c. cum attendens non ab-  
solutè, sed cum conditione enucleationis explica-  
tionis sit intelligendum.

Ad tertium, rursus eadē cantilenam reassumit  
Rullus, & consimili responsione occurritur negan-  
do consequentiam.

Ad quartū, scriptura utilis est ad omnia illa, quæ  
Apostolus memorat, sed non ea est, quæ verum sen-  
sum tradit, quæ muta est, & vnuque opus est inter-  
prete, qui veram intelligentiam tradat, ne simus  
fluctuantes, & abripiamur ab omni vento erroris  
per multiplicem variam, distottam eorum interpre-  
tum, quibus Deus immissus spiritum virginis.

Ad quintum, lucerna, & lux scriptura est cum ac-  
censa est, non cum sopita est; est mortua litera, sed  
sine viuificantे spiritu, qui illam per Ecclesiam in-  
terpreteratur; & est lucerna non sub modo abscondita  
propriæ scilicet, & priuata interpretationis, sed  
semper publicum Ecclesiae magisterium tanquam  
candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt:  
Damus etiam libentissimè in scripturam esse locu-  
dissimam, cum sit immediate à Deo reuelata, quia  
tamen tantam claritatem videre non possumus, in  
Ecclesiam veritatem, & diuina luce perfusam, oculos  
conuicimus, vt de claritate ista ad illam transfera-  
mur per manuductionem Ecclesiae, non secus ac-

manuducimur ex claritate speculi astrorum, &c. ad  
intuendam lucem solis, vide similem responsonē in  
S. August. tract. 35. in Ioann.

Ad sextum, negatur antecedens. Ad probatiouē  
negatur ex scriptura haberi Nehemiam, aliosque  
sacerdotes legem Dei explanantes per scripturam  
illam explanasse, nec tale verbum in illa e editione  
reperitur. Admittimus etiam S. Petrum colla-  
tione vsum esse in locis adductis, non tamen conse-  
quentia ista elici poterit ab aduersatio: ergo tota  
scriptura per scripturam vnuque enucleanda est, au-  
certa est, & irrefragabilis hæc explanandi ratio: si  
cut non sequitur, loca Maronis quædam per Maro-  
nem explanari possunt, ergo non est alia interpre-  
tandi Maronis ratio alia, quam per illam, vel hæc  
sola est, & irrefragabilis exponendi ratio. Deinde  
est dispar ratio de Petro, & alijs: poterat enim Pe-  
trus tum quia Apostolus immediate à Deo institu-  
tas, tum vt Summus Pontifex vntens tali collatione,  
non ex collatione simpliciter, sed quia per Aposto-  
lum, & Summum Pontificem facta, certos non red-  
dere de vera intelligentia, que certificatio non po-  
test esse ex collatione priuati interpretis, multò mi-  
nus ex collatione impiorum Hereticorum, qui seip-  
sos ab Ecclesia segregantes animalem spiritum ha-  
bentes, non nisi spiritu, quo agitantur, dignas inter-  
pretationes boant.

Ad septimum, Spiritus sanctus optimus est suorū  
verborum interpres non per scripturam, sed per  
Ecclesiam. Certum est autem, quod in omni facul-  
tate, atque iudicio etiam forensi, optimi interpretis  
officio fungi posset, vel author operis, seu iudex  
per declarationem a se immediate factam, atque  
dictatam, si ipse immediate ius dicat, vel in  
cathedra sedeat, aut saltē aliorum ministerio, si  
ipsius loco ad ius dicendum, vel interpretandum  
collocet. Cum ergo Spiritus sanctus non seipsum  
immediate adeundum constituerit, sed Ecclesie  
os voluit interrogari, optimi interpretis munere  
fungitur, qui se ipsum per Ecclesiam loquenter,  
vel Ecclesiam a se directam consulendam man-  
dauit.

Ad octauam, Prophetæ sunt interpres legis Mo-  
saica, &c. non quod omnia, & singula loca: nam  
multa sunt, que elucidatione indigent, & sunt ob-  
scurissima, & interpretationem desiderant. Ceterū  
est autem multa loca ex collatione explicata ( licet  
generatim tota lex per Prophetas, & vetustestam  
mentū dicatur illastatum, quatenus per hæc mul-  
ta, que in umbbris erant latitania, in nouo manife-  
stata sunt) talis autem collatio infallibilis exicitur,  
quia facta fuit à publicis Spiritus sancti amanuensi-  
bus, quibus lux communicata est, nedum libros sa-  
cros condendi, sed etiam intelligendi per hanc col-  
lationem: vnde quando ex collatione, Ecclesia ali-  
quam scripturam interpretatur, infallibilem inter-  
pretationem subministrat, quod non accidit, in col-  
latione priuata Catholicorum, multo minus in sub-  
dola hereticorum.

Ad ultimum. Ad auctoritatē Clementis respon-  
detur, ibi Clementem taxare eos, qui non ex scrip-  
tura, sed ex suo sensu sensus incolunt contrarios, &  
à veritate alienos, q̄ est potius inferre vim scriptu-  
ris, quam accipere ex scripturis, easdemque potius  
ad suam voluntatem, & placitum hæc ter quā il-

# De sacrorum Biblorum interpretatione. 497

Iudicatur scripturis accommodare, quod merito contra Carlostadium Lutherus lib. de cœlestibus Prophetis obiectiebat, & Augustinus Fausto, ut diximus in principio corporis articuli. Et quod haec sint mens Clementis patet ex verborum contextu; nam ibi reprehendit eos, qui aduersantur sacris doctrinis, & prout eis videtur, non secundum traditionem Patrum, sed iuxta sensum suum docere videntur. Vnde ait, oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum, qui eam à maioribus secundum veritatem sibi traditam seruauit, ut ipse posse ea, que recte suscepit competenter afferere, quando ergo inquit ex scriptura sumendum regulam veritatis, loquitur de causa materiali, seu de subiecto ex quo. Quando autem dicit sumendum ex maiorum traditione, & sensu Ecclesiæ, loquitur de medio quo, seu instrumento, quo verus sensus, qui in scriptura latitat, & vt signatum ex signo eruitur. Vnde dupliciter peccant heretici, quia nec de scriptura tanquam ex quo, sed ex suo cerebro dogmatizant, dicentes, *hec dicit Dominus*, fingendo verba scripturæ, quæ in textu non sunt, nec medio videntes, traditione scilicet & voce Ecclesiæ; vel et si ex scripturis aliquid desumunt, ad eum sensum trahunt, ut ibidem dicit Clemens, quem sibi unusquisque præsumpsit.

Ad Athanasij auctoritatem Probatur, in genere testamentum vetus per nouum confirmari, non quoad omnia loca. Singulorum vero illorum locorum explicatio, qua confirmantur ad inuicem ex inspirata Dei interpretatione, per publicos suos amanuenses facta est, ut simile nobis faciendum sit adhibita collatione illa, qua per Ecclesiam legitimū interpretē, extra controversiam fieri solet.

Ad Basiliū similiter responderetur, Christum docere, scrutamini scripturas, sed debitib[us] vijs, & medijs, inter quæ (vt patet ex praxi Ecclesiæ) vnum est medium ad illas intelligendas, vocē Ecclesiæ adhibere, vt factum est ab initio nascentis Ecclesiæ, Actor. cap. 15. in questione legalium. Et ad alium locum, dicendum, consultò dicere Basiliū, quæ in quibusdam locis ambiguè dici videntur, &c. n[on] multa sunt, quæ ex collatione ista haberi non possunt. At esto sermo Basiliū sit vniuersalis committitur elenchus ab aduersario, nempe: ex collatione, scripturæ per scripturam exponenda est, ergo non est querendus alijs interpres, vel aliud interpretandi instrumentum. Simile est si dicarem, libri Physicorum confirmant librum prædicamentorum, & libri Metaphysices hos cæterosque, &c. ergo prædicamenta non sunt exponenda nec interpretanda, nisi per libros Physicorum, vel Metaphysicorum. Ablegentur ergo commentatores, exulent è cathedra lectores, cum ex collatione mutua possint ad inuicem confirmari, & exponi supradicti libri.

Ad auctoritatem Hilarij. Ea confutatur maximè Lutherus cum suis symmisticis, qui alienum ignem intulit, hoc est in scripturam inuexit extrancos sensus, dissidentes, repugnantesque sententias. Quotiescumque autem è suo cerebro sensus exculpunt heretici, extraneos, & alienos sensus important, quos ex scriptura nō elicunt. Non sicut autem Patres, & Doctores, qui et si scripturam interdum facta collatione interpretentur, quia tamen in eiusmodi collatione clauem scientiæ acceperunt, & modum, etiam aperiendi ex traditione didicerunt, aditum,

intelligentiæ reserant, cuius clave, & aperiendi modo destituti Hæretici per muros saltantes, vt fures, & latrones deprehenduntur, ut dicit Clemens Alexandr. Quod verò assertur de Beata Virgine nihil ad rem: nam quæ à Pastoribus erat relata: nondum erant factis litteris mandata. Vel dicendum contulisse ea cum corde suo, in quo fidei regula firmas radices fixerat, ut merito acclamaretur, Beata, quæ credidisti, perficiuntur in te, quæ tibi dicta sunt à Domino, cuius collationis si essent heretici studiosi, periculosa vitam suam à diaboli laqueis iam exiūsset,

Ad Chrysostomum. Ibi inuehebatur doctor ille egregius contra insanam illorum sententiam, qui dicebant, nullum esse in terra horum, quem terre strē vocat paradisum, multaq; alia inquit Chrysost. præter ea, quæ dicta sunt, introducentes quod non sicut scripta sunt, sed alia ratione intelligenda, in his igitur & similibus, quæ apertissimè continebantur in scriptura optimè dixit Chrysostomus, se ipsam exposuit. &c. vt non opus sit aures nostras talibus præstigiatoribus accommodare, sed canonem sequi scripturæ, non vero ijs cedere, qui contra manifesta scripturæ testimonia obloquantur. Nunquam tamen ex Chrysostomo elici potest, in omnibus locis scripturam se ipsam interpretari, vel solam collationem esse unicam normam interpretationis.

Ad Augustinum respondetur, quod loquitur de ijs capitibus, quæ sunt necessaria ad salutem, & perspicua; propterea in scriptura recensentur. sed si obscura aliqua sunt, vel ea, quæ clara sunt peruerteruntur, & in dubium vocentur, opertet alijs medijs ut: quod non obscurè innuit idem Augustinus, cum dicit dubitationem terminandam esse ex eadem scriptura, vbi cumque inuenitis, aut adhibitis eius testibus, teste, autem scripturæ sunt Pastores, & Doctores, & præfens Ecclesia. Debet ergo collatio ista, sicut & alia media, pro veræ intelligentia eruenda deseruire, nō quidē per se seorsim, ac solitariè accepta, sed cum fidei regula, & viua Ecclesiæ voce, cuius infallibilitatē absque alia collatione difertis verbis sancta scriptura demonstrat, ut dicit idem August.

## ARTICVLVS SECUNDVS.

An stylī, & phraseos, accurata obseruatio, lin-  
guarum cognitio, antecedentium, & conse-  
quentium peniculata consideratio, ora-  
tio, vel preces, sint sola media; ve-  
ra, legitima, & genuina in-  
terpretatio scripturæ?

## Positio Nouatorum.

Affirmant communiter Protestantes; moder-  
niores vero Hæretici mordicus eam defendunt  
phantasiā. Vvitakerus controu. 1. q. 5. sect. 9. La-  
brax Vvitemberg. disp. de interpr. script. thes. 30. &  
alij. Gtipus disp. de interpr. script. Thes. 28. Pappus  
Argentoraten. in lib. de sacre scripturæ sufficientia,  
interpretatione norma, & indicio, disp. 2. & 3.

## Argumenta Aduersariorum.

**A**rguitur primo, quia inter ceteras regulas, quas statuerunt Sancti, vna extat obseruare sylum, & phrasim sacræ scripturæ. exempla non desunt, nam S. Anastasius Synaita lib. 99. in sacram scripturam quæst. 43. proponens quædionem, quomodo steterit diabolus coram Deo cum Angelis respōdet, stetisse in suo ordine, & ministerio ad parendum cum Angelis malis, ut diuine ostendunt scripturæ, emisit, inquit, in ipso iras furoris sui, furorem, & iram emissionem per Angelos malos: statum appellans ministrariū, quo ministrabat Domino, vbi ex obseruata phrasim scripturæ, locum illum obscurum interpretatur. Similiter S. Augustinus in psalm. 94. exponens illud, cor autem eorum longe est à me, non de recessu locali, sed effectu, quo discedit peccator à Deo iuxta phrasim scripturæ exponit. lege eundem 2. de consensu Euangelistarum cap. 20. & oratione aduersus Iudeos. Regnum cœlorum etiam ex familiari scripturæ locutione Ecclesiam significat, ut dicit Gregorius sepissimè. Innumere sunt huiusmodi obseruationes apud authores, satis est doctrinam S. Augustini afferre 3. de doctr. Christiana c. 29. qui dicit, cognitionem troporum valde necessariā in ambiguitatibus dissoluendis, quia cum sensus ad proprietatem verborum accipiatur absurdus, querendum est viue, ne forte illo, vel illo tropo dictum sit, quod non intelligimus, & sic pleraque inuenia sunt, quæ latebant, vnde Ieronimus quædam regulas, quæsi quædam claves ad appetendum diuinarum scripturarum arcana proponit; de doctrina Christiana cap. 30. & deinceps, & 3. de doctrina Christiana cap. 4. sic concludit. Karissimum igitur, & difficillime inueniri potest ambiguitas in proprijs verbis quantum ad libros diuinarum scripturarum spectat, quam non circunstantia ipsa sermonis, qua cognoscitur scriptorum intentio, aut interpretum collatio, aut praecedentis lingue soluat inspectio.

Secundo, ipsorum fontium inspectio modus efficax est ad interpretationem eruendam, ait enim Augustinus 2. de doctrina Christiana cap. 11. sic docens. contra ignota signa propria magnum remedium est linguarum cognitio, & Latina quidem lingua homines, quos nunc instituendos suscipimus, si duabus alijs ad scripturarum diuinarum cognitionem habent opus, Hebreæ scilicet, & Græca, ut ad exemplaria præcedentia recurratur, si quam dubitationem atulerit Latinorum interpretum infinita varietas, & cap. 12. ait, quod nonnullas obscuriores sententias plurium codicium sœpe manifestantur inspectio, sicut illud Esaiæ Prophetæ unus interpres ait. Et carnem tuam ne despiceris: alius, & domescicos seminis tui ne dejpxeris: vterque sibi inuicem attestantur: namque alter ex altero exponitur, quia & caro posset accipi propriæ, vt corpus suum quisque ne dispiceret se putaret admonitum. Et domescicos seminis iranslate Christiani posse intellegi ex eodem verbi seniore nobiscum spiritu ualuerati. Nunc autem collato interpretum sensu, probabilius occurrit sententia de consanguineis non despiciendis, esse præceptum, quod domescicos seminis cum ad carnem retuleris consanguinei punitissimum occurruunt. alia exempla non detinunt, vt cum di. i. i. ut, maledicta terra in opere tuo, quia ille locus potest intelligi in opere tuo futuro scilicet fructu, & in opere tuo præterito: ex He

bræo habetur, properte, id est propter peccatum tuū: vnde S. Hieronymus lib. de tradition. hebraic. scribit recte translisse eos, qui verterunt maledicta terra in transgressione tua. & i. Paralipom. 4. sic dicitur, domos operantium bissum in domo iuramenti, &c. Hebraeo est in domo Asdeah: illud autem est nōmē proprium, & interpretatur iuramentum. ibidem dicitur, & qui stare fecit solem, quæ verba diuersimode cruciarunt interpretes: quidam referunt ad Iosue, quidam ad quemdam Elimelch, de quibus vide Lyranum, & alios interpretes, sed non opus est fin gere portenta, & facilis erit solutio recurrente ad originale. Hebraicē enim habetur, & Iacobim, Iacobim est nomen proprium, & interpretari solet, qui stare fecit solem, & in testamento nouo Ioah. cap. 4. dicitur, erat quidam regulus, quid autem significat latina hæc vox incertum est. Ex Græca tollitur ambiguitas, ibi enim sic scribitur βασιλεὺς, id est regius, id est ex aula Regia, seu curia Regis. Luc. 2. dicitur, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, ly, bonæ voluntatis & equiuocum est, potest autem referri ad homines, & ad pacem, sed ex græco deciditor quæstio: refert enim illud, ad pacem & εἰρήνηα euodia, pax in qua bonæ voluntatis Dei erga homines, &c.

Tertio antecedentium, & subsequentium pensatioculatio diligens, & obseruatio, est medium optimū ad scripturam interpretandam. vnde Clemens Alexandr. 2. Strom. sic dicit, & quam maxime fieri potest, dialecticē ad scripturam accedendum, consequentiam diuine doctrinæ venantibus. S. Augustin. lib. 3. de doctrina Christiana cap. 3. ait, quod in ambiguis partibus aliquis sententia scripturae, textus ipse sermonis à præcedentibus, & consequentibus partibus, quæ ambiguitatem illam in medio posuerunt, restat consulendum, & videamus cuinam sententia de pluribus, quæ se offerunt ferat suffragium, eamque sibi contexi patiatur, ibidemque exemplificat Augustinus. Eusebius 6. de præparat. euang. cap. 18. Iudeorum exsufflat expositiones, quod antecedentia inter se cum consequentibus repugnant; vnde Origenes tom. 10. in Iohann. sic dicit. Iudei confectionem prophetie seruit, & verborum serie quonies oria est controversia, & S. Hieronymus in Ioh. expponens illud, effundam de spiritu meo super omnem carnem, ait, cum Petrus illo tempore quo passus est Dominus, Propheetiam Iohel implitam esse memoret, hoc tantum querimus, quomodo, & Superiora, & media, & quæ secuntur usque ad finem voluminis sibi valeant cohædere, ne sub uno textu consequentia sermonis diuersa, & dissonans inter se explanatio sentire videatur, &c. S. Irenæus Hæreticos suis copiosus taxat, quod scripturas sine connexione confarinarent, vt eis videre in lib. 1. aduersus haereses c. 1. & S. Cyprianus lib. de simplicitate Prælatorum eosdem corruptores euangelij vocat, quod extrema ponenter, & superiora præterirent. Quod erat non consequenter exponere.

Quarto principaliter, quod media sint oratio, lectio, &c. probatur ex praxi, & dictis multorum sanctorum haec ipsa commendantium. vnde Augustinus 3. cap. undecimi libiti confess. ad Deum confudit pro intelligētia Moysis, cum ergo illum, ait, interrogare non possim, te quo plenus vera dixit veritas, rogo te Deus meus, rogo parce peccatis meis, & qui illi seruo iuo dedisti hec dicere, da mihi, & intelligere.

Con-

# De sacrorum Bibliorum interpretatione. 499

*Confutatio eorundem ex orthodoxorum  
firmamentis.*

**S**ed contra est primo, nam vniusquisque ex phrasē, & stylō putat veram intelligentiam tradere eorum verborum, hoc est corpus meum, & tamen pugnantes inter se sententiae, quae octuagesimum numerum excedunt a scriptoribus recensentur unoquoque pro legitimo sensu suam interpretationem venditante. Non ergo aptum est semper instrumentum solitariē sumptum, phrasē obseruata, quae lites potius excitare potest, quam componere. Accedit, quod alius stylus est in veteri, alius in novo testamento, alius Esaiæ, alius Ieremiac. Variæ etiam in animaduersionibus phrasēs, & stylī exceptiones, limitationes, ampliationes; eadem etiam verba varijs modis indicantur, ut norat Augustinus 3. de doctrina Christiana c. 27. non ergo ex stylo semper desumitur efficax interpretatio.

Secundo, quia etiā ad multa intelligenda in scripturis valde coferat Hebraicæ, & lingue Græcæ cognitio, tamen (ut etiam Lutherus ipsorum Architynagogus obseruauit) multa in scripturis obscura sunt, non tam ob maiestatem, quam ignorantia Grammaticæ, & vocabulorum, ut sine interpretis alicuius iudicio, & explicatione dilucidari non possint. Confirmatur, quia nullus Notatorum iactabit adeo se omnes radices, idiosimos, phrases linguarum ebibisse, ut obuiam ei facto quo cumque scriptura loco absque interprete valeat enodare, atque dissoluere. Confirmatur secundo, quia esto deuotauerint integra lexica, obseruationes, &c. longè semper inferiores erunt doctissimis, & vetutissimis Patribus, qui aliter, quam ipsi scripturam sūt interpretati, aduti præter linguarum petitiam diuinolumine, & fidei regula, ut filo in laberyntho difficultatum ne aberrarent, videntes. Accedit, quod fontes hodie purè non fluunt: eiusdem fontis varie sunt interpretationes, ergo, &c.

Tertio principaliter, quia nullus Hæreticorum est, qui non glorietur se ex antecedentibus colligere suam sententiam, & consequentia verba sententiae eorum suffragati. Non ergo ex hoc solo præfatio quo inter se pugnant desumti potest certum interpretationis medium. Accedit quod difficile est admodum semper reperire connexionem cum consequentibus, & antecedentibus, quia interdum in uno, eodemque contextu orationis, admiscetur cum historia myticus sensus ex Gregorio 20. moral. c. 19. interdum transitio sit ab una materia ad alterā ex eodem homil. 7. in Ezech. adeo ut propter hæc dixerit merito Augustinus primo de Genes. ad literam in fine, id tenendum in expositione sacrarū literarū, quod circumstantia scriptura non impedit, & cum sanā fide concordat: si autem scriptura circūstantia pertractari, & discussi non potest, saltem id solum, quod fides sanā prescribit.

Quarto, etiā preces, lectio, meditatio sint maximò adiumento ad intelligentiam scripturatum, tamen non sunt media infallibilia, nam constat, sanctissimos, & doctissimos Patres in priuatis interpretationibus hallucinatos. Sanctus enim fuit, qui animas beatorum sub altare Dei collocauit priuatas eos visione beatifica. Sanctus qui ab hereticis rite

baptizatos, rebaptizandos censuit, sicut Cypriatus, & alij Patres Concilij Carthaginensis, qui à Deo verisimiliora scripturæ loca adduxerunt, nouo, ac malo more intellecta, ut colligitur ex Lyrinensi, ut pene trium phrum reportassent, nisi ea professio noūtatis destituta à vetustatis patrocinio profligata fuisset, & tamen preces porrectæ sunt in illo priuato Concilio, meditatio, & lectio adhibita, &c.

Quinto, ad hominem: nam Vvitakerus cap. II. ait, hæc media singulasi per se sumantur, & adhibeantur seorsim, semper sufficiere ad scripturæ verum sensu inuestigandum: sed ea coniunctum, uniuersa si legitimè tractentur, satis valere: idem dicit Gripus disp. de sacr. scripti. interpr. thesi 28. addens, valere si adhibeantur sine præiudicio, seu preconcepta persuasione, item sine arrogantiâ, & contendendi studio. Ergo, ipsi in utili fatentibus, nec etiam coniuncta certa sunt, cum tales conditiones adhibeantur, si legitima tractentur, si sine præiudicio adhibeantur, ut nouo examine opus sit, an sint tales conditiones adhibiti, & sic semper remanet eorum incerta regula.

## CONCLV SIO CATHOLICA.

*Huiusmodi regulæ, & si conducant ad venandum scripturarum interpretationem non sunt omnino certæ, & infallibilis.*

**R**espondeo dicendum sicut dicit S. Thom. I. p. q. 47. ar. 1. ad 3. quod in speculatiis medium demonstrationis, quod perfectè demonstrat conclusionem, est vnum tantum, sed media probabilitia sunt multa, & similiter in operatiis quando id, quod est ad finem, adæquat (ut ita dixerim) finem, non requiritur, quod sit nisi vnum tantum. Caius ratio assignari potest, quia cum aliquod medium actionis duplex sit, perfectuum, & disposituum ad formam introducendam; certum est, quod dispositio pluribus viis, & à pluribus agentibus fieri potest: introductione vero formæ non nisi vnicō agente per vnam actionem operante. Ita similiter ad introductionem scientiæ quantum ad dispositionem, dispositio illa fieri potest medijs probabilibus, quæ possunt esse plura: ceterum per vnicum actum scientia introducitur, nempe per medium demonstrationis. Sic in proposito dicendum est, quod ad generandum infallibilem sensum interpretationis scripturæ (qui actu fidei assentiri debemus) scientiam excedente, plura sunt quæ disponunt, & sunt omnia criteria: quæ etiam ab Hæreticis assignantur collatio scripturæ, phrasēs, &c. sed quia non sunt per se, & efficacia ad perducendum ad intelligentiam, sola firma, & efficacia esse non possunt, sed perfectuum medium requiritur, nempe regula fidei, quæ vna sola, & infallibile medium est. unde Augustinus de doctrina Christiana lib. 3. cap. 2. volens ostendere quomodo distinguenda sint, & pronuncianda scripturæ loca ait, aut quomodo distinguendum, aut quomodo pronunciandum sit, consulat, lector, regulam fideli, quam de scripturarum planioribus locis, & Ecclesiæ auctoritate percepit, & lib. 83. 99. q. 66. cum varia sacramenta in dictis, & factis domini contineri docuisse, quid circa interpretationem, & intelligentiam

tiam eorum seruandum esset, volens exponere, tradit hanc regulam, id primò teneadum est, quod in omnibus scripturis summa vigilatia custodiri oportet, ut secundum fidem sit sacramenti expositio, unicum ergo medium irrefragabile est sola fidei regula, & si cetera quæ sunt velut dispositiones non excludantur, sed mirificè adiuuent.

### Solutiones oppositionum.

**E**T per hæc patet responsio ad argumenta in oppositum: dicimus enim omnia illa esse media, sed quidem dispositiva, probabilia, quæ adiuuant ad intelligentiam scripturarum, non tamen infallibilia, efficacia, & ex se sola sufficientia ad infallibilem intelligentiam perducentia.

### ARTICVLVS TERTIVS.

*Vtrum regula, seu analogia fidei sit medium irrefragabile interpretandæ scripture, & quæ sit huiusmodi regula.*

#### Positio Nouatorum.

**T**Anquam sepiam in atramento se abscondunt Novatores (analogiam fidei unum è medijs interpretandæ scripturæ statuentes cum Catholicis Patribus) ut Vvitakerus, Rullus, sed venientes ad explicationem quid sit fidei analogia, & regula sic explicant. Vvitakerus q.5. cap.9. regulam fidei vocat symbolum, orationem dominicam, & Decalogum, nec non & catechismum, quia singulæ, inquit, partes catechismi apertis scripturæ locis confirmari possunt. Rullus disp. 5. thes. 264. analogia fidei nihil est, ait, aliud, quam constans, & perpetua sententia scripturæ in apertis, & minime obscuris scripture locis, cuiusmodi sunt articuli fidei in symbolo apostolico ex scriptura rotidem verbis collecti, cuiusmodi continetur in decalogo, in oratione dominica, in alijs denique manifestis scripture textibus: hac regula examinanda est quelibet interpretatio vera ne sit an falsa: sicut regula seruit ad explicandum, rectum ne an curuum aliquid sit, sic hi regulâ fidei confiteri videntur, veram regulam fidei nimis restringunt, vnde meritò cœciunt, & in errores deserta veritatis regula, impingunt.

#### Oppositiones Hæreticorum.

**A**Rguitur primò. Quia valde controversum est, quæ sit ista regula fidei; alijs hanc, alijs alia statuentibus, vt penè tot sint capita quo sententiae: tutius ergo ad scripturam configimus, & ad ea, quæ ex scripturis probantur.

Secundo, quia si per regulam fidei intelligamus traditionem, oportet ostendere sensum, qui controvertitur è traditione descendere: hoc autem valde difficile est demonstrare, illamque per Apostolos, & successores nō interrupta successione ad præsentes scholas, & Academias promanaasse. Amplius nūquā tales sensus, vt traditos, Patres memorāt, nec vt traditione seruandos filijs consignatunt, nec vlla nota est, vt sciamus hos ab ipsiis trahentos, aut

excogitatos, illos à maioribus acceptos, & traditione consignatos, quod valde necessarium erat distinguere, ne humana cum diuinis confundentur.

Confirmatur. Quia si talis sensus à regula ista fidei, nempe traditione suscipiendi essent, & non à publicis monumentis, scriptis scilicet litteris, tunc in maxima incertitudine versaremur, cùm longinquitate temporis, obscurati potuit verbum illud, quod in ore, & auribus hominum insonans absque scripturarum monumentis facilimè immutari, & adulterari poterat. Quomodo ergo unus aut alter sensus ex traditione tanquam regula fidei regulans erat fieri etiam non potuit, vt tanta, multitudine sensuum, qui ferè sunt innumerabiles, memoria retineri, & custodiri potuerint: ergo.

Tertio, si per regulam fidei intelligatur consensus Patrum; error manifestus est (arguit Luther in præmio assertionum) vt sepositis sacris litteris, intendamus, & credamus hominum commentarijs. Et iterum. vt Patrum testimonijs nihil aliud est, quam velle humanis diuina firmare, & elucidare, vnde exemplo S. Bernardi, si id poterimus, potius ex fonte ipso, quam ex rualis bibamus: sic enim de se confitetur: & ob id non raro Patribus sanctis reluctari, est ausus. Prohibet etiam Augustinus vihus tractatorum quantumlibet sancti scripta, scriptis Apostolorum, & Prophetarum æquari, id quod communis quoque naturæ sensus prohibet. hæc Luther. Addit Rullus. Esto in Sanctis Patribus verenda sit scripturæ interpretatio, in illis quærenda est, qui in scripturæ interpretatione non errarunt, nec errare potuerunt, & tales sunt Prophetæ, & Apostoli, in quibus alijs posteriores Patres scripture sensum indagarunt: ergo.

Quarto, si per regulam fidei intelligamus doctrinam Ecclesiæ, quæ in Pontificibus, & Concilijs maxime relucet, secundum quam scriptura interpretanda est, Illius (inquit) Rullus Ecclesiæ interpretationem sequi debemus, quam Christus immediate docuit, quam Spiritus sanctus certò in omnem veritatem induxit. [Et declarans quæ sit talis Ecclesia, subdit [Qui sūt illa Ecclesia? Moyses, Iosue, Samuel, David, Salomon, Isaías, Hieremias, & cœteri Prophetæ, & cum illis Petrus, Paulus, Matthæus Ioannes, Iacobus, & alijs Apostoli, & Euangeliæ, quorum plenumque scripta ideo posteris tradita.] Hæc ille.

#### Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo auctoritas sacræ script. Eccl. 8. Non te prætereat narratio seniorū, ipsi enim didicerunt à Patribus suis, quoniam ab ipsis discerunt, & in tempore necessitatis dabis responsum. 2. Tim. 3. ab infancia, inquit, sacras litteras nosti, quæ te instruere possunt ad pietatem, sed illic subdés, per fidem quæ est in Christo Iesu, ostendit euidenter eruditionem huiusmodi, absque fidei analogia non posse comparati.

Secundo, ex autoritate Patrum, S. Iren. li. 1.c. 1. dicit, quod non quicunque: sed qui regulam veritatis immobilem apud se habet, quam per baptismum accepit, ea quæ sunt ex scripturis nomina, & dictiones, & parabolæ agnoscit; blasphemum autem illorum nempe

# De sacrorum Bibliorum interpretatione. 501

pe hæretorum argumentum, ita portentosè conflatum non cognoscet. Tertull. de præscript. cap. 19. vbi apparet esse veritatem disciplinæ, & fidei Christianæ, illuc erit veritas scripturarum, & expositionum, & omnium traditionum Christianarum. Origen. lib. 4. Periarchon. cap. 2. in ratione exponendi diuinæ scripturas dicit se demonstrarum, illam regulam, & disciplinam, quam à Christo traditam sibi Apostoli per successionem, posteris quoque suis sanctam Ecclesiam docentibus, iradiderunt.

S. Augustinus lib. de Genes. interpretaturus, ait, ante tractationem huic libri, catholica fides explicanda est, & paulò post secundum hanc fidem, quæ possumus in hoc libro queri, & disputari considerandum est, de doctrina Christiana cap. 3. lib. 3. dat istam regulam, sed cum verba propria faciunt ambiguam scripturam primò prouidendum est ne male distinxerimus, aut pronunciuemus: cum ergo adhibita intentione incertum esse prouiderit, quomodo distinguendum, aut quomodo pronunciandum sit, consulat regulam fidei, quam de scripturarum planioribus locis, & Ecclesiæ auctoritate, percepit, de qua auctoritate satis egim us supra, & in lib. 83. q. q. 64. sic dicit, id primo tenendum est, quod in omnibus scripturis summa vigilancia custodiri oportet, ut secundum fidem suam sacramenti diuinæ exposicio, & lib. 15. de Trin. cap. 28. cum iam multa ex scripturis sanctis, & Ecclesiæ doctrina de Trinitate difficiantur in toto opere dicunt. Ad hanc regulam fidei dirigens intentionem meam, quantum posui, quantum me posse fecisti. & tractat. 18. in cap. 5. Ioann. sic dicit. Neque enim natæ sunt hæreses, & quedam dogmata perueritatis illaqueantia animas, & in profundum precipitantia, nisi dum scripturæ bone intelliguntur non bene, & quod in eis non bene intelligitur, etiam temere, & audacter afferiunt, & apponens remedium subdit, itaque carissimi valde acutè hæc audire debemus, ad quæ capienda parvuli sumus, & corde pio, & cum tremore, sicut scriptum est, hanc tenentes regulam sanitatis, ut quod secundum fidem, qua imbuimus sumus, intelligere voluerimus, tanquam de cibo quod uideamus, quod autem secundum sanam fidei regulam intelligere non poterimus, dubitationem auferamus, intelligentiam differamus: hoc est, ut etiam si quid necimus, bonum tamen, & verum esse minime dubitemus, & ne aduersarius alibi querat regulam, quam in Ecclesia, vide quod subdit Augustinus, suscipi enim tractanda diuina homo spiritualia carnalis, & æterna mortalitas etiam à me carissimi longe sit vana præsumpo', si uolo sanus in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui columna, & firmamentum veritatis, pro modulo meo capio, quod vobis appono, vbi aperitur pasco vobis, vbi clauditur pulso vobis, attendant, & imitentur præsumptuosi Nouatores modestiam Augustini, & veram regulam fidei innuenient. lege eundem Augustinum tract. 2. contra Arianos.

Cybill. lib. 11. in Ioan. cap. 25. Age dogmatibus Ecclesiæ inherentes, ac reclam fidei regulam non preterreuntes speculerentur quantum in nobis est, & lib. 10. c. 13. hec quidem ille nempe Nestorius, qui multa scriptura loca peruerit etiam astutè simul, atque impie: nos autem Patrum, & Ecclesiæ fidem sequentes, quantum in nobis pius sit Dei bonus sensum rimauimus.

Coronitis loco, quæ Vincentius Lyrensis lib. contra prophanas vocum nouitates afferit memoranda, adducamus. Hic ponit hereticorum errandi

libidinē taxas dicit c. 26. quod impij contenti non sint tradita semel, & accepia antiquitus credendi regula, sed noua ac noua in diem querant, semperque aliquid existent religioni addere, mutare, detrabere, quasi non celeste dogma sit, quod semel reuelatum esse sufficiat, sed terrena institutio, que aliter perfici nisi asperua emendatione, imo potius reprehensione non possit, cum diuina clameti oracula. Ne transferas terminos, quos posuerunt Patres tui, Proverb. 22. & Ecclesiastici 10. scindentem sepem, mordebit eum serpens, hæc ille contra hæreticos iactantes nouas scripturarum interpretationes contra fidei regulam.

Tertio probatur rationibus. Primo, quia intelligentia scripturarum dependet ex fide. unde scriptum est Esaiæ 7. nisi credideritis non intelligetis: at nihil nisi ex regula fidei credere possumus; ergo nihil nisi ex eadem possumus intelligere. unde Augustinus explicans illa verba Ioan. 6. sunt quidam in vobis, qui non credunt, ait, non dixit sunt quidam in vobis, qui non intelligunt, sed causam dixit, quare non intelligunt, sunt enim quidam in vobis, qui non credunt, & ideo non intelligunt, quia non credunt. Prophetæ enim dixit nisi credideritis non intelligetis. Sed fides una est ea que Catholica, ergo ex illa regula fidei scripturarum intelligentia petenda est.

Secundo, quia Augustin. lib. de utitate credendi cap. 10. docet Catholicae disciplinæ maiestatem institutum esse, ut accendentibus ad religionem fides persuadeatur ante omnia, ergo ante omnem intelligentiam scripturarum, quæ maxime ad religionem Christianam pertinet fidei analogia tradenda est. unde concludit Augustinus de Agone Christiano cap. 4. In Catholicæ fidei bene instructum, & vera pietate munustum, in scripturis intelligendis decipi non posse.

Tertia, quia ut ostendit Chrysostomus homil. 8. in cap. 5. ad Hebr. non aliunde collaniem hærescon natam inductione expressè demonstrat, nisi quia regulam istam fidei transflerunt, vel per excessum, vel per defectum. & Philonem Iudæum in interpretatione multorum locorum veteris testamenti hallucinatum demonstrat Augustinus 12. contra Faustum cap. 34. quia non ex fide in Christum, in quem non crediderat, conatus est expouere. & Cyprianus lib. aduersus Iudeos ait, nihil posse intelligere Iudeos de scripturis, nisi prius in Christum crediderint.

Quarto, ad hominem, quia Beza volum. 3. num. 145. ostendens cur non sit prouocandum, pro intelligentia scripturarum assequenda, ad scripturas ipsas, rationem reddidit, quia in verbis ministeriis multa sunt adeo arcana, ut ne ab ipsis quidem mystis intelligatur. Et Virakerus de verbo Dei pag. 298. itaque interpretatione scripturæ querenda, quæ non secundum verba, sed secundum sensum inservienda, ergo non aliò tutius configuratur, quam ad publicam fidei regulam, quæ intelligentiam tradat non priuatam, sed publicam presertim, ut fatetur Danicus tom. 1. responsione 85. & 86. scripturas, & ipsi hæretici summopere urgent, & ut dixit hyperasp. pat. 2. operū pag. 40. qui in scripturarum ductu diudicare doctrinas vult curiositate, & omni curioso affectu carere debet; merito ergo ad publicam regulam configendum est. Amplius Rulius in postrema disputatione de interpretatione scripturæ dum dicit, interpretatione

*tionem debere intelligi iuxta interpretationem, & sensum Ecclesiæ, & nomine Ecclesiæ cum intellexerit Moysen, Iosue, & ceteros Prophetas, & cum illis Apostolos, sibi contradicit, dum ad eorum scripta confugit, subdens, quorum plerunque scripta ideo posteris tradita est. &c. quero enim à Rullo si in omnem veritatem induci, an omnes tradentes, & interpretantes scripturas audiri, & accipi debent, vel non: si omnes; ergo etiam omnes, qui non scripsierunt, non ergo de omnibus dictum est. qui vos audit me audit, & iterum. Docete omnes genies. &c. præterquamquod satis insulse dum Ecclesiam vocat Moysen, Iosue, Apostolos, & Euāgelistas à personis ad scripta transit, per Ecclesiam intelligens, non tā Moysen, Prophetas, Apostolos, quām horum libros peccans; pueriliter in figura dictionis, à subiectis præcipuis Ecclesiæ, transiens ad eorum libros.*

### CONCLV SIO CAT HOLICA.

*Regula seu norma, vel analogia fidei est medium irrefragabile interpretanda scriptura, & hæc nedum scriptum verbum sed traditionem includit.*

**R**espondeo dicendum, quod (sicut dicit Philosophus 8. physic. & S. Thom. ibidem lect. 22. & 23.) ille solus est motus regulatus, qui est à motore immobili, eo que uno: nec enim possibilis est esse à pluribus motoribus (vt ibidem docet etiam Philosophus) cuius immutabilitatis, & unitatis ratio necessaria est, ut mutabilia, eaque multiplicia ad unū primū immobile, per quod regulentur, reducantur. Vnde in speculabilibus, ut motus intellectualis sit regularis ad unicam cognitionem primorum principiorum reducendus est, per quam examinatur, & reguletur: vnde immobilem, & firmam esse necesse est, alioqui si error, & variatio accidere posset, nulla certitudo in tota sequenti conclusioni cognitione inueniretur. Et in operabilibus propter varietatem actionum, ut actio regulata sit, oportet habere unum principium permanens, quod rectitudinem immutabilem habeat, per quod omnia opera examinantur, & dicuntur syndecesis: & ita tam in speculabilibus, quām in operabilibus omne multiforme, & variabile per unum aliquod invariabile, & immobile tanquam per normam, & regulam regulandum est. Cum ergo, ut dicit Vincentius Lerinensis lib. cit. cap. 2. scripturam sacram pro ipsa sua altitudine non uno, eodemque sensu universi accipiat sed eiusdem eloquia aliter, atque aliter, aliis, atque aliis interpretantur, ut penè quot homines sunt, tot illuc sententiae erunt posse videantur: aliter namque illum Nouatianus, aliter Photinus, &c. atque idcirco multum necesse est proprios tantos à variis erroris anfractus, ut propheticæ & Apostolicæ interpretationis linea iuxta Ecclesiastici, & catholici sensus norma dirigantur. Norma ergo fidei regula vel analogia, merito assertur, quæ est medium, quo, infallibilis interpretationis sacrarum litterarum, quæ nedum scripturam continet, sed traditionem, ut dicit idem Lerin. c. 1.

### Solutiones oppositionum.

**A**d argumenta in contrarium respondetur, & ad primum dicitur, quod hæc varietas, & mutabilitas, debere dari uniformem, & invariabilem fiduci regulam aperte demonstrat: vnaqueque enim heres ad instar meretricis illius, vt ponderauit Letin. cap. 26. quæ apud Salomonis prouerbia Prou. 9. vocat ad se prætereuntes viam, qui dirigunt iter suum. Qui est inquit vestrū insipientissimus diuertat ad me: sed ne in talēm insipientiam incideremus Apostolus voluit seruari depositum, hoc est fidei regulam, nam res est inquit idem Vincentius cap. 27. non in geny, sed doctrinæ, non usurpationis priuatae, sed publicæ traditionis. Obtrudentibus ergo priuatam regulam, publicam fidei regulam pro intelligenda scriptura, priuatis ipsis diuini verbi temeritoribus opponimus.

Ad secundum. Non est difficile, sensum è traditione demonstrare afferendo antiquitatem, consensionem, vniuersitatem ex eodem Lerinensi cap. 3. unde inspicio seriem temporum, & Parrum commentarios, reperiemus sensus eorum nobis traditos, cum Apostolicorum doctrina, qui paulò post Apostolos floruerunt, conspirare: quos & ab Apostolis accipisse cum ipsis scripturis indubie dicendū est. Et licet non semper in actu signato dicant eos sensus traditione acceptos, nihilominus in acta exercitu dum perseverant, frequenter imo eodēque sensu aliquid unanimiter interpretantur, vt dicit Lerinensi. cap. 39. & 40. pro rato, & certo habendum est. Sed de his pluta cum de auctoritate Patrū dicemus sequenti tomo, & etiam in sequenti articulo. Regula autem ad cognoscendum quando priuatim, vel publice loquuntur ab eodem Vincentio cap. 38. traditur; cum nimis nō priuatum sensum exprimunt, sed consciente quodam sibi magisterio, accipiendo, tenendo, tradendo aliquid firmani. hic non humana diuinis miscentur.

Ad confirmationem dicitur, quod ille idem scripturæ conditor, qui membranas mortuas ne à flammis absumerentur, & blactis, ac tinea ne rodeantur, seruavit immunes, idem sensus scripture potuit illos preservare, & in corde Ecclesiæ tanquam in diuite depositario afferuare: ex quo scribere docti canquam de thesauro, noua, & vetera proferentes innumeris commentarijs Ecclesiam exornarent.

Ad tertiam dicitur, calumniam esse, quam struit Lutherus docendo seponendas esse sacras litteras, vt credamus hominum commentarijs; cum videamus Patres per scripturas etiam sua confirmare. Illud quod dicimus, & prædicamus cum Apostolo Petro est, quod scripturæ expositio, propria interpretatione non sit, & eo spiritu intelligendas esse, quo scripturæ sunt, qui spiritus priuatus non est, sed publicus in publico Ecclesiæ, & Patrum magisterio depositus, non quem Hæreticus solum habere sibi perfueret, huic enim publico, & orthodoxo spiritui ostiarius, id est, sacer spiritus, respōdet, ait Cyrilus, & mox reperit sensum, ut intelligent scripturas, cum solum intellectum det parvulis. Vnde in histo tripartit. lib. 2. cap. 13. cum quidam Acesius hæreticus priuato suo sensu inhærens, quem ex scripturis perperam intellectis hauserat, nempe peccanti,

# De sacrorum Bibliorum interpretatione. 503

peccatum ad mortem, non concedendo veniam delictis. Sacerdotum magisterio, & Patribus Nicenis subscribere nolens, hac urbana sententia à Constantino iuris est. *O Aces! pone scalam, & si potes solum in colum: concende.* vnde quibus gradibus S. Augustinus (à cuius ordine, & regula Lutherus transfuga, fidem quoque Catholicam abnegauit) ad intelligendum scripturas peruenit: cum enim ex difficilius locis deterretur, ad expositionem doctorum cōfugiēs, illi reuelata sunt, quæ anteā veluti absurdā imaginaria phantasia repudiabat, sic enim inquit lib. 6. confess. cap. 5. *I am enim absurditatem, quæ me in illis litteris solebat offendere, cum mul. a ex illis probabilitate exposita audiisse, ad sacramentorum altitudinem referbam.* Ecce quomodo ex doctorū Ecclesiæ expositionibus, permotus Augustinus fidem habere cepit ijs, à quibus inani timore absterrebatur. Elucidari tamen humanis diuina nihil prohibet, quando & lucernæ perhibent testimoniā dei, & digitus Ioannis Christum Dominum indicavit. Diuina verò pro humanis fieri absonum est. Ex fonte ipso bibere, non ex riuis liceret, si fons altitudo parvulos non deterret, & vnicuique aditus pateret, sed eandem aquam per riuvios decurriēt, & ex limpido fonte manantem bibere iucundum est, & yulius in paruissimis bibere, quam in perennem fontem immersi, aut siti perire. Augustinus autem cum dicit non moueri tractatorū, seu patrum scriptis, loquitur de priuatis opinionibus huius, vel illius Patris, ut dicemus infra: non autem loquitur de publico, & consentiente magisterio Patrum, quod etiam tunc dignoscitur, cum non de quibusvis diuine legis quæsiunculis, sed de dogmabus tractant; iuncte in irrefragabile medium subministrat Patrum auctoritas.

Ad quartum. Ecclesiæ sensum sequi debemus, quæ à Christo Domino edocetur, & edocita est, quam è spiritu veritatis in omnem induxit veritatem) non solum scriptis populos edocentes, sed & traditione instruētes. Micum est autem quomodo aduersarius (vt supra notauimus) tam pueriliter delipiat, vt trāsum faciat ab Ecclesiæ ad libros, hoc est, a Samuel, Muyle, Apolitolis (quos vocat Ecclesiæ) ad libros canonicos ab ijsdem editos, ut supra annotatum est.

Vel dicendum, quod nunquam euincere potest aduersarius, Samuelem, & alios esse diuinitus afflato, & hanc, non illam esse scripturam sacram, nisi ad publicum magisterium, & consensum Ecclesiæ configuat: hac enim consensione impulsus fuit S. Augustinus, ut crederet scripturam esse diuinitus inspiratam: sic enim dicit lib. 6. confess. c. 15. ideoq; cum essemus infirmi ad inveniendum liquida ratione veritatem, & ob hoc nobis opus esset auctoritate sanctarū litterarum, iam credere cōperam nullo modo te fuisse iuribūrum tam excellentem illi: scripture per omnes iā terras auctoritatem, nisi & per ipsam tibi credi, & per ipsam requiri voluisse, & de moribus Eccl. cath. c. 7. ait idem Augustinus: non deserimus vitam, quam nobis Deus, & Patriarcharum segregatione, & legis vinculo. & Prophetarum præfigio, & sucepti hominis sacramento, & Apostolorum testimonio, & Marijrum sanguine, & gentium occupatione munitu. Ecce quomodo ex Augustino scripturam auctoritas quoad nos pender ex testificatione, & consensione Ecclesiæ.

## ARTICVLVS QVARTVS.

*An apud Sanctos Patres reperiatur legitimus scripturarum sensus, & an licitum sit contra, vel præter regulam fidei, vel contra consensum Patrum scripturam interpretari.*

### Positio Nouatorum.

C ommune fuit Hereticorum studium Patrum dicta, & expositiones refutare. De Gnosticis scribit Iræneus lib. 3. c. 2. quod relinquētes præconium Ecclesiæ sanctorum Præbyterorum imperitiam arguebant, se iactantes nedum præbyteris, sed Apostolis sapientiores, & Socrates lib. 7. cap. 32. de Nestorio dicit, quod veterum interpretum scripta perdiscere designatus est: lingue enim volubilitate, & elegantia insolenter efferen, cum veteres pompas neglexit, cū se ipsum omnibus amicellere existimauit. vide Lerenensem lib. contra proph. nouitates cap. 42. referentem decretum Concilij Ephes. dicentis: *Inueni etiā sumus in Nestoriū sceleratam præsumptionem, quod sacram scripturam se primum, & solum intelligere, & omnes eos ignorasse iactaret, quicumque ante se magisteriū munere prædicti, diuina eloquentia tractauis sent.* Origenes eo nomine Hereticus censerat ab eodem Vincēto c. 2. 3. quia veterum magisterium contemnens quedam scripturā capitulo novo modo interpretabatur. Quidam Clemens ex professo damnabat expositiones Sanctorum Patrum Hieronymi, Augustini, & ceterorum, vt in vita S. Bonifacij. Eundem errorē secutus est Petrus Abailardus apud S. Rom. ep. 190 heretica hæreditate. Idem error ad Vvicleph transclusus est, qui veterum, & modernorum doctorum scripta contemnebat ex Vvald. p. 3. cap. 1. Hunc errorē secutus est Lutherus multis in locis, vt epist. ad equitem Germanum scripta anno 1521. vbi ait, *in Patrum scriptis multos inueniri errores, sepe sibi ipsis repugnare, sepe inuicem dissenire, scripturas torquere; sed præcipue in proclamo assertionum dicit, error est itaque manifestus hoc verbo, non licet scripturas proprio spiritu intelligere nobis mandari, vt sepossumus sacrī litteris intendamus & credamus hominū commentarijs, & postea. Quæ ergo est nostra tam irreligiosa peruersitas, vt sacras litteras non per se ipsas, & illarum proprium spiritum, sed per hominum glossas velimus discere, diuerso omnium Patrum exemplo, & in hac peruersitate gloriemur, ceu religiosissima pietate? similiter & Flaccus Ilyricus, tantum sibi, & suis arrogabat in interpretanda scriptura cognitionem, veterum Patrum commentarios despiciens, in sua clavis tom. 2. tract. 1. num. 1. dicens: *vetus scrip- tores obscurarunt sacras litteras ob incivitatem tunc lingue, nū ipsarum rerum.* Galuinus lib. 4. cap. 9. §. 8. & 9. vbi priora quartuor Concilia commendat, eo quod inquit, nihil continent, nisi puram, & natu- rām scripture interpretationem, quam Sancti Patres spirituali prudentia ad frangendos religionis hostes ac comodarunt, mox se explicat, quo sensu Patres receperit. Hos, aut, si in iudicando sequimur, vt Dei verbum, quod illis præluxit, nobis quoque prælucat, portans sibi reseruans, ad insinuandam auctoritatem, &*

sensum eorum. & §. 30. ait in Patribus esse, quod iure desideretur siue quia prudentes, & eruditii presentibus negotiis disiristi, multa alia non propiciebant, vel quod grauius ibus, & magis seruis occupatos, nonnulla lectionis momenti subterfugiebant, vel quod simpliciter, ut homines imperitia falli poterant. Sturmius in Palinodia fol. 9 ad Lucam Osiandrum scribit, *Patres in scripturis sacris interpretandis errasse. Passim se, & suos magistratos in expoundendis scripturis, Patribus sapientiores stat. Mentior, si non Apostolis sequant, vel sapientiores predican, ut alibi dictum est. Sed iterum infestiusde hac re sermo incident cum de autoritate Patrum agemus sequenti tomo.*

§ Sed & in genitorum flos, & Phœnix temporum posteriorum Caietanus traducitur, & insimulatur erroris, quod in commentarijs super Genesim docuerit, quod si quando occurrit nouus sensus textui consonus quantumvis à torrente Doctorum sacrorum alienus, equum se præbeat lector censem, & iterum. Nullus aut detestetur nouum sacra scriptura sensum ex hoc quod dissonat à prisca doctoribus.

### *Oppositiones aduersariorum.*

**A**rguitur primo, non alligavit Deus expositionem sacerorum scriptorum priscorum doctorum sensibus, sed scripturæ ipsi integræ sub Ecclesiæ censura: ergo non debemus illis ita esse addicti, vt in ijsdem expònendis nullum habeamus arbitriū. Antecedens probatur, quia *verbum Dei*, ait, *Apostolus non est alligatum.* consequentia probatur, quia alias sequeremur Patres non solum ut iudices, sed etiam, ut dominos. Arguinētū à Caietano mutuatū.

Secundo, quia auferretur nobis, & posteris spes exponendi scripturam sacram, nisi transferendo de libro in quaternum; & nihil aliud hoc esset, quam ingenia nostra damnare, iudicio nos priuare, & facultate inquirendæ veritatis. Ex Caietano de promptum argumentum.

Tertio, ex sensu mystico non desumitur firmum argumentum; nam ut supra etiam dictum est, ex doctrina Dionysij, Theologia mystica non est argumentativa; & Augus. epist. 48. idem docet, ergo saltem cum mysticus sensus traditur à Patribus, non firmum argumentum Theologo suppeditatur.

Confirmatur primo ex Patribus latinis. Augustinus ad Fortunat. epist. 3. ait [neque enim quotilibet disputationes quamvis catholicorum, & laudatorum hominum velut scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non licet salua honorificètia, quæ Sanctis Patribus debetur; at quid in coru scripturis improbare, atque respuere, si forte inuenimus, quod aliter selerint, quam veritas habeat; diuino adiutorio, vel ab aliis intellecta, vel à nobis. Talis ego sum in scriptis aliorum, tales volo esse intellectores meorum] tractabat autem Augustinus illam questionem, an Deus oculis corporalibus videri possit, & de explicatione loci illius 1. Cor. 13. tunc autem facie ad faciem, eamque visionem non corporalem, sed intellectualem esse deinonstrat S. Augustinus auctoritate SS. Hieronymi, Athanasii, Gregorii Nazianzeni. Idem Augustinus 3. de doctrina Christiana cap. 27. dicit [quando autem ex eisdem scripturæ verbis, nō unum aliquid, sed duo, vel plura sentiuntur, etiam si lateat quid senserit il-

le, qui scripscerit, nihil periculi est, si quodlibet congruerit veritati ex aliis libris sacratum scripturatum doceri potest. Id tamen eo conāte, qui diuina scrutatur eloquia, ut ad veritatem perueniatur auctoris, per quem scripturam illam sanctus operatus est Spiritus, siue hoc assequatur, siue aliam sententiam de illis verbis excusat, quæ fidei recte non refragetur testimoniu habens, ab alio quocumque loco diuinorum eloquiorum. ille quippe auctor in eisdem verbis, quæ intelligere volumus, & ipse forsitan sententiam vidit, & certe ipse Dei spiritus, qui per eum hoc operatus est, etiam ipsam occursum pio lectori, & auditori sine dubio præ uidit, imo vt occurreret &c. prouidit. Nam quid in diuinis litteris potuit largius uberiorius, diuinitus prouideri, quæ vt eadē verba pluribus intelligantur modis, quos alia non minus diuina cōtestatio faciat approbari] & 12. confess. c. 28. plures sensus sub una littera à Spiritu sancto intentos, qui littere adaptari possunt expressè pronunciat. S. Hieronymus epist. 85. respondens Augustino obiciendi ipsi Hieronymo nouam editionem eo dilemmate scilicet [nam vel obscurā, vel manifestam editionem videbat, si obscuram facillime labi poterat, si manifestam superuacaneē laborabat] retorquens idem argumentum ait [omnes veteres tractatores, qui nos in Domino præcesseruer, & qui scripturas sanctas interpretari sūt, aut manifesta, aut obscura viderūt. si obscura tu quomodo ausus es post eos dissidere q̄ illi explanare nō potuerūt? si manifesta superflū est te voluisse dissidere, quos illos latere nō potuit] & infra [hac lege post priores nullus loqui audebit, & quodcūque aliis de eo licentiam scribendi non habebit. Quin potius humanitatis tua est, in quo veniam tibi tribuis indulgere, & ceteris.] Item idem Hieronymus dicit sibi propositum [esse antiquos legere, expendere singula, retinere quæ vera sunt, & à fide Catholica nunquam recedere.]

Secundo ex Patribus. Origenes homil. 12. in Genes. exponens illud [bibe aquam de cisterna tua] sic inquit [tenta ergo, ut tu auditor, habere propriū puteum, & propriū fontem, ut & tu cum apprehenderis librum scripturarum, incipias etiam ex proprio sensu proferre aliquem intellectum, & secundum ea, quæ in Ecclesia didicisti.]

Chrysostomus homil. 5. in Genes. vbi scripturam thesauro comparasset, ut vel in breui dictione variatum sententiarum vini, & indicibiles dicitias reperire liceat; fonti quoque perenni assimilans, subdit [Vnde etiam qui ante nos fuerunt, pro viribus suis aquas hauserunt, & similiter, qui post nos futuri sunt idem attentabunt, neque sic rotum euacuare poterunt, sed magis interim augescunt flumina, & increaserunt.]

Gregorius prol. in 1. Regum [scriptura sacra tam mirabiliter ab omnipotente Deo condita est, ut eti multipli citer videatur exposita, non desunt tamen ei secreta, quibus seruet occulta, quia fieri sic exponitur, ut ei non plura remaneant, quæ quotidie exponuntur.]

Cassiodorus de diu. lect. lib. 1. [quod si in his, quæ dicta sunt aliqua fortasse loca dubia sunt relicta, nec explanatione plenissima satisfacere potuerint, nequaquam vobis modernos expositores interdico cautē querendos esse catholicos, quoniam accessu-

# De sacrorum Bibliorum interpretatione. 505

porum multis nouiter gratia diuinitatis infunditur, quæ forsitan priscis doctoribus celata monstrantur.

## Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed cōtra est primo auctoritas scripturæ Ecc. 8. [Non te prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à Patribus suis, quoniam ab ipsis discerint, & in tempore necessitatis dabis responsum.]

Secundo, ex Concil. In 6. Synodo generali, can. 19. sic dicitur [si ad scripturas pertinens controvèrsia aliqua excitata fuerit, non eam aliter interpretentur Episcopi, quam quomodo Ecclesiæ lumina, & doctores suis scriptis exposuerunt. In eadem 6. syno. act. 13. in epist. synodica Sophronij dānatur Origenista [quia extra Apostolicam, atque paternā traditionem novos scripturæ sensus affixerunt.]]

In Concil. Melden. can. 34. sic scribitur [in exponendis, vel prædicandis diuinis scripturis, sanctorum Catholicorum; & probatissimorum sanctorum Patrum sensum quisque sequatur, in quorum scriptis, ut beatus dicit Hieronymus, fidei veritas non vacillat.]

In Concil. Lateran. sub Leone X sess. xi. mandatur doctoribus [vt sanctam scripturam iuxta declarationem, & interpretationem Doctorum, quos Ecclesia, vel usus diurnus approbavit, legendosque hactenus recepit, & in posterum recipiet, predicent, & explanent. Nec quidquam eis ex proprio sensu contrarium, vel dissonum adjiciat: sed illis semper insistant, quæ ab ipsis sacrae scripturae verbis rite, ac sancte ex prælatorum doctribus interpretationibus intellectis, non discordant. Hæc ibi.

Cōcilium Senonense decreto 4. spiritum hæreticū sugillat, quod [in exponendis scripturis non pascit hædos suos iuxta tabernacula pastorum; sed fodit sibi cisternas dissipatas, quo continere non valent aquas, & spretis orthodoxorum Patrum vestigiis, proprii spiritus iudicium sequitur: is velut schismaticus, & heresum omnium inuentor, & fautor à tanta temeritate reprimatur.]

Concil. Trid. sess. 4. sic definit. Præterea [ad coarcenda petulantia ingenia decernit, vt nemo suæ prudenter innixus in rebus fidei, & morum, ad ædificationem doctrinæ Christianæ pertinentium, sacræ scripturam ad suos sensus contorquens cōtra eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est indicare de vero sensu, & interpretatione scripturarum sanctorum, aut etiam contra unanimum consensum Patrum, ipsam scripturam sacræ interpretari audeat.]

3. Ex PP. Dionys. de cel. hierarc. c. 1. [ad sanctarum scripturarum intelligentias, prout illas à Patribus accipimus contuendas pro viribus pergamus.]

Clemens recogn. lib. 10. [oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum, qui eam à maioribus secundum veritatem sibi traditam seruat, vt & ipsa possit ea, quæ suscepit, competenter afferre.]

Origenes homil. 7. in Leuit. [mihi autem sicut Deo, & Domino nostro Iesu Christo, ita & Apostoli eius adhærere bonum est, & ex diuinis scriptu-

ris secundum ipsorum traditionem intelligentiam capere.]

Athan. sermone de Cruce, & Passione Domini [quod autem nunc recitatum est verbum, Euangeliū quidem est, sed tamen evidentia claritudinis que gratia fugiendum est ad sanctos, & ab eis intellectus huius rei recipiendus.]

De Basilio, & Nazianzeno scribit Ruff. secundo historiar. cap. nono [ambo nobiles, ambo Aténis eruditæ, ambo collegæ per annos 13. omnium Græcorum secularium libris remotis, solis diuinæ scripturæ voluminibus operam dabant, earumque intelligentiam non ex propria præsumptione, sed ex majorum scriptis, & auctoritate sequebantur, quos & ipsos ex Apostolica successione regulam suscepisse constabat.]

S. Augustinus, vñ ex interpretatione sanctorum litterarum per Patres facta, circa peccatum originale contra Pelagium decretasset lib. 1. sic concludit. [Hoc probauimus catholicorum auctoritatem sanctorum. Tales quippe, ac tanti viri secundum catholicam fidem, quæ vbique toto orbe diffunditur, hæc vera esse confirmant] & lib. 2. eorundem Patrum auctoritatem cōmendans de illis ait [quod Episcopi sunt docti, graues sancti, in quibus inuenire non potes, quod spernas] & postea. [Talibus Ecclesiæ plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, pastoribus, nutritoribus crevit] & iterum [quomodo verba scripturæ intellexerunt sancti, sic intelligenda sunt] serm. 19. de verb. euang. Et idem q. 59. ad quæstiones Paulini [in scripturis sanctis interpretandis, & si multa dici possint, quæ improbanda non sint, tamen in eis eligendum, quod omnis, vel penè omnis frequenter Ecclesia.]

Cyrill. lib. Apologet. qui extat tom. 1. Concil. ait [omnis enim, quibus integrum cor est, illorum] népe Patrum sententias sequi non detrahet: quia ipsi apostolica, & euangelica traditione suam mentem cum impluerint, & ex sacris scripturis sermonem in fide rectum, & inculpatum prænunciauerint, mundi fuere luminaria, sermonem vitæ continentia], sed præter supradictos Patres antiquiores, alios audiamus.

S. Vincentius Lyrin. lib. contra Proph. vocum nouitates cap. 23. Origenem co nomine insimulat hæresis [quod veterum magisteria contemnens, quedam scripturatū capitula novo modo interpretatur.]

S. Bernar. ep. 19. his verbis Abailardum perstringit nouas interpretationes adducentem [quid, inquit, secerius tibi reuelatum iactas, quod tot præterierit sanctos, effugierit sapientes? tu vero de tuo nobis tradis, & quod à nemine accepisti. Qui loquitur mendacium, de suo loquitur.]

Quarto rationibus primo, quia cum traditionibus credere necesse sit, vt in primo tomo demonstremus, & ad scripturæ intelligentiam easdem adiungere oporteat, vt dicit Lyrinensis c. 2. traditio non aliunde agnoscatur, quam ex sensu Patrum: consequens ergo est, vt ipsorum euanimis consensus sit ipsa Ecclesiæ vox, & traditio.

Confirmatur, quia Apostoli nō solum scripturas, sed & sensum etiam Ecclesiæ instillarunt; ergo non aliunde melius cognosci potest talis sensus, quam ab ijs, quibus talem sensum instillabant, tales autem

sunt, qui Apostolicis illis virtis vicaria ordinatio ne succedunt. consequentia manifesta est, antecedens probatur Act. 17. dicitur de Paulo, quod per Sabbathum tria differebat eisdem scripturis ad apertens, & insinuans, quia Christum oportuit pati, & resurgere a mortuis. & quia hic est Iesus Christus, quem ego annuncio vobis, & cap. 18. disputabat per omne sabbatum interponens nomen Domini Iesu, suadebatque Iudeis. & Græcis Cap. 19. segregauit d. scipulos quotidie disputans in schola tyranni cuiusdam, consequentia manifesta, sicut enim scripturas ipsas ex viris istis apostolicis accipimus, qui & ab Apostolis acceperunt, ita & intelligentiam non aliunde accipere debemus, quam a viris Apostolicis, Pastoribus videlicet atque Doctoribus.

Confirmatur, quoniam sicuti, quia Iudeis tradita erant eloquia Dei oportebat (vt dicit Hilarius in psalm. 2.) ad seniores illos recurrere pro intelligentia scripturarum, quæ in numero, & officio illorum seniorum conservabatur, multò magis dicendum, est hoc meruisse fidam Christi Ecclesiam, vt non solum eis crederentur eloquia Dei, sed & sensus quoque illi aperiè tradereetur, præsertim cum Evangelium primario in corde Ecclesie descriptum sit, nec tamen in verborum foliis, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla sit exaratum. Ad Patrum ergo intelligentiam, in quibus sensus Ecclesie certatur, est configiendum.

Ad hominem probatur: nam velint nolint Novatores, Patrum commentarios adhibendos volūt, sic Augustinus Marloratus ait epist. preliminary in expositione cap. 13. in nou. testam. 1561. edita à Roberto. Neque in refutatione dignos censeo, qui se adeo spirituales putant: vi solo bibliorum volumine contenti securè, ac protervè commentarios omnes repudient. Quod enim dicunt non alio tendit, nisi forte se ipsos nō intelligent, quam ut verbis ministerio penitus abutantur, aut singulis liceat de sublimibus Dei mysteriis quicquid velini somniare, & effuire. Ioannes Sturmius in Ambrosia ad Pappum Patrum auctoritatē tuctus, & in contemnentes auctoritatem eorum sic dicit sed cur istud vobis aduersus hos Patres non liceat, cum etiam scripture locos corrumpere vobis, & male interpretando depravare à Magistris impunè concedatur?

### CONCLVSIO CATHOLICA.

*Nullifas est contra communem Sanctorum Patrum consensem, sacram scripturam interpretari.*

**R**Espondeo dicendum sicut dicit S. Thomas q. 24. de veritate ar. 1. ad 4. quod quanto aliquod corpus mobile est propinquius primo motori, tanto in eo maior uniformitas motus inuenitur, quia quanto illi est propinquius tanto est perfectius, & magis actu existens, & minus in potentia, ideo paucioribus motibus mobile. Sed si aliquid dicatur mobile largo modo pro aliquo intelligenti, prout intelligete motus dicitur, qui est actus perfecti, tanto aliquod perfectius est intelligens quanto magis obseruat eundem modum in agendo, cum minus varietur a sua naturalitate, & dispositione quam mo-

dus agendi consequitur, etiam quod ad plures intellectiones se extendat, & operationes; & pluribus motibus intellectio mobile sit, cum respectu talium motuum non sit in potentia, cum intelligere sit motus, qui est actus perfecti unum quodque si quidem operatur in quantum est in actu.

Cum ergo primus motor sit spiritus sanctus per Ecclesiam, & Sanctos Patres loquens, tanto conformior, & verior erit intellectus, & interpretatione scripturarum, quanto Ecclesia, & Patrum consensu mouenti, & determinanti propinquior: eoque perfectior est intelligens, quod sequitur eundem modum operandi, nimirum interpretandi iuxta naturam fidei, cuius ratio formalis est, ut assentiatur propter Ecclesie auctoritatem sane scripturas intelligentias. Quia tamen noui ad unam intelligentiam, vel actu intelligenti determinatur homo in speculatiis, vel actionis scientiis, cum nouos, & nouos producatis (licet unum, & eundem modum operandi sequatur conformiter ad naturam) ita etiam, in actibus fidei, & intellectibus scripturarum si sequatur fidelis doctor eundem modum operandi, sequendo regulam, & analogiam fidei; non tamen ita est actus ut unum, vel alterum intellectum eliciat, cum noue, & noui alium, & alium elicere possit, dummodo recte fidei non contradicat. Et hoc est, quod dicit Lerinensis intelligatur te expondere illustris, quod ante obscurius credebatur. Per te posteritas intellectum gratulatur, quod ante vetustas non intellectum venerabatur. Eadem tamen, quæ didicisti ita doce, ut cum dicas non non dicas noui.

Concluditur ergo, quod quando à Sanctis Patribus sensus litteralis traditur, ut ex illo dogmata prescribant, vel ita cum sensum restringant, ut alio extorqueri non patientur, aut ita eundem sensum tradunt quemadmodum cetera religionis mysteria tradere solent, contrarium penitus exufflando; tunc sensus ille catholicus est, ut nemini licet contra, vel præter sentire. In sensu vero mystico communis sensus SS. Patrum sic firmum argumentum prestat, ut tali interpretationi vnamini illicitum si refragari: secus vero est si mysticus sensus ita tradatur à Patribus, ut ad accuratorem intelligentiam posteris inveniatur; vel sic poteris (etiam in sensu litterali) liberum campum relinquant, ut intelligentia (ab ipsis prius non excogitata) propter profectum religionis, dogmatumque culturam, eandemque textui quadrantem minimeque repugnantem, & ad noue scripturam illustrandam, nouiter adiungatur.

### Solutiones Argumentorum.

**A**D primum respondet, quod Deus scriptura conditor sensum suum illis revelauit, qui scripturas ediderunt; & quibus scriptura consignata sunt, sensus quoque reuelatus est. Vnde & apud Ecclesiam, dicebat Sanctus Iræneus septius citatus, conservari veritatem scripturarum legitima cum interpretatione, apud perfectos, Pastores inquam, & Doctores, qui charisma veritatis patiter cum deposito sibi tradito acceperunt. Quare sentire velle contraria pastoribus, vel doctribus, quibus sensum Deus cum suo spiru alligauit, impium est; cum illic constet (ut dicit Tertull.) esse veritatem expositionum scripturarum, ubi vera est Ecclesia, cuius mem-

# De sacrorum Bibliorum interpretatione. 107

membra præcipua sunt Pastores, & doctores. Non tamen ita est allegatus sensus scripturæ, vt si reperiatur nouus sensus (si modo congruat) ex fecunditate diuinæ literaturæ, & diuini vberate eloquij, commodè non possimus scripturæ sacra sensum tam adaptare, quem etiam inuentum à spiritu dicimus. In eo autem sensu dixit Apostolus, verbum Dei non esse alligatum, quod cum in vinculis esset, impediri non potuit, quin liberè loqueretur. Quia tamen vel diuturnitate temporis, vel locorum disunctione, aut hæreticorum fraude, hominum cordia, vel excidere poterant sensus traditi, voluit Deus diuini verbi interpretationē ad certam lineā dirigi, & certis terminis, regulisque concludi, vt verità fallis sensibus internoscerentur. Inter eos autem terminos est, ne vllus vnquam audeat contra vnaminem Sanctorum Patrum consensum scripturam interpretari. Et tunc pastores, vt iudices habemus; doctores vero, vt directores iudicij Ecclesiastici, nō ut tyrannice dominantur fidei nostræ, sed tanquam nutritores, rigatores post Apostolos, quibus etiam obedientia debetur.

Ad secundum. Non auferunt spes posteris scripturam interpretandi. Quippe qui orthodoxus si non dicat, noua, potest dicere, nouè, imo ea facilius nos sensus fabricandi occasio ministrabitur, quo humilius Patrum iudicio innitetur orthodoxus; & supra petram antiquorum firmiter solidabitur; ita erit scriba doctus proferens noua, & vetera.

Ad tertium, ex sensu mystico Patrum concordi magisterio tradito, si non desumitur argumentum, vt fidem generet, tanti tamen ponderis est eorum auctoritas, vt illis refragari sit temerarium. Concordi autem magisterio traditum esse dignoscimus, cum omnes, vel ferè omnes non perfunditorie, sed firmiter, constanter, perseveranter aliquid assuerant. Vnde nec sensus singulares mysticos Origenis, aliorumque Græcorum Patrum, & Hieronymi super Prophetas scribentis, admittere cogimur; sed impunè, interpretatione singulari dimissa, vel ad litteralem possumus confugere sensum, vel aliud veriorem indagare, quemadmodum modestè Patres præstiterunt. Sed & quando communiter sensus mysticus traditur à Patribus, vt ad accuratiorem intelligentiam posteros inuitent (*vt passim videre est in eorum libris*) tunc modestè pariter à posteris potest eorum interpretatio dimitti, si graviora occurant, quibus alias sensus roboretur; tunc enim talis Patrum consensus non potest assumi, vt mediū ad probandum illum sensum à traditione Apostolica descendere, cum non per modum traditionis publicæ, sed potius, vt privatæ intelligentiæ, sensus spirituales tradere hac via dignoscantur, & secundum has limitationes ab Andratio lib. 2. de script. fac. & traditione à temeritate vindicatur Dominus Caietanus. Nunquam enim tam pio viro in mente venire potuit se yelle opponere sententiam suam torrenti sanctorum, Patrum testimonio quando secundum literam sive secundum spiritum constanter intelligentiam scripturæ tradunt, cum ipse net Caietaustanti fecerit Patres in opusc. de auctoritate Papæ, & in opusculo de missæ sacrificio, vi ex ilorum consensu, & interpretatione de hostibus Ecclesiæ palmam reportarit. Quare non debebat Caietanum, quem Patrem suum vocat Canus, in iudi-

cium vocare longoque verborum circuitu illum magis verbo, quam ferula verbare, sed potius cū extero Andratio amicè, & comiter excusare, sicut amicabiliter excusamus.

Ad confirmationem primam, & secundam ex Patrum auctoritate desumptam, respondeatur illis omnibus auctoritatibus tām Latinorū quam Græcorum Patrum probari licere nouum sensum veritati fidei congruentem, in scripturis interpretandis exprimere, esto quod à prioribus catholicis tractatoribus non sit excogitatus, vel ab illis non sit reiectus: securè autem vocis est illos afferere, quos ipsi asseruerunt: de quibus dicit Augustinus 7. contra Iul. versus finem, quod diuina familia dominica cibaria fideliter ministrantes ingenti in Domino gloria claruerunt, quique, vt ibidem dicit, lac, & cibum parnis magnisque ministraverunt, fidemque Catholicā, contra imicos etiam vos, Caluiniani, Lutherani, tunc nondum naros, unde nunc reuelamini, apertissime, ac fortissimè defenderunt, & quoniam Patrum veneranda canicies, per quos ad nos peruenit Euangelium, traditio, sensus scripturarum, & scripturæ ipsæ, impudenter proscinditur, aduersus hanc infiam sequenti præscriptione de Patrum auctoritate respondendum est, vt fides quoque aduersus vos Caluinianos, Lutheranos defendatur istorum, sicut contra impios, & Christi professo inimicos etiam ipsum defenditur Euangelium Iesu Christi, qui est benedictus in secula.

## ARTICVLVS QVARTVS.

An in Ecclesia reperiatur dictus germanus sensus scripturarum traditione acceptus, ad dogmata firmando, & hæreses exuffandas.

### Hæreticorum praetextus.

**E**T si omnibus Christianis, & multis hæreticis commune principium firmum fixumque sit, sacras, & diuinæ scripturas diuinæ esse, & à Spiritu sancto editas; controversia est inter nos, & illos, apud quos sit legitimus eorum sensus, & expositio, hinc Hæreticis tantibus apud ipsos reperiti, inde Catholicis merito profitentibus, apud ipsos existere, & irreftagabilem illam successionis machinam adhibentes, nimirum illum scripturæ sensum servandum esse, qui ab Apostolis continuata temporis successione per medias ætates, usque ad nos peruenit, & in Ecclesia cōseruatur. Quare videndum modo restat; Vtrum in Ecclesia Catholica talis sensus traditione acceptus reperiatur.

### Argumenta Aduersariorum.

**P**RIMO, quia sat est littera, & spiritus. Ut quid ergo tot somnia traditionum introducuntur, & illis magis fidunt, quam verbo Dei.

Secundo. Quia tales sensus, qui dicuntur traditio ne suscepit, sunt potius hominum commenta Augustini, Hieronymi, vnde dum semper in ore Papi starum resonauit vox ista. Patres Patres, Concilia, iam per mille annos non est purè prædi-

catum euangelium, ut factum est Lutheri temporibus. Et potius cōscientiæ captiuatæ per homines, quam per Christum sanatæ, & illi mulieri Hēmor rhoisse æquiparantur, quæ cum omnem substātiā suam consumpsisset in medicos, a solo tamen Christi tactu sanari potuit. Nouatores communiter.

Tertio. Quia difficile admodum est talem sensum venari. Apostolos enim ecclesia non audiuit, nec vñquam audiuimus DD. viros apostolicos, qui nobis sensum aliquem tanquam Apostolicum tradiderint, vel vt talem in suis commentariis designarent: nam vel suos obtrudunt, vel ab aliis excoxitatos recitant, Apostolicam veram traditionem reticentes; quod non tacuerint, si tanquam ab Apostolis acceptos agnouissent.

Quarto, si talis sensus in Ecclesia seruatur, consilios foret in monumentis consignari, ad illum tenacius conseruandum, fidelium faciliorem instrutionem, hæreticorum evidentiorē confutationē, ad diuturniorem, ne per ora effluens euanesceret, conseruationem.

Vltimo, si aliquis esset sensus traditione acceptus, maximè esset, qui Apocalypsis librum enucleasset, at vicini Apostolorum temporibus illum librum non intellexerunt, vt Irēneus, Iustinus, & Papias, imo Hierusalem carnaliter intelligentes Milleniorum errori viam strauerunt.

#### *Confutatio eorundem ex orthodoxorum firmamentis.*

**S**ed contra est primo auct. scripturæ super cathēdrām Moysi, &c. omnia ergo quacumque dixerint deobis seruare, & facite, &c. quæ verba ponderans S. Hilar. in psal. 2. ait. 'Doctrina ergo horum in posterum, quæ ab ipso scriptore legis accepta, in horum seniorum numero, & officio conservata est, si ergo tradita scripturarum intelligentia per Moysēm data, conservata est in synagoga vsque ad tempus Dominicæ prædicationis, multò magis in Ecclesia sensum scripturarum à Christo, & Apostolis traditum conservatum esse, credendum est.'

Secundo probatur ex doctrina Patrum, qui sunt allegati in superiori articulo, & etiam ex eorundem praxi, nam non iuxta proprium sensum, sed sicut ante illos intellexerunt homines Dei, hæreticos debellaront, sic Augustinus Donatistas, & alios, Hieronymus Iouianum, Origenes Cellum, Cyprianus Nouatum, Tertullianus Marcionem confutauint.

Tertio rationibus. Prima, quia idem Spiritus sanctus, qui scripturam inspiravit, interpretationem, & intelligentiam pariter reuelavit, sed modo in Ecclesia non sunt aliæ scripturæ, quæ in illæ, traditæ à viris Apostolicis, quas ab Apostolis accepérunt: ergo & sensus, & intelligentia eorundem nostra est alia, nisi quæ per traditionem accepta est.

Secunda ratio. Hic sensus scripturarum, qui modo in Ecclesijs insonat cum antiquo Ecclesiæ statu concordat, & cum matribus, & originalibus Ecclesijs ab Apostolis fundatis, quæ vt dicit Tertullianus lib. de præscriptionibus, primum viua voce, & postea per scriptum, quæ tradiderunt aut scripsērunt accipit: ergo, &c.

Tertio, quia cum scripturæ catholicis, & hæreticis

& hæreticis sint communes, nec scripturis obtineamus certamen (vt scripsit Tertull.) est enim inutilis provocatio hæreticorum ad scripturas, ad traditionem est configendum, & ad eos viros Apostolicos, qui ante exortam item de aliquo scripturæ intellectu, verū sensum tradiderunt, vt de illis triumpharemus. Sed hac via omnes hæreticos scriptores quidē allegantes, sed perperant intelligentes, ecclesia expolit; ergo apud ipsam vetus sensus traditione acceptus afferuatur, quo varias, & peregrinas doctrinas de falsitate reuinat.

Vltimo, principaliter arguitur ad hominem. Lurh. epl. ad Gil. cap. 5. Hilarius, ait, *Cyrillus, Ambrosius, Augustinus, Euangelium, & fidem in Christū, absque illa hypocrisi pure, & simpliciter tradiderūt.* certe aliud est Euangelium, aliud scriptura 'Euangelij, hæc in nudo sono, & littera consistit, illud in littera, & sensu. Eadem sententia vrontur Ceturi. 5. cap. 4. *Ettam quinti seculi Patres do Trinam de vero Deo cōtra hæreticū corruptelas summa fide tradidisse, & defendisse, Trinitatis doctrinam custodiuisse, Christi incarnationem summa fide tractasse.* Certum est autem secundum sonum litteræ v. g. pater maior me est, Arianos visos palmam reportasse apud imperios, sed secundum sensum, & explicationem à PP. acceptam, & in Ecclesia custoditam, viatos, & protostatos esse; sic & vniuersos alios hæreticos, Nestorianum, Valentiniū, &c. qui nuda littera freti, plausum sibi à multis comparabant, fugatos, ex sensu, & traditione dicimus, vt aduersarij confitentur.

#### *CONCLV SIO CATHOLICA.*

*In Ecclesia afferuatur verus, & legitimus scripturæ sensus à traditione descendens.*

**R**espondeo dicendum, sicut dicit Irēneus lib. 3. cap. quarto, quod non oportet querere apud alios veritatem, quam facile est ab Ecclesia sumere, cum Apostoli quasi in depositorum dñes, plenissimè in eam conulerint, quæ sint veritatis. Inter tradita vero, scriptura annumeratur, quæ (vt scripsit Hieronym. in cap. 4. ad Galat. non pro voluntate legentis, sed proscribentis auctoritate, sic expoundebit, vt Dei appareat non hominis, id est, vt Dei spiritu exponatur, nec enim in verbis scripturarum (dicit idem) sed in sensu est, non in superficie, sed in medulla: non in sermonum polys, sed in radice rationis, vt dicit in ep. ad Gal. cap. 1. idem. S. Porro hunc spiritum haurire non possumus, nisi ab his, qui successionem habent ab Apostolis, ex Irēn. lib. 4. cap. 4. qui cum Episcopatus successione, charisma veritatis certū secundum placitum Patris acceperunt, & vt dicit idem cap. 63. quibus illi eam, quæ in unoquoque loco est Ecclesiæ, tradiderunt: per quos quoque, agnitio vera, hoc est, Apostolorum doctrina, ex eodem peruenit usque ad nos. Sicut ergo veritatem Ecclesiæ, & traditionem scripturarum ex ista successione deprehendimus, ita, & eorundem sensum, eadem via, & successione venamus. Quare sicut Ecclesiam, & scripturas reperimus cum charismatibus divinis illi promissis, per eam (quæ est ab Apostolis) successionem; ita quod sanum, quod irreprobatibile, & incorruptibile)

# De sacrorum Bibliorum interpretatione. 509

bile) ut idem dicit Iræneus 4.lib.cap.45.) hoc est, vt exponit cap.63. pariter reperiatur, nempe custodita traditio sine fictione, scripturarum tractatione plenissima, neque additamentum neque ablationem recipient, & lectio sine falatione, & secundum scripturas exppositio diligens. Verus ergo sensus scripturarum, ut scripture ipse, in Ecclesia, ut in ditissimo deposito illibatae custodit.

## Solutiones argumentorum.

**A**D primum responderetur. Spiritus iste, qui cum littera iungitur non excludit traditiones, quas aduersarij somnia, & extranea à verbo Dei esse mētiuntur, sed illos potius includit, quas veluti viuam vocem mortuam litteram fermē animantem, Patres venerantur, & laudent. Ipsi videant, Ecclesiæ sensu, & traditione relicta, quomodo translati sunt in aliud Euangelium. *Omnis enim ut dicit S. Hieronym. in cap. 1. ad Gal. qui Euangelium alio interpretatur spiritu, & mente, quam scriptum est, credentes turbar, & conuertit Euangelium Christi, ut id quod in facie est post ergum faciat, & ea que post ergum sunt, in faciem vertat, si quis tanum litterā sequitur posteriora ponit in faciem, &c.* Proprius hoc autem hæretici sunt; quod Ecclesiæ sensu relictō suum præferūt, & Ecclesiasticum irident sensum. vnde Hier. in c. 33. El. lib. 7. cum dixisset eos corrueire, omnem sublimitatem sensus scripturarum, & ad humilia deuolui, subdit statim, ut sensus hæreticorum irriserit creatorē patrem, & senectutem matris Ecclesiæ despicerit, effuditur à tebris, & immundis volucribus, & adimpleri dicit, quod scriptum est. *Oculum, qui irridet patrem, & despicit senectutem matris, effodiā eum corni de conuallibus.* & iam experientia speciali cernimus in Lutheranis, & Calvinianis, quām etiam in cognitione rerum naturalium sint excæcati, facientes Deum authorem peccati, &c. & quia horribilibus sannis Deum patrem blasphemarunt, nou mirum si in matrem Ecclesiæ sint debacchati.

Ad secundum. Non est mirum si nihil probantes sic arguunt hæretici, nam ut scribit S. Hieronym. in Ezech. cap. 16. hoc est proprium hæreticorum, ut unusquisque se putet robustissima colere, & habere, quæ finxit, & ut dicit in cap. 34. qui dogmatum non custodiunt veritatem, magistrumque habent præsumptionem suam, simili errore retinenerit. Qui cum populo persuaserint vera esse, quæ fingunt, & in theauralem modum, plausus concitauerint, & clamores, immemores sunt imperitiae sue, & adducto supercilios libratisq; sermonibus, atque trutinatis, magistrorum sibi assumunt autoritatem. vnde quod illi vult pent magisterium temeritatis est: quod nos Patres, & Concilia veneremur, Christianæ modestiæ est, & b his enim Christus Dominus volunt peti scripturæ interpretationem, ut supra dictum est. Quare non est substantiam erogare in medicos, sed potius à medicis contra venena ipsorum, quæ etiam in syllabis latent, pharmaca comparare. Nec immediatè Christum tetigit, sed vestimentum Christi mulier illa, quæ sanata est, Christi autem vestis Ecclesia est, ut nec salutem sperare possit à Christo, si vestimentū eius despiciat. Videat ipsi quantam iniuriam irrogent vesti, dum hæreticum sensum doctrinæ ecclesiæ, aut scripturis connectere conantur, cum (ut ait Hieron. in Ezech. cap. 8. *Dominica tunica desuper sit contexta per totum,*

*& scindi omnino non posset, sed texta Spiritu sancto nullam recipiat scissionem.*

Ad tertium, & si in actu signato non traderent nobis PP. hos vel illos sensus per manus accepisse, satis est, si (ut dixit Vincentius Lerinensis cap. 40.) non in quibusvis diuinæ legis questiunculis, sed in rebus ad fidei regulam pertincentibus, quicquid, ut dicit cap. 3. non unus, aut duo tantum, sed omnes pariter uno eodemque consensu, aperte, frequenter, perseveranter tenuisse, scripsisse, docuisse cognoverit, id sibi quoque intelligat absque vlla dubitatione credendum. Et sic sensus huius genetis innumeris sunt in PP. monumentis. An autem omnium dictorum, & verborum singulares sensus, quos tradiderunt Apostoli in Ecclesia coherentur, difficultas est. Quidam apud Rogerium negant: alij affirmant, apud eūdem opusc. de sensibus sacrae script. cap. 8. Satis est si assertatur, totius scripturæ, & singulatum eius partium plenè apparere sensum ab Apostolis traditum, & in Ecclesia custoditi, qui fidei, & charitatis legibus deferruit: abditarum vero questionū maximè earum, quæ ad fidem non pertinent, vel occultiorum mysteriorum Dei, non ita facile apparere, qui nam sensus sit ex Apostolica traditione descendens.

Ad quartum, satis in monumētis PP. asseruatur, sensus traditi ab Apostolis ex regula Vincentij, qui etiam si non scripti essent à Patribus, traditione per manus accepta, scripturam possemus interpretari.

Ad ultimum, Apocalypsis obscurissima est, & quot habet verbā tot retinet sacramenta. vnde difficillimum est ex varietate interpretatum, & modo interpretandi, cognoscere quis sensus sit in omnibus capitulis, traditione susceptus.

## ARTICVLVS QVINTVS.

*An apud Hæreticos fit legitima scripturarum interpretatio.*

### Nouatorum iactantia.

**V**etus fuit Hæreticorum iactantia se solos sapere, & legitimam scripturarum interpretationem apud ipsos solos esse. Id præter antiquos Gnosticos, tenuerunt Manichei, & alij Hæretici, de quibus latè primo tomo controversiarum dictum est. Hos è vestigio secuti sunt Nouatores, qui ut legitimos possidores verbi Dei se venditant, boantes apud se esse purum Euangelium, semetipsos ut Euangelistas, & nouos Euangelijs præcones, & bucinatores imperitæ plebeculæ venditantes, ut alias abunde dictum est.

### Argumenta eorundem.

**A**Rguitur primo. Papistæ non purè prædicant Euangelium, sed Patrum commenta, captiuando, & cruciando conscientias hominum, ipsi vero purum verbum absque glossis hominum, imperitum prædicant verbum Dei; vnde cum illi sint cauponantes verbum Dei vinum aqua miscentes, isti purum vinum scripturæ propinent, scripturam per scripturam exponendo, synceram habent verbi Dei interpretationem.

Secundo, quia ipsi, quod scriptum est seruant, aiunt, nempe illud Deut. 4. v. 2. non addetis ad verbum, quod loqueretis, nec auferetis ex eo, & illud Deut. 12. quod sic præcipio hoc tantum facito Domino, nec addas quidquam nec minuas, at Papistæ sunt, qui addunt explicationes, traditiones, &c.

*Confutatio eorumdem ex orthodoxorum firmamentis.*

**S**ed cōtra est primo authoritas scripturæ Mat. 7. Attendite vobis à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, quæ verba interpretans S. Vincentius Lerinensis lib. contra prophæt. vocum nouitates cap. 36. ait. Quid est vestitus ouium, nisi Prophetarum, & Apostolorum proloquia? Qui sunt lupi rapaces, nisi sensus hæreticorum feri, & rabidi, qui eaulas Ecclesiæ semper infestant, & gregem Christi quæque possunt dilacerant, sed ut fallacius incutis ouibus obrepant, manente luporum feritate deponunt lupinam speciem, & sese diuine legis sententias, velut quibusdam velleribus oboluunt.

2. Petr. cap. 3. scribit eosdem, Paulinas epistles deprauasse, sicut & ceteras scripturas ad suam ipsorum perditionem.

Secundo arguitur ex PP. Iræn. lib. 1. ad hæret. c. 1. de Valentianis, quod omnibus hæreticis est commune, ait. Non solum autem ex Euangelicis, & Apostolicis tentant ostensiones facere, conuertentes interpretationes, & adulterantes expositiones: sed etiam ex lege, & Prophetis cū multe parabole, & allegoriæ sint dictæ, & in multa trahi possint, ambiguum, per expositionem propensius ad figuratum suum, & dolosè adaptantes in captiuitatem ducunt à veritate eos, qui non firmant fidem in unum Deum Patrem omnipotentem, & in unum Iesum Christum filium Dei conservant.

Clemens Alexand. lib. 7. Strom. Quod si prophetæ quisque scripturis viti auferint, qui persequuntur hæreses: primum quidem non omnibus: deinde non perfectis, neque ut dictat corpus, & contextura prophetæ: sed eligentes ea, quæ dicta sunt ambiguae traducunt ad proprias opiniones, &c. & postea. Neque ergo volunt conuersti ad veritatem, ut quos pudeat deponere commodum sui in se ipsos amoris, neque sciunt qua ratione possint stabilire suas opiniones, scripturis vim afferentes, &c.

Tertull. lib. de præscript. c. 38. ait de Hæreticis, quod alius manus inuerit scripturas alius sensu expositiones intervertit, & exemplificat. Neque enim si Valentinus integro instrumento uti videtur, non callidiori ingento, quam Marcion manus iniulit veritati. Marcion enim exerit, & palam machera, nō stylo usus est, quoniam ad materiam suam, cædem scripturarum confecit, Valentinus autem pepercit: quoniam non ad materiam scripturas, sed materiam ad scripturas excogitauit: & tantum plus abiulit, & plus adiecit, auferens proprietates singulorum quoque verborū, & adiiciens dispositiones non comparantium rerum, docens maius damnum inferri ab Hæreticis scripturas violenter exponendo, quam illos machera obtundendo.

S. Cyprianus lib. de unitate Ecclesiæ de Hæreticis dicit, quod sunt corruptiores Euangelijs, atque interpres falsi, qui extrema ponunt, & superiora prætereunt, partis memores, & partem subdolè comprimentes.

Origenes in Matt. hom. 29. ait, quod Hæreticus volens seducere, ait. Ecce hic est Christus, demonstrans v.g. hunc euangelium locum. Alterius autem author erroris, dicit; ecce hic est Christus, afferens ad exemplum alterum textum. Legatur etiam homil. 31. in Exodum.

S. Athan. tom. 2. fol. 271. Quis eorum est, ait, qui se catholicæ Ecclesiæ hostes profiteruntur, qui ut in nullam partem discussa, fides suis habeatur dictis non postulet? Siue Græcum mihi nominaueris, siue Manicheum, siue Arium, siue Apollinarium, siue alium horum alicuius asseclam. Nonne deprecatur examen ne conuincetur erroris? Nonne alia quidem ex suo cerebro eructando, alia de diuinæ scripturæ congruentia amputando, & ad scopum suum detorquendo, demonstrationes profert, quas nemini curiosè perscrutandas esse, ut optat, ita affirmat, legatur etiam 2. oratione contra Arianos.

S. Hilarius 2. de Trinitate dicit de Hæreticis, quod cælestium verborum simplicitatem pro voluntatis suæ sensu, non pro veritatis absolutione susciperent aliter interpretrandam, quam dictorum virtus postularet. De intelligentia enim hæresis non de scriptura est, & sensus non sermofit crimen,

S. Ambrosius 4. in Lucam explorans secundam tentationem Christi. disce hinc, ait, quia satanas se transfigurat in Angelum lucis, & de scripturis ipsis saepe diuinis laqueis fidelibus parat. sic hæreticos facit, sic euiscerat fidem, sic iura pietatis impugnat. Ergo non te capiat Hæreticus, quia potest de scriptura aliqua exempla proferre, nec sibi arroget, quod doctus videtur, &c. lege eundem in comment. ad Tit. 3.

S. Augustinus lib. 3. contra Donatist. cap. 19. ait. Ad imaginem phantasmatum suorum, cum quibus voluntari carnis anima delectatur, conuertit omnia sacramenta, & verba librorum factorum. Et serm. 98. de tempore. Imaginem scripturæ tenent, sed intelligentiam alienam à Deo, & veritati contrariam introducentes.

S. Hieronymus in Osee cap. 7. de ijsdem loquens ait, quod instructi de scripturis sanctis, aduersum dominum legis, & Prophetarum, & Euangeli verbæ vertunt, & sunt quasi arcus dolosus, siue peruersus.

Sanctus Gregorius lib. 18. moralium cap. 10. non absurdè, ait, impii vocantur hæretici, qui per errorem præui dogmatis à cognitione sunt veritatis alieni, quos sequenti verbo etiam violentos appellat, quippe qui scripturæ sacræ sententias recta dogmata, continent, ad intellectum præui conantur violenter infletere, &c. 11. qui etiam, ait, sicut latum preparat vestimenta, quia stuxæ, & inquinabiliter ea, quibus se tueri volunt scripturæ sacræ contextunt testimonia.

Titus Boltenensis Episcopus lib. 3. contra Manichæos. Fingunt honorem Euangeliorum, oportebat autem eos, siquidem Euangelia honorabant, non circumcidere Euangelia, non demere de Euangeliis, non alia opponere. Adscriperunt itaque quemque voluerunt, & deiraxerunt quemque iudicauerunt, quod luce clavis ostēsum est supra oculariter, & postea. Plus enim quam Gentiles Euangelia inhonorauerunt; illi non recipiunt, & non recipiendo non corrumptunt, sed solum reiiciunt: non tamen calcant litteras: hi vero cum receperisse videbantur, calcauerunt, insultarunt, & adulterauerunt litteras: & quod prestigiantes, & improbi fecerunt: illi soluendo non crediderunt de eis à se differi non patiuntur: hi vero in medium prodeentes concitunt concentus soluere modulationem, doctrinis artificio

# De sacrorum Bibliorum interpretatione. 511

artificio fabricatis tollere ausi sunt, preparato nomine Euangeli, ut esset fallacie causa. Hec ille Nouatorum genuum per bellum depingens. Cedrenus in compendio historie scriptis de Constantino Manichaeo, qui se Sylvanam vocabat, quod ita suis tradidit Euangelium, & Apostolum, & vi nihil à scriptura different apud nos receptione, sed singula capita ad suam detorsit heresim.

Tertio probatur inductione, nam Sabelliani, qui & Patrissiani dicti sunt, illum locum. Ego, & pater unus sumus, quod ad identitatem essentiae referunt, perperam ad identitatem personarum referentes, dogmatizant eandem personam vocari Patrem, & Filium, diuersis tamen respectibus. Ariani legentes, Pater maior me est, Filium non esse Patri equalis dogmatizant, sensum peruersum inducetes, Ecclesiae sensum relinquentes assertentis minoritatem intelligi secundum humanitatem. vide Athan. 2 contra Atian. Hil. 5. & 11. de Trinit. Aug. 3. contra Maximum cap. 24. & 25. Macedoniani legentes illud 1. Cor. 2. Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei, spiritum sanctum negant esse Deum, & sic insulte rationabantur. Qui scrutatur dubitat, dubitans, est ignorans, ignorans Deus esse nequit. nescientes, scrutari etiam significare omnia penetrare, atque comprehendere 1. Petri. 28. omnium corda scrutatur Deus. &c. Manichaei legentes illud Io. 8. Vos ex patre diabolo estis, inuidum a deum factum somniant, nescientes intelligentiam scripturarum, docentis filios dici quoddam interdum, qui per imitationem opera alicuius sectantur. unde Iudei per imitationem filij diaboli dicti sunt, & per malitiam, non autem per naturam. Vide Aug. lib. contra Adamantum Manichaeum. Pelagiani perperam intelligentes illud Ezech. 18. filius non portabit iniuriam patris, peccatum originale eliminabant; cum tamen sensus eius loci sit. Filius si non sit particeps iniuriae patris, non portabit iniuriam patris, ex August. 1. 7. post collat. c. 7. certum verò est omnes, qui seminali tatione ab Adam descendunt peccatum originale contraxisse. Ex illo loco Ioannis 6. Spiritus est, qui vivificat, caro non prodest quicquam, praesentiam corporis Christi negant in Eucharistia Caluiniani dicentes, quos sum caro Christi asseritur in Eucharistia, si cato non prodest quicquam? Similem consequentiam confidentes, quam veteres Heretici, Sadducei subscriptentes, conferunt, de qua meminit Tertull. lib. de resurrect. carnis cap. 37. cum tamen, ut exponit August. tract. 27. in Ioanne, caro non prodest quicquam quomodo Iudei intellexerunt. carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadavere dilaniatur, aut in macello venditur, non quomodo spiritu vegetatur.

Quarto rationibus. Primum & colligitur ex Patribus ex Tertull. sup. Vbi enim vera Ecclesia, ibi est veritas, & expositio legitima omnium scripturarum & Christianarum traditionum. Sed apud hereticos non est vera Ecclesia. ergo apud hereticos non est expositio vera, & legitima interpretatio. Minor probatur ex dictis, & latius vbi de nouis ecclesiæ.

Secundo. vera intelligentia scripturarum à Christo Domino deriuatur, qui & aperuit Apollolis sensum, ut inteligerent scripturas, vnde per hoc ostiū nobis est introendum, ut pascua inueniamus, sed

heretici, ut dicit Clem. Alex. 7. stro. perfracto muro tanquam fures, & latrones irruunt in Ecclesiam; ergo, &c.

Tertio, clavis scientiae ad aperiendū divina mysteria à Christo Ecclesia data est, at ut dicit idem Clemens eodem loco, ne ipse ingressus clauem habentes, sed falsam quādam, & ut dicit consuetudo antiqua id est aduersam clauem habent: ergo, &c. & licet iacent se esse veram Ecclesiam, tamen ut dicit Hieronym. lib. 1. coment. Michei cap. 1. quamvis conciliabula sua vocent Bethel, tamen post fabricationem idolorum desit esse Bethel, & vocatur Bethuem, quod dicitur domus Idoli.

Quarto, ad rectam intelligentiam scripturarum ad Patres, & Ecclesiae traditionem opus est confutatio, ut eleganissime probat Lutinensis toto lib. aduersus prophanas vocum nouitates, at heretici Patres despiciunt, magisterium Ecclesiae contemnunt: ergo, &c.

Quinto. Illi non habent veram intelligentiam scripturarum, qui non habent authenticum canone, nec habent authenticam versionem: at (ut in præcedētibus monstratum est) Heretici non habent verū canonē, quia qui à Lutheris, vel Calvinistis fingitur, nō est antiquus à veteri Ecclesia dato, nec illi conformis, sed ab eo est disformis, multo enim libros truncant, &c. quos veteres PP. receperant. itē non habent veram versionem, ut supra ostēsum est: ergo, &c.

Sexto, diuinæ gratiæ rore, aut pluia opus est, ut mens nostra irroretur, ut fecundari possit ex diuinarum scripturarum lectione. at ex Hieronym. in Esa. lib. 2. & in cap. 8. Amos, dominus reprimit ab hereticis pluias spirituales, & omnem rorem diuinæ sapientiae, & mandat nubibus suis, ne pluant super eos imbre, &c. ut ad fructus mysterii Trinitatis peruenire non possint. & postea, pluia autem Dominus super unam ciuitatem veræ confessionis Ecclesiam, & super alterā non pluit, quæ in hereticorum conciliabulis est.

Vitimo probatur ad hominem. nam Lutherus tom. 1. Vitember. in explic. 8. præcepti ait de Picardis, quod nudo ingenio freti in scripturam irruunt illotis pedibus, sicut porci, tāquam sit humana quedam scientia, adeo nullo reverentiā discrimine versantur in illa. Inde veniunt tot prompti ad docendum, qui statim cognita Grammatica Theologiam sine omni studio profitentur, dicentes. Hem, Biblia res facilis est. Maxime id faciunt, qui dijenderunt verem suum siliquis porcorum, id est Philosophorum. Vnde de eis conqueritur B. Hieronymus, quod arbūrio suo trabunt repugnātem scripturam, & tam proverbiū factum est, scripturam habere nō sum certum.

Calinus lib. 4. instit. c. 17. §. 25. de Luthero, & suis ait. [Excipiunt se verbum Dei habere, quopala facta est Dei voluntas. nempe si illis conceditur dominum interpretationis ex Ecclesia profligare, quod verbo luce afferat. Facto illos habere verbum, sed quale olim Anthropomorphite, qui Deum corporum fecerunt, quale Marcion, & Manichaei, quem fingerent Christi corpus, vel celeste, vel phantasticum, citabant enim testimonia. Primus Adā ē terra terrestris, secundus Adam ē celo cœlestis. Item Christus seipsum exinanuit, forma accepta.] Hec ille.

## CONGLVSIO CATHOLICA.

*Non reperitur in Hæreticis vera, & legitima  
scripturarum interpretatio.*

**R**espondeo dicendū. Hūc esse morē Hæreticorū qud sub scripturæ sacrae titulo, & fallantur, & fallant, nec enim alio titulo tales deprehenduntur (vt ait August. lib. 7. de Genes. ad literas cap. 9. nisi quia scripturas non recte intelligentes, suas falsas opiniones cōtra earum veritatem pertinaciter asserū), cumque iuxta regulas rationis ex veris nunquam falsa probari possint; & multo magis ex regulis, fidei, ex diuinis scripturis recte intellectis impossibile sit sequi errores, & falsitates; necessarium putat, scripturas depravare, vt ex scripturis perperam intellectis, & extortis, hæreses subornent atque corroborent. Propterea ait S. Irénæus lib. 1. c. 1. *Parabolæ dominicas, vel dictiones Propheticæ, aut sermones Apostolicos, peruertere conantur, vt figmentum illorum non sine teste esse videatur.* Modò vero quomodo scripturas extorqueant, subdit idem. s. quod ordinem quidem, & textum scripturarum supergredientes, & quantum in ipsis est soluentes membra veritatis. Transferunt autem, & transfigunt, & alterum ex altero facientes, seducunt multos ex iis, quæ optant, ex dominicis eloquii male compoto phantasmati. Et pulchrum simile adducens ait. *Quomodo si quis Regis imaginem bonam, fabricatam diligenter ex gemmis preciosis à sapiente artifice soluens subiacentem hominis figuram, transferat gemmas, & reformans, faciat ex eis formam canis, vel vulpeculæ, & hanc male dispositam dehinc confirmet, & dicat hanc esse Regis illam imaginem bonam, quam sapiens artifex fabricauit.* &c. eodem modo, & hi anicularum fabulas affuentes, post deinde sermones, & dictiones, & parabolæ hinc inde afferentes, vt aptare volunt fabulis suis eloquia Dei. Contra ergo aperte legitimam scripturæ sacrae interpretationem apud Hæreticos non repetiri.

*Solutio oppositionum.*

**A**d primum. Puritas Euangelicae doctrinae in hoc agnoscitur, quod scripturarum interpretatio ad normā Patrum, & Conciliorum, & Ecclesiæ sensum ditigatur, vt dicit Lerinensis libro contra prophanas vocum nouitates cap. 2. nec captiuat expositionibus conscientias hominum, neque eas cruciat, sed solatur, dum vna infallibili interpretatione (ne in insertum feramur) intellectum nostrum firmat. Ipsi potius captiuos faciunt, & miseris auditores, dum (vt ait Gregorius 18. moral. cap. 14.) *Laudari tanquam de excellenti ingenio cupiunt, quasi noua quedam proférunt, quæ in antiquorum Patrum libris veteribus non tenentur: siveque sit, ut dum videri sapientes desiderant, miseris suis auditoribus stultitiae sermones spargi.* Quare vt nos admonuit S. Irénæus lib. 5. c. 20. fugere oportet sententias ipsorum, & intentius obseruare, vt ne vexemur ab ipsis: configere autem ad Ecclesiam, & eius fini educari, & dominicis scripturis enutrir. Platata est enim Ecclesia paradisus in hoc mundo. Ab omni ergo ligno paradisi escas manduca-

bis, ait Spiritus Dei: id est ab omni scriptura dominica manducate: superelato autem sensu, ne manducaueritis, neque tetigeritis uniuersam hæreticam dissensionem. Ipsi enim confitentur semetipsoſ agnitionem habere boni, & mali, & super Deum, qui fecit eos, iaculantur sensus suos impios, supra igitur sentiunt, quem est mensura sensationis. Quapropter, & Apostolus ait, non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad prudenter, vt non illorum manducantes agnitionem, eam, que plus quam oportet sapit, proticiemur de Paradiso vite. Quomodo ergo purum verbum Dei prædicare se iactant, cum ipsi adulteratos verbi Dei deprehendantur? recte Catholici in persona Apostoli dicere possunt, quod scribitur 2. Cor. 2. non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur, &c. quod exponens S. Irénæus lib. 4. cap. 43. Tales presbyteros nutrit Ecclesia, &c. intellige sinceros nequaquam corruptores, sed legitimos expositores.

Ad secundum, Patrum, & Ecclesiæ interpretationem non est additio, sed explicatio, que explicatio de Apostolico fonte manauit, qui cum scripturis verâ, & legitimam interpretationem deposituerunt apud Ecclesiam, In qua est lectio sine falsatione, & expositiō legitima, vt dicit Irénæus 4. lib. cap. 63. Ipsi sunt nedum mures Aquilonares, qui scripturas corroserunt, vt supra ostensum est, sed & centonum assatores, qui extraneos, & peregrinos sensus addiderunt.

## ARTICVLVS VLTIMVS.

*An apud Iudeos, & Rabbinos reperiatur vera intelligentia scripturarum.*

*Positio Aduersariorum.*

**A**deò Hæreticorum, & Iudaizantium schola suæ crevit, vt relictis sanctorum Patrum expositionibus, velint non aliunde petendos sacratum litterarum interpretationes, quam è luctuantis Rabbinorum interpretationibus, & commentatijs, unde ex eorum scriptis compilant scholia, vt nonnisi Rabbinos, non Apostolos virosque apostolicos promagistris, & interpetribus sibi elegisse manifestè appareat. De his inenim Michael Medina lib. 7. de recta in Deum fiducia c. 11. Alij vero sic temperant, vt nostra Euangelica, & Apostolica cum Iudaicis interpretationibus cohædere existimant, ita refert Castro in Apologetico lib. 1. & in disputatione de translationibus lacra scripturæ cap. 48. 49. & 50. vt apud Iudeos sit sensus litteralis, apud Catholicos Patres sensus spiritualis, & litteralis à Iudeis spiritualis à PP. sit petendus. Hac via (vt scripsit Epiph. 3. lib. aduer. hæref.) diabolus, qui aduersus nos assidue bellat, imitatur veneficos, qui venena poculis vini generosi infusa, nec opinantibus porrigunt, toxica miscent preciosissimis quibusque cibis, & edulis iucundissimis, vt veneni acerbitas vini suavitate, aut escae iucunditate delitescat. Sic enim Zabulus per viros magni nominis Christiani insidias tendit, per Christianos ipsis magna existimationis, nec per Lutherum solum, Müsterum, Oecolompadum, sed per viros alias orthodoxos, qui Rabbinicis scriptis delectati ad eorum præceptum, relictis PP.

# De sacrorum Bibliorum interpretatione. § 13

volunt scripturam interpretandā. Sed hoc est opus diaboli, ut fallat, & querat per quos fallat.

## Argumenta aduersariorum.

**P**rimo ergo arguitur ex SS. authorigitate praecepit Hieronymi, qui sepē in suis commentarijs iudaicas interpretationes sequitur, eosdemque misericordē commendat, Praeceptores Rabbinicos extollit, nec in omnibus veteres Patres fecutū esse aperi-  
tissimē proficitur.

Primus locus est Osee 4. ijs verbis. Verum tamen unusquisque, &c. vbi sic dicit. Nos sequimur Hebreos, &c. & in ca. 6. vers. [Princeps sacerdotum] se iactare videtur, quod ab Hebreis eius loci expositionem didicerit.

Secundus locus Amos 2. Ecce ego stridebo, &c. post eius loci expositionem ait idem. Hoc Hebrei autem, & sicut ab illis nobis traditum est nostris, fideiter exposuimus.

Tertius locus in c. 7. Amos ibi. Hac ostendit mihi, habet. Diximus, ait, posuimus quid ab Hebreis nostris iuxta historię veritatem traditum sit.

Quartus locus Micheæ 1. ibi. In Geth nolite numerare, ait. Hucusque secundum Hebraicum, ut nobis visum est, certè ut ab Hebreis audiuimus, & c. 2. ibi. Vt nam non essem, ait. Primum iuxta id, quod ab Hebreis nobis traditum est.

Quintus locus Nahum cap. 1. ibi. Quia sic &c. ait. Porro, quia docti ab Hebreis, volumus quoque eorum traditionē sequi, &c. 2. initio ait. Testis est nubi Deus me omnia, quæ secundum Hebraicum differo, non de proprio sensu loqui, sed Hebreorum sequi expositiones, à quibus non modico tempore erudiuius debeo simpliciter indicare meis quæ didici.

Sextus locus Sophoniæ 1. ibi. Sed & vos, vbi per litteras interpretationem subdit. Iudaicæ hæc dicti sunt.

Septimus locus in cap. 4. Zach. ibi. Dixit ad me. ait. Dicamus primum quid videatur Hebrei à quibus in veteri testamento eruditissimus, & c. 8. ibi. Facilium est, &c. corundem Iudaorum videtur testimonium magnificere. Innumera sunt loca, quæ in commentarijs prophetarum eiusmodi testimonij Hieronymi sunt referita.

Idem Hieronym. Lactantio crimini dat, quod locum illum Osee cap. 13. Hic filius meus sapiens non resistet in contribulatione filiorum suorum, de manu inferorum eruam eum, de resurrectione Domini interpretatur 4. de vera sap. cap. 19.

Et in psalterio, meas, ait, discuti nebulas, & trichas meas exquirari, ex Rabb. intelligēs per nebulas ea quæ in defensione nostræ scripturæ, ex veteribus Patribus mutuarat.

Secundo. Origenes scripsit. [Christiani hominis esse excutere Iudaicas interpretationes, & cum Ecclesiasticis comparare] Clemens, Eusebius, & alii coplures (ut idem testatur Hieronymus aduers. Ruff. cap. 3.) quando de scripturis aliqua disputant, & volunt approbare quod dicunt, sic solent scribere. Referebat mihi Hebreus, & audiui ab Hebreo: Hebreorum est ista sententia, & Huilli Hebrei expositione Origenem usum esse in 39. c. Esai. & 89. psal. & reliquorum undecim ibidem testatur Hieronymus aperte.

Tertio, quia interpretationi scripturatum necessaria est cognitio linguae Hebraicæ, & magistrorum Hebreorum limina terere, non modicam assert utilitatem, & artem ab artificibus discere necesse est. est ratio desumpta à S. Hier. 1. Apo. cōtra Ruff. c. 5.

Quarto, quia è Rabbinorum commentariis, ipsos Hebreos conuincimus, vbi fidei nostræ expressæ mysteria continentur, ut est videre apud Christopolitanum, Finum, Porchetum, & nostrum Magistrum F. Petru de Trieni lib. de Messia morte, & passione, vbi citat. R. Solomonem, R. Abenezra, R. Rechaia, & alios.

Quinto, quia ex Hieronymo in ep. ad Ephes. 3. constat aperte syllabus quoque apices, & puncta diuinis sensibus esse plena. idem docet Chrysostom. 18. & 42. in Genes. Cyrill. in Ioann. lib. 2. cap. 102. Porro Grammatica de istis, ut de reliquis orationis partibus minutatim agit, ergo summè necessaria grammatica Hebraica deprehenditur ad ipsum literalem, & legitimū sensum allequendum. unde & à quibusdam dicitur, quod grammatica Hebraica est ipsemet sensus litteralis. ergo à Rabbinis, sicut grammaticam ita ab iisdem oportet haurire sensum saltem litteralem.

Sexto. Nendum sensum historicū sedet mysticum Moyses accepit à Deo ex Nisseno de vita Moysis, & alijs Patribus super psalmos, qui sensus tum historicus tum mysticus perpetua successione conservatus est, & Kabala est nūcūpatus: vnde Euseb. lib. 7. hist. ecclesiastice c. 28. refert Anatolium ex hac doctrina secretiori multa respondisse. Cum ergo apud Hebreos talis Kabala reperiatur, non est absurdum ex his fontibus haurire abditos scripturarū sensus.

## Confutatio aduersariorum ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo auctoritas sacre scripturæ, 2. Paralipom. 15. vbi Azarias sic prophetauit, Transibunt multi dies in Israhel absque vero Deo, & absque sacerdote, doctore, & absque lege, quam prophetiam videmus. iam enim 1500. & amplius anni preterierunt, quod synagoga sine lege est, cum sit vera intelligentia destituta.

Es. 6. vbi postquam vidit Esaias dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum subdit. & domus repleta erat fumo, idest ut exponit Hieronymus. Iudaorum templum impletum est ignorantie, & tenebris, & caligine, & fumo, postquam terra repleta est gloria Domini.

Ibidem, auribus auditis, & non intelligitis, &c. incrassatum est enim cor populi huius, &c. quem locū ponderans Origenes 3. contra Celsum ait. Intuentibus Iudeis quidue audientibus prophetatum est, non esse intellecturos, quæ dicuntur, nec quæ videbuntur sic visuros, ut oportet.]

Cap. 29. Misericordia dominus spiritum soporis: claudet oculos vestros, prophetas, & principes vestros, qui vident visionem operiet. Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signata. Super quem locum Cyrillus 3. in Esai. ait. Itaque frustra sursum, & deorsum laborauerunt Israhelites, Moysis præcepta semper in ore habentes, fingentes quidem se haud vulgarem legis cognitionem animo, & pectore recondidisse, cum

cum Christum non inquirunt, & si lux ejus explicet triplex] & postea [erent nec qui legere potuerant, nec etiam qui nesciunt litteras, in eo quidpiam reconditum cognoscent, sed erit omnibus ex æquo lex consignata: eo quod sententiarum vim, ne hi qui legere scire assequerentur.]

Ibidem Esaias ait: Ecce ego addam, ut admiratio faciam populo huic miraculo grandi, & stupendo, peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur. Super quæ verba Cyrill. docet id dictum esse propter Scribas, & Phariseos [ Videbantur nimis Scribæ, & Pharisei sapientes, & valde cordati scientiæ legis opinionem consecuti. At à Deo abscondita est, &c.] hæc eadē loca eleganter explicauit antea Tertull. lib. 3. aduersus Marcionem c. 3.

Matt. 21. Afferetur à vobis regnum Dei, & tradetur genti facienti fructus eius: quem locum enarrans Hieronym. 16. in Es. in c. 97. ait: possumus terram, & montem Domini, quem sancti possessuri sunt, & scripturas sanctas intelligere, quas auferendas à Iudeis, dominus comminatur dicens, auferetur à vobis regnum, &c.]

2. Cor. 3. Usque in hodiernum diem id ipsam velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum (quoniam in Christo evanescunt) sed usque in hodiernū diem, cum legitur Moyses velamen positum est super cor eorum, quem locum ponderas Tertull. 5. contra Marcionem cap. 11. ait, quod nec nunc apud illos, nempe Iudeos perspiciat Moyses corde, sicut nec facieunt] & iterum velamen cordis ad cœcitatem, quæ non perspexerunt Christum, quem in Moysè intelligere debebant, idem Tertull. refert.

Ad Titum cap. 1. iubet Apostolus, ut fideles sint sani in fide, non intendentis Iudaicis fabulis. Fabulas vocat Aug. lib. 12. contra Faustum cap. 27. interpretationes Iudeorum, unde, & merito Athan., de fide vnitatis Iudeos fabulatores, & quæ tradunt (idem lib. de incarnatione) fabulosa vocat.

Secundo probatur principaliter ex PP. 3. Iustini oratione ad gentes ait: non ad Iudeos, verum ad nos Christianos doctrinam eorum pertinere. Iisdem attribuit delitamenta attribuentes manus, pedes, & digitos, & animam velut creato, & composito animanti, parviti euangeliorum, & ingenio Deo. Lib. de veritate Christianæ Religionis, seu dialogo contra Triphonem ibidem docet; Iudeos legere scripturas non intelligere, propter vitiositatem, & malitiam eorum abscondisse Deum, quod minus sapientiam in verbis eius perspiciant, multa alia ibidem ad propositum nostrum legenda. Circa mores, eosdein euincit iterum. [Proinde, si vos quoque, & prophetarum, & illius ipsius doctrina religione quamvis mouet, melius fuerit Deum vos, quam insipientes, & cæcos Rabbinos vestros sequi. Qui sane usque ad hunc diem, & quatuor, & quinque vestrum quemque uxores habere permittunt: & si quis venolam inspiciens eam experuerit, cum Iacob, Israelis, & aliorum patriarcharum facta commemorant, tum nihil iniqui agere similia facientes, asseuerant.] Sed non mirum (vt superius idem dixit Iustinus) nam non ad sublimia, sed humi tantum repentes, & concupiscentiæ corruptæ, & que obnoxias affectiones, doctores eorum semper respexerint.

S. Irenæus lib. 4. ca. 25. in expositione eius senten-

tiae [ quare & vos transgredimini, &c.] Non solum ait [ prævaricatione frustrati sunt Iudei verbum Dei, sed suam legem è contrario statuerunt, quæ Pharisæica vocatur, in qua quædam aufertunt, & quædam addunt, quædam, ut volunt interpetrantur, legi Dei, quæ docet eos aduentum Christi, nolunt esse subiecti] reprehendit autem Irenæus traditiones Iudaicas, ut exponit eius scholastes Feuardentius, tam illas, quas diuersarum sectarum homines Iudei inter suos induxerant, quam Deuteroses illas, de quibus scripsit Hieronym. in Es. & ep. ad Tit. & quest. ad Algasianæ, & que interpretationes relatas ab Epiph. lib. 1. aduersi heres, ingentemq; illam fatigacem fabularum, quas Iudei in Thalmude, & Misna post Christum Domini necem conseruant, de quibus meminit quoque S. Thomas in ep. ad Timoth. vbi ingentes blasphemias in Deum, & Christum eius, Moysem, Prophetas, & lumini naturali aduersantes contidentur, quas collegit, & vulgavit nunquam satis laudatus Sixtus noster Senensis lib. 2. biblioth.

Clem. Alexandrin. liber sextus Stromat. vbi docisset depositum, hoc est, intelligentiam scripturarum apud Apostolos esse, & consequenter promanasse ad Apostolicos doctores, ex traditione, infra dicit, quod alij nempe [ Iudei corpus litterarum, nempe dictiones, & nomina perinde ac corpus Moysi accipiunt. Alij & sunt Apostolici, sententias, & quæ nominibus significantur pernident, eum qui est cum Angelis Moyser curiosè inquirentes.]

Tertull. lib. aduersus Gnosticos, non synagogam, sed Christi scholâ prophetias intelligere affirmat. lib. de cibis iudaicis. vocat Iudeos, perfidos, ab intellectu diuine legis, alienissimos. Iudaicam doctrinam omni vi esse euellendam, & eradicandam: lib. contra Iudeos: eos rejectare veras interpretationes scripturarum docet, & ad oculum demonstrat, vt & facit lib. de præscript. cap. 5. 14. 15. & 3. contra Marcionem c. 6. ait. [ Si omnis spes Iudeorum nedum, nedum dicam etiam gentium in Christi reuelationem destinabatur, sine dubio id demonstrabantur, non agitari, & non intellecturi, allatis agnitionis, & intelligentiæ viribus sapientia, atque prudentia, quod annunciatatur, id est Christus erraturis in eum principibus sapientibus eorum, id est scribis, & prudentibus eorum, id est Pharisæis, populo pariter audituro, & non audituro.]

Origenes 3. contra Celsum docet apud Iudeos esse deliramenta, & fabulas, non. n. habent lumen illud, quo pernoscuntur scripturæ sacre, Hier. 26. in cap. 31. Num. interpretationes eorum de vocat fabulas, &c. & lib. 1. Reg. hom. 1. in fine, lege cuncte 1. in Leuit.

S. Athanasius in dictum Euangeli. Quicumque dixerūt verbum, &c. interpretationes iudaicas vocat, stolidoquentiam, cum impietate coniunctam. Idem 5. lib. de incarnat. verbis scribit, quod etiam si Prophetæ sint ipso sole clariores, Iudei tamen habent suæ infidelitatis interpretationem. Et oratione 2. contra Arianos pares facit Iudeos, & Hæreticos in extorsione sacrarum litterarum ad suam impietatem; & pro vera scripturæ sententia venenum suæ hæresis asperrere. Et in dictum Euangeli, euntes in vicum, &c. ait. Non Iudeis est curæ, si corruputi diuinorum scripturarum dogmata, tantum, ut Christum negent.

S. Greg.

# De sacrorum Bibliorum interpretatione. 515

S. Gregorius Nazianz. Iudaismum tribuit Sabellio, & Ario in Apol. i. non ob aliud, nisi quia de Iudeorum lacunis hauserunt, propterea tales vocat veritatis capones, & vētriloquos, *voluptatibus suis obsequentes, easque verbis auncupantes, ē terra pronunciatis.* At quis Iudeo loquacior, qui carnales adhuc promissiones expectat? & propterea Gregorius illum dignum præfectura arbitratur [qui figuratū, & veritatis cognitionem, & discriben agnoverit, & ab illis secedens huic se adiunxerit, vt litteræ vestitatem fugiens spiritus nouitati seruat, atque à lege, qua in litteræ abrogatione, & abolitione spiritualiter expletur, ad gratiam purè planèque transiliat.] Quod erat breuiter dicere, qui iudaica figmēta, & expositiones prauas Iudaicas non sequeretur.

S. Chrysostomus oratione 1. contra Iudeos contra eos, qui Iudeis vniuntur in cēremonijs (adde & intelligentia scripturarum) sic inuehitur. [Putatis ne paruum esse discrimen inter nos & Iudeos, aut nos & Iudeos de re paru a litigare? Iudei in cruxem sustulere Christum, tu crucifixum adoras. Qui fit igitur, vt ad illos, qui Christum occiderunt curras, profitens te adorare crucifixum?] & infra quod [si Christianissimus verus est, sicut re vera est, in eo manete, & illum sequamini. Particeps nobiscum mysteriorum? Age dic mihi Christum adoras, & ab illo bona petis, & cū illius hostibus festum celebras? & quo tandem animo prodis in Ecclesiam? Verum hoc nobis dixisse sufficiat, ad illos qui prædicant se nobiscum sentire, cū diuersa sentiant] lege eundem oratione 5. & in Marcum hom. 10. in ea verba. Amen dico vobis] vbi dicit [ego omne quod intelligo in scriptura sine Christo, & sine Spiritu sancto, & sine Patre nolo intelligere: nisi intellexero in Trinitate, quæ me saluavit, nō potest esse mihi dulce, quod intelligo] [& postea cum lego testimonia de prophetis solum Christū considero, sic video prophetas, vt de Christo intelligam loquentes.]

Author operum imperfecti in Matt. hom. 33. ait de Iudeorum interpretatione. Israel prophetas occidit, furtum veritatis scripturarum commisit, quod ait Dominus. Quia irritum fecisti mandatum Dei, propter traditionem vestram, & in cap. 20. hom. 55. crucifigunt Christum Iudei, nunc falsis expositionibus, & deludunt, &c. & in c. 23. hom. 44. Iudei falsa interpretatione claudunt ianuam legis, & prophetarum, qui de aduentu Christi manifestissime prædictere, vt à fide Christi homines separarent.]

Euseb. Cæsar. 2. dem. euangelic. appellat Iudeos, impudentissimos, quod manifestissimas de Christo prophetias peruerunt, & quoquomodo possunt Christo aduersantur, & prophetias sua interpretatione faciant mendaces, vt Christum obscurent.

Hilar. pr. ef. in psal. negat aperte Iudeos habere spiritum sanctum, vt intelligere possint scripturas, quod abstulerint clauem scientiæ, & Christum de medio sustulerunt, de quo prophetæ omnes locuti sunt. Sublato vero Christo prophetæ omnes clauduntur. & in ps. 124. Iudeos, ait, facere falsis interpretationibus prophetias, vt nihil minus sint, quam prophetæ. lege in Can. 24. Matt. & in ps. 131.

S. Hieron. epistola ad Algas. q. 10. ait. Frustra inflatur Iudeus, & iument sensu carnis sue carnaliter cuncta intelligens, & traditionum Iudaicarum delira-

menta perquirens, non tenens caput scripturarum Christum, & in cap. 53. Et in ea verba, Domine misere mei, ait, Iudei omni ratione nituntur Christi subuertere sacramenta, legendus in cap. 50. & 59. &c. in ea verba ep. ad Gal. cap. 5. ibi, miror, &c. & in c. 3.

S. Ambrosius in ps. 118. dicit de Iudeis. Habent il libros, sed sensum librorum non habent: habent prophetas, sed non habent illum, quem illi prophetauerūt, & in cap. 22. Lucæ loquens de negatione Petri ait. Quomodo non erraret quem Iudeorum ostiaria introduxit? Quomodo tu non egrotabis, vbi Iudaica loquēs Euangelica, & Apostolica auerſaris, &c. mala est flama Iudaica, vrit, sed non calefacit, lege eundem: in cap. 2. ad Rom. ijs verbis, qui prædicas non furandum furaris.

S. Augustinus de utilit. credendi dolet c. 6. quemquam tam esse stultum, vt ab inimicis fidei discat, & deserat Ecclesiæ doctores: & in specie Iudeos nō posse esse magistros docet in ps. 46. Iam enim Iudei, inquit, tenebant Deum pollicitatem, quia ibi Prophetae Christum prædicauerunt, vbi Christum promiserūt, sed quem promissum audierunt præsentem non cognoverunt, quia & contradixerunt, vt idem exponit latius in ps. 44. in ea verba, quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate, Christus venit. Qui Christus? cōtradicis. Est Filius Dei. Habet Filium Deus? cōtra dicas? &c. adhuc sanè reliqui e ciuitatis illius Iudaicae contradicunt de fontibus omnium.

Greg. 1. Reg. lib. 2. cap. 1. dicit de Iudeis, quod cœisiunt, cum promissa patribus suis signa in redemptorem effulsiſſe audiant, & non iradant. Cœci ergo sunt, non modo non videndo promissa, sed non credendo exhibita. & ibidem, Iudei dum sacram scripturam iuxta litteram solum intelligunt, ibi hæreses statuerūt; unde ad secretum veræ fidei intrare non potuere. & postea, hæresum suarum admixtione, usque in finem mundi polluntur, &c.

S. Bernardus serm. 14. in Cant. Iudeus habet oleum sed non effusum. Habet in codicibus sed non in cordibus, &c.

Tertio principaliter rationibus. Prima. A Iudeis ablatum est regnum Dei, ergo & intelligentia scripturarum, qua peruenitur ad Regnum. Antecedēs probatur Matt. 21. Consequentia est manifesta.

Secunda, eodem spiritu exponendæ sunt scripturæ, quo & editæ sunt, Hier. in Oseam, sed Iudei destituti sunt spiritu Dei, &c.

Tertia, finis legis est Christus, ad quem (vt dicit Aug. trac. 2. in Ioannem) quicquid scripturatum est referatur, at Iudei Christo sunt infensissimi, non ergo ab ijs petenda est myticorum Ecclesiastico, quæ ad Christum non possunt referri.

Quod si dicas in multis, nempe in historijs, in cēremonijs, &c. interpretatio iudaica erit litteralis saltet, in Patribus vero erit sensus mysticus. Contra, quia multa ita aperte scripta sunt de Christo sine typo, vel figura, vt sensus litteralis deprehendatur omnino, vt historia propemodum euangelica sit. unde quod secundum litteralem sensum Iudei aptant Sennacherib, David, Salomon, aperte mentionantur; cum ex Theodoreto super psal. omnes predictiones de Christo, & ecclesia, non alijs historijs adscribere oportet, vt faciunt Iudei malitiæ assueti suę infidelitatis excusationem prætexentes. adeò enim in scriptura sunt quædam manifestissimè dicta

v.g. dum

v.g. dum legitur, tanquam ouis ad occisionem ductus est. &c. vt interprete iudaico non sit opus, vt pondereat Aug. 12. contra Faustum cap. 43. Præterea si sensus litteralis in huiusmodi à Iudeis esset petendus; ergo sancti Patres hucusque inaniter laborarunt scripturas, & prophetias, &c. vrgendo. Probatur consequentia ex August. 12. contra Faustum lib. 12. cap. 38. nam Iudæi rident typos scripturæ, & non reperiunt sensum spiritualem, & idem Aug. aduersus hostes fidei lib. de unitate ecclesiæ c. 5. & 6. &c. docet litterali sensu aduersus hostes esse dimicandum. Et stabilito sensu litterali regula titer Patres sensum spiritualem enucleant. Accedit, quod typi, & figuræ si vrgentur contra Hebraeos, per apertiora, & clariora loca prophetia roborantur, nam ex manifestis, dubijs rebus fides conciliatur. Ergo si manifestorum locorum intelligentiam à Iudeis postulabimus, incerta per incerta probabimus. Nec quod unus vel alter Patrum ad allegorias se conuerterit, id de omnibus PP. est dicendum, vt patet ex Aug. lib. contra Faustum. Accedit, & Philo, qui & si allegoricè interpratus sit Historias, & ceterimonias, &c. quoniam Christum non habebat, quo referret, quæ diceret, ostio non inuento, neque certo scopo scripturæ præfixo, nec Christum ibi inuenit, & à Christo varijs actus erroribus aberravit. Et tandem sensum litteralem non poterimus assequi, vbi verba inuita, & reluctantia trahuntur, antecedentia cum subsequentibus non coherent, & hæc cum medijs repugnant, quæ cum in sensibus Iudaicis passim deprehendatur in historiis, in ceremoniis, &c. nec ab illis sensus litteralis est petendus.

Ccnfirmatur, quia in Iudæorum commentarijs nihil de S. Trinitate, Christi Domini œconomia dicitur, sed omnia videbis terrenè, & carnaliter exposita, contra vero in Patribus, altissimi sensus, iijque multiplices deprehenduntur, non est ergo æquum, vt his relictis ad Iudæorum ferulas subeundas in eorum scholis nos subjiciamus.

Quarta ratio, cum intelligentia scripturarum iūcta est traditio, & in Hebræorum codicibus multæ falsæ traditionis leguntur ergo. Minor probatur aliqua exempla afferendo. nam ex Abul. & Carthus. illum locum 2. Reg. 7. vbi dicitur de Salomone. Si iniquè aliquid egerit, arguam eum in plagiis filiorum hominum, Rabbini sic fabulantur verentes illam particulam, filiorum hominum [filiorum Adam] dicendo punitum Salomonem eo modo, quo punitus est Adam, de quo fabulantur, quod cum per centum annorum spaciun ab Èua ablinuisse, lugens Abel, eo temporis spacio usus fuerit démonibus incubis, qui semine accepto filios procreaverunt, eaque poena, Salomone multatum. Item idola defolla à Jacob in Bethel subiit therebenthum, cum in auribus, & precioso ornatu Davidem reperisse, & Salomoni tradidisse, est Hebræorum traditio apud Cōmestorem Gen. 34. Hugo. & Abul. At hæc traditio scripturæ repugnat, & Genes. 35. ex versione Septuaginta omnino deleta sunt illa idola, sic enim habet Sepuaginta, & perdidit ea usque in hodiernū diem, David autem ex prædis, & alia diuinarum luppellestili Salomoni ministravit. Innumeræ alias traditiones omittimus fatus, legendas apud Abul. Hugo. Carthus. sicuti & alia legenda apud Senensem, & Finum, &c. mera deliria, somnia, nec non &

fabulas genealogias interminatas, & figmenta Thalmudistarum, Kabalisticorum, que iudaica cœcitas in odium Christi commenta est, vt gloriam eius obscuraret. Sed eius splendor hebetati tanquam noctuæ, & vespertilioes non assurgunt ad tantam lucem, sed humi repunt abiectissime sentiendo.

Quinta ratio, nam Iudæi multis captiuitatibus obstricti, commixti inter gentes, nedum propriæ, & nativæ linguae candorem retinere nō potuerūt, sed exotica, & peregrina suo idiomati immiscuerunt; vnde & si primitus docti essent Rabbini vetustissimi, tamē tempore Hieronymi (vt colligitur ex ejus procœmio in Oseam) indoctissimi deprehensi sunt, & multò magis post tempora Hieronymi ergo imprudentissimum esset, sensum litteralem à Iudeis quærere, qui proprias ignorant voces.

Sexta ratio. Ad scripturarum expositionem valde conducunt liberalium artium, & historiarum cognitione. At Rabbini ab omni disciplinarum genere vacui sunt, historicæ cognitionis expertes, qui solum prima elementa vix de limine salutarunt, & solum in cœnoscis paludibus librorum posteriorum Rabbinorum versati, qui mala grama pasti, pestiferum doctrinæ virus propinavit. Confirmatur ex suorum testimonio, nam in libro Sanhedrim c. Hele. R. Iahanan R. Iuda, & R. Nehorai ita dicunt. Cum veniet Messias pauci sapientes erunt in Israel: multis editiōsi, præstigiatores, magi: sapientia scribarum satiscet, & Theologorum scholæ lupanaria erunt, tunc boniues probi in Israel in abominatione erunt, & illius sæculi facies erit inuercunda. Quis ergo ab insipientibus, magis, &c. scripturarum intelligentiam hauriet?

Sexta ratio, quia, vt dixit quidam Epiphanius in 2. Synodo Nic. act. 6. Iudaismus cum Gentilitate pugnat, & vtracum cum Christianismo: ergo sicut non licet ad Gentilium scholam confugere, sic neque nos decet radere erudiendos istis Rabbiosis suis Rabbinulis. Vnde S. Iosn. Chrysost. hom. 27. de iumentorum abstinentia dicit, quod sicut est ignominia senibus, se tradere pueris vt erudiantur, ita & tradere se studiendum in Iudæorum scholis. Nec enim quantum est Philosophie, & litterarum interualum, tantum est Iudaicæ conuersationis, & nostræ discriben, sed quantum est Angelorum, & hominum.

Septima ratio. Nā hæresum fons est Iudaismus, omnesque ferme hæreticos iudaizantes, & ex schola Iudæorum prodijse reperies. Vnde S. Alexáder Alexandriæ Episcopus, epistola quæ est in præcedentibus ad Concilium Nicenum dicit, Arianos iudaico schemate contra Christum rebellasse. In Concilio Chalcedonensi act. 1. conclamatū est. Hæretico: Iudæum foras mittite. In 2. Synod. Constantinopol. act. 18. in exemplari iussionis Constantini dictum est de quadam Hæretico. Aemulator factus Iudaicæ discessiōis. In 2. Synodo Nicæna act. 6. Greg. Nestorium iudaizantem appellat. Ergo si in Iudæoru officina quis versabitur, venena hæreses facillimè potest imbibere, &c.

Octaua ratio. Nam si hæc licentia detur, vt profensibus litteralibus ad Rabbinos confugiamus, cū hi fiat, de quibus Clem. lib. 3. Stromatū dixit, quod lectionem scripturarum inuertunt, mutatione accētum, &c. & vi dicit Basilius serm. ad diuites. Vnaltera interiecta sauis est, vt tota mutetur sententia, ionu-

meræ

# De sacrorum Bibliorum interpretatione. 517

mera occasiones sese offerent vulgaram reliquiendi, & legimus quoque sensus scripturarum inuenientur, ut Nonnotus nihil aliud exoptent, quam cuncte dogmate aliquo, vel de alicuius loci versione contendunt, ut Rabbinicas interpretationes nos sequi videant, ut veritatem tenebris suffundant. ergo ne in ijs, quæ oppugnant, aut in alijs, quos simili modo oppugnare possunt, armis ministrantur, nullatenus interpretationes Iudaicas sectari debemus.

Accedit, quod cum scriptum sit, *qui tangit picem inquinabitur ab ea*, Eccl. 15, multi propter incautam lectionem librorum Iudaicorum, patrum monumenta fastidientes, & cum stomacho legentes, Iudeis dederunt manus, & à Iudaismo in Hereticum sunt delapsi. Et licet multa bona in ijsdem reperiāt, ut aurum in luto querere inuitentur, plus tamen hauriri potest venenū, si spretis legitimis interpretationibus Iudaica affectemus, vnde recte dicit ille.

*Non profut potius, si quis obesse potest.* Quare non nisi a peritis, & pijs viris Rabbinici codices euoluerunt, & cum delectu, ut veritatem aliquam tanquam ab iniuris possestribus eruant, vel ijsdem ad hominem contra eosdem vtantur: seruando patriter canones, & regulas sacri Indicis, quibus lectio Talmudistatum, & aliorum librorum sanctissime prohibetur.

Tandem arguitur ad hominem ex ijs, quæ dicta sunt cum de versionibus hebraizantium ageretur.

## CONCLVSION CATHOLICA.

*Schola Christiana non Iudaica oportet nos tradere ad intelligentiam scripturarum obtainendam.*

**R**Espondeo dicendum (ut dicit Tertul. 3. contra Marc. cap. 8.) quod *Hereticus à Iudeo*, solet, ut *aspis à vipera muuari venenum*. alludens ad Marcionem, qui cum heretica dementia eum Christum venisse præsumet, qui non fuerat annunciatus, sequebatur ut eum Christum nondum venire contederet, qui semper fuerat prædicatus; atque ita coacta est cum iudaico errore sociati, & ab eo argumentationem sibi struet. Cum ergo è castris Lutherano rum etiam Iudaizantes processerint, & alij Heretici negates oeconomiam Salvatoris, sicut venenum ab illis hauserunt, ita & arguentia. Porrò Iudeorum argumenta ex extoris, & male intellectis, & interpretatis scripturis, quas producunt, procedunt, quia enim duplēm Christi aduentum distingue nesciebant, in humilitate, & in gloria, solum intuentes, id est secundum (ut dicit cap. 7.) quod est in honore, & gloria; non immērito decepti sunt circa obscuriorem, certè indigniorē, id est primum, atq; ita in hodiernum negant venire Christum suum, quia non in sublimitate venerit, dū ignorant etiam in humilitate fuisse venturum. Cumque etiam carnalibus bonis inharent ad vnam tantum literaturam proprietatem attinebant, ad corticem litterarum, cum tamen alia (at ibidem c. 5.) Tertull. [species] fit qua pleraque figuratē portenduntur, per enigmata, & allegorias, & parabolas aliter intelligenda, quim scripta sunt. Nam & montes legitimi desilaturos dulciter, non tamen, ut sapientia de petris, aut

defructum de rupibus spores: & terram audimus latet, & melle manantem, non tamen, ut de glebis credas te vñquam placentas, & famios coacturum, quia nec statim aquilicem, & agricolam se Deus remisit dicens. Ponam flumina in regione sitiensi, & in solitudine cedrum, & buxum.] Propterea, ad euacuādum aduentum Christi in humilitate, & ad carnalia bona inhiantes, scripturam ad suum sensum extorquent, & ut dicit Hieronymus in c. 2. Es. Prophetiam quam de Christo intelligunt, in deterriori partem interpretantur, & quæ de Christo sunt scripta ad impietas sensum trahunt, & ut id dicit Origenes in cap. 26. Gen. quod Iudei veluti Philistæ scripturarum puteos, terrena replet intelligentia, & nobiscum rixantur, si eas repurgandas curamus. Quare cum tanta sit diuersitas, & rixa inter Christianam scholam, & Iudeorum synagogā, quod illi Christum in humilitate nolunt agnoscere, & carnaliter literæ inharet, Christiana vero schola in humilitate totā oeconomiam salutis nostræ cognoscat, & ex virtute literæ ad spiritualem intelligentiam uehat, nullo modo illorū Rabbinis, aut scholæ Pharisæicæ nos erudiendos tradere debemus. Quod si quandoque congruere nostris videantur aliqua, canendum ex præcepto Hieronymi in Ezecl. c. 33. ne sub pelle ouium, luporum insidiæ delitescant; & si qua veritas deprehendatur, non quia ab illis propinatur recipienda, sed quatenus per lineā apostolici sensus dirigitur, acceptanda.

Cum igitur Heretici, aut alij Iudaizantes ad interpretationes prouocet Iudeorum, non nisi à Christo abducere tentant, & à vera scripturarum intelligentia: & cum Iudei (ut dicit Epiph. ) inimicities gerant, cū Vnigenito Filio Dei, & cum Spíitu sancto, acomnia ut inimici interpretentur, & cauillentur (aduersus hæreses) nullo modo eis aarem accommodare debemus. Nec enim (ut scripsit Nazianze. ad Nectarium) de eadem re contraria doctrinæ veræ esse possunt. Nam ut dicit Chrys. oratione 5. contra Iudeos, *Christiani propter hoc vocamur, & sumus vi Christo pareamus, non ut ad hostes curramus*, vbi autem non est contrarietas, cū delectu veritas excipienda, & sobrietate, & cautela tanquam ab iniustis possestribus eripienda, & iusta trutina, & catholicæ interpretationis examine tanquam boni trahitæ expendenda.

## Solutiones objectionum.

**A**d iustum respondetur, si Hieronymus fuisse in ea sententia non præjudicaret contentus SS. Patrum, & Ecclesiæ, nec enim Hieronymus datus est solus pro regula infallibili dogmatū Ecclesiæ. Vel dicendum, quod quæ fortasse iuuenis dixit, in matura ætate retractauit. Sed melius respondetur ex eodem Hieronymo aduersus Rufinum, de hac impostura, quod Rabbinis esset addictus, se purgante, in Apol. 1. aduersus eundem, videlicet, quod commentatorum morem fecutus est, omnium sententias complexus, & Hereticos, & Iudaicos; liberum relinquens delectum, probata recipiendi, & improbata damnandi. legendus est idem Hieron. in terem. cap. 22. in ep. ad Augu. & in c. 55. Esaiæ, & pref. in lib. Paralip. & in Tobijā, & in c. 2. Nahum. Quod si quandoque plus iusto aliquibus sententiis idem

idem Hieronym adhuc ferit, audi (Nouator) Hieron. humilitatem in cap. 7. Osee, ibi dies Regis, sic namque dicit. *Inuenta Hebraorum sententiam, audacter magis, quam scienter locuti sumus.* Ceterum Hieronymus eo consilio Rabbinorum secutus est interpretationes, ut interpretationem Hebraicam cum Ecclesiastica concordaret; vel per doctrinam Evangelicam, ubi divisionabat, corrigendam monstraret; & per ea, quæ euangelicè explorabat, intelligeremus reliqua, quæ Iudaicè explorabantur emendanda.

Ad secundū. Responso patet ex dictis. Signanter ad Origenem respondetur ex eodem hom. 17. in. 3. c. Genesis eo consilio factum esse, ut illos adduceret, ut collatione facta, ecclesiastica interpretatione sublimior appareret. Confer (ait Origenes) *hec nostra cum nostris Iudaicis fabulis, & narrationibus fetidis, & vide si in illis vestris, an in Ecclesiasticis hac obseruentur diuinius.*

Ad 3. maximam utilitatem afferit linguae sanctæ cognitione ad intelligentiam scripturarum, sed non debemus à Rabbini cam addiscere, qui eandem cum idiomatismatibus perdiderunt, & turpiter lapsi sunt etiam in Grammatica. Ita Zamorenis epi. ad Romanos Hebreos cap. 3. Dato autem, quod Grammaticam oportet edoceri à Rabbinis, non debemus ab eis intelligentiam expectare, cum nullus aliquam scripturam interpretetur, nisi prout intelligit: cumque verba Hebraica multos habeant sensus, certè prout mente concepit Iudeus, sius obtinet Iudaicos, à fide Christi alienos. Dato etiam quod essent Rabbini nostris peritos quantum ad cognitionem Grammaticæ, certè non intelligunt quid verba significant melius, quam nostri, unde risu habentur quod, quæ legunt, & secundum grammaticalem sensum reddunt, non penetrant, non sequuntur ignari, qui & si ex grammatica, lingue Graecæ & idiomata sciant, pessimè, & inuersè non intelligentes sensum, Homerum interpretantur. Dato etiam, quod quasdam historias, vel ceremonias, &c. rectè explicent, vel diversè, non tamen contrarie ob sensum multipliciter vertunt, & exponunt; certè vbi de Christi Domini oeconomia agitur, talpa deprehenduntur cœciores, ut eos tanquam cœcos dimittere debeamus, ne quoque sint duces cœcorum, qui illis fidunt ex Tertull. 3. cōtra Marc. c. 7. Vnde à doctrina Ecclesiastica, ut scite Iren. 3. lib. c. 4. sumere oportet, ait, potum vitæ, quod hic est vitæ int' oitis, ceteros omnes habendos, ut futes, & latrones, &c. Aug. de vera religione c. 15. *Fides nostra, neq; in purgamentis hereticorum, neque in languore schismatistarum, neque in cœestate Iudeorum querenda est, sed apud eos solos, qui Christiani Catholici, vel orthodoxi nuncupantur.*

Ad 4. vbi in commentarijs Rabinorum reperiuntur quædam, vel quæ faciunt ad enodationem mysteriorum fidei, vel elucidationem scripturarum, sicut sit cum Gentilibus, diligent trutina, ac iudicio tanquam boni trapezitæ, ut dictum est debemus expendere: ceterum in ijs, in quibus doctoribus Ecclesie bellum indicunt, velle ab inimicis fidei discessere, contra Christum dominum, est conspirare. Vnde & Patres, qui aliquando Iudeorum sententias sunt secuti, parcer, temperatè, quæ ab illis sunt mutuata, à veneno expurgarunt, purè ad posteros transmittentes. Quare qui hinc delectu, & mō quotidie Rab-

binorū libros terunt, & eorum expositiones ad normam Ecclesiasticam non dirigunt, caueant præcipitum. Meminisse debent, ut scripsit Iren. lib. 3. c. 3. quod [t]antum Apostoli, & eorum discipuli, & eorum discipuli habuerant timorem, ut neque verbottenus communicarent alicui eorum, qui oppugnarent veritatem.]

Ad 5. Apices, & puncta scripturarum mysteriis sunt plena, sed non illa, quæ adiunquunt Masoretarū industria, vel Iudeorum effrenis licentia. Nomine autem apicis, vel puncti, ut etiam habetur Matt. 5. aut unus apex, non intelligitur de punctis Hebreis, sed ut dicit Sextus noster Senensis in Bibliot. verbo Iota lib. 2. erant apices notulæ quedam super litteras, ad differentiam aliarum vocum consimilium, ut cum dicebatur populus pro gente significanda, ad differentiam arboris, ponebatur linea desuper; vel geminationis causa, ut cum dicebatur, Alleluia, loco L geminatę, ponebatur una L cum apice nota geminata alterius L. Quare egregie sanctissimus notus præceptor S. Thomas in Es. prælud. 2. lit. K. sicut in artificio corpore hominis, nec minimè partes oculos, vel superiacue, ita nec cornas, pūcta, syllabas, &c. illius sanæ mentis superflua iudicabit. Quare sicut reterenter hæc omnia rimanda sunt inhærendo Patrum vestigis; sic quæcumque sub arcana titulo venditari possint cum delectu, & iudicio accipienda, ut ea quæ ex ipsa sacra scriptura, traditione ecclesiastica colliguntur, sidemque consentiunt, proponenda sint; similiter, & quæ ex Rabbinis illis, qui præcesserunt Christi aduentum, quæ nostris potius consonant, quād aduersentur sententijs. Quæ vero solum probabiliter dici possunt, eadē probabilitate proponantur. Illa autem, quæ gratis fingunt, nec villa autoritate, vel probabili ratione fulciri possunt, tanquam authoritatis robur non habentia habeantur, & quæ è penu ruginoso superiosatum fabulatum Rabbinorum producuntur, abiijcantur, cum eloquia Domini oporteat accipere non terræ commixta. *Sunt enim argentum igne ex minatum, probatum terra, purgatum septuplum: doctrina vero Hebreorum sit argentum verum in scoriam, vinum mixtum aqua: ipsique socii furum, plumbum pro argento, & auro supponentes, & depositum eloquiorum castorum (illis namque primo credita sunt eloquia Dei) non custodiens.*

Ad vltimū. Fatemur Moysem multa præter scripta, à Deo via voce suscepisse maximè circa arcana ad oeconomiam Salvatoris pertinentia, mysticum que sensum legis edictum, maxima in cœsternacionibus præceptis. Nam quod alijs etiam addunt circa litteralem sensum, multa quoque accepisse (ut dixit Genebrardus in fine sue comographie p. 139. maximè circa disceptationes, & controversias, & creationem tribunorum, & decurionum, & item citca victimas immolandas, quæ alias, aiunt, in scripta lege non erant tradita) alijs non probatur, ut patet apud Ludouicum Lusitanum de diuinis arcanis lib. 10. c. 7. Fatemur etiam hæc eadem traditione accepta, & saltē primoribus populi cōsignata, non autem rudi populo, secundum quem sensum Chrys. 1. ad Cor. 13. hom. 34. dixit Hebreos (nempe minutū populi) arcana mysteria Prophetis, & alia pertinentia ad redēptionem humanam, minimè intellexisse. Sed non inde sit consequens prestigiosam illam kabalam

balam à Rabbinis confitam aliquod robur habere, cum ab ecclesia Catholica merito sit tanquam fabulosa, & supersitiosa, & malarum artium, & Magiae sometum, explosa. De quo argumenio lege Senensem in Bibliot. verbo Esdras, & Michaelis Medina 2. de recta in Deum fide c.7. Iam vero quam tam autoritatem sibi vendicet elementatio expostio kabalistica, satis superque dictum est in præcedentibus.

## CONTROVERSIA III. SPECIALIS.

### *De clauibus, & regulis ad intelligendum sacram scripturam.*

**Q**uomodo autem inoffenso pede scripturam interpretari possimus, & abdita mysteriorū penetrare ad claves, & regulas recurrendum est a sacris Doctoribus traditas, idque etiam valde necessarium est ad prauas Hæreticorum expositiones cauedas ex Clem. Alex. 7. Strom. cum nec ipsi ingressus claves habeant, sed falsam quandam, & ut dicit consuetudo armeniæ, id est aduersam clavem, per quam non relaxato velo, ut nos ingredimur per domini traditionem, sed exciso ostio, & mihi Ecclæja clam per posso veritatem transgredientes, efficiuntur participes, & duces mysteriorum animæ impiorum.

Quia vero due sunt idæz, vel species agnoscendæ veritatis, ait, idem Clemens, nempe nomina, seu voces, & res, & ut loquitur Aug. 1. de doct. Christiana, signa & res. Hinc est, quod a Patribus merito regule assignatae sunt, tum ad voces tum ad res intelligendas.

Circa voces, ut diligenter attendantur idiotis minutiæ linguae, cum circa nomina, & pronomina, tum circa verba, & participia, tum circa reliquas orationis partes. Insuper ut schemata, seu figuræ, & tropi, quibus scriptura abundat, diligenterim attendantur. Sensus quoque perspecti habeatur, & quæ litteraliter, quæ mystice intelligenda aduertatur, nimis, ut cum aliquid iuxta primas, & proprias vocum significationes accipiendum est, ex litteræ circumstantia, ex antecedentibus, & consequētibus, non sit recurrendum ad metaphoras, & e contra cum aliquid intelligi non potest secundum voces, quia absurditate continent, ad mysticum sensum configiatur. Vnde opus est considerare verum quod dicitur ironiam, allegoriam, parabolam, enigmam, aut aliud habens figuratum sermonem conu-

neat. Dicendi characteres scriptorum canoniconrum in præceptu habentur, alius enim character in Historia, alius in Prophetis, & alius in Evangelii, & epistolis Pauli, ac proinde alia, & alia in his, vel illis peculiaria obseruanda.

Circa vero res ipsas difficultas oritur, quid sit genus, vel factum, vel mysterium per voces vel signa significatum, & tunc sicut figuratum ex figuris cognoscimus interdum, sic ex re figurata quam intelligimus diuino lumine & longo scripturatum sacrarū studio, figuram intelligimus: sic illud Ioan. 2. soluite templum hoc, quia articulus erat difficilis, nec occurrebat discipulis Christi Domini res significata in principio, nempe resurrectio dominica, cum postea rem viderunt Ioa. 20. conferentes factum cum dicto, scripturam intellexerunt. Item circa res ipsas, videntur sibi invicem aduersari, vnde ad apparen-tes huiusmodi contradictiones dissoluendas ad regulam fidei, Patrum intelligentias, scripturarum locutionem, & alia à DD. tradita documenta confundi-  
endum est.

Quæ autem in specie sint istæ claves, & regulæ, ac documeta in speciali nostro opusculo, de clauibus, & regulis intelligende scripturæ differimus, aliud enim hæc tractatio poscit exordium, propter huius libelli modum. Interim lector consultat S. Aug. in lib. de doctrina Christiana ex Euch. Euthym. & veteres Patres, & modernos euolueret nō grauetur, ut Martinum Cantipratensem in 10. lib. Hypotyposeon, Ruiz in regulis sac. script. Driedonem de regulis, & dogmatibus sacre scripturæ lib. 3. & nostre familie graues authores, Pagninum in insti. Gram. Hebr. Hieronym. ab Oleastro in Pentateuchum, Ambrosium Catherinum in opusculo de clauibus, Wilhelma in Exameron, & alios. Interim hæc sufficiant ad Hæreticorum teænas eludendas, & fidei ortodoxæ defensionem, & consuetu more, ut verbis Epiph. utr. tom. 1. lib. 3. in fine, quod hæreses veluti serpentes, per veritatis pedem concilauerimus, & vera unigeniti confessione coniriuemus. Deo gratias agenes, & ipsius potentiam in auxilium nostræ imbecu cillitatis, cupientes ad reliquas pro viribus, ac capti, nostro o dilecti transeamus ipsum in uocantes Dominum ut adiut nobis ad illas ostendendas, & confutationem ipsarum faciendum, in sequentibus tomis, quod per virtutem potentiae ipsius, possimus implere promissio nem tenuitatis, & paruitatis nostræ. Ipsi gloria in sæcula.

# PERORATIO AD CHRISTVM D O M I N V M.

Ex Hilario lib. vj. de Trin. concinnata.



T nunc pientissime Domine Iesu, me terram, ac cinerem charitatis tamen tuę religioni deuinatum, liberum in hęc verba permitte gratias agendo, quod per seruos tuos Moysen, & Prophetas, & ceteros veteris testamenti scriptores voluminibus sacris erudisti, & rursū per Euāngelicas, & Apostolicas voces Euāgelistarum, & Apostolorum tuorū ore conditas in nouo testamento allocutus es, & ex admiranda prouidentia, easdem scripturas, vt te intelligerem, transferri ē nativa lingua in nostram disposuisti, Hieronymum ministrum tribuendo, & ne fluctuarem in earum intelligentia, normam Ecclesiastici sensus stabilisti. *Hęc autem ita didici, ita credidi, & ita confirmare mentis fide teneo, ne aut possim credere aliter, aut velim.* Ab his Prophetis, Apostolis, & Apostolicis viris, que teneo edocitus sum, his immedicabiliter imbutus sum, et ignoscere omnipotens Deus, quia in his, nec emendari possum, sed cōmori possum. Tardie mibi Doctores etas nūc huius sęculi, Lutherū, Caluinū scripture abnegatores, inuersores, corruptores protulit. Sero hos habuit fides mea, qua tu eruditii magistros, Apostolicos Pastores, & Ecclesiæ Doctores. Non hanc Nouatorum perfidiam Pater tuus Petro reuelauit, nempe scripturarū truncationem, inuersiōnem, peruersiōnem. *Non inuidit Petro, vt in tempora posteriora dissimulans, hęc nunc nobis istis, nouellis Prædicatoribus, reuelaret.* Sit sanè fides alia, si alia claves regni cęlorum sunt. Sit fides alia, si Ecclesia alia est futura aduersum quam portę inferi non praeualebunt. Sit fides alia, si erit aliis Apostolatus, ligata, et soluta perse in terra, ligans in cęlo, atque soluens. Sit fides alia, si Christus Filius Dei alias, præterquam quod est, prædicatur. Cum ergo fides Catholica, quę Christum confessa est, omnium beatitudinū gloriam meruit in Petro, veras scripturas, recte translatas, & interpretatas, restat, vt synagoga Protestantium claves regni cęlorum non adepta extra fidem ac virtutem apostolicam constituta, nec Ecclesia sit illa, nec Christus in ea habitet. In hac Petra Ecclesiæ Catholicę exaltasti me, ex hac petra contempler te. Pro hac petra mori merear pro te, qui dignatus es mori pro me. Amen.

F I N I S,

xobn

# INDEX PRÆCIPVORVM LOCORVM

sacræ Scripturæ, qui in hoc opere explicantur.

Prior numerus cap. secundus fol. tertius columnam indicat.

## GENESIS.

- A**p. 1. Spiritus Domini ferebatur super aquas. fol. 304. col. 1.  
**I**b. Fiat firmamentum, etc. 320. 2.  
**E**t requieuit die septimo ab omni opere quod patrarát. 29. c. 1.  
**C**. 2. Ibi inuenitur Bdellium. 320. 2.  
**Q**uamobrem relinquit homo patrem suum, & matrem, et adhærebit uxori sua. 37. c. 1.  
 42. 6. 2.  
**C**. 3. De fructu verò ligni, quod est in medio pàradisi. 321. 2.  
*Hoc nunc os ex ossibus meis.* 321. 1.  
*Ipse conteret caput tuum.* 321. 1.  
**C**. 4. Respexit Dominus ad Abel, & munera eius, ibid. c. 2.  
*Nonnè si benè egeris, recipies f.* 429. c. 1.  
*In foribus peccatum aderit.* 493. 1. 356. 2.  
*Iste cepit inuocare nomen Domini.* 14. c. 2.  
 322. c. 1.  
**C**. 6. Videns autem Deus, quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis, &c. 295. 1.  
**C**. 6. Non permanebit spiritus meus in homine in eternum. 322. c. 2.  
*Gigantes erunt super terram in diebus illis.* 360. 1.  
**C**. 8. Dimisit corum, qui egrediebatur, & non reuertebatur, &c. 355. 1.  
**C**. 8. Requieuitque arca mense septimo, vigesimo septimo die mensis. 323. c. 1.  
**C**. 11. Vixitq; Arphaxad postquam genuit Sale trecentis tribus annis. 323. 1.  
**C**. 21. Cumque vidisset Saran filium Agar &gyptia ludentem cum Israeo filio suo, 323. 1.  
**C**. 25. Abiit paruipendens quod primogenita vendidisset. 323. 2.  
**C**. 26. Prospiciens Abimelech Rex Palestini- rum per senes fratram, vedit eum iocantem cù uxore sua Rebeca. 323. c. 1.  
**C**. 36. Ipse est Ana, qui inuenit aquas calidas in solitudine. 323. c. 2.  
**C**. 37. Joseph cum sexdecim esset annorum pascet gregem. 324. 1.  
**C**. 38. Hiras opilio gregis. ibidem.  
**C**. 41. Et vocauit eum lingua Aegyptiaca Saluatorē mundi. ibidem.  
**C**. 45. Tantundem pecunia, & vestiam mittens patri suo. 324. c. 2.  
**C**. 48. Et inuocetur super eos nomen meū, nomina quoque patrum meorum Abraham, & Israeo. 429. c. 2.

- C**. 49. Et dissoluta sunt vincula brachiorum, & manum illius. 324. 2.  
*Ibidem. Non auferetur scepterum de Iuda.* 43. c. 1.

## EXODI.

- C**ap. 4. Hæc dicit Dominus, Filius meus primo- genitas Israel. 37. 2.  
**C**. 5. Deus Hebraorum vocauit nos. ibid.  
**C**. 7. Dominus Deus Hebraorum misit me ad te. ibidem.  
**C**. 9. Idcirco autem posui te ut ostendam fortitudinem meam. 430. 1.  
**C**. 12. Fasciculumq; byssopi tingite in sanguine qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare. 325. c. 1.  
**C**. 20. Ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniuitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generacionem. 29. c. 1.  
**C**. 22. Non vrgebis eum quasi exactor, nec usuis opprimes eum. 325. 1.  
**C**. 24. Hic est sanguis foederis. 32. c. 1.  
*Scriptit autem Moyses uniuersos sermones Domini, &c. assumensque volumen fæderis,* &c. 188. c. 1.  
**C**. 32. Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. 323. c. 1.  
*Ceciderunt in die illa quasi vigintitria milia hominum.* 323. c. 2.  
**Ex**. 33. Noui te ex nomine, et inuenisti gratiam coram me. 39. 1.  
**C**. 34. Stetit Moyses cum eo inuocans nomen Domini, quo transiente coram eo ait, Dominator &c. 326. 1.  
*Ibid. Et ignorabat, quod cornuta esset facies sua.* 326. 2.

## LEVITICI.

- C**ap. 1. Vesiculam verò guttaris, & plumas proiecet prope altare. 326. 2.  
**C**. 2. Despicis adhuc virentibus torrebis igni, & confringes in modum ferris. 327. 1.  
**C**. 4. Anima que pescauerit per ignorantia, etc. effera et extra castra. &c. ibidem.  
**C**. 7. Caro quæ aliquid exigerit immundum, non comedetur, sed comburetur igni, qui fuerit immundus vesetetur ex ea. 327. 1.  
**C**. 12. Mulier si suscepit semine, pepererit masculum. 327. 1. & 2.

## NUMER.

- C**ap. 4. Omnes qui recensiti sunt de Leuitis, &c. à triginta annis, & supra. 327. 2.  
**C**. 5. Ipse autem tenebit aquas amarissimas. ibid.

# Index

- C.** 8. Cum posueris septem lucernas, vandeburum in australi parte erigatur, hoc igitur præcipe ut lucerne contra Boream à regione respiciant. 306.1.  
**C.** 21. Vnde dicitur in libro bellorum Domini, sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon. 184.1. 186.1.  
**C.** 25. Phinees filius Eleazar, filii Aaron sacerdotis auertit iram meam. 37.c.2.  
**C.** ultimo. Omnes enim viri ducent voces de tribu, & cognatione sua, & cuncta famina de eadem tribu maritos accipient, &c. 328.c.1. & 2.
- D E V T E R O N.**
- C.** 4. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo. 510.1. et 2.  
**C.** 7. Te elegit Dominus Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris. 319.c.2.  
**C.** 8. Et ductor tuus fuit in solitudine magna, utque terribili, in qua erat serpens. 253.c.2.  
**C.** 9. Populum magnum, atque sublimem, &c. quibus nullus potest ex aduerso resistere. 329.c.1.  
**C.** 10. Facit iudicium, &c. dat ei victimum, &c. 329.1.  
**C.** 11. Iacto semine in hortorum morem aquæ dacuntur irriguae. 329.1.  
**C.** 12. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino. 510.1.  
**C.** 16. Obserua mensem nouarum frugum, & verni primum temporis. 329.2.  
**C.** 18. Nec inueniatur in te, qui lustret filium tuum, aut filiam ducens per ignem. 329.2.  
*Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis*  
*sicut me fuscitabit tibi Dominus.* 28.c.2.  
**C.** 25. Non ligabis os houis terentis. 452.c.1.  
**C.** 30. Mandatum hoc quod ego præcipio tibi bodie, non suprate est, neque procul positum. 441.c.2.  
**C.** 33. In dextera eius ignea lex. 430.c.2.
- I O S . V . E .**
- C.** 2. Ingressi sunt domum mulieris meretrices. 353.c.2.  
*Ibid. Tollensq; mulier viros abscondit.* 430.c.2.  
**C.** 5. Factibi cultros lapideos. 329.2.  
*Quibus ante iurauerat ut non ostenderet terram lacte, & melle manantem.* ibid.  
**C.** 10. Nonne scriptum est hoc in libro iustorum? 184.c.1.  
**C.** 22. Quod cum audissent filii Israel, & ad eos certi nuntiij datus essent. 329.c.2.  
**C.** 24. Trans flumen habitauerunt patres vestri ab initio. 102.c.2.
- I V D I C V M .**
- C.** 1. Habitauitque Iebusaus cum filiis Beniamin in Hierusalem usque in presentem diem. 201.1.  
**C.** 3. Et reuersus de Galgalis ubi erant idola. 431.c.1.
- C.** 5. Descendit populus Domini ad portas, & obtinuit principatum. 329.c.2.  
**C.** 6. Aedificauit ibi Gedeon altare Domino, vocavitque illud Domini pax. 431.c.1.  
**C.** 7. Recesseruntque de monte Galaad. 431.1.  
**C.** 10. Afflictique sunt, & vehementer oppressi per annos decem, & octo. 329.c.2.  
**C.** 16. Clausum in carcere molere fecerunt. 353.2.
- R E G V M .**
- I.** Reg. 1. Anna autem dedit partem unam tristis. 353.2.  
*Dominus mortificat, & vivificat, deducit ad inferos, & reducit.* 431.c.1.  
**C.** 3. Oculi eius caligauerunt, nec poterant videre, lucerna Dei antequam extingueretur. 220.1.  
**C.** 11. Et factum est quasi per mensem. 330.1.  
**C.** 19. Cecidit nudus tota die illa. 353.c.1.  
**2.** Reg. c.5. Filius triginta annorum erat David cum regnare coepisset. 383.2.  
**C.** 7. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. 661.1.  
**C.** 14. Loquar ad Dominum meum Regem, &c. praesente populo. 354.c.1.  
**3.** Reg. c.4. Locutus est quoque Salomon tria millia parabolatas, & fuerunt carmina eius quinque & mille. 184.1.  
**C.** 10. Fecit Salomon ducenta scuta ex auro purissimo. 353.2.  
**C.** 11. Salomon autem adamauit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis. 60.c.2.  
*Et negotiatores, universique scruta vendentes.* 350.1.  
*Cumque iam esset senex, depravatum est cor eius per mulieres.* 57.c.2.  
**C.** 16. Et occidit eum, hoc est Iehu filium Hanani. 392.c.2.  
**C.** 21. Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes; si mortuus fuerit in agro, comedent eum volvares eccl. 330.c.1.  
**4.** c.8. Viginti duorum annorum erat Oebozias cum regnare coepisset. 48.c.1.  
**4.** c.22. Librum legis ruperi in domo Domini. 258.1.  
**4.** c.24. Decem & octo annorum erat Joachim cum regnare coepisset. 14.2.  
**4.** c.25. Succendit domum Domini, & domum Regis. 256.1.
- P A R A L I P O M E N O N .**
- I.** cap. 29. Gesta autem David, &c. scripta sunt in volumine Samuelis. 184.2. 201.1. 281.3.  
**2.** c. 15. Bellum vero non fuit usque ad trigesimum quintum annum regni Asa. 330.1.  
**C.** 24. Ecce custodiens precepta, & testimonia, & iustificationes in toto corde suo. 431.c.1.
- E S D R A R E** 84.3  
**I.** cap. 7. Esdras enim parauit cor suum ut investigaret legem Dei, & faceret, & doceret

# locorum sacræ Scripturæ:

ret in Israel præceptum. 257.c.2. 258.c.1.  
2.c.8. Et aperuit Esdras librum coram omni  
populo. 414.c.2.

## T O B I A E.

Cap.2. Filii sanctorum sumus, & vidam illorū  
expectamus, quam Deus datus est yis, qui  
fidem suam nunquam mutant ab eo. 33.  
col.2.

C.4. Ex substantia tua fac eleemosynā. 78.c.1.  
C.6. Si super carbones ponas, sumus eius ex-  
tricatumne genus dæmoniorum. 77.c.2.  
C.6. Fel valet ad ungendos oculos, in quibus  
fuerat albugo, & sanabuntur. 385.c.1.

## E S T H E R.

Cap.2. Erat vir Iudeus in Susam ciuitate, vo-  
cabulo Mardochæus filius Iair, etc. 76.c.2.  
1 O B.

Cap.1. In omnibus his non peccauit Iob. 56.c.1.  
C.5. Voca ergo si est qui tibi respondeat, & ad  
aliquem sanctorum conuertere. 330.c.2.

C.9. Verebar omnia opera, sciens quod non par-  
ceres delinquenti. 431.c.1.

C.19. Vel celte sculpantur in silice. 355.c.2.

C.31. Finita sunt verba Iob. 53.c.1.

C.34. Quia ergo ego locutus sum ad Deum, te  
quoque non probibeo. 355.c.2.

C.36. In tempestate morietur, &c. 355.c.1.

C.38. Nunquid post ortum tuum præcepisti  
diluculo, et ostendisti aurora locum suum? 321.c.2.

## P S A L M O R V M.

Psal.2. Dominus dixit ad me, Filius meus es  
tu, ego hodie genui te. 464.c.2.

8. Vi destruas inimicum, & ultorem. 51.c.1.  
18. Non sunt loquela, neque sermones, quorum  
non audiantur voces eorum. 431.c.2.

21. Foderunt manus meas, & pedes meos, di-  
numerauerunt omnia ossa mea. 260.c.2.

44. Sedes tua Deus in seculum seculi. 67.c.1.

44. Lingua mea calamus scribæ, velociter scri-  
bentis. 26.c.1.

57. Sicut cera, quæ fluit auferentur, superce-  
cidit ignis, & nō viderunt Solem. 308.c.1.

58. Deus ostendet mibi super inimicos eius, ne  
occidas eos. 259.c.1.

87. Tota die expädi ad te manus meas. 55.c.2.

115. Ego dixi in excessu meo, omnis homo men-  
dax. 7.c.1.

118. Reuelo oculos meos, & considerabo mira-  
bilia de legetua. 443.c.1.

143. Oves eorum factose abundantes in egressi-  
bus suis, &c. 29.c.2.

## P R O V E R B I O R V M.

Cap.12. Manus fortium dominabitur. 304.c.1.

C.9. Immolauit victimas suas, miscuit vinum,  
& posuit mensam. 431.c.1.

C.20. Cogitationes consiliis roborantur. 490.1.

C.22. Ecce descripti eam tibi tripliciter. 471.1.

C.34. Septies enim cadet iustus. 176.c.3.

C.25. Gloria Dei est celare verbum, & gloria  
regum inuestigare sermonem. 443.c.1.  
C.ultimo. Mulierem fortē quis inueniet?  
304.c.1.

## E C C L E S I A S T E S.

Cap.1. Nihil sub Sole nouum. 57.c.2.  
C.2. Nonne melius est comedere, & bibere, &  
ostendere anime sue bona de laboribus suis?  
61.c.1.

C.3. Nihil habet homo iumento amplius. 57.2.

C.3. Vnus interitus est hominis, & iumento-  
rum, & aqua utriusque conditio. ibid.

C.9. Et vidi sub Sole nec velocium esse cursum,  
nee fortium bellum, &c. 57.c.2.

## C A N T I C O R V M.

Cap.4. Absque eo quod intrinsecus latet. 58.c.1.  
C.5. Gene illius sicut areola aromatum consistit  
à pigmentarijs. 432.c.1.

C.7. Vmbilicus tuus crater tornatilis, nūquam  
indigens poculis. 62.c.2.

## S A P I E N T I A E.

Cap.4. Spuria vitulamina non dabun radices  
altas. 319.2.

C.11. Tu elegisti me Regem populo tuo, &c.  
108.c.1.

C.12. Eum qui non debet puniri, condemnare  
exterum existimas à tua virtute. 341.c.1.

## E C C L E S I A S T I C I.

Cap.20. Sapientia absconsa, et thesaurus inuisus,  
qua utilitas in utrisque? 254.c.1.

C.33. In multitudine disciplinæ Dominus sepa-  
ravit eos. 484.c.1.

## I S A I A E.

Cap.6. Excœca cor populi huius, & aures eius  
aggraua. 64.c.2. 513.c.2.

C.30. Canticum erit vobis, sicut nox sanctifi-  
cata solemnitatis. 385.c.2.

C.45. Ego Dominus, & non est alter formans  
lucem, & creans tenebras, &c. 64.c.2.

C.53. Generatione eius quis enarrabit? 465.c.1.

C.28. In loquela enim labij, & lingua altera  
loquetur ad populum istum. 260.2.

## H I E R E M I A E.

Cap.8. Verè mendacium operatus est stylus men-  
dax scribarum. 260.c.1.

C.11. Mittamus lignum in panem eius, & era-  
damus eum deterra viuentium. 267.c.2.

C.51. Cumq; compleueris legeri librum istum,  
ligabis ad eum lapidem, & proiecies il-  
lum, &c. 184.c.2.

## E Z E C H I E L I S.

Cap.1. Vbi erat impetus spiritus, illus gradie-  
bantur, nec cuertebantur dum ambulan-  
tent. 18.c.1.

C.20. Dedi eis præcepta non bona. 460.c.2.

## D A N I E L I S.

C.5. Audiui de te quod possis obscura interpre-  
tari, & ligata dissoluere. 484.c.1.

# Index

## I O E L I S .

- C. 1.** Residuum erucæ comedit locusta, residuum locusta comedit brucus, &c. 3.  
**C. 2.** Effundam de spiritu meo super omnem carnem. 473. c. 1.

## M A C H A B Æ O R V M .

- I. cap. 1.** Libros legis Dei combusserunt igni, etc. 256. c. 2.

- 2. c. 2.** Ignotus erit locus donec congreget Deus congregationem populi, &c. 99. c. 2.  
**2. c. 2.** Inferebantur autem in descriptionibus, & commentarijs Nehemia hæc eadem, & ut construens bibliothecam, &c. 258. 1.  
**3. c. 15.** Ego quoque in his faciam finem sermonis, &c. 93. c. 1.

## M A T T H Æ I .

- C. 1.** Et vocabitur nomen eius Emanuel, &c. 222. c. 2.

- C. 1.** Jacob autem genuit Ioseph. 135. c. 2.

- C. 2.** Ut impleretur quod dictum est per Prophetas, quoniam Nazareus vocabitur. 137. c. 2.

- C. 3.** Potes est Deus, &c. suscitare filios Abrahæ. 377. col. 2.

- C. 5.** Quicunque te angariauerit mille passus, vade cum illo & alia duo. 401. c. 2.

- C. 5.** Diligite inimicos vestros. 41. c. 2.

- C. 7.** Nolite sanctum dare canibus. 254. c. 2.

- C. 8.** Omnes male habentes curauit, &c. 137. c. 1.

- C. 9.** Neque mittunt vinum nouum in utres veteres. 28. c. 2.

- C. 10.** Quæ dico vobis in tenebris, dicite in lumine. 443. c. 1.

- C. 11.** Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. 64. c. 1.

- C. 15.** Bene prophetauit de vobis Isaías, dicens, populus hic labijs me honorat, etc. 136. c. 2. & 474. 1.

- C. 19.** Omnis qui reliquerit domum, aut uxorem, &c. 42. c. 2.

- C. 22.** Erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei. 29. c. 2.

- C. 26.** Hoc est corpus meum. 432. 1. Hic est enim sanguis meus noui testamenti. 32. c. 1.

- C. 27.** Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati. 99. c. 1.

- C. vlt.** Euntes ergo docete omnes gentes. 255. c. 2.

- C. vlt.** Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus. 465. c. 1.

## M A R C I .

- C. 1.** Sicut scriptum est in Isaia Prophetæ, Ecce ego mitto Angelum meum, &c. 139. col. 1.

- C. 2.** Introiuit in domū Dei sub Abiathar principe Sacerdotum. 139. c. 1.

- C. 10.** Nemo bonus, nisi unus Deus. 61. c. 1.

- C. 11.** Si vos nō dimiseritis, nes Pater vester, etc. 269. c. 2.

## L V C Æ .

- C. 1.** Missus sum loqui ad te, et hæc tibi euangelizare. 422. c. 2.

- C. 3.** Qui fuit Ioseph, qui fuit Leui. 130. c. 1.

- C. 10.** Multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre, que vos videtis. 59. c. 2.

- C. 21.** Ne fortè grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate. 43. c. 1.

## I O A N N I S .

- C. 1.** Lex per Moysen data est. 38. c. 2.

- C. 5.** Pater meus usque modo operatur. 29. c. 1.

- C. 5.** Ego autem testimonium non ab homine accipio. 486. c. 2.

- C. 10.** Omnes quotquot venerunt, fures sunt, & latrones. 64. c. 1.

- C. 12.** Nunc Princeps huius mundi ejcietur foras. 29. c. 1.

- C. 17.** Clarifica metu Pater apud temetipsum claritate quam habui, &c. 465. c. 1.

- C. 19.** Facta sunt enim hæc ut scriptura impletur, Os non comminuetis ex eo. 464. 2.

## A C T O R V M .

- C. 1.** Oportet impleri scripturam, quam predixit Spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, &c. 18. c. 1.

Et Episcopatum eius accipiat alter. 434. 1.

- C. 13.** Nos annunciamus vobis eam, que ad patres nostros reprobatio facta est, quoniam hæc Deus adimplevit filijs nostris. 141. c. 2.

- C. 17.** Persabbata tria differebat eis de scripturis adaperiens, & insinuans, quia Christum oportuit pati, & resurgere, &c. 506. col. 1.

- C. 18.** Disputabat in synagoga per omne sabbatum interponens nomen Domini Iesu. 506. 1.

- C. 19.** Segregauit discipulos quotidie disputans in schola tyranni cuiusdam. ibid.

- C. 20.** Beatus est magis dare, quam accipere. 402. c. 1.

## E P I S T . P A V L I A D R O M A N O S .

- C. 1.** Factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. 148. c. 2.

- C. 3.** Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius. 434. c. 2.

- C. 8.** Ut iustificatio legis impleretur in nobis. 434. c. 2.

- C. 10.** Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc est verbum fidei, &c. 441. c. 2.

- C. 15.** Ut sim minister Christi Iesu in gentibus, &c. 434. c. 2.

## A D C O R I N T . I .

- I. cap. 2.** Sermo meus, & predicatio mea non in persuasilibus humanæ sapientia verbis, &c. 396. c. 2.

- I. c. 3.** Tanquam parvulis in Christo lac potum dedi vobis, non escam. 414. c. 1.

- I. c. 9.** Omnium me seruum feci, ut plures lucrifacrem, &c. 148. c. 2.

- I. c. 9.** Nunquid non habemus potestatem fororum

# locorum sacræ Scripturæ.

rem mulierem circumducendi, sicut, &c.  
Apostoli. 435.c.1.

C.10. Scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos fines seculorum deuenirunt. 471.2.

C.12. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos, &c. 64.c.1

C.15. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. 387.c.1.

C.15. Alioquin quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgent? 435.c.1.

## SECVNDA.

C.2. Nam & ego quod donavi, si quid donavi propter vos in persona Christi. ibidem, & 435.1.

C.3. Qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non littera, sed spiritu, &c. 460.c.2.

C.12. Factus sum insipiens. 311.1.

## AD GALATAS.

Cap.1. Modo enim suadeo hominibus, an Deo. 435.2.

C.2. Ab ijs autem qui videbantur aliquid esse. ibidem.

C.4. Infirma, & egena elementa. 28.2.

C.5. Utinam & absindantur qui vos conturbant. 152.1.

## AD EPHESIOS.

Cap.1. Ut essemus sancti, & immaculati. 435.1.

Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam. 350.1.

C.1. Creati in Christo Iesu in operibus bonis. 350.2.

C.5. Sacramentum hoc magnum est. 436.1.

## AD PHILIPPENSES.

Cap.1. Ut probetis potiora, ut sis sinceri, & sine offensa in diem Christi. 436.1.

## AD COLOSSENSES.

Cap.1. Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ de sunt passionum Christi in carne mea. 436.1.

C.2. Delens quod aduersum nos erat chirographum decreti. 436.2.

Ibid. Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi. 436.2.

## AD THESSALONICENSES.

Cap.4. Haec est enim voluntas Dei, sanctifica-tio vestra. 436.2.

## 2. AD THESSAL.

Cap.2. Ne quis vos seducat ullo modo, quonia nisi venerit discessio primum. 437.1.

Ibid. State, & tenete traditiones, &c. ibid.

## 1. AD TIMOTHEVM.

Cap.2. Saluabitur autem per filiorum genera-tionem, si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione eū sobrietate. 319.2.

C.4. Nolite negligere gratiam, qua est in te, &c. 437.1.

C.5. Peccantes, coram omnibus argue. 437.1.

C.6. O Timothee depositum tu flodi. 185. c.2.

190.6.1.

## 2. AD TIMOTH.

Cap.2. Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem. 320.1.

C.2. Ut ei placeat, cui se probauit. 311.2.

## AD TITVM.

Cap.1. Si quis sine crimine est, &c. filios habens fideles, non in accusatione luxuria, aut non subditos. 437.2.

Dixit quidam ex eis proprius ipsorum propheta, Grecenses semper mendaces, &c. 6.2. 64.1.

C.2. Sobrietate, et iustitia, et piety vivamus in hoc seculo. 320.1.

Ibid. Et mundaret sibi populum acceptabilem. 319.2.

C.3. Hæreticum hominem post unam, & secundam correctionem deuita. 319.2. 437.2.

## AD PHILEMONEM.

Cum sis talis, ut Paulus senex. 351.1.

Paramibi hospitium. 148.2.

## AD HEBRAEOS.

Cap.1. Purgatione peccatorum faciens. 351.1.

C.2. Nusquam enim Angelos apprehendit. 163.1.

C.3. Quanto ampliorem bonorem habet domus, 312.1.

C.4. Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetravit celos. 163.2.

C.5. Exauditus est pro suis reuerentia. 437.1.

C.6. Impossibile est, eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cœlestis, &c. rursus renouari ad presentiam. 166.1.

C.9. Vbi testamentum est, mores intercedat ne-cessum est testatoris. 30.2.

C.11. Est autem fides sperandlerum substantia rerum. 437.1.

C.11. Adorauit fastigium virgineus. 163.1.

C.12. Ergo adulterieisti non filij. 312.1.

C.13. Quorum considerantes exitum conuersationis, imitamini fidem. 163.2.

Ibid. Fornicatores enim, & adulteros iudicabit Deus. 164.2.

## IACOBI.

Cap.1. Jacobus Dei, et Domini nostri Iesu Christi seruus, duodecim tribubus. 169.2.

175.2.

Ibid. Scitis fratres dilectissimi. 351.1.

Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo. 172.1.

C.2. Iudicium enim sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam. 172.1.

C.3. In multis enim offendimus oës. 172.1. & 2.

C.4. Deus superbis resistit. 172.2.

C.5. Infirmatur quis in vobis, inducat presby-teros Ecclesie. 438.1.

Multum enim valet deprecatio iusti assidua. 172.1.

# Index locorum sacræ Scripturæ.

## 1. P E T R I .

**C**ap. 1. Petrus Apostolus Iesu Christi electis aduenis dispersionis Ponti. 162.1.

**S**ecundum præscientiam Dei Patris in sanctificationem spiritus, &c. in quo exultabitis modicum nunc, &c. 351.1.

**I**n quem desiderant Angeli prospicere. 351.2.

**C**. 2. Si tamen gustatissimam dulcis est Dominus. 351.2.

**V**obis quidem credentibus honor. ibid.

**S**uperadiscamini domus spiritualis. 351.1.

**T**radebat autem iudicantis iniustè. 351.1.

**C**. 3. Ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu. 312.1.

**I**n quo & his, qui in carcere erant spiritibus veniens predicauit. 158.1.

## 2. P E T R I .

**C**ap. 1. Satagite ut per bona vestra opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis. 438.c.1. 352.c.1.

**C**ap. 1. Non enim doctas fabulas sequuti. 312. col.1.

**C**. 3. Hanc etce vobis charissimi secundam scribo epistolam. 162.1.

**C**æli erant prius, & terra de aqua, & per aquam consistens. 174.2.

**S**icut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis. 162.1.

## 1. I O A N N I S .

**C**ap. 2. Ipse autem est propitiatio pro peccatis nostris. 438.2.

**C**. 5. Est peccatum ad mortem, &c. 312.1.

## 2. I O A N N I S .

**R**ogo te domina, non tanquam mandatum nouum scribens tibi. 171.1.

**V**idete vosmetipſos ne perdatis, quæ operati estis. 171.2.

**S**i quis venit ad vos, & hanc doctrinam non assert, nolite recipere eum in domum. 171.2.

## 3. I O A N .

**S**ed is qui amat primatum gerere in eis Diatribes non recipit nos. 171.2.

**M**aiorem horum non habeo gratiam, quam ut audiam filios meos in veritate ambulare. ibidem.

## I V D Æ .

**M**emores estote verborum, quæ predictæ sunt ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi. 170.c.1.

**C**ommonere autem vos volo, scientes semel omnia. 174.1.

**H**i segregant semetipſos, animales, spiritum non habentes. ibidem.

## A P O C A L Y P S I S .

**C**ap. 1. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus. 180.1.

**C**. 2. Memor esto itaque unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. 180.c.1.

**C**. 5. Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem. ibidem.

**C**. 7. Nō esurient, neque fitient amplius. 178.1.

**C**. 19. Venerunt nuptie Agni, & uxore eius preparauit se. 178.c.2.

**C**. 20. Et vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis. 178.1.

**C**. 20. Diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis. 180.1.

**C**. 21. Ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem. 180.1.

**C**. 22. Si quis apposuerit ad bac̄, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto: & si quis diminuerit de verbis libri prophetæ huius, auferet Deus partem eius de libro vite. 181.c.1.

**C**ap. ultimo. Ego Iesus misi Angelum meum testicari vobis. 181.

Secundum istum indicem corrige, si quæ loca mendanda deprhendes.



# INDEX VERBORVM, ET SENTENTIARVM H V I V S T O M I,

Quorum prior numerus folium, vel pagellam, secundus columnam primam, vel secundam indicant.



B R A HÆ concubitus cum ancilla non ex libidine, sed ex mysterio. fol. 14. col. 2. eidem bis dictum fuit; exi de domo tua, &c. concordatur locus Genes. cum loco actuum Apost. fol. 145. c. 1. cum legimus Abraham non iustificatum ex operibus, intelligitur de prima iustificatione, non de augmento gratiae fol. 170. col. 1. nunquam scriptis librum attulatum Apocalypsis Abrahæ fol. 194. col. 2.

Acta Apostolorum diuinitus inspirata fol. 140. col. 2. Probatur ex Concilijs, & patribus fol. 142. & sequentibus. Eorum scriptor fuit Sanctus Lucas fol. 211. col. 1. præter historiam suavitatem magna hauritur utilitas, & ex medico scriptore accipitur languentis animi medicina fol. 142. c. 1. & 2. Illa negat sex Tertul. Spiritum sanctum non possunt cognoscere. fol. eodem col. 2. similiter & epistolas Pauli negare oportet fol. 142. c. 2. & fol. 142. col. 2. & fol. 143. col. 1. Eiusdem libri materia est complementum promissorum Christi ibidem. multa loca huius libri, quæ videntur pugnare cum alijs locis scripture, concordantur fol. 144. Acta à Hieronymo, & Tertul. damnata, non sunt Acta Apostolorū, sed Pauli. & Teclæ ab hæreticis conficta. fol. 195. c. 1.

Adæ Eva socia data est à Deo etiam si sciret eam casuram fol. 41. col. 1. merito eis esus ligni interdictus est. ibidem. fabella est Talmudistarum quod Dæmonibus succubis vsus fuerit, quando ab Eva abstinuit, lugens Abel. fol. 516. col. 1. liber scriptus Adæ revelatio apochryphus fol. 194. col. 2.

Adultera historia à Ioanne Euang. descripta, sacra est, & diuina. fol. 158. col. 2. An ista Adultera sit eadem cum illa, cuius meminit Papias referente Eusebio, an diuersa, discutitur fol. 199. col. 2. inani argumento, falaci genio Bezae conformi, quo Adultera historiam impugnat, occurritur. ibidem.

Alexander Macedo primus Græcorum Rex secundum Græcam suppurationem tanquam Monarcha totius Græciae ante Seleucum fol. 98. col. 2.

Aman eodem die, quo insidias meditatus est in hæbreos suspensum esse, non est verisimile. fol. 75. col. 2. natione potuit esse Atalecites, vel Macedo, vel Persa fol. 76. col. 1. cogitauit Regnum Persarum ad Macedones transferre, machinationem in Regē struendo. ibidem.

Ana fabulosè asseritur à Rabbinis quod cum esset spurius, spuriam mulorum ex cōmixtione equorum, & asinorum inuenierit generationem fol. 324. col. 1. & fol. 354. col. 2. Interpretis nostri versio contra eosdem defenditur.

Anabaptistæ libros noti Testamenti ab Apostolis descriptos esse fatentur, sed postea ab alijs, erroribus fuisse conspersos fol. 34. col. 2. & fol. 129. col. 2.

Angelus nō miraculosè curauit oculos Tobie, sed applicando virtutem piscis, qui etiam habuit virtutem temperandi motus concupiscentiae: verum directè non fumus piscis, sed Angelus Dæmonem expulit fol. 81. col. 1. & 2. qui absque mendacio dixit ego sum Azarias fol. 81. col. 1.

Angelorum facultas circa corporalia fol. 128. col. 1. Concilium eorundem Deo præsidente quale fol. 55. col. 1. Angelorū adstantium ante Deum septenarius numerus, an sit accipiendus indeterminatè, & indefinitè expenditur fol. 81. col. 2. multa fabulosa circa præsidentiam eorundem septem angelorum in planetis, & Patriarchis exploduntur fol. 82. c. 2. In scripturis Canonicis tria nomina recensentur Michaelis, Gabrielis, Raphaelis, cætera recensita in Concilio Romano sub Zacharia tanquam Dæmonū nomina habits sunt fol. 83. c. 1. eadem nomina à sacris officijs explosa à Paulo IV. ibidem col. 2. Quæ verò sint nomina, & officia melius est ignore quam temere definire fol. 83. c. 1.

Anthiochus Antichisti figura fol. 100. c. 1. qualis eius mors ibidem c. 2. quando accidit expenditur fol. 102. col. 1. plures Anthiochi recensentur fol. 100. c. 2.

Apelles Marcionis discipulus Moysis Pentatheum reiecit fol. 36. col. 1.

Apocalypsis scriptura diuinitus inspirata fol. 177. col. 2. 181. col. 1. hæretici eā non recipientes cum eorundem argumentis qui sint fol. 77. c. 1. 178. col. 1. & 2. Eorundem confutatio 180. Solutiones argumentorum eorundem fol. 181. col. 1. eam recipit Caluinus ut eis figuris, & anigmatibus abutatur contra Ecclesiam fol. 181. col. 1. Eiuslibri non est Author Cerinthus, cum doctrina eiusdem libri Cerinthi erroribus contradicat fol. 102. col. 1. Multa non literaliter, sed allegoricè in eo libro intelligenda fol. 182. col. 1. quōd verba habet, tot Sacramenta continet. Eiusdem libri author S. Ioannes fol. 213. c. 2. quo loco, & tempore scripta sit fol. 173. col. 1.

Apocryphū quod nam dicatur fol. 192. col. 2. apocryphorum librorum Cathalogus fol. 194. col. 2.

Apostolorum prædicatio admirabilis fol. 10. c. 1. eorundem miracula fol. 12. col. 1. eorundem mores inculpatissimi fol. 128. col. 2. illis impie detraherunt Porphyrius, Lucianus, Julianus, ibidem. Eorundem, quidam Euangelia, & Epistolas scripserunt fol. 154. col. 2.

# Index verborum ,

Arca Noe magnæ capacitatis 40.col.2.eius cubiti quales ibidem.

Arca testimonij ne dum tabulas sed & virgam & manuā cōtinebat 166.col.1.an abscondita tempore Hieremiac vel combusta fol. 166.c.1.

Arius primus fabricator colloquiorum commensalium aduersus Dei filium fol. 59.col.1.eius simia Lutherus . ibidem . Verbi consubstantialitatē negans, patrem paternitate, filium filiatione , Deum deitatem spoliavit fol. 1.

Assuerus siue Artaxerxes quis nam fuerit , quo tempore regnauerit ; maritus Esther 74.col.1.& 2. conspiratio eunuchorum contra Assuerum quando accidit 74.c.2.

S.Augustini de gratia efficaci authoritas 71.c.1.

Aulici vna manu caducēum, altera hastam tenēt, pacem simulando, insidias instruētes 76.col.1. aliud in ore, aliud in corde habent.

Auxilium datum scriptoribus canonicis, non fuit habituale sed actualē fol. 25.c.2. assimilatur affectiose motioni ibidem . Distinctum est ab impulsu qui datur Pontificibus in decretis condendis fol. 22. col. 1. & 2. Vide in verbo Spiritus sanctus. Scriptores sacri . Sacra scriptura .

## B

B Artholomæi euangelium apochryphum fol. 193.col.2.

Baruch scriptura sacra est & diuina f. 114. 117.c.1 in Hebreo canone sub nomine Hieremiac, vel quia Hieremias author & Baruch compiler, vel quia est appendix ad Hieremiam 117.col.2. Hæreticum ne dum errorem est contra Canum, negare huins libri autoritatem. ibidem. Epistola Hierem. scriptor 118.col.1.

Beithuliam fictam Vrbem extitisse, insigne Novatorum, & Lutheri mendacium 89.c.1.

Beza Castaloniae versionem rejicit ut impiam & sacrilegam 425.c.2.

Biblia Hebraica non omnino exciderunt in excido Hierosolomi 258.1. cur dicantur ab Esdra reparata ibid. Non in omnibus sed in quibusdam exemplaribus falsata 263.col.1. id factum non generali synagogæ decreto, sed priuatorum Rabbinorum malitia ibidem. Facile potuerūt quosdam codices peruertere 263.c.1. contigit hæc vitiatio post crucem ante Hierony. tempora col. 2. A Massoreticis præstitum ibidem & 267.c.1.&c.2.

## C

Caietanus vir de Catholica Ecclesia bene meritus, deceptus est circum epistolam S. Pauli ad Hebreos negans Paulum esse authorem eius epistole fol. 160.col.2. vt ingeniorum flos admirandus, non tanquam soleucus & barbarus traducendus fol. 401. c. 1. eius versio quam habeat autoritatem 392.c.1. à temeritate vindicatur dū cōtra communē sensum Patrum sensisse opponitur 507. c. 1. benignus. n. ibid. cum Andradio excusat, & exponit

Canis Tobiae quid litteraliter vel mysticē significet explicatur fol. 14.c.1.

Caluinus impiè sentit de Moyse fol. 36.col.2. de Iosue 44.col.1. de Esaia 64.1. Euangelicam historiā

credere dixit esse vanam speculationem 129.col.1. iniurius est Euangelistis ibidem. Impie vulgariter pugnat 294. c. 2. alia hæreses eiusdem in alio indecide inspiciente.

Cantica cantorum liber sacer & djuinus 59.c.1. impiè à Iudeis & Iudaizantibus habetur ut simplex colloquium nuptiale inter Pharaonis filiam & Salomonem 57.col.1. Signum desponsationis Christi & Ecclesiae continent 59.c.2. amatoria verba non impura sunt, sed sanctæ dilectionis & charitatis Dei erga animam expressiua 61.c.2. nulla obscenitas in illis continetur 62.col.1. similitudines qua in proportionatae videntur oculis insipientium, mirificè exprimunt carlos amores, ibidem. A lectione hius libri olim iuvenes arcebantur 62.c.1.

Canon quid sit & unde deducatur eius etymon. 240.1. quomodo sit translatum canonis nomen ad catalogum Sanctorum, & sacrorum librorum expressum 240.col.2. inanis hæret. coram distinctione de canone humano & diuino exploditur 120. col.2. & 245. 2. quando Hebreorum canon editus 242.col.1. diuersis temporibus canon Hebreorum editus ibidem col. 1. & 2. in septima synodo Hebreorum positi sunt iij libri qui & deuterocanonicali dicti 245.col.1. Canon ecclesiasticus scripturas consignans ex apostolica traditione descendit 244. col.1. non simul sed procedente tempore fidelibus quoad omnes libros expressè consignatus est ibidem. unus & indivisibilis, æqualis authoritatis extitit quoad omnes libros & vniuersalē ecclesiam, licet aliquæ particulares ecclesiæ re non definita, de aliisq; addubitarint 247.col.2. Patres qui aliquos libros non receperunt, qui sunt in ecclesiastico canonone, nullum præiudicium generant 245.col.1. ijdē explicatur quod locuti sint de canone Hebraico ibidem. Canon non compatitur divisione in libros ad firmandam fidem, vel instruendos mores ibidem. Nec divisionem in Protocanonicos, & Deuterocanonicos, ibidem.

Canonici libri qui sint, & quo ordine numerentur 249.c.2.

Canones Apostolorum qui sint & quot fol. 193. col.2. de canone octuagesimo quarto discutitur an sit suppositius, ibidem.

Canones generales ad soluenda argumenta qua contra vulgatam editionem sunt ab Hæreticis 352.col.2. & sequent.

Chaldaicæ versionis authoritas qualis 273.2. illius authores qui, ibidem col.1. in ea multa fabulosæ ibidem col.2. solum Pentatheucū reputatur magnam habere ad retundendam Hebraicam prauitatem 274.c.1.

Cham prophetia apochrypha 194.c.2. Cherti erroris fol. 182.c.1.

CHRISTVS Dominus instituendo sacramentum divinissimum Eucharistia fœdus & pactum fecit nobiscum fol. 30.col.1. fuit propheta seclusa prophetia obscuritate fol. 28.col.2. eius crucifixio qua hora contigerit explicatur, per conciliationem Marci cum Ioanne fol. 140. c. 1. eius prædicatio apud incredulos à D. Petro descripta ep. 1. cap. 3. an fuerit facta apud inferos, an in hoc mundo discutitur fol. 156.c.1. Ad Christum lex manuducebat per legem figurando quod ab ipso fuit impletum 35.col.2. Christus dictus peccatum ab Apostolo hoc

## & sententiarum:

est superplicium peccati accipiendo effectum pro causa fol. 42. col. 1. Plenus gratiae & veritatis 396. c. 1. 484. col. 1. Est subiectum principale sacrae scripturæ 216. col. 2. eiusdemque scripturæ materia 214. c. 2. finis omnium prophetarum ibidem. In eo recapitulatur quicquid in novo, & veteri testamento continetur 217. c. 1.

Claves, & regulæ ad intelligendum sacram scripturam, quæ fol. vltimo.

Clavem falsam & adulterinam assumunt hæretici irruentes in murum ecclesie ibidem.

Circumisionis ritum quomodo Paulus in Timotheo seruauit 152. c. 1.

Concilium Angelorum in Iob libro descriptum quale 55. c. 2.

Concilium Laodicenum an præcesserit Nicenū tractatur fol. 86. c. 2.

Conciliorum de cœlum de cœlo non dant autoritatē libris canonici, sed eam quam habent diuinus, manifestant 78. col. 1. non possunt condere nouum librum canonicum fol. 120. col. 1. Tridentini decretū de scripturis canonici 71. col. 1. vulgatam sic probauit ut non vetuerit fontes 379. c. 2.

Confaluuus Ceruantes vir doctissimus & peritissimus scripsit in lib. sapientiae 108. c. 2.

Consolatio est res labore transactas enarrare 1205. c. 2.

Cœlum quomodo dicatur à S. Petro, prius de terra, & aqua 174. c. 2.

Creatura quomodo vanitas, si sunt omnia creata valde bona? 57. c. 2. 61. c. 1.

B. Ctesiphontis opuscula reperta in turri Turpiana, quam authoritatem habeant 198. c. 1.

## D

Danielis liber scriptus diuinus quoad omnia capita quæ sunt in vulgata 118. 120. 121. Hebreus natione & Hebraicæ locutus, potuit quoque quædam Gracē describere 126. col. 2. 127. col. 1. accusator simul & index, diuini iudicij executor 127. col. 2. velut angelus inter mortales 124. col. 1. viuens adhuc laudatus ab Ezech. 125. col. 2. vnum suis Danielem quoad paternum genus ex tribu Iuda, quoad maternum ex tribu Leuitica probabilius 126. c. 1.

Danielis somnia apochrypha 159. c. 1.

David an fuerit omnium psalmorum scriptor fol. 203. col. 2. an plures psalmos quam centumquinquaginta composuerit 189. col. 1. cur aliqui nominis ipsius attulenterit 104. c. 2.

Decalogi Deum esse authorem fol. 8. c. 2.

Demonum instinctu non potuerunt cognosci prædicta in scriptura fol. 11. col. 2. Electi sunt à copotibus obsecisis virtute sacrae scripturæ 12. col. 1. res sacramentorum nostrorum amulantur 30. col. 1. non expelluntur viribus rerum naturalium à Demoniis, sed diuina 80. col. 2. Demon an anima Samuelis apparuerit Sauli discutitur fol. 113. c. 1.

Deitas a varijs hæreticis impiè oppugnata fol. 1.

Deus author scripturæ principalis 28. col. 1. obiectum adæquatum faciat scripturæ 216. col. 2. Finis & regula actionis & contemplationis 251. in veteri testamento per temporalia quæ dabat, spiritualia

præsignabat 29. col. 2. quomodo se conspiciendum prophetis exhibuerit fol. 23. col. 2. quomodo sacris scriptoribus astiterit & verba dictauerit, menté illustrauerit & voluntatē mouerit 27. col. 1. & 2. Esse author sacrae scripturæ quibus argumentis fit credibile 13. 2.

Didimus quid senserit de epist. 2. S. Petri f. 174. excusat à Lorino. Fuit originista, & cum Euagrio damnatus in quinta Synodo. ibidem.

Dorotheo Episcopo Tyri falso attributa Synopsis fol. 20. c. 2.

## E

Ecclesia in mane Machabeorum figurata fol. 96 col. 2. Esther comparatur 73. col. 1. eidem commissa oracula Dei tanquam in diuite depositario 244. eius iudicio libri canonici definiuntur 249. col. 2. habet potestatem condendi catalogum sanctum scripturarum 244. col. 1. varijs & peregrinis doctrinis illam corrumpere nituntur hæretici 122. c. 1.

Ecclesia Thyatiræ scribit Ioannes in Apocal. etiā ante ipsius fundationem 182. c. 2.

Ecclesiastes liber canonicus & diuinus 58. col. 2. materia huius libri prophetica ad Christum spectans f. 59. 2. eius libri author Salomon. 206. 1. 207. 1.

Ecclesiasticus liber diuinus inspiratus fol. 109. col. 1. 110. c. 1. In eo futura gentium fides prædicta 112. 2. Quicquid libri author, discutitur 208. 2. Salomonis attribuitur ob similitudinem sapientiae & alias causas 114. 1. 208. 2.

Editio vulgata ab Hæreticis oppugnatur 244. idem confutantur orthodoxorū firmamentis 297. idem eidem vulgata testimonium perhibent 297. col. 1. est infallibilis authoritatis ad astrictuendam fidem & mores 298. 1. dissoluuntur eorum rationes 299. & sequent. etiam in minimis suam quoque habet auctoritatem 316. eadem per varias translationes illustrari potest, corrigi non potest ibidem. in quibusdam locis clarus verti poterat, at non fidelius, omnisque eius sensus à Spiritu sancto præuisus est ac prouisus 217. 1. varia loca scripturarum ab Hæreticis contra vulgatam adducta illustrantur ac declarantur à pag. 320. usque ad 352. Illi si congruat Hebraizantium traductio recipienda est, si secus explodata 353. 1. vulgatæ author est Hieronymus. veteris scripturæ ex Hebraico fonte exceptis aliquibus libris vertit 363. col. 1. nouum testamentum Graecæ fidei ab eodem restitutum 364. 1. Spiritu sancto dirigente edita est, si non inchoatiuè, tamen perfectiue, & in ultima manu 364. 1. in ea verbum Dei continetur 373. 1. super reliquias latinas editiones merito obtinet principatum 375. In multis codicibus vulgatae errores & menda deprehensa 381. col. 2. eadem per emendatoria exemplaria iudicio ecclesiæ correcta ibidem. Quomodo vulgata probata erat ante emaculationem declaratur 382. col. 1. Non omnes codices vulgata falsati sunt 383. col. 2. multa tamen loca deprehensa medosa libratorum vitio quæ postea iudicio ecclesiæ sunt emendata 388. c. 2. varia loca expenduntur tam veteris, quam noui testamenti à pag. 385. 386. nullo praetextu vulgata relicta alias versiones sequi possumus 387. col. 2. quādo hæ diuersæ sunt & vulgata compatitur recipi possunt

# Index verborum,

possunt ibidem, correctissima, & emaculatissima prodijt 382. col. 1. & 2. data Hypothesi quod aliqua emendanda superessent, id non debet fieri priuata authoritate sed publica ibidem & 590. col. 1. non est politiori lingua vulgata traducenda 401. col. 1. Nouatorū vñstices retūditur obijcientum reperiū in ea solēcismos, barbarismos & huiusmodi 405. & deinceps. Non est edenda cultioris lingua ibidem.

Eliam venturū ante aduentum iudicis, ex Ecclesiastico habetur, quicquid dicat Iansenius 19. 1.

Eliæ liber dictus assumptio, seu Ascensio Eliæ apochryphus 195. 1.

Eloquentia quæ nam 236. 1. quanta & qualis diuinorum eloquiorum 2. 6. 1. & 2. variæ diuisiones eloquentiæ, variaeque proprietates 238. c. 1. 237. c. 2.

Enoch testimoniū à Iuda in epistola catholica citatur 177. Enoch liber apochryphus 195. 2.

Enos primo cœpit inuocare nomen Domini ritu publico fol. 14. c. 2.

Epistolæ canonice 1. Petri & 1. Ioannis diuinam habet authoritatē 153. col. 2. solam primā Petri & primam Ioannis, licet aliqua detruncēt, Nouatores aliqui admittunt fol. eodem. Qualis scopus dictatū epistolarum canonitarum 155. col. 2. qualis materia ibidem, etiundem utilitas 155. col. 1. cur canonice, & catholicæ dictæ 155. col. 2. quo ordine colligentur fol. eodem.

Erasmus veteris Arianismi instaurator 135. c. 2. in Lucam inpiurius 139. col. 2. veteris vulgati interpretis lugillator 309. c. 2.

Esdræ duo libri diuino spiritu editi f. 51. 1. qui nā fuit librorum eorundem scriptor 203. ejusdem titu lo prænotati tertius & quartus, apochryphi.

Esther liber integer cum omnibus suis partibus diuinus & sacer. 70. col. 2. & seq. maritus Esther Al-suerus 74. col. 1. & 2. quis eius libri author 203. c. 1.

Epistola 2. Petri. 2. & 3. Ioannis diuinitus inspirata 168. 170. 171. 174. author.

Epistolarum 2. & 3. Ioannes apost. autor 175. c. 1. non fuit ille senior 175. col. 2. & 213. c. 1.

Epistola Iacobi sacra est & diuina 172. 173. col. 2. scripta contra Simonem negantem operum bonorum necessitatem ibidem, cur suum nomen tacuit 176. col. 1. Iacobus iste fuit frater Domini 212. c. 1. & ab ipso descripta est 211. c. 2.

Epistola Iudæ canonica & diuina 175. Apostolorum dicta ad montem reuocans, non est propterea minoris authoritatis quam cæteræ 177. col. 1. Greccæ non Persicæ descripta & cur. ibidem citatur in ea Enoch ibidem, eius Epistolæ Iudas Apostolus scriptor 213. c. 1.

Epistola S. Pauli diuinitus inspirata 149. col. 2. continent dogmaticam & parænaticam doctrinam 214. col. 1. Laodicensem, tertiam ad Chorinthios, & ad Senecam an autor sit Paulus discutitur 214. col. 2. ordinem inuertere epistol. Pauli ab ecclesia dispositum non sine temeritate fit 153. col. 1. epistolæ ad Hebreos author S. Paulus. 163. & 164. cur in ea nomen suum non apposuit 167. col. 1. cur in ea elegantior 168. c. 1.

Euangelica prædicationis vis in conuertendisho minibus fol. 10. col. 2. illam commendant potius quam infirmitate ignobilitas paupertas, & inficitia Apostolorum 136. c. 1.

Euangelium traditum & scriptum verbum am-

plebitur 34. col. 1. idem secundum substantiam, quod in quatuor Euangeliis, & apostolicis epistolis continetur 150. col. 2. quatuor euangelia diuinis descripta 134. col. 2. 1. 2. col. 1. authoritate ecclæ recepta 135. c. 2. nullo modo ab impijs corrupta sunt 134. col. 1. nulla nec officiosa mendacia continet ibidem. A Matthæo, Marco, Luca, Ioanne descripta 210. col. 2. in citandis testimonij scriptura veteris septuaginta interpretetur versionem citarunt 136. col. 1. Multa loca euangelij secundum Matthæum difficultia enodantur, & explicantur 177. col. 1. 138. c. 1. 135. c. 2. qua lingua fuerit descriptum explicatur 224. c. 1. Euageliū secundū Marcū qua lingua descriptum 224. col. 2. locus difficultis explicatur eiusdem Euangeliū 139. col. 1. ultimū caput eius Euangeliū recipiendum ut sacram 157. & Hieronymus explicatur 139. col. 1. abbreviator Matthæi nuncupatur Marcus 98. c. 2. Non obseruauit ordinem temporum sed Historiæ veritatem 139. c. 1. Euangeliū Luce historiæ sudoris sanguinei sacra est & diuina 158. c. 1. enodatur locus Euangeliū secundum Lucam circa numerationē generationis à Diluvio usque ad Abraham fol. 139. Euangeliū Iohannis nō est ut dicit Lutherus unicum & verum Euangeliū & medulla Euangeliū alijs explolis 128. c. 2. excessus eiusdem super reliqua est in sublimitate sententiarum, dogmatum expositione c. 2. 132. c. 2.

Eusebius non dampnauit Iacobi epistolam ut spuriā 176. c. 2.

Exempla quæ sunt contra bonos mores cur scriptura commemorat 32. c. 2.

Exempla Sanctorum vitæ nostræ gubernacula 51. c. 2.

## F

Fabulosa non sunt quæ recensentur in scriptura, de locutione serpentis, viribus Sansonis 14. c. 1. interdum fabulosa dicuntur non solum quæ fictas, sed & quæ veras continent narrationes 125. c. 1. Fabulosæ usurpatunt Gentiles quæ in scripturis nostris suspirati sunt 13. c. 2.

Facta prophética res futuras præsignabant, non secus ac vo ces 457. c. 2. ad sensum litteralem pertinuerunt ibidem.

Fœdus dici potest testamentum 125. c. 1. in fœdere sanciendo animalia seabantur 30. c. 1.

Fœminæ vitia solent occultare 62. c. 1.

Festum encæniorum à Machabæis indicium 94. c. 2.

Fides credendorum regula, non ratio 86. col. 1. non patitur electionem ut id credatur quod libet 35. c. 1. sub eius obiecto qualiter continetur diuinæ scriptura 136. c. 1. eiusdem distinctio in saluificam, & historicam à Nouatoribus inuenta, vana & futile 136. c. 1.

F. Franciscus Forerius Ord. Præd. doctissimus.

F. Franciscus à Victoria Ord. Præd. in Hispania Theologiaz restitutor 97. col. 2.

## G

Generatio multipliciter accipitur, pro spacio cœtum annorum &c. 117. col. 1. pro liberis generis fol. 117. c. 2.

Græ-

## & sententiarum.

Græco idiomate maxima pars descriptum est testamentum nouum 224. c. 1.

Græci codices scripturarum ante tempora Hieronymi & Origenis nequaquam ex industria falsati 270. t. in multis tamen multa industrie falsata, & librariorum vitio inserta c. 2. non contemnuntur à Catholicis Græca originalia, sed tantum volunt turbidos fontes per purum latice vulgata emendati 380. c. 1. Græcarum versionum numerus 288. c. 2. in ijs, etiam si ab hostibus ecclesie elaboratis, interdum veros sensus inuenimus, quæ ad vulgatam defendendam deseruunt 290. c. 2. 377. c. 1. Græci tex. multa loca obiectiuntur à Nouatoribus contra vulgatam 309. & seq. solvantur euidenter 34. & seq.

### H

**H**abitus non est constituendus in digitis scriptorum canoniconum 25. c. 2.

Hebraico idiomate decalogus descriptus 220. c. 2 primum omnium linguarum, ibidem. In eo tropi figure, quas sunt suspirat gentes 221. c. 1. remansit tempore confusionis linguarum. ibidem. Multa vobula Hebraica lingua Chaldaicæ admixta complectitur 222. 1. Hebraicæ characteres non sunt idem qui antiqui 227. c. 1. an vniuersa scriptura veteris testamenti Hebraica lingua descripta sit, dissentit 219. c. 2. cōcisa est ea lingua & Laconica 221. c. 1. diueras significaciones compatitur 353. c. 1. & 2. vbi varia loca scripturae explicantur. Phrases, & idiotismi obseruandi pro intelligentia scripturae fol. vlt. Heres non habet ius in hereditatem nisi in morte testatoris. 33. 1.

Hæretorum protoparens Simon Magnus fol. 1. conantur euam fundamenta totius religionis euertere fol. 1. eorum proprium non sensu, sed gladium habere. 510. 2. quod volunt in scripturis recipiunt, quod volunt reisciunt 158. 2. scripturis postea conuicti eas repudiant 159. 1. eorum varij eratores legendi verbo vulgata, verbo scriptura, & in indice alio Hæresum.

Historiales libri Iosue, Iudicium, Ruth diuinus inspirati 45. item Reum, Paralipon. 48. 49.

Homicidium Sansonis, Raziae &c. an culpabile 97. c. 2.

Honijs falsum fundamentum in recipiendis scripturis canonicas 44. 47. 63. c. 1.

**I**Dololarum tempus & occasio 107. c. 2. Interpretatio scripturarum authentica non est apud priuatos, iactantes Enthusiasmos 481. c. 2. 484. c. 1. apud Ecclesiam est infallibilis & authentica scripturarum interpretatio 487. 488. 489. 490. 491. Media interpretanda scriptura non desumuntur ex sola collatione scripturarum, licet valde conferat talis collatio, & multa loca explicentur ex huiusmodi collatione 425. c. 1. & 2. obseruatio phrasis, sylloge, & huiusmodi & si conferant, non sunt infallibilia media 499. 2. Regula & analogia fidei est mediū quo infallibile interpretanda scriptura 502. c. 1. Hæc autem cōtinet verbum ne dum scriptū sed traditionem, e qua sensus venamur secundum

documēta Lytinensis ibidem c. 2. interpretari proinde non licet scripturam cōtra vnam sensum Sanctorum Patrum 506. 1. & 2. in sensu vero mystico si Patrum sententia vnam sensum non sit, nec constanter tradatur, sed ad accuratiorem diligentiam posteri inuitentur, liber campus dimititor proprias sequi interpretationes 507. 1. Sensus scripturarum traditione & Patrum doctrina suscepitus in ecclesia conseruatur 508. Interpretationis dono carent hæretici 512. & seq. Non est apud Iudeos & Rabbinos interpretatio legitima scripturarū 513. & seq. Propterea non debemus nosmetipso tradere illis erudiendos 517. magna etiā cautela legēdi libri eorū.

Job liber Historicus & diuinus 54. c. 1. ipsemet autor libri eiusdem 205. c. 1. impiè blasphematus Job à Caluino 52. c. 2. singula verba eius libri plena sensibus 54. c. 2. impiè quoque historia hærexitur à Thalmudicis & hæreticis 52. c. 1. eius querelæ & lamentationes absq; culpa 55. & 56. Typus expressus patientia Christi Domini 54. c. 2.

Iudæi capsarij nostri portatæ codices scripturarum fol. 1. c. 2. venditoribus librorum assimiles fol. 12. c. 2. mos eorum prandendi in hora sexta diebus festiuis 147. c. 1. quosdam libros habebant in arca, quosdā extra arcā primos canonicos, secūdos Agiographos vocabant 88. c. 1. illicitum reputarunt verbum Dei transferri in peregrinas linguas 253. c. 2. illisimpiè subscriptis Scaliger ibidem. eorum supersticio de ieiunio indicto ob versionem sacræ scripturæ refutatur 255. c. 1. calumniantur nostram versionem esse corosam, suamque proinde ut incorrupta originariam scripturam prætexunt 258. 2. iisdem Calvinicole subscripterunt ibidem. In omnibus, & per omnia defendunt Chaldaicam paraphrasim 272. c. 2. quibus etiam Calvinista subscriptunt.

Iudicum liber diuinus à Deo inspiratus 45. c. 1. creditur probabilis à Samuele descriptus. 20. 2. 3.

Judith liber sacer & diuinus fol. 85. c. 2. fuit hæ sancta molier typus Ecclesiæ 87. c. 2. patres qui videntur istum librum reiisse, secuti sunt Iudeorum canonem 87. c. 1. quo tempore acciderit hæc historia 89. c. 2. eiusdem Tribus expenditur 91. 2. eiuslibri quisnam scriptor 203. c. 1. in sequestris eis

**K**Abala Iudeorum quam vana & commentaria fol. 518. c. 2. à Catholicâ ecclesia expulsa fol. vlt. c. 1.

**L**Amine plumbeæ in turre Turpiana repertæ nō sunt authenticæ 198. c. 2.

Lapidatio ignis nomine significata in script. 127. c. 1.

Leui quomodo dicatur dedisse decimas Melchiesedech, cum 150. annis fuerit post Melchiesedech. 244. c. 1.

Lex regni descripta in lib. Regum, quæ nam fuit 187. c. 2.

Lex libertatis quo sensu vocetur lex euangelica 176. c. 2.

Legalia quando mortua, & quando mortifera 152. c. 1.

Liber

# Index verborum,

Liber bellorum domini qui nam sit 184.c.1.

Libet iustorum de quo sit mentio in lib. Io. sue quis nam sit 187.c.1.

Libri veteris testamenti partiti sunt in legales, Historiales, Paarneti cos & propheticos. Similiter in novo testamēto proportionaliter diuisi sunt 180. c.2. 36.c.2.

Librōrum canoniconum dignoscendorum regula à priori est ex traditione & definitione ecclesiæ 40.c.2. à posteriori desumitur ex parte materię &c. ibidem.

Libri sacri distincti à veteribus quibusdam, in canonicos & ecclesiasticos, ea ratione, quia non possunt desumi testimonia ab omnibus contra Hebreos ad hominem 113.c.1.

Libros aliquos sacros deperditos, disputatur 184. 185. 186. 187.

Libri sacri non modo canon sed & canonici sunt 239.c.2.

Librōrum Apochryphotum catalogus f.194.c.2.

Lutherus omnium hęresum sententia fol.2. Bellua in Apocalyp. descripta ibidem. Marcionis simili f.31 eius colloquia quam fœda 47.c.2. imitator Mopsuesteni fol. 56.c.2. inter cyathos & fercula scripturam traducebat fol. 424.c.1. Eiusdem varię hęreses recensentur in tabula hęresum.

M Achabęorum libri sacri & divini 94.c.1. & 2. aliqua loca quę pugnantia videntur cum profanis historijs enodantur 98. 99. scriptor eorum librorum quis nam fuerit 216.c.1. citatur locus quidam Hieremie lib. 2.c.2. qui non extat 99.c.1.

Machabęorum milites pro quibus fuerunt sacrificia oblata non fuerunt omnes idolatria infecti 97. c.1. nullo pacto pro ijsdem Iudas offerens sacrificia peccauit 97.c.1. peccatum eorundem militum in donarijs idolorum surripiebantur quales 97.c.1.

Manassis captiuas quando acciderit fol. 89.c.2.

Manichęus duo principia introducendo duos introduct Deos fol.1. quod est T. monachus. 2. quod est

Manus scriptorum canoniconum quomodo mota à Spiritu sancto 25.c.2.

Mahometes scripturam laudat fol.12.c.2.

Marcion cum Valentino duos introduxerunt deos fol.1.

Maritus recte appellatur vir à Mattheo contra Erasimum 133.c.1.

Moyses an peccauerit in occisioue Aegypti f. 43. c.1. cur non meminerit creationis Angelorum fol. 41.c.1. potens in verbis cur dicatur in Actis, cum fuerit tardate lingue 146.c.2. scriptus Pétatheucum 199.c.2. 200.c.1.

Multa gesta prophetarum, ut Oseas cum meretrice copulatio, in facto causa damnationis, in scripto prophetia veritatis 463.c.1.

N Azarei negabant Pentatheucum f.36.c.1.

Nestori plures in Christo personas introducens Christum dissoluit. f.1.

Nehemie sermones in libris Esdræ conclusi f.52. c.1. author secundi libri f. 203. c.1. scriptus est post

reedificationem verbis. ibidem.

Numerorum supputatio an possit designare mysteria in scripturis sanctis? 460.c.1.

## O

Bieclum sacrae scripturæ ad æquatum Deus est sub ratione Deitatis, objectum autem principale Christus fol.2 16.col.2.

Obscuritas sacrae scripturæ in multis locis, demistratur fol.444. 445. 446. 447. 448. etiam Lutherus volens nolens, tandem scripturā sacram in multis locis, esse difficile & obscuram fassus est 446.col.2. id ipsum fassum sunt Calvinisti 447.c.2. & alij Nouatores col.2. explicantur. Patres qui claritatem scripture videntur insinuare 449.c.2. obscuritatis cause 449.col.1. obscuritas ista non est ad deceptiōnem, sed ad maiestatem scripturarum demonstrandam 450.2.

Ordo est in Ecclesia in membrorum proportione, & actuum diuersitate 484.c.1. 485.c.1. quid potest rerum ordo in pugna cum Hæreticis 489.c.1. Origenis opuscula illa sola probantur, quæ Hieronymus probat ex decreto Gelasij 72.c.1. eiusdem epistola ad Iulium Africanum, ubi multas partes scripturarum quas Nouatores truncant, censetur à Hierony. approbata ibid. ab Origene in doli quinta editio & sexta reperta est 289.c.2. sexpla idem fecit, ibid.

Oseas quomodo ducendo uxorem fornicariam non peccauerit, explicatur fol.68.c.2.

P Atalipomenon libri à quo descripti 202.c.1.

Paulus diuinitus inspiratus epistolatas descripsit 149. in pięta Nouatoribus traducitur 148.c.2. eius scripta misericordia PP. commendata ibid.e.2. in illis tota ferè Theol. continetur 149.c.2. eis scriptis post legem Euāgelicam scriptram, 150.c.1. continent pa- raneticam & dogmaticam doctrinam ibideantur. explicatio sunt eius scripta, non additio ad Euāgeliū foliis eodem. secundum substantiam idem quod & Euāgeliū ibidem. Ei commissum portare nomine Iesu presentibus, predicatione, absentibus per epistolatas ibid.c.2. Omnibus omnia factus 151.c.2. Pe- nula & hospitii sibi parati carpebantur fol. codex. Nō peccauit circuncidendo Timotheum 152.c.1. eiusdem feroz contra Iudeorum perfidiam 347.c.1. eius charitas misericordia laudata 348.col.2.

F. Paulus Minerua Magister vir peritissimus, scriptit librum de Neomenijs Salomonis, & commentum de duplice Philone explodit 108.c.1.

Peccatum nullum aliud Lutherus agnoscit nisi infidelitatis 173.c.1.

Peccata Sanctorum cur scriptura non tacuit f.14 c.2.

Penula quam postulauit Apostolus sibi deferri quid significet f. 14.c.1. & 151.c.2.

Petrus epistolatas scriptis 212.col.2. dum epistolatas Pauli commendat, ad epistolam ad Hebreos precepit sermonē direxit 162.2. cur non se attitulauit Pontificem, sed Apostolum in epistolis 212.c.2. Petrus summi munus exercuit epistolatas, Pauli commendando, quæ fuit piscatoris calculo ob signatio ibid.

Phi-

## & sententiarum.

Philon an fuit author libri Sapientie 108. c. 1. & 2. inanis distinctio de duobus Philonius nomine nuncupatis. ibidem.

Physica expositio in scripturis an sit admittenda 460. c. 1.

Piscina recensita à Ioâne vbi erat situata discutitur fol. 140. c. 1.

Piscis Callionimus habet virtutem ad tollendam albuginem oculorum. 81. c. 2. probabiliter à quibusdam existimatur piscis Tobiae fuisse Callionymus ibidem.

Poetæ nequaquam diuinitus inspirati sunt fol. 45. c. 2. ijdem relegati quo multa mentiti sunt 234. c. 1.

Poesis essentia non consistit in fabulis 232. c. 1. fictionibus poeticis vtitur Theologia infirmitati humanae condescendens, & vt ad sublimia nos euehat. 62. c. 2.

Prophetæ quomodo à Deo illustrabantur 23. c. 2. eorundem illustratio erat per modum actus non habitus 25. c. 1. superuacaneum est ponere præter illustrationem mentis, virtutem & habitum quendam quem recentiores putant fuisse habitum veritatis 25. c. 2. non confernabantur vel à mente excidebant, cum tangebantur diuinitus 27. c. 1. post illustrationem, remanebat habilitas ad rccipiendas de nouo diuinæ illustrations 25. c. 2. tunc prophetæ considerunt cum Romana ciuitas fundata est 66. c. 2. propriè prophetæ dicendi qui non solum species, sed lumen ad dijudicandum accipiebant 25. c. 1. cum usui cōjugali vacabat Spiritus sancti motionem non percipiebant 57. c. 2. eorundem oracula de Christo fuerunt & eius ecclesia 66. c. 2. præcrea, illis futura, ad certitudinem prophetæ, reuelabat Deus expressè 25. c. 1. quo tempore scripterint, & quis ordo prophetarum 209. c. 1. qui libri a prophetis descripti sunt 109. c. 2. omnia cognoscet, q̄ in visis vel factis monstrabantur fol. 24. 1. 25. c. 1.

Propheta potest secum compati mortale peccatum 60. c. 2. duplex genus prophetæ traditur 126. c. 2. Propheta imperfecta, potius dicitur insinuatus propheticus quam prophetia 24. 1.

Psalmorum author impi à Luthero singitur Aësopus, non autem David 63. c. 2. Vide verbo David.

Ptolemaus qui Bibliotum versionem procurauit quis fuit, Lāgius vel Phildelphius? discutitur. 275. 2.

### Q

**Q**uartuor sunt Euangelia 134. c. 2. congruentiae assignantur numeri quaternarij 133. c. 1.

Quatuor sunt sensus sacrae scripturae 454. 1. & 2. quaternarium istum, numerum impi deridet Lutherus fol. 451. col. 2. Aethyologia, analogia, historia non ponunt in numerum, sed sunt potius sensus litteralis modi 458. c. 1.

### R

**R**egum libri sacri & diuini. vide verbo Historiales libri.

Reuelatio Adam à Gnosticis conficta 194. c. 2.

Responsa Iesu ad Abagatum an inter Apochrypha recenseantur à Gelatio 198. c. 1.

Reuelationes S. Ioannis circa finem mundi re-

pert in Torri Turpiana non sunt authentice 193. c. 2.

Ruth liber facer & diuinus 45. 2. A quo sic de scriptus 201. c. 1.

### S

**S**acramentum matrimonij satis comprobatur ex Eph. c. 4. adiuncta P. intelligentia 299. c. 1. & 2.

Salomonis libri diuinitus inspirati fol. 59. c. 2. & 60. c. 1. eius nomina recensentur ib. d. ante lapsū scripsisse sacra volumina verisimilius 60. c. 2. tria millia parabolarū, & quinq; millia car. ninū an ea. sint quæ habetur in libro proverbiū & ahjs 187. c. 2. an peccauerit ducento in uxorem filiam Pharaonis 60. c. 2. an ipse fuerit scriptor librorum Sapientia & Ecclesiastici 208. c. 2. Falso illi tribuantur liber adiurationum, & clavicula fol. 188. c. 1.

Samuelis aīa apparuit ne Saul, an potius demō? discutitur 113. c. 2. probabilitas & verius fuit anima Samuelis. ibidem facta fuit sub visibili specie alicuius corporis diuinitus, vel angelorum virtute 313. c. 2. potuit per speciem imaginariam seu sensibilem, se conspicabilem ostendere ibidem, non fuit magicis incantationibus excitata, sed ex diuina permissione apparuit 113. c. 2.

Sapientia libera facer 107. c. 1. 104. c. 1. & 2. à Iudeis expunctus locus, ne de Christi morte conuincerentur 106. c. 2.

Saul quot annis regnauerit explicatur 146. c. 2. Sceptrum de Iuda auferendum, dupliciter explicatur 43. c. 1.

Scriptura sacra altam continet sapientiam fol. 9. c. 1. eius stylus, ordo, consonantia præceptorum. Deum monstrant esse authorem. ibidem. eidem deferrunt quæ in teliquis scriptis reperiuntur f. 10. c. 1. est epistola omnipotentis Dei ad nos transmissa 18. 2. singuli apices, puncta plena sunt sensibus 21. c. 2.

In illa reperiuntur quicquid in libris Gentilium desi derari potest 236. c. 1. Horio comparatur à Chrysostomo ibidem. eiusdem antiquitas fol. 11. c. 2. grauitas & eloquentia 236. c. 1. forensem etiam eloquentiā in multis partibus superat 235. 2. Quo magis op pugnata magis resplenduit f. 10. 2. eiusdem dulcedo, & suavitatis 236. c. 1. metu genere scripturæ aliquæ partes descriptæ 234. 2. soluta oratione ea pars descripta, ne dum sapientiam, sed etiam eloquentiam spirat 237. 1. & 2. c. 2. eiusdem cōtēptores à Deo grauerit puniri fol. 12. c. 1. meruit per omnes gentes & populos præconiali 254. c. 2.

Scripturæ varia loca quæ dissonare videtur, cōciliantur. Loca Leuitici, & Deuteronomij f. 43. c. 1. alia loca aliorum librorum fol. 42. c. 2. & fol. 33. c. 2. fol. 15. c. 1. fol. 14. c. 2. f. 14. 2. 49. c. 2. f. 56. c. 1. & 55. c. 2. & 67. c. 2. fol. 127. c. 2. 135. c. 2. 139. c. 1. & 2. fol. 140. c. 1. 143. c. 1. & 2. 144. 1. & 145. 2. f. 146. c. 2. In se & in actu primo est clara, non quod nos 448. c. 2. similiter in quibusdā generalibus dogmatibus & documentis, vel etiam adiuncta catechesi 450. c. 2.

Scriptores sacri instrumenta Spiritus sancti, animata tamen fol. 27. c. 1. moti non solum moraliter, sed physicè impulsū, & à Spiritu sancto acti 27. c. 1. 140. c. 2. Non eodem modo singulis astitit in singulis rebus, verbisque dictandis fol. 23. c. 2. Non potest dici sacer scriptor qui solum dicta diuina collegit, & à

Y diuino

# Index verborum,

Vivendo spirito impulsus non est fol. 20. c. 2. Non fuit necessarium illis donum prophetiae satis fuit insinatus & impulsus adscribendum cum diuina directione fol. 21. c. 2.

Seneca non est reponendus inter sacros scriptores 152. c. 2. ad illum non scripsit Paulus ibidem.

Sensuum pluralitas reperitur in diuina scriptura 452. & seq. secunditatem scripturæ demonstrans 454. col. 2. sensus litteralis definitio traditur & expeditur 457. c. 1. ad sensum litteralem pertinent metaphoræ & Parabolæ 457. c. 1. & 2. item & facta prophætica que res futuras præsignabant, non secus ac voces 457. c. 2. sensus litteralis historici fructus 462. c. 1. perperam intellectus, hæreses parit 461. c. 2. Nullo modo noxius est, sed proficiens, attentis circumstantijs &c. 462. c. 2. Quo pacto dignosci possit ibidem Plures sensus litterales in una littera reperiuntur interdum 464. col. 2. 467. c. 1. quanta haec sit utilitas plures istos sensus aduertere ibidem c. 1. & 2. sensus litteralis alijs sensibus supponendus & præponendus 454. c. 2. Præter sensum litteralem datur sensus allegoricus 468. c. 1. & 470. c. 1. sub eo comprehenditur allegoricus qui est distinctus à litterali ibidem. Sensus allegorici fuerunt agniti à sacris scriptoribus 471. c. 1. distinguuntur etiam ab allegorici Grammaticalibus & Rhetoriciis 470. c. 1. & 2. allegorici sensus qui solum perspicacibus peruij sunt, enigmata dicuntur ibidem. c. 1. sensus tropologicus ad mores nostros componendos adaptatur 472. col. 1. sensus anagogicus ex scripturis & patribus probatur 472. col. 2. interdum Patres allegoricum cum anagogico confundunt 473. c. 2. Sensus anagogicus descendit 473. c. 1.

Sensus per accommodationem an sit dandus discutitur ibidem c. 2. Quomodo tali sensa patres & Ecclesia interdum vtautur 476. c. 1. sobrie à concionatoribus eo viendum est, ibidem, regula traditur quo modo possit cognosci in scripturis sensus tradi per accommodationem 475. Sensus omnes secundum se præstant argumentū Theologo infallibile, sed non semper quoad nos, si non conuenit de illo ex traditione, & sensu communī Patrum descendere 477. c. 2. Ecclœ mystico Christus Dominus & Apolloli interdum argumenta de promulgantur 478. c. 1. tum argumentum firmum præstatur cum ex alio loco litterali, vel traditione roboratur 477. c. 2. Non pro libito sensus mystici fingendi, sed certis seruatis regulis 471. c. 1. Non sistendum super in nuda litera, sed ad spiritum oportet assurgere 462. c. 1. Sensu mixtum ex pure carnali, & spirituali continentia, nec pure carnaliter nec pure spiritualiter exponenda sunt 459. c. 1. In eiusmodi sensibus à proprietate vocis non est recedendum, nisi necessitate aliqua cogamur fugere ad figuratas locutiones 458. c. 2. Quæcunque veritas, quæ salua littera circumstantia scripturæ adaptari potest, est eius sensus 467. c. 1.

Septuaginta duo interpres à Iudeis calumniati passi 275. c. 1. ab Hæreticis innominatis similiter, à Lutherquoque & Nouatoribus, ibidem. olim eorum editio etiam à synagoga probata 279. 2. à sanctis Patribus commendata 277. 1. & c. 2. eidem in iurius Lutherus cum Beza testimonium perhibuit 279. 2. cæteris alijs editionibus olim prælata 280. 1. eiusdem versionis historia verissima est ibidem. c. 2. & 281. c. 1. consensus eorum unanimis in interpre-

tranda scriptura miraculosus ibidem col. 2. diuinatus sunt afflati 282. c. 1. eius versionis varia loca ab aduersarijs obiecta tanquam, malè versa, enodata. 282. 1. & 2. in rigore non fuerunt prophetæ sed Spiritu sancto afflati 284. c. 2. transstulisse vigintidos libros veteris instrumenti sententia communior 285. c. 1. Multa in vertendo occulterunt prudenter 286. c. 1. corūdem versio quæ hodie extat, est magna authoritatis, licet careat decreto Ecclesiæ approbatuio quoad omnes, & singulas partes 287. c. 1. unde non æquali gradu habenda est cum vulgata. 288. c. 1. Quod S. Hieronymus 70. i. interpres laudaverit fol. 282. 2. dissolvitur quod de Hieronymo afferetur contra Septuaginta fol. 282. 2.

Styli duetus non semper arguit diversitatem scripturae fol. 175. c. 1. Styli obseruatio in scripturis non est irrefragabile argumentum interpretationis 499. c. 2.

Susanna historia sacra est & diuina f. 124. 1. à quibusdam improbis à catalogo diuinarum scripturarum resepta 18. 1. Eius cur non meminit Iosephus historicus 125. 1.

## T

Testamentum quid nam sit f. 31. 2. eius distinctio in vetus & nouum ibidem c. 2. morte Christi utrumque testamentum confirmatum est 31. c. 2. coagruentius utrumque, testamentum, quam instrumentum appellatum est 32. c. 2. Testamentum appellatur scriptura, quia in ea voluntas Dei nobis innotescit 32. c. 1. significat idem quod pactum fol. 30. c. 1. in vitroque Deus locutus est 32. c. 2. Vetus fuit promissio, nouum exhibitiō 29. c. 2. vetus non damnatum à Christo nec A postolis 3. c. 1. nec contradicit nouo ibidem c. 2. per nouum aperiendum 29. c. 1. qua lingua descriptum fuit 220. c. 2. quibus characteribus 227. 2. sine punctis descripsi 230. c. 2. à Massoreticis postea punctuatum 2. 0. c. 2. varia utriusq; testamenti epitheta 29. c. 2.

Thalmud fabulsum est f. 516. 2.

Theologia triplex erat apud Gentiles, Fabulosa, Naturalis, & Civilis fol. 8. c. 2.

Theologiam symbolicam non esse argumentativam dixit S. Dionysius, sed quo sensu explicatur 477. c. 2.

Tobie liber sacer & diuinus 79. c. 2. quis scriptor eius libri 203. 2. quo tempore vixerit 88. 1. quomodo sanatus 81. col. 1. & 2.

Triū puerorū hymnus sacer est & diuinus f. 12. 1. Tubæ septem in Apocalypsi quid significant. 180. 2.

## V

Erba singula sacrae scripturæ Deo inspirante cōscripta fol. 18. c. 1. 21. c. 1. vide supra, scriptura.

Versiones quædam ab ipsis authoribus attuluntur, quædam à linguis 253. c. 1. idem Dei, verbum, continent, & æqualis sunt authoritatis cum fonte, loquendo de versionibus approbatis 256. c. 1.

Versionum latinarum numerus immensus, tempore Augustini 292. 1. inter eas Itala quæ fuit translata ex editione Septuaginta principatum tenebat 294. 1. communis & vulgata dicebatur, ibidem. Itala, secundum

## & sententiarum.

Secundum substantiam eadem ac nostra editio vulgata ibidem.

Versio Syriaca 291. c. 1. an eadem cum Chaldaica ibidem. quam sit antiqua 291. c. 1. quantum sibi vē. dicet autoritatem ibidem. Quis eius auctor 292. col. 1.

Versiones nouae è cultiori lingua fieri non debent 297. 2.

Versiones Vatabli, Caietani, Clari, vbi vulgata repugnant, non continent verbum Dei 400. c. 1. vbi vero explicant vulgatam, mirifice adiuuant intelligentiam ibidem c. 2.

Versionis Pagnini Arias defensor, sed cum moderatione accipienda est 399. c. 1.

Versiones vernaculae ab Ecclesia veritate 413. c. 2. rationes afferunt eiusmodi prohibitionis 401. c. 1. Quibus circumstantijs concedi possunt 412. c. 1. argumenta Hæretorum dissoluuntur 414. & seq.

Versiones Hæretorum explodenda 419 col. 2. omnia innouant in numero & ordine sacrorum librorum, in phrasibus, punctuatione, orthographia &c. 420. c. 2. voces porius aucupantur, quam sensus c. 2. cum Iudeis conspirant potius, quam Christianis consequant ibidem & seq. sunt superstitione & Ethnicę 422. col. 2. ibidem. Ipsorum met hæretorum testimonia probant tales versiones esse potius perversiones 425. Ocularis ostensio locorum multorum

qua à Nouatoribus sunt falsata à pag. 419. & seq.

Versio vulgata latina est inconcussa authoritatis 298. c. 2. omnibus alijs latinis editionibus prælata. 375. c. 2. si Itala nunc supereret, vulgata nostra esset inferior 376. c. 1. non est ita probata, vt prohibitum sit fontes inspicere, non ad emendationem, sed ad clarioritatem sententiæ expressionem 379. c. 2. soluuntur multa loca ex Pentatheuco contra vulgatā adducta. Et 1. ex Genesi à pag. 320. vsq; ad 325. ex Exodus 325 ex Leuitico 327. col. 1. & Numeris ibidem c. 2. ex libris historialibus 329. c. 2. ex psalmis 330. c. 2. vsq; ad pag. 338. ex libris sapientialibus f. 338. c. 2. vsque 341. c. 2. ex Prophetis ibidem, vsque 342. Ex novo testamento & primo ex Mattheo pag. 342. vsque ad 343. c. 1. ex Marco & Luca ibidem vsque ad 346. ex Ioanne ibidem. c. 1. ex Actis Apostolorum ibidem. c. 2. ex Epist. Pauli, Petri, Io. &c. fol. 347. c. 2. vsque ad 352.

Vbora in scripturis honestiori vocabulo symbolum rei turpis 62. c. 2. dūritiem perdunt post con-

gressum puellarum cum viris ibidem, cur vbera spō sa hinnulis assimilantur ibidem.

Virginitas & puritas Sanctiss. Deiparę Dominę no-

stræ expers nedum virilis seminis, sed & fœminini

327. c. 2.

Vxores non accipiebant Iudei nisi ex eadem Tri-

bu. 138. c. 1.



Y Y ■ IN-

INDEX ERRORVM, ET HAERESVM, QVAE IN PRIMO,  
& secundo tomo recensentur, & confutantur, alphabetico ordine,  
designatis capitibus, & verbis sub quibus collocantur.

In gratiam Consultorum, & Qualificatorum Sancti Officij:

Prior numerus tomum, secundus folium, tertius columnam, ABC diuisiōnem  
columna designat.

**A** Braham, tomo 1. fol. 161. col. 1. C  
Adam, tomo 1. fol. 646. F Tomo 2. f. 516.  
C. I. & f. 33. c. I.  
Acta Apostolorum tomo 1. 612. A tom. 2. 140. 2.  
Accusatio, tomo 1. 104. 2. C  
Adoratio, t. 1. f. 59. 1. B. & 2. C. D 65. 1. B 87. 2. B  
93. 2. D 102. 2. B 103. 1. C 622. A  
Allegoria t. 1. 646. 647. K Tomo 2. f. 468. c. 2.  
Anima, t. 1. fol. 64. 1. C & 2. ABC 84. 2. A 89. 1. B  
618. O & 619. O 632. 1. C. & 633. C 642.  
BCDF & 643, ijsdem litteris. 644. & 645. HI  
646. & 647. E  
Anima Christi, t. 1. 371. c. 1. 67. 1. C 71. 1. B 86. 2.  
AB 100. 1. D 104. 1. A 370. 2. 628. N tom. 2.  
156. col. 1.  
Apocalypsis, tomo 2. fol. 177. c. 2.  
Apostoli, t. 1. f. 89. 1. B 161. 1. 2. BC 610. R 626. A  
630. O 394. C 398. 2. C 422. 2. C tom. 2. f. 435.  
col. 1.  
Alcensio Christi Domini, tomo 1. 66. 2. A 76. 1. A  
372. 2. C 630. B

**B** Aptisma, tomo 1. 57. 2. A 58. 1. C 58. 2. ABC  
69. 1. A & 2. B 77. 1. B 80. 2. B 83. 1. CD  
84. 2. D 86. 1. C 90. 1. O 92. 1. C 94. 2. B 95. 1. D  
98. 1. B 379. 2. A 610. BM 628. 1K 632. G  
638. A 642. G 648. G 650. AGH Tomo 2.  
fol. 435. col. 1.  
Baruch, tomo 2. 114. col. 2.  
Beatitude, tomo 1. fol. 66. col. 1. D 646. H  
C

**C** Alix, tomo 1. f. 72. 2. A 73. 2. B 86. 2. D 87. 1. B  
93. 2. B 580. 2. A 624. I  
Cantica Cantieorum, tomo 2. f. 56. 1.  
Cantus, organa, tomo 1. fol. 72. 2. A 652. A  
Castrate, tomo 1. fol. 648. M  
Catholici, tomo 1. f. 234. I.  
Creatio, tom. 1. 59. 1. B 83. 1. A 364. 2. BC 606. 1. I  
640. E 644. E 646. E 650. M  
Creaturæ, tomo 1. 620. C  
Christus, tomo 1. f. 56. 2. D 58. 1. B 61. 2. D 65. 2. C  
70. 2. A 71. 1. B 74. 2. C 75. 2. D 82. 1. C 83. 1. D  
84. 2. D 85. 1. C 87. 2. BC 89. 1. B 96. 1. A  
98. 2. D 100. 1. D 104. 1. C & 2. D 105. 1. D  
108. 1. B 368. 1. AB 610. 1. KL 612. AFK  
616. B 620. DM 621. D 630. LN 632. K 640.  
FL 648. ABD 650 P  
Circuncisio, tomo 1. fol. 74. D 608. D 610. GN  
Cœlibatus, tomo 1. fol. 75. 1. C & 2. B 86. col. 1. D  
Communio sanctorum, tomo 1. 378. col. 2. A  
Confessio, tomo 1. fol. 632. F  
Contemplatio, tomo 1. fol. 48. col. 1. A  
Crux, tomo 1. fol. 77. 1. B

**D** Aniel, tomo 2. fol. 64. C. 2.  
Dauid psalterium, tomo 2. fol. 63. c. 2.  
Decalogus: tomo 1. fol. 60. 2. C  
Defensio propria, tomo 1. 58. 2. C  
Deus, tom. 1. f. 65. col. 1. C 68. 1. C 71. 1. C 107. 1. B  
Disputatio, tomo 1. 209. 1. 218. 1. 222. 1. 230. 2. B  
Diuinitas, tomo 1. 61. 2. D 95. 2. B  
Doctrina ecclesiastica, tom. 1. 315. 2. BC 321. 2. B. C  
**E** Ecclesia, tomo 1. 58. 2. B 62. 2. AD 69. 1. B  
77. 2. B 83. 1. A 87. 1. C 88. 1. C 91. 2. A  
95. 2. B 101. 1. ABD & 2. BC 297. 2. A BC  
305. 1. A 321. 2. 337. 1. 2. 377. 1. 2. 382. 2. 616. C  
642. H  
Ecclesiastica Hierarchia, tomo 1. 61. 1. D 65. 2. D  
101. 2. A  
Ecclesiastes, tomo 2. fol. 56. C. I.  
Ecclesiasticus, tomo 2. fol. 109. c. 2.  
Episcopi, tomo 1. fol. 632. D  
Epistolæ Pauli, tomo 2. f. 147. 2. 160. 1. 211. C. I.  
Epistolæ Canonica, vel Catholice, tom. 2. f. 153. c. 2.  
Esdæ libri, tomo 2. fol. 51. col. 1.  
Esther tomo 2. fol. 68. c. 2.  
Euangelium, tom. 1. 65. 2. D 69. 2. B 70. 2. B 80. 1. A  
tomo 2. f. 128. c. 2. 34. col. 2.  
Eucharistia, tomo 1. f. 94. 2. ACD 95. 1. C 96. 1. C  
97. 1. C 99. 1. A 108. 2. AB 102. 2. B 103. 1.  
AB & 2. C 104. 2. A 105. 1. AC & 2. A 106.  
1. B 2. D 108. 1. D 2. C 580. 2. A 612. NO  
624. 1. L 632. G 636. E 650. KR 57. 1. B 59. 1. C  
612. O 62. 2. A 63. 2. D 67. 1. D 69. 2. B & 1. D  
70. 1. A 71. 1. C 72. 1. A 73. 1. AB 75. 2. B 77. 1. B  
78. 1. C 88. 2. B 91. 2. D 107. 2. A  
**F**

Atum, tomo 1. 636. K  
Fides, tomo 1. 65. 2. B 68. 1. D 75. 1. A 78. 1. B  
29. 1. C 79. 2. B 95. 2. A 97. 2. A 98. 2. D 606. N  
614. N 616. A 630. G 648. E 192. 1. 199. 1.  
205. 1. 308. 2. 192. 1. & 2. ABC 199. 2. D 205.  
1. & 2. ABCD  
Fornicatio, 1. 1. 612. LM 616. H 618. H 620. AB  
624. L 630. K 636. G 638. E M N 640. A  
644. G

**G** Enesia liber, tomo 2. 37. col. 1.  
**H** Hæreticorum prætextus, tomo 1. 239. 2. 248. 2.  
251. 2.  
Hæreticorum punitio, tomo 1. 76. 1. C 78. 1. B Re-  
pulsio, 218. 1. 222. 1. 2.  
**I** Dolothyta, tomo 1. 618. I.  
Ieiunium, tom. 1. 2. C 93. 2. B 644. B  
Jesus,

**I**esus, tomo 1. 94.2. A 622.2. BK  
Imagines, tomo 1. 87.2. B 580.2. D  
Incantatio, tomo 1. 624.1.  
Incarnatio, tomo 1. 70.2. A 92.1. C. D 94.2. B 103.  
1. C 104.1. C 105.1. D 368.1.2. 606. G 608. L  
614. F 618. A 626. H 630. BH

Indulgentia, tom. 1. 107.1. D 580.2. B

Infantes, tomo 1. 62.2. A

Infideles, tomo 1. 78.2. A

Interpretatio sacræ Scripturæ, tomo 2. 479. 1. 2.  
480. 1. 491. 2. 497. 2. 500. 1. 503. 2. 507. 2. 509. 2.  
512. 2.

Job historia, tomo 2. 52. 1.

Job persona, ibidem col. 2.

Iosue liber, & persona, tomo 2. 43. c. 2. 44. col. 1.

Iudicium, tomo 1. 86. A 374.2. 608. F 620. G

Judith, tomo 2. 83. c. 2.

Iuramentum, tomo 1. 79.1. C

Iustificatio, tom. 1. 61.1. A 85.1. C 88.1. A 90.2. D

L

Acrymæ, tomo 1. 80.2. A

**L** Lex Moysi, tomo 1. 60.2. C 66.1. A 87.2. A  
89.2. C 91.2. A 99.1. A 624. D 630. CF Lex  
noua, tomo 1. 107.2. C

Legislator, tomo 1. 606. M

Libertas, tomo 1. 76.1. C 58.2. C 616. D K 618. D  
90. A

Liberum arbitrium, tomo 1. 92.1. C 94.1. B 606. E

Locutio Dei, tomo 1. 147.1. & 2.

Lutheri libri, tomo 1. 60.1. C

M

**M** Achabæorum libri, tomo 2. 92. c. 1.

Magistratus, t. 1. 58.2. C 83.1. C 100. 2. B  
104.2. A

Maleficium, tomo 1. 60.1. B

S. Mariæ virginitas, tom. 1. 60.2. B 70.2. A 85.2. C  
93.1. B 95.1. B

Martyres, martyrium, tom. 1. 78.2. B 614. L 638. L

Maternitas S. Mariæ, t. 1. 96.1. A 104.2. D 368.1.2.  
642. 1. K

Matrimonium, t. 1. 70.1. B 78.2. A 89.1. B 94.2. B  
95.1. D 608. K 612. G 614. E 628. G 632. A B

Messias, tomo 1. 59.2. C 70.1. B 78.2. A

Miraculum, tomo 1. 68.2. C 630. M

Missa, tomo 1. 57.1. B 2. B 77.2. B 580.1. B 624. I

Mores, tomo 1. 60.2. C

Moysis lex, tomo 1. 60.2. C & tomo 2. fol. 36. 1.

Moysis persona, tomo 2. fol. 36. c. 2.

N

**N** Aturæ vires, tomo 1. 85.1. C 98.1. D 108.1.  
CD 141.1. BCD

Naturale lumen, t. 1. 308.2. BC

Nomen Iesu, tomo 1. 622. B

Nouum testamentum, tom. 1. 612. B 628. ABEM  
638. C 640. C Tomo 2. 34.2. 222. c. 1.

Nuditas, tomo 1. 56.2. C 638. G

Nuptiæ, t. 1. 628. O 636. A 638. F 642. A 646. A  
650. F

O

**O** Mnipotentia Dei, tomo 1. 608. I

Operum necessitas, tomo 1. 58.1. B 79.2. D  
82.2. D 92.1. B 616. F

Oratione, tomo 1. 74.1. B 80.1. B 83.2. CD 616. L  
638. I

Ordo, tomo 1. 632. I

Ostensio ocularis renouatarū hæresim per quindecim secula à Nouatoribus seriatim descripta, à pagina 606. usque ad finem libri, tomo 1.

P

**P** Apa, & Papatus, tomo 1. 59.2. AB 107.1. D  
579.2. D 61.1. C

Paradisus, tomo 1. 381.2. 646. K

Patalipomenon libri, tomo 2. 47. c. 1.

Pascha, tomo 1. 62.1. A 102.2. C 640. BD

Passio Christi, t. 1. 61.2. D 69.1. D 97.2. B 99.1. A  
369.2. 606. G 614. H 642. A 650. L

S. Paulus, tomo 2. f. 148. c. 1.

Peccatum originale, tom. 1. 56.2. B 69.2. B 98.1. C  
105. 1. B 108. 1. C

Peccati causa, tomo 1. 94.1. B 638. B 640. E

Peccatum, tomo 1. 78.2. B 89.2. B 618. F 620. K  
650. E

Peccatum veniale, t. 1. 67.2. A

Pentateuchus, tomo 2. 36. 1.

S. Petrus, tomo 1. 650. H

Philosophia, tom. 1. 67.2. D

Polygamia, tomo 1. 100.1. A 106.2. C

Postfatio bonorum, tomo 1. 58.2. C

Præcepta Ecclesiæ, tomo 1. 57.2. C. D 94.1. C 104.  
1. B 608. M

Prædestinatio, tomo 1. 58.1. D

Prædicatio Apostolorum, & Prophetarum, tom. 1.  
161. 1. 2. BC 610. Q 614. K

Principes laici, tom. 1. 62.2. A 90.1. A

Prophetæ, tomo 2. 63. c. 1. & 2.

Proverbia Salomonis, tomo 2. 56. 1.

Prouidentia, tomo 1. 65.1. B

Punitio peccatorum, tomo 1. 622. E

Purgatorium, tom. 1. 64.1. D 2. B 66.1. D 107.1. D  
580.1. C

Q

Vatuor Euangelia, tomo 2. fol. 128. c. 2.

Quatuor sensus scripturæ, t. 2. f. 451. col. 2.

R

**R** Egnum Christi, tomo 1. 69.1. B 610. H 642. L  
650. O

Kegum libri, tomo 2. 47. 1

Religio, tomo 1. 59.1. B 65.2. B 65.2. D 66.1. A

Religiosorum ordines, tomo 1. 580.1. D

Reinissio peccatorum, t. 1. 379.1. 2. 632. E 644. D  
648. C 650. B

Resurrectio, tomo 1. 64. 2. A 83. 1. D 89. c. 2. C  
102.2. B 380.2. 606. H 608. E G 614. M 618. B  
624. A H 626. I 628. F 630. D 638. D 646. G

Resurrectio Christi, tomo 1. 371.1. D

Ritus, tomo 1. 59.2. A 618. L 626. E

Rosarium, tomo 1. 93.2. D

Reuelatio, tom. 1. 59.1. B 614. BL 620. H 632. C  
147.1. 153.1. 161.1

S

**S** Abbathum, tomo 1. 102.2. CD

Sacra scriptura, tomo 1. 57. 2. D 62. 2. D  
82.1. D 93.2. A 95.1. D 105.1. C 2. C 264. 2

BC 640. H 646. B 648. N 650. O 227.2. 408.1.

Tomo 2. Sacra Scriptura, vel canon librorum sa-  
crorum, fol. 6.1. 16.2. 231. c. 2. 234. c. 2. 239. c. 1.  
242. c. 2. 245. c. 2. 248. c. 2. 268. c. 2. 439. c. 2.

Sacramenta, t. 1. 62.2. D 19.1. A 77.1. B 100.1. B  
102.1. B 106.2. B 638. A

Salus, tomo 1. 62.1. C 85.1. C

San.

Sanctorum intercessio, t.1. 66.1. D 2. B 580.2. C  
Sanguis Christi, tomo 1. 650. R  
Sapientia liber, tomo 2. 103. C. I.  
Seculum futurum, tomo 1. 381.2.  
Sensus sacrae Scripturae, tomo 2. fol. 451.2. 455.2.  
460.2. 463.2. 471.1. 472.1. 473.2.  
Somnia, tomo 1. 80.1. C  
Spiritus priuatus, & internus tom. 1. 73.1. A 89.1. A  
80.2. D 279.1. B 606.2. F 279.1.2. Tom. 2. 479.  
C. 1. & 2.  
Suffragium, tomo 1. 66.1. D 57.2. B 77.1. B  
Supersticio, t.1. 58.2. B 648. F H  
Symbolum Apostolorum, tomo 1. 81.2. A 295. 1.  
CD 348.1. 352.1. 354.1. 356.2. 359.2. 362.2.  
364. usque ad fol. 382.  
**T**  
**T**empla, tomo 1. 79.1. C  
Temporalia bona, tomo 1. 58.2. C 104.1. B  
Theologia, tomo 1. 167.1.2. B  
Tobias, tomo 2. 77. C. I.  
Traditio, t.1. 391. 579.2. C 624. F 644. C 430.2.  
432.2. 435.2. 439.1. 449.1. 451.2. 454.1. 460.1.2.  
500.1. 503.1. 506.1. 509.1. 514.2. 521.2. 533.1.  
536.2. 539.1. 543.2. 547.1.2. 553.1. 556.1. 561.1.  
563.1. 567.2.  
Tributum, tomo 1. 103.2. B

Tridentinum Concilium, tomo 1. 80.1. D 77.1. B  
Trinitas sanctissima, tom. 1. 63.1. B 65.2. C 66.1. C  
2. B 69.1. B 71.1. B 78.2. D 79.2. C 81.2.  
ABD 83.2. C 84.2. A 85.1. B 95.2. D 102.1. B  
2. D 103.1. C 104.1. C 2. D 106.1. C D 364.2. D  
366.1. AB 630. P 642.1. 650. P

V

Verbum Dei reuelatum, tom. 1. 153.1.2. B 161.1  
297.1.2. 304.2. 414.1.  
Versio sacrae Scripturae, tom. 2. 253.2. 255.1. 326.4.  
407.2. 418.2.  
Versio Septuaginta, tomo 2. 275.1.  
Versiones Graecæ, tomo 2. 268.2.  
Versio vulgata, tom. 1. 70.2. B tom. 2. 292.2. 294.2.  
302.1. 359.2. 304.2. 371.1. 375.1. 380.2. 388.1.  
401.1.  
Vetus testamentum, tom. 1. 626. K 638. C Tom. 1.  
28.1. 222.1. 228. C. 2.  
Virginitas, tomo 1. 610. P 614. A  
Visio Dei, tomo 1. 66.1. D 2. A 381.2. B 642. E  
646. C  
Unitas Dei, tomo 1. 364.2. BCD 618. P 626. G  
628. C 630. A  
Usura, tomo 1. 70.1. B.  
Uxor, t.1. 58.2. C 75.1. D 76.1. B 78.2. A 83.1.  
BD 90.1. A 606. C 620. AB 638. M



AN

# ANIMADVERSIO PRO PURITAT

H V I V S O P E R I S.

Candide Lector. Si quæ inter legendum hæsitationem accurrit, quæ continet, legenda, addenda, expungenda, & prior numerus pagellam, nam, tertius versum, vel lineam continet. L.

Pag. Col. Linea

14 1 56 sed commodata  
2 15 capite 25.  
28 Iehoua  
25 1 53 reuelationem  
2 28 habuisse Baal  
38 1 59 nominatur  
63 comparat os  
19 2 17 scriptori  
47 dicta  
20 1 26 cuius  
44 Spiritus sanctus  
27 2 21 confutasset  
33 2 22 noluit ieunijs  
37 2 36 filius Aaron  
41 2 37 Israelis ex Aegypto  
40 2 36 vt diuina  
45 1 1 Sardeni apud  
2 26 Aioth  
49 2 13 fronte  
60 2 54 Filiam Pharaonis  
74 1 41 regnauit Cabysses: at vi-  
2 23 numerus (tra  
50 vocabantur  
56 ἀριθμογράφος  
77 2 12 istam  
80 2 41 unde nec falso  
89 2 35 particulari captiuitate  
102 1 44 ad vtrāq; cōfirmationē  
47 ad Tertiā mors  
63 ad Quartā.  
109 2 22 contradicitur  
118 2 44 sed quid  
135 2 34 filius, Jacob  
38 libri 4.c.6.  
340 2 45 Cherinthus  
48 lib. de sermone  
247 1 29 & Clemens  
30 & colligitur  
31 Joseph lib. 6. Antiquit. 402 1  
159 1 48 in qua  
160 2 2 fœnum  
57 ait Caeteranus  
167 1 55 inuisus enim  
2 11 inuisi ipsi  
168 2 6 confirmatam  
177 1 14 ad quinta classis  
2 25 ausi sint  
178 1 59 quædam scribit  
193 1 34 relati  
57 cernantur  
211 1 42 an omnes epistolæ  
256 1 32 ad Suniam  
45 lib. contra.  
261 1 32 Alius locus ex Hierem. 431 1 2

265 1 40 nec vnum apicem.

57 nationes  
270 2 39 parior  
283 2 9 discrepant  
302 1 38 apud eundem  
2 24 Prolegom. Bibliorum  
314 1 24 adeò exceccatum  
316 2 9 quidam  
53 appareret  
317 2 42 diuina  
318 2 9 de Græca  
319 2 4 obsecrationes  
325 1 10 incontinentia  
2 58 plutes  
59 ascendit  
326 2 63 animalis est  
333 2 6 castrametari  
10 in alium  
334 1 1 ilia mea  
336 1 36 morti corum  
43 nolant  
2 4 consecratio  
32 dissonans  
353 2 11 Iosue c.2.  
365 2 14 correctis  
367 2 52 interpretanti  
370 1 39 in Hieronymo  
2 2. lege Senensem  
42 vbi Apostolicam.  
371 1 1 improbados iudicaret  
6 idem sequeretur  
2 30 si vt diuina  
387 2 30 vt diuersis  
389 2 50 progredi  
395 2 32 correctiora  
398 1 18 vientes  
399 1 45 patroni  
407 2 18 sacra  
41 legendas  
1 Gelasio  
10 ex libro  
40 trita lingua  
415 2 36 Vulpilas  
416 1 23 Gallicæ versionis  
38 ad quartum  
417 1 10 ad Tertiā  
2 16 loquens  
53 concederetur  
418 1 9 extendenda  
11 Bauaricæ  
419 2 9 versa  
420 1 28 Prophetas 4.  
422 2 13 ad summum  
15 puro verbo  
2 faciamus

431 2 3  
432 1 23  
36  
47  
437 1 11  
25  
446 1 8  
447 1 35  
2 30  
448 1 38 i  
4 4 p  
10  
26 no  
43 in  
449 1 27 cre  
31 At  
55 oper  
492 1 22 Gene  
413 1 17 absco  
455 1 38 Sibrai  
457 1 1 segetur  
26 sensus  
2 19 vnguent  
39 percontat  
40 papauera  
46 Scyptarum  
458 2 16 Ad secund  
23 Ad tertium  
38 nominet ord  
459 1 1 rationi contraria  
2 12 à Sole  
460 2 9 kabalisticam  
461 1 58 euenteret  
2 63 Hermogenes  
462 1 49 Propterea  
2 16 literam  
57 signa  
464 1 26 non totum sensum  
466 1 9 & scio  
29 similiter  
2 41 meum  
467 1 33 sole  
50 inueniri potest  
36 ab expositoribus  
468 2 13 historiam  
28 acciperet  
29 conteret  
470 1 3 ab alos  
2 21 consistat  
62 nec &  
471 1 32 ita loquebantur  
474 1 45 perspicue  
477 2 15 non significant

liectus	& sequere, id est potiuntur & 39 nomine	& 18 corroborent 19 modum
	494.1.42 communis est	514.2.22 libro sexto
	496.1.5 à Beata	43 agniti.
	& 38 sapientiam	515.2.51 mysteriorum enucleatio.
	ibidem cum antecedens	516.1.51 succubis
	496.2.21 certos nos reddere	517.2.3 cocturum
	297.1.44 scriptura per	45 trapezitæ
	ous 499.2.2 qui adeò	518.1.22 idiotismis
	500.1.2 primo tenendum	519.1.36 habeantur
	504.1.3 negotijs distenti	44 vtrum
	& 5 mometa subterfugiebat	2.27 & Euch.
	507.1.44 adhibentibus	36 thecnas
	509.2.10 cognoscitur	38 utar
	510.1.54 tamen plus	41 imbecillitatis
	2.23 Euangelicum	42 captu.
	512.1.7 ad litteram	

*Prætermissa addenda, & hoc modo legenda.*

post vocem comparari adde  
post vocem considerari adde,  
in pollutâ voluntatâ, vel &c.  
post verbum prædicandum  
& realiter coniungitur susci-  
tatur intra suscipientem.  
ad eos actus.  
Postea de Parænticis, & v. 39.  
noui testameti, ibid. vers. 30.  
tati, addant impressores titulos  
lorum usq; ad pag. 63. terminatos.  
42. post vocem contra Lytanum  
on repetiri in scripturis, & v. 38.  
plandita est, adde. Ad argumentum  
ca iusta cedcs, & præda in ultione  
ta tamen ex parte modi nempe frau-  
delus ille fuit, sed non secundum scien-  
tia permisit Deus ex sua iustitia ultione  
t. in Genes. 1.  
v. 37. post, an libri, adde paræntici.  
v. 35. ante particulâ, aliquâ, adde, an,  
v. 50. post particulâ Dñi, adde sanus fiebat  
v. 1. post partic. nain, adde, quedam.  
c. 1. v. 20. lege, litteris scriptis mandauit, &  
de Hebraicâ dictauit, Græcâ vero trâslata est.  
8. c. 2. v. 40. post particulâ esse, adde à nonnullis  
1. c. 1. v. 20. post particulâ ad Gentes, adde. Sex-  
us locus ex Zach. 12. vbi dicitur. Aspicient ad me  
quem confixerunt, ipsi posuerunt, insultauerunt.  
2. 266. c. 2. v. 34. post hunc versum, adde. Ad 6. patet  
solutio ex responsione ad primum.  
P. 167. c. 2. v. 20. post partic. corruperunt, adde. licet  
non in omnibus exemplaribus.  
p. 370. c. 2. v. 36. post partic. Hebraicâ, adde posuit.  
P. 422. c. 2. v. 29. post part. natura, adde patitur duas  
v. 46. post partic. Christi, adde mutat in Iouem.  
p. 457. c. 2. v. 38. lib. 5. Politicorum.  
p. 470. c. 2. v. 20. post partic. nec adde, &c.  
p. 474. c. 1. v. 1. repone. Matt. 2. dicitur. Ex Aegypto  
vocavi filium meum. Qui locus de populo Israel  
ad litteram per accommodationem ad Christum  
refertur, & postea sequere eodem c. Matth.

vers. 20. post arguitur secundo, adde principaliter  
vers. 29. arguitur tertio, ver. 33. arguitur quartâ,  
v. 40. arguitur quinto, ver. 44. arguitur ultimo.  
p. 476. c. 1. v. 50. post particulam patet, adde, ad ter-  
tium, quartum, quintum. ver. 58. post particulâ  
accommodationem, adde, non, & sequere. temere  
explicitur.

p. 480. c. 1. v. 14. post vocem unusquisque, adde enim  
loquitur. ibid. c. 2. v. 46. post vocem amplius in  
sylvis adde, inuenies.

p. 485. c. 2. v. 36. post vocem, caput, adde, cù confirmâ-  
tione. v. 34. post parti. symbol. c. 9. adde. Ad quar-  
tum patet solutio ex responsione ad tertiam con-  
firmationem priam.

p. 487. c. 1. v. 25. post vocem concilium, adde, & non  
& sequere, e contra.

p. 502. c. 1. v. 10. post partic. scripterunt, adde, Si lo-  
los scriptores.

p. 505. c. 2. v. 19. lege. Pelagianum Julianum.

*Transferenda.*

p. 457. c. 2. v. 30. vbi dicitur ex mentis homine, lege  
ex mente nominis.


p. 504. c. 2. v. 39. post vocem Patribus, adde Græcis,  
sed ante Græcos reponere cum Latinis Gregorium  
Papam, & Cathorum qui postpositi sunt.

p. 310. ver. 36. 37. 38. 39. reponere ante versum 51. qui  
incipit c. 17. facta sunt alba. & lege c. 12.

*Superflua sic expunge.*


P. 88. c. 1. v. 47. expunge vocem triginta. 125. 1. 8. dele,  
ad. 128. 1. 42. dele mox de Deuterocanonicis 2. 8.  
Dialogo Peregrinus, dele punctum intermedium  
165. 1. vers. penult. dele, cx; 168. 1. 28. dele, enim,  
56 dele, sunt, 169. 2. 53. dele quarto principaliter  
177. 1. 10. dele, secundâ, 165. 1. 61. dele, ex 310. 1. 39.  
dele, me, 313. 1. 38. pro scriptura lege scripta, 267.  
2. 2. palus, ponendâ 326. 1. 33. dele est, 395. 1. 18.  
dele z. zeta, & reponere s. 403. 2. 62. dele ex 413.  
2. 38. dele, etiam 432. 1. 31. pone adstruunt 433. 2.  
62. dele miraculo, 494. 1. 7. dele, qd. 513. c. 1. v. 17.  
dele nobis, v. 20. dele, diximus ait.

*Cætera minutora si quæ occurrà tuę limę subditę,*



MS. A. 9. fol. 111. Nov. 12.

manuscript



C 3A

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

2  
59

8.809